Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
22 N
M24

Coll. Ro. Soc. Ies. Cat. Inſc. ... 14.22 N 24

SANCTI BERNARDINI SENENSIS,

ORDINIS MINORVM,

ac vrbis Aquilæ patroni,

TERTIVM SERMONVM OPVS:

In quo, præ cęteris, pulcherrimæ ſanè, ac proficuæ, de Spiritu ſancto, de B. Virgine, de octo Beatitudinibus, deq; Obedientia, materiæ diſſeruntur.

Sermonibus inſuper ſeptem, ac paruo Quadrageſimali, Pugna ſpirituali nuncupato, in calce nunc recèns adiectis.

Cum Sermonum Ferialium argumentis, ac duobus Indicibus, tum Sermonum, tum rerum memorabilium.

Tomus Tertius.

Cum licentia, & Priuilegijs.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS APVD IVNTAS,

M D XCI.

ARGVMENTA SERMONVM FERIALIVM, QVI IN HOC TERTIO SERMONVM OPERE, SEV TOMO S. BERNARDINI SENENSIS, CONTINENTVR.

IN DIE PENTECOSTES.

Sermo primus.

DE donis Spiritus ſancti, & quomodo communicatur diuino amori. de ſeptem proprietatibus ignis correſpondẽtibus ſeptem donis Spiritus ſancti, & ſeptem flãmis amoris Dei, & quid diuinus amor per donum timoris, pietatis, ſcientiæ, fortitudinis, conſilij, intellectus, & ſapientię in anima operetur. De perfectione bonorum Spiritus ſancti. De duodecim effectibus, quos operatus eſt Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes ſuper diſcipulos Chriſti.

FERIA SECVNDA

Poſt diem Pentecoſtes.

Ser. II.

De inſpirationibus, & primo de inſpirationum varietate. de ſeptem generibus inſpirationũ, & a quib. originem habẽt. de impoſſibilitate, ſeu difficultate diſcretionis, q̃ ĩ his generib. inſpirationũ cadit. De uniuerſalibus operibus malis, & bonis triplieiter diſtinctis, & diuerſimodè inſpiratis. De triplici differentia delectabilium operum inſpiratorum, quę poſſunt eſſe uitioſa, & virtuoſa.

FERIA TERTIA

Poſt diem Pentecoſtes.

Ser. III.

De inſpirationum diſcretione. De duodecim regulis diſcretionis inſpirationũ, quarum primæ ad laborem, ſecundæ ad delectationem, tertiæ ad vtrumque inducunt.

FERIA QVARTA

Poſt diem Pentecoſtes.

Ser. IIII.

De multiplici lumine, quo cognoſci poſſit, quæ ſint inſpirationes implendæ, & quare, & quid merentur, quæ meritoriæ ſint, quando voluntate & opere adimplentur, quando debent voluntate non opere adimpleri, & de merito & cauſis earundem, quæ ſunt opere & nõ volũtate adimplẽdæ, de cauſis, & merito earundẽ. De 12. rationibus, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ ſunt, quare cum implentur meritoriæ sũt, quare opere adimpletę meritorię iudicant. Qđ mereatur quodcũq; genus inſpirationum, ſiue bonarum, ſiue malarum, quæ remunerantur in bonum, & quibus

bonis, quæ remunerantur in malum, & quibus malis.

De merito inſpirationum, quæ naturaliter fiunt, & de varijs inclinationibus, quæ fiunt ex conſtellationibus.

FERIA QVINTA

poſt Pentecoſten.

Ser. V.

De duodecim fructibus ligni vitæ, & ſpiritus Chriſti, quod in duobus anima ordinatur in ſemetipſa, quod per tres fructus Spiritus ordinatur. quod p duos fructus Spiritus mens ordinatur in malis, quod per quatuor fructus anima ad proximum ordinatur.

FERIA SEXTA, ET

Dominica X poſt Pentecoſten.

Ser. VI.

De manifeſtatione Spiritus ſancti per duodecim ſigna, qualiter per quatuor ſigna cordis, per totidem oris, ac per quatuor alia operis.

TRACTATVS DE B. VIRGINE.

Ser. primus.

De glorioſo nomine Mariæ, quo dicitur ſtella maris. comparatur ſtellæ cęli maximè propter tria. quod dicitur ſtella maxime propter ſuam duplicem ſtabilitatẽ. De duplici altitudine perfectionis eius. De ſeptem operationibus ſtellæ, quæ in ea fuerunt, quod propter tria ſtellæ Poli maxime aſſimilatur. De quadruplici vicinitate, quam habuit ad filium ſuum. De multiplici intelligibili ſphæra, & ꝙ beata Virgo ſupra omnes creaturas propinquior eſt Chriſto. quod excedit in gloria oẽs alias creaturas. de triplici natura ſtellæ maris, quæ ei conuenire probatur. quod eſt ſtella mundum illuminans, & inflammans. quod p eam fideles huius ſæculi in periculis diriguntˀ. qu odeſt ſtella in portum ſalutis inroductiua.

Ser. I.

De eius glorioſo noĩe, qđ interpretatur amarũ mare. quod quadruplici rõne amariſſimum fuit beatæ Virg. tpe paſſionis ſeparatio filij ſui. quod amarum fuit B. Virg. tempore paſſionis ſeparatio filij ſui conſiderata eius conditione. ꝙ pp cognitionem filij ſui amariſſimum fuit, & ſeparatio eius, & maximè pp quinq; quibus diligebat Ieſum. ꝙ pp dilectionẽ fuit amariſſima eius ſeparatio, de quatuor affectib. huius amaritudinis. quod in morte filij cor eius valde amaricatum fuit. ꝙ de oĩbus, quę videbat circa mortem Chriſti amaritudinem maximã ſentiebat, quę Chriſtum affligebant maximã amaritudinem in Virgine cauſabant. quod ob amorem filij infinities mori voluiſſet. de quatuor ex quibus in Virgine cauſabatur maxima amaritudo. multa ſtupenda quæ uidebat in filio fuiſſe cauſam amaritudinis. ꝙ quæ vidit in diſcipulis fuerunt cauſa amaritudinis. quod quæ vidit fieri a perſequentibus Chriſtũ fuerunt cauſa maximę amaritudinis. quod maxime cruciabatur, quia non poterat eum adiuuare.

Ser. III.

Quomodo Maria domina interpretatˀ, de vera definitione dominij, quę B. Virg. vr̃ conuenire. Quod nulli puræ creaturæ ſubiecta. quod nullius adiutorio indiget. Quod nullius ſubiectionis indigentium hẽr. Quod beneficiorũ largiſſima eſt diſpenſatrix. de eius dominij magnitudine, & q̃uo apparet magnum. Quod eſt Regina cœli, & ſuperat oẽs Sanctos in gloria. Quod dñatur oĩbus dæmonibus infernorum, etiam ijs qui in purgatorio ſunt. Qđ oĩum ſtatuum, qui in mundo ſunt, dñium habet. De multitudine dñij, & de quadruplici multiplicatione ſubditorum eius. Quod eius merito peccatores ad dñm cõuertunˀ. Quod nulla gratia de celo deſcẽdit, quæ non a Virgine diſpenſetur. Quod eſt dña Angelorum, & ſuperat in gloria totã multiplicationem Beatorum. Quod omnes dæmones terret virtute ſua.

IN SACRATISSIMO DIE *Dominica Annunciationis. in mane.*

Ser. V.

De conſenſu virginali. De abyſſo humilitatis glorioſæ Virginis, qñ conſenſit concipere filium Dei. De ardentiſſimo deſiderio charitatis eius ad incarnationem filij Dei. quod maximè in tribus fidei luminibus apparuit magnitudo fidei Virginis benedictæ.

ITERVM IN ANNVNCIATIONE *glorioſæ Virginis, infra diem.*

Ser. VI.

De conſenſu virginali, de quadruplici obiecto, quod habuit B. Virgo, cum cõſenſit concipere filium Dei. de quadruplici perfecto virtutum actu, quas aggregauit in conceptu filij Dei. quod miro martyrio ſe Deo dedicauit, & obtulit, in conceptu. De quadruplici adiutorio B. Virgini communicato in conceptione, quod ab ęterno electa fuit mater Dei.

De ſeptem verbis Virginis glorioſæ, in quibus ſeptem gradus, ſeu proceſſus amoris inſinuantur.

Ser. IX.

De triplici gradu amoris in triplici verbo Virginis demonſtrato. Quantum ex amore ad Dominum B. Virgo omnem corruptionem abhorruerit, etiam ꝙ umbram corruptionis habuerit. De exultanti iubilatione eius, qñ Magnificat decantauit, quam iubilando regratiata eſt ſummo Deo de beneficijs ſibi factis. De trib. vltimis verborum flammis Virg. benedictæ. De triplici generali guſtu diuini amoris, quem experta fuit B. Virgo.

IN FESTO PVRIFICATIONIS *B. Mariæ Virginis.*

Ser. X.

Quomodo Chriſtus pro nobis amoroſiſſimè uoluit ſe ſubijcere triplici legi, ſicut alij nati. ꝙ amoroſiſſimè, & humiliter ſe ſubiecit legi Purificationis. Quod triplex gratia concurrit, qñ Chriſtus in tẽplo donatus eſt nobis, & Deo oblatus. De gratia triplicis affectionis, qua repletus eſt S. Simeon, qñ venit pro nobis ſuſcipere Ieſum in templo. De iubilo, & laude & gratiarũ actione ſanctiſſimi Simeonis. De iubiloſa gratiarum actione ad ſanctiſſimam Trinitatem, quod viſo Domino iam moriatur in pace.

IN FESTO ASSVMPTIONIS *Glorioſæ Virginis Mariæ.*

Ser. XI.

Qũo B. Virgo ad cæli gloriam fuit tripliciter inuitata, ſeu eleuata. Qũo tota B. Trinitas cum oĩ cęleſti curia obuiam uenit B. Virgini aſcendenti in cęlum. De triplici glorioſo ornatu, quo fulget B. Virgo in gloria paradiſi.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

De verbo Dei, & de conditionibus auditorum. quod mens hominis ſit lutoſa, quod ſit petroſa, quod ſit ſpinoſa.

TRACTATVS DE OCTO *Beatitudinibus euangelicis.*

De excellentia, & dignitate beatitudinum euangelicarum, & de ſufficienti numero, & ordine prædictarum, quæ eorum dignitatem oſtendunt. Quod ꝑꝑ tria aſcẽdit in montem Ieſus, vt ſcilicet beatitudines ꝑdicaret. Quod ꝑꝑ tria ſedit eas pronunciaturus. Beatitudines pronũciaturus ꝑꝑ tria os aperuit. De ſufficientia numeri beatitudinũ & gradib. earũ. De quinque gradib. ꝑ quos aĩa perducit̃ de pñti vita ad beatitudinis ſtarum. qđ per has aĩa tripliciter aſcendit. Qũo anima perficit̃ per has ſm triplicem potentiam ſuam. Qũo aliter eorum ſufficientia diſtinguitur ad morum vtilitatem. Quod ſm diuerſas o-

piniones beatitudinis hæ a Chriſto conſtituuntur. Quod ordinâtur ad perficiendas diuerſas aiæ potentias. Ratio beatitudinis, quam conſequuntur iuſti ex beatitudinibus præſentis uitæ.

IN ASCENSIONE DOMINI *Ieſu Chriſti. in mane.*

Ser. primus.

De tribus iubilis, qui præceſſerũt Chriſti aſcenſionem. De familiari conuiuio, in quo Chriſtus voluit intereſſe ante ſuam aſcenſionem. De admirandis affectib. quibus ſe habebant in ſuo receſſu adinuicem Ieſus & diſcipuli eius. De deuota exhortatione facta a Chriſto diſcipulis ſuis. De alijs tribus iubilis, quæ concurrerunt in Chriſti aſcenſione. De conuenientibus circumſtantijs, quibus Chriſtus ad cœlũ aſcendit. De admirando gaudio Angelorum, & Sanctorũ aſcendentium cũ Ieſu. De admiranda exaltatione Chriſti aſcendentis in empireum cœlum. De alijs tribus iubilis Sanctorum, qui ſubſequuti ſũt poſt Chriſti aſcẽſionem. De iubilis totius cœleſtis curiæ in aduẽtu filij Dei. Qđ laudes dederunt Angeli Xpo ſedenti in throno a dextris ęterni Patris. Qũo duo Angeli conſolati ſunt diſcipulos per Chriſtĩ aſcenſionẽ. Quæſtio minorum Angelorũ de Regis perſona.

DE ASCENSIONE SANCTISSIMA *Ieſu Chriſti, infra diem.*

Ser. II.

Quod pp tria Chriſtus retardauit 40. diebus aſcenſionem ſuã: vt probaret ueraciter ſe reſurrexiſſe, pp conſolationem diſcipulorum, ut eos de vita euãgelica informaret. De excelſo loco in quem Chriſtus in die aſcenſionis aſcendit. Quod ſupra oẽs cœlos materiales aſcendit. Quod ſupra naturam angelicam, & humanam. Quod ſedit ad dexteram Patris. De duodecim fructibus ſanctiſſimæ Aſcenſionis per tres quaternarios diſtinctos, de primo quaternario, de ſecundo quaternario, de tertio quaternario.

DOMINICA XII. VEL XVII. *Poſt Pentecoſten.*

De diuina dilectione, quare & qũo diligendus eſt Deus. quod ſuper omnia, quare potius præcipit Deus eum diligere, quam cognoſcere, quare potius diligere, quam timere. quare potius diligere quam diligi, quare tũ diligere. De quadruplici ſenſu diuinæ dilectionis. primus ſenſus, ſecundus ſenſus, tertius ſenſus de modo diuinæ dilectionis, qui 20. modis exponi poteſt, ꝙ quadrupliciter exponitur modus diligendi Deum. alij quatuor modi diligendi Deum. alij quatuor.

DOMINICA X. POST PENTEC.

Contra confidentiam ſui ipſius de humiliatione ſuperborũ, & exaltatione humiliũ. in euangelio Phariſęi, & Publicani. De differentia ſtatus Phariſæi, & Publicani. De quorundam confidentia arroganti & uitioſa. de differenti actu Phariſæi, & Publicani. De duplici parte iuſtitiæ, quam ſibi arrogabat Phariſæus. De digna præparatione humilis Publicani ad conuerſionis orationem. de eorum differenti fructu, quod varius fuit fructus eorum.

DOMINICA XI. VEL XXII. *poſt Pentecoſten.*

Quanta fecerit Dominus animæ rationali.

DOMINICA XVI. POST *Pentecoſten.*

De calamitatibus humanæ vitæ, & maxime ſenectutis. De ſeptem calamitatib. ſpiritualibus humanę uitæ, & maxime malorum ſenum, quanta impatientia cruciantẽ hi, qui in vitijs ſeneſcunt. de tædio præſentis uitę, quo cruciantur. de periculoſa ignorantia quæ in eis regnat, qũo periculoſe in eis tenebreſcit lumen intellectus. De triplici eorum prauitate quam incurrunt ex longa mala uita. Ad quantam diuinorum inſenſibilitatem perducat ſe-

nem

nem longior mala vita. De eorum mentis cęcitate, & ſera conuerſione. De admiratione inſpirata ſupernæ mentis ſenectutis & de ſeptem calamitatibus corporis ſenum. quod omnia earum corporis oſſa mouentur per iuncturarum laxationem, de crurium debilitate, de dentium diminutione, de caligine oculorum, de immobilitate labiorum, de lenitate ſomni, de auditus amiſſione, de ſeptem experimentalibus calamitatibus ſenectutis, de tremore capitis in ſene. De timore membrorum ſenis, de canicie capitis ſenum. qūo in ſene tumeſcunt mebra, qūo in ſene frigeſcit uirtus generatiua, de morte ſenis. De lacrymis ueris, & fictis in mortē ſenū.

DOMINICA XXII. POST Penteceſten.

De multiplici ueritate. De triplici ueritate, ſ. cordis, oris, & operis. Quod ueritati cordis tria neceſſaria ſunt. Quod ueritati oris tria oppoſita ſunt, quod neceſſe eſt hominem nō ſolum corde, & ore, ſed ēt opere eſſe veracem. De triplici ueritate, ſ. vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ. Quid eſt ueritas uitæ, & quibus eſt neceſſaria. de ueritate iuſtitię, & in quibus regnare debet. de veritate doctrinæ, & quibus eſt neceſſaria. de veritatis confeſſione, circa quā tria conſideranda ſunt. quod duobus modis homo a ueritate declinat. Quod in tribus caſibus licet ueritatem tacere, ꝙ nunquā licet veritatē negare, uel falſitatē firmare.

DOMINICA PRIMA POST Penteceſten.

Sermo de eleemoſyna.

De duodecim fructibus eleemoſynæ, de quatuor primis qui pertinent ad incipientes, quod duæ generales peccatorum radices per eleemoſynam mortificantur. De duplici orōne, qua eleemoſyna ſurgit. Quod ex eleemoſynarum largitione illuminatur hōmo ad vitia, & virtutes cognoſcendas. quod uita gratiæ, & gloriæ per eleemoſynam acquiri poteſt. De alijs quatuor fructibus eleemoſynæ, qui pertinēt ad continuantes, quod liberat a duplici malo. ſ. temporali, & æternali, ꝙ per eam acquiritur ſanitas corporalis, & ſpūalis. Quod præſtat duplex adiutorium defenſiuum & pugnatiuū, quod multiplicantur diuitiæ temporales & gratiæ ſpirituales. De vltimis quatuor fructibus eleemoſinæ pertinentibus ad perſeuerantes. quod eius virtus ſuperat diabolum, & quodam modo Deum, quod bona temporalia conſeruantur. Quod perfectiones præceptorum, & cōſiliorū adimplent, quod duplex gloria pōt acquiri in p̄ſenti, & in futuro.

DOMINICA TERTIA POST Penteceſten.

Quantæ efficaciæ ſit in bonum, vel malum ſocietas bona vel mala. De multiplici lucro ſpirituali, quod erit ex ſocietate bonorum cum bonis, quod ex ſocietate bonorum cū bonis melius cognoſcuntur bona, & mala. Societas bonorum contra malum, & erga bonum robuſtior eſt. De multis modis, per quos a peruerſis hominibus fragiles ſeducuntur. De triplici malitia, per quam peruerſi ſeducunt fragiles. Prima malitia, ſecunda malitia, tertia malitia. De tribus blanditijs quibus a peruerſis fragiles peruertuntur, de triplici violentia qua contaminantur. Violentia exēplationis, violentia continuationis, violentia infeſtationis. De triplici varia ſocietate bonorum & malorū virorum, de mira vtilitate ſocietatis iuſtorum & perfectorum cum malis, quod conuerſatio iuſtorum cum malis quandoq; tollerabilis eſt, quod propter ſeptē vitandi ſunt mali.

DOMINICA VIII. POST Penteceſten.

De multiplicibus rationibus, quare à Deo proſpera mundi dantur iuſtis. Quod propter triplices cauſas principales mundi proſpera dantur incipiētibus iuſtis. Vt palam fiat quod a Deo creata, gubernata, & data ſunt, propter condeſcenſionem propter diſcretionem, quod propter tres cauſas principales proſpera mūdi dantur iuſtis proficientibus, propter diuerſorum ſtatuum connexionem, pp manifeſtationem potentiæ, clemētiæ, & ſapientiæ ſuę. Vt eorum magnificentiæ manifeſtentur, vt iam in præſenti participent gloriam paradiſi, vt participent gloriam ſubſtantialē, conſubſtantialem, accidentalem.

DOMINICA SECVNDA *de Aduentu.*

De varijs iudicijs, & tormentis inflictis peccatoribus in aduentu iuſti iudicis Ieſu Chriſti. Quod contra carnales homines triplex officium exercet, quo ſecreta cordis cognoſcit, quod peccata cordiū loco, & tempore manifeſtat. quod terribiliter comminatur carnalibus. de tribus flagellis peccatoribus, & maxime carnalibus datis, quo Chriſtus flagellat homines carnales. quod ſæpe per peſtes. de æterna damnatione carnalium hominum, & peccatorum, de eorū æternis ſuplicijs. quod in inferno cruciatus diſperabiles habent, quod patiētur horribiles cruciatus, quod interminabiles erunt.

IN EPIPHANIA DOMINI *noſtri Ieſu Chriſti.*

De tribus admiratione dignis in Magis, in Scribis, & in Herode.
De triplici ſtella, qua Magi illuminati sūt. De admiranda cæcitate Scribarum circa ea quę in ſummo deſiderabāt. Intellectus Herodis circa ea de quibus tremebat, de admirando feruore Magorum circa dominum, quod intelligitur ex multis circumſtantijs. De magna fiducia, quā Magis prębuit Chriſti fides de admirabili eorum gaudio in apparitione ſtellæ, de alijs trib. qbus eorū feruor apparet admirandus, quod fuit admirabile nō ſcandalizari inſignis humilitatis Chri, de miſterio adorationis, & oblationis, quod eſt mirabile quod non cōmemoratur ab euangeliſta Virginem Magis aliquid fuiſſe loquutam.

DOMINICA V. POST *Epiphaniam.*

De regno cœlorum, quid ſit regnum Dei, de operatione creationis, redemptionis, boni gratuiti & liberi arbitrij.

DOMINICA XX. POST *Pentecoſten.*

De triplici ſtatu animæ .ſ. offenſionis illuminationis, & conuerſionis.

Quomodo per ſeptem gradus peccator deſcendit in profundum peccatorum. De peccato conſenſus, quando eſt mortale, & quando veniale, quid addat cōſenſui culpæ ſequens opus malum, quantum deterius eſt peccare publicè quā occultè, quod deterius eſt peccatum excuſare vel defenſare quam peccatum perpetrare, de nequitia eorum qui perſequuntur eos qui corrigunt illos, de peſtifera contagione quorumdam peruerſorum, de ſeptemplici lumine quo anima peccatoris a Deo illuminatur, quod ad peccatorū conuerſionem eſt neceſſaria recognitio vitæ prætevitæ. Quantū de pręt. mala vita admiratur peccator cū cognoſcit ſe ipſum, de veraci contritione, & quę ad eam requiruntur; quomodo in tota vita ſua mutatur peccator cum eſt veraciter conuerſus, de timore qui peccatorem apprehendit cum reliquerit peccata ſua, quid faciat Confeſſio in homine veraciter confitente, de magnanimo contēptu peccatoris contra obloquentes de ſua conuerſione, de ſeptemplici emendatione peccatoris, de firmo propoſito animæ patientis in peccata amplius non redeundi, de intellectuali pudore animæ veraciter pęnitentis, de triplici timore peccatoris cōuerſi, de admirando profluuio lacrymarum animæ pęnitentis & de virtuoſa efficacia earum, de elemoſynarum pietate, & quomodo diſpenſari debet, de ſuauitate qua in Deo peccator ſentit de ſua conuerſione, de his quæ neceſſaria ſunt in pęnitente vt pſeuerit in bono.

DOMINICA IN QVINQVA.

De ſacrificio Abrahæ, quomodo præcepit dominus ei imolare filiū ſuum Iſaac, prima tētatio, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, quomodo ſe præparauetit ad imolandum filium, quomodo obediuit ſimpliciter, libenter, velociter, fideliter, ſtabiliter, viriliter, indeſinenter, executioni mandauit, prima mandati executio, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima.

IN NATIVITATE DOMINI.

De triplici natiuitate Chriſti, de æterna generatione filij ab æterno patre, de patris, & filij coæternitate quæ in emanatione luminis denotantur, de patris & filij coæqualitate quæ in emanatione imaginis deſignantur.

FINIS.

SERMONVM,
QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR, ELENCHVS.

ABRAHÆ ſacrificio. pagina. 464
Aduerſa malis, quare dentur. 530
Amore proprio, ſeu priuato. 270
Amore mundi, & malis eius conditionibus. 287
Amore inter Deum & animam. 447
Animæ dignitate. 279
Animæ iuſtæ triplici ſtatu. 433
Annunciatione Virginis Glorioſæ. pag. 540
Aſcenſione Domini. 240. & 253
Beatitudinibus octo euangelicis. 166
Calamitatibus ſenectutis. 317
Chriſtiana vita. 139
Chriſtiana pietate. 158
Confeſſione peccatorum. 355
Confidentia ſui ipſius mala. 312
Conſenſu virginali. 92. & 98
Contemptu mundi. 543
Conuerſione peccatorum. 419
Dilectione diuina. 304
Diſputatio contra obedientiam. 489
Donis Spiritusſancti, & quomodo communicantur diuino amori. 1
Eleemoſynæ fructibus. 374
Epiphania Domini. 404
Eſurie iuſtitiæ, ſeu famelica iuſtitia. pag. 198
Inſpirationibus, & inſpirationum varietate. 21
Inſpirationum diſcretione. 30
Inſpirationum merito. 55
S. Ioſepho ſponſo Beatæ Virginis. pag. 456
Iuſtitia Chriſtiana, integra, ordinata & zelante. 147
Lucta multiplici. 188
Mariæ glorioſo nomine, ſcilicet, quòd dicitur ſtella maris. 75
Mariæ glorioſo nomine, Et quòd interpretatur amarum mare. pag. 81
Mariæ glorioſo nomine, Et quomodo Maria Domina interpretatur. 86
Mariæ Virginis Glorioſæ, ſeptem verbis, in quibus ſeptem gradus, ſeu proceſſus amoris inſinuantur. 104
Mariæ Virginis Glorioſæ Purificatione. 116
Mariæ Virg. Glorioſæ, Aſſumpt. 124
Martyrio, & perſecutione iuſtorum. pag. 230
Mendacio multiplici. 345
Miſeria conditionis humanæ. 535
Miſericordiæ perfectione. 206

Mititate triplici, & pro qua terra viuentium pro beatitudine danda eſt. pag. 183
Mortuis. 503
Multiloquio, & eius remedijs. 506
Munditia cordis. 215
Natiuitate triplici Domini Ieſu Chriſti. 515
Obedientiæ euangelicæ ſumma perfectione. 476
Oratione ſacratiſſima. 261
Pacis multiplici bono. 224
Paupertate ſpiritus. 174
Proſpera mundi, quare iuſtis dentur. pag. 394
Rectoribus, & prælatis. 367
Regno cœlorum. 411
Societate bona, & mala. 384
Spiritusſancti fructibus. 65
Spiritusſancti manifeſtatione. 70
Spirituum malignorum exercitu. pagina. 293
Taciturnitate boni, & mali. 470
Tormentis carnalium. 399
Tribulationibus. 525
Verbo Dei. 134
Veritate deſiderabili. 328
Veritate multiplici. 338
Vilitate hominis. 538

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVÆ HOC OPERE CONTINENTVR, ALPHABETICA SERIE DIGESTVS.

ABraham quibus tentationibus a Deo probatus fuerit. pagina. 464.f.g.& ſeq.
Abraham quid ſignificet. pagina. 465.a
Abraham credidit Deum ſuſcitaturum filium ſuum Iſaac. 468.f
Abrahæ filij eius opera facere debent. 470.c
Abrahæ obedientia explicata. 467.c.& ſeq.
Abſentia rei amatæ eſt doloris cauſa. 83.c
Accidia quid ſit. 302.c.d
Accidiæ filiæ quæ. ibid.e.f
Accipiter moritur ex panis comeſtione. pagina. 328.e
Actiuæ vitæ opera ſex. 439.d.& ſeq.
Adam quid ſignificet. 444.c
Adam iuſte damnatus ob peccatum. 540.c. & ſeq.
Adam cur dignus fuerit miſericordia. pagina. 540.g.& ſeq.
Adoratio quid ſit. 199.a
Adulatio eſt amicitiæ peſtis. 334.a
Adulatio caudæ comparata. 351.a
Adulatio quãdo ſit peccatum mortale. 351.d
Adulatio quotuplex ſit. 350.d
Adulationis deſcriptio quædam. 350.e.f
Adulationis deteſtatio. ibid.e.& ſeq.
Adulator figit clauum in oculum. 350.e
Adulatores damnati. 334.b
Adulatores ſirenis comparati. 185.e
Affectus humanus ad quæ afficiatur. 310.b
Agentium quatuor genera. 412.b
Altare vnde dictum. 236.b
Altare myſtice voluntatem humanam deſignat. 400
Amare & intelligere quibus modis differant. 305.b
Amare Deum debemus ob varias cauſas. pag. 250 f
Amare nobilius eſt, quàm amari. 306.e.f
Amaritudo maris vnde naſcatur. 81.e
Amor mundanus aſtutiſſimus. 288.c
Amor mundanus acutiſſime videt. 287.b
Amor mundi eſt impius in Deum, in ſe, & proximum. 289 e.290.a.& e
Amor mundi fermento comparatus. 290.b
Amor mundi aduerſatur humilitati. 291.c.d
Amor mũdi amorem priuatum fouet. 289 c
Amor mundi in tres amores diuiſus. 317.g
Amor mundi iniquitatibus animæ vires replet. 290.b.& ſeq.
Amor Dei melior eſt in via, quàm cognatio. 306.b
Amor diuinus quæ faciat cognoſcere. 7.d. & g
Amor diuinus in ſe transformat. 8.f
Amor diuinus conſolidat. 5.b
Amor diuinus liquefacit, & quomodo. 4.d. & ſeq.
Amor diuinus facit proficere. 6.e
Amor diuinus gignit timorem, & de quibus rebus. 4.a
Amor diuinus comparatus igni. 3.g.& ſeq.
Amor diuinus facit diſtinguere, & quomodo. 5.a.& ſeq.
Amor diuinus in aduerſis iucunditate replet. 6.b
Amor diuinus illuminat. 7.d
Amor quid ſit. 411.b
Amor triplex. 33.e
Amor triplex in anima. 304.f
Amor, quo anima vnitur Deo, eſt triplex. 451.b.& ſeq.
Amor eſt actus nobiliſſimus hominis. 207.a

Amor eſt cauſa quod aliquis ſit bonus vel malus. 305.c
Amor eſt ſuauiſſimum manna. 307.d
Amor ex quibus rebus oriatur. 82.h
Amor preceps eſt. 90 c
Amor non ſentit amaritudinem. 271.g
Amor proprius vnde naſcatur. 272.a
Amor proprius eſt crudelis, & terribilis. 274.f.& ſeq.
Amor proprius comparatus pardo. 274.h. & leoni. 275.b
Amor proprius radix omnium malorum. 269.h
Amor proprius eſt egenus. 288.h
Amor proprius Deum blaſphemat, & quot modis. 273.g
Amor proprius operatur deſperationem in anima. 276.g.& ſeq.
Amor proprius quas malignitates operetur in anima. 273.c.& ſeq.
Amor proprius triplex. 270.a
Amor proprius cur nō ſit ſub precepto. 270.a
Amor proprius deſcriptus per varios effectus. 275.e.& ſeq.
Amor proprius quas ruinas efficiat in anima. 271.d.& ſeq.
Amor priuatus fœdiſſimus. 290.g
Amor hominis ad tria affici poteſt. 147.a
Amor amato ſubijcitur. 111.f
Amore proprio qui tenentur, quibus comparentur. 289.h
Amore maximo erga Chriſtum quidam mortuus eſt. 241.g
Amores duo duas ciuitates faciunt. 270.c. & ſeq.
Amoris diuini effectus. 3.b.& ſeq.
Amoris diuini duodecim ſtimuli. 454.f. & ſequen.
Amoris diuini guſtus interdum etiam corpus nutrit. 10.d
Amoris diuini transformatiui fructus que. 9.f
Amoris diuini guſtus quantus. 9.g
Amoris diuini vis quanta. 6.d
Amoris veri natura, que. 105.c
Amoris triplex vis. 202.d
Amoris proprij varij effectus crudeles. 275.f.g
Amoris proprij [illegible]atio pulcherrima. 279.b.c.d
Amoris effectus eſt de re amata exultare. 107.b
Amoris effectus eſt compati. 114.e
Amoris effectus eſt ſiomme vnire. 105.g
Amoris effectus eſt ſe communicare. 106.e
Amoris effectus eſt guſtare. 112.h
Amoris ſtatus tres. 451.c
Amoris natura que. 150.b
Amoris modus eſt non habere modum. 349.f
Amoris imitatio eſt preuenire amando. 306.h
Amici mortem que affectiones ſequantur. 83.f.& ſeq.
Amicus pro amico vult mori. 84.e
Anachoritarum ſtatus examinatus. 496.d. & ſeq.
Angelus minus dignus fuit redēptione, quàm homo. 533.e
Angelus Domini quid myſtice ſignificet. 426.c.d
Angelus magis peccauit, quàm homo. 540.g
Angelus quomodo animam illuminet. 23.d
Angelus quomodo voluntatem humanam moueat. 23.a
Angeli non ſinunt ſe adorari ab homine poſt Chriſti aſcenſionem. 258.f.g
Angeli recedunt a ciuitatibus in quibus abundant peccata. 387.a.b
Angelorum numerus quantus. 91.e
Angelorum officium quotuplex. 23.a.& ſeq.
Angelorum cur quatuor nomina hominibus reuelata. 24.a
Angelica natura quomodo ſuffragata ſit ad myſterium incarnationis. 101.d.e
Anima & corpus quibus rebus crucientur. 29.e.& ſeq.
Anima nobis data in depoſitum a Deo. 535.g.h
Anima a quibus rebus ſit mundanda. 217.f
Anima ſeu mens conuertendo ſe ad creaturas qualis euadat. 136.f.& ſeq.
Anima quibus beneficijs a Deo fuerit affecta. 185.c. & ſeq.
Anima quibus gradibus perducatur ad beatitudinem. 169.f
Anima quibus modis a Spirituſancto moueatur. 294.a.b
Anima eſt moneta æterni regis. 280.b
Anima quomodo ſeipſam videat. 279.f
Anima aliqua re neceſſario delectatur. 271.e
Anima ventus nominatur. 247.f
Anima eſt Dei ſedes. 264.h
Anima quibus rebus ſatietur. 204.d.& ſeq.
Anima informis ſine gratia. 228.e

Anima cur facies nominetur. 300.*f*
Anima quanto labore a Chriſto recuperata fuerit. 285.*e.f.g.h*
Anima quantum fuerit ab æterno a Deo dilecta. 286.*g*
Anima deuota quomodo pariat Chriſtum. 524.*a*
Anima mulieri comparata. 524.*a.& ſeq.*
Anima concipit, parit, & poſtea ſe reputat immundam. 117 *a.b*
Anima quanti æſtimata fuerit a Deo. 282.*g. & ſeq.*
Anima humana quanti fiat a diabolo. 282.*h*
Anima quantum parui fiat ab homine. 282.*h & ſeq. qui*
Anima a bus rebus expurgari debeat. 13.*h*
Anima de quibus rebus illuminari debet. 14.*a*
Anima quomodo impediatur, ne illuminetur veritate. 23.*c*
Anima quibus gradibus expugnetur a diabolo. 56.*c.d*
Anima donis Spiritusſancti expediri debet. 11.*b*
Animam quæ delectare ſoleant. 28.*g & ſeq.*
Animam ſpiritum Dei habere, quibus ſignis cognoſci poſſit. 70.*a.& ſeq.*
Animæ ſtatus ſeptem. 11.*b*
Animæ ſtatus tres. 524.*b.c*
Animæ locus proprius qui ſit. 430.*c*
Animæ magnitudo quanta ſit. 282.*c.d*
Animæ beatæ ſunt cœlum. 256.*f*
Animæ proficientis gradus tres. 452.*d*
Animæ vires tres. 136.*e*
Animæ vires. 309.*c*
Animæ ſenſus quinque. 321.*g*
Animæ rationalis quanta ſit capacitas. 412.*f.g*
Animæ iuſtæ ſtatus triplex. 433.*b.*
Animæ dignitas quanta ſit. 186.*c*
Animæ cibus eſt gratia. 204.*c*
Animæ triplex potentia. 221.*b*
Animæ oſtium eſt voluntas. 454.*c*
Animæ locus eſt Deus, in quo conſeruari debet. 337.*e*
Animæ quadruplex virtus. 412.*f*
Animæ potentiæ quomodo perficiantur per octo beatitudines. 170.*g.& c*
Animæ ingratitudinem admiratur Deus. 280.*e*
Animæ natura & pulchritudo, quibus rebus cognoſcatur. 280.*g*
Animæ conſiderationes variæ. 280.*a*
Animæ dignitas quanta, & latè explicata. 280.*a.& ſeq.*
Annunciationis ſolemnitas quanta. 93.*a b*
Apoſtoli quam doctrinam docuerint. 255.*d. & ſeq.*
Apoſtoli ſunt iudices Dei. 238. *b*
Apoſtoli quomodo miſſi a Chriſto. 234.*c.d*
Apoſtoli carbones dicti. 2.*e*
Apoſtolorum paupertas prædicta a ſybilla. 235.*b*
Apoſtolorum munus explicatum. 15.*b*
Aquarius vnde ſic dictus. 434.*f*
Aquilo quid myſtice ſignificet. 326.*f.g*
Aquilo quid in ſcriptura ſignificet. 267.*f*
Aquilo quid deſignet. 80.*d.e*
Araneæ natura. 319.*b*
Arbor quæ non facit bonum fructum, quæ ſit. 52.*f*
Arca Moyſis fuit figura Mariæ. 12 .*h*
Arca vnde dicta. 130.*a*
Arcus quid myſtice ſignificet. 483.*f*
Arcus quid myſtice ſignificet. 121.*c*
Ardua dupliciter aggredi poſſumus. 5.*b*
Arduis & dubijs in rebus quid agendum. 54.*b.& ſeq.*
Aries cur ſic dictus. 435.*b*
Arrogans miſer & pauper eſt. 111.*f*
Arrogantis, natura deſcripta. 111. *e. & ſequen.*
Arrogantia ſpiritualium gratiarum triplex. 111.*e*
Arrogantia cæteris peccatis eſt periculoſior. 300.*b*
Articuli fidei, qui explicite credendi. 295.*b. & ſeq.*
Aſſe, quid ſignificet. 28.*b*
Aſſer quid ſignificet. 268.*b*
Aſcendere in cœlum cur Chriſtus voluerit. 240.*a*
Aſcenſio Chriſti cur facta in nube. 248.*b*
Aſcenſio Chriſti cur facta viſibiliter. pagina. 245.*b*
Aſcenſio Chriſti cur quadraginta die facta. 255.*b*
Aſcenſio Chriſti cur magis dilata, quàm reſurrectio. 258.*f*
Aſcẽſio Chriſti cur dilata fuerit. 254.*c.et ſeq.*
Aſcenſio Chriſti quot fructus attulerit, & eorum explicatio. 257.*b.& ſeq.*
Aſcenſio Chriſti facta virtute propria. 245.*f*

Aſcenſio, aſſumptio, & euolatio, quomodo differant. 245.g
Aſcenſionis Chriſti deſcriptio. 244.a. & ſeq.
Aſcenſionis Chriſti quanta feſtiuitas. 253.d. & ſeq.
Aſcenſionis Chriſti ſolemnitas explicata. 240.a. & ſeq.
Aſcenſionis Chriſti ſolemnitas quanta. 240.d.e.f.
Aſcenſionis Chriſti effectus. 240.f
Aſſumptionis Mariæ dies ſublimis. 124.d
Aſtrologia iudiciaria damnata. 406.g.h
Attentio orationis triplex. 158.g.h
Attentio in oratione neceſſaria. 159.a
Auaritia radix omnium malorum, quomodo. 270.e.f
Auaritia beatitudinem impedit. 171.f
Auaritia damnata. 328.a.f
Auaritiæ filiæ quæ. 302.a
Auaritiæ deteſtatio. 337.f.& ſeq.
Auarus araneæ comparatus. 319.b.c
Auarus vnde dictus. 301.f
Auarus quis dicatur. 301.f
Auditor verbi Dei, vide, verbum Dei.
Aureola cui debeatur. 60.a
Auſter quid myſtice ſignificet. 326.f

B.

Babylon quid ſignificet. 531.d
Babylon quid myſtice ſignificet. 548.f.g
Baptiſmi gratia eſt neceſſaria. 414.d
Beata vita in quo conſiſtat. 181.c
Beata vita in quo conſiſtat. 332.e
Beati quam ſitim, & eſuriem ſentiant in patria. 206.b
Beati an ſemper deſiderent bibere Dei ſuauitatem. 205.f
Beatorum varij ordines. 256.g.h
Beatus quis vere dicatur. 181.d
Beatorum gloria inæqualis. 259.a.b
Beatorum ſocietates variæ. 237.d
Beatitudo futura in quibus conſiſtat. 174.a.& c
Beatitudo quot modis ſumatur. 197.e.f
Beatitudo non eſt ſine ſecuritate. 206.f
Beatitudo vitæ actiuæ quæ. 172.a
Beatitudo in quibus rebus conſiſtat. 63.e
Beatitudo retardatur ex appetitu corporis reſumendi. 131.h
Beatitudo ab anima redundat in corpus. 132.h.& ſeq.
Beatitudo quid ſit. 159.g.h.& 170.a
Beatitudo in varijs rebus poſita, & variæ de eæ opiniones. 175.d.e
Beatitudo in vita delitioſa quot modis ponatur. 175.e
Beatitudines quomodo animam perficiant. 170.g
Beatitudines quomodo dirigant animam. 170.b
Beatitudines ordinantur ad perfectionem animæ. 172.g.& ſeq.
Beatitudines applicatæ feſto omnium Sanctorum. 237.d.& ſeq.
Beatitudines quos fructus pariant. 173.c. & ſequen.
Beatitudines ſunt actus heroici. 169.b
Beatitudines quot ſint. 169.b
Beatitudines diebus creationis poſſunt accommodari. 169.c
Beatitudinis æternæ deſcriptio. 548.c.d
Beatitudinis remuneratio quanta. 214.b. & ſeq.
Beatitudinis actus præcipuus eſt amor. 207.e
Beatitudinum effectus qui ſint. 173.e.& ſeq.
Beatitudinum breuis declaratio. 236.g
Beatitudinum finis eſt regnum cœlorum. 237.b
Benedicere quid ſignificet. 122.a
Beneficentiæ virtus commendata. 203.f.g
Benignitas quid ſit. 69.a
Benignitas Spiritusſancti fructus. 68.b
Benignitas cur ſic dicta. 368.f
Benignitas quid ſit. 368.f
Benignus quis dicatur. 68.b
Blaſphemia quibus modis fiat. 298.f
Blaſphemia in Deum quæ ſit. 273.d
Bona præſentis vitæ quot ſint. 52.g
Bona opera neceſſaria ſunt ad ſalutẽ. 443.b.e
Bona opera qualiter fieri debeant. 443.g.h
Bona, in quibus conſiſtit mortalis vita, tria ſunt. 224.c
Bona temporalia quomodo nobis data ſint. 49.b
Bona temporalia an ſint a Deo petenda. 265.d.e
Bona temporalia quæ ſint. 265.d.e
Boni quas perſecutiones patiantur ab impijs. 234.a
Boni ob quas cauſas debeant vitare malos. 393.c.g
Bonum quotuplex ſit. 320.a
Bonum minus pro maiori dimittendum. 52.g.& ſeq.
Bonum opus tria requirit. 337.b

Bonum eſſe cum malis eſt valde laudabile. 392.a
Bonus & malus qui dicatur. 305.c
Bonus theſaurus qui. 146.b
Bonus qui dicatur, & quid ſit bonitas. 68.h
Bonus ſolus Deus cur dicatur. 520.h
Bonorum hominis tria genera. 151.e
Bonorum temporalium poſſeſsio non eſt damnanda. 395.e.& 396.b
Bonorum tria genera. 437.b
Bonis in operibus quæ timenda ſint. 437.e
Bonitas eſt fructus Spirituſſancti. 68.h
Bonitatis diuinæ proprium quid ſit. 204.b

C

Calamitates corporales ſenectutis quæ. 323.e.& ſeq.
Calamitates vitæ humanæ variæ. 318.c.& ſequen.
Calix quid. 216.f
Cancer quid myſtice ſignificet. 436.d
Canicies vnde oriatur. 325.h
Canicies quando ſit venerabilis. 326.a
Canicies ſenum laudata. 325.g.h
Capere quid ſignificet. 11.a
Capilli quid myſtice ſignificent. 432.c
Capparis quid ſit. 326.d
Capparis ad quid conferat. 326.d
Capricornus quidnam ſit. 434.d
Caput hominis cur excelſa nominetur in ſcriptura. 325.d
Caput & cauda animalis cur Deo offerebantur. 37.h
Carbo vnde dictus. 11.a
Caro quomodo caſtiganda. 33.h.& 34.a.b.c
Caro & ſanguis cur regnum cœlorum poſſidere non poſſint. 415.e
Caro pugnat cum ſpiritu. 201.c.& ſeq.
Caro humana fœtida. 535.f
Carnis deſideria comparantur pilis ex carne naſcentibus. 201.d
Carnis opera quæ ſint. 201.c
Caſtitas eſt fructus Spirituſſancti. 69.h
Caſtitas quibus rebus conſeruetur. 70.a
Caſtitas neceſſaria ad acquirendum regnum cœlorum. 415.c.d
Cathedra quid ſit. 423.g
Cathedra quid myſtice ſignificet. 423.g
Cauſæ inferiores pendent ab eo. 212.f
Cautio quid ſit. 21.c
Cæcitas ſpiritualis quæ. 322.a.b.c
Cœli quot ſint. 256.b
Cœli empyrei magnitudo, virtus, & pulchritudo quanta. 682.a.b.c
Cœli magnitudo quanta ſit. 248.f
Cœlum empyreum beati corporis eſt locus. 256.c.d
Cœlum empyreum cur ſic dicatur. 223.e
Cœlum interdum naturam diuinã deſignat. 257.c
Cœlum vnde ſic dictum. 15.h
Cœlum triplex. 222.b
Cœlum quod modis ſumatur. 256.a
Cœna ſpiritualis quæ ſit. 455.g
Ceraſtis ſerpentis natura quæ. 430.g
Cerui natura. 205.d
Ceſar quid ſignificet. 280.c
Character beſtiæ quid ſit. 292.a
Charitas perfecta facit filium Dei. 228.g
Charitas perfecta quæ. 214.f
Charitas ſemper habet præſentem Deũ. 67.h
Charitas eſt mater, conſeruatio, & conſummatio omnium virtutum. 12.f
Charitas neceſſaria. 2.h
Charitas facit hominem ſimpliciter bonum. 2.h.3.b
Charitas eſt principalius donum in via, & in patria. 207.a
Charitas ſatiari non poteſt. 205.d
Charitatis actus non in amari, ſed in amare conſiſtit. 306.e
Charitatis deſcriptio pro effectus. 115.g
Charitatis deſcriptio quædam. 203.h
Charitas eſt fructus Spirituſſancti. 67.e.f
Charitas vnde dicta. 67.f
Charitas quid ſit. 67.g
Charitas primatum tenet in fructibus. 67.g
Cherubin quid ſignificet. 32.b
Chriſti mors fuit nobis neceſſaria. 535.a.b
Chriſti vox eſt verbum Dei prædicatum. 455.b
Chriſti manus dextera & ſiniſtra, quæ ſint. 227.e
Chriſti aduentus quid in nobis generet. 121.h
Chriſti nomina tria explicata. 123.b
Chriſti obediẽtia quanta fuerit. 479.e.& ſeq.
Chriſti doctrina, quàm ſit ſublimis. 166.f.g
Chriſti humanitas eſt beatorum corporum gloria. 258.d
Chriſti humanatio tranſcendit ordinem vniuerſi. 89.a
Chriſti conſilia non ſunt noſtræ ſaluti periculoſa. 500.d
Chriſti humilitas in quo demonſtrata. 117.e.f

Chriſti

Chriſti gazophilacium eſt manus pauperis. 213.g
Chriſti tres natiuitates, quomodo repræſentet Eccleſia. 516.b
Chriſti perfectiones quædam explicatæ. 83.a
Chriſti paupertas quanta. 180.g.h.& ſeq.
Chriſti nobilitas carnalis. 458.b
Chriſtum os aperire quid ſignificet. 168.d
Chriſtum aſcendere in montem ad docendum quid ſignificet. 167.c
Chriſtum ſequi, quid ſit. 32.b
Chriſtum eſſe regem Iudæorum, quibus modis probetur. 405.a
Chriſtus quibus poſitus fuerit in ruinam. 120.g
Chriſtus cur Virginem matrem veneretur. 128.d e.f
Chriſtus miſſus primo ad Iudæos. 109.b
Chriſtus dedit nobis exemplum paupertatis. 117.b
Chriſtus quanto honore matrem affecerit in Aſſumptione. 128.h.& ſeq.
Chriſtus ſecreta cordium cognoſcit. 400.f.g
Chriſtus pro veritate mortuus eſt. 333.f
Chriſtus quomodo intret ad animam. 455.d
Chriſtus quibus legibus ſe ſubycere voluerit. 116.g.& ſeq.
Chriſtus tempore paſſionis nullum gaudium ſentiebat. 113.b
Chriſtus ab inſtanti incarnationis beatus. 252.d
Chriſtus altare cur dictus. 253.b
Chriſtus orat pro nobis apud Patrem. 258.a.b
Chriſtus quæ officia exerceat erga carnales homines. 400.c
Chriſtus nomine Angeli deſignatus. 400.c
Chriſtus cur ingemuerit propter hominum animas. 283.g.& ſeq.
Chriſtus ſolum propter animas fleuit. 284.a
Chriſtus quantum laborauerit pro animæ acquiſitione. 284.d.& e
Chriſtus manſuetudinis voluit eſſe magiſter. 185.c
Chriſtus tres in ſe habet ſubſtantias. 516.a
Chriſtus oſtium eſt, per quod ſolum humiles intrant. 431.d.e
Chriſtus quæ flagella exerceat in peccatores. 402.a.& ſeq.
Chriſtus duas habuit voluntates. 533.f
Chriſtus an mori debuerit pro peccatoribus. 534.a.& ſeq.
Chriſtus cur debuerit pro peccatoribus mori. 534.c.& ſeq.
Chriſtus Dei patris recuperauit honorem. 110.c
Chriſtus quos ſapores in ſe contineat. 113.a
Chriſtus cur poſt reſurrectionem non ſtatim aſcenderit in cœlum. 254.c.& ſeq.
Chriſtus quot horas ſteterit mortuus. 255.b
Chriſtus occurrit Virgini in Aſcenſione. 128.d
Chriſtus cur viſibiliter aſcenderit. 241.b
Chriſtus docturus cur ſederit, & quid hoc ſignificet. 167.g.b
Chriſtus cur aſcenderit in cælum. 240.a
Chriſtus ad reuelationem gentium datus. 123.b
Chriſtus quomodo aſcenderit in iubilo. 240. & 241.a
Chriſtus cur Sol dicatur. 240.c
Chriſtus docturus cur montem aſcenderit. 167.d
Chriſtus quibus rebus ad patiendum motus. 12.b
Chriſtus dominus quanta cum ſolemnitate nobis donatus fuerit. 120.b
Chriſtus quomodo nobis fuerit donatus. 120 d
Chriſtus cur datur mundo. 122.f.g
Chriſtus ſe cuiquam noſtrum tradidit. 214.a
Chriſtus eſt lumen ſalutare, & gloria noſtra. 123.b.c.d
Chriſtus cur dicatur lumen. 123.e
Chriſtiana vita quid ſit, eleganter explicatur. 139.b.& ſeq.
Chriſtiana vita omni hominum generi digna. 140.a
Chriſtiana iuſtitia qualis eſſe debeat. 147.g.h
Chriſtianæ vitæ tres præcipuæ virtutes. 140.c
Chriſtiani mali aſino comparati. 221.a
Chriſtianorum prima virtus eſt humilitas. 313.a
Circunſtantiæ peccatorum confitendæ. 356 g
Circunſtantiæ aggrauantes peccatum, quæ & quot ſint. 356.b
Cythara, quid myſtice ſignificet. 10.c
Ciuitas Dei eſt hominis cor. 189.g.b
Ciuitas quid ſit. 403.a
Clamor ſpiritualis quid ſit. 268.d
Claritas oſtendit corpus glorioſum. 132.g
Clerici quæ doctrina debeant eſſe imbuti. 372.a
Clericis conſortia laicorum fugienda. 370.d
Clericorum mali mores nocent eccleſiæ. 371.a

Clericorum uita reprehenſa. 371.a.b
Clericorum cománia qualia eſſe debeāt. 370.b
Clericorum negligentia damnata. 372.f g
Clibanum quid myſtice ſignificet: 26.a
Cocubius quid ſignificet. 277.d
Cogitationes piarum quæ. 218 a
Cognitio, & amor quibus modis differant. 305.b.c
Cognitio ſui, eſt principium gaudij æterni. 538.f
Cognitio ſui neceſſaria ad ſalutem. 538.g
Cognitio ſui eſt cauſſa humilitatis. 538.h
Collirium quid myſtice ſignificet. 526.b
Columbæ natura. 118 c
Commendatio diuinæ bonitatis eſt ſignum gratis. 72.f
Communio eſt pietatis opus. 160.e
Communionis præceptum quomodo ſeruandum. 150.e.f
Compaſſio erga quos habenda ſit. 164.b
Concionator quid debeat facere, vt verbi Dei intelligentiam recipiat. 135.c.d. & ſeq.
Conciues quomodo inter ſe verſare debent. 153.d
Concordia fratrum eſt diſpoſitio ad recipiendum Spiritum ſanctum. 15.e
Concordia, vide Pap.
Concordiæ uis quanta. 203.c.& ſeq.
Confeſſio requirit amaritudinum, & diſcretionem. 160 b.c
Confeſſio propriæ iniquitatis eſt ſignum gratiæ. 72.c
Confeſſio debet eſſe verecunda. 364.e
Confeſſio requirit præmeditationem. 357.a
Cōfeſſio debet eſſe ſatisfactoria. 365.g.& ſeq.
Confeſſio debet eſſe accuſatoria. 358.b.et ſeq.
Confeſſio non debet impediri a verecundia, & cur. 365. a.b.c.d.
Confeſſio eſt pietatis opus. 159 g
Confeſſio qualis eſſe debeat. 159.g. & ſeq.
Confeſſio præparationem requirit. 159.h
Confeſsio vnde ſit dicta. 3.6.g
Confeſsio an ſit repetenda cum aliquod peccatis eſt oblitum. 358.a.b
Confeſsio debet eſſe uera. 358.d
Cōfeſsio debet eſſe de peccatis proprijs. 360.f & ſequent.
Confeſſio cur non ſit reuelanda. 363.b.c
Confeſsio an poſsit reuelari ex licentia confitentis. 363 d
Confeſsio debet eſſe aperta, & plena. 362.e
Confeſsio debet eſſe ſecreta. 362.b
Confeſsio ſine contritione non eſt ſalutaris. 366.b
Confeſsio triplicem requirit prudentiam. 355.b
Cōfeſsio ſeptē requirit præparationes. 356.a.b
Confeſsio debet eſſe integra. 356.c
Confeſsio an ſit iteranda non facta ſatisfactione. 362.b
Confeſsio debet habere confidentiam remiſsionis peccati. 362.e
Cōfeſsio debet eſſe cū prudentia. 362.d.et ſeq.
Confeſsionem qui ob verecundiam dimidiāt, valde reprehenſi. 365.a.& ſeq.
Confeſsionem reuelans qua pœna puniatur. 363.f
Confeſsionis munus arduum. 366.b
Confeſsionis prudenter factæ modi ſeptem. 362.d.& ſeq.
Confeſsionis ſigillum, an ſemper ſeruandum. 362.b.& ſeq.
Confeſsionis tres proprietates. 427.b
Confeſsionis effectus varij. 4:8 c
Confeſsionis præceptum quomodo ſeruandū. 150.c
Confeſsionis integritas triplex eſt. 356.c
Confeſsionis ſigillum eſt omnino ſeruandum. 304 d
Cōfeſsionis modus debet eſſe cōtritus. 256.b
Confeſsionis modus ſecretus. 366.e
Confeſsionis ars periculoſum bonum. 367.b
Confeſsionis munus quā ſit periculoſū. ibid.b
Confeſsionis modus iuſtus. 367.e
Confeſſor debet turpia honeſtè interrogare. 361.c d
Confeſſor quantum ſcire debeat. 366.h
Confeſſor qualis eligendus. 366.e.f.g
Confeſſor qualis eſſe debeat. 366.f.& ſeq.
Confeſſores non debent inquirere de alienis perſonis in confeſsione ſine neceſsitate. 359.e.f.g h
Confeſſoris ignorantis quanta ſit audacia. 366.b.& ſeq.
Confitendo quot modis quis Deum, vel alios accuſet. 359.a.b.c
Confitens quando poſsit in confeſsione alieni peccati mentionem facere. 359.f
Confitens an teneatur cœlare pœnitentiam ſibi impoſitam. 363.f.g.h
Confitentes reijciendo peccatum in dæmonem, errant. 360.b.c
Cōfitētes trib. modis alios accuſāt. 359.a.b
Confratres, quō inter ſe agere debeāt. 153.e

Coniuges quomodo inter ſe uerſari debeant. 153.e
Coniugatorum miſeriam. 537.h
Coniugium non eſt damnandum. 395.f.g
Conſcientiæ bonæ inditium quod. 157.f
Conſcientiæ malæ ſignum eſt peccatum excuſare. 421.h
Conſenſus in peccatum quando ſit peccatum mortale. 420.b
Conſenſus quid ſit. 420.a
Conſiliatria a Chriſto data continent totam ſapientiæ ſtudium. 475.c
Conſilium quid ſit. 54.c
Conſilium euangelicum quid ſit. 149.h
Conſilium quibus rebus iuuetur. 54.d
Conſilium qui dat qualis eſſe debeat. 54.e
Conſilium adhibendum in rebus dubiys. 54.b
Conſiliarij pauci eſſe debent. 367.f
Conſolatio ſpiritualis, vide delectatio.
Conſolatio diuina quibus detur. 10.c
Conſolatione ex quo quos vtēdum ſit. 164.d.e
Conſolationes diuinæ ſemper ſuperant tribulationes. 254.h
Continentia eſt Spiritusſancti fructus. 69.g
Continentium miſeria. 537.g
Continuatio in malo quantum poſſit. 423.b
Contritio cordis eſt ſignum gratiæ. 71 b
Contritio eſt veluti medicina & emplaſtrū. 366.c.d
Contritio cum acu comparata, & ſatisfactio cum filo. 323.f
Contritionis, & confeſſionis. 366.d.e
Contumelia quid ſit. 231.f
Contumelia quomodo fieri poſſit. 231.b
Conuerſatio, vide ſocietas.
per Conuerſionis animæ peccatis ordo qui. 426. a
Cor qua rōne diſciplinæ corrigendū ſit. 142.h
Cor hominis ciuitas Dei eſt. 189 g.h
Cornu quid myſtice ſignificet. 253.h
Corona quid myſtice ſignificet. 122.g
Corpus humanum cytharæ cōparatum. 10.e
Corpus pro ſeruo habendum eſt, & quomodo tractandum. 33.g
Beati corporis dotes explicatæ. 133 a. & ſeq.
Corpora Sanctorum, qui reſurrexerunt cum Chriſto, vbi ſint. 463.e.
Corporis complexio quæ animæ uires impediat. 12.g
Corporum beatorū motus quales ſint. 247.h
Correctio non ſit ſpernenda. 334.e
Correctio quando, & quomodo facienda. 162.b
Correctio quotuplex ſit. 162.e
Corripere quid ſit. 162.f
Creationis ſex dies myſtice expoſiti. 439.e. & ſequent.
Creaturæ etiam minimæ præſtantia eſt maxima. 18.b
Creaturæ omnes ſuam influentiam cum alijs communicant. 203. f. g
Creaturæ ſunt ſcala ad cognoſcendam animæ dignitatem. 280.b
Creaturæ omnes factæ propter hominem. 446.a
Creaturæ ſunt ſigna naturalia ad cognoſcendum Deum. 8.c.d
Creaturarum ordo explicatus. 271.a.b
Creaturarum magnitudo quanta. 281.e
Creaturarum pulchritudo quanta. 281.d
Credendum eſt, vt intelligamus, non contra. 61.e
Credentium ſigna quæ ſint. 243.e
Crux ſine tribulatio quomodo ſit ferenda. 38.h
Crux ſiue labor quot modis ſine ratione ſumatur. 38.b
Crucem ſuam qui non bene tollant. 38. b. & ſequent.
Currere quid in ſcriptura ſignificet. 4.e

D

Damnatorum miſeria quanta. 547.e.f
Damnatorum pœnæ quales ſint futuræ. 402.b. & ſeq.
Damnatorum pœnæ ſunt deſperabiles, quia ibi nulla eſt futura conſolatio mutua. 403.a
Dauid quid ſignificet. 407.e
Decalogi præcepta quid ſint, & quomodo hominum ligent, & ordinent. 148.h. & ſeq.
Dei cognitio eſt omnibus naturaliter inſita. 220.a
Dei vultus quid ſit. 228.d
Dei benignitas in malos. 387.e
Dei ſagittæ quæ ſint. 399.h. & ſeq.
Dei ſeruo quæ neceſſaria ſint. 393.f
Dei definitiones tres. 307.h
Dei ſummum donum, eſt eius amor. 305.f
Dei nomen quale ſit. 315.b
Dei dextera quæ ſit. 257 b
Dei manus dextera, & ſiniſtra quæ. 237.e.f
Dei inimici qui ſint. 310.b
Dei ſiniſtra, & dextera quid ſint. 417 b

Dei

Dei ſagitta qua. 438.f
Dei amores tres. 148.e
Dei miſericordia neminem excludit. 109.b
Dei miſericordia ſuper omnia opera eius. 534.d
Dei voluntas qualis ſit. 5.d
Dei filius non eſt, qui ab eo non caſtigatur. 450.f.g
Dei voluntas quomodo nos moueat. 12.b
Deo fulgura quæ ſint. 426 b
Dei lumen in anima triplex. 7.g
Deo quid iuſtus retribuat. 198.b
Deo triplex tribuitur honor. 199 a
Deum ſolum eſſe bonum, quomodo intelligatur. 520.b
Deus nemini gratiam denegat. 412.g
Deus in mundo corde habitat. 217.c
Deus quomodo amandus. 148.a.& ſeq.
Deus omnia gratis donat. 250.b
Deus ſolus prævidet futura. 298.b
Deus inſtruit tribus modis. 57.d
Deus quantum dilexerit mundum. 520.b.c
Deus amandus eſt ob uarias rationes. 250.f
Deus tripliciter cognoſcitur ſub ratione ueri. 7.d
Deus quæ dederit homini in eius creatione. 293.a
Deus eligendo aliquem ad aliquem ſtatum, dat ei gratiam neceſſariã illi ſtatui. 118.f
Deus ſolus poteſt animam ſatiare. 264.g
Deus quomodo aures habere dicatur. 268.c
Deus ſolus poteſt animam ſatiare. 413.g
Deus cur carnem humanam aſſumpſerit. 413.b.c
Deus cur horã ſuæ uiſitationis homines ignorare velit. 324.c
Deus cur potius præcipiat diligere, quàm diligi. 306.e
Deus quibus ſtimulis nos ſolicitet ad ſuum amorem. 4'4.f.& ſeq.
Deus fœcundus eſt, & generat. 518.a.b
Deus iis, quos ad aliquem gradum eligit, dat gratiam neceſſariam. 456.g
Deus ueniam non dimidiat. 356.e
Deus cur magis præcipiat dilectionem, quã aliud. 307.b
Deus cur ſup omnia diligẽdus. 307.g. et ſeq.
Deus cur potius præcipiat, vt ametur, quàm vt timeatur. 306.d
Deus cur iuſtis mala accidere permittat. 525.a & ſeq.
Deus quàm diligenter animam humanam cuſtodiat. 283.d
Deus quomodo videatur in hac uita. 221.d.e. & 223.a
Deus naturaliter cognoſci poteſt. 210. b. & ſeq.
Deus quæ beneficia animæ contulerit. 285.e. & ſequent.
Deus ſolus poteſt habitare in anima. 264.b
Deus qualis ſit. 219.g
Deus ſuperbos deprimit. 111.a
Deus malos flagellando, miſericordias uarias exercet. 530.f
Deus vnde ſit dictus. 240.g
Deus quomodo diuites dimittat inanes. 112.b
Deus ſolus uoluntatem immutat. 22.c
Deus varijs modis inſpirat. 22.c
Deus quomodo ſit amandus. 199.b.c
Deus cur timendus ſit. 199.d.e
Deus qualis iudex ſit. 199.d.e
Deus unus omnia creauit. 394.b
Deus omnia gubernat. 394 b
Deus inferiora cognoſcit. 395.a
Deus quos homines diligat. 447.d. & ſeq.
Deus quos odio habeat. 448.a.& 449.g
Deus quibus modis quod diligit, corrigat. 448.b.& ſeq.
Deus quomodo ſpectandus a nobis, ne peccemus. 440.d
Deum perfecte diligere uolenti quatuor ſeruanda ſunt. 311.e
Deum qui negant. 43.f.g
Delectatio, ſeu conſolatio ſpiritualis, an reſpuenda. 45.b
Delectatio ex ſe nec bona, nec mala. 39.c
Delectatio quotuplex. 39 c
Delectatio temporalis in quibus ſita. 33.a
Delectatio, ſeu cõſolatio ſpũalis q̃ regrat. 42.e
Delectatio pura ſpiritualis quæ ſit. 41.e
Delectationum ſpiritualium fallaciæ. 44.f.g
Delectationis ſpiritualis quinque ſigna. 41 d
Deliberatio quid. 54.c
Dæmon quando animæ potentias ad malum inducat. 294.g
Dæmon in quos habeat maiorem poteſtatem. 294.b
Dæmon multa mala per malos efficit, quæ per ſe non poſſet. 386. d
Dæmon tribus modis non fallit. 288.e
Dæmon quos non tentet. 26.b
Dæmones de peccatorũ lapſu gaudent. 430.b
Dæmones ſunt beſtiæ terræ. 64. d
Dæmonis nomina quædam explicata. 294.e

Dæmonis poteſtas magna. 212.b
Denarius triplex. 292.h
Dentes quid ſpiritualiter ſignificant. 278.e
Deploratio Diui *Bernardini, ob ſociũ defunctum.* 193.h. & ſeq.
Deſideria quæ ſoleant homines torquere. 412.e
Deſiderium triplex. 451.d
Deuiare ueſperi peius eſt, quàm deuiare manè. 320.d
Dextera, & ſiniſtra quid ſignificent. 243.a
Diaboli ars ad decipiendos homines. 385.c
Diaboli vicarij duces, per quos ſeducit mundum, qui ſint. 29.c.e. & ſeq.
Diaboli poteſtas eſt maxima. 276.d
Diaboli poteſtas in multis ligata eſt. 212.e
Diaboli gladius qui ſit. 56.g
Diaboli venatici canes qui ſint. 428.b
Diabolum ſerpenti comparatus. 438.b
Diabolus quomodo animam expugnet. 56.d
Diabolus quomodo immittat malas cogitationes. 25.a.b
Diabolus, quo pacto homines decipiat. 37.d
Diabolus uarijs modis tentat. 25.d
Diabolus non habet poteſtatem incendendi omne cor. 25.e
Diabolus ad hominem iuſtum accedere non audet, at homo malus audet. 382.g
Diabolus cur angelus Domini *vocetur.* 399.g
Diabolus ſemper vult, quod peius poteſt. 212.h
Diabolus quatuor modis decipit animas tentando. 26.b
Diabolus quo pacto inuadat. 36.c
Dicendi generatria. 515.c
Dies mala quæ dicatur. 211.b
Difficultas in bene agendo unde oriatur. 440.b. & ſeq.
Dilectio Dei requirit integritatem, & quantitatem. 308.d.e
Dilectio Dei *explicata.* 308 g.h. & ſeq.
Dilectio Dei perfecta quatuor requirit. 311.e
Dilectio cur ſit melior timore. 306.d
Dilectio uera quæ ſit. 335.d
Dilectio Dei *cur magis in præcepto quàm aliquid aliud.* 307.b
Dilectio Dei *qualis, & quanta eſſe debeat.* 304.e
Dilectio proximi maxime in eleemoſyna apparet. 381.d
Dilectio inimicorum, vide inimicus.
Dilectio, & affectio quomodo differant. 61.f
Dilectio vnde ſit dicta. 445.f
Dilectionis ordo qui. 442.f.g.h
Dilectionis Dei *præceptum explicatum.* 304.d.& ſeq.
Dilectionis diuinæ erga nos magnitudo. 520.b.c.& f.g.
Diſciplina quid ſit. 201.a
Diſciplina unde dicta. 201.b
Diſciplina quid ſit. 142.f
Diſciplina triplex. 142.h
Diſciplinæ contrarietas, neceſſitas, & militas. 201.b. & ſeq.
Diſcretio eſt auriga virtutum. 442.d
Diſcretio, rara auis in terris. 486.b
Diſcretionis regulæ tres inſpirationum bonarum. 31.f.& ſeq.
Diſpas, quid ſit. 438.c
Diuinæ dilectionis modus uarie expoſitus. 308.f
Diuinus quis dicatur, et vnde dictus. 297.f.g
Diuinatio ubi primo nota. 297.f
Diuinationem qui profitentur.
Diuitiæ carbonibus comparatæ. 327.e
Diuitiæ ſunt ſpinæ, quæ ſuffocant uerbum Dei. 139.g
Diuites cur difficile intrent in regnum cælorum. 414.h
Diuitum miſeria. 537.c
Docere quomodo oporteat. 156.f
Doctor, vide Prædicator.
Doctores quomodo uarie docere deberẽt uarios auditores. 154.d
Doctores, & magiſtri quid facere teneantur. 349.d.e
Doctrina quomodo tradenda ſit. 156.f
Doctrina ab Apoſtolis tradita quæ fuerit. 255.d.& ſeq.
Doctrinæ uarietas an deſerenda propter ſcandalum. 156.f
Dominus, *& domina unde dicantur.* 89.d & 91.h
Dominorum miſeria. 537.f
Dominium quid ſit, & uera dominatio. 87.c
Dominium fundatur in lib. arbitrio. 476.d
Dona *diſponunt animam ad imitandum* Chriſtum. 12.h.& ſeq.
Dona *Spirituſſancti quid ſint.* 3.b
Dona *Spirituſſancti præparant ad gratiam.* 11.h
Dona *Spirituſſancti quot ſint.* 3.e
Dona *Spirituſſancti ignis proprietatibus cõparata.* 3.f.& ſeq.

Dona

Dona Spirituſſancti expediunt tres potentias hominis. 11.b.& ſeq.
Dona Spirituſſancti expediunt ſeptem uirtutes principales. 12.d.& ſeq.
Dona Spirituſſancti qui habitus ſint. 3.a
Dona Spirituſſancti animam purgant a ſeptem peccatis mortalibus. 11.d. & ſeq.
Dona Spirituſſancti diſponunt animam ad octo beatitudines. 14.c.& ſeq.
Dona altiora non conſeruantur, niſi fuerint labore acquiſita. 526. d
Dona expediunt animam ad perfectionem uitæ actiuæ. 13.d
Doni ſcientiæ actus qui. 5.b
Doni ſcientiæ natura explicata. a.b. & ſeq.
Doni fortitudinis natura explicata. 5.h
Doni ſapientiæ natura explicata. 8.f
Doni conſilij natura explicata. 6.e. & ſeq.
Doni intellectus explicatio. 7.d.& ſeq.
Donorum triplex differentia. 3.c
Donum ſcientiæ quid efficiat. 5.a.b
Donum intellectus quid intelligere faciat. 7.g & ſeq.
Donum conſilij quid efficiat. 6.e.f
Donum linguarum cur datum Apoſtolis. 19.b
Donum ſapientiæ, & intellectus quomodo differant. 8.b
Donum linguarum explicatum. 19.f.& ſeq.
Donum intellectus differt a dono ſapientiæ. 8.h. & ſeq.
Dormire, dormitare, & obdormire quid ſignificent. 56.a
Dotes corporis beati explicatæ. 133.a. & ſeq.
Diaconi natura quæ. 386. e
Dubijs in rebus quid agendum. 54. b. & ſeq.
Dulcini hæreſis. 937.b
Duplicitas oris ueritatem impugnat. 340.h
Duplicitatis ſignum, quod non ſit. 217.f

E

EBrietas quando ſit peccatum mortale. 352.g
Ebrietas ſpiritualis in quo conſiſtat. 19.d
Ebrietas ſpūalis uitæ æternæ. 207. b.& ſeq.
Eccleſia eſt ſignum magnum, quod apparuit in cœlo. 522.c. & ſeq.
Eccleſia tres habet hominum ſtatus. 396.f
Eccleſia non poteſt errare in approbatione regulæ religionis. 502.a
Eccleſia myſtice ſignificata per mulierem. 522.d.& ſeq.
Eccleſia Chriſtum ſpiritualiter parit. 522.d
Eccleſiæ præcepta ſeruanda, & quæ ſint. 150.a.b
Eccleſiaſticus ſtatus triplex. 371.g
Eccleſiaſticorum exempla mala eccleſiæ nocent. 389.g.h
Egenus unde dictus. 211.e
Eleemoſyna perfectionem ſecum affert. 381.d
Eleemoſyna cur danda. 213.g
Eleemoſyna quomodo facienda. 432.f
Eleemoſyna ſanat. 378.d
Eleemoſyna triumphum, & victoriam parit. 380.a
Eleemoſyna priuatim homines diabolum ſuperant. 380.b
Eleemoſyna cur magis, quàm alia opera dicatur mundare a peccato. 375.e
Eleemoſyna quomodo pingi poſſit. 376.a
Eleemoſyna facta melioribus, eſt melior. 376. d
Eleemoſyna omnibus danda eſt, & quibus magis. 376.e.f
Eleemoſyna illuminat. 376.g
Eleemoſyna uiuificat. 377.a
Eleemoſyna danda eſt ex rebus ſuis. 377 c
Eleemoſyna a malis liberat. 377.f
Eleemoſyna magis grata quæ ſit. 378.g
Eleemoſyna tempore charitatis cur dãda ſit. 378.h
Eleemoſyna defendit. 379 a
Eleemoſyna bona multiplicat. 379.c.d
Eleemoſyna cur apta ad tollendum peccatũ. 374.g
Eleemoſyna mortificat radices peccatorum. 375.b
Eleemoſyna conſecrat omnia bonorum genera. 380.f
Eleemoſyna non minuit opes. 380.g
Eleemoſyna eſt ſingulare fundamentum euagelicæ perfectionis. 381.f
Eleemoſyna glorificat. 381.g
Eleemoſyna cur facienda ſit. 382.a.b
Eleemoſyna introducit ad Deum. 382.c
Eleemoſynæ præſtantia. 374.f
Eleemoſynæ commendatio. 382.d
Eleemoſynæ fructus eſt ſupplicatio. 375.f
Eleemoſynæ deſcriptio per effectus. 375.b
Eleemoſynæ duodecim fructus explicati. 375. b. & ſeq.
Emmanuel quid ſignificet. 136.a
Æmulari quid ſit. 451.d
Epiphania unde ſit dicta. 404.f
Epiphaniæ dies quibus miraculis fuerit illuſtra-

ſtra-

ſtratus. 404.c
Æqualium tria genera. 153.b.c
Error circa ingreſſum religionis damnatus. 214.b.c
Eſſe ad dexteram Patris quibus conueniat. 257.g
Eſuries, & ſitis ſpiritualis quid ſint. 198.e.f
Eſurire quid ſit. ibi.g
Exaltari in hac uita non eſt Chriſtianæ dignitatis. 327.g
Exultare quid ſit. 236.f
Excuſationes quibus ſe tuentur, qui mortaliter peccant. 422.b.c.& ſeq.
Exempla magis nocent, quàm uerba. 389.f
Euangeliſtæ ſcripſerunt diuino afflati ſpiritu. 135.a
Euchariſtiæ Sacramentum quot modis ſumatur. 160.f.& ſeq.
Euchariſtia cibus duo habet. 160.g.h
Euchariſtia Sacramẽtũ uariè ſũptũ. 161.c

F

Fabula unde ſit dicta. 349.f
Fabula quid ſit. ibi.f
Fabulas fingere quando non ſit peccatum. 349.g
Facies quid ſignificet. 2.f
Facies Dei quæ ſit. 221.f
Facundiæ proprium quid ſit. 27.c
Falſum dicere poteſt eſſe meritorium. 358.b
Fames ſpiritualis quid. 64.c.d
Fames ſpũalis quid, & quotuplex ſit. 198.e.f
Faſcinatio quomodo fiat. 337.b
Fatæ nomine quid intelligatur. 407.a
Febris unde ſit dicta. 419.g
Fœminarum impudicitia damnata. 146.b
Feſti dies qui ſeruandi. 150.c
Fidei gradus, per quos anima ad ſatietatem aſcendit. 204.e.f
Fidei lumen perfectum, per quos gradus acquiratur. 220.h.& ſeq.
Fides quid ſit. 204.g
Fides non eſt ſeruanda in malis promiſſis. 353.b
Fides quid ſit. 69.d.e
Fides quid ſit. 407.g.h
Fides ſine operibus mortua. 354 a
Fides uiua efficit Dei fi ium. 228.d
Fides uiua quid. 228.d
Fides eſt Spirituſſancti fructus. 69.d
Fides eſt ueluti ſtella quædam qua ducimur. 407.g
Fides triplex. 295.f
Fides explicita in quibus requiratur. ibi.
Fides implicita quæ ſit. ibid.
Fides miſta quæ dicatur. ibi.
Fidelis quid credere debeat. 46.a
Filij quomodo a parentibus inſtituendi ſint. 154.a b
Filij in quibus teneantur obedire parentibus. 152.g
Filij ſpirituales quomodo inſtituendi. 154.d
Filius unde dicatur. 113.b
Filius unde dictus. 229.f
Filius Dei eſt mundi polus. 78.f
Filius Dei eſt mundi centrum. 79.e
Filius unde ſit dictus. 462.b
Filius eſt coæternus patri. 517.d
Filius eſt patri conſubſtantialis. 518.f
Filius eſt coæqualis patri. ibi.e
Filius cur Dei brachium dicatur. 110.d
Fletus defunctorum qualis eſſe ſoleat. 327.d.e
Fletus, uide luctus, & lachryma.
Formæ numeris comparantur. 336.g
Fortis ſemper eſt, qui ſeipſum uincit. 481.b
Fortitudinis uirtus differt a dono fortitudinis. 5.h
D. Franciſcus quibus uerbis ſuos ad perfectionem hortabatur. 7.b
D. Frãciſcus quid ſuis fratribus perhibuerit. 37.e
Fructus nomine quid intelligatur. 67.b
Fructus dupliciter ordinantur. ibi.e
Fructus Spiritus duodecim explicati. ibid.b.& ſequen.
Frui quid ſit. ibid.e
Fulgur unde dicatur, & quomodo fiat. 424.e
Fulmen quid ſit, & quotuplex. ibi.c.d
Futura ſolus Deus poteſt præuidere. 298.b

G

Gabriel quid ſignificet. 24.a
Galatæ quid ſignificent. 337.g
Gaudij magnitudo triplex. 409.d
Gaudium quid ſit. 68.b
Gaudium æternæ gloriæ quantum ſit. 463.c
Gaudium eſt fructus Spirituſſancti. 67.h
Gaudium quid ſit. 411.g
Gemini cur ſic dicti. 435.g
Gens unde dicta. 90.d
Gladius diaboli quid ſit. 56.g
Gladius myſtice quid ſit. 64.b.& c.
Gladius quid myſtice ſignificet. 32.b
Gladius paſſionis quomodo Mariæ animam pertranſiuerit. 121.d
Gloria beatorum quotuplex ſit. 398.b

Gloria

Gloria mundi contemnenda. 233.h
Gloria ſubſtantialis tota eſt in uiſione. 305.f
Gloriæ, & beatitudinis menſura, quanta ſit futura. 214.b.& ſeq.
Gradus ſeptem, per quos ad fidei perfectum lumen uenitur 220.b.& ſeq.
Gradus varij, quibus peruenitur ad peccatum, qui ſint. 421.a
Gratia quid ſit. 40.e
Gratia triplex poſtulanda a Deo. 55.d & ſeq.
Gratia triplex. ibi.d
Gratia quot modis detur. 70.g
Gratia eſt animæ cibus. 204.c
Gratia eſt manna abſconditum. ibi.d
Gratia ſoli comparata. 319.g
Gratia iuſtificans, quo differat a gratia gratis data. 318.e
Gratia iuſtificans tollitur per conſenſum in peccatum. 420.f.g
Gratiam eſſe in aliquo quibus ſignis cognoſci poſſit. 71.a.b.& ſeq.
Gratia lumen occultandum eſt. 418.h
Gratiæ gratis datæ, quæ ſint. 70. d.e
Gratiæ, quæ non ſunt uirtutes, cur dentur peccatori. 40.g
Gratiæ omnes dantur per Mariam. 91.c
Gula quid ſit. 303.a
Gulæ effectus qui. 11.e.f
Gulæ filiæ quæ, & quot. 303.d
Gulæ uitio quibus modis peccatur. ibi.d
Guſtus rerum ſpiritualium quid efficiat. 9.b

H

Habitus in homine quotuplex. 2.b.3.a
Habitus dirigens in anima duplex. 6.f
Habitus ubi ponantur. 169.g
Hebræorum conſuetudo in computandis generationibus. 457.g
Hæreſiarcha quis dicatur. 354.c
Hæretici muli cur dicãtur in ſcriptura. 120.b
Hæreticus quis cenſeatur. 354.d
Hermon quid ſignificet. 91.a
Herodes qui fuerit. 405.c
Herodis crudelitas quanta. 409 c
Heſter quid ſignificet. 87.g
Heſter figura Mariæ. ibid.
Heſter figura beatæ Virginis. 129 b
Hyacinctus quid myſtice ſignificet. 453.a
Hieruſalem quid ſignificet. 124.h
Hypocrita mulo comparatus. 421.f
Hypocritarum prudentia quæ ſit. 338.g
Homo homini neceſſarius. 383.f
Homo dicitur ſpiritualis dupliciter. 71.f
Homo ſpiritualis qui dicatur. 51.g
Homo quomodo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei ſit factus. 444.c.d
Homo naſcitur pauper. 536.f
Homo cur magis redimi debuit, quàm Angelus. 533.e
Homo quibus deſiderijs torqueatur in hac uita. 412.c
Homo quomodo debeat eſſe ordinatus. 442.b. & ſeq.
Homo quæ dona acceperit a Deo in creatione. 443.b.& ſeq.
Homo naſcitur in peccatis parentum. 535.h
Homo naſcitur ſeruus multis modis. 538.a. & ſeq.
Homo nihil habet proprium niſi culpam. 360.f
Homo quid quotidie recogitare deberet. 357.d.e
Homo factus ad laborem. 537.b
Homo quid fecerit contra Deum in ſexto creationis die. 446.a.& ſeq.
Homo cum quibus ſit. 540.a
Homo microcoſmus cur dictus. 287.b.c
Homo lutum, & fex eſt. 7.b
Homo tribus rebus Dei filius efficitur. 228.d. & ſeq.
Homo araneæ ſimilis. 319.b
Homo quomodo ſit Deo ſimilis. 320.a
Homo malus, peſſimum malum. 382.g
Homo dupliciter ſe habet ad Dei ſpeculationem. 215.h
Homo a quibus abſtinere debeat. 217.f. & ſequen.
Homo dupliciter mentitur. 235.f
Homo peccator quibus rebus contineatur, ne det alijs malum exemplum. 421.c
Homo quot modis ſe habeat circa concupiſcentiam mundi. 189.a
Homo cur omnis creatura, & creatura ſimpliciter dicatur. 220.b.d
Homo duobus modis poteſt perire. 26.g
Homo quibus rebus debeat eſſe regulatus. 145.c.& ſeq.
Homo quid ſit. 539.a
Homo qualis ſit, & qualiter ſe habeat. 539 c.d
Homo cui ſit ſimilis. ibid.e
Homo ubi ſit. ibi.g

Homo malus nullam rem malam vult niſi animam ſuam malam. 283.a.b
Homine de quot queri poſſint. 539.a
Hominem cur Deus paruum, & magnum reliquerit. 436.h
Homines quæ naturaliter deſiderent. 152.a
Homines quibus rebus periclitari ſoleant. 394.b.c
Homines mali quibus modis fragiles corrũpant. 387.g.h
Homines peruerſi draconibus comparati. 386.e
Homines carnales cur veritatem non defendant. 336.f
Homini creato quæ data fuerint a Deo. 293.a
Hominibus quibuſdam ſpiritualibus non facile credendum. 65.d.e
Hominis ſtatus triplex. 419.d
Hominis interioris cibus. 432.a.b
Hominis peruerſi elegans deſcriptio. 390.h
Hominis incorrigibilis peruerſitates ſeptem. 423.a
Hominis formatio, & creatio explicata. 444.b.c
Hominis miſeriæ in uita decẽ. 537. a. & ſeq.
Hominis miſeriæ octo in natiuitate. 535.d. & ſeq.
Hominis miſeria quanta ſit. 535. d. & ſeq.
Hominis miſeria quanta. 436.g
Hominis miſeriæ diuerſæ ex corporis natura. 535.d.& ſeq.
Hominis dignitas explicata. 315.f.g
Hominis bona tria. 151.e
Hominis imago obtenebrata per culpam. 215.f.g
Hominis proprium eſt, eſſe de nihilo, & redire in nihilum. 317.b
Hominis habitus quotuplex. 32.h
Hominis uiliſſima conditio. 7.h
Hominum ſtatus tres circa rerum poſſeſſionem. 396.a
Hominum ſex ſtatus. 537.b
Hominum alij unum, alij duas, alij tres linguas habent. 510.g
Hominum a Deo dilectorum, tria genera. 447.e.& ſeq.
Hominum tentatorum genera tria. 447.f.g
Hominem quæ a peccato poſſint retrahere. 299. a
Hominum tria genera. 90.a
Honeſtas quid ſit. 145.c
Honeſtas triplex. 145.e
Honeſtas in corporis ſenſibus ſeruanda. 145. d. e
Honeſtas membrorum corporis ſeruanda. 146.d. & ſeq.
Honorandum quid ſit. 238.b
Hortatio ad eleemoſynam. 213.g
Humana neceſsitas quibus modis nos moueat. 13.a
Humanæ naturæ dignitas, & præſtantia. 315.f.g
Humani corporis natura duplex. 10.e
Humilis uere qui ſit. 316.h
Humiliationis, & exaltationis varij modi. 316.f.g
Humilitas quid ſit. 479.g
Humilitas, & utilitas neceſſaria ſunt ad cõſequendum regnum cœlorum. 419.b
Humilitas quantum Deo placeat. 93.f.g
Humilitas duplex. 317.a
Humilitas eſt prima Chriſtianorum uirtus. 313.a
Humilitas vnica uia ad obtinendam ueritatem. 3.6.d
Humilitas ſola charitatem reparat. 316.d
Humilitas quotuplex ſit. 43.a
Humilitas quæ requirat. 43.d
Humilitatem quæ res nutriant. 431.e
Humilitatis cautela quæ ſit. 314.a
Humilitatis regula data nobis a Chriſto. 312.c.d.

I

Iacobonis epiſtola ad Ioãnem de Aluerna, de patientia. 114.b
Iactantia ueritatem impugnat, & ſpecies mẽdacij eſt. 340.c.d
Iactantia in quo conſiſtat. 350.a
Iactantia quando ſit peccatum mortale, uel veniale. 350. a. b
Iactantia, & mendacium quid differant. 349.b
Idololatria, & ſuperſtitiones uitandæ. 219.b
Ieiunandi præceptum quo tempore obliget. 141.b
Ieiunandum qua ratione ſit. 33.h. & 34. a. & ſeq.
Ieiunium eccleſiaſticum quomodo ſeruandũ. 150.c
Ieſus eſt ſtella ſequentium ſe. 407.c
Ieſus cur radix myſtice dicatur. 407.d
Ignis miſsio quid ſignificet. 2.e
Ignis ſine vllo motu extinguitur. 526.a

Ignis

Ignis amoris diuini ſoli comparatus. 5.g
Ignis in altare cur Deus ſemper requirat. 480.f.g
Ignis materialis proprietates quæ. 3.g
Ignorantia eſt mater cunctorum errorum. 331.a
Ignorantia triplex circa inſpirationes. 27.g. & ſeq.
Ignorantia ſenum eſt calamitas. 319.d.e
Ignorantia boni, & concupiſcentia mali ſunt portæ inferi. 331.b
Ignorantia vtitur dæmon ad decipiendum homines. 295.c
Ignorantia triplex. 295.d
Ignorans omnis malus. 269.e
Illuminare quid ſit. 23.b
Illuminatio eſt ſignum gratiæ. 71.e
Immunditia duplex. 348.b
Immunditia interior Deo diſplicet. 216.g
Impatientia eſt uitæ humanæ calamitas. 318. d
Imperia humana non ſunt tranquilla. 412.b.c
Imprudentia quid ſit. 21.c
Incarnationem Verbi diuini qui negant, quantum errent. 519.b. & ſeq.
Incarnationis forma an Angelis cognita. 96.a
Incarnationis myſterium. 540.c. & ſeq.
Incarnationis myſterium explicatum, & deſcriptum. 519.e. & ſeq.
Incenſa ſunt orationes iuſtorum. 262.d
Inclinationes naturales vnde oriantur. 65.b. c. & ſeq.
Inferiorum tria genera. 153.b
Inferni pœna uariæ. 438. b. & ſeq.
Inferni pœnæ quales ſint. 402.b. & ſeq.
Inferni portæ quæ ſint. 331.a.b
Infernus cur lacus magnus dicatur. 402.d.e
Ingenij acuti malitioſum iudicium cerasti cōparatum. 430.g
Ingenioſi malanconici. 22.g.h
Inimici amor actus præſtantiſſimus. 229.e.f
Inimicis quando ſit benefaciendum. ibi. c.d
Inimicis pro orare, an ſit præceptum. ibid.d
Inimicorum dilectio facit filium Dei. 228.g
Inimicorum nomine qui intelligantur. 229.a
Inimicorum dilectio quando ſit conſilium, & quando præceptum. ibid.b
Inimicus cur amandus. 208.d.e
Inimicus cur diligendus. 228.h
Inimicus eſt malleus, quo Deus vtitur ad remouendam rubiginem peccatorum. 228.h
Iniquitatis increpatio eſt ſignum gratiæ. 73.e
Initium ſalutis confuſio de peccato. 272.g
Innocens quis dicatur. 218.g
Innocentia quæ ad ſui perfectionem requirat. 527.h
Innocentia uera non habetur ſine tribulationibus. 528.a
Innocentia Chriſtiana in quo conſiſtat. 187.a
Inſpiratio diuina quid efficiat. 57.a
Inſpiratio a Deo varijs modis fit. 22.c
Inſpiratio ſancta habet quatuor. 32.c
Inſpiratio quæ exaudienda. 31.f
Inſpiratio quando exaudiri debeat. 33.g
Inſpirationem malam anima interdum ſequēdo cur non peccet. 28.a
Inſpirationes quæ remunerentur, & quibus bonis. 63.a. & ſeq.
Inſpirationes bonæ ſi impleantur, cur meritoriæ. 60.b. & ſeq.
Inſpirationes malæ ex propria malitia. 26.e
Inſpirationes fiunt per Angelos. 23.a. & ſeq.
Inſpirationes quæ ſint opere implendæ. 60.a
Inſpirationes bonæ a ſolo Deo ſunt. 22.a
Inſpirationes bonæ unde oriantur. 31.d
Inſpirationes meritoriæ quæ ſint. 57.h
Inſpirationes quæ ſola uoluntate implendæ. 59.c. & ſeq.
Inſpirationes quæ naſcuntur etiam ab habitu charitatis. 24.d.e
Inſpirationes diabolicæ quæ. 24.g. & ſeq.
Inſpirationes diabolicæ quomodo fiunt. 25. a.b. & ſeq.
Inſpirationes quo adimplendæ. 58. b. & ſeq.
Inſpirationes adimpletæ quid mereantur. 58.e
Inſpirationes quæ remunerentur in malum, & quibus malis. 63.h. & ſeq.
Inſpirationes quæ recipiendæ. 47.d
Inſpirationes quæ ex neceſſitate naſcantur. 27.b
Inſpirationes ex conuenientia temporis quæ. 27.d
Inſpirationes quædam ſecerni nequeunt, & quæ ſint. 27.f
Inſpirationes quædam cur ſecerni nequeant. 27.g
Inſpirationis ſanctæ conditiones tres. 31.g. & ſequen.
Inſpirationibus de tractatio. 21.g. & ſeq.
Inſpirationum quot ſint genera. 21.g
Intellectus quando dicatur uerus. 339.e
Intellectus quibus rebus ad cognitionem ueniat.

niat. 293.d
Intelligere eſt nobilius quàm diligere. 305.e
Intelligere Deum eſt maius bonum, quàm amare in patria. ibi.g.h
Intelligere Deum eſt ſummum donum in patria. ibid.f
Intelligendi actus quid requirat. 45.g.h
Inuidia quid ſit. 300.g
Inuidia unde dicta. ibid.
Inuidiæ filiæ quæ, & quot ſint. ibid.h
Ioannes Baptiſta quanta gratia fuerit repletus. 107.e
Ionathas quid ſignificet. 55.g
Ioſeph caſte uixit. 459.b
Ioſephi an crediderit, Mariam concepiſſe de Spiritu Sancto. 459.e.& ſequen.
Ioſeph ſummopere dilectus a beata Virgine poſt ſuum filium. 461.a
Ioſeph quantam perfectionem acquiſiuerit cōuerſando cum Chriſto. 461.b. & ſeq.
Ioſeph Vir Mariæ quando mortuus fuerit. 462.g
Ioſephi dies feſtus cur non ita ſolemniter celebretur. 463.a
Ioſephi officia erga Chriſtum. 461.d. & ſeq.
Ioſephi Viri Mariæ tres ſtatus. 457.a
Ioſephi Viri Mariæ nobilitas. 457.e
Ioſepho Viro Mariæ quæ gratiæ collatæ fuerint. 458.d. & ſeq.
Ira unde dicta. 301.b
Ira duplex. 186 d
Iræ malæ effectus. 186.e
Iræ filij qui. 301.d
Iræ effectus qui ſit. 11.e
Ironia ueritatem impugnat. 340.f
Ironia quid ſit. 340.g
Iſaac fuit Chriſti figura. 469.b
Iſaac quot annorum eſſet, quando pater uoluit eum ſacrificare. 469.b
Iubilum quid ſit. 240.h
Iubilus triplex præceſſit Chriſti aſcenſionem. 242.a.& ſeq.
Iudæi camelo cur comparentur. 120.h
Iudæi cur non uiderint ſtellam, quam Magi viderunt. 408.a.b
Iudex non poteſt iudicare de crimine occulto. 346.g
Iudices quid facere debeant. 343.a.b
Iudicia humana non ſunt uniuerſaliter recta. 411.g.h
Iudicium quot modis peruertatur. 155.a
Iudicium Dei timendum. 546.g
Iudicium omne perit, cum res tranſit in affectum. 361.e
Iumentis comparari, quàm eſſe iumentum peius eſt. 337.a
Iuramentū quando non ſit ſeruandū. 353.b.c
Iuſtitia quid ſit. 411.g
Iuſtitia Chriſtiana perfecta quæ. 155.b.c
Iuſtitia quotuplex ſit. 147.e.f.g.& 232.b
Iuſtitia duplex. 198.b
Iuſtitia diſtributiua, & conſummatiua quæ ſit. 60.f.g
Iuſtitia commutatiua non eſt in Deo. 60.f
Iuſtitia Chriſtiana integra quæ. 147.h
Iuſtitia erga Deum. 147.b
Iuſtitia ordinata quæ dicatur. 152.d
Iuſtitia non prætermittenda propter ſcandalum. 156.d
Iuſtitia multis modis ſumitur. 147.e
Iuſtitia hoīs erga ſeipsū triplex. 148.h.& ſeq.
Iuſtitia cur ſit omnis uirtus. 232.d
Iuſtitiam eſurire quid ſit. 198.d
Iuſtitiam Deus exercet, dum malos flagellat. 532.e. & ſeq.
Iuſtitiæ eſuries qđ Deo tribuat. 198. h. et ſeq.
Iuſtitiæ eſuries quæ tribuat proximo. 202.d. & ſeq.
Iuſtitiæ eſuries quid ſibi tribuat. 199. & ſeq.
Iuſtitiæ partes duæ. 313 b
Iuſtitiæ Chriſtianæ integritas erga alios quæ. 150.& ſeq.
Iuſtitiæ ordo triplex, & quomodo ſeruandus. 152.f. & ſeq.
Iuſtitiæ ordo ad inferiores quomodo ſeruandus. 153.g.h
Iuſtitiæ noſtræ cauſſa eſſentialis quæ. 61.h
Iuſtitiæ variæ ſpecies. 529.a.& ſeq.
Iuſti homines quid efficere ſoleant, & eorum laus. 157.d
Iuſti cur cœlum nominentur. 433.h
Iuſti uiri quales ſint. ibid.
Iuſti quas virtutes exerceant per tribulationem. 527.a
Iuſtis cur Deus mala accidere permittat. 525.a
Iuſtus quas perſecutiones patiatur. 231.f
Iuſtus nunquam ſatiatur, ſemper eſurit. 198.e
Iuſtus corde, ore, & opere bonitati fauet. 157.a.& ſeq.
Iuſtus, vide Vir iuſtus.
Iuſtificatio requirit liberum arbitrium. 418.f
Iuuentus aptior ad conuerſionem, quàm ſenectus. 318.f

L

Lachryma conſolationem affert. 197.c.d
Lachryma, & lachrymare, vide luctus & lugere.
Lachrymarum vis quanta. 189.b
Lachrymæ ſunt panis ſpiritualis. 191.b
Lachrymæ ſunt ſpiritualis panis. 432.a
Lachrymæ vis quanta. 432.c.d
Lachrymis condonantur peccata. 196.g
Lapis quid myſtice ſignificet. 16.a
Lectus ſpiritualis eſt conſcientia. 431.b
Legis plenitudo in quo ſita ſit. 115.e.f
Lex euangelica eſt lex ignea. 203.d
Lex purgationis explicata. 116.g.h
Leui quid ſignificet. 30.a
Leui quid ſignificet. 525.c
Libanus quid ſignificet. 90.h
Liberi arbitrij receſſus triplex. 169.b
Libertas qualis ſit, & quanti fiat. 476.e
Lignumvitæ quid myſtice ſignificet. 444.g.h
Lingua unde ſit dicta, et eius deſcriptio. 609.c.d
Lingua glorians ſe eſt diaboli gladius. 56.g
Lingua nouacula comparata. 341.b
Lingua multiplex. 510.h
Lingua, cum ſit nobiliſſimum membrum non eſt inquinanda. 511.e
Lingua cur ſub auribus, oculis, & naribus locata. 512.a
Lingua triplici humectatur humore. 512.b
Lingua cur quaſi in carcere ſit clauſa. 512.d. & ſeq.
Lingua cur homini data. 512.e
Lingua eſt inſtrumentum pronum ad malũ. 512.h. & ſeq.
Lingua eſt inſtrumentum malignum. 513.d
Lingua mala quot mala faciat. 513.d.e. & ſeq.
Lingua quibus noceat, & quantum. 512.e. & ſeq.
Lingua quot modis noceat. 514.b. & ſequen.
Linguarum donum datum Apoſtolis explicatum. 19.f. & ſeq.
Linguarum donum cur datum Apoſtolis. 19.h. & ſeq.
Linguæ, in quibus apparuit Spirituſſanctus, explicatæ. 18.a.b
Linguæ humana forma explicata. 509.h. & ſeq.
Linguæ locus explicatus. 510.f
Locutio quæ requirat. 19.f
Locutionis circumſtantiæ ſeptem. 143
Locutionis circumſtantiæ quæ ſint. 200.g
Loquendum quomodo ſit. 510.a. & ſeq.
Loquendum cum antiquis, & poſteris, legendo, & ſcribendo. 324.f
Loqui qui bene vult, quas circumſtantias ſeruare debet. 514.e. & ſeq.
Longanimitas eſt fructus Spirituſſancti. 68.f
Longanimitas quid ſit. ibi.
Luctus duplex. 193.e
Luctus triplex. 189.b
Luctus beatitudo explicata. 189.c. & ſeq.
Luctus meritorius triplex. 191.d. & ſeq.
Luctus per aliena culpa. ibid.e
Luctus myſtice quid ſit. 196.b. & ſeq.
Luctus, ſiue fletus quid ſit. 187.b
Luctus ex aliena compaſſione triplex. 192.g
Luctus ex morte triplex. ibid.h
Lugendum eſt ex deſiderio bonorum æternorum. 190.e & ſeq.
Lugentibus triplex conſolatio a Deo datur. 196.f
Lugere cur in hac vita debeamus. 190.b.c.d
Lugere, & plorare cur homo debeat. 189.c. & ſeq.
Lugere pro alienis culpis, qui debeant. 192.h
Lumen fidele quod ſit. 46.a
Lumen morale quodnam ſit. 46.c
Lumen vultus hominis quid ſit. 228.e
Lumen ſpirituale quid ſit. 45.f
Luna quid myſtice ſignificet. 133.g. & 524.d
Luna a Sole illuminatur. 320.e
Luna tribus modis tenebreſcit. 320.g
Lunæ proprietates. 133.g
Lux, & lumen quomodo differant. 113.e
Luxuria quid ſit. 303.f
Luxuria maxime rationem aufert. 336.b
Luxuria in quibus corporis partibus vigeat. 302.b
Luxuriæ ſpecies quæ. 303.g
Luxuriæ filiæ, quæ, & quot. ibid.h. & ſeq.
Luxuriæ deteſtatio. 336.f. & ſeq.
Luxurioſus ſimilis porco. 328.d

M

Magi tribus modis adorarunt Chriſtum. 410.a
Magi quam ſtellam viderint. 406.c.d
Magi ex quo loco venerint ad Chriſtum. 405.d
Magi cur ſic dicti. 405.e
Magorum triplex amor erga Chriſtum. ibi.a
Magorum fides quanta in adoratione Chriſti. 409.g.h

Magorum munera quid myſtice ſignificent. 410.*d.e*
Magorum diligentia in inueniendo Chriſto *nato.* 408.*g*
Magorum auſus in confeſſione Chriſti *regis Iudæorum.* 409.*b.c*
Magnus qui cenſeatur. 397.*b*
Magnus quis dicatur apud Deum. 312.*b.c*
Malenconici cur ſtudioſi,& ingenioſi. 27.*h*
Maledictorum perpeſsio, ut ſit meritoria quid requirat. 235.*d.& ſeq.*
Mali ob quas cauſſas uitandi ſint a bonis. 393.*e.g*
Mali interdum ſunt tolerandi. 392.*f*
Mali,& peruerſi quibus modis noceant fragilibus. 385.*b.& ſeq.*
Malis cur aduerſa dentur. 530.*f*
Malitia quid ſit. 276.*a.b*
Malitia unde dicta. 217.*a*
Malum unde procedat. 172.*g*
Malus nemo eſt natura. 64.*g*
Mandatorum obſeruatio neceſſaria. 547.*a*
Manichæorum error qui fuerit, & eius confutatio. 394.*g.h*
Mane cur orare conueniat. 266.*f.g.h*
Manſueti triplicem terram poſſident. 188.*a.& ſeq.*
Manſuetos beatos eſſe demonſtratur. 187.*e.& ſeq.*
Manſuetus unde dictus,& qui dicatur. 183.*f*
Manſuetudo quid ſit. *ibid.*
Manſuetudo,& patientia quomodo differãt. *ibid. g*
Manſuetudo eſt fructus Spiritusſancti. 69.*b*
Manſuetudo imaginem Dei *in nobis ſeruat. ibidem.*
Manſuetudo criminalis quæ. 184.*f*
Manſuetudo quotuplex. *ibi.b*
Manſuetudo naturalis explicata. *ibid.c*
Manſuetudo quas uirtutes in ſe contineat. 185.*g.et ſeq.*
Manſuetudo quæ eſt uirtus explicata. 185.*d*
Manſuetudo continet æquanimitatem,& innocuitatem. 186. *d.h*
Manſuetudo uirtualis,quæ ſit. 185.*c*
Manſuetudo in nobis Dei *imaginem ſeruat.* 188.*e*
Manſuetudinis uirtus quanta ſit. 186.*a*
Manſuetudinis præmium quod. 187. *d.& ſequen.*
Maria omnium creaturarum altiſsima. 76.*e*
Maria quoties locuta fuerit. 107.*f.g*
Maria quibus de cauſsis fuerit uicina filio Deo. 78.*f*
Maria eſt ara myſtice. 87.*e*
Maria nulli puræ creaturæ eſt ſubiecta. 87.*d.e*
Maria fuit figurata in arca Moyſis. 126.*b*
Maria Virgo ad cœlos tripliciter fuit inuitata. 114.*b*
Maria figurata in Heſter. 129.*b*
Maria theſauros a regibus filio datos pauperibus dedit. 118.*a*
Maria Virgo eſt ſignum magnum, quod apparuit in cœlo. 523.*d*
Maria uera Ioſephi *coniux.* 458.*f*
Maria eſt ſignum,& quomodo. 77.*b*
Maria illuminat. *ibi.d*
Maria eſt cœli ornamentum. 78.*b*
Maria eſt arcus fœderis. *ibi.c*
Maria cur maxime filium dilexerit. 82.*g*
Maria eſt ſtella,mare,& domina. 75.*f*
Maria cur dicatur ſtella. 75.*h.& ſeq.*
Mariæ ſanctitas ad quàm eleuata fuit. 115.*c*
Maria fons hortorum, & puteus aquarum. 325.*c*
Maria quomodo pariendo Chriſtum *clamauerit.* 523.*b*
Maria figurata fuit in nebula. 127.*a*
Maria Chriſti *requies.* *ibi.d.e*
Maria dominatur in inferno. 89.*c.d*
Maria dominatur in purgatorio. *ibi.g*
Maria Virgo cur arca dicta. 130.*a*
Maria cur ſoli comparata. *ibidem. d.& ſequen.*
Maria non fuit ſubiecta legi purificationis. 116.*b*
Maria quando mortem obiuerit, & quando corpus eius reſuſcitatum fuerit. 132.*d.e*
Maria nos hortatur ad obediendum Deo *in omnibus.* 115.*d.& ſeq.*
Maria omnium mater, & aduocata. ibidem. a
Maria eſt ſuper omnem puram creaturam. 88.*g*
Maria cur lunæ comparetur. 133.*g.& ſequent.*
Maria quibus ſtellis ſit coronata. 134. *b.& ſequen.*
Maria quas gratias Deo *egerit in ſuo cantico.* 107.*& ſeq.*
Maria dominatur Angelis. 91.*d*

Maria dominatur dæmonibus. ibidem. h. & ſeq.
Maria Virgo metuenda. 92.b
Maria cur præſtiterit conſenſum in myſterio incarnationis. 99.h
Maria obtulit ſe Deo in martyrium. 100.c
Maria virgo conſentiendo myſterio in incarnationis, expoſuit ſe confuſioni. ibid.e
Maria in filij conceptione, actiua & contemplatiuæ uitæ perfectionem expreſsit. 101.d
Maria ab æterno electa fuit mater Dei. ibi. g. et ſequen.
Maria uere amarum mare. 86.f
Maria dominam ſignificat, et cur ſic dicatur. 86.b. et ſeq.
Maria dominatur omnibus hominibus. 90.a
Maria peccatores iuuat. ibi.b
Maria ſola ſine exemplo placuit Deo. 97.b
Maria quæ obiecta habuerit in myſterio incarnationis. 98.f. et ſeq.
Maria dominatur in mundo. 90.a
Maria, et Ioſeph fuerunt ex eadem tribu. 457.g.h
Maria cur non ſit mortua ob dolorem paſsionis filij. 84.f
Maria eſt virga Moyſis. 80.g
Maria cur dicatur amarum mare. 81.e
Maria uitauit omnem minimum peccatum. 103.f
Maria habuit uotum de non cognoſcendo homine. 105.d
Maria unà cum Ioſeph virginitatis uotum expreſsit. 105.e
Maria dominatur ſeruis, ideſt, hominibus de nouo conuerſis. 90.g
Maria dominatur iuſtis, et deuotis. 91.b
Maria eſt ueluti collum per quod omnes gratiæ defluunt. 91.b.c
Maria Dei magnificentia dicitur. 125.h
Maria eſt mons, in quo Deus laborauit. 126.c
Maria eſt Dei ſolium. ibi. d.e
Maria quæ patrocinia præſtet eccleſiæ militanti. ibi.f. et ſeq.
Maria non eget auxilio alicuius creaturæ. 87.h
Maria omnia in filio poſsidet. 88.a
Maria eſt diſpenſatrix diuinorum bonorum. ibi. c.d
Maria figurata in regina Sabba. ibid.d
Maria fornax amoris Spiritusſancti. 129.c
Mariæ Virginis epitheta pulcherrima. ibidem. d
Maria aſſumpta in cœlum cum corpore. ibidem. g
Maria virgo expellit omnes creaturas. 79. e.f
Maria ſtella maris cur dicta. 80. a. b. et ſequenti.
Maria mundum illuminat, et inflammat. ibi.a.b
Mariam corpore, et animo eſſe in cœlo varijs rationibus probatur. 130 d
Mariam omnes gentes laudant. 107.f.g
Mariæ conueniunt myſticè ſeptem operationes ſtellæ. 77.a. et ſeq.
Mariæ lamentatio de morte filij. 82.e
Mariæ auxilium inuocandum. 126.h
Mariæ figura fuit uirga Moyſis. ibid.g
Mariæ charitas in donando filium ſuum mundo. 121.e.f
Mariæ gloria in cœlo quanta. 129.h.et ſeq.
Mariæ tres eleuationes. 125. a.et ſeq.
Mariæ uirtutes quales fuerint. ibid.e.f
Mariæ dignitas in cœlo quanta. ibidem.h. et ſeq.
Mariæ uirginis ornatus qualis. 523.c
Mariæ virginis nobilitas. 457.c
Mariæ nomen quid ſignificet. 75.c
Mariæ immenſitas. 75.e
Mariæ pietas in genus humanum. 100 g
Mariæ caſtitas demonſtrata in myſterio incarnationis. 100.h. & ſeq.
Mariæ preces quantum poſſint. 115.b
Mariæ corpus cur non debuerit in cinerem redigi. 130.g
Mariæ corpus non fuit inuentum ibi, ubi fuit ſepultum. 132. b.
Mariæ dolor de paſſione filij quantus. 82.a
Mariæ ſublimitas, & altitudo. 76.d
Mariæ maternitas eſt radix omnium dignitatum eius. 89.a
Mariæ canticum explicatum. 107.d. & ſeq.
Mariæ humilitatem reſpexit Deus. 108 b. & ſeq.
Mariæ humilitas quanta, & quando apparuit. 93.e.f. & ſeq.
Mariæ humilitas omnibus vtilitatem attulit. 93.h
Mariæ charitas oſtenſa in myſterio annunciationis. 94.h
Mariæ deſiderium ad incarnationem filij Dei quantum. 95.b.& ſeq.
Mariæ potentia quanta. 92.a. & ſeq.
Mariæ obedientia in Incarnatione. 96.d

Mariæ fides in incarnationis opere. 96.f.g. & h.
Mariæ Virgini ſubdita eſt omnis creatura, & Deus. 87.f
Mariæ Virginis in loquendo flamma ſeptem explicata. 105.a
Mariæ Virginis ſerui, & ſubditi qui, & quot ſint. 90 f. & ſeq.
Mariæ dominium quantum ſit, et quotuplex. 88.f
Mariæ dominium in regno cœli. 88.g
Mariæ uerba, in incarnatione prolata, diligenter perpenſa. 104.e. & ſeq.
Mariæ ſapientia in ſermone. 104.f.g
Mariæ dolorem de paſſione filij, quæ auxerint. 86.b
Mariæ conſenſus in incarnatione quantus. 101.b. & ſeq.
Mariæ charitas quanta. 101.b
Mariæ amaritudo ex morte filij unde nata. 84.h. & ſeq.
Martyrem quæ efficiunt. 531.d
Martyres ſunt Dei milites. 239.b
Matres ob quas cauſas filios diligant. 82.h
Matutinum tempus ad orandum accommodatum. 266.f
Medicinarum ſpiritualium uaria genera. 525.a. & ſeq.
Mendaces faciunt, vt uera dicentibus non credatur. 355.d
Mendacij deteſtatio ampliſſima. 355. d. & ſeq.
Mendacij nomine quid intelligatur. 345.d.e
Mendacium quot modis ſumi poſſit. 347.f
Mendacium quid ſit. 345.d
Mendacium iocoſum quid ſit, & quibus modis dicatur. 349.d. & ſeq.
Mendacium quis dicere poteſt, & non mentiri. 340.b
Mendacium veniale non eſt dicendum, vt aliquis a mortali liberetur. 345.a
Mendacium duplex. 235.f
Mendacium duo includit. 345.e
Mendacium, mentiri, & falſitas, quomodo differant. ibi.
Mendacium nunquam poteſt fieri bonum. ibid.f
Mendacium triplex. ibi.h
Mendaciũ officioſum quid ſit, & quot modis dici poſſit. 346.a. & ſeq.
Mendacium officioſum quando fiat peccatũ mortale. ibi.d
Mendacium quot modis poſſit eſſe peccatum mortale. 351.g
Mendacium iocoſum quot modis poſſit eſſe mortale peccatum. 352.a
Mendacium pernicioſum triplicem deceptionem continet. ibi.a
Mendicus vnde dictus. 177.d
Mentiri an liceat viris perfectis. 347. f. & ſeq.
Mentiri, & falſum dicere quomodo differant. 358.h
Mens vnde dicta. 148.c
Mens caput eſt animæ. 524.h
Mens humana quibus modis ordinari poſſit. 67.c. & ſeq.
Mens humana quibus rebus naturaliter moueatur. 65.b.c
Mens quibus rebus proficiatur erga proximum. 278.g
Mentis renouatio quomodo fiat. 6.b
Mentis tranquillitas eſt regnum cælorum, & Dei thronus. 397.g.h
Menſa Dei quæ ſit. 413.a
Menſis vnde dictus. 278.b
Merendi uis in quo ſita. 58.f
Meritoria opera ad quid valeãt. 58.g. et ſeq.
Meritum quotuplex ſit. 3.b
Meritum triplex. 60.e
Meritum noſtrum vnde pendeat. 62.d
Michael quid ſignificet. 24.b
Miracula uarijs modis fiunt. 264.c
Miracula uera a ſolo Deo fiunt. 264. d
Miſerabilis quis aſcendatur. 111.g
Miſeria vitæ humanæ explicata. 318.b.c.et ſeq.
Miſericordia ſuperat iuſtitiam. 207.h. & 208. b
Miſericordia quid ſit. 208.a. & c.
Miſericordia triplex. 213.a
Miſericordia, & miſeratio quomodo differãt. 208.b. c
Miſericordia facit hominem beatum. 211. f. g
Miſericordia defunctorum comes. 381.b
Miſericordia magna, quæ dicatur. 213.e
Miſericordia maxima quæ. ibi.h
Miſericordiæ corporalis opera quæ. 164.g
Miſericordiæ opera quomodo exercenda. 165.d.e
Miſericordiæ remuneratio quanta ſit futura. 215.a.b.c
Miſericordiæ deſcriptio. 211.b
Miſericordiæ præmia quæ, & quot ſint. 211.d

& ſeq.
Miſericordiæ fructus, & perfectiones variæ. 208.g
Miſericordiæ perfectio quanta. ibid.f
Miſericordi quæ bona promittantur. 212.b
Miſericors perire nequit. 211.b
Miſericors facillime condonat iniurias. 209.c
Miſericors omnes ſuffert, & iuuat. 209.f
Miſericors compatitur. ibid.b
Miſericors qui dicatur. 208.f
Miſericors omnium miſerias ſentit. ibi.f.g
Miſericors nemini iniuriam facit, neminem circumuenit. 210.d
Miſericors non reſpicit dignitatem egentis. 211.a
Miſericors ſoli comparatus. 210.b. & 211.a
Miſſa quomodo audienda ſit. 150.d
Mites, & manſueti quomodo terram poſſideant. 188.a. & ſeq.
Mitis qui dicatur. 185.b & 186.c
Mititas, vide manſuetudo.
Modeſtia quid ſit. 69.f
Modeſtia quid ſit. 140.e
Modeſtia triplex. ibi.f
Modus ſeruandus. 35.a.b
Mouentium uerba ad eos quos relinquunt. 503.e
Morientium quatuor conſiderationes. 503.f & ſeq.
Mors ſemper expectanda. 505.b
Mors qualis ſit. 505.d.e. & 506.a.b
Mors an poſſit ſtatutum tempus præuenire. 505.f
Mors fratrum an lugenda ſit. 193.b.c
Mors mala malis, & bona bonis. 327.b
Morte in qua conſideranda ſunt. 504.a
Mortis conditiones quædam. 504.b
Mortis nuncij tres. 327.a
Mortis Chriſti deſcriptio quædam admirabilis. 85.b.c
Mortis fletus triplex. 192.b
Mortuos lugere an liceat. 193.b.c.d
Mortuus, vt mortuus non eſt membrum Chriſti. 165.c
Apollogus pulcherrimus de mulo, & vulpe. 421.g
Multiloquij defectus qua ratione emendari poſſit. 509.g. & ſeq.
Multiloquij effectus mali quot ſint. 508.f. & ſeq.
Multiloquium vitare eſt difficile. 509.d.e
Multiloquium vituperatum. 507.c.d
Multiloquium quod non peccatum ſit. 507.f
Multiloquium poteſt bene, & male fieri. 506.e
Multiloquium quot modis male fiat. 506.f
Mundi amor qui ſit late explicatur. 287.b. & ſeq.
Mundi amator inimicus eſt Dei. 546.e.f
Mundi tres miſerabiles euentus. 328.g
Mundi dominus eſt is, qui mundum deſpicit. 175.f
Mundi amor, vide Amor mundi.
Mundus fugiendus eſt. 548.f.g.h
Mundus quot modis denominetur. 287.a b
Mundus vnde dictus. 287.a
Mundus poſitus eſt in maligno. 543.g h
Mundis corde quod præmium detur in hac vita. 221.d. & ſeq.
Mundus Deus mūdo corde conſpicitur. 218.f
Munditia in quibus animæ partibus eſſe debeat. 217.e. & ſeq.
Munditia cordis Deo placet. 217.a
Munditia cordis quo præmio remuneretur. 219.e. & ſeq.
Munditia cordis quid ſit. 216.b
Munditia triplex. 216.c
Munditia corporalis, quorum ſit. ibi.d
Munditia corporalis reprehenſa. ibi.d
Munditia hypocritarum quæ. 216.e

N

Natiuitas ſpiritualis Chriſti in nobis explicata. 522.c. et ſeq.
Natura diuina non eſt multiplicabilis. 518.h
Natura humana nobilitata fuit pro incarnatione. 519.c.d
Natura abhorret vacuum. 111.c
Neceſsitas culpam tollit. 47.g
Negligentiæ, et procraſtinationis deploratio. 546.a b.c
Nequam quis dicatur. 297.d
Nicolaus, vnde Nicolaitæ, quis fuerit. 35.b
Nicolaus, quid ſignificet. 36.b
Nimietates æquales ſunt. 34.h
Noctis tempus ad orādum accommodatum. 266.e
Nouale quid ſit, et quid myſtice ſignificet. 201.f

O

Obediendum an ſit in re dubia. 409.f. g
Obediendum non eſt cum periculo peccandi. 500.e
Obediendum non eſt malæ imperanti. 498.b. et ſeq.

Obediens

Obediens mercatori comparatus. 484.a
Obediens omnibus dominatur, et cur. 481.g
Obedientes cum difficultate dant fel Chriſto, et lapidibus magnis, et rotæ comparantur. 487.f.g.h
Obedientium uarij gradus. 483.e
Obedientia debet eſſe prompta. 486.a. et ſeq.
Obedientia debet eſſe triplex. 486.f
Obediẽtia euãgelica ad quid ordinetur. 501.c
Obedientia euangelica quas perfectiones habere debeat. 476.b. et ſeq.
Obedientia naui comparata. 483.b
Obedientia debet eſſe hilaris. 487.d
Obedientia eſt Chriſti cibus. 487.f
Obedientia eſt ſcala, quam uidit Iacob. 484.g. et ſeq.
Obedientia an ſit maxima virtutum. 477.h
Obedientia quibus rebus reddatur ſuauis. 478.h. et ſeq.
Obedientia arbori inſertæ cõparata. 482.b.c
Obedientia cur uictimis præponatur. 476.e. et 478.c
Obedientia perfecta quæ requirat. 469.e
Obedientia perfecta quæ dicatur. 467.c
Obedientia nõ obligat ad impoſsibile. 502.e.f
Obedientia quarum rerum non ſit. 499.e
Obediẽtia duas habet alas, et quæ ſint. 484.b
Obedientia non obligat ad imperfectionem. 491.c.d
Obediẽtia quo modo reqrenda. 482.a. et ſeq.
Obedientia eſt clauis regnum cælorum. ibi.g
Obedientia qualis ſit, & quid efficiat. 485.a. & ſeq.
Obediẽtia debet eſſe uelox. 488.b. & *virilis.* e
Obedientia debet eſſe humilis, et perſeuerans. 489.a.b
Obedientia de diſputatio, an uotum obedientia ſit bonum. 489. & ſeq.
Obedientia non eſt cõtra honorẽ Dei. 890.b.c
Obedientia non tollit libertatem. 490.f
Obedientia non eſt in detrimentũ plati ibi.h
Obediẽtia nõ pturbat naturæ ordinẽ. 491.c.d
Obedientia non eſt periculoſa obedienti. 492.b et ſequen.
Obediẽtiæ euãgelicæ præſtãtia. 476.a. et ſeq.
Obedientiæ laudes. ibi.f.g.h
Obedientiæ præſtantia. 475.e
Obedientiæ uotum non eſſe bonum, quibus rationibus poſsit probari. 490.a. et ſeq.
Obedientiæ fundamentũ quodnam ſit. 501.c
Obedientiæ euangelicæ limites tres. 478.g. et ſeq.
Obedientiæ uis quanta. 202.f.g
Obedientiæ gradus ſeptem explicati. 485.h. et ſequen.
Obedire eſt maioris perfectionis quàm imperare. 496.a
Obedire an ſit pfectius q̃ pcipere. 395.f. et ſe.
Obedire unde ſic dicatur. 480.c
Obligare ſe ad reuelandas cogitationes intimas, an ſit bonum. 494.g.h
Obſeruatio diuinæ legis eſt gratiæ ſignũ. 74.a
Oculus myſtice quid ſit. 144.b
Oculus dexter qui ſit. 52.b. et 53.a
Oculus dexter quid ſit. 440.f
Oculus duplex, et quo illuminetur. 55.d.e
Oculus quid ſignificet. 33.d
Opera bona quid vitiet. 200.a b
Opera bona qbus rebus remunerẽtur. 63.a.b
Opera bona nobis uerenda ſunt, et cur. 8.a
Opera laborioſa q̃ cruciãt aĩã, et corpus. 29.e
Opera uirtuoſa q̃ animã crucient, et qño. 32.f
Opera facta in charitate ad qd ualeat. 58.g
Opera quæ delectent, et crucient hominem, et corpus. 30.c. et ſeq.
Opera noſtra qua ratione ſint corrigẽda 144.g
Opus meritoriũ inſpiratum q̃ requirat. 47.b
Opus externum addit ad nequitiam voluntatis. 420.c.d
Optimum in quo conſiſtat. 173.a
Orandi ſunt Sancti. 263.c
Orandum quid a Deo. 57.f
Orandum cur ſit. 263.e
Orare quem, aut quos debeamus. 263.a.b
Orare quomodo oporteat. 265.f
Orare minores Sanctos cur ſit utile. 563.b
Orare pro inimicis an ſit præceptum. 229.d
Oratio quid ſit. 161.d. et 168.g & 158 g
Oratio qualis eſſe debeat. 158.g. et 265.f
Oratio pro quibus facienda. 161.e
Oratio qualis eſſe debeat. 262.e. et ſeq.
Oratio quotuplex. ibi.f
Oratio quando ſit teſtificatiua. 264.c
Oratio quomodo poſsit eſſe perpetua. 263.g.h
Oratio deuota quando ſit. 151.b
Oratio debet eſſe cum reuerentia, et humilitate. ibi.e.d
Oratio quomodo piè fiat. 158.f
Oratio adhibenda in rebus dubijs. 54.f
Oratio quæ non aſcendat ad Deum. 313.d
Oratio aliquando eſt meritoria. 263.f
Oratio eſt impetratoria. 263.h
Oratio quomodo a Deo exaudiatur. 264.a
Oratio quas conditiones requirat, ut exaudia-

diatur. 264.a.b
Oratio requirit tria. 268.e
Oratio unde procedere debeat, ut Deo placeat. ibi.a
Oratio triplex. ibi.a.b
Oratione quid ſit petendum a Deo. 265.d
Oratione quid principaliter petēdū ſit. 267.c
Orōnes peccatorū quō Deus exaudiat. 264.b
Orationi tres dies hora conſecrata. 266.d
Orationis circumſtantiæ ſeptem explicatæ. 263.d. & ſeq.
Orationis tempus, quādo orandum ſit. 266.d
Orationis attentio triplex. 158.f
Orationis deſcriptio pulcherrima. 262.b
Orationis neceſsitas. 264.e. & ſeq.
Orationis tres fructus. 259.d
Orationis variæ definitiones. 261.b
Orationis forma, & præparatio. 314.d.e.f
Orationis triplex qualitas. 263.f
Orationis vis magna. 54.g
Ordo quid ſit. 152.d.et 441.g
Ornatus mulierum ex diabolo habet originem. 25.g
Ornatus corporis damnatus. 290.f
Ori triplex cuſtodia apponenda. 200.e
Oris cuſtodia quid ſit. ibi.g
Os in quibus diſciplina corrigendū ſit. 143.f
Oſſa cur natura animali dederit. 323.d
Otium quàm ſit pernicioſum. 302.g
Otioſa uerba non ſunt parui periculi. 507.a
Otioſum verbum, quod dicatur. 506.h

P

Parabola quid ſit. 349.f
Paradiſus Dei myſtice eſt uiri iuſti conſcientia. 397.g
Pardus maculoſus quos hoīes ſignificet. 91.a
Parentes qui male filios ament. 151.h
Parentes erga filios quid facere debeant. 153.h. & ſeq.
Paropſidis quid. 216.f
Parſimonia ſeruāda in vigilia, & ſōno. 141.g
Parſimonia in labore, & otio. 142.b
Parſimonia unde dicta. 140.g
Parſimonia quotuplex. 140.h
Parſimonia in uictu, & veſtitu quomodo ſeruanda. 140.h. & ſeq.
Paſſionis Chriſti magnitudo deſcripta. 85.h. & ſeq.
Partus quantum dolorem afferat. 536.c.d
Paſtor, vide Prælatus.
Paſtoris uaſa, ſeu inſtrumenta q̃ ſint. 373.f.g
Pater, & filius ſola origine differunt. 518.g
Pater occurrit Mariæ in eius Aſcenſione. 128.a.b
Patres antiqui pauperes fuere. 178.d.e
Patres negligētes in filiorum cura, comparantur Struthioni. 386.f.g
Patientia eſt Spiritus Sancti fructus. 68.e
Patiētia cur perfectum opus habere dicatur. 232.e
Patientia quæ ſit beatitudo. 231.a
Patientia perſecutionum beatitudinem parit. ibi.d
Patientia aduerſorum eſt ſignū gratiæ. 74.f
Patientia in quo ſita ſit. 183.g
Patientia eſt nobis neceſſaria. 527.d
Patientiæ uirtus quanti facienda. 114.b.c
Patientiæ culmen quod non ſit. ibi a
Pauper eſt uere diues. 175.f
Pauper qui cenſendus ſit. 178.f.g.h
Pauper ſpiritu æſtimatione, qui ſit. 179.a
Pauper unde dicatur. 237.b
Pauper quis dicatur. ibi.
Pauperes ſpiritu ſunt humiles. 179.e
Pauperis, & diuitis comparatio. 177.a.b
Pauperis ſunt omnia ſuperflua. 175.f
Pauperum cur dicatur eſſe regnum cœlorum. 180.a
Pauperum miſeria quanta. 537.b
Pauperum manus ſunt gazophilatium Chriſti. 380.d
Paupertas quāti facta a Diuo Frāciſco. 175.e
Paupertas voluntaria eſſe debet. ibi.c.d
Paupertas euangelica quæ. ibi.g
Paupertas ſumma non eſt omnibus bonis bona. 395.d.e
Paupertas volūtaria eſt martyrij genus. 182.c
Paupertas cur hic faciat hominem beatum. ibi.h. & ſeq.
Paupertas uera quæ. 398.a
Paupertas neceſſaria cuius ſit. 176.a
Paupertas neceſſaria deſcripta. ibi.b
Paupertas neceſſaria ad intrandum in regnum cœlorum. 414.b
Paupertas ſpiritus in affectione. 178.c
Paupertas prima beatitudo explicata. 174.f. & ſeq.
Paupertas Deo grata. 174.g
Paupertas triplex. 175.a
Paupertas efficit homines Angelis ſimiles. 180.c.d
Paupertas habet regnū in terris. ibi.b. et ſeq.
Paupertas ſimilem filio Dei hominem efficit. ibid.f

Paupertas facit hoĩes cõformes beatis. 181.*h*
Paupertas & caſtitas ſunt duæ alæ obedientiæ. 484.*b.c*
Paupertas ſimulata quæ. 177.*e*
Paupertas cur ferenda. 176.*c.d*
Paupertatẽ ad ferendã hortatio. ibi.*c.* & ſeq.
Paupertatis deſcriptio quædam. 179.*g*
Paupertatis proſopopeia admirabilis. 182.*d*
Paupertatis perfectio eſt ſub conſilio. 395.*e.f*
Paupertatis præclari effectus. 183.*a.* & ſeq.
Paupertatis effectus. 175.*d*
Paupertatis commendatio. 175.*d.e.f.*
Pax duobus modis poteſt eſſe in animo. 223 *g*
Pax quid ſit. 224.*b.d.e*
Pax eſt bonum honeſtum, vtile, & delectabile. 224.*c*
Pax eſt bonum vtile. ibi.*e*
Pax quid ſit. 170.*e*
Pax eſt bonum delectabile. 224.*g*
Pax debet eſſe cum tribus. 226.*a.b*
Pax uera ſine tentationibus non hẽtur. ibi.*e.f*
Pax quotuplex. 225.*b*
Pax cur interdum amittatur. ibi.*b*
Pax humanæ uitæ non eſt perfecta. 412.*b.c*
Pax cui non ſufficit Deus. 225.*g*
Pax uera quæ. ibi.*g*
Pax quando ſit integra. 226.*a*
Pax animæ cum carne fugienda. 227.*d*
Pax animæ cum mundo abycienda. ibi.*f*
Pax quid ſit. 511.*f*
Pax eſt fructus Spiritus Sancti. 68.*b*
Pax quid ſit. ibi.*c.d*
Paci quæ contrarientur. 227.*h*
Pacis falſæ ſpecies tres. 225.*c*
Pacis concordia facit Dei filium. 230.*a*
Pacis laudes, & cõmendatio. 224.*c.d.* et ſeq.
Pacis donum explicatum. ibi.*a.* & ſeq.
Pacis nomen ſuaue. ibi.*b*
Pacis bona quæ ſint. ibi.*b*
Pacis uarij effectus. ibi.*h*
Pacis perfectæ, uis quanta ſit. 226.*b*
Pacifici filij Dei efficiuntur. 230 *a*
Pacificus quis dicatur. ibi.*g.* & ſeq. 230.*a*
Pacificus animæ ſtatus in quo conſiſtat. 227.*c.* & ſeq.
Peccare eſt fragilitatis, excuſare peccatum eſt malitiæ. 421.*h*
Peccata lugenda. 189.*d.* et ſeq.
Peccata aliena deflenda. 191.*e.* et ſeq.
Peccata quæ non ſint diu recogitanda. 357.*e*
Peccata capitalia ſunt dæmonis duces, & ſpiritus infernales. 300.*a*
Peccata aliena quæ dicantur. 200.*c.d*
Peccata ſunt nebulæ inter nos, & Deũ 320.*c*
Peccata non confitentes ob uerecundiam, quibus comparentur. 365.*b.* & ſeq.
Peccata quomodo ſint nobis occulta. 437.*f*
Peccata commiſſa quot modis dicantur aliena. 437.*h*
Peccata confeſſa cur non remittantur, ſi unũ taceatur. 356.*e*
Peccata ſe uitare non poſſe affirmare, eſt Deũ accuſare, & impium facere. 359.*c*
Peccati mortalis gradus ſeptem. 419.*h*
Peccati prauitas triplex. 320.*h*
Peccati cognitio ſalutis eſt initium. 424.*g*
Peccatum in Spiritum Sanctum ſeptem ſpecies. 298.*g*
Peccati radix quid ſit. 269.*g*
Peccati radix triplex. ibi.*g.h*
Peccati magnitudo quanta. 315.*g*
Peccati initium quid dicatur. 269.*d*
Peccati uagina, in qua contineri debet, quid ſit. 421.*e*
Peccati excuſatio eſt diaboli lorica. 422.*a*
Peccatũ unũ quot modis ſit maius alio. 474.*d*
Peccatum unum quomodo ſit maius altero. 420.*d.e*
Peccatum mortale quid ſit. 419.*h*
Peccatum Adæ tormenta poſteris attulerit. 399.*h*
Peccatum quomodo uitari poſſit. 359.*d*
Peccatum quo bono nos priuet. 320.*b*
Peccatum eſt contra naturam. 536.*a*
Peccatum quomodo dicatur eſſe innatũ. 536 *a*
Peccatum excuſare eſt maius peccatum, quã facere. 421.*h*
Peccatum in Spiritũ Sanctũ quid ſit. 298.*f.g*
Peccatum eſt in uoluntate. 305.*c*
Peccatum quomodo ſit in cognitione. ibi.*d*
Peccatum, et delictum quõ differant. 200.*a*
Peccatum in Spiritum Sanctum cur dicatur quod ſit irremiſſibile. 299.*e*
Peccatum quid mali nobis afferat. 425.*d*
Peccatum ad mortem quodnam ſit. 272.*e*
Peccator comparatus mari. 27.*a*
Peccator quibus gradibus deſcendat in profundum peccati. 419.*h.* & ſeq.
Peccator equo comparatus. 403.*d.e*
Peccator non eſſe, & minus quàm nihil eſſe cenſetur. 426.*g*
Peccator quibus luminibus illuſtrari debeat, ut conuertatur. 424.*f.* & ſeq.
Peccator dicitur terra. 64.*a.b*

Peccatore furioſo nihil peius. 187.f
Peccatorem maximum quomodo quis uere ſe apellare poſſit. 538.e.f
Peccatores rotæ comparati. 402.g
Peccatores quibus tormentis afficiantur. 399.g.h. & ſeq.
Peccatores qui dicunt ſe non poſſe abſtinere a peccato, blaſphemant Deum. 274.d
Peccatores quidam cur ſine peccato ſe eſſe putent. 360 g
Peccatoris elegans deſcriptio. 390.h
Peccatoris malitia, & indignitas q̃ta. 315.g
Peccatoris ſtatus qualis ſit. 390.h
Peccatoris gladius eſt peccatũ publicũ. 425.e
Peccatoris emendatio qualis eſſe debeat. 430.a.& ſeq.
Peccatoris incorrigibilis peruerſitates ſeptẽ. 423.a
Peccatorum quot modis reminiſci poſſimus. 160.a.b
Peccatorum radices quæ. 375.b.c
Peccatorum circumſtantiæ confitendæ. 356.g
Peccatorũ recogitatio tres hẽt gradus. 357.b
Peccatorum ſtatus deploratus. 547.b.c
Peccatorum recogitatio quõ facienda. 357.f
Peccatorum præmeditatio quàm ſit neceſſaria in confeſſione. 358.a
Peccatorum quot Deum modis ſpectare deberet. 440.d
Pectoris tunſione omnes partes pœnitentiæ denotantur. 314.g
Pectoris tunſio eſt pœnitentiæ ſignum, ſi ex corde fiat. 315.a
Pedes interiores qui ſint. 51.a
Pœna quæcunque potius eligenda quàm culpa. 345.b
Pœna puniantur. 298.c.d
Pœna pœnam reſoluit. 58.f
Pœnæ ſunt medicinæ. 39.b
Pœnitentia unde ſic dicta. 453.c
Pœnitentia non debet uideri dura. 548.b
Pœnitentiæ gratia eſt neceſſaria, & in quibus conſiſtat. 414.f.g
Pœnitere uolẽtiũ triplex impedimentũ. 428.e
Pentecoſtes dies laudata. 2.a.& ſeq.
Pẽtecoſtes q̃d ſignificet, et unde dicatur. 15.d
Pentecoſtis ſolemnitas quinta. 1.b.2.d
Perfectionis ſtatus quæ requirat. 172.g
Perfectus qui vult eſſe, quid debeat efficere. 171.a
Perfectus qui cenſeatur. 29.f
Perſecutio triplex. 231.e
Perſecutio quando ſit. 234.f
Perſecutio in q̃bus rebus cõſiſtat. 231.h.& ſe.
Perſecutiones cum lætitia ferendæ ſunt propter Chriſtum. 236.d.& ſeq.
Perſecutionum uaria genera. 234.a
Perſecutionum perpeſſioni cur regnum cælorum permutatur. 233.d
Perſeuerantia cur neceſſaria nobis ſit. 415.h
Perturbatio quæ cadat in uirũ bonũ. 184.g.h
Pes quid in ſcriptura ſignificet. 175.h
Peſtis cur imitatur a Deo. 450.e
Peſtilentia unde ſit dicta. 423.h
Peſtilentia quid ſit. ibi.
Philoſophi nomine equorum nominati in ſcriptura. 120.h
Philoſophi fuerunt gentium doctores. 220.f.g
Philoſophorum error in rebus naturalibus cognoſcendis. 8.d
Pietas ſpiritualis quæ ſit. 161.c
Pietas, vide miſericordiam.
Pietas quid ſit. 208.d
Pietas corporalis quot modis fieri poſſit. 164.a.& ſeq.
Pietatis corporalis opera quot ſint. 164.g
Pietatis uis quanta ſit. 378.f
Pietatis opus eſt confeſſio. 159 f
Pietatis opus eſt communio. 160.e
Pietatis uirtus quomodo exeat in actum. 4.f
Pietatis opera quos fructus producant. 165.f
Planetarum influſſus nõ tollit libertatẽ. 274.c
Piſcis ſignum quid ſignificet. 434.h
Polus duplex. 78.e
Populus unde dictus. 90.e
Præcepta decalogi quid ſint, & quomodo hominem ligent, & ordinent. 148.h.& ſeq.
Præceptum de diligendo Deo explicatũ. 304.d.& ſeq.
præceptum de diligendo Deo ex toto corde, &c. viginti modis expoſitũ. 308.f.et ſeq.
Præcipere ſit ne perfectius, quã parere. 445.f
Prædeſtinationis ſignum magnum. 73.b
Prædeſtinatorum numerus certus. 259.b
Prædeſtinatorum, & ſaluandorum ſigna ſeptem. 456 c
Præeſſe qui cupit, Deũ præire cõtendit. 368.d
Præeſſe qui debeat. 483.d
Prædicandum non eſt obſtinatis. 473 b
Prædicator quomodo ſe diſponere debeat ad recipiendum uerbum diuinum. 135.d.e.f
Prædicator q̃n poſſit ueritatẽ tacere. 344.b
Prædicator malus non ſpernendus, & cur cõparetur. 138.f.g.

Praditator non debet timere auditorum obtrectationes. 138.b
Prædicator uerus qui. 137.d
Prædicator an debeat prætermittere ueritatem propter ſcandalum. 50.d.e
Prædicator ut docere debeat. 168.g
Prædicatores in quæ deſiderentur. 136.d
Prædicatores cur ueritatem ſoleant abſcondere. 330.a.et ſeq.
Prædicatores quidã reprehenſi. 136.b.& ſeq.
Prædicatoris uita qualis eſſe debeat. 167.e
Prædicatoris munus quod non ſit. 136.b
Prædicatoribus periculoſum eſt abſcondere ueritatem. 330.a
Prædicatorum munus. ibi.d.e
Prælati imperium quatenus ſit obligatorium. 493.a
Prælati an habeant dominium in actus interiores. 492.g.& ſeq.
Prælati cur conſtituti in religione. 500.f
Prælatis in religione qd pcipere poſſit. 498.a
Prælatorum ignorantia reprehenſa. 371.b.& ſeq.
Prælatus an poſſit cogere ſubditum ad audiendas confeſſiones. 500.e
Prælatus debet conſolari ſuas oues. 372.c.d
Prælatus non corrigendo ſubditum, an mortaliter peccet. 473.d
Prælatus debet paſcere oues exemplo honeſtatis. 370.b.& ſeq.
Prælatus an habeat poteſtatem præcipiendi ſuper occultis. 495.b
Prælatus bonus ſeptem debet habere conditiones. 367.b.& ſeq.
Prælatus qualis eſſe debeat. 368.a
Prælatus debet ſuas oues uerbo paſcere, & quomodo. 375.d
Prælatus debet ſuos corrigere, & quomodo. 373.c.d
Prælatus debet eſſe benignus. 368.f
Prælatus pro Deo habendus. 368.b
Prælatus debet eſſe humilis. 368.d
Prælatio non eſt appetibilis per ſe. 495.g
Prælaturam appetere eſt ſignum magnæ imperfectionis. 496.a.b
Præſidentiæ uotum nullum eſt. 495.h
Præſidere ex ſe non eſt actus uirtutis. ibi.h
Præſumptio de ſeipſo contemptum proximi parit. 312.g
Præſumptionis uarij modi. 37.a
Præuidentia Dei non tollit libertatem. 274.c
Primogenitorum oblatio qualis. 117.d
Principes ut debent ſuos ſubditos gubernare. 154.f
Principes cur ſoleant eſſe miſericordes. 537.d
Promiſſa qui non ſeruat, an, & quomodo peccet. 353.a
Propheta qui non poſsit dici. 238.f
Prophetæ ſunt Dei ſecretarij. 238.d
Prouidus qui ſit. 21.e
Proximis quæ bona communicanda. 161.d.& ſequen.
Proximi ædificatio eſt ſignum gratiæ. 74.d
Proximo quibus modis quis noceat. 149.b
Proximo quæ exempla præbenda. 163.b
Proximum qui male diligant. 151.b
Proximus bono exemplo iuuandus. 163.a
Proximus quo pacto diligendus 150.b.et ſeq.
Proximus quibus modis iuuari poſsit. 209.b
Proximus docendus, conſilio iuuandus, et corrigendus eſt. 162.g.h
Proximus triplici amore diligendus. 150.g.h
Prudentia ex quibus principijs procedat. 5.c
Prudentia, & conſilij donum an idem ſint. 6.g
Prudentis officium. 21.e
Publicani unde dicti. 64.h
Publicani, & Phariſæi comparatio. 312.f.& ſequenti.
Pugnam quadruplicem habet homo in hac uita. 412.a.b
Pulchritudo quid ſit. 413.e
Purgatorij ignis grauis. 89.g
Purificationis dies qualis. 116.d
Puritas cordis in quo ſita. 217.d

Q

QVæſtiones quinque, quæ de homine quæri poſſunt. 539.a
Quæſtores hypocritæ damnati. 177.f
Quæſtus magnus qui ſit. 13.e

R

RAphael quid ſignificet. 24.a
Rapina quæ dicantur. 172.b
Raptus Pauli explicatus. 226.g
Ratio quid ſit. 37.f
Ratio humana uultus Dei cur dicatur. 319.b
Recti qui ſint. 432.b
Rationis partes duæ. 37.f
Regna ſine iuſtitia ſunt latrocinia. 154.h
Regni cœlorum parabola explicata. 417.a.b & ſeq.

Regni nomine omnia bona continetur. 233.g
Regni æterni gloria qua ſit. 413.d
Regnum cœlorũ quorum eſſe dicatur. 181.e.f
Regnũ cœlorũ quibus rebus acq̃ratur. 182.a
Regnum Dei quid ſit. 411.f
Regnum Dei quale ſit. 413.c.d
Regnum humanum quale ſit. 412.e
Regnum Dei in quo conſiſtat, & ubi ſit. ibi.f
Regnum Dei intra nos eſt. ibi.f.g
Regnum Dei quomodo ſit. 413.h.& ſeq.
Regnum cœlorum quorum ſit. 414.d
Regnum cœlorum acquiritur per quatuor gratias. 416.f
Regnum cœlorum cur comparetur ſeminanti agrum. 417.c.d
Regnum cœlorum cur comparetur patri familias. 417.d
Regnum cœlorum cur comparetur homini regi. ibi.e.& f
Regnum Dei quid ſit. 255.d
Regula minorum examinata. 497.e.& ſeq.
Regula fratrum minorum triplicem continet obedientiam. 501.g
Regula a Chriſto data, omnis qui ſe humiliat, exaltabitur. 317.d
Religio eſt uelut fornax, & purgatorium. 485.c
Religio, & bonorum ſocietas quas utilitates afferat. 384.h
Religionem ingredientes plura bona acquirunt, quàm relinquant. 379.f
Religionem intranti dimittuntur peccata. 214.e
Religionis ingreſſus an neceſſario prærequirat mandatorum executionem. 214.b
Religionis tria uota, & quod ex his ſit præſtantius. 475.e
Religionum inſtitutores quatuor. 484.b
Religioſi, & eccleſiaſtici uiri non debent minus intrinſece uerſari cum laicis. 3[illegible]4.a
Religioſus eſt equus domitus. 483.c
Reliquias Sanctorum Deus reuelauit. 132.c
Reprobationis ſignum magnum. 73.b
Rerum principia calor, & humor. 229.b
Reuelationes quorundam paruifaciendæ. 46.d.& ſeq.
Reuelationibus non temerè credendum eſt. 43.c.d.& ſeq.
Reuerentia timor nobis innatus. 219.a
Reus negans crimen occultum, ſed uerum, an peccet. 347.a.& ſeq.
Reus quando teneatur ueritatem fateri corã iudice. 353.e.f
Reus an teneatur in iudicio ueritatem confiteri. 472.f.& ſeq.
Reus in iudicio nõ poteſt ueritatem negare, ut mortem uitet. 345.c
Reus in iudicio quando poſſit ueritatem tacere. 344.f.g
Reus quando non teneatur uerum dicere in iudicio. 346.f.g
Rigor qualis eſſe debeat. 144.h.& ſeq.

S

Sacramentorum forma quomodo pronuncianda. 165.b
Sacrificium animalium quo modo in ueteri lege fieret. 453.d.& ſeq.
Sagitta unde ſic dicatur. 430.e.f.
Saluandorum quatuor gradus. 121.c
Sancti cur ſic dicti. 335.g
Sancti cur nubibus comparentur. 265.f
Sancti interdum admirandi, & non imitandi. 35.f
Sancti orandi ſunt. 263.c
Sanctorum ſocietates uariæ in cœlo. 137.d. et ſequen.
Sanctorum orationes, & merita ſuffragata ſunt ad myſterium incarnationis. 101.h. & ſequen.
Sapientia eſt lignum uitæ, quæ in ſe tria includit. 397.f
Sapientia nobis neceſſaria ad conſequendum regnum cœlorum. 416.d
Sapiẽtia eſt cõſummatio oĩum donorum. 12.f
Sapientia uera ex quibus conſtet. 524.e
Sapientia mundi triplex eſt. 475.b
Sapientia ſpiritualis in quibus conſiſtat. ibi.c
Sapientia quot modis ſumatur. 8.g
Sapientia diuinitus data uis explicata. 9.c
Sapientiæ effectus ſeptem. 9.c
Sapientia natura explicata. 8.g
Sara quid ſignificet. 87.c
Satisfactio pro peccatis quibus operibus facienda ſit. 374.a.b
Satisfactio cur facienda a pœnitente. 361.g. & ſequen.
Satisfactionis opera q̃ ſint ſpeciatim. 374.b.c
Scandalum quid ſit. 47.e
Scandalum duplex. 156.h
Scandalum quotuplex. 47.f
Scandalum eſt neceſſarium, et quomodo. ibi.
Scandalum actiuum quid. 48.c
Scandalum ex malitia, & ignorantia. ibi.d.e
Scandalum unde oriri poſſit. 342.e.f.g

Scan-

Scandalum in quibus non reperiatur. 50.f.g
Scandalum quomodo ſumi poſſit. 50.h
Scandalum qui patiantur, vel qui ſcandalizentur. 51.b
Scandalum eſt fugiendum. 51 d e
Scandalum quartum ſit fugiendum. 163.f.g
Scientia ſine humilitate nocet. 135.b
Scientiæ, & conſilij differentia. 6.g
Scorpius cur ſic dictus. 438.b
Scriptura, uide uerbum Dei.
Scriptura ſacra, ut loquatur. 138.f
Scriptura ſacra, vide etiam Verbum Dei.
Scriptura diuina eſt Chriſti theſaurus. 239.c
Scriptura eſt inſpirata a Deo. 135.a
Securitas eſt pacis bonum. 274.c
Securitas eſt neceſſaria ad beatitudinem. 206.f
Sedere ad dextera Patris quid ſit. 257.d
Seneſcere in malo periculoſum eſt. 318.f
Senem non incumbere religioni, abuſus maximus. 326 g.& ſeq.
Senes impatientes. 318.d
Senum canicies laudata. 325.g
Senum pinguedo qualis ſit. 326.b
Senum natura, & proprietates deſcriptæ. 321. c
Senum ignorantia damnata. ibi.b.c
Senectus cur grauis uideri non debeat. 323. a. b
Senectus minus apta ad conuerſionẽ. 318.f.g
Senectute de cur homo conqueri non debeat. 322.b.& ſeq.
Senectutis conſolatio. 324.b. & ſeq.
Senectutis delitiæ. 325.a
Senectutis calamitates corporales uariæ. 323. c.& ſeq.
Senectutis calamitates uariæ. 318.c.d.& ſeq.
Senectutis ſtatus deſcriptus. 326.g.h
Senſus myſtice quid ſit. 215.b
Senſus corporis cuſtodiendi ſunt. 145. d. e. & ſeq.
Sermo qualis eſſe debeat. 145.g
Sermonis quot ſint circunſtantiæ. 144.a
Serui obedire debent ſuis dominis. 153 a
Seruo Dei quæ neceſſaria ſint. 383.f
Seruorum, & ſubditorum miſeria. 537.e
Seueritas non negligenda. 185.a.b
Sibilla eritrea quid de Apoſtolis prædixerit. 235.b
Sichimitæ quid ſignificent. 36.c
Sigillum confeſſionis an ſemper ſeruandum. 362.h.& ſeq.
Signum quid ſit. 77.a
Signa quibus manifeſtatur in anima eſſe Spiritum Dei. 70.h.& ſeq.
Signa, per quæ cognoſcitur Deus in duplici differentia. 8.d.e
Signum uitæ eſt ipſa ſapientia. 397.f
Silentium eſt laudabile. 471.b
Silentium quando ſit vituperabile. ibi. c.d
Silentium in triplici cauſa eſt peccatum. ibid. d. e
Symbolum triplicem continet ſcripturam, 46. a
Symeon quid ſignificet. 30.a
Symeon, qui Chriſtum in templo excepit, quibus gratijs fuerit repletus. 118.f.& ſeq.
Symeonis canticum explicatum. 122.c.et ſeq.
Synai quid ſignificet. 246.b
Sitis & eſuries quibus modis ſumãtur. 205.g
Sociari cum malis quid ſit. 393.b
Societas bonorum affectum inflãmat. 383.h
Societas bona roborat contra malum, et iuuat ad bonum. 384.d
Societas mala conſuetudine corrumpit. 390. a. b. c.
Societas quorum habenda ſit. 390.b
Societas mala quantum poſſit concipere, exẽplis demonſtratur. ibi.c.d
Societas malorum quibus modis noceat, 386.a
Societas malorum fugienda. 385.d
Societas bonorum vtilis. 391.d
Societas malorum, an a bonis uitanda ſit. 392.d.e.& ſeq.
Societas malorum quando uitanda ſit a bonis. 393.e.f
Societas malorum periculoſa eſt. 382. g. & ſequen.
Societas hominum quotuplex. 383.a
Societas bonorum quæ bona ſecum afferat. ibi. d.& ſeq.
Societas bonorum intellectum illuminat. ibidem.d
Societatem malam uarij varijs de cauſſis fugiunt. 385.e.f
Societatis bonorum utilitates. 391.e. & ſeq.
Sol, & Luna quid myſtice ſignificent. 522.f
Solis proprietates quot, & quæ. 132.e
Solitudo periculoſa eſt. 383.g. 384.d
Somnus immoderatus quæ mala pariat. 141. b
Sopor quid ſit. 296.e
Spes quid ſit. 295.a

Spes & timor iungenda ſunt. 427.g
Spiritu guſtato deſipit omnis caro. 10.e
Spiritus, & carnis pugna. 201.c.& ſeq.
Spiritus tumoris qui ſit. 300.c
Spiritus ſoporis, fur eſt. 296 h
Spiritus nequam, qui dicatur. 297.d
Spiritus ſoporis qui ſit. 296.e
Spiritus vertiginis qui dicatur. ibi.c
Spiritus rationalis quid habere debeat. 278. d
Spiritus rationalis quibus gradibus ad ſcientiam bene agendi tendat. ibid.
Spiritus rationalis quibus rebus perficiatur in carne erga Deum. ibi.h
Spiritus diuinationis quid ſit. 297.f
Spiritus blaſphemiæ quid ſit. 298.e
Spiritus erroris qui. 295.e
Spiritus beati cur cytharis comparetur. 10.g
Spiritusſancti dona, qui habitus ſint. 3.a
Spiritusſancti fructus, vide fructus.
Spiritusſancti aduentus priuatim explicatus. 18.a
Spiritusſancti aduentus myſteria tria. 2.d
Spiritus unde dictus. ibid.e
Spiritus diuini uariæ dulcedines. 66.b.c
Spiritusſancti miſſio declarat Christum eſſe Deum. 1.c.d
Spiritusſanctus quibus modis in animam inſpiret. 293.h.& ſeq.
Spiritusſanctus duodecim effectus in nobis operatur. 15.c.& ſeq.
Spiritusſanctus occurrit Mariæ in Aſſumptione. 129.c.d
Spiritusſanctus de quibus rebus illuſtrauerit Apoſtolos. 20.e
Spiritusſanctus cur multipliciter datus. 20.f
Spiritusſanctus quid det. 5.d
Spiritusſanctus cur uenerit cum ſono. 14.c.& 17.d.e
Spiritusſanctus cur uenerit in formam linguarum. 17.c.d.18.a
Spiritusſanctus quæ doceat. 18.d.e.f
Spiritusſanctus cur ſederit ſupra Apoſtolos. 18.g.h
Spiritusſanctus inebriat. 19 b.& ſeq.
Spiritusſanctus eſt fluminis impetus. 16.g
Spiritusſanctus fecit diſcipulos facundos. 17.e.& ſeq.
Spiritusſanctus dictus eſt fluuius, & cur. 4 a
Spiritusſanctus uenit feſtinans. 15 f
Spirituum probatione de tractatio. 21.g. & ſequenti.
Spirituales parentes quomodo ſuos filios dirigere debent. 154 e
Spiritualis ſtatus, & homo qui dicatur. 202.a
Spiritualis guſtus eſt ſignum gratiæ. 71.b
Spiritualis homo quomodo omnia iudicet. 221.b
Stadium unde dictum, & quantum ſpatium contineat. 403. & ſeq.
Stare ad dexteram Patris quid ſit. 257.f
Status mutatio difficilis. 99.b
Stella unde dicatur. 76.a
Stella ſeptem habet operationes. 76.h. & ſeq.
Stella quam Magi uiderunt, qualis fuerit. 406 d.& ſeq.
Stella quæ Magos ducebat, cur latuerit ad ciuitatis ingreſſum. 405.f
Stellarum cœli triplex officium. 406.f.g
Stellæ non moderantur liberum arbitrium. ibid. g
Stellæ, quibus beata virgo dicitur coronata, quæ ſint. 134
Stellionis natura quæ. 392 d
Sterilitas, et charitas rerum datur ob peccatum auaritiæ. 450.e
Stoicorũ error de triſtitia nõ capiẽda. 193.e.f
Strutionis natura quæ. 386 f
Studium quid ſit. 200.f
Stultiloquium quantum peccatum ſit. 508.b
Superbia quid ſit. 300.c
Superbia quid ſit. 270.e
Superbia unde ſic dicta. 415 g
Superbia efferri cur homo non debeat. 190.d
Superbia, & arrogantia quibus modis ſe demonſtret. 314.a
Superbia initium eſt omnis peccati. 269.e
Superbia per antonomaſiam dicitur peccatum. 11.d
Superbia cur peccatorum initium, & auaritia radix dicatur. 14.d
Superbia bonis operibus inſidiatur. 389.b
Superbiæ deſcriptio. 328.a
Superbiæ, & elationis incendium quodnam ſit. 313.b
Superbiæ filiæ quæ ſint. 300.c.d
Superbiæ gradus qui, & quot ſint. ibi.e
Superbus cur non poſſit ingredi regnum cœlorum. 415.e.f
Superiores qui dici poſſint. 152.f
Superioribus in quibus obedire teneamur. ibid. h
Surdi a multiplicibus ſunt erepti fraudibus. 324.f

Surdus

Surdus quomodo audire, et loqui poſſit. 324.g
Suſpiratio eſt ſignum gratiæ. 71.c

T

T*Abeſcere quid ſit.* 319.c
Tacere, an loqui, utrum maius ſit peccatum. 474.d
Tacere melius eſt, quàm loqui. ibi.f
Tacere quando ſit peccatum ueniale. ibi.b
Tacere quando ſit peccatum. 471.d.& ſeq.
Taciturnitas quando obliget ad reſtitutionem. 472.c
Taciturnitas quando ſit peccatum mortale. ibi.e.& ſeq.
Tanquam eſt ueritatis, & ſimilitudinis nota. 15.e.f
Taurus quid myſtice ſignificet. 435.d
Tempus adhibendum in rebus dubijs. 55.a
Tempus multa efficit, quæ alias fieri nequeunt. ibid. a
Tenebræ quid myſtice ſint. 320.f
Tentare quid ſit. 464.c
Tentare quid ſit. 35.g
Tentatio, vide etiam Inſpirationes malæ.
Tentationum fons eſt otium. 302.b
Terræ fœcunditas. 281.d.e.f
Tharſis quid ſignificet. 429.b
Theophania unde ſic dicta. 402.f
Theſaurus bonus in corde quid ſit. 5.e
Timor diſponit ad ſpiritus paupertatē. 14.e
Timor triplex ex amore diuino. 4.a. & ſeq.
Timor ex amore diuino genitus, quid faciat. ibidem.
Tonitruum cur ſic dictum, & quomodo fiat. 424.c
Tormentorum tria genera. 399.g
Tornus unde dictus, & quæ in eo conſiderentur. 452.d.e
Totum quid dicatur. 308.e
Traditiones quæ teneantur ab eccleſia. 404.d
Tribulatio oculos aperit, quos proſperitas claudit. 531.a
Tribulatio eſt cæli porta. 530.c
Tribulatio eſt cauſſa ſpei. 527.d.f
Tribulatio illuminat. 526.e.f
Tribulatio eſt ſalſa S. Bernardi. 526.f
Tribulatio cur lætificat. ibid.b
Tribulatio quid facit viro iuſto. 525.b
Tribulatio qualis ſit. ibi.d.e
Tribulatio eſt calix ſalutaris. 531.a
Tribulatio uitam præbet. 530.g
Tribulationes dantur malis ex Dei miſericordia. ibi.f.g
Tribulationes quas vtilitates viro iuſto afferant. 529.a.& ſeq.
Tribulationes amorem augent. 528.b
Tribulationes ſunt uelut quædam medicina iuſtorum. 525.a.b.& ſeq.
Tribulationum varia genera. 528.d
Trinitas aliquo modo cognoſcitur per creaturas. 220.e.f
Trinitatis conſiſtorio quot concilia ab æterno fuerint ordinata. 533.c
Turturis natura. 118.b

V

V*Aniloquium quantū peccatum ſit.* 508.d
Vas quod non habet operculum immundum cenſetur. 509.e
Vecors unde dictus. 319.c
Veneficus unde dictus. 301.b
Venenum ex quibus fiat. 390.f
Veniale peccatum propter ſcandalum non eſt committendum. 49.e
Venter ſpiritualis quid ſit. 135.b
Verbi diuini auditio, eſt ſignum gratiæ. 73.g
Verbi Dei auditores varij. 136.g.et ſeq.
Verbi Dei auditores inutiles. 136.f.b.& ſeq.
Verbi Dei auditores delicati qui. 137.e
Verbi Dei auditores faſtidioſi qui ſint. ibi.g
Verbi Dei auditores temerarij qui. ibi.b
Verbi Dei auditores obſtinati, elati, ſuperbi, & peruerſi qui. 138 d & ſeq.
Verbi Dei auditores negligentes, indiſcreti, moleſti, & alienati, qui ſint. 139.e.& ſeq.
Verbi Dei auditores mali. 137.a. et ſeq.
Verbi diuini generatio explicata. 517.b.c
Verbi diuini deſcenſio, & aſcenſio explicata. 261.d e
Verbi diuini effectus varij. 332.e.et ſeq.
Verbi diuini triplex natiuitas. 515.b
Verbi Dei quanta ſit vis. 331.d
Verbi qui offendat. 144.f
Verbum Dei, cur dicatur gladius Spiritus. 332.e.f
Verbum diuinum quomodo recipiendum. 135.e.d
Verbum Dei homo ſimilis. 69.b
Verbum Dei cum oratione iunctum quid ſit. 135.f
Verbum quid ſit. 515.f
Verbum diuinum quō ſit incarnatum. 515 g
Verbum caro factum eſt, quomodo ſit intelligendum. 519.e
Verbum Dei quæ myſteria contineat. 134.b. & ſeq.

Verbum

Verbum Deo eſt ſpeculum, quo immunditia cernitur. 217.a
Verbum triplex. 371.d
Verbum diuinum quot modis negligenter audiatur. 139.c.d
Verbum Dei quomodo recipiendum. 135.b
Verbum Dei dulce in ore doctoris. 136.a
Verbum Dei, cur verbum veritatis dicatur. 331.e
Verbum Dei quomodo audiendum. ibi.g
Verbum quomodo dicatur eſſe apud Deum. 518.e
Verbum quomodo dicatur fuiſſe in principio. 517.e
Verbum Dei quos fructus generet in anima. 331.b
Verbum Dei ſeminaliter eſt uita æterna. 332.b
Verbum quid dicatur. 516.e
Verbum quomodo in nobis producatur. ibidem.g.h
Verbum quomodo generetur in diuinis. ibid. g h & ſeq.
Verboſitas quando ſit peccatum. 507.g
Verecundia pars magna pœnitentiæ. 428.a.b
Verecundia non debet impedire peccatorum confeſſionem. 365.a.& ſeq.
Verecundia quæ peccatum tegit, ſeptem malas conditiones habet. ibi.b
Veritas cur non defendatur ab hominibus carnalibus. 336.f
Veritas quibus rebus adhærere poſſit. 339.b
Veritas quotuplex. ibi.
Veritas cur impugnetur. 333.e & ſeq.
Veritas quibus ſit odioſa. 328 a
Veritas quid ſit. 14.c
Veritas an omittenda propter ſcādalum. 48.f. & ſequen.
Veritas uitæ quæ ſit. 48 g
Veritas triplex. ibi.f
Veritas non occultanda. 336.b.c
Veritas quomodo defecerit. 329.b
Veritas oībus rebus anteponēda eſt. 348.c.d
Veritas iuſtitiæ non deſerenda propter ſcandalum. 156.d
Veritas defendenda. 318.b
Veritas erigenda ob tres cauſſas. 329.a
Veritas, quæ eſt in mente, quæ requirat. 339.d
Veritas nos liberat. ibi.d.e
Veritas eſt ueluti lux manifeſtatiua. 333.e
Veritas uitæ quæ ſit. 342 b.e
Veritas iuſtitiæ quæ ſit. ibi.b
Veritas doctrinæ quæ ſit. ibi.d
Veritas uitæ an ſit deſerenda propter ſcandalum. ibi.e.f
Veritate a quo modo declinare cōtingat 343.g
Veritate nihil fortius. 338.c
Veritatem abſcondere eſt periculoſum. 330.a
Veritatem abſcondere cui ſit periculoſum. ibidem.
Veritatem interdum tacere licet. 155.b
Veritatem tacere in quibus caſibus liceat. 344.c. d
Veritatem non defendere damnoſum. 329.b
Veritates excellentes tres. 156 c
Veritati oris quæ apponantur. 340.c
Veritati qui non aſſentitur, Deo aduerſatur. 155.e.f
Veritati quot modis aſſentiendum. ibi.e.et ſeq
Veritatis commendatio. 338.d.e.
Veritatis etymologia 339 c
Veritatis deſcriptiones quædam. ibi.c.d
Veritatis affirmatio obligat ſemper, ſed non ad ſemper. 344 c
Veritatis uarij modi. 531.b
Veritatis quanta ſit poteſtas. 341.e
Veritatis ſpecies. 342.b
Veritatis manifeſtatio eſt ſignū gratiæ. 72.b
Veritatis manifeſtatio multa bona parit, ve eius occultatio multa mala. 331.d
Verum cur odio habeatur. 339.f
Verum quot modis repugnet uoluntati. ibid.
Vertigo quid ſit. 296.c
Veſtitus moderandus. 146.a.& ſeq.
Veſtitus, & ſuppellectilis ratio unde ſumēda. 141. d
Victoria ſuipſius nihil maius. 186.b
Victus ratio qua eſſe debeat. 141.a.& ſeq.
Videndi actus quid requirat. 45.f
Viæ, ſeu gratia quatuor ad intrandum in regnum cœlorum. 416.f
Vigilandi, & dormiendi ratio quæ. 141.g
Vigilantij error qualis fuerit. 441.d
Vinea quid myſtice ſignificet. 401.b
Vinum quæ in ſe contineat. 114.g
Virgines ſunt Dei ſponſæ. 239.e
Vir iuſtus ſtellioni comparatus. 392. d.e
Vir iuſtus quibus gradibus aſcendat ad Deū. 434.b.& ſeq.
Vir iuſtus eſt ueluti ſpeculum ciuitatis. 392.g
Vir iuſtus ſoli comparatus. ibi
Vir iuſtus quas uictorias ex proſperitatibus referat. 397.b.& ſeq.
Viri iuſti conſcientia eſt paradiſus Dei. ibi.g

Viri iuſti cornua quæ ſint. 435.b
Viri iuſti tres uirtutes. 394.d
Viri iuſti cornua myſtice quæ ſint. ibi.e
Viri iuſti cœlo comparati. 413.b
Viri iuſti cur uerſentur cum malis. 391.c
Viris iuſtis cur dentur temporalia bona. 394.g. & ſeq.
Viris perfectioribus cur Deus bona temporalia tribuat. 396.e.h. & ſeq.
Viro bono quæ ſint neceſſaria. 225.d
Viro profecto an liceat mentiri. 347.f.g
Virga Moyſis fuit figura Mariæ, & quomodo. 126.g
Virtus quid ſit. 40.c
Virtus quid ſit. 169.g
Virtus heroica quæ. ibi.a
Virtus circa difficile eſt. 31.b
Virtus omnis eſt iuſtitia. 232.d
Virtus quando ſit perfecta. 40.d
Virtutes quædam naturales ſunt. 184.c
Virtutes quæ exerceantur per tribulationem. 527.a. & ſeq.
Virtutes tribus modis præmiantur. 128.f
Virtutes ſunt connexæ. 40.c.d
Virtutis ſtrenuitas quibus modis moueat. 13.b
Virtutis opus non eſt prætermittendum ob paruum uitium. 52.d
Virtutum genera duo. 169.a
Viſio triplex. 222.b
Viſio diuinæ eſſentiæ quid ſit. 206.c
Viſio triplex in patria. ibi.d
Viſio ſpiritualis quæ requirat. 45.g.h
Viſio eſt tota merces. 246.h
Viſiones quæ, & quibus appareant. 222.d. & ſequen.
Vita humana in triplici ordine conſtituta. 152.e. & ſeq.
Vita humana qualis ſit. 504.g
Vita actiua in qbus debeat eſſe expedita. 13.d
Vita actiua diſponit ad contemplatiuam. 172.a
Vita noſtra poſita eſt in puncto. 505.h
Vitæ actiuæ decem exercitia. 293.b
Vitæ humanæ miſeria explicata. 318. b.c. & ſequen.
Viuere quibus ſit tædioſum. 319.a
Viuere quiete uolens, non debet curare quid alij dicant. 429.f
Vitium capitale quodnam ſit. 268.c
Vlna quid dicatur. 120.e
Vmbilicus quid myſtice ſignificet. 135.d
Voluntas duplex. 59.e
Voluntas quando ſola ſufficiat ſine opere. 59. a.b
Voluntas omnes potentias mouet. 304.f
Voluntas propria eſt beſtiæ character. 292.a
Voluntas cur nominetur cor in ſcriptura. 310.f
Voluntas eſt radix meriti. 175.e
Voluntas Dei nos tribus modis mouet. 12.h
Voluntas Dei firma. 62.d.e
Voluntas humana a nulla creatura poteſt infringi. 400.d
Voluntas humana nomine altaris deſignata, & cur. 400.d.e
Voluntas ſine opere an ſufficiat. 443.d.e
Voluntas propria eſt prima, & præcipua poſſeſſio. 479.e
Voluntas tria mouet in hoĩe principia. 308.g
Voluntatis actus duplex. 304.e
Vriel quid ſignificet. 24.c
Vrſi natura notanda. 363.h
Vtilitas temporalis in quibus conſiſtat. 33.a

Z

ZElus quid ſit. 155.b.c
Zelus triplex. ibi.d
Zelus ueritatis in quo conſiſtat. ibi.e
Zelus bonitatis in quo conſiſtat. 157.a.b
Zelus ſinceritatis in quo cõſiſtat. ibi.g. et ſeq.
Zelus neceſſarius in bono uiro. 184.h

SEQVITVR.

SEQVITVR INDEX Ad Quadrageſimale de Pugna Spirituali.

ABraham quid ſignificet. 612.f
Acies ſiue exercitus quomodo ordinetur. 584.d
Adam qua ætate creatus fuerit. 628.g
Aeris ſalubritas in quo conſiſtat. 557.f
Alares milites qui ſint. 578.f
Alexander philoſophorum conſilio utebatur. 596.g
Alexandri clementia in hoſtem. 621.g
Alexandri regis ſtatura. 554.b
Altare Dei eſt anima iuſti. 613.c
Anima iuſti eſt Dei altare. ibi.
Anima quibus uitijs a Dæmone capiatur. 609.f
Anima quando capiatur a Dæmone. 600.f
Anima eſt uinea a Deo plantata. 481.f
Anibal qua arte obtinuerit victoriam Cannenſem. 566.h
Aqua quid myſtice ſignificet. 595.g
Aqua ſalutis ſigna quæ. 557.b
Arca Noe, Eccleſiæ figura. 618.b
Arma ſpiritualia, & defenſiua quæ ſint, 586.h
Armorum genera duo. ibi.f
Arma ſpiritualia quæ ſint. 568 b
Ars pugnandi ſpiritualiter nobis neceſſaria. 549.b
Artem bellandi ſpiritualiter qui docere debet, qualis eſſe debeat. 550.b.c
Auaritiæ figura quædam explicata. 624.h

B

BAbylon quid myſtice ſignificet. 565.f
Balaam per aſinam Angelum uidiſſe, quid myſtice ſignificet. 616.g
Baptiſmi figura quædam explicata. 587.h. & 588.e
Bella ſagacitate uincuntur. 549.e
Belli finis qui ſit. 563.b
Belli iniuſti quæ ſint cauſſæ. 621.e
Bellorum tria genera, & quid requirant. 623.e.f.g. & ſeq.
Bellum duplex. 569.d
Bellum ſpirituale triplex, & quomodo gerendum ſit. 624.b. & ſeq.
Bellum qui primo induxerit. 621.e
Bellum nauale quibus inſtrumentis fieri ſoleat. 619.c
Bellum inire uolenti quæ ſint animaduertenda. 572.g
Bellum ſpirituale inire volenti quæ conſideranda ſint. 573.c
Bellator, vide Miles.
Bonitas hominis in quibus conſiſtat. 591.c.d
Buccina cur ſic dicta. 580.d

C

CAnanæi unde ſic dicti. 566.e
Caſtra cur ſic dicta. 580.d
Centurio boni militis typus. 552.h
Charitas eſt omnium virtutum radix. 633.h
Charitas eſt ſpiritualis potus. 558.f
Charitatis præceptum latè patet. 554 d
Chriſti pœna in paſſione figurata, & explicata. 631.d.e
Chriſti uenditio figurata, & explicata. 630.c
Chriſti bonitas in paſſione demonſtrata. 633.g.h. & ſeq.
Chriſti charitas in nos quanta. 634.a
Chriſti triumphus explicatus. 626.f. & ſeq.
Chriſti paſſio quantum fuerit acerba. 635.c. & ſeq.
Chriſti in cruce poſiti quanta fuerit inopia. 636.g.h
Chriſti dolorem in paſſione fuiſſe maximum, unde oſtendi poſſit. 637.a. & ſeq.
Chriſtus ſuos milites exercet. 556.a.b
Chriſtus ſuos milites ſecuros reddit. 556.e
Chriſtus eſt caput noſter. 550 h
Chriſtus habet omnes conditiones, quæ in doctore artis bellandi requiruntur. ibi.d.e
Chriſtus quibus modis pugnauerit. 584.h. & ſequen.

Chriſtus fuit bonus nauclerus. 611.f
Chriſtus de noſtra ſalute fuit ſolicitus. 612.b.c
Chriſtus quantum ſe nobis communicauerit. 633.b
Chriſtus optimus eccleſiæ ſuæ rector, & dux. 559.g & ſeq.
Chriſtus cur ætate iuuenili mori uoluit. 628.g
Chriſtus cur tali anni tempore pati uoluerit. ibidem.
Chriſtus cur tali hora pati uoluerit. 629.b
Chriſtus ſuo aduentu omnia ſuſtulit uitia. 628.d
Chriſtus quomodo irriſus in ſua paſſione. 630 e.f
Chriſtus cur venditus a Iuda. ibi.c
Chriſtianus quæ habere debeat. 616.a
Cibi copia quantum corpori noceat. 606.a
Cibus ſpiritualis qui ſit. 558.c
Ciuis Chriſtianus qualis eſſe debeat. 593.b
Ciuitas qualis eſſe debeat, ne ab hoſtibus expugnetur. 598.f
Ciuitas obſeſſa ob quas cauſſas capiatur. 600.c
Ciuitas obſeſſa quid facere debeat. 603.d.e
Ciuitas obſeſſa, & capta, quàm male ab inimicis tractetur. 605.f.g
Ciuitates quomodo conſeruentur, aut euertantur. 592.c.d
Ciuitates quomodo inopinatè ab inimicis capiantur. 609.b
Ciuitates quibus machinis expugnentur. 606.h
Ciuitatis gubernator qualis eſſe debeat. 594.b.& 596.f
Cogitationes prauæ vulpibus cõparatæ. 607.b
Cognitio ſui neceſſaria. 597.h
Cohors quot milites contineat. 580.b
Correctio quomodo facienda. 589.c
Crucis Chriſti figura explicata. 631.b
Crux Chriſti comparata naui. 612.e

D

DArij regis thronus qualis fuerit. 597.d
Dei digitus eſt Spirituſſanctus. 586.b.c
Deo cur obedire debeamus. 590.b. & ſeq.
Deus non eſt, ubi eſt ſola proſperitas. 556.d
Deus quomodo ſit adorandus. 596.a
Dæmon quando ciuitatem animæ expugnet. 600.g
Dæmon ſolam humilitatem timet. 577.g
Dæmon quid faciat contra eos, qui ab ipſo obſeſſi capiuntur. 605.h
Deſerui milites qui dicantur. 578.e
Diaboli deſcriptio quædam. 621.e
Diabolus quid nos oppugnando intendat. ibidem. d
Diabolus cur nos oppugnare contendat. ibidem. b
Diabolus quibus machinis occupet animam. 607.g
Diuitiæ proijciendæ a milite Chriſtiano. 571.g
Doctrina pugnandi ſpiritualiter eſt nobis neceſſaria. 550. c. & ſeq.
Dux exercitus qualis eſſe debeat. 561. d. & ſequenti.
Dux exercitus auaritiam uitare debet. 574.g
Dux exercitus quid facere debeat erga milites. 571.d

E

ECcleſia eſt ſpiritualis nauis, & myſtice explicata. 613.h. et ſeq.
Eccleſia eſt portus tutus. 618.a
Eccleſia comparata Tyro, & myſtice explicata. 614 d
Eccleſia eſt ciuitas bene munita contra hoſtes. 599.b
Eccleſia expugnari non poteſt. 558.b
Eccleſia errare non poteſt. 558.c
Eccleſia ædificata eſt in montibus, & cur. 599.b
Eccleſia abundat cibis. 599.d.e
Eccleſia comparata deſerto. 559.a
Eccleſia militans habet varios militantium gradus. 575.d.& ſeq.
Eccleſiæ militia corrupta, & inordinata. ibi. b.& ſeq.
Eleemoſyna non eſt relinquenda ob timorem paupertatis. 601.c
Equus albus quid myſtice ſignificet. 572.b
Euchariſtiæ Sacramentum quid contineat. 634.c
Euchariſtiæ Sacramentum quos effectus producat. 634.g.h
Euchariſtiæ Sacramentum quantum ſit nobis fructuoſum. ibi.b
Exercitus quibus perſonis conſtet. 574.f
Exercitus quomodo ire, ſtare, et ferire debeat. 576.e.& ſeq.

Fa-

F

Acies ſpiritualis eſt conſcientia. 551.a
Filius ingratus iure hæreditatis priuatus Athenis. 590.e
Funda quando inuenta. 570.f.g
Funes ex mulierum capillis qui aliquando fecerint. 613.f.

G

Gloria Dei, exemplo Chriſti ſemper quærenda. 603.a.b
Gula deſtruit muros Hieruſalem, ideſt, anima virtutes. 610.g

H

Homo quid facere debeat, ne vincatur a diabolo. 621.g
Hominis ætates quot ſint. 628.e
Hoſpitalitatis uirtus exercenda. 560.e
Hoſtes quomodo conſumi, & in poteſtatem redigi poſſint. 588.f
Hoſtes ſpirituales qua arte ſoleant nos decipere. 602.c
Hoſtis uictus quomodo tractandus. 589.e
Humilitas ſola dæmonem terret. 577.g

I

Iacob quid ſignificet. 572.d
Inimici hominis tres. 571.g
Iona quid ſignificet. 564.e
Ioſias quid ſignificet. 573.b
Iſaac quid ſignificet. 612.f
Iudæorum peccatum in occidendo Chriſto quantum fuerit. 632.b
Iudæorum populus quibus beneficijs a Deo effectus fuerit. 632.c.d

L

Leges quomodo conſtituendæ. 590.b
Leges primo diuinum cultum reſpiciunt. ibid. c
Legio unde dicta. 586.a
Legio quot milites contineat. 580.a
Locutio nimia quantum noceat. 608.a

M

Miles Chriſtianus qualis eſſe debeat. 552.c
Miles debet ſcire mutare caſtra. 565.a
Miles ſpiritualis qualis eſſe debeat. 554.d. & ſequen.
Miles ſpiritualis, ut debet caſtra mouere. 565.e.f
Miles ſpiritualis quando uincatur. 583.f
Miles ſpiritualis uictus a diabolo male tractatur. 583.h
Miles Chriſti qualis eſſe debeat. 561.b.& ſeq.
Milites boni ubi naſcantur. 551.e
Milites ſpirituales boni qui. 552.d
Milites ſpirituales ex qua arte ſumendi. 552.e
Milites boni ex qua arte ſumantur. 551.g
Milites Chriſti quales eſſe debeant. 579.d
Milites ſpirituales non boni qui ſint. 551.b. & ſequen.
Milites, ut ſint boni, exercendi ſunt. 555.f
Milites in rebus dubijs confirmandi ſunt. ibidem. g
Milites premijs alliciendi ſunt. ibi.b
Milites in quibus debeant eſſe inſtructi. 570.f
Milites, ſiue exercitus carnalis quibus rebus conſeruari debeat. 558.a
Milites, ſiue exercitus ſpiritualis quibus rebus conſeruandus ſit. ibi.b
Milites meliores, an ex urbe, vel ex agro ſumantur. 568.b
Militi quæ ſint neceſſaria. 560.c
Militis boni ſigna quæ ſint, & quale corpus habere debeat. 553.e
Militis ſpiritualis conditiones quæ ſint. 560.d. & ſeq & 563.b
Militis boni conditiones quæ ſint. 559. e. & ſequen. & 561.a
Militis Chriſtiani perfectiones quinque. 571.f
Militum ſpiritualium duo genera. 569.f
Militum uarij gradus, & munera. 578.d
Militia quæ requirat. 569.b
Mortuorum curam eſſe utilem, exemplo demonſtratur. 615.d
Mortuorum cura gerenda. 560.h.& 561.a
Mundi ætates uaria attulerunt uitia. 628.c.d
Mundi ætates quot ſint. ibi.b
Mundus quando uincatur. 551.a

N

Nauigandi tempus quale eſſe debeat. 615.c
Nauis uſus a quibus inuentus. 613.f
Nauis cur ſic dicta. 611.d
Nauis bona qualis eſſe debeat. ibi.d.e
Nauclerus cur ſic dictus. 610.g

Nauclerus qualis eſſe debeat. 610.b

Nautæ quales eſſe debeant. 615.b

O

OBedientia quantum poſſit. 553.a b

Obſeſſus ab inimicis ſpiritualibus quid facere debeat. 604.a

Obſidentes aliquem locum, quibus artibus vtantur ad illum capiendum. 601.g

Occidentales non ſunt boni milites, & cur. 551.e

Occidentalium hominum habitus qui. 552.b

Odium cur fugiendum. 573.d.e

Orationis uis quanta. 587.a.b.c

Orientales non ſunt boni milites, & cur. 551.e

Orientalium hominum habitus qui. 551.b

P

PArabola de vinea a patre familias plantata, explicata. 581.f.& ſeq.

Parentes, vt honorandi ſint. 591.e.f

Paſſio Chriſti quibus rebus reddatur acerba. 635.f.& ſeq.

Paſſio Chriſti cur tali mundi ætate, tempore, & hora ſit facta. 628.c.& ſeq.

Paſſio Chriſti qua mundi ætate facta fuerit, & cur. 628.b

Paſſio Chriſti cur facta fuerit ſub certis principibus. 629.f.g

Paſſionem Chriſti tota mundi machina fleuit. 627.h

Paſſionis Chriſti perpetua eſt habenda memoria. 634.e.f

Paſſionis Chriſti effectus. 577.e

Paſſionis Chriſti tempore, quæ ſigna apparuerint, & eorum explicatio. 631.f.g

Paſſionis Chriſti magnitudo ex quibus capitibus demonſtrari poſſit. 637.a. & ſeq.

Peccata quatuor expugnant animam, & quæ ſint remedia. 608.c.d.e

Peccatum Iudæorum in occidendo Chriſto quibus circumſtantijs aggrauatum fuerit. 632.c.& ſeq.

Perſeuerantia neceſſaria. 564.b

Piſcina quid myſtice ſignificet. 568.d.f

Præcepta diuinæ legis nos muniunt contra hoſtes. 580.f

Prædicator quæ facere debeat. 572.a

Prædicatoris munus. 575.e.f

Prælati quales eſſe debent. 597.f

Prælatus debet odiſſe auaritiam. 575.e

Principes, & reges quales eſſe debeant. 595.b.& 596.g

Principes debent eſſe ueraces. 561.d

Principis boni partes. ibi.& ſeq.

Prudentia nobis neceſſaria. 177.a

Pugna ſpiritualis triplex. 510.g

Pugna ſpiritualis cum dæmone quomodo facienda. 618.f.g

Pugnandi locus qualis eſſe debeat. 557.d

Q

Quadrageſima, tempus eſt militiæ. 549.a

R

REctor ciuitatis qualis eſſe debeat. 594.a.b & 596.f

Rectores aliorum debent eſſe ſapientes. 596.g

Remus vnde dictus. 613.f

Romani optimi milites, & cur. 551.f

Romani docebant ſuos pueros pugnandi artem. 549.c

Romani diuini cultus amplificatores. 590.c.d.

Romani facti ſerui in bello, non audebant Romam redire. 583.b

Romani cur uarios populos uicerint. 569.d

Romani combuſſerunt Græcorum libros, quod auerterent a diuino cultu. 590.d

Ruſtici melius apti ad pugnam, quam urbani. 569.a

S

SAcramenta fluxerunt ex latere Chriſti. 568.g

Salomon quid ſignificet. 564.f

Samaritanus quid ſignificet. 612.d

Sanſon quid ſignificet. 554.b

Sanſon non carne, ſe oſſe uicit inimicos. ibid.

Scriptura ſacra eſt ſpiritualis cibus. 558.c d

Serui unde ſic dicti. 583.b

Solis obſcuratio facta tempore paſsionis, explicata. 629.c

Spirituſſanctus cur dicatur Dei digitus. 586.c

Teſtudo

T

TEſtudo machina quæ ſit. 607.c
Triumphare quibus de cauſsis liceret. 626.c.d
Triumphus quid ſit. 62?.b
Triumphus quomodo olim fieret. ibid.
Triumphus cur inſtitutus. 626.b

V

VElites milites qui ſint. 578.d
Velum unde dictum ſit. 613.e
Vexillum unde dictum. 580.e
Victoria quibus rebus comparetur. 566.h. & ſequen.
Victoria quibus rebus partur. 549.e
Victoria ſpiritualis quibus rebus acquiratur. 567.h
Vinea parabola late expoſita. 581.f
Vita æterna eſt theſaurus noſter. 551.b
Vitia quæ ſpecialiter damnent animam. 619.h
Vitia uaria quæ in varijs mundi ætatibus regnarunt. 618.c.d
Vrbani cur meliores milites. 569.b
Vrbinum a quibus ædificatum fuerit, quando, & cur ſic dictum. 583.b

FINIS.

D. BERNARDINI SENENSIS,

Ord. Minorum.

SERMONVM

TERTIVM OPVS.

IN DIE PENTECOSTES.

De donis Spirituſſancti, & quomodo communicantur diuino amori.

Sermo I.

IGnis a facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Pſal 17. Solennitas hodierna, dilectiſſimi fratres: tanto cũctis ſolennitatibus videtur eſſe ſolennior, & præſtantior,
B quanto præ cæteris, quod in hac die geſtum eſt, totum conſtat eſſe diuinum. Sicut. n. ſingularis in terra Chriſti natiuitas, Sanctorũ natalitijs omnium diuinæ potentiæ eminenre dignoſcitur: ſic & hodierna feſtiuitas oĩbus alijs, quas de Dño Ieſu Chriſto veneramur in terris, ſpeciali quadã ſuæ diuinitatis oſtenſione præcellere demonſtratur. Quod .n. natus eſt ex homine filius Dei, certũ eſt illum ab Angelis minoratum: Quod autem hodie viſibili claritate ſpiritum ſuum in diſcipulos fudit, palam eſt ſuper oẽs Angelos exaltatũ. Quod. n. filius Dei ſm carnẽ crucifixus eſt & ſepultus, & tertia die, & nõ antea, a mortuis reſurrexit; ꝙ poſtmodũ inter

Solennitatis Pentecoſtes excellentia.

hoĩes cõuerſatus, & cũ diſcipulis mãducauit & bibit; ꝗꝗ; poſt quadragita dies de terra videntibꝰ illis in cęlũ eleuatus eſt, totum agebatur ad fidei fundamentũ: vt qui vere filiꝰ Dei erat, verius ẽt filius hoĩs crederet. Quod aũt poſt aſcenſionẽ ſuã iuxta condictum ꝓmiſſam ex alto virtutem dimiſit in terrã, illud abſq; dubio docuit, vt naſcendo, moriendo, ac ẽt reſurgendo a mortuis, qui Deus erat, verũ hominẽ ſe demõſtrauit: mittendo Spiritumſanctum de cęlis, verũ eſſe Deũ, qui homo erat, vera diuinitatis atteſtatione ꝓbaret. Sicut igitur parũ nobis Chriſtum naſci fuerat, niſi & preciũ ſanguinis in noſtrã redemptionem inæſtimabili charitate fudiſſet: ſic nec vtiq; granum fidei germinaſſet in terris, niſi benignitatem Spirituſſancti è cęlis Dñs pręſtitiſſet. Et reuera fratres, ita rerum ordo videbatur expoſcere, vt qui humanis aſpectibus Deum hoĩem venerat exhibere, ſemetipſum humilians, formã ſerui acciperet, donec aſſumptę carnis veritate monſtrata, ſemetipſum ab inferis erigẽs, & in cęlũ glorioſe cõſcendens, hoĩem Deũ eſſe infuſione cęleſtis gratiæ demõſtraret. Porro Deus homo pro redimendis hominib. ſanguinem ſuũ fudit: homo Deus ꝓ ſaluãdis hoĩbus ſpiritum ſuũ redẽptis infudit. Ibi ꝙ verus Deus, verꝰ eſſet homo ꝓbauit:

C (beside line 1 of the second column)

D (beside "te fudiſſet: ſic nec vtiq; granum fidei germi-")

A uit: hic ꝙ verus homo, verus eſſet Deus apparuit. Ibi cognouimus ſpeciem eius, quaſi vnigeniti a patre, vnde nec reputauimus eū: hic vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a patre, vnde & benedicimus Deum. ibi hominem redemit homo, hic Deus hominem deitate reformat. Patet ergo ꝙ diximus, præclaram hanc feſtiuitatem iure cæteris præponi: quæ gratiarum refulget conſummatione dotata. Hæc eſt enim ſpecialis illa diſcipulorum: Hæc omnium fidelium feſtiuitas generalis, quæ non ſolum Apoſtolos largiore gratia cōſolata eſt, verumetiam & totū orbem terrarum ignorantiæ tenebris obſcuratum ſupernæ veritatis illuſtrauit aduentu.

Quo hæc feſtiuitas cæteris p̄ſtat.

B Hæc profecto fidelium mentes ad verā charitatem accendit: hæc contra mundi pericula mentes, contra iudices & tyrannos credentium linguas armauit. Vnde quod erat videre miraculum, infirmi fortia facerent, & pauci, atq; puſilli regum imperia non timerēt. Sic enim Saluator, Matth. 10. promiſerat dicens: Cum ſteteritis ante Reges & Præſides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Hæc profecto omnem, qua cre-

C ditur ad ſalutem, manifeſtam dedit & docuit veritatem: per hāc ſermo prædicatoris, & veritas prædicationis innotuit. Per myſterium profecto huius ſolennitatis barbaries domita, colla gentium ſubiugata, principatus & poteſtates humiliati, dexteras dederūt atq; honorem Deo viuo & vnico filio eius Domino Ieſu Chriſto. Per hanc quippe ædificatio fidei Chriſtianę ſuper fundamentum æternum extructa breui temporis ſpatio in magnū Dei templum excreuit: dum hodie, iuxta præfatum Prophetæ verbum, Ignis a facie eius exarſit. carbones, id eſt, Apoſtoli ſancti, atque diſcipuli ſuccenſi ſunt ab eo. In

Præconia celeberrima huius feſtiuitatis.

D quibus ſacratiſſimis verbis tria myſteria contemplanda oſtenduntur de aduentu Spirituſſancti in Apoſtolos & diſcipulos Chriſti. Primum myſterium eſt doni ſupernaturalis: quia ait, Ignis a facie eius exarſit. Secundum ſubiecti virtualis, quia ſubdit, carbones. Tertium eſt ſigni ſingularis, quia ſuccenſi ſunt ab eo. Ad omnia ſupradicta, atq; eodem ordine poteſt eſſe aliud thema illud Thren. 1. De excelſo miſit ignem. ecce donum ſupernaturale. In oſſibus meis. ecce ſubiectum virtuale. Et erudiuit me. ecce ſignū ſingulare. Hæc ēt tria notari poſſunt in verbo Domini, Lu. 12. quando ait, Ignem

Tria myſteria contemplanda in aduētu Spirituſſancti.

E veni mittere in terrā, & quid volo niſi vt ardeat? Merito quidē Spirituſſanctus in ignis figura Apoſtolis viſibiliter datus eſt. Nam, ſecundum Catholicon, ſpiritus deriuatur a pyr, quod eſt ignis: quia per illum ignē corporalem demonſtrata eſt ſpiritualis & interior miſſio Spirituſſancti in diſcipulorum mentes: tamen in illo igne non magis erat Spirituſſanctus, quam in alijs irrationalib9 creaturis.

Spiritus vnde.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ſeptem proprietatibus ignis correſpondentibus ſeptem donis Spirituſſancti, & ſeptem flammis amoris Dei. F

PRimum vtique myſterium contemplandum, quod Propheta oſtendit in propoſito verbo, eſt doni ſupernaturalis: qa inquit, ignis. i. ignitiſſimus amor Dei cum donis Spirituſſancti aſſociatus, a facie ei9 exarſit. i. exardēdo deſcendit. Ait. n. a facie eius. i. a cognitione eius. facies. n. ipſius Dei, eius cognitio nuncupatur, iuxta illud Iob 33. Videbit faciem eius in iubilo. nec tantummodo dicit, arſit: Nam arſit corda diſcipulorum in cognitione & dilectione diuinitatis, atque exarſit. i. extra arſit in cognitione & dilectione humanitatis: quia de Chriſto Deo & homine perfectiſſime fuerunt in Spirituſſancti aduentu illuminati & inflāmati, ſicut Io. 14. Dn̄s promiſerat, di. Paraclitus autem Spirituſſanctus, quē mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit oīa, & ſuggeret vobis oīa, quæcunq; dixero vobis. Huius verbi declarationē vide in Quadrageſimali de Charitate, ſermo. 52. ar. 2. c. 3. vbi notantur ſeptē de Spiritusſancto. Idē in ſn̄ia cū Propheta dr̄ Thren. 1. cum ait: De excelſo miſit ignem. i. ipſe Deus ad prædictorū cognitionē. Sed ꝓ dicendorū intelligentia notanter aduertendum eſt, ꝙ duplicē habitum habemus in genere. Primum, qui eſt de neceſſitate ſalutis: Secundum, qui non eſt de neceſſitate ſalutis. Primo. n. habemus quendam habitum, qui reddit hominem ſimpliciter bonum: & qui eſt de eſſentia bonitatis humanæ. & hic eſt charitas, quę facit hominē gratum & acceptum corā Deo: & quæ ſimpliciter reddit hoīem bonū: immo eſt in ipſa eſſentia bonitatis humanę, moraliter & meritorie loquēdo. Scđo vero habemus habitū, qui non eſt de

Primum myſteriū.

G

H

Duplicē habitū habet homo in genere.

A de eſſentia bonitatis humanæ, & hic quoq; eſt triplex. Primo quidem eſt quidam habitus, quem humana bonitas neceſſario præſupponit. & hoc, eſt de communi lege, & talis habitus ſunt fides & ſpes, quem gratia gratificans pręſupponit. Secundo eſt quidam habitus, qui gratiam gratum facientem præſupponit, ſicut eſt gratia illa, per quam quis aureolam promeretur, ſcilicet martyrij, virginitatis & doctrinæ. Tertio eſt aliquis habitus, qui gratiã gratum facientem, nec neceſſario pręſupponit, nec ei neceſſario pſupponitur: ſicut ſunt gratia prophetię, extaſis, raptus, reuelationes, viſiones, & ſimilia multa. Ad propoſitum ergo dico, quod ſpirituſſancti dona ſunt in ſecundo gradu, quia gratiam gratum facientem præſupponunt,

Adhuc habitus eſt triplex.

B nec tamẽ neceſſario præſupponuntur ab ea. Itaque virtus charitatis eſt, quæ eſſentialiter dat bonitatem humanam, ſed dona ſpirituſſancti bonitatem accidentalem pręſtant, ſed excellentem. Hoc quidem declarari poteſt exemplo. Sicut enim meritum duplex eſt, ſcilicet præcepti & conſilij: & ſecundũ pręſupponit primum nullus enim habebit gaudium ſeu præmium accidentale, quod dicitur aureola vt virginale martirij, vel doctrinæ, niſi præhabeat vel ſimul habeat auream quæ dicitur præmium ſubſtantiale ſeu eſſentiale: Sic dicitur de donis, quæ ſunt quædam excellentes accidentales gratię collatæ bonitati humanæ, præſupponentes neceſſario bonitatem humanam, atque mereri faciunt quandam excellẽtiam vltra bonitatem eſſentialem. Sine donis nanque poſſet homo ſimpliciter eſſe bonus, ſcilicet per virtutes: ſed

Meritum duplex pręcepti, & cõſilij.

C non in excellentia, ſicut cum donis. Aduertendum eſt etiam, quod ſecundum Bonauẽturam in Centiloquio, triplex eſt differentia donorum. Primo enim eſt quoddam donũ a ſpiritu ſancto, & nunquam cum ſpirituſancto, ſicut eſt ſeruilis timor: in quo quidẽ viget voluntas paccandi, ſi impunitas cõcederetur. talis enim timor eſt ſicut auroræ, quæ eſt a ſole: & tamen non eſt cum ſole. Secũdo eſt quoddam donum a ſpirituſancto & nunq̃ ſine ſpirituſancto: vt eſt donum charitatis gratięq; gratum facientis. Tertio eſt quoddã donum a ſpirituſancto & põt eſſe cum ſpiritu ſancto & ſine ſpirituſancto: ſicut eſt donũ prophetiæ, donum ſciæ & caracteres, ptãs conficiendi, auctoritas ligandi atq; ſoluendi. Talia ſiquidem dona manent in iuſtis, & in

Triplex differẽtia donorũ.

D iniuſtis. & hoc diuina diſpenſatione ordinatum eſt, vt. ſ. ſacerdotis culpa nõ præiudicet peccatori. Licet ergo oẽs habitus diuinitus dati, poſſint dici generaliter dona Dei, ſpecialiter tamen & appropriate ſeptẽ ſunt dona ſpirituſſancti, quæ 11. c. enumerat Eſaias, loquens de flore, qui proceſſit de radice Ieſſe. i. Chriſto, de quo dicit ſic. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij, & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ, & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris Domini. In hac autem enunciatione, vel enumeratione, deſcẽdẽdo procedit a ſummo & conferendo, vt ſimul oſtendatur donorũ diuiſio, connexio, origo, & ordo. Denique quia propheta amorem Dei cum ſeptem donis ſpirituſſancti ignem vocat, d. Ignis a facie eius exarſit. Et ſimiliter Hiere. Tren. j. cum ait. De excelſo miſit ignem, propterea ſeptem dona ſpirituſſancti coniuncta ipſi amori Dei ſeptẽ pro prietatibus ignis poſſumus aſſimilare, vt intellectus propheticus comprehendatur, & vt ab inferioribus donis ad ſuperiora gradato ordine conſcendamus. Hic ignis diuini amoris ſeptem donis ſpirituſſancti conſociatus, ſicut in diſcipulis Domini fuit ad ſimilitudinem ignis materialis: quia primo eſt contractiuus, ſecundo liquefactiuus, tertio diſtinctiuus, quarto ſolidatiuus, quinto accenſiuus, ſexto illuminatiuus, ſeptimo trãſformatiuus. Primo ergo eſt contractiuus per donum timoris, ſecundo eſt liquefactiuus per donum pietatis, tertio eſt diſtinctiuus per donum ſcientiæ, quarto eſt ſolidatiuus per donum fortitudinis, quinto eſt accenſiuus per donum conſilij, ſexto illuminatiuus per donum intellectus. Septimo transformatiuus per donum ſapientiæ, & ſic per ordinem diſtinguamus ſeptem flammas, ſeu vires ipſius diuini amoris.

E F G

Proprietates ignis materialis.

Quod diuinus amor per donum timoris in anima triplicem timorem adducit. Cap. I.

H

PRima flamma diuini amoris hodie diſcipulis cõmunicata, eſt amor contractiuus. ignis quippe contrahit extenſam pellem. Sic profecto hæc flamma diuini amoris per donum timoris contrahit humanam mentem ab omni ſua defectuoſa vita exemplo Dauid, qui de ſe ait, Pſal. 117. Cogitaui vias meas, & conuerti, ſcilicet ex timore Dei pedes meos in teſtimonia tua. Adducit ſiquidem in anima talis amor inconſiderabilem timo

A rem de tribus. Primo de peccatis perpetratis præteritis, ſecundo de virtutibus male exercitatis, tertio de gratijs indigne acceptatis. Primo enim adducit timorem de peccatis perpetratis. Sicut enim fluuius magnus, cum creſcens aluei ripas egreditur, im munda foſſata, quæ reperit, penitus mundat, ſi curſus eius non impeditur: Sic ſpiritusſancti amor, qui fluuius nuncupatur, in aduentu ſuo per timorem ſordida quæque ex anima purgat, ſicut Eccleſiaſtic. 1. c. ait: Timor Domini expellit peccatum. & demũ eam diuina lætitia replet, ſicut propheta teſtatur dicens, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, id eſt animam a gratia emundatam. Secundo adducit timorem de virtutibus male exercitatis: ſicut de virtutibus theologicis, & moralibus atque præceptis legis & conſilij Chriſti. Ad hunc profecto timorem inducebat Dominus Apoſtolos ſuos, Lucæ 17. dicens: Cum omnia bene feceritis: dicite, ſerui inutiles ſumus. Quanto amplius nos, cum non illa fecimus, ſeu negligenter vixerimus. Tertio adducit timorem de gratijs indigne acceptatis, & cum ſuperbia poſſeſſis: ſicut ſunt gratię temporales, corporales & ſpirituales. Maxime enim timet de tempore male ſeu inaniter expenſo. Proinde merito ſe & alios hortabatur Apoſtolus ad Gal. 6. c. dicens: dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

Comparatio.

B

C

Quod diuinus amor per donum pietatis triplicem pietatem in anima operatur. Cap. II.

D SEcunda flamma, eſt amor liqueſactiuus. Quemadmodum enim ignis ceram & alia metalla liquefacit, & multa alia: ſic quoque ignis diuini amoris per donum pietatis cor tripliciter liqueſieri facit. Primo ad Deum, ſecundo ad ſeipſum, tertio ad proximum. Primo enim liquefieri facit ad Deum, ſcilicet per ſuauitatem inſpirati amoris, qui cor tangens illud totum erga Deum in deuotionis pietatem reſoluit, & liqueſacit, vt dicere valeat cum propheta, Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. Et illud Canticorum 5. Anima mea liquefacta eſt, vt ſponſus meus, ſcilicet Chriſtus locutus eſt. Res liqueſcendo demollitur, fluit, & dilatatur, & ita hunc triplicem effectum conſidera in pietate diuini amoris: quia cor primo mollificat per pietatẽ deuotionis, Iudith. vlt. c. Petræ, ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam. Secundo fluit per tractabilitatem obeditionis. Pſal. Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea. Tertio dilatatur per ſublimitatem contemplationis. Pſal. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Cucurri id eſt perfecte impleui, cũ tu Deus me ad ſublimem contemplationem leuaſti. Secundo quoque hic ignis diuini amoris, per donum pietatis cor liqueſcere facit adſemetipſum. Quod quidem fit per odium ſui, ſcilicet ne propter proprium amorem ſeparetur a Deo. Proinde Ioan. 12. Dominus ait: Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam, ſcilicet per pietatem ad ſemetipſum amore dilecti Dei. Tertio liqueſcere facit ad proximum cor humanum. Actus enim præcipuus pietatis eſt facere hominem beniuolum reſpectu cuiuslibet proximi, inquantum gerit imaginem creatoris. Talis enim beneuolentia pro loco & tempore exit in actum, & hoc tripliciter, primo condelectando, ſecundo compatiendo, tertio excuſando. Primo condelectando atq; cõgaudendo. generat enim in mentis habitu teneram dulcedinem omnis creaturę rationalis, & maxime illius, quem nouit cum Deo, & de Deo ardentiſſime philocaptam. Talium quidem eſt gaudere cum gaudentibus, vt ait Apoſtolus ad Roman. 13. Hæc charitas, quę non ęmulatur ſecundum apoſtolum. 1. Corint. 13. Secundo compatiendo, quia exit in actum per cõpaſſionis affectum: generat quippe in mente multos, diuerſos & mirabiles dolores ſpirituales, ſicut de ſe tunc Apoſtolus 2. Corinth. 11. dicit, Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis ſcandalizatur, & ego non vror? Et ad Roman. 12. ait, Flere cum flentibus. In tantum quippe ardor, & feruor huius doni accendit cor, quod potius eligeret perfectus homo pati, quam cõpati. Tertio excuſando. excuſat enim tale pietatis donum omnes creaturas, quæ Deũ offendunt quantum poſſibile eſt, exemplo Chriſti, qui Lucæ 23. c. ait: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Ecce mira excuſatio. & huius ratio eſt, ſecundum Apoſtolum, 1. Corinth. 13. c. quia charitas non cogitat malum. Quarto addi poteſt, quod etiam pro loco & tempore exit in actum per cuiuſcunque boni operis beneficium, vt puta per opera miſericordiæ corporalis, & ſpiritualis.

Quomodo ignis eſt liquefactiuus.

E

Currere viam mãdatorum Dei, quid.

F

Quomodo beneuolentia pietatis, exit in actum.

G

H

Quod

A *Quod amor Dei per ſcientiæ donum tria ſcienter exercere facit.*
Cap. III.

TErtia autem flamma, eſt amor diſtinctiuus ad ſimilitudinem ignis, qui aliter incendit paleas, aliter ligna: aliter lapides, & aliter ferrum. Sic quoque ignis diuini amoris per ſcientiæ donum docet diſtinguere, & diſtincta habere tria. Primo in mente diſcretionem, ſecundo in ore locutionem, tertio in opere conuerſationem. Primo.n. docet in mente diſcretionẽ. Nam donum ſcientiæ conſiſtit in intellectu inclinato a fide, & inclinante ad operationẽ bonam, & fugam mali & fundatur ſuper principia fidei, & ortum habet a dono ſpecialis gratiæ. Doni quippe ſcientiæ actus præcipuus eſt dirigere in agendis atque dicendis ſecundum exigentiam regulæ fidei & imitationis Chriſti. Habet quippe ſcientię donum rationes, quibus ſe defendat ab impugnantibus fidem ſuam. Proinde non tantum ſupponit ea, quæ ſcripta ſunt in theologicis libris, verumetiã quę ſcripta ſunt in tota prophetia, quibus ad probandum iuuatur fides. Per hoc donum ſcitur & diſcernitur bonũ a malo, ne malum lateat ſub ſpecie boni. Et licet ex prudentia de hoc aliqua notitia habeatur: tamen aliter habetur ex ſcientiæ dono. Nam prudentia procedit ex principijs naturalis iuris: ſciẽtiæ vero donum ex principijs fidei luminoſę: proinde ſpiritualius, ac diuinius ex eo lumine habetur. Hinc eſt, ꝙ donum ſcientiæ pietatem regit: propterea hęc duo dona, ſcilicet ſcientię, & pietatis ab Eſaia, ſicut prędictum eſt, ſimul combinantur. per hoc ſcientię donum ſcit homo, quid ſit, & a quo ſit: inſuper & ad quid ſit. Scit quoq; probare, quę ſit volũtas Dei, bona, beneplacens & perfecta, ſicut dicitur Romanorum 12. bona, quantum ad ſtatum incipientium: beneplacens, quantum ad ſtatum proficientium: & perfecta, quãtum ad ſtatum perfectorum. In omnibus enim his cognoſcit beneplacitum Dei. Nam 1. Ioã. 2. c. ſcriptũ eſt, vnctio docet vos de omnibus. Sic.n. promiſerat Dominus Io. 15. dicẽs: Cũ venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ſcilicet neceſſariam ad ſalutem. Proinde Bernardus id quodam ſermone ait. Spiritꝰ paraclitus dat pignus ſalutis, robur virtutis, ſcientię lumen. Pignus ſalutis, ut ipſe ſpiritus reddat teſtimoniũ ſpiritui tuo, ꝙ filius Dei ſis. Robur virtutis, vt quod per naturam eſt tibi impoſſibile; per gratiã eius non ſolum poſſibile, ſed etiam facile fiat. Lumen ſcientię; vt quicquid boni in te inueneris, illi tribuas, a quo omne bonũ eſt. In tribus iſtis ſpirituſſanctus docebit te omnia pertinentia ad ſalutẽ. Secundo ignis diuini amoris per hoc donum docet diſtinguere in ore locutionem. Nam teſte Domino Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Bonus quippe thaſaurus in corde hominis boni; amor ſeu vnctio Domini eſt; de quo theſauro vtique tunc profert bona, quando ſermo oris ſale conditus eſt, iuxta ſententiam cordis. Huius profectò doni eſt rectè atque diſcrete prædicare, & loqui; hoc donum poſtulabat propheta dicens: Pone domine cuſtodiam, ideſt vnctionem, ori meo, & oſtium circunſtantiæ, ideſt diſcretionem; labijs meis, ſcilicet vt ſciam, Quis, quare, quid, quibus, quando, quomodo, & quantum debeam loqui. Tertio hic ignis amoris per tale donum docet hominẽ innocuè conuerſari in medio nominationis prauæ atque peruerſæ & ſe innocuè amabilem exhibere, eo quòd claro lumine intuetur; quid agendum, quidque dimittendum, ſeu etiam fugiẽdum, quid deficiat, quid proficiat. Cum, ſicut prædictum eſt: talis anima plena ſit rationibus luminoſis ſcientiæ veritatis. Proinde ſimilis eſt Soli, qui in aqua nõ balneatur, in lapide non induratur, in luto non inquinatur. hoc tamen communiter non conuenit iuuenili ætati, atque fragili conditioni. Talibus vt plurimum contingit, quod Dominus per prophetam ait: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.

Ignis diuini amoris diſtinguit & quomodo. *Primo.* B C D *Voluntas Dei.* E *Secundo.* F *Tertio.* G *Ignis diuini amoris ſimilis eſt ſoli.*

Quod diuinus amor per fortitudinis donum tripliciter facit in aduerſitatibus iucundari. Cap. IIII.

QVarta vero flamma eſt amor ſolidatiuus; ignis quippe luteos lateres, & multa alia ſolidare ſolet. ſic quoque flamma, ſeu ignis diuini amoris, eſt per donum fortitudinis mire ſolidatiuus. Differũt tamen fortitudo quæ eſt virtus moralis: & fortitudo, quæ eſt donum ſpirituſſanti. Nã perpeti paſſiones, vel ardua aggredi poteſt homo dupliciter. Primo propter iuſtitiæ, & honeſtatis conſeruationem uel obſeruantiam: & ſic reſpicit fortitudinis virtutem, & hoc eſt de dictamine iuris naturalis. Secundo propter perfectam Chriſti imita-

H *Ardua aggredi poteſt homo dupliciter.*

A imitationem, & ſic reſpicit fortitudinis donũ: & hæc eſt de dictamine iuris diuini. Natura enim virtutis fortitudinis eſt patienter tolerare aduerſa, ſed natura doni fortitudinis eſt gaudenter, prompte, & expeditè aggredi paſſiones: ſeu ardua, cũ ſuperueniunt, libentiſſime tolerare. Facit enim diuinus amor per fortitudinis donum in aduerſita-
B tibus iucundari. Et hoc tripliciter. Primò de præteritis, ſecundò de præſentibus, tertiò de futuris. Primò iucundari facit de præteritis. proinde Actuum. 5. ca. ſcriptum eſt: Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu conſilij: qm̃ digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et vbi Petrus prius ad ancillę vocem Chriſtum negauit, vt dicitur Matthei. 26. poſt aduentum fortitudinis huius doni ex contumelijs conſilij gauiſus eſt. Secundò iucundari facit de præſentibus. Exemplum patet in Apoſtolo Paulo, qui ad Galatas vlti. ca. de ſe ait: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Beatus verò Laurēt. amplius in anima inflammatus hoc amore, & fortitudinis dono, quàm igne corporeo accenſos carbones ſpernebat, & pro refri-
C gerio reputabat. Tertiò iucundari etiam facit de futuris, vt patet in Apoſtolo Paulo, & ſibi ſimilibus, de quibus ait ad Ro. 8. ca. Quis nos ſperabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptum eſt. Quoniã propter te mortificamur tota die, eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profũn-
D dum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, Domino noſtro. De tali quoque amoroſiſſimo atque ſeruentiſſimo fortitudinis dono, Canticorum vlt. ſcriptum eſt. Fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis, atque flammarum; aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Quæ verba plenius exponuntur in Quadrageſimali de Charitate, ſer. 4. art. 1. cap. 1.

Diuinis amor in aduerſis iucundatur.

Vide quadrageſimale de Charitate, quod eſt de Euang eterno.

Quod amor Dei per conſilij donum tripliciter animam proficere facit. Cap. V. E

QVinta etiam flamma eſt amor aſcenſiuus. ſemper.n. ex natura ſua aſcendit ignis. Sic quoq; ignis diuini amoris in hac flamma ſemper ad ſuperiora conſcendit, & eius naturę eſt animam ſurſum ferre per conſilij donum. Eſt nihilominus aduertendum, quòd conſilium dicit habitum, qui expedit & dirigit animam ad F
eligendum ea, quæ proſequenda ſunt: & ad vitandum fugiẽda. Talis quippe habitus dirigẽs, poteſt in anima eſſe duplex. Primus reſpectu eligibilium, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis: & hic eſt prudentiæ, quæ ad talia dirigit, ſed minus excellenter quam ſcientia, quæ ſecundum donum eſt. In tali quippe electione habet homo dirigi ſecundum regulam naturalis iuris, quod prudentiã gignit. Secundus reſpectu eligibilium arduorum & difficilium, quæ ſunt neceſſaria vel non neceſſaria ad ſalutem. Et hic eſt habitus conſilij, & tunc dirigitur homo ſcd̃m regulam iuris diuini. Doni quippe conſilij eſt dirigere in electione proſequendorum, & fugam vitandorum. Ex his patere poteſt, quòd prudentia & conſilium in eſſentia idẽ G
ſunt, ſed conſilium abundat ſuper prudentiam in vno accidente, ſ. quia eius eſt imperare. Aduertendum eſt tamen, ꝙ ſicut ad ſciæ donum pertinet reprobare malum, & eligere bonum: ita pertinet ad conſilium cauere pericula, quæ in pręſenti ſęculo currũt, & incitare ad bona. Item ſicut donum ſciæ hẽt regere pietatem, ita donum conſilij facit fortitudinem. Porrò in hoc differũt ſcia & conſilium, quia ſcia eſt circa bonũ et malum: ſed conſilium eſt circa bonum difficile & arduum. In arduis ergo amor iſte per donum conſilij nouos ſtatus in mẽte humana primo format, ſecũdo conſeruat, tertio multiplicat. Primo nouos ſtatꝰ in aĩa format. Et ad hoc hortatur Apoſtolus Eph. 4. dicẽs, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Quod tripliciter intelligi pōt. primo ſpiritu mẽtis veſtræ, i. ſpiritu ſancto rectore mentis veſtræ, a quo eſt hæc renouatio efficienter, ſicut dr̃ per prophetam: Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Secundo ſpiritu mentis ueſtræ, ideſt ſpirituali mente veſtra, per quã eſt renouatio formaliter. H
Tertio ſpiritu mentis veſtræ, ideſt ſpiritu qui eſt mens veſtra, quæ eſt ſubiectum renouationis materialiter. Roma. 12. Renouamini

Amor dirigens in anima eſt duplex.

Sciẽtia & conſilium ĩ quo differunt.

Renouatio mẽtis quomodo intelligitur.

A mini in nouitate ſenſus veſtri. Primo ergo tenetur ſpiritus efficaciter pro Spirituſancto, ſecundo formaliter pro gratia, tertio materialiter pro aīa. Secundo nouos ſtatus in anima conſeruat, pro hoc orabat Propheta Dauid pſal. 15. Cōſerua me Domine, qm̄ ſperaui in te. Ad cuius preces Dominus inclinatur, atque talem animam in gratijs ſibi datis cōſeruat, ſicut Eccleſiaſt. 19. ait, Gratiam hominis quaſi pupillam oculi conſeruabit. i. ipſe ſpiritus charitatis. Tertio nouos ſtatus multiplicat, quia ſemper ad meliora compellit & trahit, atq; ad perfectiora opera cor accendit. hoc quippe operabatur in Apoſto. amor iſte, proinde ad Philip. B 3. de ſe dicebat: Non quod perfectus ſim: ſequor autem, ſi quomodo comprehendam. Beatus quoq; Franciſcus, cum iam donum ſacrorum ſtigmatū accepiſſet, adhuc ad primitias ſpiritus anhelabat: vnde & ſe & ſocios ad eas hortabatur dicens: Quando benefacere incipiemus, iam incipiamus benefacere, iam incipiamus bene viuere, & ſimilia verba exhortatoria frequentabat, quaſi nondum benefacere inchoaſſet. Proinde Bern. exponens illud Matth. 17. Bonum eſt nos hic eſſe. i. in mente eminentis ſtatus religionis ait: Quia homo in religione viuit C purius, cadit rarius, reſurgit velocius, incedit cautius, quieſcit ſecurius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius, & præmiatur copioſius.

Eminẽtia & ſecuritas religionis.

Quod amor Dei per donum intellectus de tribus in anima perfectam intelligentiam præſtat. Cap. 6.

Sexta flamma eſt amor illuminatiuus ad ſimilitudinem ignis, qui illuminat circunſtantes. Actus enim flammę huius amoris eſt per donum intellectus, non D ſolum contemplari, ideſt, creaturam eſſentiam, ideſt, ipſum ſummum Deum, verumetiam contemplari creaturam ſpiritualem, & corporalem. Ad hoc Eccleſiaſt. 2. c. hortatur nos dicens: Diligite Dominum & illuminabuntur corda veſtra. Talis quippe amor illuminat intellectum ad profundam & lucidam cognitionem trium. ſ. Dei, ſui, & vniuerſi. Primo quidem illuminat ad cognitionem: tripliciter enim cognoſcitur Deus ſub ratione veri. Primo quidē per ſimplicem aſſenſum, ſecundo per rationis adminiculum, tertio per ſimplicem contuitum. Primo per ſimplicem aſſenſum, & hęc eſt fides faciens aſſentire ſummę veritati: E proinde Aug. ait: Quid eſt fides niſi credere, quod non vides? & Eccl. 11. c. ſcriptum eſt: Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. i. per fidem cognoſcere Deum. Secundo cognoſcitur Deus per rationis adminiculum, & ſic eſt donum intellectus, cuius eſt credita per rationem intelligere. Amor enim per hoc donum illuminat intellectum dando ei lucidam & profundam cognitionem infinitarum rationum, propter quas debemus diligere Deum. Porro per hoc donum cognoſcitur Deus & ſpiritualia, atq; ea, quę Dei ſunt: & hoc per illuminationem de his quæ per ſcripturam audiuntur, & maxime quod ipſe eſt trinus & vnus F increatus & infinitus & immortalis. primū circa principium, ſecundum circa medium, tertium circa finem: & de hoc ad Rom. 15. Apoſt. ait: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Tertio cognoſcitur Deus per ſimplicem cōtuitum, & ſic eſt ſexta beatitudo. ſ. munditia cordis, cuius eſt videre Deum, de qua Matt. 5. c. ſcriptum eſt, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbūt. Et ſic patet, ꝙ in præſenti vita in anima oritur triplex lumen de ipſo Deo. Primū eſt ex virtute fidei, ſecundum ex dono G intellectus, tertium ex beatitudine, quę eſt munditia cordis. Et hoc etiam ſummatim elici poteſt, ꝙ ſicut ait Hugo: Qui ardentius diligunt, profundius proſpiciunt, ſubtilius diſcernūt, & quia e vicino magis reſpiciūt, proculdubio perfectius cognoſcunt. Ex magnitudine enim diuinæ dilectionis pendet pondus diuinę reuelationis. Secundo amor iſte per hoc donum illuminat intellectum ad cognitionem ſui, atq; intelligere facit in homine hæc tria. Primo miſerabilem conditionem, ſecundo miſerabilem dimiſſionē, tertio miſerabilem commiſſionem. Primo quippe intelligere facit miſerabilem conditionem, de qua Tob. 10. ad Dn̄m ait: Memēto quęſo, ꝙ ſicut lutū feceris me, & in pul. red. me. quod eſt dicere: Oro vt ex munere H tuo in mente habeam meū luteum principiū, & meū cinereum exitum. ſ. ꝙ ex his hu militer coram te: merito quidam ait,

Triplicíter cognoſcitū Deus ſub ratione veri.

Triplex lumen de Deo ĩ hac vita.

Tria facit cognoſcere in anima diuinus amor.

Cum fex, cum limus, cum res viliſſima ſimus,
Vnde ſuperbimus, ad terram terra redimus.

Et Eccl. 10. c. inquit: Quid ſuperbis terra & cinis? Secundo intelligere facit miſerabilem dimiſſionē. i. bona, quæ homo dimiſit, ad quæ de neceſſitate obligatus erat, quod difficile & paucorum eſt. Vnde admiranter Propheta ait: Delicta q̄s intelligit? q. d. oīa, nullus.

A nullus.Præterea Iob 9.c.inquit,Verebar oĩa
opera mea.ſm glo.etiam bona : quia in bo-
nis operibus duo verenda ſunt.ſ.deſidia, &
frã. Deſidiã facit timor,& amor mũdi:frau
dem verò facit proprius amor ſui, dum pro
bene actis, tacita humani cordis gratia, vel
fauoris aura, vel quælibet res exterior deſi-
deratur.Ex quo patet,ꝙ ẽt bona operando,
homo incidit ĩ delictum.ſ.in omiſſionẽ, vel
diligentię debitę deſidiam,Iere.48.Maledi-
ctus homo,qui facit opus Dei negligenter,
B vel intentionis rectę per vanã gloriã,Matt.
6.Si oculus tuus nequã fuerit,totum corpus
tuum tenebroſum erit : & ſic incidit homo
in delictum bona faciendo,quanto amplius
bona dimittendo. Tertio intelligere facit
miſerabilẽ cõmiſſionẽ.i.quot & quãta pec-
cata cõmiſit homo in vita ſua:& hoc corde,
ore,& opere,ꝑ ꝗđ in miſerabilem ſeruitu
tem peccati deductus eſt.Io.8.Dño atteſtã
te:Qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati. Ex
quo ſequitur, ꝙ tanto vilior factus ſit,quan
to vilior ſeruus eſt, quam Dominus ipſe re-
putatur. Porro cũ peccatũ nihil aliud ſit,
C niſi priuatio ipſius boni, manifeſte clareſcit
ꝙ peccator quodãmodo minus q̃ nihil eſt,
cum peccatum ſit Dñs eius. Et in hæc & ſi-
milia miranda lumina diuina,diuinus amor
per hoc donũ intellectus deducit. Proinde
merito dicere põt propheticum illud, ad ni
hilum redactus ſum, & veſtiui.ſ.ad oĩa ſu-
pradicta.Tertio amor iſte illuminat intelle-
ctũ per hoc donũ, ad cognitionẽ vniuerſi.
Nã ſm quoſdã Doct.donum intellectus eſt
gratia intelligendi ſalubres ſignificationes
ſignorũ naturaliũ, & ſignorũ poſitiuorum.
Signa naturalia. Primo quidẽ ſigna naturalia ſunt oẽs crea-
turę. proinde diuinus amor per hoc donũ
intelligere facit, qũo oẽs creaturæ ſuo mo-
do vtunt̃ in increata ſapientia rõne nobiſq;
D loquuntur Dei laudẽ,necnon & eruditionẽ
noſtrã: cum Deus effuderit ſapientiã ſuã ſu
per oĩa opera ſua.Hinc Ro.1.ait Apoſt.Inui
ſibilia.n.Dei a creatura mũdi,per ea,quę fa-
cta ſunt intellecta conſpiciuntur. & Iob 12.
c.ait, Interroga iumenta & docebunt te; &
volatilia cęli,& indicabunt tibi;loquere ter
ræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt ea pi-
ſces maris. Hæc fuit ſapientia Salomonis,q̃
quæſiuit in aĩalib.in arboribus, in herbis &
ſimilib.creaturis. Diſputauit.n.ab iſopo vſ-
que ad cedrũ.Hoc quippe donũ philoſophi
Exemplũ non habuerunt, qui viſibilia huiuſmodi nõ
acceperunt,vt ſignant, ſed materialiter tm̃,
ſimiles pueris effecti, qui in libris & lite-
ris deauratis & pulchris aſpectũ tantũmo-
do ſigunt, de his ſolummodo admirantes: E
ea autem quæ per ſcripturã ſignantur,mini-
me perquirentes. Talibus dr̃ per Prophetã,
Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus
non eſt intellectus: Proinde ſorinſeca, non
intrinſeca minima intuentur.Secundo vero
ſigna poſitiua ſunt,quæ in lege veteri & no
ua ſcripta ſunt ; & omnia hæc, vt ſuperius
Apoſtolus ait,ad noſtram doctrinam ſcripta
ſunt.

Quod amor Dei per ſapientię donum triplicem fructum ſaporare facit.

Cap. VII.

SEptima flamma eſt amor transformati- F
uus ſeu ſaporatiuus ad ſimilitudinem
ignis materialis : qui in eo poſita quo-
dammodo aſſaporat,dum in ſe trãſformat :
& cui ſi apponatur ferrum vel lapis in eum
transformando,ſic paulatim incendit vſque
quo illum in ſui ſimilitudinem totum tranſi
re facit. Sic quippe diuinus amor per ſapien
tiæ donum,totum intellectũ atque affectũ
in ſe per admirabilem ſuauitatem transfor-
mat & mutat.De hoc igitur trãſformatiuo,
& ſaporatiuo amore per ſapiẽtiæ donũ tria G
conſiderare libet, Primo eius excellentiam,
ſecundo eius differentiam, tertio eius expe-
rientiam.Primo inquàm conſideremus eius *Sapientia trifariam capitur.*
excellentiam.Porrò ſapiẽtia tripliciter ſumi
poteſt.Primo cõmuniter, ſecundo proprie,
tertio magis proprie. Primo communiter :
& ſic dat cognitionem generalem diuinarũ
atque humanarum rerum . Quia,ſecundum
Auguſt.4.de Tri.Sapiens diuina, & humana
rimatur.Et ſecundum philoſophum , ſapiẽs
eſt,qui omnia nouit. Secundo ſumitur pro-
priè,& ſecundum hoc dat cognitionẽ ęter-
narum rerum : & de hac, 1. Corint.12. A-
poſtolus ait. Alij per ſpiritum datur ſermo
ſapientiæ. Tertio vero ſumitur magis pro-
priè ; & hoc modo nominat cognitionem H
Dei experimentalem:& ſic eſt vltimum do-
num ſpirituſſancti, cuius actus conſiſtit in
deguſtando ſuauitatem Dei,qui quidẽ actus
partim eſt cognitiuus,& partim affectiuus ;
ita quòd in cognitione inchoatur, & in af-
fectione conſummatur : & inde dicitur ſa-
pientia,quaſi ſapida ſcientia , vt ethimolo-
gia eſt.proinde Eccle. 6. Sapientia enim do-
ctrinæ ſcđm nomen eius.Et hęc ſapientia cũ
charitate iuncta generat hũc amorem.Secũ-
do conſideremus huius ſapidi, & transfor-
matiui amoris differentiam. differunt.n.in-
ter ſe in tribus intellectus & ſapientię dona.

A Primo, quia intellect⁹ eſt Dei cognitio collatiuè, ſcilicet in comparatione ad creaturas, ſcilicet per viſibilia & creata: ſapientia vero eſt cognitio Dei abſolute. Secundo, quia intellectu cognoſcitur Deus per illuminationem in auditis in ſcriptura ſacra: ſapiētia vero cognoſcitur Deus & ſuperiora ipſo experimento, & in cognitis anima delectatur. Et ad hanc ſapientiam hortatur Apoſtolus Col. 3. dicens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Tertio, quia per intellectum Deum cognoſcimus: ꝑ ſapientiam vero dulcedinem eius guſtamus, ſeu ſentimus: vnde ſapiētia dr̄, quaſi ſapore virtutum condita ſcientia. Ad hunc diuinū ſaporem & guſtum nos hortatur propheta pſal. 33. dicens: Guſtate & videte, qm̄ ſuauis eſt Dn̄s. Quod guſtate prius in affectu, & poſtea videte in integro. idem ꝓuer. vlt. Guſtauit & vidit, qm̄ bona eſt negociatio eius. Et merito quidē prius dicit guſtate, eo ꝙ guſtatio facit videre. vnde myſticè. 1. Regum. 14. Ionathas ait, vidiſtis ipſi, quia illuminati ſunt oculi mei, eo ꝙ guſtauerī paululum de melle iſto. Hanc ſapientiam, id eſt ſapidum amorem, Beatus Iacob. in 3. deſcribens ait: Quæque autem de ſurſum eſt ſapientia, ideſt infuſa & ſeptimum donum. Primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis bonis conſentiēs, plena miſericordia, & fructibus bonis, iudicās ſine ſimulatione. In quibus verbis ponit ſeptem effectus, ſeu proprietates ſapientiæ Dei in nos deſuper deſcendentis. Primo abijcit immūditiam, ſecundo turbulētiam, tertio immoderantiam, quarto pertinaciā, quinto impietatem, ſexto ſterilitatem, ſeptimo doloſitatem & duplicitatem, & ſic ſunt ſeptem conditiones. Primo enim abijcit immunditiam, eo ꝙ mentem purgat & purificat a ſenſu & affectu animali & carnali: ideo pudica eſt. Secundo autē, quia ab omni rixoſa ira & litigio mentem pacificat, ideo pacifica eſt. Tertio vero, quia ab omni effrenatione & effuſa immoderātia ipſam mundificat, ideo modeſta eſt. Quarto, quia mentem reddit a veritate & veridica ratione perſuaſibilem, & bonis q̄ ſuadet conſentientem: ideo perſuaſibilis eſt. Quinto autem, quia contra quæſtū terrenæ cupiditatis, & contra zeli amari impietatem, eſt plena miſericordia. Sexto, quia ſicut ſapientia terrena eſt omni opere prauo plena: ſic iſta fructibus bonis, quia omnia opera in bonū dirigit & bonitate impīguat: & ēt, quia auditores fructuoſè ædificat, ſicut terrena ipſos exterminat. Septimo enim, quia iudicat ſine ſimulatione: tū q̄a neminē in iudicio iudicat, niſi ſ̄m ordinem iuſtitiæ, & ſ̄m merita cauſarū, & i hoc non ꝓcedit ſimulatè, vel fictè. Nō ēt eſt doloſa, aut duplex, nec pſonarū acceptatrix: tum quia de dogmatibus fidei non iudicat ſuperficialiter: nec ſ̄m apparentiā, ſed ſ̄m lucis æternæ infallibilem veritatem. Tertio quoque conſideremus huius trāsformatiui & ſapidi amoris experientiā, quæ in anima gradatim operatur triplicem fructum. Primus dr̄ delectatio, ſecūdus abominatio, tertius impinguatio. Primus inq̄ huius amoris fruct⁹, delectatio dictus eſt. Fabricat enim in humana mēte diuerſos & quaſi infinitos ſp̄uales ſenſus atq; ſuauitatis. Nam talis amor dilatat animam ad quandā gr̄æ capacitatem, per quā poteſt per inconſiderabilem modum Deum in ſe ſecretè recipere & poſſidere & dicere, Secretū meū mihi, ſecretū meum mihi. Et merito hęc i aīa operatur, quia 1. Ioā. 4. ſcriptū eſt. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et Apoſt. Ephe. 3. ēt inquit, in charitate radicati & fundati, vt poſſitis compræhendere cū omnibus Sanctis, quę ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & profundū. hoc eſt māna præſtans in aīa omnem ſaporem ſuauitatis: vnde perſeuerantibus in donorum adeptione, Apoc. 2. promittit Dominus dicens. Vincenti dabo manna abſconditum. abſconditū quidem manna dat dulcedinē ſuauiſſimam Dei indignis merito occultatā. Sicut enim manna deſuper veniens oēm ſuauitatis ſaporē continebat: ſic diuini amoris & ſapientiæ guſtus ſenſus omni ſuauitate mentis redundat, ſic ad hoc animam hortatur propheta dicens, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. hoc quoque de patre ſuo, Luc. 11. c. promiſit dicens, Dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Hic ſpiritus eſt ſapientiæ donum admiranda ſuauitate redundans, ſicut Dominus per Salomonem, Eccleſiaſtici. 24. ait, ſpiritus meus ſup mel dulcis. Secundus fructus abominatio dictus eſt. Scimus, quod quicunque poſt ſuauitatis ſaturitatem ad comedendum peruenient: quælibet appoſita vel oblata faſtidiunt. Sic profecto dilectio huius amoris in anima generat quarumlibet deliciarum corporalium faſtidium & ex intimo affectu omnium exteriorū verū quoddam & ſpontaneum deſpectum. Aliud eſt em̄ blandienti tentationi reſiſtere, & violēter

Marginal notes: *Tertio.* B; *Guſtatio.* C; *Septē̄ effectus ſapiē̄tiæ.* D; E; F *Triplex fructus trās formatiui amoris.* G; H *Secundus fructus.*

A ter repellendo nolle acquieſcere, atq; aliud ſpontaneo quodam intimi affectus intuitu faſtidire, & quaslibet interim carnis delicias & blanditias penitus ſibi ſapere non poſſe, immo in abominationem habere. Ad veram itaque huius delectationis plenitudinem, anima tunc verè peruenit, quando poſt illius ſuauitatis abundantiam, quam interius ſentit omnium, quæ exterius apponi poſſunt, quoddam neceſſarium potius quàm voluntarium faſtidium & abo-
B minationem incurrit. vnde in perſona talis animæ propheta ait, Renuit conſolari anima mea, ſcilicet in quibuslibet tranſitorijs mundi. Memor fui Dei & delectatus ſum, ſcilicet ex eius tantum memoria. Sed quid faciet in futuro eius dulcis præſentia? Expellit enim ab anima amor iſte omnia indignè dilecta & ſolum in Deum ſpirat continuum amoris actum atq; affectum, quia ſecundum Ambro. guſtato ſpũ deſipit omnis caro: hoc eſt illud vnum, de quo Dominus Luc. 10. ait: Porro vnum eſt neceſſarium. Hanc ſuauitatem profecto ſentire nõ
C poſſimt qui exterioribus diuitijs, delicijs & magnificentijs occupantur: Proinde Bernardus ait: Delicata eſt diuina conſolatio, & non dabitur admittẽtibus alienam, nec etiam conceditur. Sed de his, qui pauperes ſunt ſpiritu, ait propheta: Edent pauperes & ſaturabuntur & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Et alibi, Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Et iterum Eſa. 58. c. ait, Si glorificamus Deum, dum non facis vias tuas, ſcilicet mundanas: & non inuenitur voluntas tua, quæ ſcilicet a ſeipſa mũdana & plena malitia eſt, vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper Domino.

Tertius. Tertius vero fructus, impinguatio nominatur. Nam cum delectatio mẽtis animam taliter diligẽtem impinguat: neceſſe eſt, vt
D talis pinguedo in carnem & corpus ex abundantia cordis redundet. Ex quo fit, ꝙ talis amor mirabiliter, & ſupra naturam, quandoque etiam abſq; neceſſarijs ad corporalem victum nutrit humanum corpus. Sicut enim inter quinque corporis ſenſus principaliter guſtus ad corporalem vitam neceſſarius eſt, & corpus humanum principaliter nutrit: ſic iſte inter quinque ſenſus ſpũales principalius animam nutriens & cibans in edomitam carnem redundat, etiam eam paſcit, atque ſupra naturam nutrit. Et de hoc Apoc. 14. myſticè ſcriptum eſt: Et vocem, quam audiui, ſicut cytharedorum cytharizantium in cytharis ſuis.

Cythara enim componitur ex duobus. Primo ex ligno, quod penitus euacuatum eſt: Secundo ex cordis, quæ de viſceribus animalium conficiuntur. Et ideo corpus humanum a ſpiritu rationali edomitum, per cytharam conuenientius denominatur. In corpore quippe humano duo ſunt. Primũ eſt natura naturalis, ſecundum eſt natura animalis. Voco autem naturam naturalẽ, quæ inclinat ſine appræhenſione cognita: Naturam autem animalem voco, quæ inclinat appræhenſione ſenſuum praua. Prima ergo natura naturalis, quaſi lignum eſt, quia euacuari debet ex ſuperfluis inclinationibus, ad hoc vt reſpondentiam recipiat ſpiritualis lætitiæ mentis: Secunda vero ſcilicet natura animalis, macerari debet ex concupiſcentiæ humoribus: vt ſonum internæ exultationis, ad tactum ſpiritus rationalis reddat. Proinde natura naturalis euacuari debet a dilectione ſui, vt capax fiat redundantiæ dilectionis Dei. Quia enim de ſeipſa plena eſt diligendo ſemetipſam: Dei autem plena eſt, cum tendit in ipſum Deum: Natura vero animalis euacuari debet a ſenſibilium concupiſcentia, vt ſpirituali delectationi reddatur apta & prompta. Spiritus igitur iuſtorum cytharedi ſunt, qui varios exultationis ſonos in ſubditis ſibi corporibus operatur. Ea vero corpora cum cythara, quæ ſpiritualis exultationis redũdantiam a ſpiritibus Dei exultatione plenis recipimt. Vnde propheta ait. Exultabunt Sancti in gloria, id eſt in participatione gloriæ. Lætabuntur in cubilibus ſuis. hæc dicitur quantum ad exultationem ſpiritus rationalis, quia in Deo, ſecundum conſcientiam bonam gaudet. Quantum vero ad redundantiam ad corpus ſpũi ſubiectũ adiungit, Exultationes Dei in gutture eorũ. Et alibi ipſe propheta de ſeipſo ait, Cor meum & caro mea, i. anima & corpus. Exultauerunt in Deum viuum, ſ. prædicto modo, & omnes etiam prædictæ flãmæ Apoſtolis adaptentur.

E *Cytharas componiĩ ex duobus.*

In humano corpore duo ſunt.

F

G

H

Articvlvs Secvndvs.

De perfectione ſeptem bonorum ſpiritusſancti & de ſeptemplici ſufficentia eorum.

SEcundum myſterium contemplandũ, quod oſtendit propheta in propoſitis verbis, eſt ſubiecti virtualis, quia inquit,

A quit,carbones. Porro omnes centum viginti, qui in die Pentecoſtes receperunt ſpiritum ſanctum, carbones merito nuncupantur: quia erant accenſi igne ſpũſſancti, lucidi doctrina veritatis, & mundi exemplo bonitatis. Secundum enim Catholicon,carbo a carpo pis,denominatur: carpo enim actiuum eſt, & ſecundum eum habet ſeptẽ ſignificata:nam carpere: primo eſt diſſipare, ſecundo præparare, tertio diminuere, quarto ſcindere,quinto purgare, ſexto auferre,ſeptimo capere. Quæ omnia cunctis, qui in die Pẽtecoſtes ſpiritum ſanctum ſuſceperunt atq; omnibus Chriſti membris, B qui vſq; in diem iudicij dona eiuſdem ſpirituſſancti ſuſcepturi ſunt:quaſi carbonibꝰ digniſſimè conuenire poſſunt, ſi conſiderétur ſeptem, ſm quæ indiget anima expediri per ipſa dona, vt ad ſummum perfectionis peruenire poſſit. Porro expediri indiget, primo contra vitiorum obliquitates, ſecundo quantum ad vires naturales, tertio quo ad ſuperadditas virtutes, quarto in patiendo, quinto in agendo, ſexto in contemplando, ſeptimo in beatitudinem participando. Hi ſunt ſeptem ſtatus animæ peregrinæ, qui conueniunt ſeptem officijs, quę habent ſpirituſſancti dona, vt perducát animam ad ſummam perfectionem, C ſicut in ſequentibus apparebit.

Carbones qui.

Carbo vñ dr̃ & carpere qd.

Aĩa ꝑ dona ſpũſſãcti expediri dẽt.

Quod per ſeptem dona ſpirituſſancti ſeptem vitia capitalia expurgantur. Cap. 1.

    Primum officium donorum ſpirituſſancti eſt diſſipare, ſcilicet omnes vitiorum obliquitates, quas expeditiſſimè ab anima pellunt atque propulſant: Primo enim timor propulſat reliquias ſuperbiæ, hic D Eccleſiaſti. 1. ait, Timor Domini expellit peccatum,id eſt ſuperbiam,quæ per anthonomaſiam peccatum denominatur,eo ꝙ initium eſt omnis peccati, vt dicitur Eccleſiaſti. 10. Secundo autem pietas reliquias inuidiæ, quæ gaudet de malis alienis & contriſtatur de bonis: ſed qui proximo ſuo afficitur,non inuidet ei, ſicut patet exemplũ in Moyſe, Numeri. 11. c. Nam cum Ioſue diceret ei de ſeptem viris, qui prophetabant: Domine mi, prohibe eos:Reſpondit Moyſes, Quid æmularis pro me?Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum?Tertio ſcientia reliquias iræ, quæ hominem odibilem E reddit. Ira enim quaſi quædã infamia eſt. Vnde *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.*

Diſſipare quid.

Proinde Eccleſiaſtes. 7. c. ait,Ira in ſinu ſtulti requieſcit. Quarto fortitudo reliquias accidiæ. Nam fortificat debiles, confortat puſillanimes, fouet hebetes & timentes. Vnde Iudi. 14. c. myſticè ſcriptum eſt:Irruit autem ſpiritus Domini in Sanſon & dilacerauit Leonem,quaſi hædum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu. Et ad hoc hortatur Eccleſiaſti. 30. c. dicens,Triſtitiam longè expelle a te. F Quinto conſilium reliquias a varietate. Diſponit enim conſilium ad ſpiritus paupertatem, dicente Domino, Matth. 19. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. Sexto intellectus reliquias gulæ, quæ mentem brutalem facit. Vnde pſal. inquit: Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Septimo ſapientia reliquias luxuriæ, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. hinc Eccleſiaſti. 21. c. Verbum G ſapiens quodcunque audierit ſine laudabit & ad ſe adijciet: audiet luxurioſus & diſplicebit ei, & proijciet illud poſt dorſum ſuum.

Quod per ſeptem dona ſpirituſſancti tres animæ vires expediuntur & diſponuntur ad gratiam & ad virtutes. Cap. 2.

Secundum dictorum donorum officiũ eſt præparare. Nam præparant ad gratiam, & virtutes naturales vires, atque miro modo expediunt eas, quæ ſunt iraſci H bilis, concupiſciblis, & rationalis. Iraſcibilis enim impediri poteſt, ne in actus virtutum tendat tam per proſpera, quàm per aduerſa, a quibus per hæc dona expeditur. Primo quidem expeditur in proſperis per timorem, ſicut patet de propheta, qui de ſe ait, Ab altitudine diei timebo, hoc eſt timebo a ſtatu proſperitatis, qui eſt in calore diei. Secundo expeditur in aduerſis per fortitudinem: propter hoc enim. 1. ad Cor. 4. c. de ſe & ſibi ſimilibus Apoſtolus ait, Perſecutionem patimur & ſuſtinemus. Concupiſcibilis impediri poteſt per duritiã ad ꝓximum & per faſtidium ad Deum. Primo q. dem indiget expediri quantum ad affectionem

Præparare effect.

A nem reſpectu proximi, & hoc fit per pietatem. Proinde j. Timoth. 4. c. ad hoc hortatur Apoſtolus Timothæum dicens, Exercete ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum, ideſt ad aliquid vtilis eſt. Pietas autem ad omnia valet: promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Secundo quantum ad affectionem reſpectu Dei, & hoc fit per ſapientiæ donum & ſuauiſſimum guſtum. de hoc Sapien. 7. ait, Anima taliter expedita: Optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ, i. donum ſapientiæ. Rationa-
B lis vero indiget expediri in veritatis ſpeculatione, electione, & executione. Primo quidem per donum intellectus expeditur ad verum ſpeculandum. Hoc expoſcebat ꝓpheta a Domino dicẽs: Da mihi intellectũ & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illã in toto corde meo. Cui & reſpondit Dominus, dicens: Intellectum tibi dabo & inſtruam te, ſcilicet per hoc donũ. Secundo per donum conſilij ad verum eligendum. Nam Eccleſi. 32. admonet dicens, Sine cõſilio nihil agas & poſt factum non te pœnitebit. Tertio per donum ſcientiæ ad idem
C exequendum. Proinde Ioann. 13. Domin' ait: Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. Per donum enim ſcientiæ ſicut ex præcedentibus patet, rectè conuerſamur in medio nationis prauæ & peruerſæ.

Quod per dona ſpirituſſancti ad ſeptem principales virtutes anima expeditur. Cap. 3.

Tertium prædictorum donorum officium eſt diminuere. ſ. virtutum defectus: quod efficiũt hæc ſeptẽ dona, dum. ſ. expediunt virtutum actus & officia, quod merito ſequit̃ ad ꝑmiſſa. Primo enim timor expedit ad temperãtiam: ꝓpter hoc
Diminuere.
D donum propheta poſtulabat dicens, Confige timore tuo carnes meas. Secundo pietas ad veram iuſtitiam, ne ſcilicet degeneret ad crudelitatem. Proinde Eccleſiaſtes. 7. nos admonet dicens: Noli eſſe iuſtus multum, neq; ſapias pluſquã neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Et iterũ propheta inquit, Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Tertio ſciẽtia ad prudentiã, ne. ſ. deuiet in vulpinã aſtutiã, cum Eccleſiaſti. 34. ſcriptum ſit: qui in multis fact' eſt, multiplicabit malitiam ſuã. Et Ephe. 4. nos admonet Apoſto. dic. Vt iã non ſimus paruuli fluctuãtes & circunferamur oĩ vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtu- E
tia ad circunuẽtionem erroris. Quarto fortitudo donum ad fortitudinem, quæ virtus moralis eſt: vt nõ tm̃ aduerſa humana mẽs portet per patientiam, quæ eſt virtus: ſed ẽt benigna ſit ad hoſtes per fortitudinẽ, q̃ eſt donum. Et ad hoc nos hortat̃ Dñs, Mat. 5 c. dicens: Diligite inimicos vr̃os, benefacite his qui oderũt vos: & orate pro ꝑſequẽtib. & calumniantibus vos. Quinto conſilium ad ſpem. Profecto dum conſiliũ ad alta virtutum mentẽ euehit, merito ſpem ad altiora proficere facit. De hoc conſilio ſunt verba prophetæ, cũ cuilibet viro iuſto ait, Spe F
ra in Dño & fac bonitatẽ. Ab hoc conſilio ductus eſt Iob. 13. q̃n ait: Etiam ſi me occiderit, ſperabo in eo. Sexto intellectus ad fidem, quia multa fides ex dono intellectus accipit firmitatem, dum per intellectus donum credita eluceſcunt: hoc poſcebant Apoſtoli a Dño, Lu. 17. cum ei dicebãt, Adauge nobis fidẽ, i. per donum intellect' amplius illumina nos in fide. Septimo ſapientia ad charitatẽ. Vnde ſicut charitas eſt mater & cõſeruatio & cõſummatio oĩum virtutũ: ſic ſapientia eſt conſummatio omniũ donorum: vt q̃n eam quis adeptus fuerit, merito dicere poſſit illud Sap. 7. Venerunt G
aũt mihi omnia bona pariter cũ illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.

Quod per dona ſpirituſſancti anima expeditur & habilis redditur ad imitandum Chriſtum & paſſiones eius. Cap. 4.

Quartũ, ſeptem donorum officium eſt ſcindere. Nã ad imitãdum Chriſtum poſt acceptas virtutes mirabiliter a mundo & ab oĩbus, quæ mundi ſunt, hæc dona mẽtes humanas ſcindunt, dũ eas expediũt ad Chr̃i paſſiões ſtrenuè imitandas. Sicut enim ad patiendũ monit Chriſtum, primo paterna volũtas, ſecundo humana neceſſitas, tertio virtutis ſtrenuitas: ſic & in his debemus nos Chr̃o eſſe cõformes, vt poſſimus regnare cũ ipſo. Primo quippe diuina voluntas nos mouet tripliciter, vt a nobis cognita, vt ẽt amata, & vt in reuerẽtia habita. Primo vt a nobis cognita per intellectum, quod donum a nobis poſcit, q̃n Deo dicimus cum propheta: Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Secundo vt a nobis amata ꝑ ſapiẽtiã: quod quidẽ efficaciter poſtulamus, q̃n cum toto cordis deſiderio & feruenti affectu, Dñm oramus dicentes voce magna

Scindere. H

Monet nos diuina voluntas tripliciter.

A magna illud Matth.6.c. Fiat volũtas tua, ſicut in cœlo & in terra. Tertio vt a nobis in reuerentia habita per timorẽ. Et ad hũc timorẽ hortat̃ Angel9 Apoc. 14. dicẽs, Timete dñm, & date illi honorẽ. Ille, pfecto Deũ honorat, qui pter Deũ nullum aliũ timet. Nam & ſi platos in honorẽ timere oportet, Deus tñ ſolus timet̃, cuius nomẽ in ipſis iugiter honorat̃. Secundo aũt humana neceſſitas mouet dupliciter. Primo ſi per ſciẽtiam cognoſcat̃, quemadmodũ cognoſcebat propheta, cum pro ſe dñm exorabat di-

Humana neceſſitas mouet dupliciter.

B cens, Miſerere mei Deus ſm magnã mĩam tuam. Secundo, ſi ad eam miſerandã p pietatem animus moneat̃, quemadmodũ hortat̃ Eſa.58.c. dicens, Frange eſurienti panẽ tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam: cũ videris nudum, operi eũ: & carnẽ tuã ne deſpexeris. Tertio vero virtutis ſtrenuitas mouet dupliciter. Primo vt prouida in eligendo per conſilium, quemadmodũ elegit propheta cum ait: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis q̃ habitare ĩ tabernaculis peccatorum. Et de Maria Magdalena, Lu.10.c. Maria optimam partem elegit,

Virtutis ſtrenuitas mouet dupliciter.

C quæ non auferetur ab ea. Secundo vt vigoroſa, vt in perferendo & perſiſtendo & pſeuerando per fortitudinem. Nam, vt Dominus Matth.10.c. ait: Qui perſeuerauerit vſque in finẽm, hic ſaluus erit.

Quod per dona ſpiritusſancti anima expeditur & habilitatur ad perfectionem vitæ actiuæ. Cap. 5.

QVintum officium donorum eſt purgare. ſ. vt expediant in actiua vita. Nam ad actionem expediendã ne-

D ceſſe habemus expediri a tribus. Primo ad declinandum a malo, ſecũdo ad proficiendum in bono, tertio ad acquieſcendum in optimo. Primo ad declinãdũ a malo: quod quidem fit per timorem, ſicut Prouer.8.c. ſcriptum eſt, Timor Domini odit malum, arrogantiam & viam prauam. Secundo expediunt ad proficiendũ ĩ bono neceſſitatis, vel ſupererogatiõis. Circa primum expedimur per duo. Primo per ſcientiam, tanq̃. ſ. dirigentem, ſicut propheta inquit, Dies diei eructat verbum. ſ. donũ ſcientiæ illuminat intellectum. Et de ſcientia vana econtra a propheta ſubdit̃, Et nox nocti indicat ſcientiam. i. ſcientia vana, quę eſt nox ignorantiæ, obſcurat noctem originalis culpæ. Secundo per pietatem tanq̃

Purgare.

E per exequentem. Nam, vt primæ ad Timo. 6. Apoſtolus teſtatur: Eſt autẽ quæſtus magnus. i. meritum & lucrum magnũ: pietas cum ſufficientia. i. ſufficienter executioni mandata. Circa ſecũdũ expedimur per conſiliũ dirigens & fortitudinẽ exequentem. Primo per cõſiliũ dirigens, iuxta illud Eccleſiaſti.37. Ante omnẽ actum pcedat conſiliũ ſtabile. Secũdo per fortitudinem exequentẽ, & ad hanc adeo ſperandã hortatur propheta dicens, Ipſe dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuæ. ſ. vt poſſit perfectionis o-

F pera exercere. Et ideo bñdictus Deus. ſ. a quo cuncta pcedunt bona. Tertio vero expediunt ad acquieſcendum in optimo. In quo quidẽ habemus quieſcere, & quantũ ad intellectum veri, & quãtũ ad affectũ boni. Primum fit per donũ intellectus, quod & propheta a Dño poſtulabat dicẽs, Da mihi intellectũ & viuã, ſ. in culmine ſummæ perfectionis. Secundũ per donũ ſapientiæ, ĩ quo quies. Et de hoc Eccle.11. inquit: Sapiẽtia humiliati exaltabit caput illius. ſ. ad ſummam perfectionem, & in medio magnatorum. i. perfectorũ conſedere illum faciet. ſ.

G in conſummata quiete & pace.

Quod per ſpiritusſancti dona expeditur anima vt fiat habilis ad vitam contemplatiuæ. Cap. 6.

Auferre.

SExtum officium horum donorũ eſt auferre. Auferunt. n. impedimenta ad expeditionem vitæ contemplatiuæ. ad vitam enim hierarchicã & contemplatiuam tria ipſi animæ neceſſaria ſunt. Primo purgari, ſecundo illuminari, tertio perfici. Pri-

H mo neceſſe eſt purgari, ſcilicet a quatuor. Primo a concupiſcentia, ſecundo a malitia, tertio ab ignorantia, quarto ab infirmitate ſiue impotentia. Primo inquam neceſſe eſt eam purgari a concupiſcentia. Et hoc efficit timor: & hunc habuit Sara Thob.3. cum ait: Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Secundo a malitia, & hoc efficit pietas. In laudem autem talis purgationis de huiuſmodi expurgatis, Eccleſiaſtici.44. ſcriptum eſt: Hi ſunt viri miſericordiæ, quorum pietates non defuerunt, ſcilicet ex malitia, ſed ipſam malitiam purgauerunt. Tertio ab ignorantia, quod efficit ſcientia, qua homo ſciat reprobare malum & eligere bonum, vt dicitur Eſaię.7. Et hoc ſcilicet ne ex ignorantia homo

Quatuor ſunt à quibus purgari debet anima.

A homo peccet per cōmiſſionem, neſciēs reprobare malū: vel per omiſſionē, neſciens eligere bonum. Quarto ab infirmitate ſeu ī potētia, & hoc efficit fortitudo. Proinde Ro.8.c. Apoſt. ait, Spūs, ſ. fortitudinis, adiuuat infirmitatem nr̄am, ſ. vt penitus expurget. Secūdo quidē neceſſarium ē aiam illuminari & maximè de duobus. Primo de operibus primarię conditionis, ſecundo de operibus nr̄æ reparationis. Primo inq̄ de operibus primariæ cōditionis, & hoc fit ꝑ intellectum, qui ꝑ creaturas intelligit creatorem, ſicut Sap.13. ſcriptum eſt, A magnitudine.n. ſpēi creaturæ, cognoſcibiliter poterit & creator horum videri. Secundo de operibus noſtrę reparationis perpetratę, ſ. per Chr̄m redemptorem nr̄m. & hoc fit ꝑ conſilium, quo inducimur ad imitandum veſtigia Chri & amaræ atque pęnoſæ paſſionis eius. ſicut j.Pet.2. ſcriptū eſt: Chriſt⁹ paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquēs exēplū vt ſequamini veſtigia eius. Tertio vero eſt neceſſarium aiam perfici, quod fit p acceſſum ad ſummum, quod conſiſtit in vno, & hoc fit per ſapientiæ donum, hoc eſt illud vnum, de quo Dn̄s Luc.10. ait, Porro vnum eſt neceſſarium. & ſic arcanum contemplationis, quaſi in cubito conſummatur.

Qūo aīa illuminatur.

B

C

Quod per ſeptem dona ſpiritusſancti introducitur anima ad octo beatitudines & earum perfectionem. Cap.7.

Capere.

Septimum officiū horū donorū eſt capere, quia ſunt diſpoſitiones & introductiones ad btitudines, vt iam per participationem capiaꝰ & acquiraꝰ ſempiterna btitudo. Primo.n. timor diſponit ad ſpūs paupertatem, quia facit recedere a malo & mali occaſione. Sed q̄a oē pct̄m fit per auerſionem a creatore, & conuerſionē ad creaturas.i. per ſuperbiam & cupiditatē: ideo timor diſponit ad ſpūs paupertatem, in quo ſimul iungiꝰ humilitas & paupertas, vt ſic per eam aīus elongeꝰ a ſuperbia, quæ eſt initiū oīs pcti, vt dr̄ Eccl.10. & a cupiditate, q̄ eſt radix oīum malorum, vt dr̄. j.Tim.6. Sed quia in pctō prius fit auerſio a creatore, q̄ cōuerſio ad creaturam: ideo ſuperbia dr̄ initium oīs pcti. ſ. tanq̄ prius & ſuperius. Et auaritia dr̄ radix tanq̄ inferius & poſterius, eo ꝙ radix inferius manet. Et hæc eſt rō, quia paupertas ſpūs, fundm̄ eſt totius euangelici ſtatus. Proinde hoc fundamū ante oīa ponere debet, qui ad culmen vult aſcēdere ſummæ perfectionis: hoc.n. fuit conſilium

D

E Chri, Matt.19. Si vis perfectus eſſe, vade & vēde oīa quæ habes & da pauperibus. Ecce paupertas perfecta, quæ omnino nihil retinet. ſequiꝰ, Et veni & ſequere me: qui ſum: oīs perfectionis fundm̄ principale, vel principaliſſimum. Ecce ꝓfunda humilitas, fundata in profundiſſima Chri humilitate. Secundo pietas diſponit ad mititatē. Nam qui piè alicui afficiꝰ, nec illum irritat, nec irritaꝰ ab illo, & ecōtra. Prou.27. ſcriptum eſt, ira non habet miām, nec erumpens furor & impetū cōcitati ſpūs ferre quis poterit. Tertio ſciētia diſponit ad luctū, per ſcientiam quippe cognoſcimus nos a ſtatu btitudinis relegatos in hoc miſerabili mundo, quaſi ī lacu miſeriæ & in luto fæcis, vt merito qlibet ſciens dicere illud propheticū valeat, Heu mihi quia incolatus meus prolongat⁹ eſt, habitaui cum habitātib. Cedar.i. cū abiectis & tenebroſis. Cedar enim, mærens ſeu tenebroſus interpꝛtaꝰ. Et additur, multū incola fuit aīa mea.ſ.a pr̄ia Btōrum. Quarto fortitudo diſponit ad eſuriē iuſtitiæ, ſeu ad famelicam iuſtitiam, quæ nihil aliud eſt q̄ in ſe & in proximo deſiderare intensè abeſſe oēm defectum, & oē adeſſe debitū bonum; vt mereatur perfectus inueniri corā iudice æquitatis. Cū hac profecto iuſtitia, quæ in oībus rectificat aīam: ſic homo firmaꝰ per fortitudinis donum, ꝙ in ea ſic ſe tenet, vt malit vita priuari q̄ a iuſtitia ſeparari, ſicut in martyrum morte refulſit. Et ad hoc hortatur ſic, Eccl.4.c. dicens. Vſque ad mortē certa pro iuſtitia & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Quinto conſiliū diſponit ad miſericordiam. Nihil enim amplius conſulit Deus in ſcriptura ſacra, q̄ facere miſericordiā, quæ ab eo ſuper holocauſta omnia æſtimatur. Vnde Prou.21. ſcriptū eſt, facere miſericordiam & iudiciū, magis placent Deo q̄ victimæ. Sexto intellectus diſponit ad cordis munditiam, quia ſpeculatio veritatis mundat cor noſtrum ab omnibus fantaſijs. & hoc poſtulabat pſalmiſta dicens, Cor mundum crea, i. recrea in me Deus: & ſpūm rectū, i. non fantaſijs diſtortū, innoua in viſceribus meis. Septimo ſapientia diſponit ad pacem. Nā ſapientia experimentaliter iungit nos vero & ſummo bono, in quo eſt finis & tranquillitas totius appetitus noſtri rōnalis. De qua pſalmiſta inquit, In pace in idipſum dormiā & requieſcam: hoc eſt in pace pectoris dormiā in pſenti, & in futuro requieſcam in pace æternitatis, quæ eſt pax in idipſum, i. inuariabilis & immutabilis in æternum.

F

G

H

ARTI-

A **ARTICVLVS TERTIVS**

De duodecim effectibus, quos operatus eſt ſpirituſſanctus, in die Pentecoſtes ſuper diſcipulos Chriſti.

Tertium myſterij.

TErtium myſterium contẽplandum,
quod propheta oſtẽdit in propoſitis
verbis, eſt ſigni ſingularis: q̃a ſubdit,
ſuccenſi ſunt ab eo. i. Apoſtoli Sãcti accen-
ſi ſunt a ſpũ ſancto in hac ſacra die. Quod
& Lucas Actuũ. 2. c. admirãdo myſterio de-
B ſcribit dicens, Dũ complerenẽ dies Pente-
coſtes, erant oẽs diſcipuli pariter in eodẽ
loco, & factus eſt repente de cœlo ſonus,
tanquam aduenĩẽtis ſpũs vehemẽtis: & re-
pleuit totam domum, vbi erant ſedentes.
Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanq̃
ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorũ & repleti
ſunt oẽs ſpũſancto: Et cæperunt loqui va-
rijs linguis, prout ſpũſſanctus dabat eloqui
illis, in quibus ſacratiſſimis verbis oſtẽdun
tur 12. myſtici effectus, ſm̃ quos operatus
eſt ſpũſſanctus in diſcipulos Chr̃i in aduen
tu ſuo. Venit enim primo feſtinãs, ſecundo
elevans, tertio intonãs, quarto viſitans, q̃n
to tranſportans, ſexto abundans, ſeptimo
facundans, octauo inflammans, nono tran-
quillans, decimo inebrians, vndecimo re-
dundans, duodecimo cooperans.

Duodecĩ effectus myſtici ſecũdum quos operaẽ in nobis ſpũſſãctus.

De ſubito & repentino effectu, ſecundum quem operatus eſt ſpirituſſanctus in diſcipulos Domini. Cap. 1.

PRimus effectus ſpũſſancti, quem
operatus eſt in aduentu ſuo ſup
diſcipulos Dñi eſt, quia venit fe-
ſtinans. p̃mittiẽ enim a Luc. Act.
2. congruitas tẽporis in aduentu eius, cum
D ait: Dum complerenẽ dies Pẽtecoſtes, i. q̃n
quageſimæ. Beda quidem ſuper Act. Apo-
ſtol. ait, ꝙ quidã codices malè habent Pen-
tecoſtẽ: Nã Pentec. dr̃ in noĩatiuo caſu, ſtes
in genitiuo, ſten in accuſatiuo. In p̃cibus tñ
huius diei in accuſatiuo bñ dr̃, Et diem ſa-
cratiſſimam Pentecoſten. i. quinquageſimã
celebrantes. Et dr̃ Pentecoſte, a pentha, qđ
eſt quinque, & coſte decẽ, quia quinquies
decẽ dies ſunt a Reſurrectione Dñi vſq; ad
Penteco. vtroq; die incluſo. ſicut q̃nquage
ſima die poſt exitũ de Ægypto data eſt lex
in monte Synai. Dr̃ ergo, dum cõplerenẽ
dies Pentec. i. dum quinquageſima dierũ il
lorum ad ſuum terminũ. i. ad diem vltimũ
perueniret. Ibi erant oẽs diſcipuli pariter

Pentecoſtes unde.

in eodem loco. i. in cœnaculo ſctõ Syon. Me E
rito enim in loco refectionis & in ſolario
ſurſum ſtantibus dari debuit ſurſum actiua
refectio ſpũalis. In illo quoq; loco, nõ ſolũ
pariter erant, ſed erant etiam ſedẽtes, ſicut
infra diceẽ. Intentiſſimè quidem vacabant
or̃oni, ac quietiſſimè paci fraternæ dilectio
nis. Scimus enim profecto, ꝙ cõcordia ad
proximum, ſeu ad fraternum collegiũ, cum
vacatione attentæ or̃onis ad Deũ, integra
diſpoſitio ſunt ad ſpũs ſancti cumulatum
donũ. Deinde ſequiẽ primus effectus ſpũſ-
ſancti aduenientis, quia venit feſtinans, q̃a F
factus eſt repente. Vnde & Sap. 7. c. ſcriptũ
eſt, ꝙ ſpũſſctũs, q̃ ibi ſapientia dr̃, oĩbꝰ mo
bilibus mobilior eſt. ſ. quia ſubito operaẽ:
neſcit enim tarda molimina ſpũſſancti gra
tia, ſicut in quadam homilia Sanctus Am-
broſius atteſtaẽ. Nam flammis quaſi ſagittis
potentis acutis cum carbonibus deſolato-
rijs ſubito percuſſi ſunt oẽs, vt q̃libet eorũ
aĩa charitate vulnerata dicere poſſet illud
Canti. 4. c. Vulneraſti cor meum. Subito. n.
tali vulnere mutauit eos in viros nouos, &
augmẽtauit in eis habitũ fidei, ſpei & chari
tatis, ex quo tota lętificata eſt eccleſia Dei, G
ſicut propheta inquit, Fluminis impetus lę
tificat ciuitatem Dei.

Quod a ſono aduenientis ſpirituſſancti ad cœlum eleuata ſunt corda diſcipulorum. Cap. 2.

SEcundus effectus aduenĩẽtis ſpũs fuit,
quia venit eleuans. Ideo ſubdiẽ, de cœ
lo, ſ. vt ad cœlos eos veheret & cœle-
ſtes: immo ipſos cœlos ad gloriam ſuam ef
ficeret. Sicut ipſe ſpirituſſanctus prædixerat
per prophetam, pſal. 18. Cæli enarrant glo-
riam Dei, & opera manuum eius annũciat
firmamẽtum. Vbi tria de illis ordinate oſtẽ H
dit. Primo, qui p̃dicauerunt: ſecundo, quid
prædicauerunt: tertio, quales prædicaue-
runt. Primo oſtendit, qui prædicauerunt di
cens, Cæli. i. diſcipuli conſcij ſecretorum
Dei. Sicut. n. cœlum, quia cęlat ſecreta Dei,
a cælando dr̃: ſic & Apoſtoli, quibus ſecre-
ta cęleſtia reuelata ſunt, cęli denoĩanẽ, Dño
teſte, qui Io. 15. c. Apoſt. ait: Quæcunq; audi
ui a patre meo, nota feci vobis. Secũdo o-
ſtẽdit, quid p̃dicauerunt: vnde ſubdit, enar-
rant gloriam Dei. Non dicit narrant, ſed e-
narrant. In illo ſiquidẽ, ẽ, notatur Apoſtolo
rum perfecta vita. Nam quod in eis erat, fo
ris annunciabant & prædicabant, vt myſti-
cè verificeẽ in eis, quod Ioã. 8. c. dicit Dñs

Tria de Apoſtolis tractanẽ.

Scribis

A Scribis & Phariſæis: qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illā lapidē mittat. Lapis. n. eſt auctoritas ſacræ ſcripturæ. Et addit, gloriam Dei; non gloriā propriam. Gloria quidē Dei, eſt Chri incarnatio, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, æqualitas filij ad prēm, & cōſimilia, quæ Apoſtoli per vniuerſum mūdū pdicauerunt. Tertio oſtendit, quales pdicauerunt dicens, Et firmamentum, i. diſcipuli igne ſpūſſancti firmati, annunciant opera manuum eius, ſ. Dei. pſal. 63. Annunciauerunt opera Dei & facta eius intellexerunt. Et notanter dr pluraliter cœli, & ſingulariter

B firmamentum, vt myſticè deſignet, ꝙ licet diſcipuli haberēt plura verba, vel plures eſſent pſone: tm̄ totū referebāt ad vnū. i. ad gloriā vnius Dei. Inſuper cū dicit, cęli adiungit gloriā: & ecōuerſo cum dicit, firmamētū ſingulariter, cōiungit opa in plurali, vt totum, quod erat ad Dei gloriā referat.

De admirabili ſuauitate ſoni deſcendentis de cœlo. Cap. 3.

C Tertius eius effectus fuit, quia venit intonās, ſeu ſonās: propterea addit, ſonus: nam ideo tali ſtupefactiuo ſonus deſcēdit ſpūſſanctus in eos, vt debilitatem creaturæ, & celſitudinē maieſtatis ſuæ oſtenderet, ac ſtupendā ſuauitatē dulcedinis ſuæ infunderet in illo armoniaco ſono: atq; ex tā admirāda ſuauitate, quæ exprimebat in illo ſono, oēs in ſeipſis deficerēt & i Deum tranſirent, & ſe in eū totaliter tranſformarent. Porro ſpūſſanctus aiam in veritate conſtituit. Et idē eſt veritas, quod vera humilitas. Sonus igir meritò factus eſt inenarrabili ſuauitate & armonia plenus: ſuperauit. n. oium ſonorum, vocum & armoniarum pſentis vitæ ſuauitatem & amœnitatē.

Sonus.

D Et hoc quidem, vt diſcipulorum corda concutiens magis eos ex ſuauitate in nihilum ſuum redigeret, & demū illos amplius exaltaret, & in Deū totaliter trāsformaret. vnde & ſonus iſte quatuor pprietates aptas ad fortiter excitandū & ſurſum agendum & tranſformandum habuiſſe refert. Prima eſt, quia fuit ſubitiſſimè inchoatus, quia factus eſt repente. Secunda, quia fuit deſurſum miſſus, ſ. de cęlo vſq; ad eos irruēs & deſcendens. Tertia, quia fuit rapidiſſimus; hoc eſt cum fortiſſima rapiditate irruēs ſuper eos: propterea erat vehemēs, vt infra dicet. Quarta, quia fuit ſpericè, ſeu vniuerſaliter redundans & rebōās: propterea dr totam domum repleſſe. Ex hoc enī excitabātur diſcipuli ad præſentiendum & cōcipiēdum ſuperaduenientem pſentiā diuinæ maieſtatis & immēſæ, vt reſonātē & oī ſuauitate redundantem atq; animæ repletiuam. E

Rapidiſſimus.

Quid aduenięs ſpirituſſanctus in diſcipulos Chriſti operatus eſt. Cap. 4.

Qvartus effectus aduenientis ſpiritus fuit, quia venit viſitans: vnde ad literam ſubdit, Tanquam aduenientis ſpūs, ſ. aerei flatus. Et ſm hunc ſenſum ly tāq, eſt nota veritatis. niſi fortè ſon' deſcenderit abſq; omni corporali motu & flatu: & tunc dr deſcendiſſe, quia fuit a Deo factus ac ſi deſcenderet de ipſo cęlo. F Si vero ſpūs ſumatur hic pro ſpū ſcō: tunc ly tanquam, eſt nota ſimilitudinis figuralis, quia ſonus ille & flatus erat quædā ſpūſſancti ſimilitudo, & non ſpūſſanctus. Myſticè vero viſitauit ſpūſſanct' diſcipulos Chri in hac forma, quēadmodū currēs fluui' viſitat terram, qn̄ eā irrigat, expurgat atq; fęcundat. Proinde propheta inquit, pſal. 45. Fluminis īpetus. i. inundatio cariſmatū, a fonte ſpūſſancti emanantiū: lætificat ciuitatē Dei. i. eccleſiā in diſcipulis eius fundatā. G Hic fluuius primo eos vacuos irrigauit. i. humiles repleuit, ſicut Eſa. 45. ipſe Dns ait: Ad quē autē reſpiciā, niſi ad pauperculum & cōtritum ſpū? Secundo eos expurgauit, quia terrenitatē ab eis abſtulit & mundauit, ſicut Iob 14. myſticè ſcriptū eſt: Et alluuione paulatim terra. i. Apoſtoli prius terreni, cōſumit. Tertio eos fęcūdauit, ſicut pſalmiſta īquit, pſal. 64. Viſitaſti terrā. i. Apoſtolos habitantes in terra: vnde dicere poterant illud Lucæ. j. Viſitauit nos oriens ex alto. ſequit, Et inebriaſti eam. i. intus ſpū ſancto. Multiplicaſti locupletare eam. i. multipliciter locupletaſti eam, ſ. chariſmatibus atque donis, ita ꝙ flumen Dei. i. Apoſtoli ſancti, repletū eſt aquis, ideſt ſpirituſſancti donis. H

Tāquam eſt nota ſimilitudinis.

Quod aduenięs ſpirituſſanctus mentes diſcipulorum euexit ad ſpiritualia bona. Cap. 5.

Qvintus effectus aduenientis ſpiritus ſancti fuit, quia venit tranſportans, ſcilicet tranſuehens mentes diſcipulorum a terrenis ad cæleſtia, a bono cōmutabili ad bonum incōmutabile, a ſeipſis ad Deum, vt quilibet diſcipulorum dicere poſſet

A poſſet illud Apoſtoli, Gal. 2. Viuo autem, iam nõ ego: viuit vero in me Chriſtus. propterea in textu, Act. 2. ſubditur, vehementis, ſcilicet ſpiritus, id eſt mentem vehentis, ſicut prædictum eſt, quia diſcipulorum mentes ab amore proprio eradicauit, & in ſpirituales ac diuinos ardores euexit.

De abundanti plenitudine Spirituſſancti aduenientis in domo diſcipulorum. Cap. 6.

Sextus effectus.

B SExtus effectus huius ſpiritus fuit, quia ipſe venit replens ſeu abundans. Et de hoc ſubditur, Et repleuit totam domũ, vbi erant ſedentes. Vt miſticè innuatur, ꝙ ſicut totam repleuit domum, ita totum eorum replere debebat corpus, atq; ſic futuri erãt Deo pleni & cariſmatibus eius, ꝙ omnia mundana & tranſitoria faſtidirent. Scimus enim, ꝙ poſt plenitudinem ſtomachi & plenam ſaturitatem, qui ad comedendũ perueniunt, quęlibet appoſita vel oblata faſtidiunt. Ad literã quoq; merito additũ eſt, vbi erant ſedentes, ne tumultus aut ſtrepitus ſoni ex aliquo diſcipulorum tumultuoſo motu veniſſe ſuſpicetur. Aut ne ſuauis & armonica reſonantia & admiranda melodia illius ſoni per aliquem magnum ſtrepitum impediretur in auditu eorum. C

Quanta facundia repleuit diſcipulos Chriſti, Spirituſſancti aduentus. Cap. 7.

Septimus effectus.

SEptimus effectus ſpirituſſancti extitit, quia venit facundans, quia facundauit diſcipulos, vt qđ intelligebãt faciliter poſſent fari, quod proprium facũdiæ eſt. Et de hoc effectu ſubditur, Et apparuerũt illis diſpertitæ linguæ. Quod factũ eſt maximè propter quatuor. Primo in ſignum, ꝙ a verbo patris hoc donũ procedebat, quéadmodum lingua mouetur a verbo cordis ad formandũ & exprimendũ ſonũ vocis. Secundo i ſignũ, ꝙ intimos guſtus diuinorũ vimque guſtatiuã ipſorũ diuinitus dabat. Tertio in ſignũ, ꝙ facundiã atq; linguarũ ſcientiã eis donabat. Quarto in ſignũ, ꝙ eos ad prædicandũ Chriſti euangeliũ deſtinabat. D Notãter ét aduertẽdũ eſt, ꝙ in hoc aduẽtu Spirituſſancti decenter concurrit duplex ſignũ, ſ. ſonus audibilis, & lingua viſibilis. & maximè ꝑpter quatuor cauſas. Primo propter impreſſionem, ſecundo propter obſeruationẽ, tertio propter excitationẽ, quarto propter correſponſionẽ. Primo inquã ꝑp impreſſionẽ, ſ. vt non ſolũ intellectu & affectu Spirituſſancti aduentũ perciperent, ſed ét ſenſuali auditu & viſu, qui præ ceteris diſciplinabiles & teſtificatiui ſenſus ſunt, clare experirentur, ac ſic ſenſu interiori & exteriori plenius & totalius immutarentur. E Secũdo propter obſeruationẽ, videlicet vt lex hierarchica ſeruareť, per quã diuinus radius ſub ſenſibilibus ſignis atq; ſimilitudinibus nobis, dũ hic viuimus, illuceſcit. Signorũ aũt præcipua ſunt voces audibiles & ſpecies viſibiles. vnde & hæc duo in ſacramentis eccleſiæ principatum tenét. Nã, ſm Auguſtinũ, accedit verbũ ad viſibile elemétũ, & fit ſacramentũ. Tertio propter excitationẽ, vt. ſ. ſicut volẽtes alicui dormitãti vel non attendenti oſtendere rem aliquã præſentẽ & nouã, primo excitamus eũ forti impulſu & voce, ac deinde præſentamus ei rẽ ipſam videndã: Sic ſonus ſuper Apoſtolos irruens eſſet excitatiuus cordium ad attentã & ſuſpenſam ſuſceptionẽ Spirituſſancti. F Species vero linguæ ſuper capita eorũ reſidens, ſicut infra dicetur, eſſet iam Spirituſſancti præſentia, quaſi ſe viſibiliter exhibẽs ſeu oſtendens. Quarto propter correſponſionẽ, vt ſit correſpondẽtia huius donationis ad donationẽ veteris legis. Nã tunc cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, clangorq; buccinæ vehemẽtius perſtrepebat, totuſq; mons Synai fumabat, eo ꝙ deſcẽdiſſet Dñs ſuper eum in igne, ſicut Exo. 19. ſcriptũ eſt: Tamen fuit differẽtia in effectu, quia illa videntes & audiẽtes terrebat: G iſta vero diſcipulos lætificabat & confortabat. Diciť. n. ibi, ꝙ timuit populus & totus mõs terribilis erat, ꝑp quod dixit populus Moyſi: Nõ loquatur nobis Dñs, ne fortè moriamur, prout in 2. c. patet. Lex. n. illa fuit timoris ſeruilis, hæc vero amoris filialis, iuxta illud Gal. 4. Miſit Deus filiũ ſuum natũ ex muliere, factũ ſub lege: vt eos, qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionẽ filiorum Dei reciperemus. H Et ad Rom. 8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater.

Propter quatuor cauſas. *Primo.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.*

Quare venit Spirituſſanctus in ſpecie ignis & igneis linguis. Cap. 8.

Octauus effectus.

OCtauus effectus huius ſpiritus fuit quia venit inflãmans: Ideo ſubditur, tanquã ignis, ſ. apparuerunt illis diſpertitæ linguæ. Aduertendum eſt, ꝙ quatuor ſunt notanda in hoc ſigno aduentus Spiri-

Quatuor notanda in aduētu Spiritus ſancti.

A Spiritusſancti. Primo, ꝙ apparuerūt linguæ igneæ: ſecundo, ꝙ apparuerunt diſpertitæ: tertio, ꝙ apparuerunt pyramidales: quarto, ꝙ apparuerunt viſibiles. Primo, ꝙ apparuerunt linguæ igneæ, & hoc propter tria, quæ Spiritus ſanctus operatus eſt. Primo vt linguā igneā & ardorē ſpiritus ſui plenā Apoſtolos habere oſtenderet: ſecundo vt legem igneā Apoſtoli igniti prædicarent: tertio, vt verba ignea ex ſe proferrent. Secūdo vero apparuerunt diſpertitę linguę tanquam ex vno ingenti igne per quādam partialem diuiſionem fuiſſent deriuatæ, vt miſticè innuatur ꝙ totalis plenitudo Spiritusſancti exiſtēs in B capite noſtro, Chriſto participatiuè in Apoſtolos & in nos deriuatur, & quaſi partialiter & ſub determinata diſtributionis mēſura, ſicut primæ Cor. 12. Apoſt. atteſtatur dicens: Diuiſiones gratiarū ſunt, idē autē ſpiritus. Et ſequitur, alij quidē per ſpiritū datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientię ſm eundē ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatū in vno ſpiritu, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituū, &c. Et ſubdit, hæc aūt oīa operatur vnus atq; idē ſpiritus diuidēs ſingulis, prout vult. Tertio ſpecies ignis fuit quaſi pyramidalis, & quaſi inſtar linguæ. Vnde ad literā aduertendū, ſm Bedā, ꝙ ibi ignis eſt in genitiuo caſu. Nam in

Ignis apparuit in forma pyramidali.

C Græco non eſt pyr, ſed pyros. Ex quo intelligit, ꝙ linguæ iſtę fuerunt diuiſæ, quēadmodū linguæ ignis, ſeu eius flammæ, quæ longè acutiores ſunt, q̄ linguæ noſtræ: ꝑꝑ quod pyramidales fuiſſe probantur. Et hoc miſticè, maximè ꝑpter tria. Primo in ſignū, ꝙ Spiritusſancti ardor mentē acuit & profunda Dei penetrare facit. Secūdo in ſignū, ꝙ corda diſcipulorū ſubtiliſſimè & acutiſſimè penetrabat & ſubintrabat. Tertio in ſignū, ꝙ linguis eorū ad inflāmandū corda auditorū admirandā efficaciā miniſtraret, ſicut Lu. 21. promiſerat eis dicens: Ego D enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere oēs aduerſarij veſtri. Quarto vero ſpecies iſtæ ignis & linguæ apparuerunt viſibiles propter tria. Primo, vt a diſcipulis viderentur: ſecundo, vt ſic per intermediam viſionem ſignificatio eorum aduerteretur ab eis: tertio, vt miſticè innuatur, ꝙ ignis Spiritusſancti illuminat & illuminare venerat mentes diſcipulorum. Vnde in iſta apparitione ignearum linguarum Spiritusſanctus eos illuminauit & intelligere fecit quæcunque fecerat aut dixerat Chriſtus, ſicut Ioan. 16. promiſerat eis dicens: Cum aūt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem. Non enim loquitur a ſemetipſo, ſed quæcunq; audierit loquetur: & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit. i. clare facta & dicta mea vobis mōſtrabit. Et iterū Io. 14. ait: Paraliticus aūt ſpiritusſanctus, quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis. Conuenienter igitur non ſolū in igne, ſed etiā in linguis igneis voluit Dūs Spiritum ſanctū diſcipulis apparere. Nam ſicut lingua exprimimus quicquid eſt in corde verbo conceptum: ita Spiritus ſanctus tanquam ipſius æterni verbi ad fideliū corda vehiculū & expreſſiuū teſtimoniū ꝑfectè manifeſtauit Ieſum, q̄tū ſtatus requirebat Apoſtolorum. Vnde ſicut ignis cōgregatis lignis in aceruū magnū, quando aduenit, omnia inflammat atq; incendit: ſic Spiritusſanctus in Apoſtolis operatus eſt: quia omnia dicta & facta Chriſti Ieſu tanquam ligna congregata in cordibus eorum ſtatim ſpiritali modo fecit clareſcere & ardere: atq; oſtendit ex immenſurabili amore procedere.

E

F

Quare ſuper ſingulos diſcipulos reſedit Spiritusſanctus in aduentu ſuo. C. 9.

G

Nonus effectus.

NOnus effectus Spiritusſancti fuit, qa venit tranquillans. Ideo ſubditur, ſeditq; ſupra ſingulos eorum. i. vna flammę lingua ſuper caput vnius, & alia ſuper caput alterius: ad literā ſolidè & quietè reſedit. Quod quidem miſticè factum eſt in ſignum triplex. Primo ſuperioritatis, ſecundo tranquillitatis, tertio grauitatis. Primo quidē in ſignum ſuperioritatis, i. ꝙ Spiritus ſanctus regnaret in eis ſolidè & quietè, ita ꝙ ipſi ſedes eius erant: & ipſe quoq; ſedēs in eis quietè regnabat carne ſubiecta rationi & ratione ſubiecta Deo. Proinde H ipſi ſpiritui ſancto dicere poterant illud Apoc. 5. c. feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes & regnabimus ſuper terram. Dicūt enim, feciſti nos Deo noſtro regnū, ſcilicet in quo Deus per iuſtitiam regnet, & ſacerdotes, a quibus gloriam in conuerſione populorum recipiat. Et regnabimus ſuper terram. i. ſuper mundanam terrenitatē, quia tūc reges totius mundi cōſtituti ſunt. Secundo in ſignum tranquillitatis. Nam menti, in qua regnat Deus, ineſt pax exuperans omnem ſenſum & ſemper tranquilla eſt: quia iuxta propheticum ſenſum, In pace factus eſt locus eius. Et in hac pace tunç

Signum triplex.

Primo.

Secundo.

poſitus

A poſitus eſt diſcipulorum cœtus. Tertio in ſignum grauitatis & maturitatis, ſeu ſtabilitatis. Vnde propheta in perſona Spiritusſancti ad Deum ait, In populo graui laudabo te.i. in populo diſcipulorum non cedenti omni vento perſecutionum, per populorum conuerſionem laudem & gloriam tibi dabo.

Quanto ardore amoris inebriati ſunt diſcipuli Domini ad aduentum Spirituſſancti. Cap. 10.

B *Decimus effectus.* DEcimus Spirituſſancti effectus fuit, quia venit inebrians, & de hoc ſubditur, Et repleti ſunt omnes Spirituſancto. id eſt inebriati ſunt omnes diuino amore, Sic enim prophetauerat Pſalmiſta dicens, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. id eſt de plenitudine dulcedinis tuæ inebriabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ. id eſt fons, quæ eſt vita. Scimus autem omnes, ꝙ qui plenè ebrij ſunt: loquuntur inſanias, irriſiones ſuas ſępe nec quidem aduertunt, atque circunſtantia pericula, nec declinare, nec ſaltem attendere norunt. Cũ enim legamus Apoſtolos inter conuicia, ludibria, opprobria, verbera, pericula & rerũ
C damna exultaſſe, quid habemus illos: niſi fuiſſe diuino ſpiritu ebrios iudicare? Act. 5. ſcriptum eſt, Ibant Apoſtoli gaudẽtes a cõſpectu cõſilij, quoniã digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu cõtumeliã pati. Audi ebriũ Apoſt. Ro. 8. de alijs Apoſtolis, & de ſe dicentem. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an pſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quoniã propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum
D enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neque virtutes, neq; inſtantia, neque futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Ecce ebrietas admiranda. Talis ebrietas in hoc conſiſtit, ꝙ homo tanto amore erga Deum continue inardeſcat, vt non ſolum faſtidiat creaturæ ſolatium, ſed etiam quærat & delectetur inuenire tormentum, pro ſolatio; ſibi reputans omnem pęnam, opprobrium & flagellum, vt cõfiguretur ſimilitudini & morti eius, quem diligit anima ſua.

Quomodo & quare in aduentu Spirituſſancti diſcipuli Domini varijs linguis cœperunt loqui. Cap. 11.

E *Vndecimus.* VNdecimus effect⁹ Spiritusſãcti fuit, quia venit redundans, ſ. per feruentẽ prædicationẽ: quia, vt dr̃ Mat. 12. Ex abundãtia cordis os loquitur. vnde ſubditur, Et cęperunt loqui varijs linguis. Nã donum diuerſarum linguarum ſuſceperũt, atq; per euidens locutionis opus manifeſtauerunt, eo ꝙ ſuſceperunt illius doni habitũ vt ſuo actui coniũctum. Circa hoc lingua-
F *Tria notanda circa donũ linguarũ.* rum donum tria notanda ſunt. Primo enim notandum eſt, ꝙ hoc donũ includebat tria. Primum eſt ſcientia vocum huiuſmodi vel alterius linguagij. Secundũ eſt ſciẽtia ſignificationis earũ, quod quidẽ ad primum addit, quia quidã ſciũt ipſas voces, qui neſciũt ſignificationes earum: ſicut patet in pueris, qui norunt legere Latinũ vel Græcũ, & nihil de Grãmatica ſciunt. Tertiũ eſt habituatio potentiarum motiuarũ & organorũ ad voces diuerſorũ idiomatũ rectè & prõptè formandas, per quam quidem habituationẽ habebant habitualẽ facultatẽ debitè cõponendi ſeu coordinandi & proficiendi huius vel illius linguagij voces. Secundo vero notandũ eſt, ꝙ communiter tenetur ꝙ
G hoc linguarum donum, non erat ꝙ loquẽdo vna ſola lingua, puta Hebræa, a gẽtibus diuerſarum linguarum intelligerẽtur, quia hoc eſſet ponere ſcientiam diuerſarum linguarũ in omnibus auditoribus Apoſtolorũ pro hora, qua linguas extraneas audiſſent ab eis potius quàm in Apoſtolis. Sed quando aliquis Apoſtolorum vni congregationi prędicabat, tunc tota aut maior pars erat vnius linguę communis, puta Hebrææ vel Grӕcę. Et quamuis in illa haberent aliquas proprias differentias, nihilominus ſe intelligebant. Quod vero Petrus in hoc 2. c. dr̃,
H diuerſarum linguarũ turbis inſimul prædicaſſe. Aduertendũ eſt, ꝙ oẽs illi Iudæi erãt, ſicut ad literã loquitur textus dicens: Erant in Hieruſalẽ habitantes Iudęi viri religioſi ex omni natione, q̃ ſub cęlo eſt. propterea ſciebant Hebręum, licet pręter hoc haberẽt diuerſas & proprias linguas diuerſarũ terrarũ & regionum, in quibus fuerãt diſperſi vel nati. Tertio notandum eſt, ꝙ donum
Donum linguarũ datũ quĩtuplici ratione. linguarum datum fuit Apoſtolis quĩtuplici ratione. Primo propter manifeſtam vtilitatẽ prædicandi ac cõuertendi & regendi diuerſas regiones mũdi. Secundo in ſignũ, ꝙ in omni & ab omni lingua & gẽte Deus

A eſſet colendus & laudandus, & prædicãdus & quod eccleſia eſſet ex omnibus gentibus & linguis conſtituenda. Tertio ad monſtrãdum poteſtatem ſpiritusſancti eis dati, & ad obſtupefaciendum & conuertendum cõtuentes hoc admirabile ſignum, iuxta illud primæ Corinth. 14. Linguæ datæ ſunt in ſignum non fidelibus, ſed infidelibus conuertendis. Quarto ad monſtrandum, quod ſicut diabolica ſuperbia linguam vnam cõfudit, & diuiſit in plures: ſic humilitas, Chriſti & ſui humilis collegij linguas plures in vna & eadem perſona coadunauit. B Et etiam ad demonſtrãdum proprietatem æterni verbi, cuius iſti diſcipuli erant, & a quo procedit ipſe ſpiritusſanctus. Nam verbum illud in ſe cõtinet veritatem omnium etiam infinitorũ verborum & eſt expreſſibile omni voce atque ſons & Dominus omnis vocis. Quinto eſt euidens ſignum, & argumentum, quod non ſolum ſpiritusſanctus ſcit omnem veritatem voce ſignificabilem: ſed etiam, quod omnem veritatem Apoſtolico magiſterio pro illo tempore condecentem & expedientem ſanctis Apoſtolis largitus eſt: tum quia ſcire omnes voces & ſignificationes earum non eſt ſolum ſignum ſcientiæ omnium rerum, ſed C etiam continet illam perfectè quidem, ſi ſit perfecta: & mediocriter, ſi ſit mediocris: tum quia ſi dedit acceſſorium inſtrumẽtum docendi orbem, veritates diuinas & ſalutares, ergo multo magis dedit ipſum principale, quod eſt motor & fons talis doctrinę: hoc eſt autem clara fides & contemplatio veritatis humanæ ſaluti expedientis.

Quomodo operabatur ſpiritusſanctus in cordibus & linguis diſcipulorum poſt ſuum aduentum. Cap. 12.

D DVodecimus ſpiritusſancti effectus extitit, quia venit cooperans, ſcilicet ad loquẽdum. vnde ſubditur, prout ſpiritusſanctus dabat eloqui illis. Prædixerat enim illis Dominus, Matthei 10. Non. n. vos eſtis, qui loquimini; ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. gloſa interlinearis, velut in organis: quia ſicut organa emittunt modulationes ad motum temperantis: ſic bonũ quod prædicator loquitur, ortum habet a voluntate patris inſpirãtis. Vnde de apoſtolis propheta inquit: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ. i. abundantiſſimam ſuauitatem, quam in ſpiritusſancti aduentu in memoriam retinebant. eructabunt. i. populis prædicabunt. Et in iuſtitia E tua. i. in ſpiritusſancto, quem iuxta promiſſum iuſte miſiſti. exultabunt. i. exultanter ꝑdicabunt. Ait. n. prout ſpiritusſanctus dabat eloqui illis. eo ꝙ ipſe ſpiritusſanctus illuſtrabat eos, vt ſcirent & intelligerẽt, Quis, quare, quid, quibus, qñ, quõ, & quantũ deberent loqui & prędicare. Proinde Sapientiæ. 8. c. Spiritusſanctus multiplex datus eſt, eo ꝙ hanc multiplicitatem ſeruare Apoſtolos fecit, & ſeruare facit alios veros ꝑdicatores verbi Dei. Vel ſm Bernardum in quodã ſermone, multiplex datus eſt, quia multipliciter filijs inſpiratur. Conceditur. n. ad F vſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxiliũ, ad ſolatium, & ad feruorẽ. ad vſum vitæ, bonis & malis, communia bona abundantiſſime tribuens. Ad miraculũ, in ſignis & prodigijs. Ad ſalutem, cum in toto corde reuertimur ad donum Dñi. Ad auxilium, cum in oĩ colluctatione adiuuat infirmitatem noſtram. Ad ſolatium, cum teſtimonium perhibet ſpiritui nr̃o ꝙ filij Dei ſimus. Ad feruorem, cum in cordibus perfectorũ vehemẽtius ſpirans validum ignem charitatis accẽdit, vt nõ ſolum in ſpe filiorum Dei, ſed et in tribulationibus glorientur contumeliam gloriam reputantes. Pręclara igitur iſta dies G eſt & glorioſa ſolennitas, qñ in ea celebratum eſt gaudium cęli & terræ, dum diuini charisſmatis interuẽtu cęlum pacificatur, & terra. Impletum. n. eſt hodie illud vatis eximij, Pſal. 71. Suſcipiant montes pacem populo & colles iuſtitiam. Solet. n. altiora collium vehementior aura perflare. Solet primo montes pluuia cęleſtis attingere, & ſic per eos ad ima valliũ deriuari. Mõtes vtiq; noſtri, ſiue colles, Apoſtoli ſunt, qui virtutum cumulis de terra ſurſum euecti primi vtpote cęlo viciniores donis cęleſtibus occurrerunt: & pluuiam voluntariam, quam ſegregauit Deus hereditati ſuę in corde bo H no & optimo concipientes, per oẽs eccleſię terminos diuiſerunt. Non licet igitur hodie mutos eſſe in terris, qñ gloriam Domini ſonus narrauit e cęlis, qñ viſibiliter ille ignis diuinus aduenit: non comburẽs, ſed illuminans: non ardens, ſed lucens: qui ſic corda diſcipulorum inflammat, ut appetitũ in eis cõcupiſcentiæ carnalis extinguat. Sic æſtus refrigerat temporales, vt perpetuum in illis amorem æternitatis accẽdat, quando prolatis ę cœlo linguis in terrã, primitiua cępit eccleſiã loqui magnalia Dei: quando ad ſuperni luminis claritatem, & ſonum vocis ethereę, diuerſarumq; dona linguarum,

Duodecimus effectus.

A guarum, cęcorum oculos, ſurdorum aures, & clauſa prius, reſerata ſunt ora mutorum. Non ergo fas eſt hodie laudes tacere diuinas, quas cęlum ſono, coruſcationibus aer, Apoſtoli ardentiſſimo ſermone declamãt: quin potius clamemus & nos & hodierna celeſtiũ virtutum inſignia non voce tantũ, ſed ardentiſſimis affectibus extollamus nunc per gratiam, & in futuro per gloriam collaudãtes Patrem & Filium cum Spiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum, Amẽ.

FERIA SECVNDA
B post diem Pentecoſtes.

De inſpirationibus: & primo de inſpirationum varietate.

Sermo II.

Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. prima Ioan 4.c. Nauigantibus hoc ſæculũ quaſi mare magnũ, ne periclitemur, magna cautio eſt adhibenda. Sæpe.n. fallimur ſub ſpecie boni: & niſi in actibus noſtris diuino lumine dirigi contendamus, in multiplices pericu-
C lorũ laqueos ruere neceſſe eſt: ſed cautione, atq; prudentia hæc pericula euitemus. Nã, vt in libro ethymologiarum Iſidorus atteſtatur: Cautio eſt prudentia in diſcretione vitiorũ ſpeciẽ virtutis præferentiũ. Prudentia eſt ratio recta a gratia ſtudens vitare cõ-
Imprudẽtia quid. traria iuſtitiæ pp iuſtitiã. Porrò imprudentia eſt obtenebratio intellectus, qua q̃s minus ꝓuidus eſt in prouidẽdo præterita vel
Prudẽtis officium. futura. At ecõtra prudentis officiũ eſt examinare cõſilia, & non cito facili credulitate ad pericula ſeu dubia ꝓlabi. Melius quippe eſt ante tempus pericula præcauere, q̃ poſt
Prouidus quis. periculũ & contra errorẽ remediũ adhibere. Secundũ ẽt Iſidorum, vbi ſup. Prouidus
D dicitur, quaſi porrò videns. Perſpicax eſt.n. & incertorũ prouidet caſus. Profectò quãto maiora timentur eſſe diſpendia, tanto promptior & perfectior debet adhiberi cautela. In via quippe ſpirituali imprudentibus multa & magna pericula ſuperuenire probantur, quibus ſæpe non facilè remedium adhibetur. Proinde Deuteron. 32.c. de improuidis dictum eſt, Vtinã ſaperent, ſ. præterita: & intelligerent, videlicet præſentia: ac nouiſſima prouiderẽt, hoc eſt futura. Ad hanc igitur prouidam cautelam in inſpirationũ materia acquirendã altiuidus iſte Io. nos hortatur verbo ĩ propoſito, cũ ait: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiri- E
tus ſi ex Deo ſint. Nã pleraq; ſunt mũdi, aliqua ſunt carnis, & multa ſunt diaboli, quæ ab imprudẽtibus diuina extimantur. In grauioribus tamẽ periculis, quæ concurrere ſolẽt in vita ſpirituali, non tantũ prudẽti prouidentia, verumetiã dono intellectus & clara intelligentia opus eſt, & per ea probare vel reprobare, quæ occurrũt, ſi ex Deo ſint. Scio ꝙ opus aggredior arduum atq; lumine diſcretionis præcipuum. Sed inſtantia precũ multorum deuotorum deuictus, & in Dei pietate confiſus, quæ in hac materia ſentiã, pro multorũ vtilitate depromam: ſubijciẽs F
hæc & omnia alia dicta mea pię correctioni & emendationi eorum, qui in ſcientia & experientia magis illuminati ſunt. Circa igitur materiam & varietatem atq; probationem inſpirationum, tria ad præſens conſideremus. Primo inſpirationum diſtinctionem, ſecundo inſpirationum occultationem, tertio inſpirationum operationem.

ARTICVLVS PRIMVS

De ſeptem generibus inſpirationum & a quibus originem habent.

G Primo enim conſideremus inſpirationũ diſtinctionẽ. Circa qđ aduertendum eſt, ꝙ generaliter
Tria ſunt genera inſpirationum. ſunt tria genera inſpirationum, quæ vniuerſas inſpirationes compræhendunt. Quædam ſunt bonæ, quædã ſunt malæ: quædam vero indifferentes, nec bonæ, nec malæ. Proinde inſpiratio ſic diffiniri, ſeu deſcribi poteſt. Inſpiratio, eſt quædam excitatio mẽtis ad aliquod meritorium vel demeritorium ſeu indifferens operandum. Bonæ quidem in triplici differentia ſunt. Primæ ſunt diuinæ, ſecundæ ſunt angelicæ, tertiæ vero ſunt a propria virtute meritoria in ſalutem. Malæ vero in duplici differen- H
tia diſtingui poſſunt. Primæ ſunt diabolicę, ſecundæ vero malignæ. Indifferentes etiam in duplici differentia reperiuntur. Primæ oriuntur ex temporali neceſſitate, ſecundæ proueniunt ex aliqua conuenientia temporali. Breuiter ergo ad ſeptem hæc genera omnes inſpirationes reduci poſſunt. Primæ ſunt diuinæ, ſecundæ ſunt angelicę, tertiæ a propria virtute, quartæ diabolicæ, quintæ a propria malitia, ſextæ a temporali neceſſitate, ſeptimæ a temporali conuenientia.

A *Quod ſolus Deus abſq; medio bonas inſpirationes inſpirans humanam voluntatem immutat ea libera remanente. C. 1.*

Deus ſolus bonas inſpirationes immittit.

PRimæ inquam inſpirationes ſunt diuinæ. Secundum etiam Alexã. de Ales in 2. diſt. 14. q. 1. Deus. n. ſolus bonas cogitationes immittit, incendit & voluntatem rationalem immutat. Primo. n. ipſe ſolus eſt, q bonas cogitationes immittit. Talis quippe immiſſio bonæ volũtatis eſt factio & creatio, ſm venerabilem Bedã. Prouerb. 21. c. Cor regis in manu Dei. i. in poteſtate. licet. n. Ange-
B lus aliquo modo moueat intellectũ ad bonum, ſicut in ſeq. cap. apparebit: non tamen eſt in eo prima cauſa boni, ſed in Deo. Proinde in ſcriptura ſacra nõ Angelo, ſed Deo attribuitur immiſſio cogitationis bonæ. Et ex hoc clareſcere poteſt, ꝙ quando mala in corde noſtro verſanẽ, noſtra cogitatio eſt: quando vero bona, Dei miſerentis inſpiratio eſt credẽda. Et de hac immiſſione, Io. 3. Dñs ait, Spiritus vbi vult ſpirat. Secundo ipſe ſolus bonas cogitationes incendit. Incendere quippe eſt ſpeciẽ ignis præbere: ipſe ſolus præbet ſpeciem ignis ſpiritualis. i. charitatis ipſi volũtati, quẽadmodũ Lu. 12.
C c. Dñs ait: Ignẽ veni mittere in terrã, & qd volo niſi vt ardeat? Tertio quoque ipſe Deus ſolus eſt, qui voluntatem rationalem immutat ſm ꝙ vult: & nihilominus libera remanet ipſa voluntas. Proinde propheta inquit, Omnia quæcũq; voluit Dñs fecit in cœlo & in terra. i. in anima & corpore, in mari & in oĩbus abyſſis. Multifariè multiſq; modis conſueuit Deus deuotas mentes dirigere, erudire & inſpirare, quandoq; reuelationibus manifeſtis, quandoq; infundẽdo imperceptibiliter ipſis animæ viribus virtutes habituales, ſ. fidem, ſpem & charitatẽ. Quandoq; acuendo intrinſecus intellectum, memoriã & voluntatem reſpectu
D aliquorũ obiectorũ, quæ vtilia ſunt ad ſalutem. Qñq; inſuper flectit hominis intellectũ ad aliquem ſeruum Dei, qui poteſt illũ dirigere & iuuare. Qñq; etiã hominẽ deuotũ & zelo accenſum dirigit Deus ad aliquẽ paſſum ſcripturæ ſacrę, ſicut fecit beato Franciſco in euãgelij trina apertione. Quãdoq; inſuper homini occurrere facit aliquã hiſtoriã, in cuius cõſideratione eius anima dirigitur: & in eo quod deſiderat, cõſolatur. In his tamen & conſimilibus modis magna grauitate & diſcretione luminoſa eſt opus propter ſubtilitatẽ ſpiritualiũ deceptionũ.

Deus ſolus immutat volũtatem.

Qñq; autẽ illuminat intellectum ſua luce E
immediata, qđ & propheta oſtendit dicẽs, Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Dñe. hoc eſt luminoſus vultus tuus, qui non eſt aliud q̃ tu. Hunc ergò vultũ illuminat ſuper nos, cũ ex eo effulget in animabus noſtris, hoc eſt in ſuperioribus viribus noſtris, ſ. animarũ noſtrarũ ſplẽdor alicuius nouæ reuelationis, aut alterius gratiæ. Et quia ipſi ſoli creatori notum eſt, qñ hoc ei placet facere, Propheta ait, ſignatũ lumẽ vultus ipſius ſuper nos, i. clauſum. Vel propter hoc eſt clauſum, quia nõ fiunt huiuſmodi irradiationes ſuper animas humanas: niſi huiuſmodi lu-
men ſe aperit & effundit ad modũ coruſca F
tionis, quæ fit in medijs tenebris, vel ꝑ hoc dicit ſignatum, hoc eſt clauſum: quia. ſ. ignotum. Pauciſſimi. n. ſunt, quibus illud lumen ſe aperuerit & innotuerit. Quod. n. interdũ mediatores inter nos & Deũ ſancti Angeli ſunt, in cauſa interdũ eſt, quia non ſumus idonei ſplendore ipſius immediatè irradiarĩ. Et in multis indubitanter prohibet irradiationẽ immediatã vitiorũ & peccatorum fętulẽtia. In multis alligatio animarum ad corpora, quæ prohibet abſtractionẽ earum a corporibus ad hoc neceſſariam. In multis aũt complexio. Quædã. n. cõplexiones in-
craſſant animas & impediũt vires earũ no- G
biles. Proinde Galienus ait, ꝙ fleumatica cõplexio, nullã virtutẽ animæ iuuat. In multis quoq; ſolicitudines de ſenſibilibus atq; de tẽporalibus rebus. Cauſa aũt in hoc eſt, quia incuruant & occupant humanas mentes: & ꝑꝑ hoc prohibent a perfectione ſublimiũ rerũ & occultarũ, quemadmodũ plenitudo vaſis de vno liquore, ꝓhibet ipſum a receptione liquoris alterius. Sicut etiã inſcriptio tabulę vel pellis prohibet aliam inſcriptionẽ ab illa, iuxta illud Prouerb. 18. c. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, q̃ verſantur in corde eius. ꝑꝑ huiuſmodi cauſas Ariſtoteli viſum fuit oẽs ingeniosos melancolicos eſſe & videri eidẽ po- H
tuit melãcolicos ad irradiationes huiuſmodi magis idoneos eſſe q̃ hoĩes alterius complexionis. ꝑꝑ hoc, quia cõplexio iſta magis abſtrahit a delectationibus carnalibus & a tumultibus mũdi: licet aũt ad iumẽta ꝑnominata natura præſtet ad illuminationes & reuelationes: gr̃a tñ creatoris & mũditia cõuerſationis & cordis, atq; puritatis ſanctitas: multo abũdãtius ipſas ĩpetrãt & ẽt interdũ obtinẽt nõ poſtulatas: ꝑſertim ſi de gloria & honore creatoris & de publicis vtilitatib. fit ĩ eis ſolicitudo & vigilãtior cura.

Signatũ eſt lumen vultus domini.

Quibus

A *Quibus modis Angeli ſancti in animas bonas cogitationes inſpirent. Cap. 2.*

Inſpirationes Angelicæ.

SEcundæ vero inſpirationes ſunt angelicæ. Secundum enim Dionyſium in 4. de diuinis nominibus, nõ mouet Angelus voluntatem humanam abſq; aliquo medio, ſicut Deus: ſed aliquo obiecto propoſito mediante. Vnde quadruplex officiũ habet erga humanam mentem, ſ. Primum illuminare, ſecundum incendere, tertium habilitare, quartum releuare. Primum eius officium eſt illuminare. Illuminare quippe B eſt de aliquo occulto intelligibili reuelationem dare. Illuminat enim intellectum humanum ad boni cognitionem, ſubiectũ autem voluntatis eſt ad bonum cognitũ anhelare; quod quidem eligit voluntatis conſenſu, niſi alia vitioſa dulcedine iam illecta, tracta & capta ſit. Proinde Alex. de Ales, vbi ſup. ait, ꝙ ſecus eſt de affectu humano & intellectu. Intellectus etiã humani eſt ſubito neceſſario ſuſcipere effectũ Angelicæ actionis, niſi cõtingat ꝙ ex vehemẽti ĩclinatione ad aliud totaliter conuerſus ſit. Affectus autem ſiue voluntatis non eſt ſuſcipere neceſſario propter eius abſolutã libertatem. C Aduertendum eſt &c, ꝙ propter impedimenta quæ in præcedenti c. dicta ſunt, duplex impedimentum recipit anima, ne irradietur lumine veritatis. Primum inquam, eſt grauitas humanæ corruptionis, ſecundũ eſt malignitas dæmonis. Primum inquam eſt grauitas humanæ corruptionis. Vnde Sapien. 9. ſcrip. eſt. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ. Ex corruptione igitur iſta oritur facilitas in anima ſiue pronitas, ad minus ordinatas cogitationes, ſm ꝙ Gen. 8. c. ſcriptum eſt. Senſus enim & D cogitatio humani cordis in malum, prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Secundum impedimentum eſt malignitas dæmonis. Proinde Aug. in lib. 83. q. inquit: Malignus ſpiritus obſtruit meatus intelligentiæ, per quos pandere lumen rationis radius æternæ lucis ſolet. Ex his duobus anima impeditur, ne ſe erigat ad cogitationes bonas. Contra hæc duo impedimenta dupliciter expedit animã Angelus bonus. Primo illuminãdo ad ſpiritualiũ intuitionẽ, ex quibus intuitus excitatur ad cogitationes bonas. Secundo arcẽdo cõtrarias poteſtates, ne illuminationẽ impediant, ſicut patet Apoc. 7. c. vbi ſcriptum eſt: Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terrę, tenẽtes quatuor ventos ne flarent ſuper terram.

Dupliciter impeditur aĩa ne illuminetur.

Primum impedimentum.

Secundũ impedimentum.

Quõ Angelus illuminat animam noſtram.

Secundum Angelorum officium eſt incendere, hoc eſt cogitationem iam factã inflammare. Hæc enim incẽſio eſt quædã exſiccatio. Aliud. n. eſt ſiccare ligna vt igniantur, aliud eſt ignire ligna. Angelos autem incendere non eſt aliud, q̃ incẽdibile pręparare, ſed ſolius eſt Dei ignire ligna, i. voluntatẽ bonam in anima facere. Angeli igitur boni non faciunt cogitationes bonas in intellectu: ſed impedimenta remouent, vt bonæ cogitationes fiant in intellectu ab ipſo Deo. Vnde glo. ſuper illud Iob 10. c. Manus tuæ fecerunt me, inquit. Quod dicitur Angelus intellectum F dare homini: vt dicitur quis dare lumen domui, cui feneſtrã facit, cum eam non ſua luce penetret ſeu illuſtret. Tertium vero Angelorum officium eſt habilitare: habilitant enim cogitationẽ ad bonum informando ipſum ſpiritum, ſeu ipſam illuminatiuã per immediatam irradiationem, ſiue cõmunicationem ſuarum viſionum. Sicut enim Aug. ſuper Gen. 12. ait: Sancti Angeli viſionem ſuam quodam ineffabili modo in ſpiritu noſtro infundunt & viſa ſua quadam præpotenti vnione noſtra eſſe faciunt, qđ aliquo modo tali exemplo patere poteſt. Spirituales creaturæ ſicut Angeli & animæ ſpecula G ſunt ſpiritualia, ſicut dicit Dionyſius de diuinis nominibus. Vnde ſicut ſpeculo materiali obiecto alij ſpeculo materiali ſpecies reſultatę in vno gignunt ſe in alio: Ita põt eſſe licet ſimilitudine diſtante; ꝙ ſpeculum ſpirituale, ſ. Angelus obijcit ſe animæ, quo exiſtente viſa ſiue ſpecies exiſtentes in ipſo Angelo relinquũtur in anima, ſiue accipiũtur ab illa, quæ quidem viſa habilitãt, & excitãt intellectum, ad bonam cogitationem. Secundum etiam Augu. in lib. de ſpiritu & aĩa, alio quoq; miro modo operatur Angelus in intellectu humano. Vnde poſtquã H ibi locutus eſt de reuelationibus, q̃ in ſomnis ab Angelis ipſis dormiẽtibus fiunt, ſubdit: Vigilãtibus etiam occulto quodam inſtinctu ingeſtas eſſe cogitationes nouimus, quas diuinare vocamus. Sicut Cayphas Põtifex prophetauit, cum eius intentio voluntatem prophetandi nõ haberet. hæc omnia ſm Alex. de Ales, vbi ſupra. Quartum officium eorum eſt adiuuare ſeu releuare, ſ. ab hominibus quadruplicem eorum defectũ, qui ſunt pronitas ad malum, difficultas ad bonum, longinquitas a Domino, tepiditas in animo. Ad quæ quatuor deſignãda quatuor nomina Angelorum, & nõ plura, ſunt

A in ſcriptura ſacra, hominibus reuelata, ſm Bonauen. in Centiloq. ſ. Raphael, Gabriel, Michael, & Vriel. Primus eſt Raphael, qui interpretať medicina Dei, ſiue ſanãs Deus. hic miſſus eſt curare Tobiam a cęcitate oculorum, & Saram ab improperio de occiſione virorum. Et hæc contra duo, quæ ex originali peccato contraximus, quæ ſunt ignorantia rerum agendarum, & concupiſcẽtia noxiarũ, ꝓ quæ duo reddimur proni ad malum. Secũdus eſt Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei: quo fortificamur & confortamur ad obſeruationem pręceptorum &
B adimpletionẽ conſiliorũ. In ſignum primi miſſus eſt annunciare ortum pręcurſorum de coniugatis. In ſignũ ſecundi miſſus eſt annunciare ortũ Saluatoris de Virgine matre, per Ioannis exemplũ & per Chriſti beneficium & exemplũ reddimur diſpoſiti & faciles ad bonũ. Tertius eſt Michael, qui interpretatur quis vt Deus: qui dicitur in cęlo animas Dño præſentare, propter qnas et de manu diaboli eruendas, Apoc. 12.c. com miſit prælium cum dracone. Huiuſmodi autem duas feſtiuitates ſolẽniter celebramus, ſ. Apparitionis & Dedicationis, in ſignũ ꝙ ipſe pro nobis eſt, dum viuimus in hoc ſe-
C culo, & dum educimur de exilio. Quartus
Vriel. eſt Vriel, qui interpretatur lucens Deo ſeu aperiens Deo, vel ignis Dei, aut incendiũ Dei. Hæc duplex duplicata interpretatio innuit, ꝙ per eius myſteriũ illuſtramur veritate & inflammamur in charitate. Mittũtur enim Angeli ad illuminãdum noſtrum intellectum & ad inflammandum noſtrum affectum, vt ex præcedẽtibus patet. De hoc hoc nomine habetur Eſdrę 4. ꝙ miſſus eſt Angelus iſte ad conſolationem populi Dei, qui ab alienigenis premebatur.

D *Quod a propria animæ virtute inſpirationes ſanctæ quãdoq; originẽ habẽt. C. 3.*

Inſpirationes. TErtiæ vero inſpirationes ſunt a propria virtute meritoria in ſalutẽ. i. ab habitu charitatis, quam anima habet. Tanta quippe eſt vis & operatio charitatis, aliarũq; habituatarum virtutũ, quibus mẽs eſt induta, ſicut mutatorijs ornamentis, ꝙ ipſam mentẽ inclinant & intellectum illuminant ad deſideria ſancta. Proinde Rom. 8. Apoſt. ait, Diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ. Quæ aũt cooperatio cõuenientior eſt ex munere charitatis q̃ mentẽ excitare ad cariſmata meliora? Mat. n. 13. Dñs ait: Qui enim habet, dabitur ei & abũ-
dabit. Qui aũt non habet: id quod videtur habere, auferetur ab eo. q.d. Qui enim habet charitatem aliaſq; virtutes habituatas, ex quibus. ſ. incitatur ad bonũ, dabitur ei. ſ. inſpiratio ſancta per eas a Deo, & abundabit. ſ. deſiderijs bonis. Qui aũt non habet. ſ. prædictas virtutes habituatas & conſuetas: Conſuetudo eſt altera natura, non ſolum non dabitur ei, ſed etiam id quod videtur habere auferetur ab eo: ait enim, quod videtur habere, ſ. tempus ad ſuſcipiẽdum angelicas inſpirationes vel diuinas, auferetur ab eo, ſ. per breuitatem vitę & mortem. Et hoc erit imminens periculum atq; magnũ tempore Antichriſti non ſe reperire bene F virtutibus habituatum. De quo præmonẽs Chriſtus ait, 24.c. Vę prægnantibus & nutrientibus. i. habentibus tantũ deſideria bona & opera virtuoſa, nondum bene habituata: quia huiuſmodi fortes tentationes illius temporis non ſuſtinebunt. E

De inſpirationibus ſpirituum malignorum & quibus modis cogitationes humanas incendunt. Cap. 4.

QVartæ ſunt diabolicæ. Sunt enim dęmones ſpiritus impuri, humani generis inimici, mẽte ĩ rationales, in nequitia ſubtiles, nocẽdi cupidi, per ſuperbiã tumidi, ſemper in fraude noui, immutant ſenſus, inquinant affectus, vigilãtes turbãt, dormientes per ſomnia inquietãt, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis angelos ſe transformant, ſemper infernũ ſuũ ſecum portant, in idolis ſibi diuinum cultũ vſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt, bonis ad exercitium dantur, tandẽq; ſemper fini hominis inſidiantur. Sed vt ad diabolicas inſpirationes deueniamus, notandum eſt, ſm Alex. H de Al. ꝙ proprie diabolus nequaquam immittit cogitationes malas in ipſam mentẽ, quia cogitatio eſt voluntaria mẽtis inclinatio, quod quidem ſolius liberi arbitrij eſt. Quadrupliciter tamen humanas cogitationes ad malum incendere poteſt. Primo per imaginis oblationem, ſecundo per inſenſibilem allocutionem, tertio per ſuijpſius applicationem, quarto per extrinſecã operationem. Primo inquam per imaginis oblationẽ. Nam, ſm Aug. diabolus repræſentat ſimilitudines modo proſperorũ, mõ aduerſorũ, ex qua repræſentatione aĩa ſm partẽ imaginatiuã negociať, & ꝑ cõſequẽs inclinat ipſam intellectiuam vel diſponit ad G

Quot modis Diabolus ſuggerit malas cogitationes.

A ad inclinationem. Et Gregor. iterum ait. diabolus modò cupidis proſpera, modo timidis aduerſa ingerit, vt magis afficiat. Aduertendum eſt tamen, quòd licet diabolus non ſit propriè immiſſor cogitationum malarum, ſicut prædictum eſt: immittere tamen dicitur duobus modis. Primo modo immittere eſt diſponere ad hoc, quod fiat, iuxta illud Prophetæ, Immiſſiones per Angelos malos. Secundò modo immittere eſt facere. ſecundum ergo, quòd immittere eſt diſponere, quaſi ab extrinſeco ſecundum hunc modum reperiuntur Sancti, qui dicunt, quòd diabolus immittit cogita-

Immittere dicitur duob. modis.

B tiones. Offert enim animę ſimilitudinem, in ipſa vero anima eſt, quòd proſequatur, vel fugiat ipſum oblatum. Non autem dicitur immiſſor cogitationum, id eſt, factor. Quod enim ſint cogitationes malę, in quantum malę, eſt ab ipſo homine. Quod autem ſint cogitationes bonæ, eſt tantum ab ipſo Deo. Secundo per inſenſibilem allocutionem, quaſi inſenſibiliter loquitur humanæ menti aduerſarius noſter. vnde Gregor. in Moralibus. Quis ſpiritus ſit, qui loquitur, ipſa ſuggeſtio declarabit. Semper enim ſpiritus carnalis mollia, ſpiritus mundi vana, ſpiritus malitiæ ſemper amara loquitur. Ex

C quo patet, quòd illius inſenſibilis locutio eſt eius circumuentiua ſuggeſtio, qua decipere multiformiter animam quærit. Tertio per ſuijpſius applicationē. Facile enim eſt ſpiritibus malignis in imaginationibus eorum, qui eis eatenus appropinquant, pingere ſigna, vel imagines rerum, quaſi illi voluerint apparere. Si enim res corporales, & quæ extra nos ſunt per corporeos ſenſus nobis appropinquantes, tam facilè pingunt in ſenſibus noſtris, & etiam animabus imagines ſuas: quid mirum ſi maligni ſpiritus, qui formis pleni ſunt, iuxta Philoſophum qui ait, quòd omnis intelli-

D gentia plena eſt formis: Si inquàm cum animabus noſtris coniunguntur, pingunt, vel cum eis, vel in imaginationibus noſtris, & fulgere in eis faciunt rerum ſimilitudines, quas noluerint, prout a creatore omnipotentiſſimo permittūtur. Sicut enim in cribro multa foramina ſunt, ita diabolus cum multiformis ſit, ſe homini applicando, mille modos tentandi habet: quia quot ſunt vitia, tot vtitur modis varijs ad tentandum. Vnde ſecundum Auguſt. Diabolus plenus eſt incentiuis vitiorum, ideo toto conamine ſe applicando nititur animas ſuis incendijs inflammare.

E Et ſicut Alexan. vbi ſupra, ait. Incentiua eius dicuntur motiua ad cogitandum malum, quæ per quandam originem ſunt in ipſis dæmonibus, qui malis cogitationibus, & affectionibus pleni ſunt, & intendunt in alijs ſimilia generare. Dicitur autem plenus, quia omnia genera ſuggeſtionum penès ipſum originem habent: & plenus malitia etiam eſt in ſe, quia nullus deterior eſt. Non tamen habet ſufficientem poteſtatem, & efficacem incendendi omne humanum cor. Sicut non omnis materia igni obediens eſt, ſic nec omne liberum arbitrium hominum ſequitur diaboli incendium. Proinde Ioan. Damaſce. F

Incētiua diaboli. q.

ait, quòd potens eſt diabolus immiſſiones facere nobis, aut eas ſuſcipere, vel non ſuſcipere, ſicut libet. Quarto per extrinſecam operationem hoc fit, quando extrinſecus viſibiliter nobis malum ab eis ſuggeritur aliquo ſigno, vt ille cui fit ad conſenſum peccati declinet. Vnde Auguſt. lib. 83. qq. inquit de diabolo ipſo tentante. Serpit hoc malum per omnes aditus ſenſibiles, dat ſeſe figuris, accommodat coloribus, odoribus ſe ſubijcit, infundit ſaporibus. Quod quidem nihil aliud eſt, quàm ex his illicitam delectationem in animo prouocare. G
Greg. quoque ſuper illud Iob 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius, inquit: Intuetur inimicus humani generis vniuſcuiuſq; mores, cui vitio ſint propinqui, & illa apponit ante faciē, ſcilicet corporis, ſeu mentis, ad quæ cognoſcit facilius inclinari, vt blandis ac lætis moribus luxuriam, vel vanam gloriā: aſperis autē mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponit. Et generaliter dicit ibi decipulā deceptionis inſerit, vbi viam propinquæ cogitationis inuenerit. Proinde Alexander de Ales, in 2. q. 36. inquit: Præſumitur autem, quod iſti colores ſophiſtici, qui in faciebus mulierū tanto ſtudio apponuntur, aut ēt in capillis, inſtinctu diaboli fiant. Similiter iſtę ſophiſticationes odorū, & cōſtitutiones ſaporū, q̄ veniunt ex maiori ſtudio, q̄ ſit neceſſe, non propter humanā neceſſitatē, ſed ad prouocandū voluptatē. Similiter cōtingit in iſtis ioculationibus virorū, vel mulierū, in melodijs etiam ad luxuriam prouocantibus, vel laſciuiam. Inſuper fictturis veſtium, & frequētibus balneationibus, vbi nō requirit neceſſitas, ſed magis expetit voluptas. Similiter in cantilenis mulierum ad luxuriam prouocantibus, vel laſciuiam, choreis & huiuſmodi. Et ſic per omnes corporis H

ſenſus

A ſenſus allicit animam ad peccandum. Incenſor etiam eſt diabolus malarum cogitationum, licet earum non ſit auctor. Vnde Oſeæ 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Per clibanum quippe cor humanum ſignificatur. Sicut enim coquens ſuccendit ignem in clibano, ſic diabolus igne concupiſcentiæ in corde humano. Eſt inſuper aduertendum, quod in anima eſt liberum arbitrium, intelligentia & voluntas. Vnde iuxta hæc tria, ſecundum Alexan. de Ales, vbi ſupra, eſt differentia inter diaboli tentationem, conſilium & ſuggeſtionem. Nam tentatio eſt
B liberi arbitrij, conſilium vero ipſius rationis, vel intelligentiæ: ſuggeſtio vero reſpectu voluntatis. Sicut enim Spiritusſanctus ſuggerit bona humanæ voluntati, vt Io. 14. patet: ſic ſpiritus malignus ſuggerit mala ipſi voluntati. & ſic patet differentia eorundem. Inſuper ſecundum eum eſt differentia in tentatione ex parte eorum, qui tentantur a diabolo. Nam mali offerunt ſe, & vadunt ad diabolum, vt ab eo tententur: Ad bonos vero vadit diabolus, vt eos tentet, eo quòd ſe non offerunt tentationi illius, ſicut faciunt crimino ſi. Aduertendum eſt etiam, quòd quatuor modis tentando decipere poteſt animas aduerſarius noſter. Primo ſuadendo bonum, ſecundo ſuadendo malum, tertio diſſuadendo bonum, quarto diſſuadendo malum. Primo enim decipit ſuadendo bonum. & hoc propter malum: vt cum inſtabili homini ſuadet religionis ingreſſum, vt poſtmodum in apoſtaſiam ruat. Secundo ſuadendo malum ſub ſpecie boni: vt periurare ex charitate pro rebus alterius conſeruandis. Tertio diſſuadendo bonum, tanquàm perniciosum: vt cum probo viro diſſuadet religionis ingreſſum, ne de hoc poſtea pœniteat, & egrediens in populo confundatur:
D vel cum alicui diſſuadet eleemoſynam, vel orationẽ, ne in vanamgloriam ruat. Quarto diſſuadẽdo malũ, vt inducat ad peius: vt cum diſſuadet intemperantiam in victu, & ſomno, vt inducat in indiſcretam abſtinentiam. quod quidem eſt peius, cum ſit ſtatus multis periculis plenus. Tria prima inſpirationum genera perfecta ſunt, & ſemper adimplenda mente & opere in delectationibus, & pœnis. Quandoque etiam quartum inſpirationum genus, quãdo eius inſpirationes tenent naturam alicuius primarum trium, etiam mente & opere adimpleri poteſt.

Quatuor modis poteſt diabolus tentãdo decipere aĩas.

Quòd quandoque a propria hominis malitia inſpirationes malæ originem habent. Cap. 5. E

QVintæ ſunt a propria malitia, & habituata, & naturata iniquitate. Vnde Auguſt. lib. de eccleſiaſt. dogmatib. ait: Non omnes cogitationes noſtræ malæ ſemper diaboli inſtinctu excitantur, ſed aliquotiens ex arbitrij noſtri motu emergunt. Et ſecundum Alexan. vbi ſupra, Poteſtatem a ſeipſo habet homo, etiam ſi non tentetur cadendi in culpam. Sed caſus in peccatum ex cogitationibus malis originem habet, & ſic malæ cogitationes a propria malitia quandoq; originem ſumunt. Inſuper Marci 7. cap. Dominus ait. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt. vbi Beda inquit: Arguuntur ex hac ſententia, qui cogitationes a diabolo immitti putant, nõ ex propria naſci voluntate. Idem quoque Matthæi 15. c. Dominus ait, De corde enim exeunt cogitationes malæ, id eſt, ex malo affectu motæ, & ad malè agendum etiam ordinatæ. In libris quoque ſanctorum Patrum ſancta Sincletice ait. Sicut nauis aliquando mole fluctuum exterius opprimitur, & aliquando pondere ſuo creſcente mergitur: ſic & nos aliquando dæmonum nequitia, aliquando iniquitate propria peccamus. Vnde de pœnit. diſt. 5. §. 1. Auguſt. ait. Sunt qui non ſolum non vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluntatem. Et Oſeæ 2. c. ait. Sequetur amatores ſuos, & non apprehẽdet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et Eſaiæ 50. cap. iterum ait. Miſiſti legatos tuos procul, id eſt, cogitationes, & affectiones malas, & humiliata es vſq; ad inferos in multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti, quieſcam. Hi ſunt, de quibus Prouerbiorum 2. c. ſcriptum eſt: Lætantur, cum malè fecerint, & exultãt in rebus peſſimis, quorum viæ peruerſæ, & infames greſſus eorum. Porro huiuſmodi ſunt, de quibus diabolus ſecuratus in eis laborare non curat, & de quibus quoq; ſummus animarum medicus, & Saluator, vt ſic dicam, deſperat. Vnde per Prophetam ait: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. In peccatis nouis, quæ inueniunt euntes de peccato in peccatum proficient. A quo malo profectu reuocat Dominus Eſaiæ 1. c. dicẽs. Quieſcite agere peruersè, diſcite

Cogitationes malæ a propria volũtate.

F G H

A diſcite benefacere. Hi ſunt ſimiles amaro, & inquieto mari, quod licet ventis, quandoq; non agitetur: tamen propter fluxum, atque refluxum nunquàm quieſcit. Et de talibus Eſaiæ 57.cap.ait: Impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Aduertendum eſt tamẽ, quòd quartum & hoc quintum inſpirationum genus clarius cognoſcuntur per priuationem conditionũ, quæ requiruntur in tribus primis, & nunq̃ pro acquirenda ſalute exaudiri debẽt: quia ad fallendum ſunt, non ad ſaluandum.

B *Quomodo aliquando inſpirationes ex aliqua temporali neceſsitate in anima oriuntur.* Cap. 6.

Inſpirationes ex neceſſitate.

SExtæ vero originem habent ex temporali neceſſitate in ſe, ſeu in altero, abſque aliquo ſpirituali motiuo, nihil tamen credendo offendere Deum. In ſe quidem, ſicut contingit ei, qui in lutum cecidit, ſtatim ei cogitatio reſurgendi in mẽtem venit. Ieiunanti intenſior appetitus, fameſcenti cogitatio comedendi, frigeſcẽti cogitatio calefaciendi, feſſo & laſſo cogitatio quieſcendi, & ſic de ſimilib. In altero vero, ſicut cũ abſq; aliquo Dei reſpectu contingit patri, & matri cogitatio lactan-
C di, ſeu alendi paruulum, ruſtico paſcendi, ſeu potandi iumentum, agricolæ colendi vineam, hortulano agrum, & ſic de ſimilibus. quæ inſpirationes ex quadam neceſſitate originem videntur habere.

Quòd quandoque inſpirationes ortum habent ex conuenientia temporali. Cap. 7.

SEptimæ autem oriuntur a conuenientia, ſeu condecentia temporali in ſe, aut in proximo, abſque merito gloriæ, aut pœnæ. In ſe quidem: vt cum oritur co-
D gitatio in exercitio, & labore vti vilioribus indumentis, in luto groſſioribus calciamẽtis. In proximo: vt cum in mente cogitatio oritur reſpondere interrogationibus, in via cedere obuiantibus, non obmuteſcere ſalutantibus, & ſic de conſimilibus, quæ ex quadã conſuetudine communiter fiunt, & conuenientia eſſe videntur.

ARTICVLVS SECVNDVS E

De impoſſibilitate, ſeu difficultate diſcretionis, quæ in his generibus inſpirationum cadit.

SEcundo conſideremus inſpirationum occultationem. Miro quidem modo, atque occulto diuina ſapientia diſpenſante prædicta ſeptem inſpirationum genera in animam inſpirantur, ita vt in aliquibus earum impoſſibile ſit diſcretionem habere, immo de neceſſitate triplex ignorantia concurrere habet, quæ omnino excuſabilis eſt, cum euitari non poſſit. F

Quòd impoſſibile eſt de aliquibus inſpirationibus diſcretionem habere. Cap. 1.

PRima ignorantia concurrit circa prima tria inſpirationum genera, quæ ſunt diuinę, angelicę, & a propria virtute meritoria in ſalutem. Quarum nulla ab altera ſecerni, aut cognoſci poteſt, ac per conſequens talis ignorantia inexcuſabilis omnino eſſe non poteſt. Prædictis etiam tribus, quandoque ſe ſociat generatio quarta, videlicet illa, quæ ex diabolo ortum habet: quia contingere poteſt, quòd nec a prædictis tribus ſecerni valet. Nam diuina inſpiratio, quandoque angelica, vel a virtute propria apparebit: angelica quoque a propria virtute, ſeu diuina inſpiratio videbitur iudicanda. Quæ etiam ex virtute originem habet, videbitur angelica, vel diuina. Diabolica quoque extimabitur a virtute, aut ab Angelo, vel diuina. Proinde 2. Corinth. 11. c. Apoſtolus ait, Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Ratio huius ignorantiæ triplex eſt. Primo, quia præfata quatuor inſpirationum genera circa principiũ inſpirando tenent eundem modum, eo quòd omnia eiſdem modis bonum in mentem ſpirant. Secundo circa medium in actibus, & in operibus tenent eundem modum, eo quòd omnia eiſdem modis ad opera virtuoſa auxilium præſtant. Tertio, quia circa terminum, ſeu finem ſeruant etiam eundem modum, eo quòd omnia ad finem beatitudinis animas iuuãt, & ad gloriam ſummi Dei. Sed mirum quippe videtur, quomodo fieri poſſit, quòd mens humana ſequendo diabolica incitamenta non ruat in culpam. Neque minor admiratio eſt, quòd in

Triplex ignorãtia concurrit circa inſpirationes. G

Triplex ignorãtiæ ratio. H

A in culpam debeat dici labi, qui inſpiratio-nem, ſeu tentationẽ diaboli imitatur, quando impoſſibile eſt, quòd præfata a tribus primis inſpirationibus diſcernatur. Ad quod dicendum, quòd ſi ſecundum quòd prædictæ tres rationes oſtendunt, inſpiratio dæmonis, eundem obſeruat modum cum primis tribus, videlicet in bonum inſpirando, & bonum operando, atque in idem obiectum optimum terminando, ſcilicet ad gloriam Dei, & animarum ſalutem: Nulla relinquitur ratio, quare anima meritum boni operis perdat, aut perdere debeat, cum inſpirationem præfatam ſancta intẽtione ſe-
B quatur. Nec tunc inſpiratio diaboli æſtimetur, nec æſtimari, aut cognoſci poſſit, cum ad impoſſibile nullus omnino ſit obligatus. Raro tamen contingit hoc, & præter, immo contra dæmonis intentionem, cum ille ex ſui natura ſemper animæ aduerſetur. Nec vnquàm ad bonum inſpirat, niſi finali intentione fallendi: vt ſcilicet ſub ſpecie boni bonum inceptum in malum exitum terminetur.

Quòd non eſt poſſibile in aliquibus malis inſpirationibus, a quo inſpirentur
C *diſcretionem habere. Cap. 2.*

Secunda ignorãtia. SEcunda ignorantia circa duas penultimas inſpirationes concurrit, id eſt, circa illam, quæ eſt a diabolo: atque circa eam, quæ a propria malitia ortum habet. quarum quælibet ab altera minimè diſcerni poteſt. Rationes autem prædictorum ſimiles ſunt his, quæ in præcedenti capitulo dictæ ſunt, videlicet primo, quia obſeruant eundem modum in ipſam mentem inſpirãdo: ſecundo, quia tenent eundẽ modum in actibus operãdo: tertio, quia habẽt eundem modum in obiectis terminando.

D *Quòd difficile eſt iudicium diſcretum habere in aliquibus inſpirationibus, vnde originem ſumant. Cap. 3.*

Tertia ignorãtia TErtia ignorantia concurrit circa duas vltimas inſpirationes, hoc eſt circa illam, quæ oritur ex temporali neceſſitate: & circa eam, quæ venit ex conuenientia, ſeu condecentia temporali. harum quidem differentiam intelligere non quidem omnino impoſſibile eſt, ſed difficile, cum ipſa neceſſitas, quandoque conuenientia videatur & econuerſo. Sed quia hæc duo vltima inſpirationum genera perfectã, ſeu imperfectam naturam non habent: pro-E pterea de eis breuiter trãſeundum eſt, cum ex illis nec formidabile damnum, nec appreciabile bonum ſubſequi poſſit.

ARTICVLVS TERTIVS

De vniuerſalibus operibus malis, & bonis, tripliciter diſtinctis, & diuerſimode inſpiratis.

TErtio conſideremus inſpirationum operationem. Circa quod aduertendum eſt, quòd omnia opera, quę acti-
F uè & paſſiuè, voluntariè & inuoluntariè, ex inſpiratione bona, vel mala homines operantur, ad triplicem diſtinctionem reduci poſſunt. Nam quędam ſunt opera, quę delectant; quædam, quæ cruciant; quædam vero, quæ delectant & cruciant.

De triplici differentia delectabilium operum inſpiratorum, quæ poſſunt eſſe vitioſa, & virtuoſa. Cap. 1.

PRimo quidem quædam ſunt opera, quæ inſpirata delectant vir-G
tuoſè, & vitioſè. Quædam delectant animam, quædam delectãt corpus, quædam vero delectant animam & corpus. Primo ſunt quædam opera inſpirata, quæ delectant animam diligendo creaturas vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè. & hoc prohibet Dominus, Ioan. 2. clamans: Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Et Matth. 10. iterum Dominus ait: Qui amat patrem, aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Secundo autem virtuoſè: vt cum quis diligit creaturas propter illum, qui fecit eas, & eſt ad illas affectio ordinata. vnde Deuter. 33. miſticè ſcriptum eſt. H
Benedictus in filijs Aſſer: ſit placens fratribus ſuis, tingat in oleo pedem ſuum. ferrũ & æs calciament eius. Aſſer enim diuitiæ, ſeu beatitudo interpretatur. & ſignificat diuitem, qui non Inordinatè afficitur ad tẽporalia bona, ſed ea diligit in Deũ, & propter Deum: Hic benedicitur in filijs ſuis, quos inordinatè non amat. placet fratribus ſuis propter amoroſam, & dulcem conuerſationem cum ipſis. tingit in oleo pedem ſuũ, quia affectus eius eſt deuotus ad Deũ, quod in oleo denotatur. firmus quo ad ſeipſum, quod indicatur in ferro: clamoroſus per

Quæ ſunt opera, quę delectant animam.

A per famam, & exemplum bonum ad proximum, quod in ære ſonante ſignificatur. Secundo ſunt quædam opera inſpirata, quę delectant corpus, ſcilicet cum quis delectatur exercẽdo corporales ſenſus in delectabilibus obiectis eorum vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè. & de talibus Amos 6. ſcriptum eſt, Væ qui opulenti eſtis in Syon: & ſequitur: Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid, putauerunt ſe habere vaſa cantici bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti: & nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph. B In quibus verbis perſpicaciter intuenti denotatur omnes corporis ſenſus criminaliter delectari. Secundo virtuoſè. & de hoc Propheta ad Dominum ait, Delectaſti me Domine in factura tua. Non enim ait, factura delectauit me: ſed tu me delectaſti, id eſt, delectarę feciſti in factura tua. facturæ quidem Dei delectant malos, ſed Deus delectat iuſtos in facturis ſuis. Et ſubdit, Et in operibus manuum tuarum exultabo. C Idem hic opera nominat, quod ante facturam vocat. Tertio ſunt quædam opera, quæ delectant animã & corpus: ſicut quando in delectabilibus obiectis ſenſus hominis exercentur. Vnde humana voluntas merito hilareſcit: & hoc etiam vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè. vnde Iob 21. de talibus ait: Exultant luſibus, tenẽt tympanum, & citharam: & gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, i. in bonis temporalium, in proſperitate, & delectatione mundana: & in puncto ad inferna deſcendunt. Secundo virtuoſè, ſ. contemplando in bonis creatis bonitatem, & D dulcedinem creatoris, iuxta Apoſtoli documentum, qui Roma. 1. cap. ait: Inuiſibilia enim Dei a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas.

Quæ ſunt opera, quæ delectant corpus, & animam.

De triplici differentia laborioſorum operum inſpiratorum, quæ inſuper poſſunt eſſe vitioſa, & virtuoſa. Cap. 2.

E SEcundo vero ſunt opera quædam, quæ inſpirata cruciant etiam vitioſè, vel virtuoſè. Harum quædam cruciant animam, quædam cruciant corpus, quædam vero cruciant animam & corpus. Primo enim ſunt quædam opera inſpirata, quæ cruciant, ſcilicet ex proximorum afflictione: & hoc vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè, vt cum homo compatitur, & affligitur propter hominem, quem vitioſè & carnaliter amat. F Vnde Hugo de Sancto Victore: Compaſſio quidem ex vitio eſt, quando affectus illic reprehenſibili dolore tangitur, vbi illicito prius amore tenebatur. Secundo virtuoſè. & de hoc et Hugo ait: Cõpaſſio ex virtute eſt, quñ propter Deũ alienis dolorib. cõpatimur. cum. ſ. iuſtitiã proximi, vel innocẽtiam affligi videmus. Et iterum Greg. 7. lib. Moral. ait: Tãto quiſq; perfectus eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos. Et de hoc Hebr. 10. Apoſtolus ait, commendãs quoſdã, Vinctis compaſſi eſtis. G Secundo vero ſunt quædam opera inſpirata, quę cruciãt corpus, ſ. in ſeruitijs proximorum. Et hoc vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè, ſicut contingit ſtipendiarijs, & famulis dominorum, & impijs partialibus, qui dicere poſſunt quilibet domino ſuo ꝓpheticum illud: Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Secundo virtuoſè, ſicut eſt obedire, & ſeruire propter Deum præceptis prælatorum, & dominorum. H Quod de eccleſiaſticis præcepit Apoſtolus 13. cap. ad Hebræos dicens: Obedite præpoſitis veſtris, atq; de temporalibus dñis ponderabile verbum ad Epheſ. 6. iterum ait. Serui obedite dominis veſtris carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntatẽ, ſicut Domino, & non hominibus. Tertio quoq; ſunt quędam opera inſpirata, quæ cruciant animam & corpus: videlicet, quando exercentur ſenſus in afflictiua obiecta: vnde voluntas hominis cruciat vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè, vt cum in guerris, & inimicitijs homines aĩa & corpore elaborãt, vt noceant

Quæ ſunt opera, quæ cruciant corpus, & quæ cruciant animam.

Quæ ſunt opera, quæ cruciant animã, et corpus.

a duer-

A tellectum dat paruulis: atq; inflammet affectum ad odium mali, & boni dilectionẽ, vt ſolum in animo fulgeat, & id ametur, quod veritatis diſcretio dictat. Proinde in fine quinti capituli ad Hebræos. Apoſtolus ait de talibus: Perfectorum autem eſt ſolidus cibus eorum, qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. Ait enim perfectorum autem, ſcilicet ſenſu & operę, quæ in perfectionibus mẽtis, & corporis iam ſunt experti: eſt ſolidus cibus, id eſt, perfecta, & ſolida doctrina eorum, qui pro ipſa conſuetudine, ſcilicet ſtudij lectionis, orationis, meditationis, & ſpiritualis exercita-

B tionis. Exercitatos non tantum naturaliter acutos habent ſenſus, ſcilicet quinque ſpirituales. Sic Lucæ vlti. de talibus ſcriptum eſt: Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Exercitatos inquàm ad diſcretionem boni, & mali. Quod quidem fit per ſcientiæ donum, ſicut ſupra ſermone 1. artic. 1. cap. 3. declaratum eſt. Felix profecto anima, cuius vita perfecta, doctrina ſolida, exercitatio multa, atque diſcretio fructuoſa. Talis quippe anima propter ſpiritualium inſpirationum diſcretionem dicere poteſt propoſitum verbum, Audiam quid loquatur in me. Non dia-

C bolus, non mundus, non caro: ſed Dominus Deus, id eſt, exaudiam quicquid in mentem meam inſpirabit ipſe Dominus Deus, qui eſt origo cunctorum bonorum. Quia, vt teſtatur Iacob. 1. cap. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ, deſurſum eſt. quaſi dicat: Omne nobile donum, ſicut eſt diſcretio inſpirationum, & ſimilia, ſunt a Deo. Et licet quandoque aliunde veniant inſpirationes bonæ: tamen principaliter a Deo originem habent, ſicut in præcedenti ſermone, artic. 1. & cap. 1. dictum eſt. Proinde poteſt

D poni aliud thema, ſ. illud Pſal. 142. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Vt igitur perueniamus aliqualiter ad inſpirationum diſcretionem, & voluntatis Dei cognitionem: notandum eſt, quòd omnes inſpirationes, quæ perfectè debent exaudiri, tripliciter diſtingui poſſunt. Nam quædam ſunt, quæ cruciant: quædam, quæ delectant: quædam vero, quæ cruciant, & delectant.

Vnde bonæ inſpirationes emanant.

ARTICVLVS PRIMVS. E

De quatuor regulis diſcretionis inſpirationum, quæ ad laborem inducunt.

PRimo enim ſunt quædam inſpirationes ſanctæ, quæ cruciant, eo quòd ad opera laborioſa, & virtuoſa inducant. Et de his quatuor regulę diſcretionis ſtatuendę ſunt, per quas luminoſa, & vera diſcretio haberi poſſit, vtrum inſpirationes inſpiratæ ex neceſſitate adimplendæ ſint.

Prima regula diſcretionis inſpirationum bonarum contra delitioſos. F

Cap. 1.

PRima regula diſcretionis hæc eſt. Semper inſpiratio illa exaudienda eſt, quæ ex ſui natura ad cruciatum, ſeu ad laborem inuitat, non habito reſpectu ad vtile, vel delectabile temporale in ſe, vel in altero naturaliter, vel ſenſualiter, aut criminaliter ab eo dilecto. Prænotandum eſt autem in regula iſta, quòd per cruciatum, vel crucem, ſeu laborem, & ſimilia, in præſenti tractatu ſemper intelligimus rem laborioſam, virtutis amore portatam: vt quemadmodum longitudo erectæ crucis tranſuerſum eius ſuſtentat, ſic quoque amor in virtute laborem portat. Vnde & Ambroſ. ſuper Beati immaculati, inquit: Nulla ſine labore virtus, quia labor proceſſus eſt virtutis. Aduertendum eſt autem, ꝙ in hac regula tres ponuntur cõditiones, quas debet in ſe habere inſpiratio ſancta, anteq̃ exaudiatur, & operę impleatur. Prima enim conditio eſt, ꝙ inſpiratio inducat ad laborem & pœnã. Ratio huius eſt: quia cum ex originali culpa ſemper proni ſimus ad voluptuoſas delectationes carnis, & concupiſcibilia mundi: ideo condecẽs eſt, vt per ea, quæ carnis delectationibus opponũtur, ſancta inſpiratio fiat. Nã quęlibet inſpiratio bona primo mẽti, ſiue ſpiritui cõmunicatur, vt inde refundat̃ in corpus: aut econtra oẽs tentationes iniquę ad ſpiritũ per regiones carnis trãſitum habẽt. Sed cũ caro noſtra infecta ſenti mentũ concupiſcẽtię, & omniũ malorũ ſit: neceſſe eſt vt bonis, quę in aïa inſpirant̃ cõtinuè aduerſet̃. hinc labor, & crux in virtute, q̃ circa difficile eſt: originẽ habẽt. Et hæc ẽ illa indefeſſa pugna & lucta, de qua Apoſtolus ad Gal. 5. c. ait: Caro cõcupiſcit aduerſus

Quæ inſpiratio exaudienda eſt.

G

Simile.

Prima cõditio.

H

A ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. hæc enim ſibijnuicem aduerſantur. Ait enim: caro, id eſt ſenſualitas, concupiſcit aduerſus ſpiritum, i. aduerſus rationem. Dicitur autem caro concupiſcere, quia ſecundum carnem id anima operatur, iuxta illud Rom. 7. c. video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ. Et ſpiritus a Deo adiutus aduerſus carnem. hæc enim ſibijnuicem aduerſantur. Et merito. Nam ſpiritus eſt natione cœleſtis, caro vero terreſtris. Et dum vnumquodq; ad ſuam patriam tendit, vehemens fit pugna, & lucta. Proinde ad difficilia inducit inſpiratio

B ſancta. In huius myſterium Gen. 3. c. ſcriptum eſt, ꝙ eiecit Dñs Adam, & Euam de paradiſo voluptatis, & collocauit ante paradiſum Cherubin, & flammeum gladiū, atq; verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Cherubin quidem interpretatur ſciētiæ plenitudo, quod pertinet ad cognitionem. Gladius ſunt temporales pœnæ, qui tunc flammeus eſt, cum pœnæ pro virtutibus feruenter, & ardenter ſuſcipiuntur. ſed etiam verſatilis dictus eſt, quod pertinet ad operationem prudentis, & diſcreti laboris: Vt miſticè innuatur, quòd per labores, & pœnas intellectualiter, & fer-

C uenter aſſumptas ad vitam, vel viam redimus gloriç ſempiternæ. ſicut etiam de Domino, Lucæ 24. cap. ſcriptum eſt. Oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam. hinc quoque eſt, quòd Dominus caput noſtrum de cœlo deſcendens, & ad cęlum animas, tanquàm membra ſua per inſpirationes attrahere volens, Matthæi 16. ait: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtendit Euangeliſta quatuor inſpirationum ſanctarum, videlicet primo oſtium, ſecundo

D fundamentum, tertio adiutorium, quarto terminum. Primo oſtendit inſpirationum oſtium, quod eſt deſiderium ſuæ ſanctæ ſequelę. ait enim: Si quis vult venire poſt me, i. per affectum interiorem, per imitationē exteriorem ad patriam ſuperiorem. Et merito ait, Si quis vult, quia neminem cogit, vt ſeruitium ſit gratius Domino, & præmium ſit gratius ſeruo. Proinde Chryſoſt. ait: Si quis aurum daret, cum violentia non vocaret, ſed omnes ſponte currerēt. Multo ma-

Secundo. gis ad ea, quæ ſunt in cœlis. Secundo oſtendit inſpirationum fundamentum, quod eſt omnis obſtaculi amotiuum: & de hoc ſubdit, abneget ſemetipſum, i. omnes voluntates ſuas, & proprium ſenſum, atq; omnem B curam ſui carnalē. Ait enim, abneget, hoc eſt actu ſe neget in omnibus; quorum ipſe eſt cauſa: quia vana ſunt, vel mala. Item abneget ſemetipſum, non tantum ſuos, vel ſua: ſed ſuum intentum, ſuum affectum, ſuū ſenſum. Intentum rationis, quod fit per fidem: affectum voluntatis, quod fit per caritatem: ſenſum carnis, quod fit per ſpem. Quod & Apoſtolus ſe feciſſe fatetur dicēs, Gal. 2. c. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Tertio oſtendit inſpirationum adiutorium: & de hoc ſubdit, & tollat, id eſt ſuper ſe accipiat, non ſub ſe crucem ſuam, id eſt ſibi diuinitus inſpiratam. *Tertio.*

F Porro per crucem, ſicut ſupradictum eſt, acceptatio inſpirationum diſſimilium denotatur, per quod purgantur peccata, reprimuntur vitia, augmentantur virtutes, ædificatur proximus, & tanquàm vinum ex torculari exprimitur conſolatio ſpiritalis, ac per hoc funditus moritur homo mundo, & carni, & vitijs eius, & per quod efficitur homo holocauſtum ſummi Dei. Aduertendum eſt autem, ꝙ quædam exercitia, & opera virtuoſa cruciant animam ante opus, quædam in opere, quædā poſt opus, quædam vero cruciant in delectatione oppoſiti vitij. Primo enim ante opus cruciat

G abſtinentia, dum homo cogitat eam. Secundo in opere cruciat obedientia, cum contra propriam voluntatem neceſſe eſt obedire. Tertio vero poſt opus affligit patientia. vnde patiētiā ſemꝑ rō antecedit. Quarto in delectatione vitij oppoſiti caſtitas cruciare probatur. Ad hoc enim perducit corpus inſpiratio talis, ꝙ in his quæ Dei ſunt: ſpiritui non reſiſtat: ſed pro modo ſuo promptè illi obtemperet non concupiſcendo mala, nec horrendo dura, nec faſtidiendo bona. Quarto ſubditur inſpirationum terminus. Vnde dicit, & ſequat me. Quod

H eſt Chriſtum imitari, Chriſto vniri, ipſi ſubijci, ſubſequi & obſequi. Ait enim: Et ſequatur me. quaſi dicat, me habēs lucē in intētione contra fauorem humanum: me ſequens ducem in operatione contra errorem diabolicum inſpiratum: me expectans mercedem in remuneratione, contra temporale commodum, & mundanum. Sed inferius in 4. cap. huius articuli hæc ſententia Chriſti pro tentationibus malis aliter exponetur. Secunda conditio bonæ inſpirationis eſt, ꝙ labor & afflictio antedicta principaliter non fit pro ſuo vtili, vel delectabili tēporali. Tēporalis quippe vtilitas *Quid eſt ſeq. Chriſtum.*

 conſiſtit

A conſiſtit in honoribus, fama, lucris, corporis, fortitudine, hominis libertate, ſeu ſuum proſperitate, & conſimilibus bonis. Tpalis vero delectatio cõſiſtit in complacẽtia naturali ſenſuali, vel criminali, vel in diuitijs, delitijs, magnificẽtijs, ſeu in concupiſcẽtia oculorũ & cõcupiſcẽtia carnis & ſuperbia vitæ. Item conſiſtit in luxuria, gula, ludis, iocis & ſimilibus, pro quibus ſi homo laborat non habito reſpectu principaliter niſi ad vtilitatem vel delectabile tẽporale, ĩſpiratio bona minime dici põt, ſed
B vel eſt ex 6. vel 7. genere inſpirationũ, quæ meritum vel demeritum non acquirunt, quia ſunt ex temporali neceſſitate, ſeu conuenientia temporali, ſicut in præcedenti ſermone, articulo j. dictum eſt: vel eſt ex inſpiratione maligna, quæ ſecundum grauitatem culpæ demeritum habet, & quandoque etiam in præſenti vita ex laboribus homo infernaliter incipit cruciari, & de talibus per prophetam Dominus ait, deſcendunt in infernum viuentes. Tertia conditio bonæ inſpirationis eſt, ꝙ homo non laboret pro vtili vel delectabili temporali: non tantum pro ſe, ſicut
C prædictum eſt: ſed nec etiam pro quocunque alio, quem diligit amore naturali, aut ſenſuali, ſeu etiam criminali. Amore naturali communiter diliguut pater & mater & conſanguinei filios & coniunctos ſuos. Amore ſenſuali communiter coniuges ſe mutuo amant. Amore autem criminali diligunt inuicem ſe carnales. Laborare igitur pro taliter a ſe dilectis, vel nullius eſt meriti, ſeu culpæ, vel venialis, aut mortalis eſt culpa, ſecundum ꝙ conſenſus & intentio & affectio & operatio inſpirati hominis diliguntur. Iuxta quod Matt. 6. Dominus ait: Si ocul⁹ tuus ſimplex fuerit, ideſt intentio recta & fides formata in in-
D ſpiratione tua: totum corpus tuum lucidũ erit, ideſt congeries laborum & operũ tuorum interiorum & exteriorum lucida erit, quia directa in Deum atq; formata. Videt enim Chriſtus per oculum ſimplicem accipere mentem Deo puro & ſimplici amore cohærentem. Per corpus vero affectus & opera, quæ ab ipſo dependent & ordinate ſibi cohærent, ſicut corpus capiti ſuo adhæret. Et ſubdit, ſi oculus tuus nequã fuerit, ideſt intentio peruerſa, de qua Bernardus ait. Oculum neq̃ duo mala cõſtituunt. Cęcitas, quę non cognoſcit veritatẽ: & peruerſitas, quę diligit iniquitatem. Sequit̃, totum corpus tuum tenebroſum erit. i. congeries

Amor naturalis ſẽſualis criminalis.

operum tuorum per tẽtationis cõſenſum obſcura erit. E Et in hoc apparet, ꝙ oẽs labores & cruciatus, quos mercatores, artifices, ruſtici, parentes pro filijs, ſerui pro dominis, amici pro mundanis amicis mundialiter portãt non meritorij: ſed abſque ſpirituali merito ſunt, vel demeritorij dici poſſunt, ſm laborantis intentionem. Si vero temporaliter ad temporalia intentio eſt directa: temporalem quandoq; & non ſemp remunerationem recipiunt, non æternam. Et de talibus Matt. 6. Dominus ait: Amẽ dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Ex his etiam, quæ in hoc cap. dicta ſunt, clare- F ſcere poteſt error eorum, qui decepti ab erroribus ſpũs libertatis & animæ ſimplicis cruciant labores fugiunt atq; horrent, cũ perfectiores non ſint Apoſtolo Paulo, qui Galat. 2. c. de ſe ait, Chriſto confixus ſum cruci.

Secunda diſcretionis regula contra eos, qui corpus ſuum immoderata rigiditate caſtigant. Cap. 2.

SEcunda vero diſcretionis regula ſubiungatur, quæ talis eſt. Inſpiratio exaudiri debet, G quando inſpirata crux & labor a corporali natura portabilis eſt, hoc eſt ſi eſt diſcretus. Cum enim humanum corpus a Deo creatum ſit: licet tanquã ſeruum laboribus & aſperis ſub rationis iugo flectere debeamus: non tamen mactandum & occidendum eſt, cum pro futura gloria animæ diligat illud Deus, ſicut Sapien. 11. ſcriptum eſt: Diligis omnia, quæ ſunt & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens aliquid cõſtituiſti aut feciſti. Proinde. 2. Corinth. 6. Apoſtolus ait: Quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati & H non mortificati. Sicut enim vulnus ſi ſemper vnctũ fuerit, carnẽ mortuã cito trahit, quæ illud ſanari nõ ſinit, & ſi ſemper remor ſua adhibeat̃ grauius valde ſauciatur. ſic eſt de infirma hoĩs carne: ſi ſemper ei leuia adhibeãtur, ſenſus ſpiritualis in anima moritur. Atque ſi pœnitentiæ corroſio vltra modum corpori adhibeatur, mens ſatis infirmior ad bona opera reperitur. Pœnæ. n. ſecundum philoſophum in 2. Ethicorum. ſunt medicinæ. Medicinæ quippe debent cum magna diſcretione & moderatè ſumi. Proinde Bern. inquit: Qui ex indiſcretiõis vitio ieiunia & vigilias ſic agit, vt deficiẽte ſpũ vel langueſcente corpore ſpũalia im-

Pulcra cõparatio.

Quõ ſumẽda medicina corporis, & animæ.

A pediantur: abſtulit corpori boni operis effectum, ſpiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem & obſequium, ſacrilegus eſt & omnium bonorum reus Dño. Eſt enim anima immortalis: proinde deficere minimè poteſt, ſed corpus corruptibile & vas fictile eſt: & non poteſt pariter contendere cum ea in curſu, nec tantum ferre laboris quantum illa capere poteſt ſeruidæ voluntatis. *Exemplū de ebrio.* Ebrius quandoque ad curſum agitat, cui inſidet, equum: nec conſiderat φ cum ipſe æſtuet vino, & equus ſit ſine fræno & ab eo ſupra poſſe laborare cogatur, neceſſe eſt illum ruere & ad locum intentum tardius peruenire. Debemus enim carnem B reſtringere, non extinguere: reprimere, non opprimere: regere, non occidere: vt ſeruiat non laſciuiat: ancilletur, non dominetur. Terra fertilis, ſi diu inculta fuerit, ſilueſcit: ſi nimis fructificare cogitur, fructū non affert: ſi medium tenetur, fertilis perſeuerat. Sic de corporis agro agendum eſt, vt nec de ocio, vel delicijs laſciuiat: nec de deſidia, vel labore deficiat. Proinde beatus Hieronymus in quadā epiſtola ait: Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, & mentis quoque ingenium marceſcere facit: quicquid cum modo & temperamento fit, ſalutare eſt. C Optimus in omni re modus, laudabilis vbiq; menſura, hæc ille. Sanitas quippe à nimia indigentia & ſuperfluitate corrumpitur: & in pulchrioribus membris non placet, quod nimis eſt. Cui rogo placeret, ſi magnitudinem faciei oculorum excederet magnitudo? Guſtus nimis calidum & nimis frigidū horret, & ſic alij corporis ſenſus. Nimia quoque dulcedo non placet, licet amplius amaritudo diſpliceat. *Diſcretionis laus.* Porro diſcretio non tantum eſt virtus, ſed eſt omnium virtutum mater, vt dicitur. 1. quæſtio. 5. præſentium. Et extra de officio cuſto. cap. 1. Item eſt omnium auriga virtutum. D Præcedere enim debet iudicium mentis iuſtitiam, quæ in corpore exercetur, quemadmodum auriga bigam præcedit. Nam & in proceſſionibus poſt cereos & luminaria, crux proſequitur. Sic in in pœnitentia corporali debet præcedere lumen diſcretionis. Chryſoſtomus quoque ait: Tutius eſt cordas remitti intentius, quàm protendi. remiſſarum nanque intenſione artificis peritia conualeſcit: ſed quæ ſemel rupta eſt, nullo artificio reparatur. Sic quippe & maximè iuniorum corpora contringuntur, dum nimia ſeueritate arctantur, eneruantur corporales vires. E Proinde quidam ſapiens ait:

Omnibus in rebus res eſt diſcretio ſumma.

Vnde fit (quod & ego ſæpius vidi,) quatenus in tantam relaxationem labuntur, & tanta impatientia cruciantur, vt nullo modorum a quocunque eis valeat ſatisfieri. Fiunt amentes non abſque diſcrimine animarum ſuarum maximo, fiunt inconuerſabiles, proterui, prælatis rebelles, omnibus inutiles, inſtabiles, vagi, & omni vitio pleni. Et de talibus propheta ait, Aſcendūt vſque ad cœlos, ſcilicet ex ſuperno & initiali feruore, & deſcendunt vſque ad abiſſos in criminali errore. anima eorum in malis tabeſcebat: id eſt deficiebat & in F magno mærore pleroſque vidi deceptos ex tremitatibus laborantes, qui vel abſtinentia nimia, vel ingluuia ſuperflua ad colmen perfectionis aſcendere arbitrabant, & de talibus Caſſianus, collatione 2. inquit: in vtraq; enim parte ſuſtinebit magnum detrimentum, quiſquis inæqualitatem tenēs, nunc ventrem ieiuniorum ariditate confrangit, nunc eſcarum nimietate diſtendit: vt enim mens cibi in auiditate laſſata perdit orationum vigorem, dum carnis nimia laſſitudine prægrauata condormitare G compellitur: ita rurſum nimietate voracitatis oppreſſa emittere ad Deum preces puras leueſque non poterit. Sunt nanque plerique, qui dum corporis valitudo laborat, operantur mira: ſcilicet arctis ieiunijs, magnis vigilijs, aſperis diſciplinis, nuditate pedum, & parcitate indumentorum corpus affligunt contra iudicium expertorum, & quandoque etiam contra obedientiam prælatorum. Sed quia non in humilitate fundantur, deficientibus viribus corporis, abeunte virtute atque vigore mentis, diuino iudicio permittente ſcandaloſis modis vt plurimum relaxantur. Proinde Caſſianus in præfata collatio. ait: Omni conatu H debet diſcretionis bonum virtute humilitatis acquiri, quæ nos illæſos poteſt ab vtraque nimietate ſeruare. Vetus nanque ſententia eſt: Nimietates æquales ſunt: ad vnum enim finem nimietas ieiunij ac voracitas perueniunt, eodemque diſpendio vigiliarum immoderata continuatio monachum quo ſomni grauiſſimi torpor inuoluit. Nam per exceſſum continentiæ debilitatum quenque ad illum ſtatum reuocari neceſſe eſt, in quo negligens quiſque per induritiam detinetur. Hæc vbi ſupra, in collatione abbatis Moyſi.

Quidam

A Quidam quoque ſapiens ait:

Qui plus poſſe putat; q̃ ſua natura miniſtrat,
Poſſe ſuum ſuperans ſe minus eſſe probat.

Stultus quippe hortolanus eſt, qui tempore veris brucos & locuſtas plantis ſuis non innocuè inſidentes tanto impetu & violentia a ramis excutit, quòd flores & fructus deijcit. Sic quandoque qui vitiorum motus per nimiam pœnitentiam a ſe excutere nititur, bona gratiæ & naturæ non ſine diſcrimine lædit: vt merito dicere poſſit illud pſalm. 108. Genua mea in- B firmata ſunt a ieiunio, & excuſſus ſum ſicut locuſta. Non enim omnes æquales ſumus. Quod vni neceſſarium eſt, alteri reperitur eſſe pernicioſum. Non enim ſanat oculum, quod ſanat calcaneum. Sæpe quoque in infirmitate conſimili, quod alteri profuit, alteri nocuit. Alia quippe medicina danda eſt calido, alia frigido, alia ruſtico alia delicato. Franguntur arbores, *Exẽpla.* quæ nimietate fructuum onerantur, maximè ſi tenellæ ſunt. De talibus iuuenibus in initiali feruore periclitantibus, Canticorum. 1. Salomon ait, Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, id eſt vltra debitum ra- C tionis. Talibus enim. 1. Pet. 4. c. ſpiritus ſanctus ait: Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem, id eſt ad reprobationem vobis ſit. Et iterum Bernardus ait. Bonæ voluntati non ſemper credendum, ſed regenda eſt & frenanda maximè in incipiente. Profecto periculoſſimum eſt indomitum equum & impetuoſum atque *Simi'e.* laſciuum calcaribus ſtimulare, vt ſine aliquo freno currat. Et Iacobi. 3. cap. ait, Equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis.. Sic quoque iuuenilis feruor multa diſcretione a ſpiritualibus patribus frænandus eſt, ne proprio ſenſu periclitetur. Plerique profecto reperiuntur, qui D leuioribus potius quàm fortioribus armis in pugna ſpirituali victoriam conſequuntur. Quod in victoria Dauid contra Goliam. 1. Reg. 17. capitu. myſticè monſtratum eſt: Nam cum armis aſſuetus non eſſet & indutus armis Saulis incedere nõ valeret, eis depoſitis leuioribuſque aſſumptis: ſcilicet funda & lapide, Goliam deiecit. Sic quoque pleriſque contingit, qui vel ætate, aut longa conſuetudine vel corporis debilitate, armis religionum, ſeu pœnitentiæ auſteræ in religione pugnare inepti ſunt, qui tamen funda & lapide, id eſt, lachryma, a perſeueranti ſtabilitate victores fiunt. Si quis autem quæ- E rat, quo iudicio ſtandum ſit in huiuſmodi regulæ diſcretione, cum plerique ex immoderato feruore diſcretum putent, quod nimis arduum eſt: atque alij ex remiſſiori feruore arduum arbitrentur, quod leue eſt: dicendum quod ne homo ex aliqua prædictarum parte ſemitam veræ diſcretionis egrediatur, ſtandum eſt iudicio Deum timentium prælatorum & conſilio expertorum & peritorum: quibus ſi fides plena & pura adhibeatur, non permittet Deus talem ſperantem in ſe peri- F culosè labi, niſi aliud obſtet in conſcientia latens, propter quod diuino & ſecreto iudicio ruere permittatur. Nec imitari velint quidam aſperas pœnitentias præteritorum Sanctorum, quia in hoc multi decipiuntur, neſcientes quod ſecundum Gregorium, facti ſunt admirandi in talibus, non imitandi.

Tertia regula bonæ inſpirationis eſt contra eos, qui animæ ſuæ imponunt importabile onus.

G

TErtia vero diſcretionis regula eſt iſta. Bona inſpiratio eſt, ſi crucians labor ab animæ virtute portari poteſt. Sicut enim humano corpori onus importabile imponi non debet, ſicut in præcedenti capitulo dictum eſt: ſic quoque & ipſi animæ importabile pondus imponi non debet, cum ſit alienatio & ſtupefactio ſpiritualium virium, & quodammodo tentare Deum. Quod prohibet Dominus, Matth. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Tentare quippe propriè eſt experimentum ſumere de eo, quod tentatur. Sic profecto interpretatiue Deum tentat, qui ſupra animæ ſuæ vires onere impor- *Tentare.* H tabili eam grauat: tum quia præſumptuosè ſe ingerit in operibus Dei & vltra menſuram ſibi congruam vel condignam: tum q̃a ſtultè & ſine cauſa periculo ſe exponit: tũ quia vanè & curiosè hoc agit. Quantum autem talis aſſumptio indiſcreti mentis diſpliceat ſummo Deo, Apocal. 2. c. taſtatur Dominus dicens. Sed hoc habes bonum, quia odiſti facta Nycolaitarum, quæ & ego odi. Nycolaus iſte vnus de ſeptem diaconibus erat, qui Actuum 6. ab Apoſtolis electi ſunt. hic ad literam dum de amore pulchritudinis vxoris ſuæ argueretur, ad excuſandum ſe excuſatione in peccatis, ne de pulchritudine vxoris curare vide-

Nicolaus q̃s fuerit a quo Nicolaita.

A retur, omnibus volentibus proſtituit eam atque pernitioſum dogma diſſeminans vxores ſic eſſe proſtituendas & coniugia inuicem commutanda, pertinaciter docuit: Quæ hæreſis huius hæreſiarchæ hic ad litteram a Domino condemnata eſt. de hoc quoque Nycolao Auguſtinus in libro de hæreſibus, in 5. cap. ait. Et iterum de illo habetur. 24. quæſt. 3. cap. quidam autem hæretici. In hoc tamen facto moraliter erudimur debilitati mentis parcendum eſſe, nec cuilibet oneri ſine differentia eſſe proſtituendam. Nycolaus enim B ſtultus populus interpretatur. Stultus ſiquidem eſt, qui ſic indiſcreto onere in Dei ſeruitio ſe grauat, quòd diu in eo ſubſiſtere non poſſit. Proinde Matth. 9. cap. Dominus ait, Non mittunt vinum nouum in vtres veteres: ſcilicet qui diſcreti ſunt. alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur & vtres pereunt. Vinum quippe nouum in vtres veteres mittitur, cum pondus mentis infirmitati non adæquatur. Cito quippe onus iſtud abijcitur, vel cum diſcrimine toleratur, quod vltra vires aſſumptum ad importabilem laſſitudinem operatur. Tunc enim vinum nouum vtres veteres rumpit, cum fatigata infirmitas per importabile onus ſuccumbit. Tunc etiam vinum effunditur, cum gratia iã habita diſſipatur. Tunc quoque vtres pere- C unt, quando ex hac indiſcretione animæ periclitantur. In huius quidem myſterium legitur, Geneſis 24. cap. quòd Sichimitæ diuina violãtes per circuncisionem a filijs Iacob Symeon & Leui cum cæteris alijs perierunt. Sichimitæ quidem humeroſi, ſeu laborioſi interpretantur: hi mentale onus vltra vires aſſumptum, per quod Dina illuditur, manifeſtant, cum talibus laboribus vltra virtutem mentis infirmitas oneratur, filij igitur Iſrael, id eſt opera virtuoſa: & maximè obedientiæ ſanctæ, hoc ampu- D tare debent, ne cum ſub ſpecie virtutis negligentia euitatur, vitium indiſcreti oneris ſic obrepat & omnem iuſtitiæ ſtatũ ſubito euertat. Sed tamen aduertendum, quod ne dum importabile mentis pondus euitamus vitium negligentiæ incurramus. Vnde Chriſtus, qui laudabat prælatum Philadelphiæ, qui oderat facta Nicolaitarum, ipſum prius arguebat de negligentia dicẽs: Sed habeo aduerſum te pauca, quia charitatem tuam primam reliquiſti. Tantæ quippe aſtutiæ eſt ſerpens antiquus, vt hominem Deum timentem non mox inuadat

Nicolaus qd interpretatur.

ſuggeſtione aperti ſceleris, ſed primũ paululum reſtringit rigorem iuſtæ diſcretionis. Qui autem modica ſpernit, vt dicitur Eccleſiaſtici. 19. ca. paulatim decidet. Proinde Dominus iuſto viro de hac negligentia cauet dicens, Sed habeo aduerſum te pauca. Multa ſe aduerſus eum habere diceret, ſi illum in manifeſtis ſceleribus inueniſſet: ſed pauca ſe habere aſſerit, quia in eo ſeruorem iuſtitiæ negligentiæ torpore remiſſum inuenit. Et hoc eſt, quod ſubdit: quia charitatem primam reliquiſti. Sicut enim perfectus eſt melius quantumcunque modicus fuerit Deo tamen gratus eſt: ſic econtra deficere a feruore boni, Deo multum ingratum eſt quantumlibet tamen modicum fuerit. Ex his igitur aduertendum, quod Dominus hunc epiſcopum de negligentia arguit, & odium indiſcretæ diſciplinæ commendabile oſtendit: facilius eſt. n. laborẽ ſuperfluum reſpuere, quam diſcretum laborem ſuſtinere. Rectè ergo Dominus facta Nicolaitarum, id eſt indiſcretæ mentis onera odit, quæ a rectitudine iuſtitiæ citius quàm negligentia adducit. propterea multi incautela huius vitij commendabiles eſſe poſſunt, qui de negligentia culpabiles fiunt. Hoc tantum per hæc duo manifeſtum eſt, quod etiam a iuſtitia recedat homo, ſcilicet per negligentiam, & per indiſcretum pondus. Diſcretus igitur homo, atque ſenſatus vt cautius gradiatur: ponderat vires animæ ſuæ: ne ex vna parte, vel ocio langueſcat, vel ex alio irrationabili labore ſuccumbat. Vnde & Apoſtolus. 2. Corinth. cap. 6. nos hortatur exercitari per arma iuſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris. A dextris profecto faciendo, quod neceſſarium eſt: A ſiniſtris verò ſinendo & omittendo illud, quod irrationabile & ſuperfluum dici poteſt. huiuſmodi ſortis plerique ſunt, qui ſtipendijs vel alijs ſceleribus aſſueti eremiticam & ſolitariam vitam aſſumũt quærentes ſeruire Deo ſuo proprio ſenſu. Qui diuino iudicio permittente, & animarum aduerſario operante, atque talium pſumptione temeraria exigẽte, innumerabilibus erroribus & deceptionibus illudunt & cadunt, atq; ſcandaloſè ruunt. Contra quos 16. q. 1. in c. ſi clericatus, Ieronimus ad Ruſticũ monachũ ait: Primum tractandũ eſt, vtrum ſolus, an cũ alijs in monaſterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas ſctõrũ cõtuberniũ: nec ipſe te doceas & abſq; doctore gradiaris viã, quã nunq̃ igreſſus es. Nõ longè

E F G H

A longe talibus diſſimiles ſunt, qui autumant abſque rationabili cauſa ſic ſaluari poſſe in ſeculo, ſicut in ſacra religione, non aduertẽtes quam ponderoſa ſunt pericula ſecularis vitæ, & fragilitatis ſuę. Quidam quoq; tantæ præſumptionis ſunt, vt facere miracula quærant: & tentantes Dominum, ſicut prædictum eſt: arbitrantur quodammodo eſſe æquales Deo, qui ſolus pôt miracula operari. Alij quoq; ſunt, qui omnino ignari, & ignorãtes præſumptuoſe ſub ſpecie animarum zeli & charitatis ingerunt ſe confeſſionibus audiendis, & prædicationibus atque

De quibuſdã pręſumptuoſis.

B populorum curis: quod non eſſe inſpirationem Dei, ſed tentationem diaboli, Mat. 15. aperuit Dominus dicens: Cęci ſunt & duces cęcorum. Cęcus aũt ſi cęco ducatũ pręſtet, ambo in foueam cadunt. ſ. propter mẽtis vtriuſq; importabile onus. Secta quoq; Dulcini hæretici, pro more habet mares & & fęminas iuniores cohabitare ſimul, inter quos licet quandoq; dormiat ſathanas, ad cautelã tñ ſępius euigilat ad ruinam, cum contra Apoſtolum præſumptuoſe ſentire videãtur, ſiue probentur, qui. 1. Corint. 6. c. ait: Fugite fornicationem: ſciens fragilem ad carnis lapſum humanam mentem. Quæ-

C dam quoque mulier non eſt diu a diabolo inſtigata, vt pugnaret contra tentationem carnis: hac intentione cum iuuene lectum ingreſſa eſt. tranſeo ſi perdidit pugnã. Quidam quoque cum iuuenes ſint quodam ſecreto & callido opere diaboli, cum nõ ſentiant in ſuſpecta conuerſatione ſeu familiaritate incendia carnis, plus debito domeſtice inſimul conuerſantur, non intelligentes ꝙ vt fidẽtius fallat diabolus dormire ſe fingit, ſed capto tempore, talium euigilat ad ſcandalum & ruinam. Solet vulpis vt cautius capiat aues, fingere ſe mortuã vel dormire in agro. Proinde Iob 40. miſtice ſcri-

D ptum eſt de hoc diabolo, ſub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus. In vmbra, ignorãtia cęca priuata calore proprij zeli, & proximorum exempli, merito denotatur. Et in hac vmbra diabolus dormire ſe fingit, dum incẽtiua carnis ad tempus non ſuſcitat. In ſecreto calami, de ſe latens & ſuperba confidentia denotatur. in locis humẽtibus, deliciæ & occaſiones ruinæ merito indicantur, ſicut ſunt loca ſuſpecta, importunum tempus, frequentatio nimia, iuuenilis ętas, cõditio propria, & ſimilia quæ poſſunt ad carnis immunditiam inclinare, aut in proximo ſcandalum, aut ſuſpitionem probabiliter excitare. Præterea beatus Franciſcus in regula ſua diſtricte præcipit E fratribus ſuis dicens: Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta cõſortia, vel conſilia mulierum.

Quarta bonę inſpirationis regula ponitur contra eos qui erga virtutum labores irrationabilia aliqua operantur.

QVarta autem diſcretionis regula addi pôt, quæ talis eſt. Exaudiri inſpiratio dẽt, ſi labor & cruciatus rationabilis eſt: ſcilicet ſiue ſit corporalis, ſiue ſit F mentalis. Poſſet. n. inſpiratio inducere ad laborem corporis & animæ virtuti portabilem, ſed rationabilis minime eſſet. Vnde neceſſe eſt ꝙ ſm rationem fiat, vt acceptabilis inſpiratio ſit. Eſt. n. ratio quidam motus animi viſum mentis acuens verumque a falſis diſtinguens. Vnde ſi cruciatus & labor eſt ſm regulam rationis illuminatæ: neceſſe eſt ꝙ placeat Deo, qui illuminat rationẽ, ſicut propheta teſtatur dicens: In lumine tuo videbimus lumen. Duas tamẽ, ſm Aug. ratio hẽt partes. Pars. n. ſuperior æternis rationibus conſpiciendis, vel conſulendis adhæret: Pars vero inferior ad temporalia gubernanda deflectitur, vt illa rationis intẽtio, G qua contemplamur æterna, ſapientiæ deputetur: Illa vero, qua bene vtimur rebus temporalibus, ſcientiæ adaptetur. Sed quia hæc pars inferior rationis decipi poteſt, atq; decipitur ſæpe, magna cautio adhibenda eſt. Qua autem ratio decipiatur, plenius via in Quadrageſimali de Euang. ęterno, ſermone 53. articulo. 1. cap. 1. & 2. dictum eſt, & articulo. 2. quaſi per totũ. Ad talem profecto rationabilem laborem & cruciatum hortatur Apoſtolus. 12. c. ad Rom. dicens: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctã Deo placentem, rationabile obſequium ve- H ſtrum. Ait. n. obſecro vos per miſericordiã Dei, vt exhibeatis, hoc eſt ſponte offeratis. Exo. n. 25. c. in principio, dr: nullus in tabernaculo Dñi, niſi vltroneus offerebat. Corpora veſtra. ſcilicet non tm̃ animas veſtras hoſtiam, in mortificatione vitiorum. Col. 3. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. viuentẽ, per opera virtuoſa, ſanctã, per firmam in Deo perſeuerantiam. Cauda enim cum capite præcipiebatur offerri. Leuit. 3. i. intentio ad Deum erecta & finalis perſeuerantia Deo placentem ſecundum enim Ambro. tunc opera noſtra ſunt hoſtia

Inſpiratio quid facere debet.

A Deo acceptabilis, ſi ipſa incontaminata ſeruemus: Et in his omnibus rationabile obſequium noſtrum, ſcilicet vt ſic mortificentur vitia, vt tamen ſeruetur natura. Et ſecundum rationem obſequium fiat, Leuit. enim 2. In omni ſacrificio ſal præcipiebatur offerri. Contigit quippe in Marchia diebus noſtris, quòd quidam ducens ſolitariam & eremiticam vitam, a diabolo ſeductus atque ſeductor ſuaſit multitudini virorum & mulierum, vt nudi ſicut egreſſi ſunt de vtero matris irent ad mare, quod eis aperiri debebat, vt ſicco veſtigio ad terram promiſſionis tranſirent. Quod licet dici poſſet, quòd

Exemplū notabile.

B talis inſpiratio crux eſſet & tolerabilis corpori & animę: tamē quam irrationabilis fuerit, mens etiam ſimplex aduertit. Irrationabilis quippe eſt crux & labor eorum, qui renūciant ſęculo per ingreſſum religionis, & non ſeruant quod ſupradictum eſt, Matthęi 16. c. cum Dn̄s ait: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Septem quippe modis irrationabilis fit, talis aſſumptio laboris & crucis. Primo, ſi eſt violenta: ſecundo, ſi ocioſa: tertio, ſi fraudulenta: quarto, ſi delicata: quinto, ſi mutuata: ſexto, ſi momentanea: ſeptimo, ſi ſimulata. Primò inquam talis crux fit irrationabilis, ſi eſt violenta, ſicut contigit parentibus, qui filias ſuas contra voluntates earum faciunt moniales. propterea Dominus ait, Si quis vult. ſecūdum enim Augu. nemo inuitus bene agit. & Eccleſi. 15. ſcriptum eſt, Appoſui tibi ignem & aquam, ideſt religionem & ſeculum. Ad quodcunque volueris, porrige manum tuā, ſcilicet vt dicere valeas cum propheta, volūtarie ſacrificabo tibi. Secundo, ſi eſt ocioſa: vel quia religionem ingreditur, vt labores effugiat: aut quia in religione ocioſe viuere cupit. Contra quos Gen. 2. miſticè ſcriptū

Irrationabiliter aſſumitur labor & quomodo.

C

Violenta.

Ocioſa.

D eſt: Poſuit Dominus Adam in paradiſo voluptatis, id eſt in ſancta religione, vt operaretur & cuſtodiret illum, id eſt vt operādo ſeruaret profeſſionem ſuam: quia ocioſi illam minime ſeruare poſſunt, cum Eccl. 33. ſcriptum ſit, Multam enim malitiam docuit ocioſitas. propterea Dominus ſubdit, poſt me venire: quia, ſcilicet a conceptione in vtero matris meæ ſemper in laboribus ſui. Tertio ſi eſt frauduléta, videlicet cum quis ſua dat Deo, ſe vero dat mundo, cum principaliter cor hominis quærat Dominus dicens illud Prouerb. 23. Fili, præbe cor tuum mihi. Quod & propheta ſeruauit dicens: Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio: ſcilicet in perſona propria. Et de hoc Dominus ſubdit, abneget ſemetipſum, potius quam ſua. Quarto ſi eſt delicata. plerique enim ſic volunt facere pęnitentiam, vt nullum ſentiant laborem vel moleſtiam. Contra quos, Galat. 5. c. Apoſtolus ait: Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Et iterum Hiero. ait: Delicatus es, frater chariſſime, ſi & hic vis gaudere cum mundo, & in futuro regnare cum Chriſto. Proinde Dominus ſubdit, Et tollat crucem, id eſt ſtatum in virtutibus, & laboribus occupatum. Quinto ſi eſt mutuata: ſicut contingit his, qui gloriantur in

Fraudulēta.

E

Delicata.

Mutuata

F paſſionibus, & pęnitentijs patrum & fratrum ſuæ religionis & ſocietatis, ipſi vero pati aliquid minime volunt. Quibus Iohan. 8. Dominus ait: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Propter quod Dominus ſubdit ſuam, non alienam. Sexto ſi eſt momentanea. Nam, vt Lucæ. 9. c. in fine, Dominus ait. Nemo mittens manum ad aratrum & a. re. ap. eſt re. Dei. Per aratrum crux Dominica ſignificatur, in qua fuit lignum & ferrum, quo corda fidelium aperiuntur poſt paſſionem & deuotionem. Ad hoc aratrum vtique manum mittit, qui tollit crucem ſuam & ſequitur Chriſtum.

Momētanea.

G propterea ſubditur, Et ſequatur. ad hoc exprimendum Lucæ 9. c. additum eſt quotidie, vt continuatio & perſeuerantia denotetur. Septimo ſi eſt ſimulata. Sunt nanque plerique, ſicut hipocritæ, qui ſimulant ſequi Chriſtum: qui tamen ſequuntur mundum & fauorem eius. Propterea ſequitur, me, non mundum. Meritò ergo Io. 10. cap. Dominus ait. Oues meæ vocem meam, id eſt inſpirationem meam, audiunt. id eſt acceptant, & ego cognoſco eas: ſcilicet per approbationem & ſequuntur me, & ego

Simulata

H vitam æternam do eis. Ex ſeptem quoque contrarijs clareſcere poteſt, quando crux ex diuina inſpiratione originem habet, & rationalis extimanda ſit: Nam debet eſſe primo voluntaria, ſecundo operoſa, tertio vera, quarto laborioſa, quinto propria, ſexto continua, ſeptimo recta, ſecundum, quod clare ſonant prædicta Dominica verba. In quibus notari poſſunt ſept. gradus ſcalæ crucis, per quos poſt Chriſtum ad cęlum conſcendere valeamus.

Septem cōtrarijs patet quomō crux eſt ex diuina inſpiratione.

ARTI-

A ARTICVLVS SECVNDVS.

De ſecundis quatuor regulis diſcretionis inſpirationum, quæ ad delectationem inducunt.

SEcundo ſunt quædam inſpirationes ſanctæ, quæ delectant: & licet ad laborem & crucem non inducant, nihilominus ſuſcipiendæ ſunt. Et de his etiam quatuor regulæ ſubiungantur ad habendũ diſcretionem earum, ne mens incauta de-B cipiatur ſub ſpecie boni.

Quinta regula diſcretionis inſpirationis bonæ, quando naturalis delectatio inſpirata acceptari debet. *Cap.* I.

PRima regula diſcretionis hęc eſt. Acceptanda eſt inſpiratio, quãdo in opere abſque mortali culpa minor eſt delectatio naturaC lis, quàm ſpiritualis. Ad intelligentiam huius regulæ aduertendum eſt, quòd nulla delectatio in quantum delectatio, virtuoſa vel vitioſa dici poteſt. fit autem vitioſa, cũ hæc quinque cõcurrunt, videlicet cum delectatur homo in eo, in quo non debet, Et in loco vbi non debet, Et in tempore quãdo non debet, Et in modo in quo non debet, Et etiam pluſquã debet. Et per oppoſita quinque fit delectatio virtuoſa. Aduertendum eſt etiam, ꝙ ſecundum diuerſa obiecta delectabilia, triplex delectatio diſtingui poteſt. Prima eſt ſenſualis, ſecunda naturalis, tertia ſpiritualis. Prima enim eſt delectatio ſenſualis, & tali delectatiõe ſpreto Deo carni ratio ſubiugata eſt. Et hæc eſt delectatio, ſecundum quam omnes peccaD tores ſequuntur impetuoſum appetitum corporalium ſenſuum ſuorum; nec ratione ducuntur, cum in eis ratio ſenſualitati ſerua effecta ſit. Et de talibus Apoſtolus Rom. 8. c. ait. Qui autem in carne ſunt, id eſt carnales homines. Deo placere nõ poſſunt. Et ſubdit rationem dicens: Qui autem ſm carnem ſunt, quæ carni ſunt ſapiunt. Et iterum de eiſdem propheta inquit: Corrupti ſunt. quia ratio a corrupta carne corrupta eſt. Et abominabiles facti ſunt. Nõ eſt, qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Et iterum, fiant, id eſt fient viæ eorum tenebrę & lubricum, & Angelus Domini, ideſt diabolus perſequens eos. Secunda delectatio E eſt naturalis, in tali quippe delectatione ratio ſenſualitati conſociata eſt: nec in ea ratio, nec ſenſualitas in totum prædominatur: tamen corporales ſenſus delectantur quandoque paululum vltra modum & debitum rationis, ex quo plerunque cõmittiť venialis culpa. Et de hoc. 1 Cor. 10. Apoſtolus ait. Tentatio non vos appræhendat, niſi humana. Cum enim ꝑdicta delectatio poſſit eſſe cum pcõ veniali: & plerunq; eſt, & poſſit eſſe ſine veniali culpa, licet raro contingat, non optauit vel conſuluit Apoſtolꝰ F incidere in tẽtationem iſtam. ſ. ꝙ non inciderent in aliã ꝑſuaſit: ſi vero in iſtã inciderẽt, non vlterius progrederenť per mortalem culpam. Tertia eſt delectatio ſpũalis, in qua natura corporalis & ſpũalis ſupnaturaliter delectať. Nã & humani ſenſus corporis & animæ debite delectari poſſunt in obiectis creatorum, qñ homo de creaturis ſcalam facit aſcendendi ad creatorẽ. Et de tali delectatione in creaturis delectabatur propheta, cũ dicebat, Delectaſti me dñe. ſ. tu, non ego: in factura tua, & in operibus manuum tuarũ exultabo. Ex his tribus de-G lectationibus clareſcere põt intellectus regulæ ſupradictæ. Nã primo excludiť delectatio ſenſualis, vt inſpiratio digna ſit acceptari, quia dř abſq; mortali culpa. Noui perſonam, quæ dum contẽplabať humanitatẽ Chriſti pendẽtis in cruce (pudet dicere & horrendũ eſt ẽt cogitare) ſenſualiter & turpiter polluebatur & fædabať: quod apertè prædicare diſcretum non puto. Sunt quoque pleriq;, inter quos oritur amor & delectatio ſpiritualis, atq; paulatim diabolo operante deſcendunt in delectationem naturalem, vt plus delectando in cõuerſatione iuuenilis, quàm ſenilis ætatis & conſimilium: tandem ruunt in delectationem ſenſualem, ſeu carnalem. Omnibus vtiq. ſupradictis Galat. 3. Apoſtolus ait: ſic ſtulti facti H eſtis, vt cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſummamini? Secundo in præfata regula præſupponitur delectatio naturalis, quæ poteſt eſſe cum peccato veniali, & etiã abſque eo. Tertio vero tanquam principale in acceptabili inſpiratione eſt delectatio ſpũalis, qua regnãte & ꝑdominante: ſi quid inſpirať, in quo concurrat delectatio naturalis, acceptari debet: nec ꝓpter naturalem delectationẽ delectatio ſpũalis reſpuenda eſt: verbi gratia: Dum homo magno feruore ieiunat, licet plus delecteť in comedẽdo naturaliter porros vel cępas, q̃ non ieiunã-

Delectatio in ſe, nec bona nec mala niſi ex circũſtãtia.

Delectatio ſenſualis.

Delectatio naturalis.

Delectatio ſpũalis.

Naturalis delectatio põt eſſe cũ veniali.

A do ſi comedat perdices & pauones, nõ tñ
debet dimittere ieiuniũ ꝓpter delectationẽ
naturalem in porro vel cępe: ſi maior ſit in
eo delectatio ſpũalis in amore ieiunij quã
delectatio naturalis ĩ porro vel cępe: & ſic
de conſimilibus. Ad hãc duplicẽ delectatio
nẽ ſpũalem & naturalem hortaт̃ Apoſtolus
ad Phil. 4. dicens: Gaudete in Dño ſemper,
non ad horam. Ecce delectatio ſpũalis in
anima. Iterũ dico, gaudete. Ecce delectatio
naturalis in corpore. Et ad hoc idẽ hortaт̃
ꝓpheta dicens. Lętamini in dño, ecce dele
ctatio ſpiritualis. Et exultate iuſti. Ecce de-
lectatio naturalis.
B

Sexta regula diſcretionis inſpirationum eſt quando inſpiratur ſola delectatio ſpiritualis. Cap. 2.

SEcunda diſcretionis regula talis eſt. Ac
ceptãda ẽ inſpiratio ſi in opere inſpira
to ex virtute vel gr̃a eſt pura delectatio
ſpũalis. Ad intellectum huius regulæ p̃no-
tandũ eſt, ꝙ omnis virtus eſt virtus & gr̃a:
ſed nõ omnis gratia eſt virtus. Proinde tria
C ad præſens conſideremus. Primo, quid eſt
virtus: ſecundo, quid eſt talis gratia: tertio,
quę eſt pura delectatio ſpiritualis. Primo. n.
conſideremus, quid eſt virtus. Si ergo quæ-
Virtus q̃d ratur, quid eſt virtus. Dicendum ꝙ virtꝰ eſt
in anima pura forma, cuius quãtitas virtuo
ſa immenſurabilis eſt; per quã voluntas hu
mana cũ diuina vnitur atq; vnum ſit cũ ea,
ſi virtus perfecta eſt. In libro aũt de morib.
eccl. ſic diffinitur. Virtus eſt ordo amoris
ſiue amor ordinatus. Et iterum Aug. ait Vir
tus eſt bona qualitas mentis, qua recte viui
tur: qua male vero vtitur, quam Deus in no
bis, & ſine nobis operatur. Et ſicut Hier. in
Virtutum quadam epiſtola inquit: Oẽs virtutes ſibi
connexio hęrẽt, vt qui vna caruerit, oĩbus careat. Qui
ergo vnam hẽt, oẽs hẽt. Oẽs quippe virtu-
D tes adinuicem ſibi auxilium præſtãt & q̃ li-
bet ad perfectionem oĩum operatur virtus,
meretur gratiam atq; conſeruat eam. Si q̃ra
tur inſuper, qñ virtus perfecta meretur di-
ci. Dicendum ꝙ tunc perfecta eſt, qñ debi-
te põt diligere creatorem, & creaturas cũ
virtuoſo odio ſui: & qñ põt cũ gaudio do-
lores ſuſtinere & pęnas. Si ẽt q̃raт̃, quare. n.
datur virtus. Dicendum ꝙ datur ei vt hõ, q
dignꝰ erat odio Dei, fiat dignus amore eiꝰ,
per quem & in quo & cũ quo valeat in ſem
piterna gloria pręmiari. Oẽs ãt virtutes in
gloria correſpondent præmio eſſentiali. Et
quælibet virtus hẽt ſuum præmiũ particula E
re, vnde merito Eccl. 44. ſcriptũ eſt. Non eſt
inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem
excelſi. Quid eſt gratia, quæ non eſt virtus.
Secundo cõſideremus quid eſt gr̃a, quæ nõ *Gr̃a q̃d.*
eſt virtus. hanc ſ̃m Bonauenturam in Cen-
tiloquio, quodammõ diffinit Apoſtolus 1.
Cor. 12. di. Gr̃a eſt manifeſtatio ſpiritus ad
vtilitatem. Huius gr̃æ ſunt ſpiritus prophe-
tię, reuelationes, viſiones, raptꝰ, iubili, exta
ſis & conſimilia: Tales gr̃æ ſunt, q̃ non ſunt
virtutes, licet ex ſui natura nõ ſint merito-
riæ: tñ põt hõ mereri in eis ex gratitudine,
& bono atq; humili illarum vſu. Item notã F
ter aduertendum eſt, ꝙ hæ gr̃æ a ſanctis vi-
ris ſicut miro modo in vſu ponũtur, ꝙ ſp in
eis gratia, eſt gr̃a atq; virtus. inſup ſunt quæ
dam gr̃æ, quæ ſp ſunt gr̃æ & virtutes, ſicut
ſunt habitus virtutum, ſtatus mẽtiũ, atq; ſta
tus cõtemplationum. Gr̃a, vtputa feruor, &
affectio magna, iuuat virtutem, vt opera la-
borioſa ſuſtinere poſſit. Magna ꝓfecto Dei
gr̃a ẽ, alta ĩtelligibilia creatoris & creatura
rum eius atq; mira ſentimenta hr̃e. Nec tñ
dẽt quiſquã gloriari in eis, cum ſæpius cõi- G
centur his, qui ſunt in mortali culpa. Quod *Dona Dei*
maxime facit Deus ꝑꝑ quattuor rationes. *plerunq;*
Primo ꝑꝑ attractionem, ſecundo ꝑꝑ reuo- *cõicantur*
cationem, tertio ꝑꝑ remunerationem, quar *ijs q̃ ſunt*
to ꝑꝑ obcęcationem. Primo inquã propter *in morta-*
attractionem. i. vt hominẽ trahat a ſtatu per *li pctõ.*
ditionis, ad ſtatum ſaluationis; ſicut de tali- *Primo.*
bus Oſeæ. 11. c. Dominus ait. In funiculis
Adę trahã eos in vinculis charitatis. Funicu
li Adę ſunt gratię antedictę, quas ei aliquo
mõ in ſtatu naturæ conditæ contulit Deus.
Vincula charitatis ſunt dona, quibus poſt la
pſam aĩam vtitur Deus vt hominem ad ſe
trahat: Sicut ſunt eccleſiaſtica ſacramenta,
& multa alia beneficia Dei. Secundo pro- *Secundo.*
pter reuocationem, id eſt vt hominem, qui
iam extitit in magna perfectione, & deci-
dit in magnam ruinam culpæ, reuocet ad
ſtatum ſalutis æternæ. His profecto gratijs H
atque donis propheta Dauid a ſcelere adul
terij, & homicidij ad veram pęnitentiã mi
ſericorditer reuocatus eſt, ita vt cordialiter
exclamaret: Miſerere mei Deus ſecundum
magnam miſericordiam tuam, quia magna
iniquitas mea magnam exigit miam tuam.
Tertio propter remunerationem. Scit. n. *Tertio.*
Deus aliquem multa bona & magna opera
feciſſe, & facturum eſſe, & finaliter non ſal
uandum: propterea ad remuneratione p̃di
ctorum bonorũ tribuit ei multa & magna
ſentimenta, vt bonum irremuneratum non
relin-

A relinquat. Et de hoc patet exemplum in Salomone,ſecundum eos, qui tenent eũ damnatum.Porro Propheta inquit:Iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. *Quarto.* Quarto propter obcæcationẽ. Anima.n.quæ in magna perfectione & lumine non eſt: & per propriam malitiam peccat in Spiritumſanctum, atque per horribiles modos ſe vertit ad diuinam offenſionem,& conatur nouam fidem,atq; doctrinam inuenire & docere in animarum ſalutem,& crimina ſua non relinquit:ſed vult peccata ſua cognoſcere non peccata, ſed perfectiſſimas eſſe virtutes: recipit talia ſentimenta in horribilem ſententiam Dei, vt non intelligat B ſtatum ſuum horribilem & periculoſum,in quem peruenit: & credat ſe dotatum ſumma perfectione, & ſic auſeratur ab eo teſtimonium ſuæ æternæ dãnationis. *Exẽplum* Et de hoc patet exemplum in hæretico Origene, qui magnis & admirandis gratijs fulſit, & tamen hæreſiarcha in multis erroribus fuit. Extitit quoq; de talibus Nicolaus Antiochenus,de quo ſupra,artic.1.& c.1.dictum eſt. De his quoq; Sapien.2.ſcriptum eſt,Excæcauit eos malitia eorum. *Pura delectatio ſpiritualis.* Tertio vero conſideremus quæ ſit pura delectatio ſpiritualis. Et hoc ad præſens quo ad Deum, & alias quo ad proximum. Profecto illa eſt delecta C tio pura ſpiritualis quo ad Deum, quia in Deo anima ſupernaturaliter delectatur. Qđ fit per ſapientiæ donum, ſecũdum ꝙ ſupra in die Pentec.artic.1. & c.7. dictum eſt. Et ibi per beatum Iac. ponuntur ſeptem teſtimonia,ſeu ſigna, per quæ manifeſte intelligere poſſumus ſi eſt ver delectatio pura ſpiritualis abſq; aliqua impuritate deceptionis.Et de hac pura delectatione Cant. 7. c. anima ſancta inquit:Ego dilecto meo,& ad me conuerſio eius.Et iterum 2.c.ait. Dilectus meus mihi & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies & inclinentur D vmbræ. Poſſumus inſuper addere quinque alia ſigna ſeu teſtimonia,per quę clareſcere poteſt,ſi delectatio prius habita eſt pure ſpiritualis. *Quinque ſigna ſpiritualis lætitiæ.* Quorum. Primum teſtimonium eſt timoratio, ſecũdum humiliatio,tertium crucis deſideratio, quartum eſt inebriatio, quintum donorum variatio. *Primum.* Primum teſtimoniũ eſt timoratio.i. tam fortis & efficax timor,quod animam & corpus in Deo tremere facit, iuxta propheticum illud, Timor & tremor venerunt ſuper me. *Secundũ.* Secundum eſt humiliatio, hoc eſt humilitas profundiſſima, quę ex guſtu ſuę vilitatis & nihilitatis intellectualiter deguſtatæ originem habet, quemadmodum de ſe propheta ait: Ad nihilum redactus ſum & neſciui. B *Tertium.* Tertium eſt crucis deſideratio & inconſiderabile deſiderium poſſe ſuſtinere quaſi infinitas paſſiones & cruces, ſicut patet in Apoſtolo Paulo,qui poſt admirandas delectationes ſpirituales, & puras de ſe & coapoſtolis ſuis ait,Roma.8.c. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti?tribulatio,an anguſtia? an perſecutio? an fames?an nuditas?an periculum? an gladius? *Quartũ.* Quartum teſtimoniũ eſt inebriatio. hoc eſt excellentiſſima amoris ebrietas in contemplando, exemplo etiam Apoſtoli qui Gal.2.c.ebrius amore Domini ait, F Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. *Quintũ.* Quintum teſtimonium eſt donorum variatio. Nam ſunt quædam ſingularia dona, quæ poſt habitam delectationem in anima & corpore, remanent quandoque in corpore tantum. Et hęc quaſi infinitis modis diuerſimode variantur. quandoq; enim remanet in anima quædam inconſiderabilis pax, quam Phil. 4. Apoſtolus optabat dicens: Et pax Dei, quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quandoque remanet quædam aptitudo & habilitas ad diligendum Deum,quaſi ſemper cum delectatione ſeu ſuauitate ſpiritualis guſtus,vt dice G re valeat cum propheta:Quam magna multitudo dul.t.domine, quam ab.ti.te. Quandoque remanet quædam prędominatio ſup oẽs corporales ſenſus & illecebras carnis. Cum enim Deus ſpiritus ſit, vt dicitur Ioã. 4.Qui in cõtemplatione adhæret Deo vnus ſpiritus fit cum eo, vt teſtatur Apoſtolus primæ Cor.6.Humanus igitur ſpiritus Deo adhærens ſic a Dei ſpiritu abſorbetur,vt ſpiritu etiam carnem in conditiones ſuas quodammodo transformet & ſubiectã eam, & ſenſus ſuos teneat ſub imperio rationis. Et hic proprie dicitur ſtatus hominis ſpiritua- H lis,in quo homo faciliter iudicat præſentia & futura, quemadmodum primę Corin. 2. Apoſtolus ait: Spiritualis oĩa iudicat,& ipſe a nemine iudicatur.Quandoq; induit nouam virtutem, quam nunq̃ in præterito ex aliquo ſuo exercitio potuit adipiſci. Vnde primi Reg.10.tali homini per effectũ a Domino miſtice dictum eſt, Mutaberis in virũ alterum.Quandoq; expoliat aliquod vitiũ, quod ante nunq̃ ſuo conamine potuit ſpoliare,iuxta illud apoſtoli Epheſ.4. Renouamini in ſpiritu mentis veſtræ.Quandoq; remanet corpus liberum ab aliqua incurabi-

li infirmitate, iuxta propheticum illud, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Et iterũ Eſa.40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Si delectatio ſpiritualis in experimentali actu, ſeu in fine per ſupradicta duodecim ſigna & teſtimonia, non clariſſime & certiſſime innoteſcit, ſit ſibi ſuſpecta ſicut dæmonium incarnatum.

Septima regula diſcretionis inſpirationum bonarum eſt, quando ex ſpirituali delectatione plus anima humiliatur. *Cap.* 3.

B Tertia diſcretionis regula ſubiungatur, quæ talis eſt. Sancta eſt inſpiratio, ſi ex ſpirituali delectatione amplius anima humiliatur. Antiquus quippe hoſtis de theſauris ſapientiæ ſibi naturaliter inditæ per creationem ſuperbiens, clauo diuinæ iuſtitiæ a diuina ſuauitate excluſus nititur, vnũquenq; ab eadem ſuauitate excludere, ſuperbiam ſuggerens, per quam vera dulcedine Dei indignus fiat quicunq; conſenſerit fallacibus ſuggeſtionibus eius. Sic humilitatis diſcipulos, & veritatis alumnos rentabat in prima operatione virtutũ, & theſauris dulcedinis Chriſti per gloriam vanã excludere. C Vnde Lu.1.c. ſcriptum eſt, quod diſcipuli reuerſi ſunt cum gaudio dicentes, Domine, etiam dęmonia ſubijciũtur nobis. At humilitatis magiſter, q per operationẽ virtutum, & alia ſpiritualia dona ad ſuauitatem ſapientię ſuę, per gratiam ſuam eos introducere diſponebat, doctrina ſua eos ſtatim ad humilitatem reduxit. Videbã inquit ſathanam, ſicut fulgur de cęlo cadẽtem, q.d. Si ſathanas in tanta nobilitate naturæ conditus, per inanem gloriam ſubito cecidit, & a diuina ſuauitate excluſus eſt: quomodo D vos natura infirmiores de virtutibus, quas non ex vobis, ſed ex gratia habetis glorian res poteritis conſurgere ad cœleſtia regna? Sicut ergo ſuperbia oſtium diuinæ ſuauitatis & conſolationis cœleſtis ſuperbiẽti Angelo clauſit: ſic vera humilitas terreno homini oſtium cõſolationum cęleſtiũ pandit. Proinde Apoc.3.c. animæ humili Dominus inquit: Ecce dedi coram te oſtiũ apertum, quod nemo poteſt claudere, quia modicam habes virtutem: & ſeruaſti verbum meum, & non negaſti fidem meam. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenduntur per ordinem tria, quæ concurrunt ad veram conſolationem ſpiritualem, & ad Dei ſpiritualia dona & altiſſima ſentimenta humilibus danda. E Primum eſt conſolationum donum, ſecundum conſolationum meritum, tertium conſolationum obiectum. Primum concurrẽs eſt conſolationum donum: ait enim, Ecce, quod eſt excitare ad ſpiritualis conſolationis diſcretionẽ: dedi. i. dabo. iam enim Dominus dederat apud ſe: & per hoc magis oſtendit diſcretionis & conſolationis gratiã eſſe in promptu. Coram te oſtium apertũ, ſ. ad veritatem luminoſæ diſcretionis habẽdam, quæ ſunt diuinę & veræ cõſolationes, & quę diaboli illuſiones. Inſuper oſtiũ aperrum humili datur, quia cõtemplationis gratiam ingreſſus ad guſtandum diuinas ſuauitates communicatur. F vnde & Apoc.4.c. cõtemplatur Ioan. hoc oſtium apertum. proinde dicitur ibi, Et ecce oſtium apertum in cœlo, quia homini in quo eſt humilitas, ſiue humilitatis gratia: ingreſſus ad altiſſima ſentimenta, & ſecreta Dei benigniſſime diſpenſatur: quod tamen per aliquam falſam illuſionem & deceptionem nemo poteſt claudere. ſ. niſi homo clauſerit per ſuperbiam ſibiipſi. Sunt nanq; pleriq;, qui viſiones & reuelationes, aut ſentimenta, quæ ſupra naturam ſunt, atque ſupra communem curſum eorum, qui amant & timent Deum per veram fidem cõcupiſcunt & quærunt, nec intelligunt, G quaſi impoſſibile eſt talia quærere & deſiderare abſq; radicata ſuperbia, & abſq; fundamento præſumptionis, & ſine tentatione vanæ curioſitatis circa ſecreta Dei. Nec inſuper poteſt eſſe ſine fragilitate & defectu fidei. Vnde merito ex diuino iudicio permittunt tales ruere in periculoſas illuſiones & deceptiones diaboli, & in falſiſſima ſentimẽta. Hic profecto eſt mos, p quẽ modernis tpibus in magna parte diſſeminat diabolus tẽtationes ſpirituales, atq; radicat eas in cordibus illorũ, qui veri Antichriſti nuntij ſunt. Tales quippe ſibiipſis H oſtium claudunt, ne poſſint intelligere quo decipiuntur & illuduntur a diabolo, atque operam præſtant, ne ingredi poſſint ad talia ſpiritualia dona. Secundum concurrens eſt conſolationum meritum. Porro quanto quiſq; maior eſt in conſpectu ſui, tanto minor eſt in conſpectu Dei. At econtra quãto amplius homo ſibiipſi vileſcit, tanto coram Deo in gratia creſcit. E tali animę Chriſtus ſubdit, Quia modicam habes virtutem. Modica virtus digne humilitas appellatur: tum quia facit hominem ſeipſum modicum reputare: tum quia facit hominem modica appetere, nec gloriam propriam affectare:

Tria concurrũt ad ſpirituale conſolationem.

Secundũ.

A re: tū quia non conatur reſiſtere donis Dei. Quaſi ſit humilitas triplex. Prima eſt humilitas reputationis in intellectu. a cuius contrario, Coloſſen. 2. c. Apoſtolus de quodam ſuperbo ait, Ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Secunda eſt humilitas affectionis in affectu, qua homo non afficitur ad propriam altitudinē, iuxta Apoſtoli præceptum, qui Rom. 12. c. ait: Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Tertia eſt humilitas inclinationis in conatu, q̄a Iac. 4. c. ſcriptum eſt: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Prædictā triplicem humilitatem habētibus merito oſtiū

Prima.

Secunda.

Tertia.

B reuelationum & magnorum donorum, & conſolationum a Domino aperitur: nec procedunt ex aliquo humano ſtudio, deſiderio ſeu conatu: ſed ſolummodo, veniūt ex ſumma bonitate & miſericordia Dei in animā exiſtentem, non tantum in p̄fata triplici humilitate, ſed etiam in magno Dei timore, & ſumma reuerentia eius atque magno fidei amore atque feruore. Sunt tamen plerique, qui ſtudent atque conantur humiliare ſeipſos, habere timorem atque reuerentiam erga Deū, ad hoc vt ſcilicet habeāt ſupernaturales cōſolationes, reuelationes, viſiones & ſentimenta. Et hi quoque etiam eiſdē de-

C ceptionibus illuduntur, cum eandem radicem & fundamentum finalem intentionem habeāt, ſicut deſiderium ante dictum. Proinde merito dignum eſt, vt in eandē ſententiam, & derelictionem Dei deueniant, ſicut & ſupradicti. Plerique etiam ſeducuntur putātes per ſpiritumſanctum fieri, quod ipſi prius finxerūt, vel quod ſpiritus erroris eis ſuggeſſit. Proinde vaticinijs iam vſque ad nauſeam repleti ſumus: vtputa de Antichriſti aduentu, de ſignis iudicij propinquantis, de Eccleſiæ perſecutione & reformatione, & ſimilibus. Quibus etiā viri graues atque deuoti pluſquam oportuit creduli

D li extiterunt, de ſcripturis Ioachim, & aliorum vaticinantium interpretationes varias extrahentes. Quæ & ſi vera & auctentica forent: attamen ſerui Dei plura alia reperirent, in quibus poſſent fructuoſius occupari, cum Dominus Ieſus Chriſtus, Actuum. 1. c. in plurimis tales temporum curioſos inquiſitores reprehenderit, d. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: non hominis. Tertium concurrens eſt obiectum cōſolationum. vt enim humilitas grata ſit Deo, duo maxime requiruntur. Primum, quòd ſit verbis Chriſti conformata, & quòd non ſecundum pro-

Duo requirit humilitas Deo grata.

prium ſenſum bonis operibus homo inſiſtat. Et de hoc ſubditur Apoca. 3. Et ſeruaſti verbum meum. Porrò verbum Chriſti per diligentiam ſeruari debet, vt tam attentione mentis, quam inſtātia executionis doctrina Chriſti adimpleatur, quæ in hoc maxime conſiſtit, ꝙ in omnibus bonis requiratur gloria Dei. Secundum quod ſit diligens & operoſa & exercitata, & vſq; in finem ad gloriam Dei perſeueret. Et de hoc ſubditur, Et non negaſti nomen meum. Profecto nomen Chriſti negat, qui ſcilicet per gloriam & delectatione propriam a Chriſti humilitate apoſtatat. Vnde Eccleſiaſt. 1. ſcriptū eſt, E

Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare facit a Deo. Qui enim in donis gratiæ nō ipſum attollit, ſed ſeipſum extollit: hic iam primū mentem a Deo per ſuperbiam ſeparat: Dei enim dona ſibiipſi imputat: & per hoc propter donorum complacentiam ſeipſum, nō Deum amat: & hæc eſt vera negatio Chriſti, de qua Iob. 31. c. ſcriptum eſt, Si vidi ſolem conſulgentem, & lunam incedentem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meū, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum. ſolem fulgentem, & F

lunam clare incedentē videt, qui ſucceſſum in temporalibus, ſeu ſpiritualibus gratijs habet, ſeu habere ſe putat: ex quarum gratiarum complacentia homo non Dei, ſed manum propriam oſculatur. quando omnia ſupradicta bona ſic habet: quaſi a propria manu, non diuina adeptus ſit. Et hæc iniquitas maxima nō ſolum ſuperbæ in ſe-ipſo reputationis & gloriationis, ſed etiam maxime ingratitudinis contra Deum, vt digne Dei negatio nominetur, cum a munifica manu eius munera accipiuntur, & mox ingratitudinis gladio manus Dn̄i amputatur. In multis igitur hominibus antiquus hoſtis hanc negationem ſub prætextu viſionū G

& reuelationum diuerſiſſime & aſtutiſſime operat in his, in quibus regnat præſumptio ſpiritualis, & ſecreta ambitio famæ, gradus & dignitatis. Nam ſunt nonnulli, qui miro modo decepti faciliter bibunt calicem Babilonis, agiliter ſuſcipientes in ſe, vel ab alijs viſiones & reuelationes, quæ extollūt & ducunt eos ad altos gradus: vt puta ad Papatum, vel ad alias dignitates. De Papatu deceptos plures noui. Et licet quidam eorū ex miris reuelationibus hoc habuiſſe aſſererent, tamē ſemper illos ſicut extiterunt, deceptos & illuſos extimaui. Quod quanti periculi ſit, nūc noſtris temporibus experitur H

ipſa

A ipſa infelix Chriſtianitas, in infelice infelix dum per hanc illuſionem, vt manifeſta iudicia clamãt deluſum antipapã tam horribile, & ſcandaloſum mõſtrum in eccleſia, parturiuit, ꝙ eſt iniquitas maxima, & negatio cõtra Deum altiſſimum. Tu vero, qui ne fallaris ſpiritus diſcretionem habere deſideras: ſolerter caue, ne in tua oratione & contemplatione aliquo modo ſuſtineas in anima tua conſolationem aliquam: quamuis magnã, quamuis altam, fundantem ſe in extimatione ſeu præſumptione ſuperba tuijpſius, aut ducentem te in ambitionem tuæ propriæ
B gloriç & honoris: non tantum in præſenti vita, ſed etiam in futura, ex quo videlicet conſolatio ſupradicta includit principaliter tuç propriç affectionis refectionem atque ſaturitatem. Indubitãter itaque tene, ꝙ anima talem conſolationem amplectẽs, ruit in maximam multitudinem periculoſorum errorum & vitiorum. Nam iuſto iudicio ſuo permittit Deus ipſi dæmoni poteſtatem per plurimas vias & multiplicia argumenta augendi conſolationem prædictam atque imprimendi cum conſolatione præfata periculoſiſſima ſentimenta atque alias illuſiones, quibus anima iam imbuta credat & arbitre
C tur eſſe reuelationes veraces. Hah Domine Deus, tu ſcis quot modernis temporibus his fallacijs decipiuntur: Nam & maior pars non dicam raptuum tuorum, ſed rabierum antichriſti diſcipulorum & nũciorum per hunc modum procedit. Proinde dilectiſſime frater, qui legis, diligenter caue, ne in oratione & cõtemplatione tua ſuſtineas niſi conſolationem illam, quç perſeuerãter ſequitur poſt prędictã veram tui cognitionem & poſt perfectam ſenſibilitatem tuæ nihilitatis & tuæ imperfectionis, & quæ procedat & veniat cũ tui magna ſubiectione, magnitudini & altitudini Dei per altam
D reuerentiam: nec non & cum magno deſiderio gloriç & honoris eius, non tui: ita ꝙ conſolatio ante dicta principaliter in prædictis vel in conſimilibus aut æqualibus fundetur & ſtabiliatur. Nec prætereundum puto, ꝙ plerique ita horribiliter ſeducuntur, & decipiuntur, vt putent ſibi in viſione apparere Chriſtum, vel ipſam Virginem benedictam: & non tantum oſculis & amplexibus, verum etiam indecẽtioribus geſtibus, & actibus demulceri ab eis: credẽtes quod ſicut eorum ſpiritus interius ab illis conſolatione & delectatione repletur, ita & caro exterius ſibi congruo oblectationis ſenſu ſenſibiliter carnalibus demulceatur. Quod non tãtum ſeductorium, & falſiſſimum eſt: E
verumetiam grauiſſimum genus blaſphemiæ comprobatur. Porro viſitatio ſpiritusſancti, ſicut contra omnia vitia deteſtanda & reprimenda infunditur: ita quoque efficaciter contra carnales illecebras toto ſuo impetu aduerſatur, atque vbi ſpiritus munditię iubare ſuo in anima fulſerit, continuo omnes praue voluptates motus euaneſcere, & nebulas tenebroſas ſuperueniente diuino lumine diſparere neceſſe eſt. Huiuſmodi autem homines, cum aliquando dulcedinem ſpiritualem ſentiunt, continuo quoque carnalis, & fędę delectationis pruritu illecti ſędari ſolent. Neſcio quippe, quid de his iudicem, niſi quod potius F
eligo illos carere floribus, quam de luti ſordibus colligere vellem. Et ſicut illos damnare non audeo, qui inuiti quandoque in huiuſmodi ſpiritualibus affectionibus carnalis fluxus liquore maculantur: ita quoque iſtos excuſare neſcio, qui tali fluxu ex conſenſu delectantur, etiam qualiſcunque eorum bona intentio videatur. Quattuor deceptiones in ſpiritualibus ſentimentis plurimi quoque in delectationibus ſpiritualibus periculoſe falluntur etiam in ſpiritualibus ſentimentis atque ad quadruplicem differentiam tales fallaciæ reduci poſſunt. *Quatuor deceptiones in ſpiritualibus ſentimentis.*
Prima eſt differentia diabolicæ deceptionis, ſecunda artificioſę tranſformationis, G
tertia naturalis paſſionis, quarta inſufficientis aptitudinis. Atque tales deceptiones primę & ſecundę perſonę communicantur: quia non tantum decipiuntur hi, qui iſtas ſuſtinent, ſed etiam illi qui eas vident, & fidem adhibent. Prima enim differentia harum fallaciarum eſt diabolicæ deceptionis. *Prima differẽtia* Et harum modi innumerabiles ſunt; quia miris & innumerabilibus modis animabus inſidiatur ſerpens antiquus ad decipiendum eas, de quibus ſatis dictum eſt in antecedenti ſermone, articulo 1. & cap. 4. & etiam aliqua in preſenti capitulo dicta ſunt, atque domino operante dicturi H
ſumus in tractatu ſeptem tentationum. Secunda differentia deceptionum eſt artificioſę transformationis. *Secunda.* Sunt nanque plerique qui ſeipſos violentant ad lachrymas & feruores & per quoſdam exteriores actus ad ſentimenta ſupernalia elaborant, & in hac tentatione ſeipſos cogunt. Ex quo fit quod paulatim natura per talium conſuetudinem aſſueſcit. vnde artificioſe trãſformationes, & non verę diabolo adiuuante in talibus oriuntur. Et videbitur ma-

gnum

A gnum quid, quod tñ ex gratia, & quodãmodo ex natura fit. Tales, atq; oẽs eis credentes decipiuntur: quia non intelligunt, ꝙ gratia violentari non debet in huiuſmodi inflammationibus, & lachrymis, & conſimilibus, niſi gratia ipſa cogat. Quia qñ vult Dñs animam dono ſuæ gratiæ viſitare, non eſt q̃ poſſit ſe abſcondere a facie eius, ſed ſe vocanti obedire neceſſe eſt. Conſueuerunt tñ quidã huiuſmodi inflãmationes, atq; feruores, & talia dona ſingularia in cõſpectu hominum pro poſſe retinere, renuere, vel occultare, ne de eis percipiat quiſquã, & non ad inſipientiam ſibi. Conſolationes vero & B deuotiones, quæ in deuota & humili oratione in ſecreto inſipientibus venire ſolent, reſpuendæ ab eis non ſunt, cum plurimũ vtiles ſint animabꝰ imperfectis, atq; perfectis. Poſſet tñ in aliqua anima tanta perfectio eſſe, ꝙ de oĩbus cõſolationibus ſpiritualibus priuari deſideraret, & hoc vt eſſet confixa cum Chriſto in cruce. *Tertia.* Tertia dña deceptionum eſt naturalis paſſionis. Profecto quædam paſſiones naturales, ſeu infirmitates ſunt, quæ etiam peritiſſimis medicis abſconduntur. Hæ vt plurimum iuxta virtutes, vel vitia aĩarum, in quibus ſunt per ſigna & o- C pera ſe manifeſtant. Proinde quidã minus intelligẽtes, quæ ſint opera ſpiritualia, qñq; credunt eſſe opera ſpiritus Dei, & qñq; opera ſpiritus diaboli, ſm ꝙ perſona in quibus ſunt ad bonũ vel ad malũ diuerſimode inclinatur, & tñ naturalia ſunt, licet qñq; ſpiritus neq̃ poſſit ſe in eis multipliciter immiſcere. Talibus delectationib. & tentationibꝰ ſi ſpiritualia remedia nõ ꝓſint, poſt dorſum proijciendæ ſunt, atq; tradendæ obliuioni, vel negligendæ, aut fugiẽdæ: nec ẽt niſi forte gñaliter cõfitendæ, nec aliquo modo recogitãdę, ſed extimandũ eſt, ꝙ ſint paſſiões & fragilitates, vel infirmitates cões ſtatui *Quarta.* huius vitę. Quarta dña deceptionũ eſt in- D ſufficiẽtis aptitudinis. Anima. n. quæ non eſt ſenſatę rationis in operibus ſuis, maxime in his, in quibus laudabilis diſcretio neceſſaria eſt, raro ſe perfecte accõmodat perfectioni virtutum, quia nec vitia prudenter cauet, nec virtutes cũ prudentia imitatur. Sed qui vitia non prudenter euitat, & virtutes cum frequenti ſolicitudine non frequentat, ad ſublimitatem diuinorum donorum peruenire non poteſt. Proinde ſi in talibus aliqua ſanctificata, & ſpirituales delectationes apparent, eis minime credi debet, quia ibi aliqua de ſupradictis, vel alijs deceptionibus, ſeu fallacijs latere credendum eſt.

Octaua regula diſcretionis bonarum inſpirationum eſt, ſi anima ex ſpiritualibus delectationibus amplius in fide & moribus illuſtratur. Cap. 4. E

QVarta regula diſcretionis addi põt, quæ talis eſt. Recipienda eſt inſpiratio, ſi adueniente ſpirituali delectatione anima in fide, & moribus amplius illuſtratur, & ſolidatur: vt enim clarius eluceſcat regula præſens, tria conſiderare neceſſe eſt. Primo, quid eſt lumen ſpirituale: ſecundo, quid eſt lumen fidele: tertio, quid eſt lumen morale. Primo conſideremus, q̃d F eſt lumen ſpirituale; quod quidem clareſcere poteſt, ſi primo intelligamus naturam luminis corporalis. *Lumẽ ſpirituale.* profecto ad corporis noſtri viſum quatuor requiruntur. Primo oculus diſpoſitus ad videndum, ſecundo obiectum formatum ad viſum, tertio lux inter obiectum & oculum, quarto medium inter oculum & obiectum diſcrete proportionatum. Si enim quodlibet horum in ſua proportione perfectum fuerit, perfectus equidem erit viſus. Et quanto omnia ſupradicta erunt perfectiora, tanto viſus perfectior erit. Si igitur corporeus viſus pluribus indi- G get, quæ ſibi conueniant, vt exequi poſſit officium ſuum: quanto amplius aſpectus ſpiritualis alijs & perfectioribus indiget, qui illi neceſſaria ſunt. Hæc etiam quatuor diſtinguere poſſumus. Primo enim neceſſe eſt habere intellectum ſumme purificatum, ſecundo vero obiectum certe determinatum, tertio quoq; lumen deſuper datum, quarto Dei amorem animæ communicatum. Primo enim neceſſe eſt habere intellectũ ſumme purificatum, *Intellectꝰ purificatio.* qui ſcilicet in Deum oculo ſimplici intuendo inter mundana mundi, mundum habeat aſpectum, iuxta illud Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi H Deum videbunt. Secundo obiectum certe determinatum, *Obiectum determinatum.* quod eſt nolle offendere creatorem, ſed velle facere voluntatem Dei: ſupplicando Dominum cum Propheta, atque dicendo, Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Tertio lumen deſuper datum, iuxta propheticum illud, Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Quarto Dei amorem animæ communicatum, iuxta illud, prima Ioan. quarto. Deus charitas eſt, & qui manet in eo, in Deo manet, & Deus in eo. Quanta igitur hæc quatuor in anima ſunt maiora, atque perfectiora, tanto maius

eſt

A eſt lumen in intellectu, & ecōuerſo. Secundo conſideremus quid eſt lumen fidele. Profecto illud eſt fidele lumen, quod eſt neceſſarium ad ſalutem, ſicut in ſimbolo Apoſtolico cōtinetur, in quo triplex ſcriptura continetur, ſiue comprehenditur, quam quilibet Chriſtianus adultus tenetur credere implicite, vel explicite, ſm ſtatus perſonarum varietatem. Prima ſcriptura eſt totum teſtimonium nouum, propterea in ſimbolo ſcriptum eſt, Secundum ſcripturas; quod eſt dicere, Credo Chriſti incarnationem, natiuitatem, paſſionē, reſurrectionē Chriſti, &c. quæ de Dño Ieſu Chriſto, dictante Spiritu ſancto, in nouo teſtamento ſcripta ſunt.

Quid lumen fidele.

B Secunda vero ſcriptura eſt teſtimonium vetus, quod in ſimbolo continetur, cum dicitur, Qui locutus eſt per Prophetas. Profecto omnes qui ſcripſerunt teſtimoniū vetus fuerunt Prophetæ, ſicut patet de Moyſe, Iob, Pſalmiſta, Salomone, Iſaia, Ieremia, & alijs ſcriptoribus eius. Tertia vero ſcriptura credenda eſt, quicquid a ſancta Romana Eccleſia in decretis, decretalibus, & extrauagantibus determinatum eſt. Quod ét in ſimbolo continetur, cum dicitur, Et vnā ſanctam catho. & Apoſto. Eccleſiam. In his

Secunda ſcriptura.

Tertia ſcriptura.

C inſuper continetur quicquid de ſcripturis ſanctorum Doctorum ab Eccleſia approbatum eſt: ſed de his plenius dictū eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermone 3. art. 3. quaſi per totum. Tertio conſideremus, quid eſt lumen morale: hoc ſiquidē eſt lumen quatuor virtutum moralium, ad quarum obſeruantiam obligamur tam ex lege naturæ, quam ex lege veteris & nouæ ſcripturæ, cum & moralia veteris teſtamenti euacuata non ſint, ſm Alex. alioſq; Doc. Ex his tribus luminib. clareſcere pōt intellectus regulæ ſupradictæ. Vnde omnis delectatio ſpiritualis, & omne ſentimentum,

Tertio cōſiderādū.

D quantumcunq; altum, & omnis viſio, ſeu reuelatio & apparitio, quantumcunq; certa: ex quo ducit cor tuum in affectionē, ſeu opinionem cōtra aliquem articulum fidei, aut contra bonos mores, maxime cōtra honeſtatem, & contra humilitatem fugias, & abhorreas, quia abſq; dubio ex parte diaboli ſunt, quia nō addunt, ſed auferunt lumē, & imprimunt cęcitatem de his, quæ ſunt fidei, atq; bonorum morum. Hah Deus, quot ſimplices decipiuntur ſub pallio ſpiritus. Tu vero, qui recto itinere gradi deſideras, prudenter caue a quibuſcūq;, licet habeāt altā vitā, aut magnā deuotionem, aut intellectum clarū, ſeu quācunq; aliam ſufficientiā:

E ſic clare cognoſces, ſiue probabiliter intelliges, ꝙ conſilia eorum, aut modi non ſunt ſm veram diſcretionē, iuxta vitam a Chriſto, & a Sanctis datam, & a ſacra ſcriptura probatam, & a verbis ſanctorum Doctorū prędicatam & declaratā. Nec timeas paruipendere, ſeu irritare, aut contradicere modis & conſilijs prędictorum, quia nō offendes per ſuperbiam, aut præſumptionē, dum modo id agas veritatis zelo & rectitudinis, atq; rectę viæ amore: immo peccares, ſi talibus totis viribus non obſtares, quia 86. diſt. c. facientis, ſcriptum eſt: Non caret ſcrupulo conſenſionis occultę, qui manifeſto facinori definit obuiare. & extra de homici. c. ſicut

F dignum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. immo tales epīs & inquiſitoribus accuſandi ſunt, & denunciandi, quia dr̄, 4. Reg. 7. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vſq; mane. ſeqtur, Sceleris arguemur. Omnino fugiendæ ſunt & abhorrendæ familiaritates & conuerſationes talium deceptorum, qui prædictos errores diſſeminant, & diffundunt: inſuper & eorum, qui ſuſtinent & laudant prædictas perſonas. Nec audienda ſunt prædictorum verba, nec videndi ſunt eorū

G modi: quia tales monſtrabunt tibi in multis verbis & modis maximam ſimulationē perfectionis, quæ ſi acceptares tanquam diuina & bona, rueres in pręcipitium errorum ſuorū, & ſuorū vanorū & inhoneſtorū modorum. Nec extimandæ ſunt eorū viſiones & ſentimenta, vel raptus: immo ſi dicunt, vel diuertunt ad aliquid, quod ſit contra fidem, aut contra ſcripturam ſacram, ſiue contra bonos mores, ſeu contra vitam & verba Sanctorum ſane accepta: abhorreas eorum viſiones tanq̄ falſas deluſiones & eorū ſentimenta tanq̄ ſtulta deliramenta, & raptus eorum tanq̄ rabies ſtultorū. Veruntamē ſi

H inducunt ad ea, quæ ſunt ſm fidem & ſecundum ſcripturā ſacram & bonos mores, non deſpicias ea: quia forte deſpiceres ea, quæ Dei ſunt. Non dico tamen ꝙ oīno confidas in eis: nam in deceptionibus ſpiritualib. falſitas ſe induit occultiſſime ſimilitudinē veritatis, & malitia ſimilitudinem bonitatis, vt poſſit diabolus facilius abſq; ſuſpitione effundere virus ſuum. Proinde viſiones, ſentimenta, & raptus, & ſimilia habētia apparentiam bonitatis, & veritatis: non multo appreciēris, niſi venirent quibuſdam, de quibus rōne ſanctitatis, humilitatis, atq; ſoliditatis, & diſcretionis magna experientia probatū, certū, & manifeſtū eſt, ꝙ decipi minime

In deceptionibus ſpiritualibus quōſe induit falſitas.

A me poſſent per diaboli deceptiones & illuſiones. Et licet ét tűc pium ſit credere viſionibus & ſentimentis talium perſonarũ: tñ ſecurius eſt non credere præfatis viſionibus rõne ſui, ſed ſolũ quia concordant cum catholica fide, & cum ſcriptura ſacra, & bonis moribus, atq; cum vita & verbis Sanctorũ a Romana Eccleſia approbatorum, & cum rõne fundata ſuper prædicta. Nonne tẽpore B. Bernardi & alijs præcedentibus & ſequentibus temporibus, inſuper & temporibus noſtris etiam, dum eram puer iam ſunt quinquaginta anni, cucurrit deluſio multarum reuelationũ, & viſionum aſſerentium Antichriſtũ iam fuiſſe natũ? Quæ reuelatio B nes rõne apparentis vitæ, ac ratione famæ eorum, qui talia prædicauerunt, atq; ſcripſerunt apparuerunt veræ: & tñ ſicut ſæpius ꝑdicaui, experientia teſte, fallaciæ dæmonum repertæ ſunt. Et licet forte multa bona in aliquibus talis credulitas operata ſit, qđ nouit Deus: tñ aſtutia ſerpentis antiqui magnũ effectum ſortita eſt: dum ſepius hanc illuſionem diſſeminans maligniſſime operatur, vt totiens diffuſus hic error inter Chriſtianos hoc agat, ꝙ tẽpore veri Antichriſti aduẽtus eius a popilis non credatur, nec per conſequens timeatur. Quod apud intelligentes, C & illuminatos eſt graue damnum, & periculum magnum.

Articulus Tertius.

De vltimis quatuor regulis diſcretionis inſpirationum, quæ inducunt ad laborem & delectationem.

TErtio ſunt inſpirationes quædam ſanctæ, quę cruciant & delectant, & de his etiam quatuor regulæ ſubiungantur, vt de eis vera diſcretio haberi poſſit.

D

Nona regula diſcretionis inſpirationum quomodo abſque occaſione ſcandali animarum illuminatarum inſpirationes ſuſcipiendæ ſunt, vbi de triplici ſcandalo diſputatur. Cap. 1.

Prima regula ad ſuſcipiẽdas inſpirationes.

PRima regula hæc eſt. Inſpiratio acceptabilis eſt, ſi delectatio, aut pęna eſt ſine occaſione ſcandali proximi a Deo illuminati. Ad huius regulæ intellectum aliquid videre de ſcandalo neceſſe eſt. Et primo videamus, quid eſt ſcandalum. Secundum.n.glo. ſuper illud E Mat. 18. væ mundo a ſcandalis. quod poteſt eſſe thema pro materia ſcandali. Scandalũ eſt dictum, vel factũ minus rectũ, præbens alijs occaſionem ruinę. a quibuſdam alijs ſic deſcribitur. Scandalũ eſt dictum, vel factũ, vel ſignum, cuius occaſione trahitur quis in conſenſum mortalis culpæ. Sed ſm Alexã. de Ales in 2.q.56. prima diffinitio ſufficiens eſt: quia dictũ, vel factũ in prædicta diffinitione largo modo accipiuntur, vt comprehendant oẽm nutum, vel ſignum. ſub facto .n. hæc comprehenduntur, vel propter quãdam conuenientiam ſub dicto, eo ꝙ innuẽs vel ſignum faciens quodammodo dicit. Circa autem materiam de ſcandalo triplex ſcandalum ad præſens conſideremus. Primũ eſt F neceſſarium, ſecundum actiuum, tertiũ paſſiuum. Primo inquam eſt ſcandalum neceſſarium, quia Dñs, Mat. 18. ait, Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. Et Lu. 17. iterum ait, Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. Sed vt hæc veritas Chriſti recte intelligatur in ſcandalo, triplex neceſſitas diſtinguenda eſt, ſm Alex. de Ales, vbi ſup. Prima eſt ineuitabilitatis, ſecunda malignitatis, tertia vtilitatis. Prima eſt neceſſitas ineuitabilitatis, vbi non cooperatur aliquo modo liberum arbitriũ. Et hoc modo nõ eſt neceſſe ſcãdala euenire. G Qđ probat̃ triplici rõne, videlicet: Primo, quia ſcandalum eſſet inculpabile: ſecundo, quia eſſet ineligibile: tertio, quia eſſet immutabile. Primo, quia ſcãdalum eſſet inculpabile: nam neceſſitas culpabilitatem tollit. Quod per ſimile Chryſ. aperte oſtendit dicens: Nullus incuſat eum, qui neceſſitate talis eſt: ſed magis veniam dat, vt ſi aliquis a natiuitate cęcus eſt: ſi vero ex propria malitia non ſit eodem modo ſi ex neceſſitate veniant ſcandala: nullus inculpabitur, ſed faciens ſcandalum inculpatur. Non ergo ex neceſſitate, ſed ex electione liberi arbitrij ſcãdala oriunt̃. Scđo, quia ſcandalũ eſſet ineligibile.i. non veniret ex electione noſtra, H quod falſum eſt. Chryſ. autem ait: Si in quibus non incuſamus, teſtamur vere id eſſe totum, manifeſtum eſt, quoniam in quibus increpamus, oſtendimus, quoniam electionis eſt hoc delictum. Tertio, quia ſcandalũ eſſet immutabile. Nam quæ naturalia ſunt, non tranſmutantur de facili: ſed hoc de facili tranſmutatur. Qui.n. deſpexit pauperem, iam non deſpicit illum, & econuerſo. Ergo ſcandalum nõ eſt a natura, nec etiam a Deo eſt. Tunc enim non diceret Dñs, Mat. 18. Væ illi, per quem ſcandalum venit. Secunda eſt autem

Scandalũ quid.

Scandalũ neceſſarium.

Neceſſitas tollit culpabilitatem.

Scandalũ immutabile.

autem neceſſitas malignitatis.ſ.quæ oritur ex diſpoſitione naturæ corruptæ, ſeu cõſuetudinis prauæ,ſecundum conditionem hominum,qui ſibi a peccatis non cauet.Et hoc modo intelligi pōt, ꝙ neceſſe eſt vt veniāt ſcandala,ſicut dicitur,ꝙ neceſſe eſt ægritudinem aliquā ſuperuenire his,qui dietam debitam non obſeruant. Sed non eſt neceſſe eū,qui attendit & cauet ab ægritudine corrumpi. & hoc modo Chryſoſt.ait: Nihil ita nociuum eſt,vt conuerſatio pernitioſa. Et iterum ſi quæras,vnde ſunt mala: dico & a cõmodando,vel cõuerſando cum pernitioſis,& a contemnendo virtutes. Tertia vero eſt neceſſitas vtilitatis,quia neceſſe eſt,hoc
B eſt vtile eſt ex comparatione ad finem, ſiue ad bonum,quod ex illo elicit Deus. Et ſm hunc ſenſum.1.Cor.11.Apoſt. ait: Neceſſe eſt hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant. Sic.n.neceſſe eſt ſcandala euenire. Ex illis.n.elicit Deus bonū.Proinde Chryſ.

Deus ex ſcandalis bonū elicit.

ait:Scandala eligunt ſtabilitatem, non eā faciunt:quare ſi vigilauerimus, non paruum hic fructificabimus lucrum. Si autem hoſtibus exiſtentib.& tātis tētationib⁹ imminentibus dormimus,qua erimus digni venia in ocio viuētes? Et per hoc manifeſte poſſunt intelligi verba Chriſti ſupradicta, dicta in
C Mat.& Luca,quia ibi non dicitur de neceſſitate ſm primum modum,ſed de neceſſitate ſm ſecundū & tertium modū. Si.n.diceretur ſm primum modum, tunc locum haberet,quod opponēdo Chryſ.ait:Si neceſſitas

Scandalū actiuum quid.

huiuſmodi eſſet,tolleretur oīs culpa. Secundum eſt ſcandalum actiuum: & hoc eſt, ꝙ ſuperius diffinitur. ſm.n.Bern. tripliciter peccare contingit.ſ.ex infirmitate, ex ignorantia,& ex certa malitia. In primis quippe duobus caſibus cauendū eſt, ne aliquid operemur,quod alteri cauſa,vel malitia ſcādali fiat:cum.ſ.ex infirmitate, vel ignorantia id procedit. In tertia vero non.ſ.cum ex certa
D malitia ortum habet. Vnde Dn̄s de Phariſæis,qui ex malitia ſcandalizabantur, Matt. 15.c.diſcipulis ſuis ait:Sinite illos,cæci ſunt & duces cęcorum. Ac de quærentibus didragma,Mat.17.c.in fine ait Petro: Vt autē non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle,& aperto ore eius inuenies ſtateram,illum ſumens, da illis pro me, & pro te. Et de hoc 11.q.3.c.inter verba.Proinde Bern.ait,Illorum.ſ.Phariſæorum ſcandalum ex malitia procedit,eorum ex ignorantia deſcendit: iſti ſcandalizantur, quia veritatem neſciunt,illi odiunt. Quia quandoque ſcandalum ſumitur ex doctrina ſana, E
vt in præal.c.inter verba.ſecundum.n.Tho. 2.2.q.43. qn̄ ſcandalū oritur ex ignorantia, vel infirmitate,quod eſt ſcandalum puſillorum, debent ſpiritualia opera occultari,vel etiam differri,vbi periculum nō immineat, quouſque reddita ratione ſcandalum huiuſmodi ceſſet. Si autem poſt redditam rationem duret,iam patet, ꝙ qui inde ſcandalum ſumit,non ex ignorantia,ſed potius ex malitia procedat: & ſic propter ipſum non ſunt opera ſpiritualia dimittenda.Hiero.autem dat regulam circa hæc, quæ talis eſt. Omne,quod poteſt fieri, vel non fieri,ſalua triplici veritate,propter ſcandalum omittēdum eſt. Sed ſi veritas in periculo ſit, pro- F
pter ſcandalum non eſt omittendum bonū, ſcilicet vt omittatur veritas vitæ,veritas iuſtitię,vel veritas doctrinæ. Verbi gratia,ſecundum Alex.de Ales,vbi ſup. Si ſcandalizantur parētes, niſi ego poſtquam voui intrare religionem ad ſeculum redeam,redire non debeo,quia veritas vitę eſt in periculo.

Veritas iuſtitiæ & doctrinæ.

Similiter ſi ſcandalizantur auditores, quia prædico fidem Chriſti,ſeu decalogum,non debeo dimittere, quia veritas doctrinæ eſt in periculo.Item ſi reus ſcandalizatur, quia profero ſententiam rectam, dimittere non debeo, quia veritas iuſtitiæ in periculo eſt. G
Diſtinguuntur autem hæ tres veritates ſecundum tres animæ vires. Nam veritas vitæ concupiſcibilem ordinat ad bonum, veritas iuſtitię iraſcibilem compeſcit a malo, veritas doctrinæ rationalem informat ad bonum diſcernendum, & malum fugiendum. Prima eſt veritas vitæ, quæ ad omnes pertinet.

Veritas vitæ.

Et eſt adæquatio vitæ, ſeu conuerſationis ad regulam recte viuendi, ideſt ad legem Dei comprehendens omnia præcepta prohibita & conſilia, hoc eſt omnia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Et hęc pro nullius ſcandalo dimittēda eſt: reſpectu vero conſiliorum, atque ſupererogationum euangelicę perfectionis, non eſt ſimplici- H
ter deſerenda, ſed forte vni homini ſingulari ad tempus differenda eſſet pro vitando ſcandalo alicuius. ſecundum enim Tho. vbi ſup.Impletio conſiliorum, largitio eleemoſinarum, & huiuſmodi miſericordię opera, quando non ſunt de neceſſitate ſalutis, propter ſcandalum non ſunt ſimpliciter omittenda: ſunt tamen interdum occultanda, vel differenda propter ſcandalum puſillorum, quouſque reddita ratione ſcandalum ceſſet. Quando autem obſeruatio conſiliorum, & impletio operum miſericor-

A ſericordiæ ſunt de neceſſitate ſalutis, vt pa-
tet in his, qui conſilia vouerunt, & in his
quibus ex debito imminet defectibus ali-
quorum ſubuenire, vel in temporalibus, pu
ta paſcendo eſurientem: vel in ſpirituali-
bus, puta docendo ignorantem. Et hoc ſiue
huiuſmodi fiant debita propter iniunctum
officium, vt patet in prælatis, ſiue propter
neceſſitatem indigentis: tunc eadem eſt ra-
tio de huiuſmodi, ſicut de alijs, quæ ſunt de
neceſſitate ſalutis. De temporalibus bonis
eſt diſtinguendum, ſecundum Tho. vbi ſu-
Bona temporalia. pra. Quia ſi temporalia ſunt nobis ad con-
ſeruandum commiſſa, ſicut bona eccleſiæ
B committuntur prælatis, & bona communia
reipublicæ rectoribus, talium conſeruatio,
ſicut & depoſitorum imminet his, quibus
cõmiſſa ſunt ex debito neceſſitatis, & ideo
non ſunt propter ſcandalum dimittenda:
ſicut nec alia, quæ ſunt de neceſſitate ſalu-
tis. Vnde & Beatus Tho. Archiepiſcopus
Cantuarienſis repetijt res eccleſiæ cũ ſcan-
dalo regis. Si vero temporalia ſunt talia,
quorum nos domini ſumus: dimittere ea
tribuendo, ſi penès nos ſunt: vel non repe-
tendo, ſi apud alios ſint, propter ſcandalum
quandoque debemus hæc dimittere, quan-
doque non. Si enim ex hoc propter igno-
C rantiam, vel aliorum infirmitatem ſcanda-
lum oriatur, quod dicimus ſcandalum pu-
ſillorum: tunc vel totaliter dimittenda ſunt
temporalia hæc, vel aliter ſcandalum ſedan
dum eſt, ſcilicet per aliquam admonitionẽ.
Si vero ſcandalum ex malitia ortum habet,
quod eſt ſcãdalum Phariſæorum: tunc pro-
pter eos, qui ſic ſcandalum concitant, non
ſunt temporalia dimittẽda, quia hoc etiam
noceret communi bono eo, quòd daretur
malis occaſio rapiendi: atque noceret ipſis
rapientibus, qui retinendo aliena remane-
rent in culpa. Sed de hoc notabiliter, &
copioſè Alexan. de Ales, in 2. diſtinct. 56.
D tractat, quæ cauſa breuitatis omitto. Sed
videtur, quòd veritas vitæ ſit propter ſcan-
dalum dimittenda. Nam vitatio cuiuſli-
bet culpæ pertinet ad veritatem vitæ: ſed
homo ad vitãdum ſcandalum proximi de-
bet peccatum veniale committere, vt vide-
tur: quia plus debet cauere damnum æter-
num proximi, quod patitur propter mor-
talem culpam, qua ſcandalizatus fuit: quàm
damnum temporale ſuum, quod patitur
An homo obligetur cõmittere veniale. per veniale. Et ſic videtur, quòd veritas
vitæ propter ſcandalum dimittenda eſt. Ad
quod dicendum, ſecundum Tho. etiam vbi
ſupra, quòd homo non obligatur commit-
tere veniale, ne alius mortaliter peccet: E
nec etiam bene facit committendo, quia
ad declinandum peccatum non inclinamur
principaliter ex proprio damno. Nam hoc
eſſet deſiſtere a peccato timore pœnæ: ſed
inclinamur, ne offendamus Deum, cuius
offenſa eſt etiam venialis culpa, quamuis
non tam grauis, ſicut mortalis. Nullus
quippe debet offendere Dominum parum,
ne alius offendat multum: quia homo de-
bet in infinitum plus diligere Deum, quàm
proximum ſuum. Proinde nullus debet
committere veniale peccatum ad ſcanda-
lum euitandum, dummodo actus ſuus ex
tali cauſa factus peccatum remaneat venia- F
le, ſicut mendacium officioſum. Contin-
git tamen, aliquem actum ex aliqua cauſa
factum non eſſe veniale, quod alias exti-
tiſſet: ſicut dicere verbum iocoſum. Iam
enim non eſſet verbum ocioſum, cum non
careret cauſa piæ vtilitatis, & ſic de con-
ſimilibus. Secunda eſt veritas iuſtitiæ, & *Veritas iuſtitiæ.*
hæc pertinet ad rectores, iudices, & præ-
latos: atque duas partes iuſtitiæ in ſe com-
prehendit, maxime in prælatis, ſcilicet ſe-
ueritatem in corripiendo reos, & libera-
litatem in ſuſtinendo miſeros, ſecundum
Alexan. de Ales, vbi ſupra. Tales debent
dare veras & iuſtas ſententias, atque pro G
nullius ſcandalo debent falſam ſententiam
promulgare. Nec inſuper pro ſcandalo al-
terius paſſiuo iuſtitiam intermittere debet,
niſi iuſtitia illa ſit diſpenſabilis, & variè
moderabilis, vel ſimpliciter, vel ad tem-
pus. Circa hoc quæri poteſt, vtrum di-
mittenda ſit aliquando propter ſcandalum
veritas iuſtitiæ, quæ eſt in executione ſeue-
ritatis, vtpote excommunicando delin- *An dimittenda ſit veritas iuſtitiæ.*
quentem. Dicendum, ſecundum Alexan.
de Ales, vbi ſupra, quòd duplex eſt iuſti-
tiæ opus. Nam eſt quoddam iuſtitiæ opus
diſtributiuæ, & eſt quoddam iuſtitiæ opus
punitiuæ. Primum eſt opus iuſtitiæ diſtri- H
butiuæ, quod eſt in reddendo vnicuique,
quod ſuum eſt, ad hoc vt quiſque habeat,
quod ad eum pertinere probatur. Et hoc
iudicium maxime quantum eſt de volun-
tate, ſecundum Gregor. nunquam pro ſcan
dalo dimittendum eſt. Secundum vero eſt
opus iuſtitiæ punitiuæ, quæ eſt in pœnis
ſtatutis. Iſtud quãdoque ſuſpendi pôt pro- *Opus iuſtitiæ punitiuæ.*
pter pericula, quę ſuperuenire poſſunt: &
maximè quãdo Princeps, vel multitudo in
cauſa eſt. Et hoc propter ſciſma, qđ cõtin-
gere pôt, ſcḿ quod habetur contra epiſtolã
Parmeniani, a cõtrario ſeſu. Dr.n. ibi, quã-

A doque cuiuſquàm crimen notum eſt, & omnibus execrabile apparet, vt nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſciſma contingere, nō dormiat ſeueritas diſciplinæ. A contrario autem ſenſu, ſi poteſt ſciſma contingere, ſuperſedendum eſt ſeueritati diſciplinæ. Et tamen non propter hoc dimittitur ſeueritas iuſtitiæ, quin velit vnicuiq; quod ſuum eſt reddere quantum eſt de ſe: ſed ſuſpenditur propter maius periculum euitandum. Et tūc magis inſtandum eſt admonitionibus circa diſcretiones. Tho. vbi ſupra inquit: Pœnarum inflictio in tantum habet rationem iuſtitię, in
B quantum per eas crimina cohibentur. Si autē per pœnarum inflictionem manifeſtū ſit plura, atq; maiora crimina ſequi: tūc pęnarū inflictio nō cōtinebitur ſub iuſtitia. Et in hoc caſu a punitione peccatorum ceſſandū eſt. Alex. de Ales, & diſtinguit aliter dicēs: quia aliquando ſeueritas iuſtitiæ, ſiue diſciplinæ dormire nō debet: cū aliqui quadam auctoritate peccatū, quod faciūt, defendūt ad modū hæreticorū. Et hoc dat intelligere Iſid. cū ait: Hi, qui neq; a vitio corruptionis emendātur, atq; hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vindicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nitūtur, nec gradū
C honoris, nec gratiā recipiunt cōmunionis. Si vero non defendunt peccatum ſuum, & timetur ſciſma, vel aliud malū huiuſmodi, debet diſſimulari, cum multitudo peccat. Vnde Auguſt. ad Bonifacium ait, Cogunt multas inuenire medicinas multorū experimenta morborū. In huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſentionum ſciſſuras, non huius aut illius hominis periculum: ſed plurimorum ſtrages iacet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus ſanandis maculis charitas ſincera ſubueniat. Hæc Alex. vbi ſupra. Et de hoc patet exemplum notabile, diſt. 4. in cap. denique. vide ibi. & de
D hoc in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone 38. artic. 3. bene. Tertia eſt veritas doctrinæ, quę pertinet ad magiſtros & Prædicatores. Et hæc dimitti non debet, vbi eſt periculum communis erroris, niſi ante veritas doceatur: aut vbi notabilis profectus in electis finaliter ſperatur ex ea: aut vbi in electis notabile damnum ſalutis timetur, niſi publicè doceatur. Nota in quantum eſt veritas pro aliquorum ſcandalo dimittenda. Aliàs eſt pro loco & tempore tacenda, vel occultanda. Tho. vbi ſupra ait, Circa doctrinam duo conſideranda ſunt, ſ. veritas, quæ docetur: & ipſe actus

Veritas doctrinæ.

docendi. Primum quippe eſt de neceſſitate ſalutis: vt ſcilicet contrarium veritati homo non doceat, ſed veritatem ſecundū cōgruentiam temporis, & perſonarum diuerſitatem. Et hoc exequatur ille, cui officium docendi incumbit. Et ideo propter nullum ſcandalum, quod ſequi videatur, debet doctor, vel Prædicator prætermiſſa veritate docere falſum. Sed ipſe actus docēdi inter ſpirituales eleemoſynas continetur. Propterea de illo dictum eſt, ſicut eſt dictū ſupra per ipſum Tho. cum agitur de veritate vitæ. De correctione vero fraterna dicit ēt vbi ſupra Tho. ꝙ cum ordinata ſit ad fratris correctionem, ideo in tantum computāda eſt inter ſpiritualia bona, in quantum homo ſubſequi poteſt. Quod ſiquidem non contingit, ſi ex correctione frater. ſcandalum ſumit. Proinde ſi propter ſcandalum euitandum correctio relinquatur, non tamen dimittitur ſpirituale bonum. Tertium eſt ſcādalum paſſiuum, & ſm Tho. vbi ſupra, ſcādalum paſſiuum importat quandam animi commotionem a bono in eo, qui ſcandalizatur. Nullus autem cōmouetur, qui firmiter inhæret immobili rei. perfecti enim ſoli Deo inhærent, cuius immutabilis bonitas eſt. Nam & ſi prælatis ſuis inhæreāt: nō quidem inhærent eis, niſi in quantum illi inhærēt Chriſto, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Vnde quātuncunq; videant alios dictis, vel factis ſe inordinate habere: ipſi tamen a ſua rectitudine nō recedunt, iuxta propheticū illud, Qui cōfidunt in Domino, ſicut mons Sion non cōmouebitur in æternū, qui habitas in Hieruſalem. Et ideo in his, qui ꝑ amorem Deo perfectè adhærent, ſcandalum nō reperitur. vnde Propheta ait: Pax multa diligētibus legē tuā, & non eſt illis ſcandalū. Proinde ſuper illud Matthæi 18. Qui ſcādalizauerit vnū de puſillis iſtis, qui in me credūt, &c. Hieronymus ait: Nota, ꝙ qui ſcandalizatur, paruulus eſt: maiores enim ſcandala non recipiunt. Sed cōtra, videtur enim ꝙ ſcādalum paſſiuum poſſit cadere in perfectos: nam Chriſtus fuit in ſumma perfectione, tamen Matthæi 16. dicit Petro, Scandalum mihi es: quanto magis alij perfecti poſſunt ſcandalum pati. Ad quod dicendum, ꝙ ſcandalum ponitur largè, pro quolibet impedimento. Vnde quia Petrus nitebatur ſuæ paſſionis propoſitum impedire, dixit ei Dominus, Scandalum mihi es, id eſt, obſtaculum. Et licet perfecti viri ex infirmitate carnis interdum incidāt in ali-

E F G H

Tertium ſcandalū paſſiuum

Scandalū ſciter ceptum pro quolibet impedimento.

qua

A qua peccata venialia, nō tamen ex aliorum dictis, vel factis ſcandalum ſumunt, ſed naturam ſcandali, vel rationem: quia non accipiunt occaſionem ruinæ: tamen poteſt eſſe in eis quædam appropinquatio ad ſcandalum, iuxta propheticum illud, Mei autē penè moti ſunt pedes, id eſt, interiores. Hi ſunt intellectus, & affectus, qui penè moti ſunt de loco ſuo, qui eſt Deus. Hoc dicit propter primos motus, qui non ſunt in poteſtate noſtra. Propterea Eccleſiaſticus 10. cap. admonet dicens, Si ſpiritus poteſtatem habentis, id eſt, dæmon, aſcenderit ſuper te, ſcilicet per primos motus, locum tuum, id
B eſt, Deum ne dimiſeris, ſcilicet per ſcandali ſuſceptionem. Sequitur pene, id eſt, quaſi effuſi ſunt greſſus mei. Greſſus intellectus eſt per cogitationes, & affectus per deſideria pergens, quaſi dicat. Ex impulſu quaſi effuſi ſunt ad culpam per paſſiuum ſcandalum, quod per actiuum ſcādalum paratum eſt mihi. Sed iuſtus, & ſi tentatur ab eis, qui ſcandalum parant eis: tamen non conſentit ſcandalum ſumens. Tantum igitur peccatores, aut ex infirmitate, aut ex ignorantia, ſeu ex malitia ſcandalizantur, ſicut ſuperius dictum eſt. hæc de ſcandalo longius euaſerunt, quàm putaueram. Sed quia
C talis materia vtilis eſt ad docendum, & vt ex omnibus ſupradictis propoſita regula clarior fiat, non piget huiuſmodi longius ſcripſiſſe. Iam igitur ad regulam redeamus, quæ ait ꝙ inſpiratio acceptabilis eſt, ſi delectatio, aut pœna eſt ſine occaſione ſcandali proximi a Deo illuminati: quod de delectatione, & pœna ſpirituali, vel ſenſuali intelligendum eſt, cum incōſiderabiles deceptiones in vtroque reperiantur: & paucis cognoſcantur, quę omnes originem habent a propria voluntate, & a ſuperbia ſpirituali, atque ab amore ſui, diabolo miro artificio, & malitia ſua hoc cooperante. Hæc
D profecto ab his, qui diuino radio illuminati ſunt, facilè cognoſcuntur. Propterea de talibus delectationibus, ſeu pœnis, eis credendum eſt, nec eorum iudicia deſpicienda ſunt, aliter abſque deceptione eſſe non poteſt. Et hoc eſt occaſionem ſcandali præbere proximo a Deo illuminato: licet ipſe verè iuſtus ex hoc ſcandalum non aſſumat. Et licet ſecūdum prædictam regulam ſummopere cauere debeamus, ne demus occaſionem ſcandalizandi animas a Deo illuminatas: non minus tamen debemus cauere ſcandalizare infirmos, vel ignorantes, ſicut ex præcedentibus patet. Et Apoſtolus 1. Corinth. 8. c. in fine ait, Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes E
in æternum, ne fratrem meum ſcādalizem. Charitas enim, in qua Chriſtus pro peccatoribus mortuus eſt, hoc expoſcit. Ignari & inexperti in via ſpiritus, & cōmuniter omnes ſeculares ſæpe ædificantur de pœna, & de his, quæ cruciant, & affligunt: vtputa de Chriſtiana pœnitentia, de ieiunijs, & ſimilibus: licet ſine diſcretione fiant. Et econtra ſcandalizantur de aliquibus, quæ delectant: licet quandoque forte nec venialia ſint. At ecōtra qui diuino lumine irradiati ſunt, oppoſitum iudicabunt: & verificabitur quod 1. Corinth. 2. c. Apoſtolus ait: animalis ho- F
mo non percipit, id eſt, non perfectè capit: quia nō intelligit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, quantum ad affectum. Eccleſiaſtici 1. cap. Execratio autem peccatoribus ſapientia, & nō poteſt intelligere: ſcilicet ſpiritualia, quātum ad intellectum: quia ſpiritualiter examinatur, id eſt, probatur. Nam, vt dicitur Prouerb. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixerit, ſ. homo, quæ verſantur in corde eius. ſpiritualis autem iudicat omnia. id eſt, intelligit, & diſcernit omnia iudicanda. Non tamen, ſecundum Auguſt. omnia, quæ continet diuina ſcientia: ſed quæ ad vitam, & iu- G
ſtitiam ſufficiunt. Dicitur autem homo ſpiritualis, qui ſpiritum Dei rectorem habens ſecundum ipſum viuit, atq intelligit. Et ipſe a nemine, ſ. homine carnali iudicatur, i. intelligitur, an bene iudicet, ſeu malè.

Decima regula diſcretionis eſt, quando in opere concurrit aliqua delectatio ſpiritualis. Cap. 2.

SEcunda regula diſcretionis ſubiungatur, quæ talis eſt. Inſpiratio acceptabilis eſt, ſi abſq; mortali culpa minor eſt delectatio naturalis cū vitio, q̄ pœna virtuo- H
ſæ crucis. Tria, de quibus ſuperius dictū eſt, ad memoriam reuocanda ſunt, ex quibus elucidari poſſit regula ſupradicta. Primo quippe ſupra in hac regula dictum eſt, ꝙ in naturali delectatione ratio ipſi ſenſualitati conſociata eſt, atq; in ea nec ratio, nec ſenſualitas in totum prædominatur: ſed in ea corporales ſenſus quandoq; paululum delectantur vltra debitum ratio is, ex quo venialis cōmittitur culpa. Ex hoc patet, quid eſt delectatio naturalis cum vitio. Exempli gratia: Hi a quibus ieiunia frequētantur, delectabiliori appetitu manducant, q̄ ab eiſdē

A quando non ieiunant. Et hæc eſt delectatio naturalis, & fortè cum veniali culpa. Secundo in eadem quinta regula etiam declaratur, ꝙ in delectatione ſenſuali, ratio ſenſualitati ſubiugata eſt, vnde ortum habet mortalis culpa. Propterea in hac regula dicitur abſq; mortali culpa, i. ꝙ delectatio naturalis in delectationem ſenſualem nõ trãſeat, & rationi dominetur appetitus inordinatus, & ſenſualis: vtputa quia ieiunans in tantam voracitatẽ prolabitur, ꝙ in ingluuiem, & peccatum gulæ ruit: quod facile contingere poteſt. Proinde 41. diſt. in c. quiſquis, Auguſtinus ait: Fieri enim poteſt, vt abſque B aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens vtatur. Inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat. Et ſanius quiſque maluerit more Domini piſce veſci, q̃ lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur cibis. Nam in huiuſcemodi omnibus rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur: ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi, vel probandum eſt, vel improbandum, quod facimus. Et in c. delitiæ. idem ait: Delitiæ quælibet, ſi abſq; deC ſiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetẽter accepti impediunt profectũ abſtinentiæ. Dauid enim aquam malè cupitam effudit, & Helias carnes comedit. hęc ille. de Dauid. 1. Paralipomenon 11. de Helia vero. 3. Reg. 17. patet. Tertio vero declaratum eſt ſupra in prima regula, ꝙ pœna virtuoſæ crucis eſt difficile opus virtutis amore portatum: ſicut ſunt paupertas, vigiliæ, ieiunium, & ſimilia. Huius igitur ſenſus eſt, ꝙ ſi principaliter homo ad virtutem laborioſam intendit: vtputa ad ieiunium, & abſtinentiæ dilectionem: & tamen ieiunãdo delectabiliori appetitu comedit, q̃ non D ieiunando: licet ibi veniale ſit, tamen dummodo non tranſeat ad mortale vitium gulę, non eſt dimittendum ieiunium propter veniale, quod ibi contingat: quia propter paruum vitium non eſt dimittendum opus virtutis magnæ, cum tale vitium poſſit ſtare cum charitate, ſecundum Sco. in 4. Quod de ſe oſtendit Propheta, cum ad Dominum ait, Imperfectum meum, id eſt, imperfectionem meam viderunt, ſ. per approbationem oculi tui, & in libro tuo, i. in libro vitæ, omnes ſcribentur: ſcilicet tales infirmi. Et alibi idem ait, Pluuiam voluntariam, id eſt, charitatis donum gratis ab eo datum ſegregabis Deus hæreditati tuæ, i. illis, qui tui electi E ſunt, & tamen infirmata eſt, ſ. per venialem culpam: tu vero perfeciſti eam, ſ. per charitatem tuam. Hic tamen diligenter obſeruandum eſt, ne tale leue peccatum tranſeat in grauitatem mortalis culpæ. Vnde per Iob 24. c. Dominus ait, Dulcedo illius vermes, i. delectabile mortalis culpæ, quæ tandem conuertitur in conſcientiæ remorſum & corroſionem, Iſa. vlti. Vermis eorum nõ morietur, i. non fit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum. Nam vt dicitur Matthæi 7. Omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Arbor, quæ fructum bonum non F facit, eſt voluntas mala, quæ in quantum talis, facit opera mala. Et hæc excidetur, ſcilicet a conſortio Beatorum, quod eſt grauiſſimum in damnatis, & in ignem mittetur, ſcilicet gehennæ ſempiternæ. Et de hoc Chryſoſt. inquit: Duæ ſunt pœnæ, ſcilicet excidi, & in ignem mitti. Noui quòd plurimi illam pertimeſcant gehennam: ego autem illius amiſſionẽ gloriæ amarius, quàm ipſius gehennæ dico ſupplicium.

Vndecima regula diſcretionis eſt de bono opere præponendo, vel poſtponendo. Cap. 3. G

Tertia diſcretionis regula ſubdi poteſt, quæ talis eſt. Cæteris paribus minus bonum pro maiori bono dimittendum eſt: ac per conſequens maius bonum minori bono præponendum. Porro tria ſunt bona præſentis vitæ. Primum eſt magnum, ſecundum eſt maius, tertium eſt maximum. Primum temporale, ſecundum corporale, tertium eſt ſpirituale. Profecto naturalis iuſtitia hoc expoſcit, ꝙ magnum bonum pro maiori, & maius pro maximo poſtponatur, verbi gratia. Primo in temporalibus naturaliter quidem vnus florenus H pro decem, & decem pro centum, ac centũ pro mille, vt patet per experientiã, poſtponũtur. Secũdo patet hoc idem in corporalibus. inciſio, ſeu amputatio vnius manus, vel pedis poſtponit̃, ne hõ exoculetur: atq; oculi poſtponunt̃, ne hõ ipſa vita priuetur. Tertio quoq; hoc idẽ patet in ſpiritualib. Proinde Matth. 5. c. Dñs ait: Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eũ & proijce abs te. Oculus iſte dexter eſt cõuerſatio cũ muliere cũ ſãcta intẽtione, q̃ ſi ſcãdalizat te, i. eſt occaſio tuę ruinę, ſeu occaſio tuę infamiæ, erue eũ & proijce abs te. Vñ & Chryſ. ait: Erat mulier

A mulier religioſa, & reſpexi & dixi, debeo viſitare illam aſſiduè, vt illam inſtruam, & informem in bono. bonus eſt iſte reſpectus. Factum eſt mihi in ſcandalum. eijciam ergo illud bonum reſpectu illius, qui factus eſt malus. Vel oculus dexter acquiſita ſcientia eſt, vel clericalis ſtatus. Qui ſi cum diſcrimine propriæ ſalutis venit: quia nec aliter acquiri poteſt, eruendus & a ſe proijciendus eſt. Et ſubdens Dominus ait: Expedit enim tibi, id eſt, magis vtile, vel minus damnoſum eſt tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, id eſt, ſcientia iſta, quam habes: vt tuum membrum,
B vel tale ſtudium, aut clericatus, quàm totum corpus tuum, id eſt, tuipſe, mittatur in gehennam. Item ſecundum ordinem naturæ primo neceſſe eſt poſtponere bonum temporale pro corporali. Vnde Iob 2. cap. ſcriptum eſt, pellem pro pelle, id eſt, corpus proximi pro corpore proprio conſeruando: & cuncta, quæ habet, i. ſcientiam huius mundi, & cuncta exteriora. dabit pro anima ſua, id eſt, pro ſua corporali vita ſeruanda, ſicut & Ioa. 12. cap. cum dicitur: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Et iterum Lucæ 14. c. Dominus ait: Si quis venit ad me, & non
C odit patrem ſuum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Secũdo quoq; neceſſe eſt poſtponere non tantum bonum temporale, ſed etiã bonum corporale pro bono ſpirituali. De bono temporali ex ſe patet, ac ẽt Eccleſiaſticus 10. teſtificat dicẽs: Nihil eſt iniquius, q̃ amare pecuniam: hic enim & animã ſuã venalem habet. De bono corporali iterum Propheta ait, Qui diligit iniquitatem, id eſt bonum corporale: præponit ſpirituali, quod eſt iniquum: id eſt nõ eſt æquum. odit animam ſuam, id eſt facit, ac ſi odiret eam.
D Tertio inſuper eſt neceſſe poſtponere bonum ſpirituale minimũ pro minori, & minus pro paruo, & paruum pro magno, atq; magnum pro maiori. Necnon & maius pro maximo. & de hoc in Apoſtolo Paulo exẽplum patet, qui. 1. Corinth. 1. de ſe ait: Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. Nam licet baptiſmi ſacramentum ſit neceſſarium ad ſalutem, ad maius, ſeu vtilius officium, ſcilicet prædicãdi elegerat eũ Deus. Nã & populi cõuertebãtur ad bapriſmi fidẽ ex verbo Dei, nõ autem econuerſo. Proinde Roma. 10. Apoſtolus ait, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, ſcilicet per Apoſtolos prædicatum. Inſuper dici poteſt, quòd permitti valet veniale pro vitando mortali: & veniale minus E
ꝓ vitãdo veniali maiori, & mortale minus pro vitando mortali grau ori. Primo quidẽ permitti valet veniale, vt euitetur mortale. Nam culpa mortalis in infinitum venialem excedit, cum culpa mortalis priuet infinito bono, quod eſt increatum. Per veniale vero tollitur quid creatum: vtputa feruor charitatis. Diſtantia autem priuationum ex his, quæ priuantur, menſurari habet: propterea mortali culpæ debetur æterna pœna, venali autem temporalis. Secundo vero permitti poteſt veniale minus pro F
vitando veniali maiori: vtputa in duplici genere venialium. Nam quoddam eſt veniale ex genere, vtputa ocioſum verbum: ac quoddam eſt veniale ex cauſa, vt quod ex infirmitate, vel ignorantia perpetratur: quod quidem quandam excuſationem habet. Leuius quidem videtur, ac per conſequens potius permittendũ veniale, quod fit ex cauſa: quàm hoc quod fit in genere. Tertio etiam permitti poteſt mortale minus, vt euitetur mortale maius: Verbi gratia, cauſa de vſura & furto. Nam & Deuteron. 23. cap. Iudæis præcepit Dominus, dicẽs: non fęneraberis fratri tuo ad vſuram G
pecuniam, ſed alieno. Secundum enim Alexan. de Ales, in 4. Non fęnerari fratri, eſt ibi poſitum præceptoriè, tanquàm iuſtum naturale: quod vero ſubditur, ſed alieno permiſſio comparatiua: atque ibi permiſſoriè poſitum eſt, ea videlicet rõne, qua permittuntur minora mala, ne fiant grauiora. iuxta quod Deuter. 24. Repudiatio vxoris in lege ꝑmiſſa ẽ, atq; dato libello repudij diuortiũ fieri, & hoc ad vxoricidium euitandum. Nam cum eſſent auari, ne. ſ. fierent fures: aut vſurarij in fratres ſuos: permiſſum eſt eis poſſe vſuras exigi ab alienis.
Item Beatus Gregorius ſcribẽs Anglorum H
Epiſcopo de obſeruantia ieiunij quadrageſimalis, permiſit inordinatũ carnium eſum in Dominico die Quinquageſimæ, ſicut patet diſtinct. 10. cap. denique. vbi ait: De ipſa vero Dominica hæſitamus, quid nam dicendum ſit, cum omnes laici & ſeculares illa die plus ſolito, & cæteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noctes ſe ingurgitent, non aliter ſe huius ſancti temporis obſeruationem ſuſcipere putant. Quod vtique non ratione, ſed voluptati, immo cuidam cęcitati mentis aſcri-

A bendum eſt. Vnde nec a tali conſuetudine auerti poſſunt. Et ideo cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne fortè peiores exiſtant, ſi a tali conſuetudine prohibeantur. Vt enim Salomon ait, Prouerb.30.c. Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. Prædicta autem corruptela carniſpriuij per totam ferè Chriſtianitatem quaſi irreuocabiliter etiam inter pleroſq; Dei ſeruos diffuſa, atque permiſſa eſt. Nec tamen hoc fit ſine graui culpa ſequentium prædictam abuſionem.

Duodecima regula, in rebus arduis, atque
B *dubijs quid agendum ſit. Cap. 4.*

QVarta diſcretionis regula ſubiungatur, quæ talis eſt. In agendis dubijs & arduis ante operis inchoationē certitudo diuinæ voluntatis inueſtiganda eſt. In talibus quippe operibus hæc certitudo tripliciter quæri poteſt. Primo per illuminatorum conſilium, ſecundo per orationum patrocinium, vel ſubſidium; tertio per expectati temporis ſpatium. Primo inquam per illuminatorum conſilium: Secundum enim Tullium in 2. Rhetho. Conſilium eſt examinandarum gu-
C bernandarumque cauſarum ſubtilis animi proſpectus. Quod quidem conſilium ante magnarum rerum deliberationem quærendum eſt. Nam ſecundum eundem Tullium vbi ſupra, Deliberatio eſt ante quodlibet inceptum plena maturitatis, & ſolertiæ conſideratio. Hæc quippe in rebus arduis neceſſaria ſunt. Proinde Eccleſiaſtici. 32. admonet, dicens: Fili ſine conſilio nihil facias. ſ.graue:& poſt factum non pœnitebis. Qualis autem conſiliator eſſe debeat, declarat Ambroſ. 2. de offic. dicens: Aduertendum eſt, quòd in conquirendis conſilijs plurimum valet vitę probitas, vir-
D tutum prærogatiua, beniuolentiæ vſus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis de turbida aqua potum petat? Itaque vbi luxuria eſt, vbi intemperantia eſt, vbi vitiorum confuſio; quis inde ſibi ad hauriendum exiſtimet? Quis vtilem iudicet alienæ cauſæ, quem videt inutilem vitæ ſuæ? Quomodo enim potero eum iudicare conſilio ſuperiorem, quem video moribus inferiorem?

Supra debet eſſe, cui me cōmittere paro. An eum idoneum putabo, qui mihi det cōſilium, quod non dedit ſibi? Et mihi eum vacare credam, qui ſibi non vacat? Cuius animam voluptates corrumpunt, libido E
deuincit, auaritia ſubiugat, cupiditas perturbat. & ſubdit: Talis debet eſſe, qui conſilium dat, vt ſe ipſum formam alijs, atque exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate: vt ſit eius ſermo ſalubris, atq; irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora. Ad hoc idem Tobias 10.cap. ait, Conſilium ſemper a ſapiente perquire, ac econtra Eccleſiaſtici. 8.cap. admonet: Cum fatuis ne habeas conſilium: non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent. & cap. 37. ait, A malo conſiliario ſerua animam tuam. Et
ironicè ſubdit: Cum viro irreligioſo tra- F
cta de ſanctitate, & cum iniuſto de iuſtitia, & cum muliere de his, quæ æmulatur: & cum timido, de bello: & cum negociatore, de traiectione. id eſt, de mercium tranſportatione. Cum emptore, de venditione: cum viro liuido, de gratijs agendis; cum impijs, de pietate: cum inhoneſto, de honeſtate, &c. Secunda certitudo eligendorum quæri poteſt per orationum patrocinium, ſeu ſubſidium. Nam, teſte Auguſt. ratione melius ſoluētur dubia, quàm inquiſitione alia. Qui enim in talibus arduis, & dubijs ſe reperit, oret ad Dominū,
& ad Sanctos eius, atque orare faciat, ma- G
xime ſeruos Dei, exemplo illorum, qui 2. Paralipomenon 20. ad præſidium orationū in rebus arduis confugientes dixerunt ad Dominum: Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum reſidui habemus, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Multum valet generalis clamor, & oratio vnius populi, cum in magno diſcrimine eſt, & ignorat quid eligendum ſit, ſicut ego prædicando per Italiam pluries expertus ſum. Et ēt Iudith 4.cap. exemplum patet. Nam vt ibi dicitur: Clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt
animas ſuas ieiunijs ipſi, & mulieres eorū. H
Et induerunt ſe ſacerdotes cilicio, & infantes proſtrauerunt cōtra templum Domini, & altare Dei operuerunt cilicio, & clamauerunt ad Deum Iſrael vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores in diuiſiones, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionē. Tunc Elyachim ſacerdos Dei magnus circuiuit omnem Iſrael, allocutuſque eſt eos dicens: Scitote, quoniam exaudiuit Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs, & orationibus in conſpectu Domini. Tertio inſuper hæc certitudo eligen-

A eligendorum, ſi per prædicta duo non claret, quid eligendum ſit, exquiri debet per expectati temporis ſpatium. Nam vti Seneca ait: maximè ſunt contraria conſilio feſtinatio, & ira. Velox conſilium ſequitur pœnitentia. Multa quippe efficit tempus, quæ perficere non poſſet voluntas, ſeu ingenium, aut humana poteſtas. Tempus clarificat turbatum mare, ad maturitatem perducit fructus, animalia, piſces, & aues per illud ſuſcipiunt incrementum. Vult quandoq; Deus non per Angelum, ſeu per alium modum, ſed per medium temporis nos clarificare de eligendis, maxime ſi per-
B ſeueramus in oratione. Mutatur ſiquidem tempus, & cum eo mutantur multa, & in omnibus clarificator cõſiliorum, & dubiorum eſt Deus, qui in Trinitate perfecta glorioſus, & magnus viuit, & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA QVARTA post diem Pentecoſtes.

De multiplici lumine, quo cognoſci poſſit, quæ ſunt inſpirationes implendæ, et quare merentur, & quid merentur.

C

Sermo IIII.

Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte, ne quando dicas inimicus meus, præualui aduerſus eum, Pſalmus 12. Apta petitio humilis ſupplicatio, oratio grata ad acquirendam gratiã, & ad inclinandum ad miſericordiam maieſtatem Dei. Oret igitur hoc modo mens deuota ad Dominum poſtulans, ne decipiatur in inſpirationibus ſub ſpecie boni, & dicat, Illumina oculos meos. In qui-
D bus ſacratiſſimis verbis triplicem gratiam, a Domino poſtulat, qui ſic orat. Primo gratiam illuminantem, ſecundo gratiam gratificantem, tertio gratiam triumphantem. Primo enim gratiam illuminantem dicẽs, Illumina oculos, ſcilicet tu Domine Deus meus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Duplex eſt oculus, ſcilicet exterior, & interior. Et ſicut exterior duplex eſt, ſcilicet ſiniſter, & dexter: ſic quoq; interior, videlicet oculus cognitionis, qui eſt ſiniſter, & oculus affectionis, qui eſt dexter. Oculus cognitionis obſcuratur per ignorantiam. Vnde neſcit cognoſcere, quæ ſit inſpiratio bona, vel mala. E
Atq; obſcuratur oculus affectionis per cõcupiſcentiam, quia ſcilicet neſcit diligere, eo ꝙ præponit tranſitoria ſempiternis. Illuminatur aũt oculus cognitionis per ſcientiam, & inſpirationum diſcretionem, & oculus affectionis per virtutem, & virtutũ dilectionem. Porro quandoque illuminatur oculus cognitionis, & obſcuratur oculus affectionis. Proinde Numeri 24. miſticè ſcriptũ eſt. Dixit Balaam, filius Beor, dicit, homo cuius obſcuratus eſt oculus. Balaam quippe populus vanus interpretatur. Qui enim vanitatem huius ſeculi quærit, oculum affectionis obſcuratum habet. Hic F
fœdus iniuit cum Naas, qui eruit eius oculum dextrum. In huius myſterium. 1. Reg. 11. cap. dicit Naas ad tales. In hoc feriam vobiſcum fœdus, ac eruam omnium veſtrũ oculos dextros. Naas quippe interpretatur ſerpens, aut augurans. Hic eſt callidus ſerpens, Geneſis 3. Qui auguratus eſt Euæ, dicens: Nequaquàm moriemini, ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum. Talis oculus affectionis ſic obſcuratus, quandoque illuminatur. In cuius myſterium. 1. Reg. 14. miſticè ſcriptum eſt, quòd Ionathas extendit ſummitatem virgulæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum: G
& illuminati ſunt oculi eius. Ionathas quippe, qui donum columbæ interpretatur: illum, in quo eſt gratia, ſignare habet. Virga vero rigor iuſtitiæ eſt: cuius ſummitas eſt Euangelium Chriſti, quod perfectam iuſtitiam euidentius docet, teſte Domino, qui Matthæi 5. inquit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarum, & Phariſæorũ, non intrabitis in regnum cœlorũ. Fauus aũt mellis, Dei miſericordia eſt, quæ in duabus Chriſti naturis miſticè demõſtratur, in cera & melle: manũ vero ad os conuertit, ꝗ quod alios docet, primitus ipſe facit. Atque H
cũ virga fauũ attrahit: qui per iuſtitiã, quã in ſe ipſum facit, miſericordiã Dei acquirit, exemplo Prophetæ, qui de ſe ad Dñm ait. Feci iudicium & iuſtitiam, nõ tradas me calumniantibus me. Et alibi inquit: Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi, miſericordia Dei miſerantis, & veritas hoïs ſe iudicãtis, atq; de ſe iuſtitiam facientis obuiauerũt ſibi, ſ. in oſculo pacis. Et hoc modo illuminantur oculi Ionathæ, i. animæ pœnitentis. Secundo ſic orans poſtulat gratiã gratificãtem, dicens: Ne vnquã obdormiam in morte, id eſt in mortali culpa, ſcilicet ꝓpter inſpira-

A ſpirationum errorem. Aduertendum eſt tamen, quòd differentia eſt inter dormitare, dormire & obdormire: & ad literam ſe per ordinem habent. Nam ille dormitat, qui inter ſomnum & vigiliã, quaſi medius eſt: & talis ſomnus non durat, ſed talis homo viciſſitudinariè excitatur. Dormire vero eſt perfectè capere ſomnum. Sed obdormire profundè dormire eſt, ſicut litargicis accidere ſolet, qui nec attractionibus, nec percuſſionibus excitantur, ſed tandiu dormiunt, donec ſoporem morte concludunt. Sic miſticè in morte dormitat, qui ſæpius peccat, & tamen cito pœnitentiam agit.

B Dormit vero, qui diu pœnitentiam differt. Ille vero obdormit, quem mala conſuetudo ita premit, vt nec blandis allici poſſit, nec aſperis excitari. Ad talem Prouerb. 23. Salomon ait: Eris ſicut dormiens, in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo: & dices: Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non ſenſi. Hæc tria Eccleſiaſtici 43. miſticè exprimuntur, cum dicitur. Frigidus ventus aquilo flauit, & congelauit criſtallus ab aqua. Aqua dormitationem, glacies dormitionem, criſtallus vero obdormitionem deſignat. Tertio autem ſic orans poſtulat gra-

C tiam triumphantem, id eſt, victoriam de inimicis ſuis dicens: Nequando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. ſcilicet in inſpirationibus falſis finalem victoriam exultando contra eum dicat ſe adeptum. Quomodo autem, & quibus modis præualeat diabolus contra animam infelicem, miſticè Exodi 15. c. ſcriptum eſt, vbi dicitur: Dixit inimicus, perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium meũ, interficiet eos manus mea. Inimicus iſte, eſt ille de quo Matthæi 13. ſcriptum eſt, Inimicus homo hoc fecit. Septem gradibus ani-

D ma a diabolo expugnatur: hic ſiquidem intellectus ſeptem progreſſibus victoriã obtinet contra hominem peccatorem, videlicet. Primo quippe inſultat in ſuggeſtione, ſecundo luctatur in delectatione, tertio percutit in cõſenſu, quarto ſpoliat in actu, quinto præcipitat in conſuetudine, ſexto hilareſcit ſibi in gloriatione, ſeptimo præualet in morte. Primo enim inſultat in ſuggeſtione, ideo dicitur inimicus, ſ. inſpirando: ſeu tentando varijs modis, ſicut ſupra, ſermone 2. artic. 1. & c. 4. plenius dictũ eſt. talis inſultus poteſtas dicitur tenebrarum. Proinde Lucæ 22. c. Dominus his, qui venerant, vt eum caperent, Matthæi 5. c. Hæc E eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Secundo luctatur in delectatione: vnde ſubditur, perſequar ſcilicet ad delectationem inducendo. Quod Dominus Lucæ 19. cap. vt rem flebilem demonſtraret in myſterio, videns ciuitatem, id eſt talem animam in tranſitorijs delectantem: Fleuit ſuper illam dicens: Si cognouiſſes & tu: & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Tertio percutit in cõſenſu, & de hoc ſubditur: Et comprehẽdam quaſi vngulis ferreis capitur, & tũc lethaliter vulneratur. Et de hoc Prouerb. 5. c. ſcriptum eſt. Iniquitates ſuæ capiunt im- F piũ, quia peccator niſi per conſenſum mortalis culpę a diabolo capi nõ poſſet. Quarto aũt ſpoliat in actu: vnde ſubdit, diuidẽs ſpolia. Secundũ enim Alex. de Ales, cõſenſus mortalis culpę, priuat gratia gratificante, q̃ quidẽ veſtis nuptialis eſt. Sed mortale opus priuat gratijs gratis datis, q̃ ſm demerita diuino iudicio ad diuidẽdũ, & diſperdẽdũ dãtur in manib. inimici. Quinto præcipitat in cõſuetudine, & de hoc ſubdit, implebitur aĩæ mea. Proinde cõſuetudo abũdans, & electiſſima pitãtia diaboli dici põt. De qua Abacuc. 1. c. ait: Incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Sexto hilareſcit, G ſ. in gloriatione, hoc eſt q̃a peccatores gloriãtur, cũ male fecerint: & exultãt in rebus peſſimis, vt dr̃ Prouerb. 2. c. Ad talem Propheta inquit: Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate? Et de tali lingua diaboli ſubditur, euaginabo gladium meũ. Nã lingua taliter gloriãtis, gladius diaboli eſt, ſicut Propheta inquit: Et lingua eorum, ſ. talium peccatorum, gladius acutus, ſ. dæmonis eſt. Vagina talis gladij, eſt os eorum, ſicut Propheta inquit, Et gladius in labijs eorum. hunc autem gladium diabolus tunc euaginat, cũ peccator de ſceleribus publicè H gloriatur. Septimo vero præualet in peccatoris impœnitentis morte. Et de hoc ſubditur, Interficiet eos manus mea, quod efficit diabolus, cũ impœnitens morit in peccato. Et de talibus Propheta inquit, Mors peccatorũ peſſima. Et tũc præualet diabolus cõtra peccatorẽ in pugna: propterea vbi ſupra orat Propheta dicẽs: Nequãdo dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum, ſ. ſicut p̃dictum eſt, triplicem prædictã petitionem exaudit Deus. huic triplici gratiarũ petitioni humiliter poſtulantis gratiſſimè reſpondit Dominus in Pſal. 31. dicẽs: Intellectũ tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris:

A dictis: firmabo ſuper te oculos meos. Primo quidem petierat gratiam illuminantem dicens, Illumina oculos meos. Et huic reſpondet Dominus, dicens: Intellectum tibi dabo: maxime quadruplicis inſpirationis, ſcilicet vt quatuor intelligas & cognoſcas. Primo præſentia, ſecundo æterna, tertio pęnas, quarto teipſum. Primum reddit hominem expeditum, ſecundum hominem feruidum, tertium timidum, quartum ſolicitum. Primum enim reddit hominem expeditum. Qui enim cognoſcit præſentia, contemnit atque relinquit ea, iuxta illud Naum 3. Omnis, qui vidit te,
B reſiliet a te: & ſic homo redditur expeditus. Secundum reddit hominẽ feruidum. Qui cognoſcit æterna bona, deſiderat illa: & ſic fit feruens ad acquiſitionem eorũ, ſicut de ſe teſtatur Propheta dicens, Viã mãdatorum tuorũ cucurri, ſ. effectu & opere. Cum dilataſti cor meum. ſ. in notitia æternorum. Tertium reddit hominem timidũ. Qui enim cognoſcit pęnas, horret eas & fit timidus dicens, Timor & tremor venerunt ſuper me & cõtexerunt me tenebræ. Quartum reddit hominem ſolicitum. Qui enim cognoſcit ſeipſum & debilitatem ſuam, ſolicitus fit, quia non confidit de fortitudine
C ſua. Patet exemplum de vetulis debilibus: quæ quando peregrinantur, ita ſolicitè ſunt ꝙ tantam dietam faciunt, quantam viri fortes atq; equeſtres. His quatuor inſpirationibus intellectus illuminatur. De quo Propheta ait: Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Secundo autem petierat gratiã gratificantem dicens: Ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. Qui tribulãt me inimici, &c. Et huic petitioni reſpõdet,
D Et inſtruam te, ſ. quomodo gratiam gratificantem acquiras, & in ea vſq; in vltimũ perſeueres. Dat quippe intellectum & inſtruit Dominus tribus modis. Primo per inſpirationem, ſecundo per prædicationem, tertio per tribulationem. Primo enim dat intellectum & inſtruit per inſpirationẽ. Vnde Iob 4. c. ait. Porro dictũ eſt a me verbũ abſcõditũ & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Et 1. Io. 2. iterum Ioã. ait: Non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos: ſed vnctio eius docet vos de oĩbus. Secundo ꝑ prædicationẽ. vnde propheta inquit, Declaratio ſermonum tuorũ illuminat & intellectũ dat paruulis. Tertio ꝑ tribulationẽ. Proin de Iſa. 28. c. ait, ſola vexatio dabit intellectum auditui. Et Iob 33. ait, quòd Dominus homines inſtruit diſciplina. Tertio autem poſtulauit gratiam triumphantem, dicens: Ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. Et tali petitioni reſpondet, dicens: In via hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. In quibus verbis notatur reſpectus miſericordiæ Dei, & cuſtodia contra omnes illi animæ aduerſantes. Non enim ait tantum, Ponam ſuper te oculos meos, ſcilicet, vt triumphes: ſed ait, firmabo, id eſt, ponam: & non remouebo ſuper te, ſcilicet illuminatum, oculos meos, id eſt, gratiam, & miſericordiam meam, ſicut Sapien. 4. ſcriptum eſt: Gratia Dei, & miſericordia eſt in ſanctos eius, & reſpectus illius ſuper electos eius. ſed quia Sapientiæ 1. ſcriptum eſt, quòd Spiritusſanctus aufert ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: Propterea quilibet noſtrum inſtantiſſimè a Domino poſtulare debet, atque orare, & dicere cum Propheta, illumina oculos meos ne vnquàm obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eũ. Et tunc fidelis anima merebitur audire ab eo, intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. De tribus quaſi per triplicem illuminationem Dei circa materiam inſpirationum poſſumus erudiri. Primo, quæ inſpirationes ſunt meritoriæ: ſecundo, quæ ſunt meritoriæ: tertio, de quo ſunt meritoriæ. Vel aliter. Primo, quæ ſunt quæ merentur: ſecundo, quare merentur: tertio, quid merentur. E F G

ARTICVLVS PRIMVS

De inſpirationibus, quæ meritoriæ ſunt. H

PRima illuminatio illuminat intellectum ad intelligendum, quæ ſint inſpirationes, quæ ſunt meritorię, ſeu quæ merentur. Circa quod aduertendum eſt, quòd ad hoc ꝙ aliquod opus inſpiratum ſit meritorium, tria neceſſario requiruntur. Primo, ſcilicet, quòd opus fiat in charitate: ſecundo, ꝙ fiat ex charitate: tertio, quòd fiat ad charitatem. Primo inquàm neceſſe eſt, ꝙ opus inſpiratum fiat in charitate: quia opera, quę extra charitatem fiunt, mortua ſunt, quemadmodum carbo extinctus. Secundo, ꝙ fiat ex charitate. Multa enim fiunt in charitate, quæ tamen meritoria minimè ſunt

ex

A ex eo, quòd non fiunt ex charitate. Tertio,
quòd fiant ad charitatem. hoc eſt ad bonũ
refetibile ſit, quia mala bona intentione
non poſſunt fieri, alioquin abſurditas ſe-
queretur, ſcilicet quòd idem opus eſſet me-
ritorium, & demeritorium, & de hoc latius
dicetur infra, artic. 3. in 1. c. circa finem. In
merito etiam inſpirationum tria ex parte
hominis requiruntur. Subiectum, quod
eſt anima: Liberum arbitrium, & intentio,
ſeu finis. His tribus ad merendum in ipſis
inſpirationib. reſpondent tria ex parte Dei.
ſcilicet gratia, virtus, & charitas. Gratia qui
dem reddit ſubiectũ Deo gratum, cum in-
B ſpiratur. Virtus autem animæ habilitat li-
berum arbitrium, ſcilicet vt aſſentiat inſpi-
rationibus ſanctis. charitas vero intentio-
nem dirigit ad finem debitum. His præmiſ-
ſis aduertendum eſt, quòd omnium inſpi-
rationum ſanctarum, quæ in præſenti ſe-
culo dantur, & dignæ ſunt adimpleri, quæ-
dam ſunt adimplendæ voluntate, & ope-
re; quædam voluntate & non opere; quæ-
dam opere & non voluntate.

De inſpirationibus, quæ meritoriæ ſunt, quando voluntate & opere adimplentur. Cap. 1.

C

PRimo enim ſunt quædam in ſpira-
tiones, quæ ſunt meritoriæ, &
implendæ voluntate & opere.
Et hæ ſunt, quæ formatæ ſunt ſe-
cundum duodecim regulas præcedentis ſer
monis, quæ debent, vt dictum eſt, volunta-
te & opere adimpleri.. Exemplo Dñi Ieſu
Chriſti, de quo Philip. 2. cap. ait Apoſtolus.
Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chri
ſto Ieſu, qui ſcilicet pro nobis voluntate, &
opere mortem ſuſtulit ſuper lignum. Pro-
fecto in inſpirationibus, quæ ſunt ſecun-
dum duodecim regulas ſupradictas volun-
D tas ſine opere, & opus ſine voluntate pla-
cere non poteſt. Proinde Propheta in-
quit, voluntariè ſacrificabo tibi. Ait enim
voluntariè, non coactè. Non enim placent
Deo coacta ſeruitia, vt ait Auguſt. Hinc
Exo. 25. cap. Dominus in myſterio inquit:
Ab omni homine, qui offert vltroneus ac-
cipies primitias. Et addit, ſacrificabo tibi,
ſcilicet ſacrificium boni operis. Et alibi ait,
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ obla-
tiones, & holocauſta. Et iterum. Sacrifica-
te ſacrificium iuſtitiæ, quod eſt opus bonũ.
Et Iacobi 2. Fides ſine operibus mortua eſt.
Si igitur prædictæ inſpirationes voluntate
& opere adimplentur in charitate triũ me- E
ritoria ſunt. Primo vitæ æternæ, ſecundo
augmenti gratiæ, tertio remiſſionis pœnæ.
Primum præmium vitæ æternæ, ſ. ſubſtãtia-
lis gloria radici operis correſpondet, vide-
licet charitati. Secundum autem præmium:
ſcilicet accidentale, correſpondet generi
operationis, ſicut eſt augmẽtũ gratiæ, quia
operibus excellentibus, & operibus ſuper-
erogationis maius augmentum gratiæ, q̃
alijs operibus erogatur. Tertiũ vero præ-
mium, ſ. remiſſio pœnæ pœnalitati operis
correſpondet. Vnde & opera, quæ magis
pœnalia ſunt, magis meritoria ſunt remiſ-
ſionis pœnæ. Regula quippe theologica eſt, F
ꝙ pœna pœnæ reſolutoria eſt. Aduerten-
dum eſt tamen, ꝙ licèt tota vis merendi
æternam vitam, & etiam alia bona, cõſiſtat
in charitate: non tamen totus merendi effe
ctus conſiſtit penès magnitudinem chari-
tatis, ſed etiam penès magnitudinẽ operis,
ſicut patet in merito remiſſionis pœnæ: q̃a
non ſolum conſiſtit in charitate, ſed etiam
in operibus, quæ pœnalia ſunt, ſicut patet
in Chriſto, qui meruit nobis aperitionẽ ia-
nuæ paradiſi, ſ. cum effectu. Hoc autem me-
ritum non erat ſolum in charitate, ſed in
charitate, & in excellentia operis laborio- G
ſi, videlicet in ſua ſacratiſſima paſſione. Se-
cũdum enim Alex. de Ales, in 2. q. 33. ope-
ra prædictarum operationum volũtariè fa-
cta in charitate ad ſeptem valent. Primo ad
gratiæ augmentationem. Vnde Aug. Cha-
ritas meretur augeri, & aucta meretur per-
fici. Secundo ad habilitationem, ſ. ad bo-
num opus. Vnde 2. Corinth. 9. Vt abunde-
tis in omne opus bonum: ſcilicet operari
debetis. Tertio ad dimiſſiones: ſcilicet pœ-
næ debitæ, vel iniunctæ. Thob. 12. Eleemo-
ſyna a morte liberat, ipſa etiam purgat pec-
cata. vnde Lucæ 11. Dominus ait: Date elee
moſynam, & ecce omnia munda ſunt vo-
bis. Quarto ad abbreuiationem, i. ad cele- H
riorem tranſitum purgatorij. Vnde Prouer.
13. c. Salomon ait, Redemptio animæ viri
diuitię ſuæ. Glo. qui animam ſuam vult re-
dimere ab ira futura, congreget diuitias bo
norum. Ira enim ibi dr̃ purgatoria pœna.
Quinto ad minorationẽ, ſ. cuiuſdã pęnę in
gehẽna, videlicet cõſciẽtię vermis, ſ. vt dã-
natio tolerabilior fiat. Sexto ad peccati re-
cordationem, ſ. in præſenti, quod fit per na-
turã operis virtuoſi, quod ſemper vitijs na
turaliter, & multipliciter aduerſatur. Septi-
mo ad gloriã accidentalẽ. Nã ſicut ex parte
malorũ, q̃ plura mala fecerunt, amplius an-
guſtia-

A guſtiabuntur conſcientiæ verme: ita ex altera parte numeroſitas operum bonorũ augmentum facit in gaudio paradiſi de operibus bonis. Sed hoc præmium nõ eſt de ſubſtantiali, ſed de accidẽtali gloria Beatorum. Addi poteſt octaua, quia valet opus bonum ad ędificationem, ſcilicet proximorũm. Vnde Bernardus ait. Intentio ſufficit ad meritum, actio ad exemplum. Alij quędam alia ponunt, quæ in his verſibus continentur.

Iucundat, ſtabilit, auget, peccata remittit:
Debilitat, remouet, exercitat, atque repellit.

B ait enim iucundat, ſcilicet mentem; ſtabilit ſcilicet virtutes: auget, ſcilicet meritum accidentalis prẹmij: peccata remittit, ſcilicet quantum ad pęnam, quæ iam remiſſa ſunt quo ad reatum. Debilitat, ſcilicet fomitem: remouet, ſcilicet accidiam: exercitat. ſ. hominem in aſſuetudine boni: atq; repellit, ſcilicet tentationes diaboli.

Quando inſpirationes debent voluntate, & non opere adimpleri & de merito & cauſis earundem. Cap. 2.

C SEcundo ſunt quædam inſpirationes, quæ adimpleri debent voluntate & nõ opere: vtputa quæ continentur in 2. 3. 4. 5. atque 10. & 12. regula, de quibus in pręcedenti ſermone dictum eſt. Et hoc contingit duplici ex cauſa. Aut propter defectum operantis, aut propter defectum circunſtãtis. Primo propter defectum operantis, verbi gratia, habet quidam voluntatem feruentem martyrium pro Chriſto pati: aut viuere ſolitarius in deſertis, ieiunare in pane & aqua, pati nuditatẽ & famem, & in multis aſperrimam ducere vitam: ſed imperſe-
D uerantiam timens atque aſtutias diaboli, & inexperientiam: necnon & fragilitatem ſuam, abſtinet a prædictis voluntatem ferui dam tenens, ſi poſſit talia operari. Secundo propter defectum circunſtantis: vt puta cũ quis vellet conuerſari ſępius cũ aliqua muliere ad illius eruditionem in vita ſpirituali: tamen ab hoc abſtinet, ne inde ſcandalum oriatur, & ſic de ſimilibus. Tunc Deus talem voluntatem acceptat, quaſi opere impleta fuiſſet, quia 1. Regum. 5. cap. ſcriptum eſt, Melior eſt obedientia quam victimæ. i. melius eſt voluntate obedire, quam opere victimare. Aduertendum eſt tamen, quod ſecundum Alexand. de Al. in 2. q. 33. quod vt ait Aug. in lib. confeſſi. duplex eſt voluntas, ſcilicet plena & ſemiplena: plena dicitur, quando nihil deeſt ex parte volentis, qui faceret ſi poſſet: & tunc voluntas pro facto ad meritum vel demeritum reputatur. E
Si autem poteſt facere: principaliter imputatur ei ad meritum voluntas vel intentio tãquam radix operis, non quod opus ipſum nõ faciat ad meritum, vel demeritum, ſicut in præcedenti cap. dictum eſt. Quod dicitur in gloſa ſuper illud Pſal. Et tu remiſiſti impietatem peccati mei: votum pro operatione reputatur. Et illud quod dicitur in glo. ſuper illud Pſal. Manus veſtræ concinnant. Quicquid vis & nõ potes, Dominus factũ computat. Et ſuper illud, in mandatis eius F volet nimis. Sufficit velle, ſi perficiendi mãdata deſit facultas, & ſimiles, Sanctorum auctoritates referuntur ad volũtatem plenã, vbi non eſt facultas perficiendi. vbi vero eſt facultas perficiendi, ibi præter voluntatem perficiendi opus ad meritum vel demeritũ facit. Si vero voluntas ſemiplena eſt: tunc illa ſola non facit ad meritum vel demeritum, niſi forſitan veniale. Huius rei gratia poteſt quæri de aliquo, qui habuit voluntatem plenam exeuntem in opus: & alio etiã qui habuit voluntatem plenam, ſed non exeuntem in opus, quia non aderat facultas: vtrum ad paria prẹmij, ſeu pœnę iudicentur. G Dicendum quod in bonis & in malis eſt differenter quodammõ, & quodamõ ſimiliter. primo quidem in bonis ſic eſt, ꝙ prẹmium ſubſtantiale eſt, quod conſiſtit in viſione Dei, & eſt prẹmium adiunctum ſeu accidentale, quod conſiſtit in gaudio de aliquo bono præcedẽti perpetrato, vel aliquo in prẹſenti ſuperaddito. Quantum ad præmium ſubſtantiale: parificatur voluntas plena, vbi deeſt facultas voluntati plenę, vbi adeſt facultas cum actu, dummodo ſit par charitas, ſiue par gratia gratum faciens. Quantum vero ad præmium adiunctum, ſiue accidentale, plus meretur voluntas plena cum actu, quam volũtas plena ſine actu: H & non ſolum quantum ad adeptionem boni, ſed etiam quantum ad dimiſſionem mali pœnę. Secundo vero in malis ſic eſt, ꝙ ratione voluntatis plenę & etiam ratione actus debetur pœna, & propter hoc qui habuit voluntatem plenam cum actu, plus punitur quam qui habuit voluntatem plenã: ſed nõ cum actu, quantum ad afflictionem actualem: ſed quantum ad carentiam viſionis Dei ęquales vtique ſunt in pęna. Ex his patet de iſto primo, qui vult pati martiriũ, & non ſuſtinet; & de illo, qui vult ſuſtinete,

A nere, & ſuſtinet. Nam volenti plene facultate deficiente, debetur aurea, id eſt ſpecialis gloria. Cum autem eſt ſuperadditus actus, aureola ſibi debetur: & ſic ad paria iudicantur, quantum ad primum: ſed non ad paria quantum ad ſecundum.

De inſpirationibus, quæ ſunt opere & non voluntate adimplendæ, & de cauſis & merito earundem. Cap. 3.

TErtio ſunt quædã inſpirationes, quæ adimpleri debent opere & non voluntate, & hoc ſi operari non contra
B dicit alicui regulæ de duodecim iam prædictis. Duo quippe inducunt, vt prædictæ inſpirationes voluntate atque opere impleãtur. Primum eſt obedientiæ neceſſitas, ſecundum exceſſiua charitas. Primum inquam eſt obediẽtiæ neceſſitas, vt cum quis per obedientiam neceſſario cogetur habitare cum mulieribus, aut cum turbis, & intereſſe epulis: necnon & coniugalẽ actum ſola obedientia diuini præcepti cum omni honeſtate, vt eſt poſſibile exercere, ſicut fecerũt prophetæ. Et hoc habet locũ in actibus Chriſti condeſcenſiuis. Præterea Io. 6.
C ait: Deſcendi de cęlo non vt faciã voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et in hoc nos docuit Chrs, ꝙ alterius volũtatẽ ſemper noſtræ præponere ſatagamus, ſi poteſt abſq; peccato fieri. Secundum eſt exceſſiua charitas, & propter charitatẽ neceſſitas. Sũt quippe multa, quæ difficilia ſunt ex circunſtantijs extrinſecus annexis, ſicut difficilius eſt abſtinere cum delicata cibaria apponuntur, difficilius eſt tẽporalia bona cõtemnere cũ offeruntur, difficilius eſt continere in conſortio fęminarum & cõſimilia. Sed hęc per accidens quandoq; meritoria ſunt: ſed directè & in quãtũ eſt de ſe magna via ſunt
D ad ruinam. Propterea vir prudens talia fugere debet, niſi magno & euidentiſſimo ſalutis animarum profectu cum probabili ſecuritate ſui velit hæc ſuſtinere ad tempus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De duodecim rationibus, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ ſunt.

SEcunda illuminatio, illuminat intellectum ad cognoſcendum, quare inſpirationes ſunt meritoriæ, ſeu quare merẽtur: cum enim dicat Iſai. 64. c. quaſi pãnus menſtruatæ, omnes iuſtitiæ noſtræ. Et E
Apoſtolus 8. c. ad Ro. etiam atteſtatur, ꝙ non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quomodo poſſumus ex ſanctis inſpirationibus promereri maximè gloriam ſempiternam. Ad intelligentiam ergo dicendorum aduertendum eſt, ꝙ triplex eſt meritum, ſcilicet congrui, digni & condigni. Meritum congrui eſt, per quod diſponitur ſubiectum, vt recipere poſſit gratiam ſecundum rationem iuſtitiæ Dei. Illud diſponitur, merè nominatur, dum. ſ. homo facit, ꝙ in ſe eſt. Meritum digni dicit idoneitatem operantis ad aſſequendũ illud, quod F
meretur. Meritũ vero condigni dicit ęqualitatem meriti ad ipſam remunerationem. Dico tamen æqualitatem non quantitatis, ſed proportionis. Quod patet, quia Deus ſemper remunerat ſupra meritum, ſicut & punit citra condignum. Vnde non eſt meritum & præmium æqualis quantitatis, ſed proportio tantum: quia apud Deum nõ eſt iuſtitia commutatiua, cũ nulli debeat quicquam, ſed tantum diſtributiua. Dicitur autem iuſtitia commutatiua, iuſtitia fori, qua datur pro denario vnus panis, vel brachiũ G
panni pro vno groſſo. Iuſtitia vero diſtributiua eſt principium, qua diſtribuuntur dona ſecundum proportionem ad merita: & hæc eſt apud Deum. Vnde j. Cor. 3. Apoſtolus ait, Vnuſquiq; mercedẽ propriam accipiet ſecundum ſuum laborem. Et Apoc. 22. Ecce venio cito & merces mea mecum eſt dare vnicuique ſm opera ſua. Et poſſunt eſſe themata in præſenti articuli. His præmiſſis dicendum, ꝙ homo propter adimpletas ſanctas inſpirationes, condignè meretur gloriam ſempiternam, & de hoc aſſignari poſſunt duodecim rationes, quas ſub triplici
quaternario ſubiungamus. H

Primæ quatuor rationes, quare ſanctæ inſpirationes cum implentur, meritoriæ ſunt. Cap. 1.

PRimę quatuor rationes, quare homo ex acceptatis inſpirationibus promeretur, antea ſubiũgantur. meretꝰ enim primo propter gratificationem, ſecundo propter conformationem, tertio propter oppoſitionem, quarto propter illuſtrationem. Primo inquam meretur propter gratificationem, ſeu electionem: quia Deus dignatur ſibi gratificare ſeu gratum facere & eligere hominem, ſicut

A ſicut Io. 15. c. Apoſtolis & omnibus electis ſuis ait: Ego vos elegi de mundo, non vos me elegiſtis. Porro ſi ex nobis ad Chriſtum conuerteremur, nos Chriſtũ prius elegiſſemus. Sed quia hoc ſine Chriſti gratia habere nõ poſſumus, ſ. vt ipſum diligamus: ideo ipſe per gratiam ſimul elegit nos, vt & nos poſtremo ipſum per dilectionẽ eligamus, cui potiſſimẽ ſeruire velimus. Secundo meretur propter conformationem: ſcilicet ad voluntatem Dei, quæ patet in diuinis præceptis, ſeu conſilijs & alijs ſignis voluntatis Dei. Vnde de tali homine propheta inquit: In lege Domini voluntas eius, & in
B lege eius meditabitur die ac nocte. id eſt in proſperis & in aduerſis. Tertio meretur propter oppoſitionem. Eſt quippe laborioſa propter voluntatem & naturam ex peccato corruptam, quæ ſemper tendit ad ima. Proinde Dominus inuitans ad ea, quæ difficilia. i. ſurſum ſunt, Io. 12. c. inquit: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: ſcilicet ad ſuperna. Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit: ſcilicet in gloria ſempiterna. Quarto meretur propter illuſtrationem: ſcilicet, quam vera & virtuoſa inſpirationis operatio parit. Verbi gratia, de opere fidei inſpiratæ in Io. 7. c. Dominus ait: Si quis
C voluerit voluntatem eius, ſ. Dei facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit. Quia, teſte Auguſtino, Intellectus eſt merces fidei. iuxta quod Iſa. 7. c. ait: Niſi credideritis, non intelligetis. Noli ergo quærere intelligere, vt credas: ſed crede magis, vt intelligas. & Io. 16. c. iterũ Dominus ait, Spiritus veritatis. i. ſpirituſſanctus, quæ eſt veritas per eſſentiam & effectiuè, quia anima in qua ſpirituſſanctus eſt, corde, ore & opere diligit veritatem. ſequitur, docebit vos omnem veritatẽ. i. illuminabit vos de om-
D ni veritate neceſſaria ad æternam ſalutem.

Secundæ quatuor rationes, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ iudicantur. Cap. 2.

SEcundo ſubiungamus alias quatuor rationes. Meretur inquam homo ex inſpirationibus acceptatis. Primo propter ſubiugationem, ſecundo propter exẽplationem, tertio propter affectuoſam dilectionem, quarto propter miſerationem. Primo inquam propter ſubiugationem. Nam acceptatio inſpirationum bonarum eſt contra propriam libertatem & voluntatem. ſed in eis eligit anima ſe ſubiugare voluntati diuinæ & per ipſam inſpirationem copulatur humana voluntas cum voluntate Dei atque fit receptaculum eius. E
Proinde Iſa. 62. cap. Dominus ad talem animam ait, Vocaberis voluntas mea in ea. Secundo propter exemplarionem. Opera quippe inſpirationum ſanctarum præſtant intuentibus exemplum bonum, atque inducunt & incitant animas ad ſalutem: ita vt homo omnibus videntibus dicere poſſit illud, quod Ioan. 13. Dominus ait: Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci & vos faciatis. Tertio propter affectuoſam dilectionem. Differunt quippe affectio & dilectio. Nam dilectio & charitas ſtant in voluntate mentis: affectio vero F
eſt feruor dilectionis redundans in corpus ſeu in ſenſum carnis. Inſpirationes igitur ſanctæ ad vtrunq; inducũt: & quanto iſta in homine maiora ſunt, tanto anima plus meretur, ſicut ſcriptum eſt: Vbi charitas & amor, Deus ibi eſt, ſ. ſecundũ prædicta merita multiplicans & acceptans & efficaciæ Dñi ſui in merito cooperans. Quarto propter miſerationem. tanta eſt enim imperfectio hominis cuiuſcũq;, ꝙ nullus eſt qui omnẽ corruptionem culpæ atq; pronitatẽ a ſe expellat, & cor ſuum toto poſſe in Deũ irefaciat: ſed ſecũdum Anſel. in lib. Cur Deus G
homo, minimũ pecatum, quod dari poſſit, tanti põderis eſt, ꝙ prius deberet homo pmittere totũ mũdum perire, anrequam minimum peccatum ſeu nutum faceret cõtra voluntatẽ Dei. Ex quo ſequitur, ꝙ nulla iuſtitia propria per ſe ſumpta pro iſto ſatisfacere poſſet. Sed miſeratio Dei ſanctiſſima non tantum hoc operatur, verum etiã facit, ꝙ acceptatæ inſpirationes meritoriæ ſunt. Tanto igitur illi amplius neceſſaria eſt ipſa miſericordia Dei, vt inſpirationibus promereri valeat, ꝙ multa & grauia perpetrauit. Et his relinquitur, ꝙ in quolibet homine non niſi ex miſericordia Dei acceptatæ inſpirationes meritoriæ ſint. proinde Grego. in moral. ait: Si. n. remota pietate diſcutitur opus noſtrum, pęna dignũ eſt ꝙ remunerari præmijs præſtolamur. Eſt igitur aduertẽdum, ꝙ miſericordia Dei eſt eſſentialis cauſa iuſtitiæ noſtræ, alias ſimpliciter iniuſtitia eſſet. Profecto niſi mens noſtra diuinæ miſericordię innitatur, non poteſt in ſe habere verum habitum charitatis ſeu gratię & iuſtitiæ veræ. Proinde ſi quis propriæ iuſtitiæ inniteretur, extimãs & præſumens ꝙ nullo modo ſibi debeat denegari præmium ſempiternum, ita ꝙ credit & ſentit quòd ad H
hoc

A hoc nõ indiget gratia & miſericordia Dei, huius iuſtitia pura iniuſtitia & ſumma ſuperbia eſt, & de talibus Rom. 10. Apoſt. ait: Ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam quærentes ſtatueræ iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Et 3. c. iterum ait, ꝙ ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Et ſequitur, vbi eſt ergo gloria tua? Excluſa eſt, &c. Nec mirũ, quia noſtra iuſtitia ſeu charitas noſtra a Dei pietate emanat & eius expreſſa ſimilitudo eſt. Vnde habet eam ꝓ principio effectiuo & pro principali obiecto & pro clauſula & pro fine. Propterea non decet liberalitatem miſericordiæ Dei parua reddere ſuis.

B *Tertiæ quatuor rationes, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ ſint.* *Cap. 3.*

TErtio ſuperaddantur quatuor aliæ rationes. Meretur etiam homo, ſi inſpirationes acceptat, primo propter diuinam ordinationem, ſecundo propter diuinam promiſſionem, tertio propter diuinam voluntatem ſeu volitionem, quarto propter diuinam amationem ſeu dilectionem. Primo inquã meretur homo propter diuinam ordinationem. Cũ enim ipſe Deus C & eius gloria ſit præmiũ inſpirationũ adimpletarum, quis dicet ꝙ aliquod opus noſtrũ omnino ſufficienter ſibi, obligaret Deũ ad hoc ꝙ det nobis ſeipſum per modum gloriæ ſempiternæ, niſi ꝙ ipſemet ſic in ſua infinitiſſima ſapientia ordinaret. Vnde ſi ſumatur meritum noſtrum ſm illam proportionem, ſm quam mercenarius promeretur ſtipendium ſuum: ſic gloria Dei nunq̃ ſub merito cadit: q̃a ibi eſt proportio quaſi cuiuſdam appendentiæ: hic vero in infinitum vnum alterum ſuperexcedit, ꝙ tamen & miſericorditer diuina ordinatione ſancitum eſt. Secundo meretur propter diui-D nam promiſſionem: in hoc apparet liberalitas Dei retribuẽtis, quem parua retribuere minime decet. Quod enim impletæ inſpirationes meritoriæ ſint, eſt quoddam ius diuini pacti ſeu diuinæ promiſſionis, quamuis illa ſit gratis & ex gratia facta. Proinde Apoſtolus ad Titum. j. c. ait: Paulus ſeruus Dei, Apoſtolus Ieſu Chriſti ſm fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ ſm pietatem eſt in ſpem vitę ęternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſęcularia, & ſicut Num. 23. c. ſcriptũ eſt: Non eſt Deus vt homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur: dixit enim, & non faciet: locutus eſt, & nõ E implebit. Tertio meretur propter diuinam voluntatem ſeu volitionem. Poſtulat enim hoc ius diuinæ voluntatis & cauſalitatis. Profecto iuſtũ eſt, ꝙ illud quod Deus vult fieri, fiat. Vult autem propter impletas inſpirationes atq; per gratiam nos ſaluare & per illam nos efficaciter perducere ad gloriam ſempiternam. Sed, ſicut Propheta inquit: omnia quæcunq; voluit, Dominus fecit in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abiſſis. Et Iſa. 46. c. Dominus ait: Cõſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet. Vocat. ſ. per inſpirationes aues. i. contem-F plationes, & de terra longinqua. i. de peccatorum ſtatu, virum voluntatis meæ, ſ. in vita actiua. Et vt dicitur. 12. c. ad Ro. hæc eſt voluntas Dei bona, quo ad gratias gratis datas: beneplacens, quo ad gratiam gratificãtem: & perfecta, quo ad gloriam triumphãtem, quæ omnia in retributionem inſpirationum adimpletarum diſpenſat Deus ſm ꝙ poſtulat ius voluntatis ſuæ. Quarto autẽ meretur propter diuinam amationem ſeu dilectionem. hoc enim expoſcit ius amicitiæ Dei. Iuſtum profecto eſt, vt quem Deus in ſua amicitia conſtituit & ſibi amicum facit & eum diligit, vt amicum, immo vt filiũ G ſeu ſponſam, eſt inquam iuſtum ꝙ ei ſicut amico fiat. Et ab iſto profecto iure, & ab hac proportione, motus Apoſt. 2. Timo. 4. c. ait. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. In fine huius articuli notanter aduertendum eſt, ꝙ omnes virtutes, ſiue mentales, ſiue corporales, cruciantes ſeu delectãtes, agendo aut patiendo, tantum meritorię ſunt in ſalutem, quanta eſt perfectio harum 12. rationum, de quibus in hoc articulo dictum eſt: quia ex eis meritum originem habet & fundamentum.

H

ARTICVLVS TERTIVS.

Quod mereatur quodcunq; genus inſpirationum, ſiue bonarum ſiue malarum.

TErtia illuminatio illuminat intellectum ad cognoſcendum, de quo inſpirationes ſunt meritoriæ, ſeu quid merentur. Sicut enim ſupra ſermone 2. artic. 1. oſtenſum eſt: ſeptem ſunt inſpirationum genera. Quarum tria prima remunerantur in bonum, duo ſequentia remunerantur in malum, duo vero vltima vario modo remunerabilia ſunt.

Quæ

A *Quæ ſunt inſpirationes, quæ remunerantur in bonum & quibus bonis. Ca. I.*

Prima inquam tria genera inſpirationum, ſ. diuinæ, angelicæ & quæ a meritoria virtute originẽ habẽt, remunerãtur in bonum. Nam de triplici bono remunerabilia ſunt. Quia aut merentur bonum temporale, aut merentur bonum temporale & ſpirituale: aut merentur bonum temporale, ſpirituale & æternale. Primo inquam quandoque merentur bonum temporale, id eſt temporalia bona, quæ quidem in tribus conſiſtũt.
B Primo in creaturis, puta in domibus, agris, denarijs, filijs, ſeruis, gregibus, villis, caſtris & ſimilibus bonis. Secundo in honoribus ſeu gradibus & dignitatibus atq; magiſtratibus præſentis vitæ. Tertio in fama bonitatis & ſanctitatis. His temporalibus bonis remunerat Deus quandoq; tantummodo malos, quia bonis inſpirationibus paruerunt. Cum enim, ſm Auguſti. bonum ſit irremuneratum nullum, prçuidens Deus, ꝙ inſpiratio adimpleta per peccatorem remunerari non debeat in æterna vita: remunerat eam temporalibus bonis. Inſuper quãdoq; amouet flagella. nam remiſſio pœnæ
C reſpondet pęnalitati operis, quia homo in opere elaborat. proinde opera quæ ſunt magis pęnalia, magis ſunt meritoria remiſſionis pœnæ. Regula, vt prædiximus, theologica eſt, ꝙ pęna pęnę reſolutoria eſt. ſ. in prçſenti & etiã in futuro. Ex bonis igitur operibus Dominus hoc facit in præſenti etiã his, qui ſunt in mortali: quaſi tali homini dicat illud Matth. 20. Tolle quod tuum eſt & vade. Iuſtiſq; de hoc mirantibus etiam dicat: Amen dico vobis, receperunt. ſ. tales mercedem ſuam. Secũdo etiã ſunt, qui merentur bonum temporale & ſpirituale: ſpirituale quidem bonum conſiſtit in tribus.
D Primo in diuina infuſione, & gratiæ augmentatione. Pſalm. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Secundo in feruenti affectione. Pſalm. Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. Tertio in ſpiritualibus ſerntimentis. Sapiẽ. 1. Sentite de Domino in bonitate. Et de his ſpiritualibus bonis vltra temporalia antedicta, pro adimpletis inſpirationibus remunerat quoſdam bonos ſeu malos Deus. Tertio quoq; ſunt quidam, qui ex inſpirationibus adimpletis remunerantur triplici bono, ſ. temporali, ſpirituali, & æternali. Maius bonum ꝙ bona opera inſpirata merentur in præſenti vita eſt, ꝙ Deus faciat animã exerceri in virtutibus meritorijs in ſalutem. Bonum ſiquidem æternale conſiſtit in triplici gloria. ſ. ſpirituali, quæ cõſiſtit in gloria animæ: conſubſtantiali, quæ conſiſtit in gloria corporis: & accidentali, quæ conſiſtit in aureolis & in conſortio Beatorum. de hac triplici gloria propheta inquit, Ecce quàm bonum, ſ. eſt gloria ſubſtantialis. Et quàm iucundum: videlicet gloria conſubſtantialis. habitare fratres in vnum. ſ. in gloria accidẽtali. Vltra prædicta inſuper aduertendũ eſt, ꝙ quartum inſpirationum genus, ſ. quod a dæmonib. originem habet. Quãdoq; remu- F
nerari meretur omnibus præmijs ſupradictis, quemadmodum prima tria genera antedicta, videlicet diuinæ, Angelicæ & ex virtute meritoriæ. Et hoc quando, ſ. diabolicæ cum prædictis tribus in ipſis bonis operibus conformes ſunt, quod tamen contingere raro comprobatur. Nam Angelus tenebrarum transfigurans ſe in Angelum lucis, callidè inſpirat bonum, vt tandem deducat ad finem malum. Verbi gratia, inſpirabit ſæpius ad ieiunia, ad vigilias, ad auſteras pœnitentias, ad ingreſſum religionis, ad orationem, & multa ſimilia bona, vt tãdem ruere faciat in aliquod damnabile de- G
trimentum. Talis igitur animæ videns miſericors Deus puram intẽtionem, & diaboli fallacem deluſionem, illuminat intelligentiam eius & bonum, quod cęperat inſpirante diabolo, proſequi & perficere facit ſuo miſericordiſſimo dono, etiam propter hoc meretur eiſdem præmijs remunerari, ſicut & tria prima genera inſpirationũ ſanctarum, ſed hoc raro accidere ſolet.

Quæ ſunt inſpirationes, quæ remunerantur in malum, & quibus malis remunerantur. *Cap. 2.* H

Dvo penultima inſpirationũ genera, ſ. quæ ex diabolo, & ex malitia propria originem habent, cũ in ſua malitia adimplentur, triplici malo remunerantur videlicet. Aut malo temporali, aut malo temporali & ſpirituali, aut malo temporali, ſpirituali & infernali. Primo quippe remunerantur quandoq; malo temporali: quia ſm Aug. nullum malum eſt impunitum, & iterum propheta inquit, Multa flagella peccatoris. Sicut ſunt inimicitiæ & guerræ, fames & ſterilitas terrę, peſtes & diuerſæ infirmitates atque beſtiæ crudeles & ſæuæ nocentes, ſicut ſunt leones, lupi &

vrſi.

A vrſi. Proinde in apertione quarti ſigilli, Apoc. 6. c. de hac triplicata punitione ac de puniente diabolo ſcriptum eſt. Data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere gladio, fame, morte & beſtijs terræ. Terreni quippe homines cõgrue terra denominantur, in quibus ſpiritus totaliter a terrena carne abſorptus eſt, ſicut & Adæ, Gen. 3. c. dictum fuit: Puluis es & in puluerem reuerteris. Hæc terra quatuor partes habet, cum conſcientia peccatoris terrena præeligenda indicat, conſenſus voluntatis terrena præiudicata eligit, corpus exequitur atq; infatuata anima peccatis non con-
B tradicit. Et hæc ſunt quatuor partes terræ ſuper quas domino permittente diabolus poteſtatem habet: vel ſuper quatuor partes terrę. i. ſuper omnes reprobos commorantes in oriente, occidente, auſtrali, & aquilonari, Domino permittente. Ad literam diabolus poteſtatem habet infligendi propter peccata has quatuor plagas. ſ. interficere gladio, fame, morte, & beſtijs terræ. Secundo autem remunerantur quandoq; peccantes malo temporali & ſpirituali. De malo temporali ſatis iam dictum eſt. De malo ſpirituali, quo impij etiam puniuntur, prædictũ myſterium etiam ſpiritualiter declaremus.
C Gladius quippe, qui pũgit & ſcindit remorſus conſcientiæ eſt, ipſam conſcientiã pungens & ſcindens: quia malè illecta peruerſum conſenſum in anima prouocat. Proinde Prouer. 12. c. ſcriptum eſt: Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ. Malè promittit conſcientia, quando iniquum fœdus cũ appetitu peccandi, qui ſibi ſubeſſe deberet, componit. Et ideo merito gladio remorſus ſpiritualiter vulneratur, cũ inde ſortitur pęnã, vnde ſibi falſam promiſit delectationis complacentiã. Fames vero diuinæ gratiæ defectus eſt, qua nec ratio, nec ſcientia, nec voluntas dulcedine diui-
D na reficitur. Vnde Prouer. 10. ſcrip. eſt, Nõ affliget Dñs fame animam iuſti. Hæc fames cõſenſum peccatoris inuadit, cũ diuina dulcedo hominẽ peccato fœdatũ funditus derelinquit. Mors vero naturæ conſumptionẽ atq; viriũ eius denotare poteſt. Vnde Exo. 11. & 12. c. Dñs primogenita Ægyptiorum occidit, ad miſticè innuendũ ꝙ in ſeruitiũ peccatorũ pereũt ipſę naturę vires. Corpus ergo peccato ſeruiens, morte perimitur, cũ in peccando bonũ naturæ omnino deſtruitur. Beſtiæ vero terræ dæmones ipſi ſunt, qui animam quæ in peccato principalis fuit & dęmonibus peccando conſenſit, multis tentationibus & vexationibus lacerant & E moleſtant, a quibus liberari animas fideles orabat propheta dicens, Ne tradas beſtijs animas confitentis tibi. Tertiò inſuper peccatores remunerantur quandoq; malo temporali, ſpirituali, & infernali. Iam diximus de malo temporali & ſpirituali: ſed idẽ miſterium exponi poteſt etiam de malo infernali. Nam & hæ iam dictæ plagæ etiam ſunt æternæ damnationis pęnę. Gladius pungẽs eſt vermis cõſcientiæ rodens. vnde Iſa. vlti. Vermis eorum non morietur. Fames, diuina de ſolatio eſt. Pſalm. Famem patientur vt canes. Mors, æternales pęnæ, Apoc. 2. Qui vicerit, nõ lædetur a morte ſecũda. Mors. n. F prima eſt animæ ſeparatio a Deo ꝑ mortalẽ culpã: Mors vero ſecunda eſt receſſus Dei ab anima per æternam pęnam. Beſtię, multitudines dæmonũ ſunt. Vnde Dñs per prophetam ait, Dentes beſtiarum iniungam in eos cum furore trahentium ſuper terram.

De merito inſpirationum, quæ naturaliter fiunt, & de varijs inclinationibus, quæ fiunt ex conſtellationibus.

Cap. 3.

Dvo vltima inſpirationum genera du- G pliciter adimpleri poſſunt. Primo in ſe, ſecundo in proximo. Primo quidẽ ſi adimplentur in ſe, nullo modo meritoria ſunt: quia naturaliter fiunt. Nam ſm Philoſophũ, natura neq; boni, neq; mali ſumus. Secũdo vero ſi in proximo adimplentur, merẽtur ſeruitia a proximo, in quo implẽtur: Vt puta ſi naturaliter aliquẽ diligis, naturaliter ab eo diligeris: Si ex conſuetudine ſalutabis, & ex cõſuetudine ſalutaberis: & ſic de ſimilibus. Proinde Mat. 5. c. Dñs Apoſtolis ait: Si. n. diligitis eos, qui vos diligunt: quam mercedem habebitis? q. d. nullã. Nam ſm glo. amare amantem, naturæ eſt: H Non tamen ex hoc intendit, quin diligere amicos meritorium ſit, quando fit propter Deũ: Sed ſolũ intendit hoc negare tantũmodo, quãdo amici diligũtur, quia diligũt ita ꝙ ſi non diligerentur, nõ diligerent. Et ſequitur. Nonne & publicani hoc faciunt, ſm naturalẽ affectionem, non ſm gratuitã dilectionẽ: quia canes & multa alia animalia diligentes ſe diligunt & ſigna dilectionis oſtendunt quodã naturali inſtinctu atq; amore. Secundum. n. Rabanum, Publicani ſic dicti a Publio rege, qui primus eos ordinauit. Necnon & de actu exteriori adiungit,

A git. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ,
quid amplius facietis.ſ.quod cæteri com-
muniter faciant ex conſuetudine & natura.
Nonne & Ethnici hoc faciunt? ſecundum
enim Rabanum, Ethnici gentiles ſunt, qua-
les geniti ſunt. Ethnos Græce, gens Latine.
Sunt enim ſub lege concupiſcentiæ & pec-
cati & ignorantię Dei, atq; diuinę legis. Per
ſalutationem enim intelligit quæcunq; ex-
trinſeca ſigna amoris, quia in hoc actu eſt
prima communicatio & oſtenſio humanæ
affabilitatis & ſocietatis. Ex prędictis patet;
quod hæc duo vltima inſpirationum gene-
ra, quia naturalia ſunt.ſ.natura innata, vel
natura nata, quæ eſt conſuetudo, ex ſui na-
B tura non debent meritoria dici, niſi ſicut
prædictum eſt. Aduertendum eſt etiam, ꝙ
plura impellunt, atq; inſpirare videntur hu
manas mentes, quæ tamen naturaliter fiũt.
Verbi gratia, de naturalibus paſſionibus. Na
turalis timor ſæpe propulſat mentem cogi-
tare, quæ homo timet: vtputa deficere ſibi
victum, ab aduerſarijs multa pati, in infirmi
tatibus derelinqui, & ſic de alijs paſſioni-
bus intelligendum eſt. Item exceſſus alicu-
ius humorum, vel eius bona, vel mala di-
ſpoſitio naturalis, vtputa melancoliæ, ſeu al
C terius humoris, aut ſpirituum animalium
huiuſmodi homines ſentiunt quandoque
quodam occulto motu cogitationem mo-
ueri improuiſe ad aliqua & diuerſa obiecta
quia diſpoſitio & habitudo prædictorum
humorum in interioribus virtutibus ſenſi-
tiuis ſpirituales immutationes facit. Quan-
doque inſuper ex diſpoſitione & habitudi-
ne cęleſtium planetarum fiunt in homine
quidam impulſus ad hoc, vel ad aliud obie-
ctum. Quandoq; etiam ex multitudine &
varietate fantaſmatum, ſeu animalium ſpe-
cierum longo tempore collectarum in ali-
quibus melancolicis tenacis & vagæ memo
riæ poſt agitationẽ fantaſiæ eorum per diu-
D turnam cogitationem, & ſolicitam indaga
tionem alicuius rei oriuntur, & occurrunt
multa & mirabilia, quæ imperceptibili ve-
locitate, quaſi eis a quodam ſpiritu immit-
tantur, vt ſunt parabolę, vel hyſtorię, vel ali
qui paſſus ſacræ ſcripturę ad materiam, ſeu
ad propoſitum pertinentes, in quo eorum
fantaſia laborat. De talibus quoſdam noui,
de quibus talia circa memoriam in eis certa
experientia vidi & audiui, ꝙ ſi ea ſcriberẽ,
vix credibilia forent: & licet mirabilia vide
rentur, tamen naturalia erant. Nec facile cre
dendũ eſt quibuſdam ſpiritualibus, qui for-
ti fantaſia in contemplatione laborant, ꝙ in
omnib⁹ impulſionibus, ſeu immiſſionibus, E
quas ſentiunt, vel in eis, quę illis quaſi ino-
pinate occurrũt, ab Angelo, vel a malo ſpi
ritu ſp ſupernaturaliter moueanẽ, qa in tali
leui credulitate latere ſolet quædã vana cu-
pido, & curioſitas venenoſa, atq; præſum-
ptuoſa ſupernaturaliũ reuelationũ & mira-
culoſarũ motionũ. Nã & pleriq; ſunt, ꝗ ad
tantã in re huiuſmodi leuitatẽ iudicij & cre
dulitatis peruenerunt, ꝙ oẽm ſtrepitũ & tu
multũ circa ſe, vel alios a gliribus, vel catis
ſeu aliter caſualiter accidentem credant &
aſſerãt a diabolo factũ eſſe. Nec quippe cre
dibile eſt ſpiritũ nequã calidiſſimum dece
ptorẽ faciliter, atq; ſponte exterioribus tu-
multibus prodere ſemetipſum, atq; manife F
ſtare ſe cõtra hominẽ eſſe, ad cuius euerſio-
nem callidiſſime elaborat. Verũtamẽ quidã
non irrationabiliter credunt, ꝙ qñq; diabo
lus illi quem tentat, in aliqua effigie, ſeu fi-
gura apparet: vel ſe aliquo tumultu, ſeu ali-
ter ſe manifeſtat: & ad hoc a Deo, vel a bo-
no Angelo compellatur, ne forte homo cre
dens inimicum procul, cum præſens eſt, ab
eo inſidioſe decipiatur. Scio de inſpiratio-
nibus oĩno diminutẽ dixiſſe: ſed ille, ꝗ prę-
dictarum veritatũ, & oĩum bonorum fon-
talis origo, augmẽtum, & cõplementũ eſt:
ſuppleat in mentibus aliorũ, quod ex mul- G
tiplici meo defectu diminutum reperitur in
me. Et hoc modicum, ꝙ ipſe dedit, ſit ad ſuã
gloriam & honorem, qui trinus Deus & v-
nus, verus, & glorioſus viuit & regnat in
ſempiternas æternitates infinitorũ & æter-
norum ſeculorum, Amen.

FERIA QVINTA post Pentecoſten.

De duodecim fructibus ſpiritus Chriſti, & ligni vitæ. Et pro Dominica nona poſt Pentecoſten de epiſtola. H

Sermo V.

EX vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus 12. per ſingulos mẽſes reddẽs fructũ ſuũ. Apoc vlt.
Admirandæ quippe ſunt ſua-
uitates, atque delectationes,
quas experimentaliter guſtant & ſentiunt
animæ, quæ transformantur in ſpiritũ Chri
ſti, ſicut Io. 15. c. Chriſtus Apoſtolis ſuis ꝑdi
cauit dicens: Paraclitus, quem ego mit-
tam vobis a Patre, ſpiritum veritatis, qui a

A patre procedit. Ille teſtimoniũ perhibebit
de me.ait enim, Paracl itus.i. Spirituſſanct⁹
humanarum mentium conſolator, quem
ego mittam vobis a patre.i.quem ego & pa
ter dabimus vobis: ſic tamen quod pater ha
bet hanc vim dandi, primo ex ſe, ego vero
ab ipſo. Ad quod deſignandum ait, quem
ego mittam vobis a patre. Et addit ſpiritũ
veritatis.i.qui in veritate, non ſimulatè ſen
tire ſe facit, qui a patre procedit.ſ.primo &
principaliter, & tanquam a primo termino
a quo, quamuis a me procedat per vim, quã
accepi a patre. Ille teſtimonium perhibebit
de me, ſcilicet vobis, videlicet, quod ſpiri-
tus meus ſuauiſſimus ſit, & quod alij per
B eos participaturi ſint dulcedinem ſpiritus
ſui. ſubiungit dicens, Et vos teſtimonium
perihibebitis, ſcilicet de ſuauitatibus ſpiri-
tus mei, quia ab initio mecum eſtis, ſcilicet
& experti eſtis dulcedines meas. Videlicet
dulcedinem diuini timoris, omnem alium
repellentem timorem, dulcedinem diuinæ
pietatis in diuino cultu, dulcedinem diui-
næ ſcientiæ in cauendo mala, & faciendo
bona: dulcedinem diuinę fortitudinis in to
lerando aduerſa & aggrediendo ſublimia:
dulcedinem diuini conſilij præter errorem
C ſecundum iuſtitiæ libertatem: dulcedinem
diuini intellectus ad cognitionem veri &
falſi: dulcedinem diuinæ ſapientiæ in guſtu
ſuauiſſimo diuinorum: dulcedinem Dei in
indiuiſibili proximorum dilectione: dulce-
dinem altiſſimæ charitatis: quia vnuſquiſq;
cordialiter ſentit, quod debet ſemetipſum
deſpicere, & in nihilum ſe redigere pro-
pter Deum. Hoc quoque myſtice inſinuat
Ioan.in verbo propoſito dicens, Ex vtraq;
parte fluminis lignum vitæ afferẽs fructus
duodecim, per ſingulos mẽſes reddens fru-
ctum ſuum. In quibus ſacratiſſimis verbis
oſtendit, quod ſpiritus Chriſti, primo eſt ar
D bor amoroſa: ibi, lignum vitæ. ſecundo eſt
arbor gratioſa: ibi, ex vtraq; parte fluminis.
tertio eſt arbor fructuoſa: ibi, afferens fru-
ctus duodecim, per ſingulos menſes reddẽs
fructum ſuum. Hæc quoque tria ẽt eodem
ordine tanguntur in Pſal. 1. cum dicitur,
Erit tanquam lignum. Ecce arborem amo-
roſam. quod plantatum eſt ſecus decurſus
aquarum. Ecce arborem gratioſam. quod
fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Ecce
arborem fructuoſam. Et poteſt eſſe aliud
thema in præſenti ſermone. Primo inquã
eſt arbor amoroſa, quia illam nominat li-
gnum vitæ. Nam amor ſpiritus Chriſti
præſtat vitam gratiæ in præſenti, & gloriæ
in futuro. Vnde Gen. 2. myſtice ſcriptum E
eſt: Lignum vitæ in medio paradiſi, ideſt,
in medio eccleſiæ militantis & triumphan-
tis. Spiritus enim Chriſti in præſenti in re-
fectionem ſe tribuit per ſenſum ſpiritua-
lem. Proinde Matt. 11. ad hanc refectio-
nem inuitans ait, Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam
vos. Atque de præſenti in futura refectio-
ne, 1. Corin. 13. Apoſtolus ait, Videmus
nunc per ſpeculum in enigmate, ideſt, ſen-
timus quaſi in vmbra de ſpiritu Chriſti.
Tunc autem facie ad faciem.i.in gloria ha-
bebimus experimentalem & glorioſam no
titiam ſpiritus eius. Secundo eſt arbor gra-
tioſa, quia ex vtraq; parte fluminis. Præmi- F
ſerat enim Ioan. in principio 22.c.dicens:
Et oſtendit mihi.ſ. Angelus flumen, vel fon
tem aquæ viuæ, vel vitæ, ſplendidum tan-
quam cryſtallum procedentem de ſede Dei
& agni. Fluuius quippe iſte procedens a ſe-
de.i.a maieſtate Dei: eſt ipſe Spirituſſanctus,
vt tota ſubſtantia gratiæ & gloriæ, per quã;
& in qua tota ſubſtantia ſummæ Trinitatis
deriuatur, ſeu communicatur in præſenti
omnibus iuſtis, & in futuro omnibus glo-
rioſis. Quæ quidem ab agno etiam ſecun-
dum quod homo meritorie & diſpenſati- G
ue procedit. Nominat eum fluuium pro-
pter eius copioſitatem & continuitatem,
atque fœcunditatem. Et addit aquæ, quia
refrigerat, reficit, atque lauat. Viuæ etiam
ſubdit, quia ſecundum Richardum, nunquã
deficit, ſed ſemper fluit. Alij habent aquæ
vitæ, quia vere eſt vitæ gratiæ, atque glorię.
Dicit etiam ſplendidum tanquam cryſtallũ,
quia in eo eſt lux omnis & ſummæ ſapien-
tiæ, atq; ſumma ſoliditas, & perſpicuitas,
quaſi ſolidi cryſtalli & traſparentis. Hic eſt
fluuius, de quo Propheta ait, Fluminis im-
petus.i.inundatio cariſmatum a fonte Spi-
rituſſancti emanantium. Lætificat ciuitatem H
Dei.i.eccleſiam militantem & triumphan-
tem. Ex vna ripa.ſ.ſiniſtra huius fluminis
eſt ſpiritus Chriſti gratia: Ex altera quaſi
dextera ſpiritus Chriſti gloria. In vtraque
enim iuſtis, atq; beatis occurrit ſpiritus ip-
ſius, eos reficiens, atque paſcens. Tertio ve
rò eſt arbor fructuoſa. vnde Io. ſubdit, affe-
rens fructus 12. per ſingulos menſes reddẽs
fructum ſuum, quia.ſ. ſpiritus Chriſti hic
& in patria continue & ſuperabundanter
fructibus gratiæ & gloriæ paſcit, quod per
duodenarium, qui numerus eſt abundans,
ſignificatur. In præſenti quidem paſcit iu-
ſtos duodecim fructibus ſpiritus, de quibus

A Apoſt. agit ad Gala. 5. c. In futura vita paſcit etiam Beatos alijs duodecim fructibus, de quibus dictum eſt in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone vlt. c. & art. vlt. per totum. Sed ibi vocãtur lapides precioſi glorioſæ coronæ omnium Beatorum, hic autem fructus. Ad præſens igitur tantum de duodecim fructibus ſpiritus diſſeramus, de quibus vbi ſup. Apoſtolus ait: Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Hæc duodecim opera bona fructus ſpiritus nuncupantur. Et ſicut in tractatu de Beatitudinibus, ſermone 1. art. 7. & c.
B 1. patet, fructus ſpiritus delectat poſt opus. Vnde tædium & fatigationem purgat, quæ ex opere ſentiuntur. Aduertendum eſt autem, quod ſingulorum horum fructuum nomine intelligitur ipſum opus cum delectatione cum ipſo conſequente, vel ipſa delectatio ex opere ſequens. Huiuſmodi ſiquidem opera fructus denominantur quadruplici ratione. Primo, quia de ſpiritu Chriſti, quaſi de ligno vitæ ſuauiter colliguntur. Secundo, quia propter ſe a ſpiritu rationali deſiderantur. Nam ſecundum Aug. frui, eſt
C amore alicui rei propter ſeipſam inhærere, vel adhærere. Tertio, quia ſpirituali delectatione & gaudio habentur. Nam ſecundum Aug. frui, eſt vti cum gaudio. Quarto, quia ſpirituales humores. i. boni mores, ex eis generantur. Hi igitur fructus dupliciter ordinari poſſunt, vt primi tres altius & immediatius ferantur in Deum, ſiue ad Deũ: ſecundi tres ad animum proprium: tertij tres ad proximum: quarti tres ad corpus proprium modeſte & continenter gubernandum & caſte. Secundo modo diſtingui poſſunt ſecundum diuerſum proceſſum Spirituſſancti in nobis. Hic proceſſus attenditur ſecundum hoc, quod triplicem ha-
D beat ordinationem. Oportet enim ꝙ mens hominis primo ordinetur in ſemetipſa: ſecundo ꝙ ordinet ad ea, quæ ſunt iuxta ſe: tertio, ꝙ ordinetur ad ea, quæ ſunt infra ſe. Et hanc diſtinctionem intendimus obſeruare, quæ eſt Alexandri de Ales.

ARTICVLVS PRIMVS. E

Quod in duobus anima ordinatur in ſemetipſa.

PRimo enim diſponitur anima, & ordinatur in ſemetipſa, quando mens hominis in duobus bene ſe habet. Primo in bonis, ſecundo in malis.

Quod per tres fructus ſpiritus, anima in bonis ordinatur in ſemetipſa.

Cap. 1. F

PRima diſpoſitio & ordinatio humanæ mentis eſt in bonis. Hoc autem bonum fit per amorem, qui eſt affectio prima & omniũ affectionum radix: & ideo primus fructus. Primus igitur fructus eſt charitas, in qua Spirituſſanctus datur, ſicut in prima ſimilitudine, cum & ipſe ſit amor. Proinde ad Rom. 5. c. Apoſt. ait: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritumſanctũ, qui datus eſt nobis. Dicitur autem charitas, quaſi chara vnitas. hinc ad Col. 3. c. Super omnia autem charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. i. perfectę vnionis. Per G hunc ſiquidem fructum mens guſtat Deum in quolibet proximo ſuo: & quẽlibet proximum in ipſo Deo, ſicut in imagine ſua, & in ſeipſo. Magna igitur eſt perfectio charitatis, quæ quidem primatum tenet. Primo omnium fructuum ſpiritualium, vt hic patet. Secundo omnium virtutum. 1. Cor. 13. Maior autem horum eſt charitas. Tertio omnium viarum, 1. Cor. 12. in fine. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Et ſequitur in principio 13. c. dicens: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut H æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Quarto omnium mandatorum. vnde Mat. 22. Dominus ait, Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc eſt primum & maximũ mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetę. Et iterũ Io. 15. c. Dñs ait: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem &c. Secundus fructus eſt gaudium. Omnis quippe amans gaudet ex coniunctione amati: Charitas enim ſemper habet pręſentẽ Deũ,

A iuxta illud, qđ 1.Io.4.c.ait: Qui manet ĩ charitate, in Deo manet, & Deus in eo. vñ charitat. ſequela gaudium eſt, hoc eſt iuxta primum fructum ſentire quandam eleuationẽ ſpiritualem ſpiritus exultantis, & delectationem amantis. Quod quidem fit in conſcientia pura. Proinde Tob.5. dixit Angelus ad Tobiam: Gaudium tibi ſit ſemper. Ad hoc hortatur Apoſt.Phil.4.c.Gaudete ĩ Domino ſemper. Iterum dico, gaudete. Primũ pertinet ad gaudium interius, ſecundũ vero ad gaudium exterius. De hoc duplici gaudio Propheta ait: Lætamini in Domino & exultate iuſti, &c. Et de.1.Prouer.15.ſcrip.
B eſt: Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Et ſm Alex. de Ales: Gaudiũ eſt exultantis animi ſuper bonis in conſcientia habitis. Tertius fructus eſt pax, quæ quidem eſt gaudij perfectio, quantum ad duo. Primo quãtum ad quietem ab exterioribus, ſecundo quantum ad quietem ab interioribus. Primo quãtum ad quietem ab exterioribus, quæ conturbant. Non enim poteſt perfecte gaudere mens de bono amato, quę in eius fruitione ab alijs conturbatur. Et iterum qui perfecte cor habet ĩ vno pacatum, a nullo alio moleſtari poteſt, cum alia quęcunq; reputet
C nihil. Proinde de talibus Propheta inquit: Pax multa di.le.tu. & non eſt illis ſcandalum: quia.ſ.ab exterioribus non perturbatur, quin ipſo Deo perfecte fruatur. Secundo quantum ad quietem ab interioribus ad ſedationem deſiderij fluctuantis Pax neceſſaria eſt, qua mens quieſcat in vno. Non enim perfecte de aliquo gaudet, cui non ſufficit id de quo gaudet. Hæc ſiquidem duo importat pax, ſcilicet, vt neque ab exterioribus perturbetur: & vt deſideria noſtra tantum requieſcant in vno. Proinde poſt charitatem & gaudium merito pax locatur. ſecundum enim Alex. de Ales. Pax ſecundum ꝙ eſt perfecta concordia ad Deũ
D & ad proximum beatitudo eſt. Fructus aũt ſpiritus, ſecundum ꝙ eſt refectio conſiſtens in delectatione, eſt ẽt extra propter pacem ad proximum. Et de hac Col.3.c. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. & Philip.4. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Hæc ſiquidem pax eſt quies & tranquilitas conſcientiæ, & concordiæ ad proximum abſque amaritudine & emulatione.

Quod per duos fructus ſpiritus, mens bene ordinatur in malis. Cap. 2. E

SEcunda diſpoſitio humanæ mentis eſt, cũ bene ordinatur in malis, & maxime quo ad duo. Primo quidem vt non turbetur mens propter imminentiam malorũ, quod pertinet ad quartum fructum. Quartus fructus, qui eſt patientia.i.tolerantia tribulationum cum lætitia, & ſine murmure, quia ſentit hoc quaſi cuſtodiam bonæ vitæ. Vnde Lu.21. Dominus ait: In patientia veſtra po.a.ve. Et beatus Greg. ait: Dũ nobiſmetipſis dominari dicimus: hoc ipſum incipimus poſſidere, quod ſumus. & Prou.16. F
iterum ſcriptum eſt: Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Et iterum Greg. ait: Quantũ mens lata fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatem. Secundo vt non perturbetur in dilatione bonorum, quod pertinet ad quintũ fructum. Quintus fructus, qui eſt longanimitas. Nam carere bono habet rationẽ mali, vt dicitur 5.Ethi. hæc autem longanimitas eſt, & certa remunerationis cęleſtis expectatio, quaſi eã ſentiens imminentem, de qua Iac.vlt. Exemplum ſumite fratres exitus mali & patien- G
tiæ & longanimitatis prophetarum, qui fuerunt ante nos.

ARTICVLVS SECVNDVS

Quod per quatuor fructus anima ad proximum ordinatur.

SEcundo principaliter neceſſe eſt, quod mens hominis ordinetur ad ea, quæ ſunt iuxta hominem, ſcilicet ad proximum, ad quem per quatuor bene diſponitur homo, vt ad eum integre diſponatur. H
Primo quantum ad voluntatem benefaciendi: & ad hoc pertinet ſextus fructus, qui eſt bonitas, ſcilicet in affectu, quæ eſt quaſi quædam animi dulcedo ad omnes. Et per hanc dicitur aliquis bonus homo, quia nulli noxius, ſiue malus. Vnde glo. Bonitas eſt animi dulcedo. De hac Propheta ait: Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Dñe. Secundo quantum ad beneficentiæ executionem, & ad hoc patet ſeptimus fructus, qui eſt benignitas. Dicuntur autem benigni, quos bonus amoris ignis ad benefaciendum proximis feruere facit.

Talis

A Talis quippe benignitas eſt in effectu: quaſi larga, atq; prompta beneficentia rerum. Vnde benignitas, ſecundum glo. eſt largitas rerum, quæ fieri debet cum manſuetudine animi, quæ eſt bonitas, ſicut prædictũ eſt. Proinde, 2. Cor. 9. Apoſt. ait: Hilarem enim datorẽ diligit Deus. Et Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbũ melius q̃ datum.

Octauus fructus.

TErtio quantum ad hoc, ꝙ æquanimiter tolerentur mala ab alijs illata. Et ad hoc pertinet octauus fructus, qui eſt manſuetudo, quæ cohibet iras, & qua fit
B homo tractabilis, atq; mitis: non ſubitus & ſuperbus. De hac Propheta ait: Manſueti autem hæreditabunt terram. Et Greg. ait, Manſuetudo imaginem Dei in nobis ſeruat, ſed ira diſſipat. Qui autem imaginem patris nõ portabit ad iudicium, hæres patris non recognoſcetur. Vnde Iac. 1. c. nos hortatur dicens: In manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Verbum quippe Dei hamo ſimilis eſt, qui tà tum dum capitur, capit. Proinde neceſſe eſt cor manſuetum eſſe tenerum, atq; ſuaue, & molle. ſ. vt verbum Dei poſſit in eo infigi.
C Nam cor lapideum illi ineptum eſt. In hoc quoq; ꝙ ait, inſitum, verbi Dei in anima vtilitas demonſtratur. Sicut. n. ramuſculus, qui trunco agreſti inſeritur, totum truncũ operari facit ſecundum ſuam naturam, & cum prius non ferret, niſi fructus agreſtes ſolis porcis cõuenientes, poſtea ferat fructus hominibus delectabiles & ſuaues: ſic homo, qui ante ſuſceptionem diuini verbi inutilis erat faciens opera, quibus infernales porci paſcebantur: poſt ſuſceptionem ipſius verbi fit arbor ferens fructum Deo & Angelis & hominibus gratum.

D

Nonus fructus.

QVarto quantum ad hoc, vt non ſolum per iram non noceamus proximis noſtris, ſed etiam neq; per fraudem, neq; per dolum. Et ad hoc patet nonus fructus, qui eſt fides, ſi pro fidelitate ſumatur. Si autem ſumatur pro fide, qua creditur in Deum: ſic per hanc ordinatur homo in Deum. i. ad id, quod eſt ſupra ſe: vt ſcilicet homo intellectum ſuum ſubijciat Deo, & per conſequens omnibus, quæ ipſius ſunt. Et ſic fides eſt conſtantia certa de viſibilibus, & fiducia de credendis. Vnde ad Heb. 11. c. Apoſt. ait, Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. E

Articvlvs Tertivs.

Quod per tria anima bene ordinatur ad ea, quæ ſunt infra ſeipſam.

TErtio principaliter neceſſe eſt, quod mens hominis ordinetur ad ea, quę ſunt infra hominem, & ſic bene ordinatur per tria. Primo enim ordinatur quantum ad actiones exteriores per decimũ fructum, quæ eſt modeſtia. Hæc in omnibus dictis, ac factis modum ſeruat: ponit enim debitum ſenſuum moderamẽ. Et de hac Phil. 4. c. Apoſt. ait: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. i. rationabilis conuerſatio veſtra in exemplum omnibus innoteſcat. & Col. 3. c. iterum ait: Induite vos viſcera miſericordiæ, ideſt, affectuoſa miſericordia. Viſcera ait. q. d. non pellem ſolam. i. ſimulatam miſericordiam: benignitatem. i. dulcedinem animi: humilitatem. ſ. cordis & operis; modeſtiam. ſ. ad modum in omnibꝰ operibus veſtris ſeruandum. F G

Vndecimus fructus.

SEcundo quantum ad abſtinentiam a licitis, & hic eſt vndecimus fructus, qui continentia nuncupatur. Vnde glo. Continentia quidem a licitis ſe abſtinet. Proinde, 2. Machab. 14. ſcriptum eſt, quod Raſias quidem de ſenioribus ab Hieroſolymis delatus eſt Nichanori, & vir amator ciuitatis, & bene audiens, qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo corpuſq́; & animam tradere contentus pro perſeuerantia. De hac continentia, 1. Cor. 10. Apoſt. ait: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. H

Duodecimus fructus.

TErtio quantum ad abſtinentiam ab illicitis, & hic eſt duodecimus fructus, q caſtitas noiatur, quę eſt in licito recto vſu. Per hãc. n. ab illicitis amplexibꝰ abſtinemus, & delectationes indebitas abhorremus. Et de hac, 1. Tim. 2. Apoſto. ait:

A Vt quietam, & tranquillam vitam agamus. in omni pietate & caſtitate. hoc enim bonum erit, & acceptum coram Saluatore noſtro. ſecundum enim Chryſ. ſuper Matt. ſex ſunt quæ incorruptam ſeruant caſtitatem. ſ. ſobrietas, operatio, aſperitas cultus, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonis cum honeſtate, euitatio oportunitatis, & perſonæ, & loci, & temporis. Dici etiam poteſt, ꝙ continens concupiſcentias patitur, ſed non deducitur. Caſtus vero non patitur, neq; deducitur: ij ſunt duodecim ſuauiſſimi fructus ligni vitæ, de quibus nos paſci, & refici miſericorditer largiatur ipſe, qui eſt cibus & vita
B viuentium, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto, hic per per gratiam, & in futuro per gloriã paſcit electos ſuos, inter quos nos connumeret miſericordia eius, qui eſt glorioſus per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA VI. ET DOMIN. X. poſt Pentecoſten.

De manifeſtatione Spirituſſancti per duodecim ſigna.

Sermo VI.

C VNicuique *datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.* 1. *Corinth.* 12. *c.* Poſt præpoſita verba Apoſt. immediate ſubiungit: Alij quidem per ſpiritũ datur ſermo ſapientię, alij ſermo ſcientię, ſecundum eundem ſpiritum: alij fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis, prout vult. In his ſacratiſſimis verbis enumerat Apoſt. 9. cariſmata. i. 9. ſacra-
D tiſſima dona, quæ tripliciter ordinat. Primo. n. ponit dona pertinentia ad vitæ nouę gubernationem, ſecundo pertinentia ad fidei confirmationem, tertio pertinentia ad vtranq; operationem. Primo quidem ponit dona pertinentia ad nouę vitę gubernationem dicens: alij quidem datur. ſ. gratis per ſpiritum, non per meritum, ſermo ſapiẽtię, ſ. in loquendo de contemplatione celeſtiũ, quod pertinet ad contemplatiuam: alij datᷓ ſermo ſcientię. ſ. in loquendo de temporalium actione, & hoc ſm eundem ſpiritum, hæc ſunt duo luminaria magna. ſ. ſapientia q̃ eſt ſicut ſol: & ſciẽtia, q̃ eſt ſicut luna. Secundo ponit dona pertinentia ad fidei con- E
firmationem, di. alteri fides. i. conſtantia, vel ſermo fidei. ſ. datur in eodem ſpiritu: fides .n. eſt donũ Spirituſſancti: proinde Aug. ait: Poſſe credere natura eſt oium: ſed credere gratia eſt fideliũ: alij gratia ſanitatũ. i. curãdi infirmos. ſ. datur in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, quæ ſunt contra, vel ſupra naturam. Tertio ponit dona pertinentia ad vtranq; operationem, vnde ait, alij prophetia. i. prædictio futurorum: alij diſcretio ſpirituum. i. gratia diſcernẽdi, quo ſpiritu dñr quæ dñr: alij gratia linguarum. i. loqui diuerſis linguis: alij interpretatio ſermonũ. i. ſcientia interpretandi diuerſas linguas, vel F
interpretatio ſermonum. i. viſorum ſomniorum, alias viſionum, ſicut Ioſeph, Gen. 44. vel interpretatio ſermonum. i. obſcuritatũ ſacræ ſcripturę. hæc oia. ſ. & multa alia, vt patebit: licet diuiſa ſint, operatur vnus. ſ. in ſubſtantia cum patre & filio, atq; idẽ inuariabilis ſpiritus diuidens ſingulis: manẽs nihilominus indiuiſus, prout vult. i. gratis, & ſicut vnicuiq; nouerit expedire. Nam, vt Io. 3. c. ſcriptum eſt: Spiritus vbi vult ſpirat. Qđ verbũ põt eſſe aliud thema in præſenti ſermone: hoc eſt, qđ in verbo propoſito Apoſt. ait, Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad G
vtilitatem. Dicit. n. vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus. i. gratia, quę ſpiritum manifeſtat in homine eſſe ad vtilitatem. ſ. eccleſiæ. Proinde ſequendum eſt conſilium B. Petri, qui prima canonica ſua, c. 4. ait: Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illã adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei. Ex hoc vero propoſito clareſcere poteſt, ꝙ gratia, quæ ſpiritum manifeſtat, tripliciter datur. Primo communiter, ſecundo euidenter, tertio vtiliter. Primo communiter. ſ. ſine perſonarum acceptione, quia vnicuiq; datur: ſecundo datur euidẽter. ſ. ſine aliqua ſimulatione, quia manifeſtatio ſpiritus: tertio datur vtiliter. ſ. ſi- H
ne aliqua inordinatione, quia ad vtilitatem. Aduertendum eſt tamen, quod vt prætactũ eſt, ſunt multa alia dona vltra prædicta nouem, quæ ſupra Apoſt. numerauit multiformiter & multipliciter diuinitus diſpenſata, quæ manifeſtant in anima eſſe ſpiritũ Dei. Et vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: Et poſſunt reduci vniuerſaliter ad 12. ſigna, prima quatuor ſunt ſigna cordis, ſecunda quatuor ſunt ſigna oris, tertia quatuor ſunt ſigna operis: prima pertinent ad animum, ſecunda ad verbum, tertia ad factum.

AR-

A ARTICVLVS PRIMVS.

Quod per quatuor. ſigna cordis manifeſtatur in anima eſſe ſpiritum Dei.

PRima ſunt ſigna cordis. Quorum primum eſt cõtritio, ſecundum ſuſpiratio, tertium illuminatio, quartum aſſaporatio.

Per contritionem clareſcit, quòd in anima Spirituſſanctus eſt. Cap. 1.

PRimum ſignum, ꝙ animam inhabitet Spirituſſanctus eſt cõtritio, B & lacrimoſa compunctio cordis; profectò quãdiu animal gemit, tãdiu perpenditur in eo eſſe ſpiritus vitæ. Proinde Apoſt. ait, 8.c. ad Rom. Spiritus poſtulat ꝓ nobis.ſ.effectiue.i.poſtulare nos facit miſericordiam pro peccatis, gemitib⁹ inenarrabilibus, hoc eſt de re inenarrabili: videlicet ſicut ſunt noſtra ſceleratiſſima vita, & eius inenarrabilis miſericordia, quod maxime contingit vere contrito cordi. Vnde Propheta in perſona talis animæ ait: Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſe- C ricordiam tuam. Et alibi ait: Afflictus ſum, & humi.ſum nimis ru.a ge.cor.mei.

Quod Dei ſpiritus in anima, ſic cordis ſuſpiria manifeſtant. Cap. 2.

SEcundum ſignum eſt ſuſpiratio: ad flatum profectò ſtupę poſitæ ante os, aut nares: percipitur adhuc eſſe in homine ſpiritum vitæ, dum putatur mortuus. Dum .n. recolit homo, & meditat beneficia Dei, videlicet creationẽ, redemptionẽ, & glorificationẽ, ſeu beneficia tẽporalia, corporalia & ſpiritualia, atq; recogitat & recognoſcit D ſuã præteritã vitã & ingratitudinem ſuam, iam cupiens reformari in Chriſto & præcepta Dei ſeruare: tunc quodãmodo attrahẽs ſpiritũ per deſideriũ bonũ erũpere cogitur in ſuſpiriũ ſanctũ. Hoc quippe aſſerit ſe feciſſe Propheta, cũ ait: Os meũ aperui.ſ.Dño meo inſpiranti: & attraxi ſpiritũ, quia mandata tua deſiderabã. Et de ſuſpirio, Io.13.c. myſtice ſcrip.eſt, Spirit⁹ vbi vult ſpirat: hoc eſt in mentẽ, quam vult ſpirat. Ex quo.ſ. ſuſpirium generetur in corde. Et vocem eius non audis.ſ.in ſuſpirio aperte emiſſam: ſed neſcis.ſ.tu audiens, & quãdoq; etiam illud emittens, vnde veniat, aut quo vadat.

Quod illuminatio cordis oſtendit Deum in anima habitare. Cap. 3. E

TErtium ſignum illuminatio nuncupatur. Cum.n. mens poſſidet in ſe ſpirituale lumen, & lucem veræ cognitionis: hoc eſt quando diſcernere nouit inter agenda & non agenda: ſcit cognoſcere inter credenda & non credenda: ſcit diſcrete eligere inter exequenda & non exequẽda: ſcit cauere, quæ ſunt ſpernenda, & appetere, quæ ſunt ſperanda, ac timere, quæ ſunt horrenda, & ſimilia. Signum euidens eſt, ꝙ in eo eſt ſpiritus vitę. Proinde, 1. Corint. 2. Apoſt. ait: Nos autem non accepimus ſpiritum huius mũdi, ſed ſpiritum, qui ex Deo F eſt, vt ſciamus.ſ.per eum, quæ a Deo donata ſunt nobis. Et infra ſubdit, animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia.n. eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur: ſpiritualis autem homo oĩa diiudicat.i.intelligit, & diſcernit. Non omnia, vt Aug. ait, quę continet ipſa ſcientia Dei, ſed quę ſufficiunt ad iuſtam vitam. Duplici quippe modo dr̃ homo ſpiritualis, vel vita, vel ſenſu. Vita, vt qui ſpiritum Dei rectorem habens, ſecundũ ipſum ſpiritum viuit. Senſu, vt qui de Deo nõ ſecundum imagines corporum, aut huma- G nam philoſophiam ſentit, & ſapit. Et addit: Et ipſe a nemine.ſ.homine carnali & animali iudicatur.i.intelligitur, videlicet an bene iudicet, an male. Vnde Sap. 1.c. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur a ſuperueniente iniquitate.ſ.hominum impiorum. Talis quippe cognitio, ſeu diſcretio, euidens ſignum eſt, ꝙ Spirituſſanctus talem inhabitat animam, ſicut de infirmo contingit, quando diſcernere poteſt inter vtile, ſeu delectabile, & læſiuum: vtpote quando pungitur, ſignũ eſt, quod in eo eſt ſpiritus vitæ. H

Quod experimentalis guſtus, & ſenſus ſpiritualis oſtendunt, quod Deus eſt in intimo cordis. Cap. 4.

QVartum ſignum eſt aſſaporatio. Cum .n. affectui, & ſpirituali palato ſapiũt cœleſtia & diuina, atque decipiunt carnalia & terrena: lętatur de ſpiritualibus, ac de carnalibus contriſtatur: ſignum euidens eſt, ꝙ in tali anima inhabitat ſpiritus Dei. Proinde ad Ro.8.c. Apoſt. ait: Qui.n. ſecun-

A ſecundum carnem ſunt, quę carnis ſunt ſapiunt: quia pro ſummis bonis carnalia cōcupiſcunt, & in eis tanquam in vltimo fine cōquieſcunt. Qui vero ſecundum Spiritū, ſcilicet ſunt, quæ ſunt ſpiritus. i. ſecundum illuminatam fidei rationem ſentiunt. Hinc Gal. 5. c. Apoſt. ait: Fructus autē ſpiritus eſt charitas, gaudium, &c. ſicut in præcedenti ſermone plenius dictū eſt. Qui ideo, vt ibi patet, fructus denominātur, quia cum ſpirituali delectatione & gaudio deguſtantur.

ARTICVLVS SECVNDVS

B *Quod quatuor ſigna oris oſtendunt Deum in anima habitare.*

SEcunda ſunt ſigna oris, & verbi. Sicut .n. Mat. 12. Dominus ait, Ex abundantia cordis os loquitur. bonus homo de bono theſauro cordis, qui eſt ſpiritus Dei, profert bona. i. verba vera & ſancta. Quatuor etiam ſunt ſigna, ex quibus per verba cognoſci poteſt, ſi eſt in homine ſpiritus Dei. Primum eſt confeſſio propriæ iniquitatis, ſecundum commendatio diuinæ bonitatis, tertium pronūciatio ſinceræ veritatis, quartum eſt increpatio mundanæ iniquitatis. C

Quod vera confeſſio monſtrat Deum in anima eſſe. Cap. 1.

PRimum ſignum eſt confeſſio propriæ iniquitatis. Cum. n. præſentia Spiritusſancti per donum intellectus illuſtrauerit hominis intellectum, replet animam cognitione Dei & ſui: & tunc in ſpeculo veritatis nihil ſe eſſe intelligit, & Deum in omnibus omnia eſſe noſcit. Et de tali ſui cognitione ait de ſe ꝓpheta, Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Et merito quidē hoc ait, quia vera humilitas & cognitio ſui bona propria homini ipſi abſcondit. Proinde Greg. ait: Soli Sācti bona ſua non vident, quæ videnda alijs præbent. Iob quoq; 30. c. de ſe inquit: Redactus ſum ad nihilum, abſtulit quaſi ventus deſiderium meum. Et iterum Prouer. 12. c. ſcrip. eſt: Verte impios, & nō erunt. De hoc patet exemplū in Sancta Eliſabeth, Luc. 1. c. quam cum mater Dei viſitaret, factum eſt vt audiuit ſalutationē Mariæ Eliſabet, exultauit infans in vtero ei⁹, & repleta eſt Spiritusſācto Eliſabet, & exclamauit voce magna

D (margin at "pheta, Ego ad nihilum")

& dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Ecce cognitio Dei. Et de cognitione ſui ſubiungit, Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ex prima quippe cognitione. ſ. Dei, conſurgit cognitio ſui, teſte Propheta, qui ait: In lumine tuo videbimus lumen. ſ. ad nos illuminandum. E

De hac duplici cognitione diuina, & deuota laus, quod Deus ſit in anima teſtimonium eſt. Cap. 2.

SEcundum ſignum eſt commendatio diuinæ bonitatis. Merito quippe conſurgit in laudem creatoris, qui lumine Spiritusſancti repletus eſt. Patet exemplum in Zacharia patre Ioan. Baptiſtę, de quo dicitur Lu. 1. Zacharias repletus eſt Spiritusſancto. ſ. & lumine eius, & prophetauit dicens, Benedictus Dominus Deus Iſrael. Rectus ſiquidē ordo prius Spiritusſancto repleri, & poſtea prophetare. Prius debet homo fieri concha, demumq; canalis. Sed quomodo diuinam bonitatem commendet, audiamus: ait enim, Benedictus Dominus De⁹ Iſrael. Nominat illum Dominum omnium iure creationis. Dominum ſimiliter omnium iure poſſeſſionis: ſed Dominum Deum Iſrael. i. Beatorum ſpecialiter beneficio glorificationis. Et addit, quia viſitauit, ſcilicet, carnem aſſumendo, tanquam pixidem plenam medicamentis, vt ſanaret infirmum infirmitate longiſſima tabeſcentem. Et fecit redemptionem plebis ſuæ. ſ. mortem patiendo, & proprium ſanguinem effundendo, vt ſic nos efficeret plebem ſuam. F G

Quod veritatis zelus teſtis eſt, quod anima grata ſit Deo. Cap. 3. H

TErtium ſignum eſt pronunciatio ſinceræ veritatis. Cum enim veritas lumen in mente fulget per præſentiā ſpiritus Dei: licet non ſemper homo proximo ſuo proferat veritatem: quia ſicut Eccleſiaſtes 3. c. ſcriptum eſt, tempus tacendi, & tempus loquendi. tamen pro loco & tempore huiuſmodi ſincere pronunciat eam. Et de tali homine Propheta loquitur dicēs: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolū in lingua ſua. q. d. licet quandoque ſit neceſſe, vt taceat veritatem: nunquam tamen loquatur dolum, vel falſitatē,

in

A in hoc ſiquidem verſu omnis duplicitas viri iuſti eliminatur. Nam in hoc, ꝙ ait: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, notatur ſincera conſonantia cordis eius & oris. Atque per hoc quod inquit, Qui non egit dolum in lingua ſua, exprimitur conſonantia oris & operis. Præterea tria ſunt, per quæ maxime innoteſcit, ꝙ in aīa habitat ſpūs Dei, videlicet vitare iuramenta, blaſphemias & mendacia. Ac econtra ſi oppoſita ab homine frequentantur, cum clarum teſtimonium ſint conſcientiæ malæ. De talibus quippe Ieremias. 9.c. ait, Sagitta vulnerans lingua eorum, ſcilicet cum
B blaſphemant, ſeu peierant. Dolum locuta eſt, videlicet cum mendacia loquuntur. Sequitur, in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur & occultè ponit ei inſidias, & de mendacibus iterum propheta ait, loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Quod autē pronūciatio ſinceræ veritatis ſignum ſit, ꝙ in anima habitat ſpiritus Dei, Act. 2. in Apoſtolis patet, qui vt ibi dicitur, repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto & cæperunt loqui, ſcilicet euangelicam veritatem.

C *Quod zelus increpans ſcelera & peccata oſtendit, quòd Deus in anima ſit.* *Cap. 4.*

QVartum ſignum eſt increpatio mundanæ iniquitatis. Cor enim, in quo ſpiritus Dei eſt, abhorret omnem diuinam offenſionem, cū aduerſetur Deo dilecto ſuo, & zelo charitatis, & diuini honoris, atq; animarum ſalutis ſcandeſcens: & pro loco & tempore increpat mūdanas iniquitates. Vnde diuinus ſpūs, qui inhabitat talem animam, ad zelum excitās
D illam inquit propheticum illud, Increpa feras arundinis, hoc eſt ſuperbos. congregatio taurorum in vaccis populorum, i. luxurioſi a te ſcilicet increpentur. ſupple & labora, vt excludant eos, qui probati ſunt argento. i. cupidos & auaros & maximè vſurarios & raptores. Et de hoc feruido ſpirituſſancti zelo exemplum patet in Paulo, Actuum. 9. ad quem veniens Ananias ait: Saule frater, Dominus Ieſus miſit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas vt videas & implearis ſpiritu ſancto. Et ſubditur, ꝙ baptizatus continuo ingreſſus in ſynagogas cōualeſcebat & cōfundebat Iudæos, q habitabant Damaſci, affirmans qm̄ hic eſt Chrs. Deniq; quantum ad hæc quatuor ſupradicta, Act. 1. myſticè ait Dominus diſcipulis ſuis, Accipietis virtutē ſuperuenientis ſpūſſancti in vos. Ait enim virtutē potius q̃ dulcorem aut ſplendorem & ſimilia, quia maximè prædicta quatuor ſigna ſpūſſanctus virtute ſua in anima operatur. E

ARTICVLVS TERTIVS

Quod per quatuor opera innoteſcit, quòd ſpirituſſanctus in anima eſt.

TErtia vero ſunt ſigna operis, ſeu facti. Quatuor quoq, ſigna circa hoc poſſumus aſſignare, Primum eſt diuini verbi auditio, ſecundū auditorum obſeruatio, tertium proximorum ædificatio, quartum aduerſorum ſupportatio vel toleratio. F

Quod libenter audire diuina verba ſignum ſalutis eſt. *Cap. 1.*

PRimum eſt diuini verbi auditio. Res enim ſpū carens non audit, libenterq; audit homo loqui de eo quod amat. Sic profecto qui G
libenter audit verbum Dei, manifeſtum ſignum oſtendit ꝙ in eo eſt ſpūs Dei, & qđ afficitur ipſi Deo. Proinde Io. 8. Dominus ait: Qui ex Deo eſt, verba dei audit. ait eñ, Qui ex Deo eſt. ſ. per fidē & grām, nō tantum per naturā, verba Dei audit, ſ. aure cordis. i. affectuoſè & obtemperanter ſuſcipit, credit & amat. Profecto q̃libet libenter audit doctrinam, ad quā afficit̄: quia eſt ei connaturalis. Propterea cū ꝓpheta inquit, Audiā quid loquat̄ in me Dn̄s Deus: qm̄ loquet̄ pacem in plebem ſuā. Signū quippe mortis inſtantis eſt infirmū non ſumere cibum. Proinde Aug. ait: Sicut nullum eſt maius ſignū prædeſtinationis æternæ, q̃ Dei H
verba libēter audire: ſic nullū peius eſt ſignū, q̃ illa cōtēnere. Vnde merito poſt Ioānis pdicta verba Dn̄s ſubdit, ꝓpterea vos nō auditis, qa ex Deo nō eſtis: & ꝑ conſequēs ſequit̄, ꝙ ſitis ex diabolo, nō per creationē, ſed ꝑ imitationē. de tali reprobo homine ꝓpheta ait, Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit itelligere vt bn̄ ageret. Et Eccle. 6. eſt ſcriptum. Quā aſpera eſt nimiū ſapientia in doctis hominibus. Qūo aūt de neceſſitate ſalutis homo teneat̄ audire diuinum verbum, patet in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſerm. 10. artic. 3. c. 2.

Quod

A *Quod obſeruatio auditorum ſermonum Dei, ſaluationi teſtimonium præſtat.* Cap. 2.

SEcundum ſignum eſt auditorum obſeruatio, & ad hoc hortatur Apoſtolus Gala. 5. dicens. Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus, ſcilicet proficiendo de die in diem per opera bona. Cum enim in vtero fœtus mouetur, manifeſtum ſignum eſt ꝙ animatus ſit. Sic profecto cõtingit in homine. Nam cum in via iuſtitiæ B mouetur per opera bona apparet ꝙ ſpiritusſancto viuit. Gregorius enim ait, probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. & ſequitur: nunquam eſt amor Dei ocioſus: operatur enim magna, ſi eſt. ſi vero operari renuit, amor non eſt. de Ioan. Baptiſta legitur, Luc. 1. ꝙ repletus ſpiritu ſancto adhuc in vtero matris ſuæ cœpit moueri ad præſentiam Saluatoris & matris eius. De beata quoque Virgine legitur vbi ſupra, quod poſtquam a ſpiritusſancto obumbrata eſt, abijt in montana cum feſtinatione. Quid enim prodeſt audiſſe diuinum C verbum, ſi bona opera non ſequantur? proinde Apocal. 3. c. admonet ſpiritus veritatis dicens, In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris & ſerua. pro obſerua. Nam ſicut Dominus Matth. 7. c. ait: Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſupra arenam. De Chriſto quoque dicitur Luc. 4. quia plenus ſpiritusſancto regreſſus eſt a Iordane. Et agebatur a ſpiritu in deſerto. Ex quibus omnibus luculenter apparet, ꝙ ſicut motus naturalis ſequitur formam naturalem: ſic motus operationis bonæ neceſſario ſequitur inhaD bitationem ſpiritusſancti.

Quod ſalutis teſtimonium eſt bonorum ſanctitas exemplorum. Cap. 3.

TErtium ſignum eſt proximorum ædificatio, ſcilicet per exemplum: ſicut enim rubeus color in facie hominis arguit in eo ſpiritum vitæ: ſic color conuerſationis honeſtæ arguit in homine ſpiritũ diuinæ gratiæ. Secundum enim Bernard. Poſtquam ſpiritu ſancto repleta eſt beata Virgo propter irradiationem & claritatẽ procedentem a facie eius, Ioſeph vix auſus erat in faciem reſpicere eam. glo. quoque Matth. 1. ait, ꝙ Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam ſpiritusſanctus in cõceptione penitus repleuerat: E & ideo non agnoſcebat facie ad faciem, quam ſponſauerat, donec illius vterus euacuaretur. Actuum quoq; 6. c. de ſancto Stephano ſcriptum eſt, ꝙ erat plenus ſpiritu ſancto: & ꝙ viderunt aſtantes faciem eius tanquam faciem Angeli ſtantis inter illos. Hoc quippe præceperat Dominus, Matth. 5. cum ait: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ, qui in cœlis eſt. Et ad Tit. 2. c. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum. F

Quod patienter tolerare aduerſa eſt ſignum ſalutis. Cap. 4.

QVartum & vltimum ſignum eſt aduerſorũ toleratio, ſeu ſupportatio. Quod quidem probat omnia ſupradicta. ad tactum ſiquidem pulſus noſcit medicus, ſi homo habet ſpiritum vitæ. Iob quoque. 2. c. ſcriptum eſt, ꝙ diabolus ad Dominum de Iob ait: Tange os eius & carnẽ, ꝙ in faciem benedixerit tibi. Cum igitur Dominus dat aduerſa, tanquam medicus G ſummus tangit nobis pulſum: probans ſi benedicimus eum patienter & hylariter ſuſtinendo aduerſitates, quemadmodum Actuum 5. c. ſcriptum eſt, ꝙ Apoſtoli poſt quam ſpũ ſancto repleti ſunt, ibant gaudẽtes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Luc. quoque. 8. Dominus ait, de verbo Dei: Quod autem cecidit in terram bonã. Hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia: quia, vt dicitur Iac. 1. Patientia autem opus perfectum habet. Exponens autem verbum Lucæ Greg. ait: Ter H ra bona fructum per patientiam reddit, quia ſcilicet nulla ſunt bona, quæ agimus ſi nõ æquanimiter proximorum mala toleram⁹. Quanto enim quiſque altius profecerit, tãto in mundo inuenit, ꝙ durius portet: quia cum præſenti ſæculo mẽtis noſtræ dilectio deficit, eiuſdem ſeculi aduerſitas creſcit. Hinc eſt enim, ꝙ pleroſque cernimus bona agere: & tamen ſub graui tribulationũ faſce deſudare. Terrena nanque iam deſideria fugiunt, & tamen flagellis grauioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini fructus per patientiam reddunt, quia nimis humiliter flagella ſuſcipiunt. Sic vua calcibus tunditur & in vini ſaporem liqua

tur:

A tur:ſic oliua contritionibus expreſſa amaritudinem ſuam deſerit, & in olei liquorẽ pingueſcit. Sic per trituram areæ a paleis grana ſeparantur & ad horreum purgata perueniunt. Ex his igitur duodecim ſignis innoteſcere poteſt, in quibus habitat ſpiritus Dei, quæ participare nos faciat Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto manifeſtat opera ſua ſancta, hic per gratiam & in futuro per gloriam, quam nobis concedat ipſe Deus trinus & vnus benedictus & benedicibilis per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

B Finis tractatus de inſpirationibus.

TRACTATVS DE Beata Virgine.

Et primo de glorioſo nomine Mariæ, ſcilicet, quod dicitur ſtella maris.

Sermo I.

C *NOmen Virginis Mariæ, Luc. 1. & in Euangelio hodierno.* Da mihi Virgo glorioſa virtutem, ingenium & ſermonem, vt fidelibus & deuotis tuis valeam nunciare gloriã nominis tui. Non quantum eſt, aut quale: ſed vt tantillum ego paruulus tuus de laudibus tuis immenſis enunciem ad gloriam tuam & deuotionem meam & ſolamẽ omnium legentium, aut audiẽtium me. Quippe interpretatione ſua Mariæ nomen ſonat in illuminationem, in amaricationẽ, & in dominationem. Neque immerito, non vnam tantum nominis habet interpretationem: nullum enim nomen vnum puto Virginis gloriam poſſe enunciare. Proinde forte non nominauit eam Angelus in Euangelio hodierno, volens potius venerari ſilentio, quod non potuit exprimi eloquio. Siquidem reuerentiæ indicium eſt, quandoque non proprio nomine nominare vel deſignare, ſed per circumlocutionẽ nominandum inſinuare. Perſonam quippe tantum proprium nomen enunciat: ſed nõ circũſtantias dignitatis &, ſtatus. Propterea Maria non vnam tantum, ſed multiplicem interpretationem habet: vt ſicut Deũ ipſum non vno tantum nomine nominamus: ſed multis, vt ſic eius incomprehenſibilitatem enunciemus: ſic & glorioſam Virginem multis nominibus deſignamus, & nunc lucem, & nunc ſolem, & huiuſmodi nominare ſolemus, vt ſic ad ſublimitatem eius cognoſcendam aliquantulum ꝑtingamus. Immenſitas quidem gloriæ eius omnis humani ſermonis excedit inopiã. Vnde pręmittens laudem eius Anſel. lib. de ortu Virginis ſubdit. Quid amplius dicere poſſum Domina. Immenſitatem quippe gratiæ & gloriæ tuæ conſiderare cupienti ſenſus deficit, lingua fatiſcit. Denique, ꝓut noſtra poſſibilitas ſe extendit, per has tres interpretationes in vnum nomen eius benedictum tendamus. Primo enim ſonat Maria in illuminationem: Nam interpretatur ſtella maris, quia eſt illuminata & illuminatrix. Secundo ſonat in amaricationẽ, quia interpretatur amarum mare. Tertio vero ſonat in dominationem: quia domina interpretatur. Fuit quippe ſtella maris in eius natiuitate propter in vtero ſanctificationem ſeu præſeruationem. Fuit amarum mare in eius conuerſatione propter in penuria conuerſationem. Fuit domina in eius morte ꝓpter in gloria aſſumptionem. Vel fuit ſtella maris propter integritatem virginalem. Domina propter honorem & reuerentiam coniugalem. Amarum mare propter ſollicitudinem vidualem. Quia igitur ſtella, à Deo fuit illuminata, & illuminatiua. Quia amarum mare, fuit amaricata, & per compaſſionem ad amaritudinem incitatiua. Quia Domina, fuit cõſummata & conſummatiua. De primo, ſcilicet quod beata Virgo ſtellæ aſſimilatur, ad præſens tantummodo ſermo fiat. Poteſt enim ſtellæ tripliciter comparari. Primo ſtellæ cœli, ſecundo ſtellæ poli, tertio ſtellæ maris.

Nomen Mariæ vnde.

D

Quare Angelus non nominauit Mariam proprio nomĩe.

E

Anſelm⁹.

F

Nomen Mariæ à tribus deducitur.

G

Maria tripliciter cõparatur ſtellæ.

H

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod beata Virgo comparatur ſtellæ cœli, & maxime propter tria.

PRimo inquam comparatur ſtellæ cœli, & maximè propter tria. Primo propter ſuam nominationem. Secundo propter ſuam ſublimationem vel ſituationem. Tertio propter ſuam operationem.

Quod

A *Quod beata Virgo dicitur ſtella maxime propter ſuam duplicem ſtabilitatem.* *Cap. 1.*

PRimo comparatur beata Virgo ſtellæ cœli, ſcilicet propter ſuam denominationem. Stella quidē a ſtando denominatur, quia in cœlo ſtat fixa. Propterea Mariam deſignat, eo ꝙ fixa ſtetit in cœlo ſuo, quia immobiliter ſtetit in filio ſuo. Et primo in vita eius per omnium virtutum irradiationem,
B ſecundo in morte eius per mortis cōpaſſionem. De prima ſtatione illius propheta inquit, Aſtitit regina a dextris tuis.ſ. Maria, in veſtitu deaurato. De ſecunda ſtatione Ioā. 19. Stabat iuxta crucē Ieſu mater eius. Immobiliter quidē ſtetit, ſicut ſtella in cęlo.i. in filio ſuo, quia cadentibus de cœlo reliquis ſtellis, id eſt Apoſtolis, ipſa ſola ſtetit, iuxta quod Abacuch.3. dictum eſt, Sol & Luna.i. Chriſtus & Maria, ſteterunt in habitaculo ſuo, vel ſm aliam tranſlationem: Eleuatus eſt Sol.i. Chriſtus, in Cruce: & Luna,i. Virgo beata ſtetit in habitaculo ſuo.
C Et hæc ſtatio fuit lugubris & dolore plena. Propterea inducit Auguſt. humanum genꝰ ad Chriſtum loquentem. Mihi ridens congaudet Eua, tibi plorās compatitur Maria. Quippe vt filius Dei ait, Eſa.63.c. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum, ſcilicet, ſed tu ſola Maria mihi verè compaſſa es.

De duplici altitudine perfectionis beatę Virginis. *Cap. 2.*

SEcundo comparatur beata Virgo ſtellę cœli propter ſuam ſublimationē, ſeu ſituationem. Nam ſtella locatione eſt alta, eo ꝙ in firmamento poſita eſt, quod eſt altum. Vnde Eccleſiaſti.43. Altitudinis firmamētū pulchritudo eius eſt. Sic beata Virgo altiſſima eſt, eo ꝙ poſt filium omnibus alijs excelſior ſit. Profecto Luc.18. ſcriptū eſt. Qui ſe humiliat exaltabitur. Et quia Maria humillima fuit: igitur & altiſſima. Proinde Eccleſiaſt.24. ipſa ait, Ego in altiſſimis habito. Item alta eſt, quia inter Chrm̄ & eccleſiam, creatorem & creaturā, media eſt. Quippe ipſa eſt, de qua Io. Apoſto.12.c. ait: Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibꝰ eius. mulier inter ſolem & lunam eſt: Virgo beata inter Chriſtum & eccleſiam. Vnde Eccl.40. Ædificatio ciuitatis, i. eccleſiæ cōfirmabit nomē E
D
ideſt firmiter credet in Chrm̄. Et ſuper hāc ſcilicet ciuitatē mulier imaculata.i. Maria, cōputabit̄. Quod aūt ipſa ſit oīum creaturarum altiſſima, patet: Quippe illa creatura in dignitate eſt altior, quę eſt in gradu bonitatis ſublimior: igitur omnium creaturarū optima eſt & altiſſima. Sed hæc eſt beata Virgo: quia ſm menſuram amoris, eſt gradus bonitatis. Vnde quærere, quantum bonus eſt iſte: eſt quærere, quātum diligit iſte, ſm Auguſt. Sed conſtat ꝙ hæc exceſſit omnē creaturā in menſura amoris, tam naturalis quam gratuiti. Naturalis, quia in illo exceſſit hoīes & Angelos. Hoīes, quia ſimilitudo & propinquitas, eſt cauſa naturalis amoris. Vnde Eccle.13. c. ſcriptum eſt. Omne animal diligit ſibi ſimile: ſic & omnis homo proximum ſibi ſimilem. Profecto inter filium & quācunq; aliam matrem tanta propinquitas & ſimilitudo nō fuit, quia totus fuit de ſola ſubſtantia matris. Igit̄ inter nullos tanta dilectio fuit. In hoc quoq; exceſſit Angelos: Nullus enim Angelus Dei filium naturalē ſibi habuit, ſicut beata Virgo: quia nuſquam Angelos, ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Quod Maria in amore gratuito trāſcendat vtroſq;, vr̄: quia ſm menſuram gr̄æ, eſt menſura gratuiti amoris: ſed ſuper oēs creaturas fuit gr̄a plena, igit̄ & amore ſuper plena fuit. Vnde de hac plenitudine eius beatus Ignatius in epiſtola ad beatum Ioannem inquit. Referunt Mariam oīum gratiarum abundantē, & oīum virtutū fœcundā. Et ſic in amore cūctas ſuperat creaturas, prout dicit Anſelmus. Sup̄at q̄ppe ēt oīum creaturarum amores, atq; dulcedines magnitudo amoris Virginis in filiū ſuum & dilectionis immenſitas, qua liquefiebat anima eius in eum. Verè igit̄ eſt dignitate altiſſima, q̄ ſic eſt in bonitate optima. Proinde myſticè figuratur Dan.4. c. in arbore, de qua inquit, Ecce arbor in medio terræ, ideſt Maria in medio omnis creaturæ. Altitudo eiꝰ nimia, quia incomprænhenſibilis eſt omni puræ creaturæ.
F
G
Ignatius.
H

De ſeptem operationibus ſtellæ quæ ſpiritualiter fuerunt in virgine benedicta. *Cap. 3.*

TErtio beata Virgo comparatur ſtellæ propter ſuam operationem. Septem profecto operationes operatur ſtella. Primo ſignificat, ſecundo illuminat,

A minat, tertio purificat, quarto viuificat, quinto temperat, ſexto ornat, ſeptimo ordinat. Primò qidem ſignat. Vnde de ſtellis Gen. 1.c. ſcriptum eſt. Sint in ſigna. Proinde Albumaſar in principio inquit. Laus Deo, qui creauit ſtellas & poſuit ornamentum & lucernas in ſignificationes, vt præberent ductum rationabilibus. Et ratione huius operationis conuenit Mariæ nomen ſtellæ: quia ipſa fuit in ſignum, ſicut de illa Eſa. 41.c. ſcriptum eſt. O radix Ieſſe, qui ſtas in ſignum populorum. Signum quippe eſt, qđ ſe offert ſenſui aliquid relinquens intelle-

Signum quid.

B ctui. Maria autem incarnatum Deum ſenſui præſentauit, quia in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, vt dicitur Baruch. 3.c. Sed aliquid intellectui derelinquit, quia per hoc ꝙ Dei filium in carne ſua viſibilem exhibuit, diuinitatem per fidem intellectui pateſecit. Propterea vere fuit ſignum, quemadmodum Eſa. 7.c. ait, Dominus ad Achaz. Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, & ſequitur. Ecce Virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel. De hoc quoque ſigno Apocal. 12.c. ſcriptum eſt. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta ſole, & lu-

C na ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum 12. Et in vtero habens. Merito quidem in vtero habere dr̄, quia ab extra in vterum virile ſemen non traxit, ſed operatione ſpiritusſancti concepit. Secundo autem ſtella illuminat, ſcilicet, noctis obſcuritatem, ſic etiam beata Virgo. Profecto ante aduentum huius Virginis peccati nebula totum mundum occupauerat: vt non eſſet, qui verum lumen videre poſſet. Erant enim omnes gentes quaſi nebula turbinibus exagitatę, vt dicitur 2. Pet. 2.

D Proinde in tenebris morabantur. Vnde merito de talibus, Naum 1.c. ſcriptum eſt. Inimicos eius perſequentur tenebræ. Tandem proceſſit beata Virgo, ſicut fulgida ſtella effugans illas tenebras, vt de ea dici poſſit illud, Eccleſiaſt. 50. cap. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ: vnde Bernard. ſuper Miſſus eſt, inquit: Ipſa eſt nobilis ſtella ex Iacob orta: cuius radius vniuerſum mundum illuſtrat: cuius ſplendor in ſupernis præfulget & inferos penetrat. Proinde in perſona eius, Eccleſiaſt. 24. capit. ait. Penetrabo inferiores partes terræ, ſcilicet quæ ſunt frigidæ atque obſcuræ: & aſpiciam, ſcilicet oculo miſericordiæ omnes dormientes, ideſt cæcos & negligentes & illuminabo omnes ſperantes in Do-

mino, ideſt illuminatione mea faciam ꝙ cognoſcant Deum & ſperent in eo. Tertio noctem purificat: ſiquidem per radios ſuos nocturni frigoris denſitatem ſerenat, & rareſaciendo purificat: ſimiliter & Maria. In tota ſiquidem terra ante aduentum huius ſtellæ tenebræ erant, ſicut Eſa. 60. cap. ſcriptum eſt. Ecce tenebræ operient terram; & caligo populos. In huius myſterium, Exo. 4. Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti. Tandem orta eſt ſtella ex Iacob, ſcilicet Maria, quæ has tenebras purificauit & ſerenauit. Quip- E

F pe ipſa eſt emanatio quædam ſincera omnipotentis Dei, vt dicitur Sapientiæ. 7. Vnde de ipſa Bernar. inquit: Tolle hoc corpus ſolare, quod illuminat mundum, vt ſit dies. Tolle Mariam maris ſtellam vtiq; magni & ſpatioſi, quid niſi caligo inuoluens, & vmbra mortis atque denſiſſimæ tenebrę relinquentur? Quarto ſtella viuificat, ſicut philoſophus atteſtatur: propterea orbis primus plures habet ſtellas: quia ipſe eſt præcipuè cauſa vitæ in iſtis inferioribus: propter hoc etiam Maria ſtella eſt. Siquidem mors regnauit ab Adam, ſecundum Apoſtolum ad Roma. 5. adeo ꝙ dicatur. 2. Reg. 9. Omnes morimur, & pſal. Quis eſt G homo, qui viuet & non videbit mortem? Veniente autem hac ſtella, omnia mortua vitæ ſunt reſtituta. Quippe ipſa eſt lignum vitæ proferens benedictum fructũ, Gen. 2.c. de quo guſtans mortem non guſtabit in æternum, quinimmo in æternum viuet, vt dicitur Ioan. 6.c. Ipſa eſt, quæ protulit panem vitæ Ieſum Chriſtum, vt dr̄ vbi ſupra. Quinto ſtella temperat, ſeu modificat, ſcilicet terrenum orbem. Siquidẽ ſtella temperat gelidũ frigus noctis, & ſic terræ naſcentia fouet & modificat: propter

H hoc aũt etiam Maria ſtella eſt. Malitia quippe huius mundi frigida eſt: vnde Iere. 6.c. Dominus ait. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuã, ſic. ſ. mundus frigidã facit malitiam ſuã. Tẽpore igit̃, quo ꝓceſſit beata Virgo, malitia humani generis quaſi completa fuit, iuxta illud Eſa. 40. Cõpleta eſt malitia eius, propterea magnum frigus erat in mũdo. Io. 18. Frigus erat: vnde & Petrus caleſaciebat ſe: qm̄ frigidus ventus Aquilo. i. diabolus, flauit, & congelauit criſtallus ab aqua, vt dicitur Eccle. 43. Hoc prẽnunciauit Zach. 14.c. dicens. In die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. Proceſſit aũt Maria quaſi ſtella caleſaciens, & præfulgẽs & ꝓcõſequens fouẽs. Proinde Bern. ſup Miſſus eſt,

homilia

A homilia 1.inquit.Ipſa eſt nobilis ſtella terras perluſtrans,calefaciens magis mentes, quàm corpora, fouent virtutes, excoquit vitia.Ipſa eſt mulier fortis,de qua Prouer. vlti.Non timebit ſibi in die ſrigoris. Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,ſ.dei & proximi charitate: vel quia promiſſionem habent vitæ,quæ nunc eſt,& futuræ. Hæc ſunt indumenta valde bona, quæ Rebecca induit filium ſuum Iacob, vt patris benedictionem obtinere poſſet,Gene.27. Sexto, quia ornat, ſcilicet cælum:
B vnde Eccle.43. Species cęli gloria ſtellarũ mundum illuminans.Maria autem ſplendidiſſimum ornamentum eſt cęli. Sic enim inferiora temperat, ꝙ ſuperiora ornat. Proinde de ea anthonomaſicè ſcriptũ eſt, Eccle.26.c.Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei,ſic bonæ mulieris ſpés in ornamentum domus eius.Si etiam ſuperiorem orbem dicamus angelicam creaturam: patet ꝙ tũc orbem ſuperiorem ornauit: quia præruptos ſilices & inacceſſas rupes Angelorum muneri integritate reformauit, & hoc modo ornauit. Quod quidem Eſa.60. prædictum erat:ait enim,Gloria Libani,id eſt beata virgo Maria ad te veniet ad or-
C nandum locum ſanctificationis meæ. Septimo ſtella ordinat & conciliat, ſcilicet orbem. Nam orbem inferiorem ſublimat, & virtuti ſuperiori pro ſui ſtabilitate aſſimilat,& ſic quodammodo reconciliat. Sic hæc mundi Domina & Regina eccleſiã militantem tanquam inferiorem orbem eccleſiæ triumphanti tanquam orbi ſuperiori reconciliauit:pacem ijs,qui prope, & pacem ijs,qui longe,ideſt eccleſiæ triumphanti & militanti annunciauit. Profectò ipſa eſt arcus fœderis ſempiterni poſitus in nubibus cœli,vt non interficiatur omnis caro, Ge-
D neſis.9. Nam ipſa nobis illum genuit, qui fecit vtraque vnum:faciens pacem vt recõciliet ambos in vno corpore,Ephe.2.

Articvlvs Secvndvs.

Quod beata Virgo ſtellæ poli aſſimilatur,& maxime propter tria.

SEcundo beata Virgo comparatur ſtellæ poli,& maximè propter tria. Primo, quia ipſa ſtella polo eſt viciniſſima:ſecundo,quia eſt poli deſcriptiua: tertio, quia eſt ſtellarum poli primaria,ſeu prima.

De quadruplici vicinitate, quam habuit beata Virgo ad filium ſuum. Cap. 1. E

PRimo quidem beata Virgo comparatur ſtellæ poli, quia ipſa ſtella polo ſiue cardini cœli eſt viciniſſima. Ad dicendorum intelligentiam aduertendum eſt,ꝙ duplex eſt polus in mundo iſto. Vnus eſt inuiſibilis, ſcilicet meridionalis:reliquus vero viſibilis.ſ. aquilonaris,& vterq; immobilis eſt, ſuper quorum immobilitate innititur totus mun-
dus in ſuo circulari motu. Merito ergo per F
vtrunq; polum intelligitur ipſe filius Dei: & verbum patris, qui eſt principium omnium quo ad vnum: & finis omnium quo ad reliquum,qui in meridie.i.in ſuæ maieſtatis claritate a nobis omnino inuiſibilis eſt:ſed in aquilone noſtræ humanitatis viſibilis factus eſt:propterea Apocal.vlt. ipſe ait, Ego ſum alpha & omega,principiũ & finis. De illa quippe meridie dr̃ Canti.1.c. Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie. De hoc Aquilone Iob.37.cap.ait. Ab Aquilone aurum venit. Quia ex Chro incarnato ſplendor ſapientiæ proceſſit. Ipſe
quippe immobilis eſt:ſuper cuius immobi- G
litatem innitunt̃ omnia in ſuo motu, immobiliſq; manens dat cuncta moueri.Huic ſi quidem polo fuit hæc ſtella,ſ.Maria, viciniſſima in quatuor maximè. Primo in incarnatione, ſecundo in conuerſatione, tertio in compaſſione, quarto in aſſumptione.Primo inquã fuit ei viciniſſima in incarnatione.ſ.per carnis identitatem: quia eadẽ caro, quæ fuit virginis matris: facta eſt caro filij patris & in vnitate perſonæ a Deo ſuſcepta eſt:igitur ei a Deo vicina fuit, ꝙ ſimul cum ipſa & in ipſa fuit. Merito ergo propter hanc vnitatem dictum eſt ei, Dñs
tecum. Secundo fuit Chriſto viciniſſima H
in conuerſatione per adminiſtrationẽ. Vnde hæc eſt,quæ in vlt.cap. Ruth myſticè figuratur in Noemi, de qua ibi dictum eſt, ꝙ natum puerum ſuſcepit & poſuit in ſinu ſuo & nutricis ac gerulæ fungebat̃ officio. Hæc eſt,quę abſentiam eius ſuſtinere non potuit.Nam & dolens eum in templo quęſiuit atque inuenit,Luc.2.Hæc eſt,quæ cum fratribus ſuis foris ſtãs eum quæſiuit, ſicut dr̃ Matt.3.circa finem.Tertio fuit ei viciniſſima in paſſione per cõpaſſionem, quia recedentibus diſcipulis nõ receſſit.Io.19.Stabat iuxta Crucem Ieſu mater eius. Quarto, autem

A autem fuit ei viciniſſima in aſſumptione p̄ gloriæ ſuſceptionem. Quod autem ipſa ſit exaltata ſuper omnes Angelorum choros, nulli dubium eſt, & nefas eſt dubitare, ſicut Bern. ait. Si enim incorruptio Deo proximum facit, et dr̃ Sap. 6. Hæc autẽ incorruptiſſima, quia mater incorruptionis ipſa eſt polo, i. filio ſuo viciniſſima. Si etiã eorum, quorum eſt eadẽ natura, idem eſt. Locus ipſius autem & filij eadem eſt natura, ergo idem locus erit. Qua propter & merito & loco erit viciniſſima filio ſuo, hoc eſt polo ſuo.

B

De multiplici intelligibili ſphera, & q̄ beata Virgo ſupra omnes creaturas propinquior eſt Chriſto. Cap. 2.

SEcundo autem comparatur beata Virgo ſtellæ poli, quia ipſa ſtella eſt poli deſcriptiua, cum ſit breuiſſimi circuli circa polum. Sed conſideremus hoc, qualiter eſſe poteſt. Totus ſi quidem mundus deſcribit quandam intelligibilem ſperam, cuius centrum eſt filius Dei Ieſus Chrs, qn C ipſe eſt ſicut centrum in circulo, a quo exeunt omnes lineæ. i. vniuerſæ creaturæ, ſicut oſtẽdit beatus Dion. de diuinis noib᷑, 4. cap. Sed hæc ſphera multos circulos habet intra ſe inuicem ordinatos. Vnde tanto circulus eſt breuior, quo cẽtro vicinior. Maximi vero circuli circa hoc centrum intelligibile ipſa corporalia ſunt, ſiue cœleſtia, ſiue terreſtria ſint: & complent omnia circulum ſuũ ſm maiorem vel minorem diſtantiam & participationem primi. Cõſequenter alium circulum cõplent vitam habentia vegetatiua. Et de hinc alium vitã habentia ſenſitiua. Et dehinc tertium vitam habentia intellectiua. Et inter hæc oĩa bre-D uiſſimum facit circulũ beata Virgo Maria, quæ per mentis deuotionẽ arctius eum cõſtrinxit, & infra beata viſcera clauſit & portauit, vt ipſa ſit iam facta quaſi orbis, propheta atteſtãte, qui ait: Illuxerunt coruſcãtiones tuæ orbi terræ. i. Mariæ, quæ facta ẽ orbis filij Dei: qui eſt terra, quæ in æternũ ſtat. Eccl. c. 1. hoc quidem de ea Eccl. 24. in perſona illius ait, Girum cœli circuiui ſola.

Quod beata Virgo in gloria excedit omnes alias creaturas. Cap. 3.

TErtio vero comparatꝰ ſtellæ poli: quia hæc ſtella eſt ſtellarũ primaria, ſeu prima, ſiue ſtellæ ſint ſempiternæ apparitiõis, E vt quæ circũſtant polum Aquilonarem; ſiue ſempiternæ occultationis, vt quæ ſunt in interioribus auſtri; ſiue ſint viciſſæ apparitionis & viciſſæ occultationis, vt quæ ſunt in medio ſitæ. Sic beata Virgo primaria, ſeu primitiua eſt quo ad gloriæ magnitudinem & dignitatis celſitudinẽ. Inter omnia inferiora corporalia, quæ ſunt viſibilia; aut inter omnia intellectualia, quæ ſunt inuiſibilia: aut etiam inter illa cœleſtia luminaria, quæ ſunt quædam media, quia cũ primis participant corporalitatem, cum alijs perpetuitatem reſpectu priorum primitiua eſt, ſicut Sap. 7. c. ſcriptum eſt. F Nec comparaui illi lapidem precioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Et hæc ſunt inter viſibilia precioſiora. Reſpectu aliorum, ſcilicet intellectualium & inuiſibilium, ipſa eſt primitiua, quoniam omniũ ſpirituum trãſcendit excellentiam. vnde Eccl. 24. ipſa ait, Omnium excellentium & ſublimiũ colla virtute calcaui. Reſpectu cæterorum, ſcilicet luminarium cæleſtiũ, ipſa ẽt primitiua eſt: hoc patet, quia luci cõparata inuenitur prior, vt dr̃ Sap. 7. G Poſſet autẽ hoc diſtingui aliter, vt ſtellæ ſempiternæ occultationis ſint contemplatiui, qui ſemper Deo aſſiſtunt. Stellæ ſempiternæ apparitionis ſint actiui, qui ſemper actionibus intendunt. Per viciſſim vero apparentes & viciſſim ſe occultantes, medij ſiue mixti, qui aliquando contemplant̃, & aliquando operantur. Reſpectu enim omnium horum beata Virgo primitiua eſt. Proinde Eccl. 24. c. inquit, In omni populo & in omni gente primatum habui. Admiranda igitur hæc ſtella. Vnde merito, Sap. 7. in fine, de ea ſic ſpiritusſanctus ait. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarũ luci comparata inuenitur prior. H

ARTICVLVS TERTIVS.

De triplici natura ſtellæ maris, quæ beatæ Virgini conuenire probatur.

TErtio vero beata Virgo comparatur ſtellæ maris. Hæc ſiquidem ſtella tres habet proprietates, quæ beatæ virgini Mariæ probantur conuenire. Eſt enim primo frigoris temperatiua, ſecundo nauigantium in periculis directiua, tertio

A tertio in portum introductiua, ſeu perdu-
ctiua.

Quod beata Virgo eſt ſtella mundum illuminans & inſlammans. Cap. 1.

PRimo enim ſtella maris eſt maxi
mi frigoris temperatiua: Reſpe
ctu enim eius ſemper eſt ſuper
mare per radiorum directionē,
& per conſequens per caloris immiſſionē.
Sic & reſpectus Mariæ ſemper eſt ſup mun
dum per æterni ſplendoris, ſcilicet filij ſui,
illuſtrationem: & per couſequēs per calo-
ris ſpūſſancti communicationem. Quippe
ipſa eſt via, per quam ſpergitur lux & diui-
ditur æſtus ſuper terram. Iob. 38. Lux enim
æterna eſt ſuper tenebroſum mundum per
ipſam ſparſa. i. manifeſtata. Quippe ipſa ē,
per quam noua lux Iudæis. i. confitentibus,
oriri viſa eſt gaudium, honor & tripudiū.
Heſter 8. Et ideo æſtus diuiſus eſt ſuper ter-
ram. i. calor charitatis ſpūſſanctus partitus
eſt, vt non ſit iam, qui ſe abſcondat a calo-
re eius, immo ꝙ non ſit adeo durum & la-
C pideum cor, quod hoc calore non diſſolua
tur. Vnde Iob. 28. c. ſcriptum eſt. Lapis ſolu
tus calore in ęs vertitur. i. qui durus & obſti
natus antea fuit, per Mariæ dulcedinem e-
mollitur. Merito ergo competit ei hoc no-
men, ſcilicet ſtella maris.

Quod per Virginem benedictam, fideles in periculis huius ſæculi diriguntur. Cap. 2.

SEcundo ſtella maris eſt nauigantium
in periculis directiua. Per ipſam quip-
D pe ſciunt nautæ quo velificant, aut ad
Aquilonem, aut ad meridiem, aut ad occi-
dentem, aut ad orientē: quoniam in Aqui-
lone ſituata eſt. Sic etiam per Mariam om-
Bernard. nia pericula & diſcrimina euitantur. Om-
nia itinera certificantur: vnde Bernardus ſu
p Miſſus eſt, Homil. 2. inquit. Quiſqs te in-
telligis in huius ſæculi pro fluuio magno
inter procellas & tempeſtates fluctuare, q̄
ambulare per terrā: ne auertas oculos tuos
a fulgore huius ſyderis, ſi non vis obrui ꝓ
cellis. Si inſurgunt vēti tentationum, ſi in-
curras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtel
lam, voca Mariā. Nec inconuenienter ſitus
ſtellæ maris, cum ſit in Aquilone, conuenit
Mariæ. Quippe per Aquilonem perſecutio
vel tribulatio deſignari ſolet, propter vēto
rum & procellarū vehementiam. Ideo lo- E
cus Mariæ in Aqnilone eſt, vt per eam au-
ſteritas perſecutionis inflictæ humanis tē-
peretur & mitigetur. Solet etiam per Aqui
louē peccatū: ſignificari. Vnde Iere. 1. c. Ab
Aquilone pandetur omne malū. Ideo con
uenienter locus Aquilonaris ei appropria-
tur eo ꝙ ipſa media inter peccatores & fi-
lium ſtatuatur, vt ex vna parte iram eius mi
tiget, & ex alia peccatum exterminet. Vn-
de, ſm Alexan. de Ales, ſuper pſalteriū Bea
ta Virgo iuxta crucem pingi debet ad ſini-
ſtram Chriſti, qui ſtans in cruce faciem te-
nebat ad orientem: & ſic ad ſiniſtram, id eſt F
ad Aquilonem ſtabat Virgo beata, vt ora-
ret pro peccatoribus, qui ſunt ex parte ſini
ſtræ Chriſti. Vnde propheta in perſona
Chriſti in cruce pendētis inquit: Conſide-
rabam ad dexteram & videbam, & nō erat
qui cognoſceret me: quia ibi non erat Vir-
go, ſed in ſiniſtra parte perfectiſſimè cogno
ſcens Chriſtum. Proinde dicitur ei a pecca-
tore illud Cantic. 4. in fine. Surge Aquilo
& veni auſter: Perfla ortum meum, & flu-
ent aromata illius. Cum enim ſurgit Mariā
per piam interceſſionem, tūc venit auſter,
ideſt ſpirituſſanctus per gratiæ immiſſionē G
& perflatur ortus per dulcedinis ſuſceptiō
nem. Et fluunt aromata per multiplicium
beneficiorum deriuationem. De hoc Aqui-
lone & Auſtro Eſa. 43. Dicā Aquiloni da: &
Auſtro, noli prohibere. i. rogabo Mariam,
vt de gratia ſua tribuat: & per hoc Auſtro,
ideſt ſpiritui ſancto, vt non ꝓhibeat, quin
potius abundantius per ipſam de ſuis cariſ
matibus immittat. Hæc eſt virga Moyſi, quā
vnda maris rubri percutitur, & per conſe-
quens diuiditur & inter fluctus Dei popu-
lus trāſiturus deſertum ingredit̄. Exo. 14. c.

Quod beata Virgo Maria eſt ſtella in portum ſalutis æternæ introductiua. Cap. 3. H

TErtiò ēt ſtella maris eſt in portū itrō
ductiua: qa Maria multas ſeditiones
ſedat, & ad terrā ꝓmiſſionis ducatū Bernard.
ꝓſtat. vnde Ber. ſup Miſſus eſt. Homil. 2. in-
qt. Ipſam ſequēs nō deuias, ipſam rogās nō
deſperas, ipſam cogitās nō erras, ipſa tenē
te, nō corruis: ipſa ꝓtegēte, nō metuis: ipſa
duce, nō fatigaris: ipſa ꝓpitia, ꝑuenis: & ſic
in temetipſo experiris, ꝙ merito dictū ſit
nomen Virginis Maria, ipſa in nocte huius
vitæ luce virtutū radiat, vt viā veritatis o-
ſtēdat, & ad portū ſalutis ꝑducat. Quippe

ipſa

A ipſa eſt porta cœli, vt dicitur Gen. 28. Non eſt hic. ſ. in Maria aliud niſi domus Dei & porta cœli. Ipſa eſt ſcala Iacob, Gen. vbi ſupra, cuius ſummitas cœlum tangit, & per conſequens ad ipſum ducit. In qua deſcendunt Angeli & aſcendunt, quia per ipſam deſcendunt ad nos Angelici ſpiritus ad noſtram protectionem, atq; per ipſam aſcendunt homines ſancti ad gloriæ cœli ſuſceptionem. Et, vt verbis beati Ber. vtar: oportet vniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſæculi nauigantes aſcendere hanc maris ſtellam, quæ ſupremo cardini. i. Deo proxima eſt, & reſpectu exépli eius curſum vitæ B dirigere. Quod qui fecerit, non iactabitur vanæ gloriæ vento: nec frangetur ſcopulis aduerſorũ: nec abſorbebit Scyllea voragine voluptatũ, ſed proſperè veniet ad portũ quietis æternæ, vt cũ ipſa glorioſa Virgine fruatur æternis delitijs filij eius, qui cũ Patre & Spiritu ſancto glorioſum eſt præmiũ ipſius Virginis benedictæ, atq; deuotorum eius per infinita ſæcula ſęculorum, amen.

Bernardinus.

De glorioſo nomine Mariæ, & quòd interpretatur amarum mare.

Sermo II.

C N Omen Virginis Maria. Iterũ Lu. 1. & in Euãgelio hodierno. Non eſt facultatis humanæ dilectiſſimi fratres, quandiu in hoc mortali corpore viuitur, plenè pertingere ad laudem glorioſę Virginis matris Dei, quæ omnium hominum & voces excellit & ſuperat intellectum. Quis enim mortalium, niſi diuino illuſtratus oraculo, de vnica Dei & hominis genitrice quicquam modicũ ſeu grãde præſumat edicere: imò non timeat hanc pollutis labijs nominare? quã pater miſericordiarũ & ante ſæcula Deus, perpetuã præ deſtinauit in Virginẽ digniſſimã, filius pelegit in matrẽ, Spirituſſanctus nouę gratię do D micilium præparauit. Quibus laudibus ſeruitus hominũ reginã efferet Angelorum? Quæ præconia dilatet mortalis anguſtia vel officia ſubminiſtret, cui cęleſtia parent & famulantur obſequia? Qui dignã honoribus plauſus hominũ acclamabit in terris, quam ſpirituũ agmina beatorũ iugiter venerant̃ in cęlis? Sed quia illã, vt meretur, nõ poſſumus laudare, ſaltẽ nomẽ eius extollere procuremus. Diximus in præcedenti ſermone, ꝙ nomen Mariæ ſtella maris interpretatur:

Maria amarum mare.

Iam ergo ſubiũgamus, quare interpretetur E amarũ mare. Maris quippe amaritudo ad literã eſt per ſolis feruidã in ipſo incidentiã partes ſubtiliores ſubleuantis & extrahentis: Necnõ & partes terreſtres relictas adurentis, & per conſequens amaricantis. Proinde in amaritudine maris tria notari poſſunt. Primum, dulcis ab amaro ſeparatio, ſecundum, partium relictarum aduſtio, tertium, aduſtarum adinuicẽ permixtio. Profecto beata Virgo fuit in paſſione filij ſui amarum mare, quia ibi fuit dulciſſimi filij ſubtractio, Relictæ partis aduſtio, omnium amaritudinum admixtio.

Quare Maria dr̃ amarum mare.

Amaritudo maris, vnde naturaliter queat Ariſt. 2. Meth.

Articvlvs Primvs F

Quod quadruplici ratione amariſſimum fuit beatæ Virgini tempore paſſionis ſeparatio filij ſui.

P Rimo ſiquidem in mari eſt dulcis ab amaro ſeparatio. Sic & in paſſione Dñi fuit beatę Virgini dulciſſimi elõgatio & ſeparatio: qm̃ fuit ei dilectiſſimi filij ſubtractio, & hoc illi amariſſimũ fuit quadruplici ratione. Primo ratione conditionis, ſecũdo ratione cognitionis, tertio ratione dilectionis, quarto G ratione dilectationis. Hæc gradatim ſibi inuicem connectuntur & ſubſequuntur.

Quod amarum fuit beatæ Virgini tempore paſſionis ſeparatio filij ſui conſiderata eius conditione. Cap. 1.

P Rimo enim in paſſione Domini fuit amarum beatiſſimæ Virgini dulciſſimi filij ſeparatio, & ſubtractio: & hoc ratione ſuę conditionis, ſ. filij ſui. Quid mirum, ſi in ea fuit amaritudo maxima, cũ filius eius totus eſſet dulcis atq; totus deſiderabilis, vt dicitur Cantic. 5. Et iterum propheta inquit: Dulcis & rectus Dominus. Inſuper propter hãc H ſubtractionem idem propheta in perſona Virginis ait. Cor meum conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea, & lumẽ oculorũ meorũ & ipſum non eſt mecum. Vel ſm aliam tranſlationem apertius inquit. Cor meum fluctuauit, dereliquit me fortitudo mea, & lumen oculorũ ẽt ipſa. Equidẽ filius eius virtus illi erat & fortitudo in omnibus aduerſitatibus. Lumẽ oculorũ & lætificatio cordis in omnibus proſperitatibus. Talis ſiquidẽ dolor fuit i ea maximus.

Separatio filij a dulciſſima matre in paſſione eẽ fuit illi amara.

A Intenſiuè, extenſiuè & oſtenſiuè. Primo enim fuit maximus intenſiuè, quia vſq; ad animam penetrauit, ſicut ei prædixerat Simeon, Lu. 2. c. pertranſibit gladius. Quod verbum antrorſum & retrorſum conſideratum, illarum duarum animarum, ſ. Chriſti & Virginis, miram doloris indicat participationem & transformationem. Vt ſi dicatur, ipſius animam tuā: aut tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Secūdo fuit maximus extenſiuè, quia per quatuor dies continuos ſe extendit. Nam maxime incepit dolor eius feria quarta, quia tūc mors Chriſti fuit tractata & confirmata. Continuatus

Triplicē dolorē habuit Beata Virgo in paſſione filij.

B autem fuit feria quinta, eo q in nocte fuit captus, colaphizatus atq; deluſus. Augmētatus autem fuit vſq; ad feriā ſextam, quia tūc filius eius crucifixus eſt. Dilatatus vero fuit vſq; ad diē ſabbati, quia tunc filius ſuus in ſepulchro clauſus eſt. Tertio fuit maximus oſtenſiuè, eo q dolorem ſuum oſtendebat & demōſtrabat cordis ſingultu, abūdantia lachrymarum, lamentatione clamoroſæ vocis, pectoris tonſione & manuum alliſione. Profecto maxima fuit in ea amaritudo, eo q per turpiſſimam mortem facta eſt ei talis ſubtractio filij ſui.

C *Quod propter cognitionem filij ſui amariſſimum fuit, & ſeparatio eius. Cap. 2.*

SEcundo fuit Beatæ Virgini amarū dulciſſimi filij ſeparatio ratione cognitionis. Tria ſiquidem faciunt ad compaſſionem ex parte compatientis ad illum, cui compatimur. Primum paſſionis vehementia, ſecundum ipſius vehementiæ in compatiente notitia, tertium ipſius ad compatiētem amor & amicitia. Primum inquam eſt paſſionis vehementia. Quanta fuit acerbitas

Tria faciūt ad cōpaſſionem compatiētis.

Primum.

D tas paſſionis Chriſti, inexplicabile eſt omni linguæ Angelicæ vel humanæ. Superat. n. omnis puræ creaturæ capacitatem, quod Tren. 1. cap. per Hieremiam Dominus inſinuat dicens. O vos omnes, qui tranſitis per viam: attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Secundum huius paſſionis apud matrem piam, maxima fuit notitia, quia aſtabat filio ſuo morienti, quem nouerat eſſe filium Dei. Proinde Io. 19. c. ait: ſtabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Tertiū eſt ipſius ad compatientem amor & amicitia: quia ſm intenſionem amoris, intēſio eſt doloris, ſicut infra dicetur. Propterea ſummè cōpaſſa eſt, quia ſummè dilexit eū.

Secundū.

Tertium.

E Non tantum quippe afflicta fuiſſet, ſi illius cruciatus non vidiſſet. Sed cū, vt dicit Anſelmus, prolatam ſuæ mortis ſententiam audiret: cum crucem, cū qua ſuſpēdi debebat, humeris ad locum paſſionis ſubuehere gemebunda aſpiceret, immo cum iam liuidū, verberatū, vulneratum, cruentatū, in cruce pendentem videret. Eſt ne precor quis, qui percipere poſſet qualitatem doloris pectoris eius? Vnde dicere poterat. Quid, dilecte mi? Quid, dilecte votorum meorum? Quid dilecte vteri mei? Quid, dilecte mi, amicā, filiam, matrem tuam tibi aſſiſtentē iam iāq; ex mæſtitia corruentem & patientem non attendis? Quid, dilecte vteri mei, matrem

Anſelm.

F tuam lachrimantem & dolentem iam iāq; anguſtia deficientē non reſpicis? Quid, dilecte vteri mei famulam tuam, miniſtrā tuā, te ad crucem ſequentem, ac gemitus, ſuſpiria, lachrymas amariſſimas producentē iam iamq; ex triſtitia expirātem non aduertis? vt permittas te impijſſimis manibus ſic trahi, in patibulo eleuari, omnibus mēbris extendi, totis viſceribus patefieri, vt ſic animā meā pertranſeat gladius? Verè igitur amarū mare Maria, vt de ea merito dici poſſit illud Tren. 1. Et ipſa oppreſſa amaritudine. ſ. fuit.

Quod maxime propter quinque diligebat beata Virgo Ieſum, ex quibus ſeparatio eius, ſibi amariſſima fuit. Cap. 3. G

TErtio vero ipſi Virgini Mariæ fuit amarum dulciſſimi filij ſeparatio rōne dilectionis: Sicut enim ſuperius tactū eſt, ſm intenſionē amoris, intenſio eſt doloris. Proinde Io. 11. c. Iudæi comprehēderunt erga Lazarum amorē Chriſti ex dolore & fletu: vnde & dixerunt de illo, Ecce quomodo amabat eū. Sed Chriſtus a matre ſua ſummè fuit dilectus: igitur ſubtractio ſua, ſumma fuit ei amaritudo. Similitudo quippe, dilectionis cauſa eſt. Propterea Eccle. 13. c. inquit. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & oīs homo proximū ſuū. Chriſtus enim beatæ Virginis ſimillimus fuit, q a totus de ſubſtantia matris genitus eſt. Propterea ab ea fuit ſummè dilectus. Profecto in eo fuerunt oēs conditiones, pp quas mater diligit filium, & habuit eas in ſummo. Erat quippe Dñs Ieſus Chriſtus præ cæteris omnibus potētior, ſapientior, generoſior, formoſior atq; melior. Iſta ſunt, propter q̄ matres maximè diligunt filios ſuos. Primo quidem

Intenſio amoris oſtendit intēſionem doloris.

Quæ inducūt amorem.

A quidẽ erat cęteris potẽtior. 2. Macha. 15. Eſt Dñs vnus, ipſe eſt in cęlo potẽs. Et propheta ẽtinquit, Dñs fortis & potens. Et Ioſue 24. c. ſcriptũ eſt, Deus. n. ſtãs & fortis æmulator eſt. Scdo aũt erat cæteris ſapientior. Ipſe eſt, qui ſedet in cathedra Dauid miſtice. i. in cruce ſapiẽtiſſimus, vt dr̃ 2. Reg. 23. c. Tertio erat cæteris generoſior: quia, vt dr̃ Eſa. 53. c. Generationẽ eius quis enarrabit? Quarto erat cæteris formoſior: quia ſicut propheta ait, Specioſus forma præ filijs hominũ. Quinto erat cæteris melior: quia, vt dr̃ Sapien. 7. Infinitus. n. theſaurus eſt hominibus. Propter hæc oĩa & cõſimilia fuit ma-

B tris ad filium dilectio ſumma, & per conſequẽs ſumma doloris amaritudo. Vñ Anſelmus præmittens eius dilectionẽ ait: tantam igitur dilectionẽ perpẽdat, qui põt: quibus doloribus, quibus gemitibus, quibus ſuſpirijs cruciabatur, quando eum a ſe crudeliũ manibus auelli, quando ad condemnandũ trahi, quando ad mortem ſubeundam iudicio iudicis iniqui tribunali conſiſtere vidit.

Anſelm⁹.

Quod propter delectationem, quam Virgo de Chriſto habebat, amariſſima erat ei ſeparatio eius. Cap. 4.

C Quarto inſup beatæ Virgini fuit amarũ dilecti filij ſui ſeparatio rõne delectationis. Nã quo maius eſt gaudiũ de alicui⁹ pͣſentia, eo maior eſt dolor de eius abſentia. Sed cõſtat, ꝙ Chriſti pͣſentia matri ſuæ fuit ſummè gaudioſa. Dicit. n. Anſelmus de ortu Virginis. Quo vel gaudio replebatur anima eius: qñ eum, quem toto corde diligebat: quẽ creatorem & dominatorẽ eſſe oium rerum ſciebat, ſecũ edẽtem, ſm ꝙ volebat dulci affatu docẽtẽ habebat, quis capiet? Propterea ei⁹ ſubtractio ſummè amara & doloroſa fuit, vt dicere poſſit illud Ruth. i. Ne vocetis me noemi. i. pul-

Abſentia filij contriſtabat matrem.

Anſelm.

D chrã, ſed vocate me mara. hoc eſt amarã, qa valde amaritudine repleuit me oĩpotens.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De quatuor affectibus, ſeu paſſionibus, ſecundum quas beata Virgo ſummam amaritudinem paſſa eſt propter mortem filij ſui.

Secundo in mari eſt partium relictarum aduſtio. Solis quidem aduſtio ſignat vrentem & ęſtuantem perfectionem vel tribulationem, iuxta illud prophetæ, Per diem ſol non vret te. In beata autem Virgine præter illam amaritudinem, quæ fuit per filij ſubtractionem, fuit maxima amaritudo propter affectionum, ſeu paſſionum ſuarum aduſtionem. Videns enim ſuum vnicum filium atque Dei vnigenitum tot & tanta indignè pati, vehementi tribulationis æſtu interius percuſſa eſt, ac per conſequens multum aduſta, & ſic in immenſum amaricata. Sed, vt hoc apertius capiatur, affectus doloris, qui ſunt de morte amici, conſideremus. Siquidem quatuor affectiones ſeu paſſiones ſunt, quæ F

mortem amici ſequuntur, ſecundum quòd exemplo ſui tradit Auguſt. lib. 4. Confeſſionum. Prima eſt cordis contenebratio, ſecunda mortis repræſentatio, tertia affligentium animaduerſio ſeu conſideratio, quarta inter mortem & vitam vacillatio. Et hæc quatuor conuenienter aptantur beatæ Virgini in filij ſui morte & paſſione.

Quatuor affectiones ſequũtur mortẽ amici.

Quod cor Virginis in morte filij ſui miro modo contenebratum, & per conſequens amaricatum eſt. Cap. I.

G Prima affectio ſeu paſſio de morte amici eſt cordis contenebratio, ſicut ait Auguſtinus, de ſocio ſuo mortuo. Contenebratum eſt cor meum. ſi igitur hoc fuit in amore ſociali, quanto magis in amore maternali, naturali, gratuito & ſociali. Siquidem beata Virgo filio ſuo per maternalem amorem vnita fuit: per naturalem amorem ei copulata fuit: per amorem gratuitum ſummè coniuncta fuit: per amorem ſocialem, ei ꝑ triginta annos ſociata fuit.

Prima affectio.

H Quando igitur proſpexit eum inter latrones ſuſpenſum, tot plagis laniatum & perforatum, & iam morti vicinum, nunquid cor eius non fuit obtenebratum? vnde merito dicere potuit illud propheticum, Cor meum conturbatum eſt in me, ſicut ſupra, in j. cap. præſentis ſermonis dictum eſt. Proinde vbi fuit tanta cordis obtenebratio, maxima fuit amaritudo, vt merito dicere poſſet illud Tren. j. Subuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum.

A *Quod de omnibus, quæ circa mortem Chriſti beata Virgo videbat, ſummam amaritudinem ſentiebat.*
Cap. 2.

Secunda affectio. SEcunda affectio, ſeu paſſio ſequens ex amici morte eſt mortis repræſentatio. quicquid enim aſpicit circa morientem, & cauſam mortis eius, qui de morte amici dolet, mors ſibi videtur, ſecundum *Auguſtinus.* Auguſtinum in 4. Confeſſionum. ait enim: Quicquid aſpiciebam, mors erat. Si igitur in-
B ter amicos, vbi tantum conuictus communicatio eſt, ex hoc tanta eſt impreſſa mortis ſimilitudo, quanto magis fuit in Virgine benedicta & dilecto ſuo filio: inter quos tanta indiuidua & quo ad ortum, & educatum, & famulatum, & amorem tenerrimum amicitia conuincitur extitiſſe, vt videlicet ſumma mortis impreſſio eſſet in ipſa, ex his quæ circa morientem cernebat, ac per conſequens maxima cordis amaritudo, vt verè conueniat illi præcipuè lamentabilis vox Eccleſ. 41. cap. O mors quàm amara eſt memoria tua. Et illud. j. Reg. 15. Siccine ſeparat amara mors?

C *Quod viſio, conſideratio & recordatio eorum, quæ affligebant Chriſtum in Virgine Maria maximam amaritudinem cauſabant. Cap. 3.*

Tertia paſſio. TErtia paſſio eſt affligentium inuentio ſeu conſideratio aut recordatio. Quicquid enim meminerit, illi af-*Auguſtinus.*flictio eſt. Vnde Auguſtinus vbi ſupra, ait: Et erat mihi patria ſupplicium, & paterna domus mira infœlicitas: & quicquid cum illo comederam, ſine illo in cruciatum ver-
D tebatur. Quod ſi in dilectione puri hominis hoc fuit: quanto magis in dilectione Dei & hominis: & non tantum ſocij, ſed vnigeniti hoc fuit. Nam quicquid occurrebat conſpectui glorioſæ Virginis, afflictio & cruciatus fuit, & maximè quando tam amicum filium mortuum tanta crudelitate conſpexit. Si enim Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari, vt dicitur Mat. 2. quanto magis nec Maria Virgo. Vnde Chriſto aſcendente in crucem dici poterat ei illud Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.

Quod tantus erat amor beatæ Virginis ad filium, quòd infinities pro eo mori voluiſſet. Cap. 4. E

QVarta paſſio eſt inter mortem & vitam vacillatio: ait enim Auguſti. in eodem 4. Confeſ. Neſcio an vellem pro illo ſicut de Oreſte & Pilade traditur: vel vellem pro inuicem vel ſimul mori; quia morte peius erat non ſimul viuere. Iſte quidem modus amantium eſt velle pro inuicem mori. Nec dubium hoc erat amoris in Virgine benedicta, vt infinities ſi fieri potuiſſet, ſe morti pro filio tradidiſſet. Si enim hoc voluit Dauid pro filio ſuo: quanto magis hæc pro ſuo, vt magis conueniat ei vox illa. 2. Reg. 18. Quis mihi det, vt ego moriar pro te fili mi? Quippe quaſi animam ſuam diligebat eum. *Quarta paſſio.* F

QVÆSTIO. Cur ergo non eſt mortua beata Virgo, ſi tãto dolore repleta fuit? Siquidẽ hoc audiuimus de vxore Phinees. j. Reg. 4. quod in captione arcæ & viri ſui morte præ dolore mortua eſt. Ad hoc reſpondet Anſelmus, quod mortua fuiſſet, ſi Spiritusſanctus eam non confortaſſet. Vnde ait. Pia Domina non crediderim te vllo puncto potuiſſe ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres ſuſtinere: niſi ipſe ſpiritus vitæ, ſpiritus conſolationis, ſpiritus dulcedinis filij tui. Pro quo moriente tantopere torquebaris: te confortaret, te conſolaretur, te intus doceret non eſſe mortem eum aſſumentem, ſed magis triumphum, omnia ei ſubijcientem, quod in ipſo fieri corã te moribunda videbas. Patet igitur quantos affectus mors filij in Maria habebat, quæ tot amaritudinibus eam replebat. Vnde figurata eſt per Sunamitem. 4. Reg. 4. de qua mortuo filio Heliſeus dicit. Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine eſt. *B Anſelmus.* G

H

ARTICVLVS TERTIVS.

De quatuor, quæ inuicem miſcebantur, ex quibus in Virgine cauſabatur maxima amaritudo.

TErtio in mari eſt aduſtarum partium adinuicem permixtio. Sic & in paſſione Domini ex permixtione cauſarũ doloris in beata Virgine amaritudo maxima cauſabatur. Quatuor fuerunt, ex quibus quaſi quadam commixtione cauſabatur in beata Virgine maxima amaritudo, vel immenſa. Primo ea, quæ vidit in filio.

Secun-

A Secundo ea, quæ vidit circa filium in amicis fugientibus. Tertio ea, quæ vidit circa filium in inimicis perſequentibus. Quarto ea, quæ conſiderabat in occurrẽtibus, quaſi fuerũt in ea aſpectus commixti. Primus reſpectu filij, ſecundus reſpectu amici, tertius reſpectu inimici, quartus reſpectu ſui.

Multa ſtupenda, quæ videbat in filio cauſa fuerunt in Virgine amaritudinis ſummæ. Cap. 1.

Stupẽda q̃ uidit B. Virgo in filio.

Bernardinus.

PRimo quidem fuerunt cauſa amaritudinis & doloris in Virgine ea, quæ vidit in filio. Vidit quippe in eo precium mundi, precio vili diſtractum: fortitudinem Sanctorum in agonia factam: ſpecioſum forma præ
B filijs hominum, ſudore ſanguineum: Dominum mundi vt latronẽ comprehenſum. Virtutem cœlorũ arctioribus vinculis conſtrictum: Columnas cœli contremiſcere facientem, ad columnam vinctum: orbis conditorem, ictibus liuidum: In cuius manu vita & mors, flagellis diruptum & laniatum: Iudicem ſæculi coram impijs vt iudicetur adductum: In cœlis glorificatum & honoratum, a ſceleſtiſſimis ſpretum: Cęlorum regem a ſceleratis illuſum: Caput
C omnium Principum & Poteſtatum arundine percuſſum, & ſic riuulis ſanguineis cruentatum, ſpinis coronatum: & tandem iniuſto iudicio morti adiudicatum. Vidit ſummam altitudinem abiectam vilitate, ſummam deliciam afflictam pęnalitate, ſummam opulentiam circundatam paupertate, ſummam lucem obſcuratam tenebris: ſummum honorem cõfuſum opprobrijs: ſummum amabile afflictum improperijs: Vidit inſuper quòd cãdet nudatum pectus: Rubet cruentatum latus. Quòd tenſa arent
D viſcera, Quòd decora languent lumina, Quòd regia pallent ora, Quòd procera rigent brachia, Quòd crura pendent marmorea, Quod rigat tenebratos pedes beati ſanguinis vnda. Verè igitur in amaritudine erat anima Mariæ ſpectans hæc & contemplans omnia, vt dicere poſſit illud Tren. 3. Repleuit me amaritudinibus & inebriauit me abſinthio.

Quod magnam amaritudinem præſtiterunt beatæ Virgini ea, quæ vidit in diſcipulis & amicis Chriſti tempore paſſionis eius. Cap. 2. E

Fuga Apoſtolorum mæſtitiã attulit B. Virgini.

SEcundo quidem fuerunt cauſa doloris & amaritudinis in Virgine ea, quæ vidit circa filiũ ſuum in amicis fugientibus, quando. ſ. diſcipuli, Petrus & alij in apoſtolatum electi ſecretorum eius conſcij atque familiares in cunctis effecti inſtante paſſionis hora fugam inierunt: & eum, pro quo paulo ante ſe mori ſpoponderant, ſolum cum matre ſola reliquerunt. Proinde inducit eam Anſelmus ſic loquentem. Vadis propitiator ad immolandum pro omnibus: non tibi occurrit Petrus, qui dixit, *Anſelmᵘ.*
pro te moriar. relinquit Thomas, qui ait, F
Cum eo omnes moriamur: & nullus ex his niſi tu ſolus duceris: qui me caſtam cõſeruaſti filius meus & Deus meus. Sed dices, ꝙ ei magnum ſolatium fuit, ꝙ Ioannes recepit eam in matrem. Sed que in hoc conſolatio, vbi æterni pro tẽporali eſt cõmutatio? O commutatio deploranda, pro æterno & incommutabili Deo, purũ & corruptibilem hominem: pro naturali & vnico filio, alium accepit in filium. O Dña, qui precor, cogitatus in te ſuccedebant, quãdo G
tam ineffabilem cõmutationẽ ab ipſo, quẽ ſuper omnia diligebas, tibi fieri audiebas? Verè pertrãſiuit animam tuam gladius tãti doloris. Cogita ergo, quanta fuit amaritudo in corde Virginis benedictæ.

Quod magnam amaritudinem beatæ Virgini præſtiterunt ea, quæ vidit fieri a perſequentibus Chriſtum. C. 3.

TErtio verò cauſa fuerunt amaritudinis & doloris in Virgine ea, quæ vidit circa filiũ in inimicis ꝑſequẽtibus. H
Magna profectò fuit in Virgine amaritudo, qñ impios Iudæos vidit malignis minis vnicũ filium ſuũ impetentes, nefandiſſimis contumelijs afficientes, in quẽ deſiderãt Angeli proſpicere alapis cędentes, immũdiſſimis ſordibus cõſpuẽtes, ligãtes, flagellãtes, beatos oculos velantes, & impijſſimis verbis illudẽtes, ſpinea corona coronantes, crucifigentes, manus & pedes ꝑforantes, inter latrones ſuſpẽdentes, & hoc in ſolẽni die, in regia ciuitate, in cõi frequẽtia populorũ, & in loco damnatorũ. Intuebat ꝙ erat inter eiulatus vicinorũ, ꝙ inter

Sæua Chriſti perſecutio attulit moleſtiam B. Virgini.

A lamenta propinquorum, ꝙ inter opprobria
exprobrantium, ꝙ inter inſultationes inui-
dentium, ꝙ inter irriſiones illudentium, ꝙ
inter oblocutiones maledicentium.

*Quod quia beata Virgo paſſioni filij præ-
ſens erat, nec illum poterat adiuuare,
aut ei modo aliquo ſubuenire, ideo ma-
xime cruciabatur. Cap. 4.*

QVarto inſuper fuerunt cauſa amari-
tudinis & doloris in Virgine ea, quę
B conſiderabat in occurrentibus, ſci-
licet in paſſione. Tria profe-
Quia augebant dolorē i Virginem in Paſſione Chriſti.
cto in tunc occurrentibus maximè conſide
rabat, quæ ſibi augmentabant amaritudinē
& dolorem. Primum erat præſentia, ſecun-
dum impotentia, tertium erat neſcientia.
Primum erat præſentia: quia ſcilicet erat
præſens ad videndum, eo ꝙ ſub oculis eius
Primum.
filium ſuum crucifigi & lacerari videbat.
Multum ſi quidem dolet mater, quando au-
dit morte horribili filium ſuum mori: ſed
maxime cruciatur, quādo ante oculos ſuos
videt filium ſuum vulnerari atque occidi.
Quanto ergo dolore Virgo benedicta cru-
ciabatur, quando videbat filium ſuum mor
C tuum, tanta confuſione & cruciatu, & an-
Secūdū.
te oculos ſuos. Secundum erat impotētia,
quia ſcilicet impotens erat ad adiuuādum.
Magna conſolatio eſt matri, quando aſſiſtit
filio morienti, & in aliquo poteſt ſubuenire
illi. Sed Virgo beata in nullo poterat ſubue
nire filio ſuo. Audiebat illum ſitire, nec po
terat ei porrigere potum. Videbat corpus
eius vulneribus laceratum, nec poterat eius
vulnera alligare & aliquod remedium ad-
hibere. Cernebat corpus illius cruentatū,
nec poterat linteo abſtergere & prouidere.
Conſiderabat ipſum male tenere caput, &
D illud non poterat ſuſtentare. Conſpiciebat
eum in cruce flētem, & lacrimas eius ter-
gere non valebat. Proſpiciebat ſanguinem
eius in terram fluentem, & illum recollige-
re non poterat. Cōtemplabatur ipſum ani-
mam expirantem, & illū non poterat oſcu-
lari & amplexari. Proinde dicere poterat
illud, quod dicitur. j. Reg. j. Mulier infęlix ni
Tertium.
mis ego ſum. Tertiū erat neſcientia: quia, ſ.
inſcia erat ad auxilium vel conſilium poſtu
landū. Omnes quippe diſcipuli fugerant,
nulluſq; aderat, a quo poſſet conſiliū vel au
xilium poſtulare: nullūq; in tāta tribulatio-
ne ipſa & filius eius auxiliatorē inuenit. Vn
de in perſona Dñi vel Virginis Eccleſia. 51.
c. ait: Reſpiciens eram ad adiutorium homi- E
num, & non erat. Nullūq; habuit compa-
tientē: & de hoc etiam in perſona Dñi pro-
pheta ait: Suſtinui qui ſimul contriſtaretur,
& non fuit. Et quod admirabilius eſt, nullū
habuit conſolantē. Ideo ſequitur, & qui cō
ſolaretur, & non inueni. Nullū inſuper ha-
buit aſſociantē. Vnde Iob 19. c. in perſona
Dñi inquit. Dereliquerunt me propinqui
mei: & qui nouerunt me obliti ſunt mei. Et
iterū propheta ēt in perſona ſtupētis Chri-
ſti ad patrē ait. Elongaſti. i. elongari permi-
ſiſti, o pater, a me amicū & proximū & no-
tos meos a miſeria, vt ſit interiectio dolen-
tis vel admirantis, vel a miſeria. ſ. amicus & F
proximus elongati ſunt a me. Quando igi-
tur beata Virgo Maria hęc omnia perſpexit
& apud ſe de omnibus iſtis contulit, nun-
quid non ſummam amaritudinem habuit?
Verè igitur amarum mare Maria, in quo tot *Vere amarū nomē Marię.*
fluctus & flumina amariſſima intrauerunt.
Singula quidē circunſtantia paſſionis quaſi
flumen ſingulum eſt doloris, & per conſe-
quens amaritudinis. Propterea ad eam me-
rito dici poteſt illud Tre. 2. c. Magna eſt ve-
lut mare contritio tua. Et hoc mare per im
patientiam non redundabat, ſed omnia iſta
flumina in ſe per ſuſtinentiam abſorbebat,
ſicut Ecceſ. j. c. miſticè ſcriptum eſt. Omnia
flumina intrāt in mare, i. in Mariam: & ma- G
re non redundat, ſ. per impatientiam: redū-
dat tamen in nos per eam mare largitatis di
uinæ, quia de plenitudine eius accepimus
omnes in præſenti gratiam & in futuro glo
riam: quam nobis miſericorditer largiatur
dulciſſimus & dilectiſſimus filius eius, qui
cum Deo patre & Spiritu ſancto gloria eſt
omnium beatorum, per infinita ſæcula ſæ-
culorum, Amen.

*De glorioſo nomine Virginis Mariæ, &
quomodo Maria Domina inter-
pretatur.* H

Sermo Tertius.

NOmē Virginis Marię. Iterū vbi
ſup. Lu. 1. Teſtis eſt conſcien
tiæ Deus, quòd ſi quando cę- *Quō nomen Maria ſignificat Dominam.*
leſti gratia largiente exterio-
ribus curis exemptus, laudi-
bus Virginis valeo totus, vel per horulam
occupari, tanta mentis lætitia ſaucior: tan-
ta interius ſuauitate perfundor, vt cunctis
mundi vanitatibus & concupiſcentijs con-
culcatis, nil malim, aut appetam quàm cum
ipſo

A ipſo lætitiæ ſpiritu, ſi daretur exilire ſtatim ad Dominum antequam illud gaudij ſpiritalis curis iterum redeuntibus auferatur: & ſtimulante memoria delictorum cithara mihi vertatur in luctū: & iubilus, prohdolor, in lamentum. Vide igitur quantæ ſit fælicitatis & gloriæ in illa patria Dei genitricem & Virginem benedictam ſtipatam ordinibus Angelorum, choris virginum comitatam, vultu pleniſſimo gratiarum in ſuę dignitatis ſolio præſidentem reuelata iam facie contemplari: quando quidem in ſordibus carnis adhuc & mundi luto degentibus tam læta contingit in eius nominis contemplatione ſentire. B Ad ipſum itaque Mariæ nomen iterum cōtemplandum, iterum atque iterum deſcendere libet. Satis igitur ſuperius declaratum eſt, quomodo Maria interpretatur ſtella maris, & amarum mare: iam deſcendere libet ad tertiam contemplationem illius, ſecundū ꝙ Maria Domina interpretatur. Et circa hoc tria conſideremus. Primo dominij diffinitionem ſeu proprietatē, ſecundo eius dominij magnitudinē, tertio ſui dominij multiplicationē.

Articvlvs Primvs

C *De vera dominij vel dominationis diffinitione, quæ Beatæ Virgini oſtenditur conuenire.*

PRimo quidem conſideremus dominij diffinitionem ſeu proprietatem. Nam illa vera dominatio eſt, quæ nulli prælationi eſt obnoxia, ideſt ſubdita: nullius adiutorio eſt innixa: nullius eſt ſubiectionis indigna: Et in omnes per prouiſiuam ſui bonitatem affluentiſſime largiſſima vel profuſa eſt. Cum igitur hæ proprietates primo & per ſe in ſolo Deo reperiantur, D conſequenter in Maria inueniuntur. Quod ſic patere poteſt, ſi de ſingulis ſubiungamus.

Quod dominium Beatæ Virginis ſeu beata Virgo nulli puræ creaturæ ſubiecta eſt. Cap. 1.

Primo. PRimo quidem dominatio eſt vera, quæ nulli prelationi eſt obnoxia. Sic & beata virgo. Nullius quippe puræ creaturæ prælationi obnoxia eſt. Quomodo enim ſubijceretur creaturæ, quæ mater effecta eſt creatoris? E immo mater Domini omnis creaturæ, effecta eſt domina omnis creaturæ: igitur quia genuit creatorem, domina facta eſt omnis creaturæ. Vnde merito dici poteſt ad quamlibet creaturam illud Gen. 16. Reuertere ad dominā tuā & humiliare ſub manu ipſius. ad literam dicitur ad Agar de Sara. Quippe ipſa eſt verè Sara, quæ princeps interpretatur: quæ verū genuit Iſaac. ſ. filiū Dei, in cuius ſemine benedicentur omnes gentes, per quem omnis creaturæ principatum habuit. *B. Virgo myſtice dicitur Sara.* Proinde Eccleſ. 24. in perſona Virginis Marię ait. In omni gente & F populo primatum habui. immo, ſi fas eſt dicere: non tantum facta eſt Domina omnis creaturæ, verū etiam ipſius creatoris, ſicut Lu. 2. c. ſcriptum eſt, Et erat ſubditus illis. Proinde hæc eſt vera: Deo ſubdita eſt omnis creatura & beata Virgo, Beatæ Virgini ſubdita eſt omnis creatura & Deus. vnde Ber. ſuper Miſſus eſt, Homil. 2. inquit. *Bernardus.* Deus cui ſeruiunt principatus & poteſtates obediunt. ſubditus erat Mariæ, nec tantum Mariæ, ſed & Ioſeph propter Mariam. Hæc. n. eſt humilitas ſine exemplo, ſublimitas ſine ſocio. verè igitur beata Virgo domina eſt.

G

Quod dominatio glorioſæ Virginis nullius creaturæ adiutorio indiget. Cap. 2.

Secundo. SEcundo nullius adiutorio ſeu auxilio eſt innixa, ſic & beata Virgo. Cui enim inniteretur, quæ ab æterno Rege Dei filio ſuſtentatur, ipſa miſticè eſt Heſter, ad quam exilijt Rex de ſolio, ideſt Dei filius de cęlo ſuſtentans illam vlnis ſuis. Heſter 15. Heſter, eleuata in populis interpretatur. Et merito ſignificat Virginem benedictam, dominam omnium populorum. H Præterea cuius auxilio inniteretur Virgo benedicta, niſi ſuper dilectum ſuum, in quo eſt omn ū conſolationum abundantia, omnium bonorum copia, & omnium delectationum & ſuauitatum affluentia. *B. Virgo ob ſingula rā eius ſtantiam non indiguit præſidio alicuius creatura.* Vnde Canti. 8. admirantur Angeli, atque dicunt: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum. Vnde Bern. in ſermone de vigilia Natiui. ait. Plena eſt gratiarum, plena eſt rore cœleſti, innixa ſuper dilectum ſuum, delitijs affluens puella pręparata & præelecta altiſſimo filio. verè igitur domina eſt.

A *Quod dominatio glorioſæ Virginis nullius ſubiectionis indigentiam habet.*
Cap. 3.

Tertio. TErtio nullius eſt ſubiectionis indigẽtia. Sic & beata Virgo Mariæ: ipſa enim habet filiũ, in quo ſunt omnia, ſecundum Apoſt. Ro. 2. Quia igitur omnia in filio poſſidet, quomodo alicuius rei indigere poteſt? Siquidem bonorum noſtrorũ non eget. hæc eſt miſticè Anna, quæ veriſſimè dicere potuit cum Ioſeph, illud Tho. 10. Omnia ſimul in te vno habentes non debuimus dimittere te a nobis, quando. ſ.
B reuerſi a Hieruſalẽ per iter diei & dolentes quærebant eum. Lu. 2. Pręterea omnis indigentia alicuius eſt, vt aut id quod non habetur acquiratur, vel quod habetur cuſtodiatũ. Sed quid non habet hæc Domina mundi, quæ ab Angelo prædicata eſt gratia plena? Quippe omnium bonorũ mater eſt, Sapiẽ. 7. igitur nullius indiget. Cuius etiã cuſtodię indiget, quæ Spiritum ſanctum in ſe ſenſit ſuperuenientẽ, virtutem altiſſimi obũbrantem, filium Dei ex ipſa naſcẽtem: & poſt in cęlum ipſam aſſumẽtem & ad eius dexterã collocantẽ? Siquidẽ poſitus eſt tronus ma-
C tri Regis, quæ ſedebat ad dexteram eius, vt miſticè. 3. Reg. 2. c. de beata Virgine dictum eſt. Merito ergo Domina nuncupatur.

Quod Virgo beata donorum, & beneficiorum largiſſima diſpenſatrix eſt.
Cap. 4.

QVarto in omnes per prouiſiuam ſui bonitatem affluentiſſime largiſſima eſt ſic & glorioſa Virgo Maria: hoc enim verè pertinet ad dominationem, vel principatũ, ſcilicet larga donorum vel beneficiorũ collatio. Vnde Heſter. 2. de Rege Aſſuero dictum eſt, ꝙ dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem. Sic & beata Virgo largiſſima eſt. Pro-
D inde Bern. ibi ait, Inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. Deniq; omnibus omnia facta, omnibus miſericordiæ ſinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi. Quod ſi non recipiant aliqui, hoc eſt propter recipientium impedimentum, non propter largitatis eius defectum: quoniam adiuuante filio ſuo, quandiu aſſiſtunt vaſa ipſa oleo lætitiæ & miſericordiæ, *illa implet*, vt miſticè. 10. Reg. 4. poſitum eſt: Hęc eſt Regina Sabba, quæ precioſa aromata, i. virtutum munera attulit Hieruſalem, id eſt ad eccleſiam ſanctam. vnde miſticè. 3. Reg. E
10. ſcriptum eſt. Non ſunt allata aromata, tam multa, quàm illa, quæ dedit Regina Sabba Regi Salomoni. Verè igitur domina dicenda eſt.

B. Virgo diſpenſatrix pia diuinorũ munerũ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De magnitudine dominij Virginis benedictæ, & quòd in quatuor reginæ eius dominium apparet magnum.

SEcundo cõſideremus dominij Virginis magnitudinem: Siquidem tãto maior eſt Dominus, quanto maius dominium F
habet. De magnitudine dominij illius in perſona eius Eccl. 24. c. ait. Girum cœli circuiui ſola, & profundum abiſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti, & in omni populo & in omni gente primatum habui. In quibus verbis exprimit magnitudinem dominij ſui, videlicet quia dominatur in quatuor regnis, Primo in cœlo, ſecundo in inferno, tertio in purgatorio, quarto in mundo.

Quod beata Virgo eſt Regina & Domina cœli, & in gloria ſuperat omnes Sanctos. Cap. 1. G

PRimo enim inquit, ꝙ dominatur in regno cęli. propterea dicit, Girum cœli circuiui ſola. Ipſa quippe tanquam domina cęlorum cœlum circuiuit & vbiq; principatum eius accepit: vel dicitur circuire girum cœli, quia omnes Sanctos circuit atque girat & ſuperat in gloria ſempiterna: eſt etenim mater Dei. Maius eſt. n. ꝙ ipſa ſit mater Dei, q̃ ꝙ ſit domina creaturarũ Dei. Hoc. n. depẽdet ab illo, ſicut ramus a radice ſua. Proinde certitudinaliter tenendum eſt, ꝙ ipſa ſit ſuper oẽm puram creaturã in gloria exaltata, tanquam ꝑ ſe implens & continens vnũ H
integrũ & totalem ſtatum, cui ſm rectã rationẽ altera perſona cõgruè non pôt addi, quia ipſe ſtatus ex ſui ratione propter dignitatem incommunicabilẽ exigit vnitatẽ. Sicut enim nullatenus decet plures eſſe Chriſtos: nec Deum plures homines eſſe: ſic nullatenus decet Dei filium, niſi vnam ſolã matrem naturalẽ habere. Sed ratio naturalis ex gratuita lege apertè oſtẽdit atq; directè dictat, ꝙ mater Regis omniũ eſt in ſede regia ſuper omnes miniſtrorũ ordines collocanda.

B. Virgo dominat̃ quadruplici regno.

Maria Virgo eſt ſuper oẽm purã creaturam.

Maternitas Virginis.

A candia. Proinde quia eſt electa in matrem, eſt electa ad dignitatem tranſcendentem omnem dignitatem miniſtrorum, & famulorum: quia ratio materni amoris eius, qui fertur in Deum, vt in filium ſuum realem a nullo alio affectu cuiuſcunque, non eſt realiter mater Dei, præterquàm ab illa vnquàm participari poteſt. Præterea anima Chriſti, & Chriſtus in quantum homo tranſcendit omnem ordinem naturæ creatæ. Gradus enim matris conformis eſt ipſi homini Chriſto: cuius humanatio intantum tranſcendit totum ordinem primæ conditionis, quòd omnino eſt extra, & ſu-
B pra integritatem ordinis vniuerſi: propterea non potuit contineri ab vniuerſo. Sed dignitas maternitatis Dei ſic operi incarnationis connexa eſt, quòd omnino aliter non potuit dari. vnde Eccleſia ad Virginē ait. Quia quam cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. Merito ergo ait Beata Virgo. Girum cœli circuiui ſola. Ex hoc enim Bern. in quodam ſermone exclamans ait. O venter capacior cœlis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus mundus comprehendere non potuit: & qui tribus digitis molem terræ appendit. Magnum eſt ergo
C dominium eius, vt merito per anthonomaſiam Domina nominetur. Sed de hoc latius in Quadrageſimali primo, de Chriſtiana Religione, ſermone 61. articu. 3. quaſi per totum.

Quòd Beata Virgo dominatur omnibus dæmonibus infernorum.
Cap. 2.

Virgo dominatur in regno inferni.

SEcundo dicit, quòd dominatur in regno inferni: propterea inquit, Et profundum abyſſi penetraui. Non enim tantum dominatur dæmonibus, qui ſunt
D in ſuperficie ipſius inferni: nec inſuper tantum mediocribus, qui quaſi ſunt in medio: ſed inſuper & maxime qui ſunt quaſi in profundo. propterea non ait, Penetraui ſuperficiem ſeu medium, ſed profundum abyſſi. Merito ergo competit ei etimologia huius nominis. ſecundum enim Catholicon, & Papiam, Dominus vel Domina dicitur quaſi domans manus, quia ipſa domat dæmonum manus, & poteſtates. Proinde Geneſis 3. cap. miſticè dæmoni dictum eſt, Ipſa conteret caput tuū. Et ipſa Eccleſiaſt. 24. cap. ait: Omnium excellentium, & humilium alias ſublimium

Dominus & Domina vnde.

colla propria virtute calcaui. Sicut enim E
ſerpens vicit humanum genus mediante peccato Euæ inclinante Adam ad vetitum cibum, conſummatio vero fuit in eſu Adę: ſic per meritum Virginis inclinantis ad ſe Deum, vt aſſumeret carnem noſtram inchoata eſt conculcatio Sathanæ, & reparatio noſtra: & per Deum incarnatum conſummata eſt. Proinde miſticè Apocal. 12. cap. dicitur, Mulier amicta Sole, id eſt, veritate ſolari, ſapientia, & charitate Chriſti, habens ſub pedibus Lunam, id eſt temporalia, & creata, & ſtans in cœlo, id eſt in ſupercœleſtibus mente, & contemplatione ſtabiliter fixa: habens in vtero, id eſt in F
viſcerali, & maternali affectu filium Dei, & totum miſticum Chriſtum: hoc eſt caput cum toto corpore electorum, atque triumphat de dracone rufo habente capita ſeptem, & cornua decem, id eſt triumphat de diabolo, qui principium eſt omnis virulentæ malitiæ. Nam omnia capitalia vitia, & vniuerſa præuaricatio præceptorum Dei ex eo initium ſumpſit.

Quòd Beata Virgo dominatur etiam ijs, qui in Purgatorio ſunt. Cap. 3.

G

TErtio ſubdit, quòd in regno Purgatorij dominium tenet: propterea inquit, Et in fluctibus maris ambulaui. Pœna ſiquidem purgatorij, ideo dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt: ſed additur maris, quia nimium eſt amara. vnde 25. diſtinct. cap. qui in aliud ſeculum. Auguſt. ait, Qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. hic ignis, & ſi non ſit æternus, miro tamen modo grauis eſt. Superat enim omnem pęnam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita, vel pati poteſt. Idem quoque ponitur de pœniten. diſtinct. H
vlti. in fine. vbi etiam ſubinfertur. Nunquam in carne inuenta eſt tanta pœna: licet mirabilia martyres paſſi ſint tormenta, & multi nequam quanta ſæpe ſuſtinuerunt ſupplicia. Et ab ijs tormentis liberat Beata Virgo, maxime deuotos ſuos. Et hoc eſt quod ait, Et in fluctibus maris ambulaui, ſcilicet, viſitans, & ſubueniens neceſſitatibus, & tormētis deuotorum meorum: immo & omnium, qui ibi exiſtunt, quia filij eius ſunt, cum ſint filij gratiæ, & in gratia confirmati, atque de gloria certificati.

De dominio Virginis in regno Purgatorij.

Quòd

A *Quòd Beata Virgo omnium ſtatuum animarum, quæ in mundo ſunt, dominium habet. Cap. 4.*

Dominatur in regno mundi B Virgo.

QVarto ſubdit, quòd dominatur in regno mundi. Et de hoc inquit, In omni terra ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui. Tria genera hominum in regno mundi reperiuntur. Primi ſunt carnales, ſecundi ſunt ſpirituales, tertij ſunt animales. ſeu primi ſunt timentes, ſecundi ferventes, tertij negligentes. ſeu quidam ſunt mali, quidam boni, quidam tepidi. Primo
B dominatur malis & terrenis, qui terrena ſapiunt, eos ad pœnitentiam reducendo. ideo inquit, In omni terra ſteti, quia inter peccatores qui terra ſeu terreni ſunt, non iacet neque ſedet, ſed erecta ſtat ipſos adiuuando, protegendo & a vitijs retrahendo. *Bernardus.* Merito ergo peccator, audi Bern. in quodã ſermone dicentem. Si criminum immanitate turbatus, ſi conſcientiæ immanitate confuſus, ſi iudicij horrore perterritus, ſi baratro deſperationis abſortus, Mariam cogita, Mariam inuoca: non recedat a corde, non recedat ab ore. Nam ipſam cogitans, non erras: ipſam ſequens, non deuias: ipſa
C tenente, non corruis: ipſa protegente, non metuis: ipſa duce, non fatigaris: ipſa propitia, peruenis: & ſic in temetipſo experiri poteris, quàm merito dictum ſit, Et nomen Virginis Maria. Secundo dominatur bonis, eos in gratia multiplicando, & conſeruando, propterea ſubdit, Et in omni populo. populus enim dicitur a polis, quod eſt ciuitas. Eſt enim, ſecundum Catholicon, populus humanæ multitudinis cętus iure, conſenſu & concordi communione ſociatus. Et ſignificat bonos, in quibus eſt vnio voluntatum. In ijs Beata Virgo primatum tenet, atque eos in Dei gratia fo-
D uet. Tertio dominatur tepidis, eos in charitatis feruore proficere faciendo, propterea ſubdit: Et in omni gente primatum habui. Gens dicitur a gigno, gignis: quia ſunt ſicut geniti extiterunt: per baptiſmum ſiquidem generatur homo. Vnde 1. Corinth. 4. Apoſt. Corinthijs ait. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui. Sunt profecto homines quidam, qui in nullo bo no proficiunt, & nullam virtutem apprehendunt: ſed ſicut geniti ſunt, non in innocentia, ſed in negligentia, & deſidia viuunt. Tali enim Apoc. 3. c. a Domino dictum eſt: Vtinam calidus eſſes, aut frigidus.

calidus, ſcilicet per amorem: aut frigidus, E ſcilicet per timorem. ſed quia tepidus es, id eſt a bono opere torpens, neque calidus, neque frigidus, id eſt, neque diligens, neq; timens, ſcilicet tanquàm infans nuper baptizatus, incipiam te euomere ex ore meo, quia tales diuino iudicio abominabiles ſiũt Deo & mundo. In talibus Beata Virgo primatum habet, quia eos ad amorem, aut ad timorem ſolicitat & inducit.

ARTICVLVS TERTIVS

De multiplicatione dominij Beatæ Mariæ Virginis, & de quadruplici multiplicatione ſubditorum eius. F

TErtio conſideremus dominij Virginis multitudinem. Quippe quo maior eſt ſeruorum multiplicatio, eo excellentior eſt dominatio. multos equidem Maria habet ſubditos, quibus magnificè dominatur. Et hi in quatuor genera diſtingui poſſunt. Primi ſunt ſerui, ſecundi ſunt amici, tertij ſunt filij, quarti vero ſunt inimici. Pro quo Canti. 6. cap. miſticè ſcriptum eſt. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies G ordinata?

Quòd merito Beatæ Virginis peccatores ad Dominum conuertuntur. Cap. 1.

PRimo dominatur ſeruis, id eſt, ad Dñm de nouo conuerſis: & in hoc eſt quaſi aurora cõſurgens, effugans atque expellens ab eis omnes tenebras præteritæ culpæ, & afferẽs lucem gratificantis gratiæ. Proinde Canti. 4. cap. in die Aſſumptionis Beatæ Virginis a Domino dictum eſt. Veni de Libano H ſponſa mea, veni de Libano: veni, coronaberis de capite Amana de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, & de montibus pardorum. ait enim. Veni de Libano: Libanus enim candidatio interpretatur: & ſignificat mundum propter candorem vanitatis ſuæ. Vnde Iſa. 10. c. de mundi vanitate inquit. Libanus cum excelſis cadet. & Naum 1. Flos Libani elanguit. Et gloriam de conuerſione peccatorum ei promittens nominat diuerſos Paleſtinæ montes, per quos conuerſi de ſceleribus merito Beatæ Virginis ſignificantur,

vnde

A vnde ait: Coronaberis de capite Amana. Amana enim interpretaẽ coanguſtatio opprimens, & ſignificat per violentiam animorum oppreſſores. Sanir interpretatur nocturna auis: & ſignificat per ignorantiã offendere. Hermon interpretatur anathema meroris, vel triſtitiæ, & ſignificat omnes offendentes per proſperitatem, atque delitias. Per cubilia leonum intelliguntur raptores, atque violenti. Per montes vero pardorum, deceptores, proditores, & fraudulenti ſignificantur. Pardus enim maculoſum animal eſt, habens maculas multas varij coloris in pelle ſua. Proinde me-
B rito antedicti ſignificantur.

Quòd nulla gratia ad animas de cœlo deſcendit, quæ non a Virgine Maria diſpenſetur. Cap. 2.

SEcundo dominatur amicis, id eſt, ſpiritualibus & deuotis: & in hoc eſt pulchra vt Luna, quia diſpenſat eis diuinæ ſapientiæ lucem & cœleſtis gratiæ rorem. Vnde Bern. ait: Nulla gratia venit de cœlo ad terram, niſi tranſeat per manus Mariæ. hinc Hieronymus in ſermone de Aſſumptione ait: In Chriſto fuit plenitudo gra-
C tiæ, ſicut in capite influente: in Maria vero ſicut in collo trãsfundente. propterea Canti. 7. de Virgine ad Chriſtum Salomon inquit, Collum tuum ſicut turris eburnea. Nã ſicut per collum ſpiritus vitales a capite diffunduntur per corpus; ſic per Virginem a capite Chriſto vitales gratiæ in eius miſticum corpus, & ſpecialius in amicos, atque deuotos continue transfunduntur. Vnde iſte eſt hierarchicus ordo, & defluxus cœleſtium gratiarum, vt prius a Deo defluat in Chriſti animam benedictam: quia vt dicitur Iac. 1. Omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. De-
D inde defluat in animam Virginis, inde in Seraphin, deinde in Cherubin: & ſic ſucceſſiuè in alios ordines Angelorum, atque Sanctorum: demum in eccleſiam militantem, & maxime in amicos Dei, & Virginis glorioſæ.

Bernardus. *Hieronymus.*

Quòd Beata Virgo eſt domina Angelorum & incomparabilis ſuperat in gloria totam multiplicationem Beatorum. Ca. 3.

TErtio dominatur filijs, id eſt, Angelis. Et in hoc eſt electa vt Sol, ſcilicet ad irradiandam totam multitudinem ſpirituum beatorum. Cum autem E
Beata Virgo Regina ſit cœli, & mater filij Dei, tantum habet ſeruorum numerum, quot filij ſui implent myſterium. ſed ſecundum Hug. de Sancto Victo. ſuper 9. cap. de Angelica hierarchia, Sola diuina ſcientia, quæ omnia nouit, ſcit numerum ſupernarum virtutum, & ſola diſcernit eas, & plene cognoſcit. vnde ſecundum quoſdã, ſolus numerus Angelorum ſuperat athomos in aere volitantes. Si igitur tantus eſt numerus Angelorum, quãtus erit aliorum ſpirituum ſupernorũ? cum ſecundum quoſdam pro quolibet Angelo ſint decem Archangeli: pro quolibet Archangelo ſint de- F
cem Principatus: & ſic de ſingulis aſcenden do. Huius quidem opinionis ratio eſt, quia ſecundum Apoſt. 1. c. ad Roma. Inuiſibilia Dei a creatura mũdi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Sed ſecundum naturales, aqua in decuplo maior eſt quàm terra: & aer in decuplo maior eſt q̃ aqua: & ignis in decuplo maior eſt, q̃ aer. Et ſecundum quoſdam, de ſingulis recte eſt vſque ad empyreum cœlum. Ex his igitur viſibilibus ſecundũ regulam Apoſtolicam trahi poteſt, quòd in decuplo ſunt plures Archangeli, q̃ Angeli: Principatus q̃ Archangeli, & ſic de alijs cunctis. Omnes igitur G
Angelici ſpiritus ſunt huius glorioſæ Virginis miniſtri, atq; ſerui. Quomodo enim non eſſent ſerui illius, per quam eorũ quantum ad numeri integritatem reparatio facta eſt, per cuius filium eorundem facta eſt purgatio, illuminatio, & conſummatio, id eſt, gloriæ conſummatæ perfectio. Verè igitur Domina dici poteſt, atque merito habent de illa omnes cœleſtes ſpiritus confiteri, & dicere illud. 4. Reg. 10. Serui tui ſumus, quæque iuſſeris faciemus. Merito ergo competit ei nominis etimologia: quia ſecundum Papiam, Dominus vel Domina dicitur eo, quòd domui præſit. ipſa quippe H
præeſt domui Dei, id eſt, empyreo cœlo. Eccleſiaſtico teſte, qui 26. cap. de ipſa ait. Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei: ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamento domus ſuæ.

Angeli oẽs ſubijciũtur B. Virg. imperio.

Quòd Beata Virgo omnes dæmones terret virtute ſua. Cap. 4.

QVarto dominatur aduerſarijs & inimicis. Dicitur enim Dominus vel Domina, quaſi dans minas, ſecundũ Papiam, & etimologia eſt. Ipſa

A Ipſa enim inimico humani generis dominatur, & minas infert: propterea Salomon ſubdit, Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Nouerunt illi, quorum vſus eſt in rebus bellicis exerceri, armatas acies, & in prælium ordinatas quanti ſit decoris pariter & timoris aſpicere, quantum apparatus delectet & exterreat armatura. Cum videas in campis patentibus digeſta per ordinem hincinde fortium agmina bellatorum, vexilla fulgentia, ſcuta diuerſi generis & coloris, rutilas caſſides & ferri ſpecies animatas: pugnantes eminus haſtas, & longe minantia tela: acutos gladios &
B imbui cruore paratos: Armorum ſtrepitus, hynnitus equorum, euentum belli ſaltu fremituque monſtrantium: pauescere ſingulos, & tamen virtutis ſigna prætendere. Alios impetum facere, alios obſtare currentibus, alios turmas inſtruere, alios in cumulum cogere diſgregatos. Omnes ſignum Ducis & vultum attendere indifferenter, vtrunque victoriam mortemq; ſpectare. Quis hæc ſine delectatione peruideat, ſine terrore pertranſeat? Sic & Virgo Maria gratiarum nomine plena, varijsq; virtutibus metuēda: domeſticos fidei mulcet ſpe pietatis, & hoſtes iure poteſtatis ex-
C terret. Prima enim vitijs bellum indixit, prima contra carnis inſultus virtutum acies ordinauit, dum & virginitatem elegit, & eam humilitatis cuſtodia communiuit, per quod & diabolo terrorem incuſſit, & ſanctis ſponſa facta eſt, & ſuauis. Cum enim fortis armatus ſuum cuſtodiret atrium in quiete hominemq; peccatis obnoxium iure tyrānico poſſideret, vbi ſolutis vitijs noua ſenſit virtute reſiſti, ſubito cōſternatus,

Bella mihi video, bella parantur ait.

Indeque cœpit hoſtis expaueſcere: vnde fidelibus datum eſt exultare. Et ſic vna ſimul, & eadem pro diuerſis effectibus ap-
D paruit terribilis & decora: quando & illis forte in prælio, & nobis ducem pacificum parturiuit. Hinc ſpecioſa dicta eſt, & ſuauis: quia dum merito caſtitatis excelleret vniuerſas, vt pareret in forma ſerui Dominum maieſtatis, humilitatem ſpiritus ſumma curauit diligentia cuſtodire, ne quo faſtu ſuper hominem raperetur, quæ ſuſceptura erat ab Angelis minoratum. Intelleximus igitur dominij Virginis proprietatem, magnitudinem & multitudinem. Oremus igitur dilectiſſimi fratres, Dominam noſtrā Virginem benedictam, vt quæ mater eſſe meruit iudicis ſeculorum pro reatibus noſtris, filio ſatisfaciat, aduocata. Quid enim E
in cauſa poteſt eſſe periculi, vbi cauſas hominum illa perorat, quæ habet, vnde apud Deum pro filijs hominum orare præſumatur, quia mater eſt Dei. habet & ille vnde clementer homini ignoſcat, quia filius hominis eſt. Ambo certatim cauſas miſerantur humanas. Mater excuſando mortales, ne pereant: filius ignoſcendo peccantibus, vt reſurgant. Omnis igitur genitrici eius deuotiſſime ſupplicantes vitam noſtram emendemus & mores, communi voto, pari deſiderio, ardenti affectu poſtulantes, vt eccleſiam ſuam exaltet, miniſterium noſtrum acceptet, patriam tueatur, protegat F
ciuitatē, fideles multiplicet, abigat hoſtes, domeſticos foueat: & omnes qui triumphale nomen Ieſu, ac matris eius Mariæ inuocant, & adorāt, dirigat ſemper, & conſeruet in Chriſto, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat, &c.

In Feſtiuitatibus Beatæ Virginis, & maximè in feſto Conceptionis, Natiuitatis, & Annunciationis.

Sermo IIII.

Sicut Sol oriens mundo. Eccleſiaſt. 26. c. Require, quia habetur in ſecundo Quadra- G
geſimali, de Euang. æterno, Feria ſecunda poſt Dominicam Oliuarum, ſermone 52.

IN SACRATISSIMO DIE Dominicę Annunciationis, in mane.

De conſenſu Virginali.

Sermo V.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, Luc. 1. c. & in Euangelio hodierno. Et ſi cū Propheta teneamur om- H
ni tempore benedicere Deū: in hoc tamen principaliter feſto debemus inſtantius vacare laudibus, ſpiritnale aliquid offerentes intuitu gratiæ ſpecialis, qua verbū Dei caro hominis voluit fieri, & inuiſibilis Deus nobiſcum dignatus eſt viſibiliter habitare. Licet enim omnium feſtiuitatum, quas de Saluatore noſtro veneramur in terris, vnus ſit auctor, vnus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula: licet conſiderata maieſtate factoris, pares ſint omnes, & pari deuotione, & ſtudio celebrandæ, habet tamen vnaquæque priui-

A privilegium honoris, & gloriæ, ſicut & gratiæ ſingularis myſterium dignoſcitur continere. Vnus quippe eſt filius Dei, dum in ventre concipitur, dum ex vtero naſcitur, quādo circuncidítur, cum in templo offertur, crucifigitur & ſepelitur, reſurgit a mortuis, & in cœlum aſcendit: ſed aliud in conceptu, aliud in alijs operatur. Proinde licet vna fide, & vna deuotione fideles diuerſo tamen officio, ſicut & diuerſis temporibus Chriſti ſolennia venerantur, & colūt, proprijsque laudibus ſingula pro varijs effectibus, & ſacramētis honorant. Inter reliquas ſolennitates, quas pro noſtris viribus, non
B pro ſui dignitate recolimus diem incarnationis ipſius confidenter extollimus, præcipuisq; dignam honoribus cunctis cenſemus merito anteponi, quæ nobis, & cauſa fuit & materia cæterarum. Aſſurgant igitur ad laudem huius ſacræ ſolēnitatis iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus, & quorumcunq; fideles mentes: omniumq; Chriſtianorum in præconia noſtri Redemptoris & glorioſæ Virginis ſuæ matris, ora ſoluātur & gaudia, quæ per eos de noſtra redemptione concepimus, ad gloriam eorū, quāta poſſumus exultatione promamus. Ad illud tamen admirabile ſacramentū profundumq; myſterium ſpecialius hodie mentis
C oculos attollamus: quo Virgo mater vnico verbo, vnicoq; conſenſu, & Deum e cœlis ad terras traxit, & illum hominē nobis dedit, & Saluatorem noſtrum nobis protulit, atque ſibi tātæ virtutis, & meriti fuit, quòd omnia merita Angelorum, & hominū ſuperexcedit, quando ait Angelo Gabrieli propoſitum verbum, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuū. In quibus verbis triplex nobis myſterium declaratur: videlicet ipſius glorioſæ Virginis, primo ſtupendę humilitatis abyſſus, ſecundo deſide-
D roſæ charitatis exceſſus, tertio luminoſæ fidelitatis ſenſus. Ait enim, Ecce ancilla Domini: cum ſubdit, Fiat mihi: cum addit, ſecundum verbum tuum.

Solēnitas Annūciationis B. Virginis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De abyſſo humilitatis Glorioſæ Virginis, quando conſenſit concipere filium Dei.

IN primo myſterio oſtēditur glorioſæ Virginis ſtupendæ humilitatis abyſſus, cum Angelo ait, Ecce ancilla Dñi. Non enim inquit, Ecce Domina: Ecce Regina: Ecce ſponſa: Ecce mater: Sed ecce ancilla Domini. E
Hæc quippe humilitas in hoc conſenſu Virginis tripliciter effulſit. Primo in mentali conturbatione, ſecūdo in tremula expectatione, tertio in prompta ſui dedicatione.

Quod in turbatione Virginis ab Angelo nunciante patuit abyſſus humilitatis. Cap. I.

PRimo in hoc conſenſu Virginis fulſit humilitas eius in illius mentali conturbatione. Nam, vt dicitur ſuperius, Lucæ 1. Tur- F
bata eſt in ſermone eius. Hæc quippe turbatio orta eſt ex ſuæ laudis ſummo horrore. Si enim ei dixiſſet Angelus, Vę tibi omnium creaturarum viliſſima creatura, miro modo exhilarata fuiſſet, quia talē ſe inæſtimabiliter, & indicibiliter ſentiebat. At cum econtra ſe audiuit dici gratia plenam inter mulieres ſingulariter benedictam, non potuit talis laudis præconiū tolerare. Merito ergo poſtq̄ cōcepit exultando inquit: Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: ecce enim ex hoc Beatā me dicent oēs generationes; Reſpexit humilitatē inquit: Nō dicit nobilitatē, vel altitudinē, quia Dñs humilia reſpi-
cit, & alta a lōge cognoſcit. Nec ait, Reſpexit potētiam, quia Dñs depoſuit potētes de ſede, & exultauit humiles, Lucæ 1. Neq; inquit, Reſpexit ſapiētiā, quia ſtultā fecit Dñs ſapiētiā huius mūdi. 1. Corin. 1. Nō deniq; ait: Quia reſpexit virginitatē, ſed humilitatē, q̄a inueniunť & fatuę virgines. Mat. 25. Quinq; aūt ex eis erāt fatuę. Proinde Bern. ait: Et ſi ex virginitate placuit, tñ ex humilitate cōcepit. licet enim oīa ſupradicta miro modo fuerint in Virgine glorioſa, & benedicta: Quia tñ hæc oīa reſpiciūt ſecularem gloriā, nō niſi de ſola gloriatur humilitate. H
Illa enim ſeculares hoīes in muliere quęrere ſolent: merito ergo ſubdit, Ecce enim ex hoc, id eſt, ex humilitate, qua placui Altiſſimo: beatā me dicent omnes generationes, ſ. cœleſtium, terreſtrium, & infernorū: q̄a oībus iſtis Mariæ humilitas attulit vtilitatē, Angelis reſtaurationem, hominibus reconciliationem, captiuis inferni liberationem: quia genuit Angelorum reſtauratorē, hominum reconciliatorem, & captiuorum in limbo liberatorem. Hoc eſt quod ſibi dicitur in perſona Iudith, Iudith 15. Tu gloria Hieruſalē, ſ. cęleſtis, quia ruinā in Angelis reparaſti. Tu lætitia Iſrael, quo ad captiuos,

Humilitas.

A uos, quos liberaſti. Tu honorificentia populi tui, id eſt hominum, quibus Chriſtum Ieſum, & fratrē, & reconciliatorē genuiſti.

Quòd in admirando ſuperaduentu filij Dei humilitas Glorioſæ Virginis fulſit. Cap. 2.

SEcundo quidem humilitas eius fulſit in tremula expectatione, ſcilicet, ineffabilis ſuperaduētus maieſtatis diuinę, quem ſuper ſe venturum ſenſit, tanquàm quendam ſuperimmenſiſſimum, & infiniti ponderis montem, qui ipſam ſub ſe, ſeu
B intra ſe funditus ſepeliret, & eius nihilitatem ſuæ æternitatis, & totalis vniuerſitatis pondere ineffabiliter preſſam in æternum teneret. Si enim ſanctiſſimus Iob 31. cap. ait. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Dominum, & pondus eius ferre non potui: quanto magis iſta, in qua de monte maieſtatis diuinæ habitante in ea exciſus eſt lapis, qui fracta ſtatua vanitatis mundanæ factus eſt mons magnus replens vniuerſam terram, vt dicitur miſtice Daniel. 2. Si etiam modicam ſtillam diuinorū ſermonum audire vix poſſumus ſine reuerentia & timore: quanto magis ipſa con-
C tremuit, quando tonitruum diuinæ maieſtatis cum fulguratione ineffabilis poteſtatis, atque virtutis ſuper ſe directè venire præſenſit?

Quanta humilitate dedicauit ſe Beata Virgo ad obſequia filij Dei. Cap. 3.

TErtio autem humilitas Virginis fulſit in prompta dedicatione ſuijpſius ad Dei Patris, & Filij ſui totalia obſequia, & mandata, quam quidem ſui dedicationem expreſſit dicens, Ecce ancilla Domini. Notanter quidem aduertendum eſt,
D quòd quanto humana mens ad altiora, & profundiora Dei vocari ſe efficaciter ſentit: tanto ſentit ſe ad altiora Dei obſequia mancipari, in quibus incomparabiliter maior in Deum humilitas, & reuerentia, & timoratio, & circunſpectio, & ſolicita diligentia magis neceſſaria ſunt. Proinde quæro a te, ſi nos cum tanta reuerentia, atque humilitate ſacramentum euchariſtiæ, id eſt, ſanctiſſimum corpus Chriſti tractamus, cū quanta mater filij Dei tam in vtero, quam in brachijs, & in cunis tractauit, & portauit infantem Deum? Conſtat enim, quòd quando conſenſit in Chriſti conceptionem, & partum, & optime nouit ſe huiuſmodi obſequijs totaliter mancipandam, ſeu dedicandam. Rurſus ſi ſatisfactorem, & ſupplicatorem pro peccatis omnibus expiandis ſe nouerat pro ſalute ſui, & omnium concepturam, & ſaluti omnium fidelium pariturам, & nutrituram: conſtat quòd eoipſo ſentiebat ſe eſſe viſceroſè, & maternali affectu iungendam illis humilibus ſupplicationibus, quæ fieri debebant æterno Patri a Filio Dei, qui ſcilicet omnia peccata mundi ſuper ſe tulit, quaſi factum a Deo peccatum. Ergo quando conſenſit, ſenſit ſe per ſuum conſenſum dedicari, & iungi pręfatis humilitatibus, & humilibus officijs redēptoris: propter quod quando Dñm magnificauit, ſicut patet Lucę 1. c. primum quod Dñm in ſe reſpexiſſe commemorat, fuit humilitas. vnde ſicut prædictum eſt ait, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c. Merito ergo Bern. ait. Eua per ſuperbiam ſe Dei ancillā eſſe non cōſiderans, Deo parificari voluit: Maria vero humiliter factori ſuo ſe humilians ancillam ſe nominauit. Ideoq; illa eſt abiecta, iſta vero electa. Seruauit Virgo illud, quod dicitur Iudith, c. 8. humiliemus illi animas noſtras. Aliter enim gratia impleri non potuiſſet, niſi humilitatem cordis habuiſſet. Nam, vt dicitur 1. Pet. 5. Superbis G Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Petrus quoque Rauennas ſuper Miſſus eſt, inquit: Ecce quam vocauit Angelus Dominam, ipſa ſe recognoſcit, & vocat ancillam: quia deuotus animus infuſis beneficijs ad obſequium creſcit, augetur ad gratiam, nō ad ſuperbiam pertumeſcit, non ad arrogantiam proſilit.

E

ARTICVLVS SECVNDVS

De ardentiſſimo deſiderio charitatis Glorioſæ Virginis ad incarnationem filij Dei. H

IN ſecundo myſterio inſinuatur Glorioſæ Virginis deſideroſæ charitatis exceſſus, quia inquit, Fiat mihi. Quæro etenim a quocunque, quantam Dei charitatem ſe per hunc conſenſum ſubintraturam præſenſit? Quod ſi mihi explicare poteris, & ego tibi dicam, ex quanta charitate & deſiderio in tantam charitatem conſenſit: Non enim dubito, quin iſte conſenſus fuerit a flammea charitatis fornace, tendens in infinitę charitatis abyſſum. Proinde non mirum, ſi hic conſenſus per ardētiſſimum

De conſenſu Beata Virginis.

A tiſſimum deſiderium fuit incendium charitatis. In tribus quippe apparuit magnitudo deſiderij charitatis Virginis benedictæ. Et primo in magna promiſſione, ſecũdo in cita creditione, tertio in prõpta cõſenſione.

Quòd ex tribus apparuit deſiderium magnum glorioſæ Virginis ad incarnationem filij Dei in magna promiſſione. Cap. 1.

PRimo quidem apparuit deſiderium Virginis magnum in magna promiſſione. Non enim mi- B rum, ſi tam magna deſiderauit: nam deſiderabilia audiuit, deſiderabilia intellexit, & deſiderabilia requiſiuit. Primo quidem multum deſiderauit, quia deſiderabilia audiuit. Audiuit enim ſe futuram matrem Dei, dicente ſibi Angelo in Euãgelio hodierno, Ecce cõcipies in vtero, & paries filium. Audiuit filium, quem paritura erat, eſſe debere Saluatorem mundi: Quia Angelus ſubdit, Et vocabis nomen eius Ieſum, i. Saluatorem. Sic enim interpretatur Ieſus. Quod ipſa intelligebat. Sed expreſſius tanquam minus intelligenti, idem Angelus in viſione Ioſeph ait, Matth. 1. c. Vocabis nomen C eius Ieſum: ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum a peccatis eorũ. Audiuit quoque obumbratione Spirituſſancti ſe concepturam ipſum filium Dei: Proinde Gabriel ſubdit, Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quid igitur mirum, ſi ſummè deſiderauit, quando tot deſiderabilia audiuit, & in ſe complenda cognouit? Proinde dicere potuit illud Iſa. 26. Anima mea deſiderabat te in nocte: ſed & ſpiritu meo ĩ præcordijs meis ad te vigilabo de mane. Ait enim in nocte, id eſt, in iſto caliginoſo tempore. De hac nocte, Sapien. 18. Cum nox in ſuo cur- D ſu medium iter haberet oĩs ſermo tuus Domine exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit. Nam in medio temporum legis, & gratiæ hæc Virgo verbum Dei cõcepit. Vel per noctem contemplationis ſuperſplendẽtem caliginem intellige, in qua nocte hæc Virgo ſurrexit, & apice affectionis in æterna ſe ſuſtulit, verbum de ſinu patris rapuit, omniq; creaturæ ſuum auctorem, & principium reſtituit, ſecundum quòd de ipſa ſub figura mulieris fortis, Prouerbio. vlti. ſcriptum eſt. De nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis. Secundo vero multum deſiderauit, quia deſiderabilia intellexit. Si enim memoria filij Dei, quia ſummè E deſiderabilis eſt, in maximo deſiderio animæ ſanctis Prophetis fuit, iuxta illud Iſa. 26. Memoriale tuum in deſiderio animæ: quanto magis præſentia eius: & non qualiſcunque, ſed per carnis aſſumptionem excellẽtiſſima fuit. Cum ergo in omnium Sanctorũ ardẽti deſiderio ipſe fuerit adeo, vt Iſa. 64. c. diceret, Vtinam diſrumperes cęlos, & deſcenderes: Et in illis tantummodo per gratiam fuit memoria eius, quanto magis deſiderauit illa, quę eius præſentiam nõ tantum in mẽte, ſed etiam in carne ſua experta eſt? Proinde dicere poterat illud Philip. 1. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. F Diſſolui ab omnibus mundialibus diuidi, & eſſe cum Chriſto. Non tãtum, vt Paulus per gratiæ communicationem: ſed vna caro, vna vita, per carnis meæ largitionẽ. Tertio quoq; multum deſiderauit, quia deſiderabilia requiſiuit. Quæ enim multum quærimus, multũ deſideramus. Propterea Lucę 15. Mulier lucernam accẽdit, domum euertit, & dragmã perditã quęrit. Miſtice quippe dragma, ſapientia Dei eſt, q̃ amiſerat natura humana. Sed mulier, i. Maria, tunc lucernam accendit, quãdo virginitatis exemplum labili mundo dedit. Domum euertit, quando per mentis induſtriam in omnibus G requiem quæſiuit. Et nuſquam, niſi in dragma perdita, i. in Dei ſapientia illam inuenit. vnde Eccl. 24. c. In omnibus requiem quæſiui, & in hereditate Domini morabor. Tũc præcepit, ſ. Deus Angelo. Et dixit mihi, ſ. annunciando voluntatem Dei de incarnatione filij ſui. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ſ. cum conſenſi Angelo nuncianti: quando videlicet dixi, Fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Quòd Beata Virgo incarnationis filij Dei magnum deſiderium demonſtrauit, quia cito credidit Angelo nuncianti. Cap. 2. H

SEcundo apparuit deſiderium magnum Virginis glorioſæ in cita creditione: profecto cito credimus, quæ multum deſideramus. Quantũ fuerit deſiderium in credulitate eius, patet primo, quia credidit incredibile: ſecũdo, quia credidit mirabile: tertio, quia credidit amabile. Primo quippe multũ deſiderauit, quia credidit incredibile. Quod enim maxime eſt admirabile, maxime incredibile eſt. Hoc quippe opus maxime admirabile erat. Si. n. admiratio eſt ſtu

por

A por mentis ex ignorantia cauſæ:Forma aũt incarnationis ſupremo ordini Angelorum nõ eſt cognita, ſm Dionyſ.in lib.de diuinis nominibus,c.26.vñ ait:Diuina Ieſu formatio,& archana eſt,& omni rõni,& oĩ intellectui incognita eſt, & ipſi præſtantiſſimo ordini honorabiliſſimorũ Angelorũ. Hoc enim admirabilius,& per cõſequẽs incredibilius.Magnũ igitur fuit deſiderium Virginis,q̃ tã incredibilia tã cito credidit.Proinde myſticè figurat̃ in illa Anna, Tobiæ 11.q̃ ſedẽs in ſummitate montis, i.in ſummitate ſuę mẽtis, ſeu in cacumine oĩum creatorũ, per cõtẽplationẽ quieſcit:vbi per deſideriũ

B expectat filiũ ſuũ.Secundo multũ deſiderauit,quia credidit mirabile.Noua quippe difficilius credimus,& magis noua mirabiliora eẽ vidẽtur:nã nouũ eſt,cuius inuẽtio rara eſt. Sed hoc opus maxime fuit nouum. Quod tñ Iere.31.c.prædictum eſt.Creauit, inquit,Dñs nouũ ſuper terrã. Hoc eſt,quod dicit Dionyſ.de diuinis nominib. c.4. ſ.hoc eſſe nouũ omniũ nouorum maximũ. Verè igitur hoc opus ſummè incredibile erat.Cũ igitur Maria tã cito credidit,ꝙ nec ſe excuſauit,nec impotẽtiã,nec infirmitatẽ allegauit, ſed fieri poſſe per eã ſperauit. Vnde & modũ fiẽdi tm̃ quęſiuit dicens: Quomodò,

C inquit, fiet iſtud? Nunquid multũ credidit? Tertio inſuper multũ deſiderauit,quia credidit amabile. Amor quippe præceps eſt, ſm Bern.ſuper Canti.homil.9.vnde nec iudiciũ præſtolatur,nec cõſilio tẽperatur,nec pudore frenatur,nec rõni ſubijcitur. Verus enim amor de viribus nõ cogitat, de poſſe nõ deliberat,de ſcia nõ excuſat: ſed ẽt quæ vidẽtur incredibilia, ſperat: non procraſtinat, ſed ad impoſſibile,quod cõcipit, feſtinat,ac properat.Magna igitur audiuit,ſ.incarnandũ Dei filiũ,auditũ amauit, amatum deſiderauit,deſiderium perficere per fidem ſperauit:propterea inquit,Fiat mihi.

D

Quia enim Beata Virgo cito conſenſit, magnum deſiderium incarnationis filij Dei ſe habere oſtendit. Cap. 3.

TErtio apparuit in Virgine glorioſa deſiderium magnum in prompta cõſenſione, ſeu conſenſus eius expreſſione. Siquidem quod credidit,non tacuit, non diſſimulauit, non negauit: ſed cum ſe cooperatricem audiuit, in vocem exultationis prorupit, atque ab omnibus electis diu deſideratum conſenſum præbuit dicẽs, Ecce ancilla Domini,fiat mihi.de quo Bernar. ait, O verbum omni acceptatione dignum, quod ſic tam ardens exprimit deſiderium, quòd de ſinu patris rapuit Dei filium. O verbum tranſitorium,quod complectitur ſempiternum. O gratum reſponſum, quo filium Dei recipit ſponſum. O verbum virgineum, ſed tamen validum, quod ad ſe trahit Dominum. Verè magnum expreſſit ſuum deſiderium, quando toto operi tam facilem adhibuit conſenſum. Quid enim maius,ſecundum Ioan. Damaſc.quàm Deum hominem fieri? E

Obedientia.

ARTICVLVS TERTIVS F

Quòd maxime in tribus fidei luminibus apparuit magnitudo fidei Virginis benedictæ.

IN tertio myſterio demonſtratur Beatæ Virginis luminoſæ fidelitatis conſenſus, quia concludit dicens, Secundum verbum tuum. Profectò ſumma, & veriſſima ac vniuerſaliſſima noſtræ fidei fundamenta Beatæ Virgini propoſita ſunt, ita quòd in hoc non potuit conſentire, niſi firmiſſime credendo illa. Et hoc non ſolum abſolutè in generali, ſed etiam in particulari G determinationem illorum ad ſeipſam faceret, vel haberet: & ad horam illam inſtantaneam, in quam determinandus erat conſenſus eius, vt ſcilicet in fine illius conſenſus verè cõciperet filium Dei. Proinde non ſine cauſa a Sancta Eliſabeth de actu fidei ſingulariter commendatur, quando Lucæ 1. cap. ait: Beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur in te ea, quæ dicta ſunt tibi a Domino. Profectò magnitudo fidei eius in hoc conſenſu in tribus luminibus demonſtrata eſt. Primum autem lumẽ illius fuit, quia credidit quod a ſeculo non audiuit: H ſecundum, quia credidit, quod eſſe ſupra naturam ſciuit: tertium lumen fuit, quia ſe cooperatricem tantæ rei intellexit.

Quòd magna fuit fides Virginis, quia credidit cito, quæ nunquàm alias fuerunt audita. Cap. 1.

PRimo quidẽ magna apparuit fides Beatæ Virginis propter primum lumẽ, quia credidit quod a ſeculo non audiuit. Fides enim ex auditu,vt dicitur ad Rom.10.vnde quod

A quod frequenter audit̃, facilius creditur, &
econuerſo. ſed hoc a ſeculo auditum non
eſt. ſ. ꝙ virgo ſine dolore pareret, & pariẽ-
do virgo ẽt remaneret. proinde Eſa. vlti. c.
ait, Antequam parturiret. i. ſenſum & dolo
rẽ partus haberet, peperit: & anteq̃ veniret
partus eius. i. anteq̃ dolorem partus ſenti-
ret, peperit maſculum. Quis audiuit vnquã
tale? Et tñ illud inauditum per vnicũ Ange
li ſermonem credidit. Profectò igitur̃ fidei
magnitudinem habuit, vt de ea verè dicere
poſſit filius Dei illud Matt. 8. Non inueni tã
B tam fidem in Iſrael. Neq; de hoc beata Vir-
go aliquod exemplum vidit. Facilius quip-
pe credimus, quorum exempla frequenter
videmus. Non enim eſt incredibile, quod ẽ
exemplo monſtrabile. Deum fieri hoĩem,
nullo exemplo viſibile eſt. Proinde Eſa. vlt.
ſcriptum eſt, Quis vidit huic ſimile? Quaſi
diceret, nullus. Ergo ſummè inter oĩa cre-
dẽda incredibile eſt. Vnde Eſa, 53. Dñe, quis
credidit auditui nr̃o? Nihil tñ cũ credit̃, ſa-
lubrius eſt. Cum igit̃ hoc ſummè incredibi
le, & nullo exemplo viſibile credidit, nun-
quid non maximã fidẽ habuit? Proinde de
illa Eccleſia cantat, Sola ſine exemplo pla-
cuit Virgo Chr̃o. Proinde Heliſabeth ei,
C Luc. 1. c. ait, Beata q̃ credidiſti. Nam & ſi ſu-
pra Angelo inquit, Qũo fiet iſtud, qm̃ virũ
non cognoſco? non dubitauit, ſed credidit,
& quærendo modum inueſtigauit.

Magna apparuit fides Virginis, quia credidit, quod ſupra naturam ſciuit. *Cap.* 2.

SEcundo autem magna fuit fides beatæ
Virginis propter ſecundum lumen, qa
credidit ꝙ eſſe ſupra naturam ſciuit,
Nam illud eſt mirum, cuius inuentio rara
eſt. Huiuſmodi aũt operationis. i. filij Dei
D incarnationis inuentio fuit rariſſima: ĩmo
ab initio mundi non inuẽta, quouſq; venit
hæc glorioſa, q̃ inuenit gr̃am apud Deum.
Proinde Cant. 8. inquit, Facta ſum corã eo
quaſi pacem reperiens. i. ipſum, qui eſt pax
noſtra. Eph. 2. Si igitur hoc rarum & mirũ
credidit, profecto maximã fidem habuit.
vñ Aug. de bono virginitatis. Beatior fuit
Maria cõcipiẽdo fidẽ Chr̃i, q̃ cõcipiẽdo car
nẽ Chr̃i. Materna ꝓpinquitas nihil Mariæ ꝓ
fuiſſet, niſi fęlicius corde q̃ carne geſtaſſet.
ꝓfecto multũ credidit, qa ſummè mirabile
cognouit in ſe implendum. Nã, vt teſtatur
Aug. de vtilitate credẽdi: Mirũ eſt, arduum
& inſolitũ ſup ſpem & facultatẽ admirãtis
exiſtẽs. hoc autẽ opus arduũ, ĩmo arduiſſi- E
mũ fuit, qa ſolius Dei opus extitit. Propte-
rea dixit ei Angelus: Spũſſanct᷒ ſupueniet
in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Sup
ſpem & facultatẽ admirãtis fuit. Quis em̃
ſperare poſſet cęlorum Dñm in vtero mr̃is
clauſum, ſummũ, infimũ, Dñm ſeruum, in
cœlo regnantẽ in terra miniſtrantẽ, oĩa cõ
tinentem, a virgine contentum; oĩa reficiẽ-
tẽ, a matre alitũ; omnia regentẽ, a fœmina
rectũ; & tandẽ verbum æternũ, in tpe car-
nẽ factũ. Verè igit̃ hoc admirabile, fuit ſum
mè mirabile. Et tñ hæc Virgo glorioſa cre-
didit. Igitur fidei magnitudinem habuit, vt F
a filio Dei illi merito dici poſſet illud Matt.
8. Sicut credidiſti, fiat tibi.

Apparuit in Virgine fidei magnitudo, quia ſe in tanto indignam cooperatricem cognouit. *Cap.* 3.

TErtio quoque apparuit magna fides
glorioſæ Virginis propter tertium lu
men, quia ſe cooperatricem tantę rei
indignam recognouit & intellexit. Audi-
uit enim ab Angelo, Ecce concipies & pa-
ries. Et forte propter hoc turbata fuit, quia
ſe inſufficiẽtem cooperatricem ad tantum
myſterium recognouit. Attamẽ diuino ra- G
dio illuſtrata, intelligens voluntatem Dei,
ſe confitetur ancillam, cooperatricem tan-
tæ ſalutis. Ob hoc enim Angelus ad eam
miſſus eſt vigil ad vigilem, Gabriel ad Vir-
ginem. vnde Dan. 4. myſticè ſcriptum eſt.
Ecce vigil & ſanctus deſcendit de cęlo. Nõ
enim ſicut ad primum hominem, vt de eo
fieret fœmina, miſſus eſt ſopor in Virginẽ,
ſed vt de ea incarnaretur ſapientia Dei miſ
ſus eſt Angelus ad Virginem. Vigil ad vigi
lem: vt eſſet tanti ſecreti conſcia, necnon
& voluntaria, atque prompta cooperatrix
& miniſtra. Proinde debuit Angelus Virgi- H
ni ſermonem facere, & per fidem conſen-
ſum eius elicere, Virgo eidẽ reſpõdere, aſ
ſenſum ſummum exprimere & credulitatẽ
ſuam proferre, quod quidem eſſe non po-
tuit ſine ſermone. Quomodo enim crede-
ret Virgo, niſi Angelo p̃dicãte? Aut quo-
modo prædicaret Angelus, niſi Deo mittẽ
te, ſcḋm Apoſtol. 10. c. ad Roma. Qũo autem
audient ſine prædicante? quomodo prædi-
cabũt, niſi mittant̃? Verè ergo fidem ma-
gnã habuit Virgo, vt merito ei ab Angelo
dici poſſit illud, Matt. 15. O mulier, magna
eſt fides tua. Fit planè, vt iuxta Angelicũ di
ctum, conciperet Dei filiũ. Præterea inqt,

A Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Mihi dicit, non ad me. Quaſi dicat, quod in aure mea factum eſt per Angelicam ſalutationem, & in mente mea per fidei conceptionem, fiat mihi, ideſt in vtero meo per diuini verbi incarnationem. O verbum omni iucunditate & lætitia plenum, audire Virginem benedictam dicẽtem, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc eſt verbum, quod audire optabant ſuperi, ideſt Angeli reſtaurandi: quod expectabant inferi, ſcilicet Sancti Patres de inferno liberandi: quod deſiderabant poſte-

B ri, ſcilicet per tuum filium redimendi: qđ appetebant exteri, ſcilicet appetitus creaturarum per te conſummandi. Dediſti Virgo benedicta verbum tui digniſſimi & virtuoſiſſimi conſenſus & ſuſcepiſti verbum de ſinu patris tui digniſſimi, & virginalis conceptus. Tene Domina noſtra, quod habes pro nobis: ſerua, quod tenes: ſuſcipe orationem & deuotionem noſtram, & pro nobis apud filium tuum efficaces porrige preces, vt tecum & cum filio tuo in æternum conregnare poſſimus, qui cum patre & ſpirituſancto in gloria conregnatis per

C infinita ſecula ſeculorum, Amen.

ITERVM IN ANNVNCIAtione glorioſæ virginis, infra diem.

De conſenſu Virginali.

Sermo VI.

D *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſm verbum tuum.* Iterum. Lu. 1. c. & in euãgelio hodierno. Vt verè & dignè verbis glorioſi Bernardi vtar, nihil eſt quod tãtum me terreat, nec eſt aliud qnod tantum me delectet, ſicut de beata Virgine ſermonem habere. Terret me, inquam, indignitas propria, ſed me delectat Virginis laus & excellentia. libet igitur vltra ea, quæ de virginali conſenſu ſuperius dicta ſunt, iterum atque iterum de tã admirãda materia balbutire. Ait enim benedicta Virgo Angelo nũcianti, Ecce ancilla Dñi, &c. In quo admirando conſenſu tria cõtẽplari libet, ſ. huius cõſenſus. Primo admirandũ obiectum, ſecundo admirandum actũ, tertio admirandum adiutorium.

ARTICVLVS PRIMVS. E

De quadruplici obiecto, quod habuit beata Virgo cum conſenſit concipere filium Dei.

Primo enim contemplemur huius conſenſus admirandũ obiectũ. Quatuor quidẽ obiecta in hoc cõſenſu interuenerunt. Primum obiectũ fuit Ieſus Chrs, ſecũdum ſpũſſanctus, tertium pr̃ æternus, quartum humanũ genus. Conſidera ergo primo obiectũ, in quo conſenſit: ſecundo obiectũ, ſm quod F conſenſit: tertio obiectũ, cui cõſenſit: quarto obiectum, propter quod conſenſit.

Quod beata Virgo in Annunciatione conſenſit concipere filium Dei viſibilem, paſſibilem, & mortalem. Cap. 1.

Primo quippe conſideremus obiectum, in quo conſenſit. Quod quidẽ fuit filius Dei Ieſus Chriſtus, vt fiẽdus eius verus & na- G turalis filius, & verè paſſibilis & mortalis, pro vniuerſi orbis reparatione moriturus, & pro oĩum peccatis q̃ erat de ſe ſatiſfacturus. Sed impoſſibile fuit eam in tale, ac tantum obiectum dignè & debitè conſentire, niſi oẽm affectum mentis ſuæ in illud ꝓiecerit & erexerit & viſceroſiſſimè apuerit, & niſi illius obiecti ſingularitatem & ſingularẽ oblationẽ, ſeu modũ habendi ſe ad eã ꝑſpicaciſſimè attẽderit & intimè ſenſerit vel aſſenſerit, & ĩmobiliſſimè atq; robuſtiſſimè crediderit, & humillimè ſe illi ſubiecerit & annihilauerit, ita vt ſui oblita tota conaret̃ in ipſum totaliter trãſformari, vt iuxta illud, quod ꝑ viã amoris põt fieri, H oĩno fieret id ipſum, ſeu vnũ & idẽ cũ Ieſu Chro. Hoc aũt erat ſummè dilatari & erigi in abyſſum Trinitatis & vnitatis. i. in pſonalem & originalẽ habitudinẽ, ſm quã in ſemetipſo exiſtit: & ſm quã refert̃ ad patrẽ, & ad ſpmſanctum a ſe procedentẽ. Et iterũ inuiſcerari illi mirãdæ humiliationi, q̃ fili' Dei volebat aſſumere, ita vt ſemetipſum ĩnaniẽs fieret infantulus & paſſibilis ĩ vtero eius & pęnas acerbiſſimas ꝓ pcĩs oĩum ſubiturus & exẽplar crucifixæ vitæ oĩbus expꝛſſurus. Hoc ergo fuit conſentire in crucifixũ, ſeu crucifigẽdũ: & in ꝓciũ ſuperabũdæ ſatiſfactionis oĩum pcõrũ, & in meritũ, ſeu ꝓmeritationẽ & ĩpetrationẽ, ac mediationem

A tionẽ reparationis oĩum electorũ ex ſe &
intra ſe formandum & ſuſcipiendum.

Quod beata Virgo in conceptione filij Dei habuit pro obiecto ſpiritum ſanctum ſibi a Deo patre per Angelum repromiſſum. Cap. 2.

SEcundo conſideremus obiectum, ſm
quod conſenſit. Quod quidẽ fuit ſpũſ
ſanctus, i. ille ſuperineffabilis ſupaduẽ
tus ab Angelo, immo a Deo ſibi per Ange
lum promiſſus ad eam dignè tãto filio ſan
B ctificandam & replendam & immutandã
et corporaliter in prolẽ ex ea & in ea ſpũa
liſſimo & ſupernaturaliſſimo modo formã
dam. Videmus enim, ꝙ tanta eſt vis muta-
tionis ſtatus inferioris in ſuperiorem, ꝙ cũ
quis eſt in promptu, alias ꝓcinctu & actu
aſcendendi ad vnã altam Religionem: aut
de ſtatu actiuæ vitæ ad cõtemplationis cul-
men & ſtatũ: aut de hoc ſeculo ad aliud, ꝙ
homo ſentit ſibi imminere quandã mortẽ,
per quam moriẽ toti ſtatui & vitæ priori.
Sentit etiam homo quandã tranſcenden-
tem arduitatem, & quaſi extraneitatẽ, ſeu
C inuſitatã nouitatem, oẽs partes ſenſus ob-
ſtupefacientem, ita ꝙ ex hoc aliqñ in cor-
pore ſequiẽ magna horripilatio & obrige-
ſcentia. Sed plus diſtat prior Virginis ſtat⁹
a ſequenti ſtatu ſuæ maternitatis, q̃ ſtatus
maximi fidelis & boni differt a ſtatu ſuo
priori, ergo in hora conſenſus ſui ad illum
ſtatum ſentit ſe tranſire per quandam ineſ-
fabilem mortem ſui quo ad ſtatum ſuum
priorem ad ſtatum omnino ſupermunda-
num & ad regionem, ſeu manſionem inu-
ſitatiſſimam. Ad quædam ſcilicet Dei abiſ-
ſalia & arcana & ſuperalta, in quibus & a
quibus erat funditus & irreuocabiliter ab-
D ſorbenda. Si etiam vna Domina vel ancil-
la paupercula, ſentiens imminentem ad ſe
regis aduentum, mox incipit eſſe attonita
& prænimia verecundia expaueſcens, tota
anxia eſt & ſollicita, quomodo ipſum di-
gnè recipiat: quanto magis Virgo ſentiens
maieſtatis filij Dei & ſpiritusſancti ſupera-
bundantem & incompræhenſibilẽ ſuper-
aduẽtum, mox in ea miturum, fuit ſumma
expaueſcentia diuini timoris & reuerẽtia
tota confuſa & tremefacta, & ad dignè re-
cipiendum ſummè ſollicita & anxia? Quis
poterit effari, aut excogitare, vſq; ad quan-
tum hoc fuit in ea? Nouerat enim Eccleſia-
ſtici. 32. c. eſſe ſcriptum, Pro reuerentia ac-
cedet tibi bona gratia.

Quod beata Virgo cognouit ſe electam ſponſam æterni patris ad concipiendum Dei filium. Cap. 3. E

TErtio conſideremus obiectum, in
quo conſenſit. ſ. Deo patri offerenti
ſibi tanquã ſuę ſponſæ filium ſuũ &
requirenti ſuper hoc conſenſum eius. Quæ
ró igitur à te, quantum in ipſa oblatione
Deo talia offerenti obligari ſe ſenſit ad ip-
ſum longè pluſquam antea ſuperamandũ,
ac ſuper obediendum & ſeruiendum & re-
gratiandum & recognoſcendũ tam ſingu-
larem gratiam & charitatem, vt. ſ. ſic fieret F
ſponſa illius, vt ipſe & non alius in eius
mentem & vterum infunderet filium ſuũ,
& per illum diuiniſſimum ſpũs ſui ardorẽ
ipſam ſic inflammaret & immutaret, ꝙ ex
ea & in ea formaret corpus filio ſuo, ita ꝙ
verè eſſet filius Dei & filius Virginis. Nolo
ꝙ in prædictis aliud fecerit, quam facere te
nebatur ſm menſuram & proportionẽ pa
tris offerentis & doni oblati, quia ſatis eſt
ad omnium Sanctorum merita etiam incõ
parabiliter ſuperanda. Attende etiam, quã-
tum totum intellectum & affectum ſuum
eam decuit & oportuit captiuare ad dignè
aſſentiendum & conſentiendum veritati G
æternæ ſibi nobis modo incredibili, ſeu in-
acceſſibili proponentis ineffabiles verita-
tis præſentes pariter & futuras ſiue fiẽdas.
Neq; enim proponebantur ſibi prædicta, ſi
cut vni ſimplici vetulæ: ſed ſicut ei, in qua,
principaliſſima fundamenta totius repara-
tionis noſtræ & mundi erant repente iaciẽ
da & fabricanda. Et hoc per intermediam
eius fidẽ & ſpem: & per amoroſum ſimul
& humilem & famulatorium eius aſſen-
ſum & conſenſum.

Quod beata Virgo intellexit ſe debere concipere filium Dei pro humani generis reparatione. Cap. 4. H

QVarto conſideremus, propter quod
conſenſit. ſ. propter vniuerſi orbis
reparationem & recuperationem
habẽdam, in qua & ſui ipſius ſalus & repa-
ratio cõtinebaẽ, & pp Dei laudẽ & gloriã
ex hoc ſubſecuturã. Quæro igiẽ, quãtũ iſtũ
fructũ & finem amabat & deſiderabat? Nã
hinc pendebat ſalus ſua & oĩum electorũ.
Vnde Aug. in ſerm. de Natiuitate ipſius in-
qt: O btã Maria, ſęculũ oẽ captiuũ tuũ de-
precaẽ aſſenſum: te Dña, mundus ſuæ fidei
obſidem fecit. Noli morari Virgo, feſtinan
ter rñde verbũ, & ſuſcipe filiũ Dei fidẽ &
ſenti virtutẽ. Si ergo ſm menſuram huius

A ſibi propoſiti debuit cōſenſus erigi & dilatari in ipſum: Si ēt omnium electorum ſalꝰ ſm ordinem diuinæ pdeſtinationis ex hoc Virginis concurſu pendebat: Nōne eo ipſo fidelis ratio dictat, ꝙ Deus pdeſtinās dedit huic cōſenſui dignam efficaciā & virtutē?

Articvlvs Secvndvs.

De quadruplici perfecto virtutū actu, quas aggregauit Virgo in conceptu filij Dei.

SEcundo contēplemur huius conſenſus admirandū actum. Circa quod diligenter attēde, quō perfectiones oium ſu- B blimiū actuum ſecū ineffabili tranſcendentia aggregauit. Et ſumo tm̄ ad præſens quatuor actus Virgineæ mētis in ſummo perfectos. Et primo actum martyrij & patiētiæ: ſecundo actū pietatis & miæ: tertio actū caſtitatis & munditię: quarto actū vtriuſque vitæ, ſcilicet actiuæ & contēplatiuæ.

Quod miro martyrio ſe Deo dedicauit & obtulit beata Virgo in conceptu. C. 1.

PRimo aūt ſumo internum & ſūmū actū martyrij filij Dei, quo C martyr ſe offert in holocauſtū Dño medullatum. Hæc.n. Virgo ſe obtulit ad illā inæſtimabilē mortem, q̄ præmiſimus, ſup. 2. cap. Et ad illud ineffabile incendiū, quo in ipſa Chri conceptione tota fuit ſuccēſa. ſi ēt ante hoc ipſa p̄ cæteris fuit prōpta ad exponēdū ſe oi morti & martyrio ꝓpter Deum: q̄to incōparabilius in hac hora. Si ēt oēs, qui p baptiſmū introeunt ſtatū Chri conſepulti, ſm Apoſtolū, Cor. 2. Per baptiſmum in mortē ſunt & crucifigit̄ verus homo eorū: q̄to magis Virgo cum Chro crucifixa eſt in hora huiꝰ cōceptionis. Nā ab inſtāti cōceptionis fuit D in Chri aīa totus actus internus, quo Deo ꝓ oibus ſatisfecit: & quo ad oēm pęnā & mortē Deo placitā vel exactā ſe prōptiſſimè expoſuit i ſuo velle iterno. Cōſtat aūt, ꝙ Angelus, ſeu Deus p Angelū, filiū concipiēdū Virgini ꝓpoſuit tanq̄ futurum oium redēptorē & ſaluatorē. Nec fuit ita parū in Deū illuminata, qn p ſe intelligeret, ꝙ filiꝰ Dei ſine ſummis & arduis cauſis nō fieret hō mortalis & naſceret̄ ex ea. Preterea puellę Virgini deſponſatę ac honeſtiſſimę, ac pudoratiſſimę, ſi a nō ſuo viro ipgnādā ſe ſentiat, nihil citius aut ſenſibiliꝰ occurrat, q̄ ꝙ a viro ſuo adulterata reputaret̄, & ab ipſo tāq̄ adultera diffamaret̄ & abijceret̄. Nullū q̄ppe genus cōfuſionis aut mortis ē Virgini tali ſic cōfuſibile & horribile, ſicut eſt E cōfuſio talis. Ergo Virgo btā cōſētiēs i ſui grauidationē expoſuit ſe cōfuſiōi pſtatę ſibi horribiliꝰ pluſq̄ qdcūq; aliud genꝰ cōfuſionis & mortis. Si vero dicat̄, ꝙ de facili potuit cogitare ꝙ Deꝰ ſaltē pp vituꝑiū filij ſui euitādū nō pmitteret eā tali cōfuſiōi exponi: Cōtra hoc ē, qa ex quo ſciebat ipſū tāq̄ ſatisfactorē portaturū cōfuſionē & pęnā tātę ſatisfactiōi cōdignā, nō habuit multū ſuſpicari ꝙ Deꝰ hæc & maiora nō pmitteret fieri cōtra filiū ſuū. Preterea in hoc ſaltē appuit mira cōſtātia cordis ſui, ꝙ q̄tū ex ſcripturis hr̄, nō q̄ſiuit ab Angelo remediū cō- F tra cōfuſionē pdictā, nec cōſiliū aut certificationē aliq̄ ſuper euentū ipſius. In ſignum igitur, ꝙ crucifixa crucifixum concepit, ordinauit ſumma ſapientia Dei ꝙ eodem die Chriſtum concepit, quo etiam fuit paſſus.

Quod propter admirandam pietatem ad humanum genus elegit beata Virgo concipere filium Dei. Cap. 2.

SEcundo ſumo actum pietatis & miæ, p hunc.n. conſenſum oium electorū ſalutē viſceroſiſſime expet̄jt & pcurauit, & oium ſaluti & eorū ſaluationi p hūc cōſen- G ſū ſe ſingulariſſimè dedicauit, ita vt ex tūc oēs in ſuis viſceribus baiularet, tanq̄ veriſſima mr̄ filios ſuos. Vn̄ Aug. in ſer. de Natiuitate ipſius inquit. O btā Virgo Maria, qs dignè tibi valeat iura grārum & laudū pconia impendere, q̄ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti pdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis pſoluet, q̄ ſolo tuo cōmercio aditum recuperādi inueniſti? Accipe itaq; quaſcūq; exiles & meritis tuis impares grārum actiones: & cū ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa.

Quod in conſenſu conceptionis filij Dei in beata Virgine caſtitas tripliciter fulſit. Cap. 3. H

TErtio ſumo actum caſtitatis & mentalis munditiæ & puritatis. Quod q̄dem in hoc conſenſu in miro exceſſu tripliciter fulſit. Primo in ꝓpoſito virginitatis, ſecundo in augmento ſanctitatis, tertio in experimento diuinitatis. Primo quidem talis caſtitas & puritas fulſit in propoſito virginitatis: quia quantum in ſe erat, etiam pro Dei filio concipiendo refugit omnem commixtionem virilem. Proinde Angelo nunciandi conceptum filij Dei, inquit, Quō fiet iſtud, qm̄ virum nō cognoſco?

A ſco, ideſt quoniam ſum in ſtatu & voto nū-
quam cognoſcendi virum. Quaſi diceret:
Scio quidem Deū multos habere modos,
ſub quibus hoc implere poteſt: Sed vnus,
quātum eſt in me & ex animi mei voto eſt,
a meo animo elongatus & omnino alienꝰ,
ſcilicet ꝙ virum carnaliter cognoſcēdo cō-
cipiam etiam Deum. Vide quātum recedit
ab omni contrario ſui dilecti. ſ. Dei: quan-
do non ſolum oſtēdit Dei offenſam, ſed ēt
omnem actum corruptū & vitioſum quan
tuncunq; fieret ſine Dei offenſa: ſicut vtiq;
B fieri poteſt coniugalis actus, & maximè ſi
ſit ordinatus ad diuinā prolē: & tñ etiam
hunc, quantum erat ex ſe & abſolutè, beata
Virgo ſic odio habuit, ꝙ ex hoc dixit hoc
verbum. Et hanc arbitror cauſam pręcipuā
extitiſſe, quare modus concipiendi ab æter
no a Deo præfixus ei non extitit reuelatus,
vt virginis animo & eloquio manifeſtè i-
dicaretur in ea excellentiſſimus amor &
zelus huius virginitatis & puritatis, & hoc
in ſummo. Secundo fulſit in augmento ſan
ctitatis. Nam ex premiſſione Angeli dicen-
tis, ꝙ ex aduentu ſpūs ſancti: immo ſuper
aduentu, ſpūſſancti, & ex refrigerabili obū
C bratione altiſſimi optimè preſciuit ſe intan
tum ab omni originali infectione pūrgan-
dam, ꝙ id quod naſceretur ex ea, merito
mundum eſſet & ſanctū. Ergo in præfato
conſenſu in hanc ſui totalem expurgatio-
nem & caſtificationem ex totis viſceribus
& medullis toto corde conſenſit. Tertio
fulſit in experimento diuinitatis: quia cum
Deus ſit ſumma puritas & caſtitas, vt in ip
ſum non poſſit intrare niſi cor abſterſum
& mundum, & hoc non a carnalitatibus ſo
lum, ſed etiam ab omni ſantaſtico cogita-
tu: Conſtat ꝙ quanto altius in diuina aſcen
ditur, tanto diuinæ puritatis regio fortius a
mente ſentitur. Ergo cum Virgo per hunc
D conſenſum in dominum verè concipiendū
aſcenderit, oportet hunc conſenſum ſenſu
& affectu diuinæ caſtitatis ineffabiliter fuiſ
ſe imbutum. Vnde per hunc actum merito
Virgo virginum facta fuit, ſm enim Anſel.
decebat vt Virgo, quæ Deum conciperet,
tanta puritate niteret, qua ſub Deo maior
nequit intelligi.

Quod in conſenſu conceptionis filij Dei actus actiuę & contemplatiuæ vitæ interuenerunt. Cap. 2.

QVarto ſumo actū vtriuſq; vitę, ſ. acti-
uæ & cōtemplatiuæ. Etenim iſte actꝰ
ex ſe & directè totus fuit contemplatiuus E
in Deū concipiendum in mente directus.
Pro quanto tamen ex eius carne & in eius
carne debuit hæc conceptio celebrari: & ꝓ
quanto prolis generandæ obſequijs debuit
totaliter mancipari, fuit conſenſus hic etiā
nobiliſſimum genus actiuæ vitæ, nulli com
petens niſi matri filij Dei. Ex quatuor autē
præmiſſis & conſimilibus virtutum acti-
bus facile colligi poteſt, quomodo omnes
actus perfectiſſimarum virtutum aggregati
fuerūt in Virginis ſępe memorato cōſenſu.

ARTICVLVS TERTIVS F

De quadruplici adiutorio beatæ Virginis communicato in conceptione filij Dei.

TErtio contemplemur huius Virgi-
nei conſenſus admirandum adiuto-
riū. Quatuor quidē adiutoria cōcur-
runt ad hunc admirandum conſenſum.
Primum fuit diuina electio, ſecundum Vir
ginea perfectio, tertium, angelica infuſio,
quartum paterna affectio.

Quod beata Virgo ab æterno electa fuit mater filij Dei. Cap. 1. G

PRimum quidem adiutorium fuit
diuina electio. Nam Dei electrix
gratia & charitas, ſeu bonitas
Virginem præeligens in matrē
filij ſui & ſuum electiuum aſſenſum ei per
Angelum proponens & conſenſum ab ea
ꝑeligens ad hūc cōſenſum admirandum &
principale adiutoriū dedit. Conſtat enim,
ꝙ Dei electrix gratia & charitas ad aliquē
Sanctorū non poſſet dari cōſimilis & ęqua
lis. Conſtat ēt, ꝙ ſm ꝙ Dei electrix chari-
tas ſub maiori & altiori ratione amoris in
aliquam ferē, ꝙ hæc fortius mouet illū. Si H
etiā decenter & efficaciter eligit aliquē ad
arduū ſtatum, oportet ꝙ illum moueat ſm
proportionem & exigentiā arduitatis illiꝰ
ſtatus, ad quē eligit illum: & maximè vbi
nulla eſt rebellio & īdiſpoſitio ex parte mo
bilis. Sed ſtatus maternitatis Dei, ad quem
Deus Virginē eligebat, erat ſummꝰ ſtatus, q
purę creaturę dari poſſet: ergo Dei electrix
charitas altiſſimo modo ꝑuenit & mouit
cor Virginis ad hoc opus: ergo iſtud opus
altiſſimè participauit perfectionē atq; in-
fluxū & Deiformā ſimilitudinem electricis
amatricis charitatis Dei, a qua manabat.

A *Quòd perfectio omnium virtutum & gratiarum in beata Virgine ad conceptum filij Dei auxilium præſtitit. Cap. 2.*

SEcundum vero adiutorium ad hunc cõſenſum fuit Virginea perfectio, ideſt formalis eius gratia atque virtus, quæ vtique Luc. 1. c. teſte Angelo Gabriele fuit tanta, vt ſingulariter dicta fuerit gratia plena, & præ cęteris benedicta. Atque ſingulariter inquit, Dominus tecum. Suppoſito igitur tanquam certo, ꝙ etiam præ cęteris B tunc fuerit gratia plena, ita ꝙ habitus charitatis cęterarumque virtutum fuerit tunc longe maior in ea, quam vnquam fuerit in aliquo Sancto, dum eſſet in hac vita. Tunc arguo ſic: Oĩs mens ſancta atq; diſcreta tũc tanto fortius accingitur & colligitur & erigitur ad digne & timorate & impeccabiliter opus aliquod peragendũ, quanto opus ipſum ſentit & nouit eſſe diuinius & alti⁹, & maiori virtute & conatu & circumſpectione & omnimoda perfectione indigẽs, ad hoc vt digne & congrue fiat & complacibilius Deo patri. Sed quælibet mens fidelis ſentit, ꝙ ſummum quid eſt concipere C Deum & fieri matrem Dei: ergo eo ipſo ſentit aut ſentire debet, ꝙ actus ad hoc immediate pertingens eſt actus perfectiſſimus. Sed hic fuit ipſe Virginis conſenſus: ergo quando ipſa ſenſit ſe a Deo ad hoc præeligi & præueniri, & hunc conſenſum ab ea exigi, oportuit, quod ex intimis medullis & omnium ſuarum virium & virtutum totalibus conatibus ſe accingeret & diſponeret & aperiret ad tãtam & tam ſingularem & inuſitatam gratiam digne & omnino impeccabiliter ſuſcipiendam. Sed hoc factum eſt digne & debite conſentiendo: ergo ille D conſenſus proceſſit ex omnibus virtutibus & conatibus eius, quemadmodum prægrãdis lapis machinæ iacitur ex fortib⁹ impulſibus totius machinæ & oĩum partiũ eius.

Quòd ad conceptum filij Dei, tota natura angelica ſuffragata eſt. Cap. 3.

TErtium quoq; adiutorium ad hunc cõſenſum Angelica infuſio fuit. Nã ad hoc miniſterialiter operatus eſt influxus hierarchicus omnium Angelorũ quorũ miniſterio ſm Dyoniſium, tota nr̃a regitur hierarchia. Cõſtat autem, ꝙ in toto E eorum miniſterio circa nos nihil tm̃ optabant & intendebant, ſicut vniuerſalem electorum ſalutem atq; ſaluationem. Sed in hora, qua Gabriel ad Virginem miſſus eſt: omnes nouerũt, ꝙ per Virginis cõſenſum formandum erat a Deo caput & principiũ nr̃æ ſalutis, Chriſtus. ſ. in quantũ homo. Ergo in illa hora tota Angelica curia ſeu, hierarchia totis deſiderijs & conatibus intendebat in Virginem ſuo miniſterio adiuuandam, ad tantum opus debite ſuſcipiendum atq; perficiendum. Et hoc tam apud Deum totis viribus pro hac re orando, q̃ etiam in F ipſam ſm proportionem hierarchici ordinis influendo. Nam oẽs Seraphini tale adiutorium ſuſcipiẽtes a Deo, illud influebãt in Cherubin, Cherubin in tronos, Troni in Dñationes, Dominationes ĩ Virtutes, Virtutes in Poteſtates, Poteſtates in Principatus, Principatus in Archãgelos, Archangeli in Angelos, Angeli in Gabrielem, Gabriel in Virginem benedictã. Neq; refert, an omnes immediate influerent, an aliquis in virtute omniũ. Nec mireris, ſi in virtute omnium plus potuit vnus q̃ faceret in virtute paucorum, aut in ſua ſola. Quia pars illa cordæ arcus, quæ ſola immediate tollit & ſagittã G impellit: facit eam longe fortius, quia operatur in totius arcus virtute, quam facere per ſe ſolam. Sic quoque videmus, quod Legatus vnius magnæ Cõmunitatis vel vrbis, vel cuiuſcunque magni & fortis exercitus: multo potentius & fortius mouet, & trahit corda eorum, ad quos mittitur, ſiue ad timorem, ſiue ad obedientiam vel amorem: quia gerit omnium ciuium & totius Communitatis eorum vicem & auctoritatem, quam faceret ſi veniret cum auctoritate ſolius mediæ vel tertiæ partis, aut cum propria ſola auctoritate.

H *Quod merita & ſupplicationes Sanctorum ad conſenſum virginis auxiliatæ ſunt. Cap. 4.*

QVartum adiutorium ad hunc cõſenſum fuit paterna affectio. Nã ad hoc per promerentiæ viam in adiutorium cooperans fuit totus cętus præcedentium Sanctorum, qui vtique uel implicite vel explicite ſuper omnia apud Deum deſiderauerant ſaluatorem eorum in æternam vitam. Ergo eo ipſo omnium intentiones, ſiue ſancta deſideria, & merita virtualiter con-

A concurrebant ad Saluatorem impetrãdum & introducendum a Deo, atque per conſequens ad illam & ad aduentum eius, per quam & in qua dandus erat ſaluator mundi. Si ergo Deus in hoc opere attendebat merita omnium priorum ſanctorum & Patrum, patet quod Virgini & conſenſui eius dedit gratiam a Sanctorum meritis præintentam. Si ergo diligenter conſiderentur omnia, quę dicta ſunt in trib' articulis prædictis, perciperet huius admirandi conſenſus finalem terminum, quæ quidem fuit omnis dignitas & perfectio incluſa in hoc

B quod eſt eſſe matrem Dei tam carne quam mente: quod profecto tranſcendit in infinitum quicquid aliud ſub Deo homine cogitari vel dici poteſt. Si ergo terminus tam ineffabilis fuit, ſuo merito proportinatus, oportet ꝙ meritoria perfectio huius conſenſus fuerit perfectioni ſui termini proportionata. Obiectio. Sed forte contra prædicta aliquis inſipiens cogitabit, & dicet, ꝙ Virgo in tam breui hora tot & tanta non potuit cogitare. Reſponſio. Sed eius inſipientia conuincitur triplici modo. Primo exemplo ſenſibili, ſecundo ratione fideli, tertio experimento ſpirituali.

C Primo quidem exemplo ſenſibili, quia ſi Rex Franciæ per ſolenniſſimum aliquẽ Ducem ſuum vel Comitem conſenſum ſuum deſponſatorium vni paupercullæ puellæ regni ſui, & indubitanter & ſolenniter deſtinaret, conſtat quod illa mox in eadem hora cum ſumma admiratione cogitaret Regis & omnium conſiliariorum ſuorum ineffabilem erga ſe dignationem & charitatem & ſuæ regalis dignitatis, aut regni totalem magnificentiam: Cogitaret etiam, quanta & qualia ſibi offeruntur & dantur, & ad quid aſſumitur & qualiter varijs, &

D precioſiſſimis eſt ornanda, & quibus officijs atque delicijs quibuſque cum Rege familiaritatibus colloquijs & ſimilibus dedicanda. Nec mireris, ſi per vnum talem actum menti ſimul quaſi innumera præſententur: quia per vnicũ aſpectum oculi cęlũ cũ ſtellis, & aer cũ nubib', & auib' & aqua cum fluctibus & nauibus et piſcibus, et terra cum herbis et arboribus et beſtijs, ac caſtris et ciuitatibus & vallibus cum montibus, fontibus & fluminib' inſimul & quaſi in momento noſtro viſui præſentantur. Secundo conuincitur ratione fideli: quia ſi prophetis & Apoſtolis dedit ſubito illuminationes mirabiles tam de diuinis, quam de humanis, prout eorum Apoſtolico, &

E prophetali officio competebat: quis homo rationalis ſentiet, quod ei, quæ in Reginam mundi & matrem Dei eligitur, non detur illuſtratio competens & proportionata dignitati & ſtatui tanto: & maxime, quando ab ea talis conſenſus & actus exigitur: qui ſine ſummis illuſtrationibus & virtutibus nequit ab ipſa digne atque decenter expleri. Rurſus ne credas Virginẽ in illa hora diuinorũ ignaram, & inſtar vulgarium puellarum imperitam fuiſſe. Recordare, quod ante hæc dicta eſt gratia plena, & præ cæteris mulieribus benedicta: & quod Deus per ſingularem aſſiſtentiam erat ſecum. F

Recordare etiam ex prima ſui ſanctificatione in vtero matris ſuæ tantam recepiſſe gratiam, quod omne peccatum, etiam minimum veniale, vitare potuit, & omnino vitauit. Quod quidem fieri non potuit, niſi maximam ſapientiam acceperit omnium agendorum & vitandorum, & amandorum & odiendorum, atque credendorũ & non credendorum. Tertio quoque conuincitur talis animalis homo experimento ſpirituali, quia ſecundum Apoſtolũ. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi. ſ. corradicata. Cum. n. ſpiritus Dei mẽtem ſubtiliter penetrat & redundanter inebriat, innumerabiles radios diuinæ lucis & ſapientiæ in ea multiplicat atque ſpargit. G Intrat. n. mentem, ſicut ſol oriens intrat in mũdum. Sicut enim habetur Sapient. 7. Spiritus iſte eſt vnicus & multiplex & ſubtilis: & ſapientia, a qua procedit, eſt omnibus mobilibus mobilior, attingens vbique propter mundi tiam ſuam. Proinde cum vult ſimul oſtẽdit pręterita & futura. ſecundum. n. Apoſtolũ, vbi ſupra, Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, & ideo ſpiritualis iudicat omnia, et vbi ſupra. Virgo igitur iſta ſpiritu ebria non poterat neſcire ea, q̃ ſunt ſpiritus Dei. H Et ideo Maria, illuminata ſeu illuminatrix merito nominatur: quamuis reſpectu ſpiritus & ſapientiæ quæ in Chriſti conceptione accepit, modicum fuerit, quicquid hẽbat prius. Deniq;, vt verbis deuoti Bernardi vtar, Per te acceſſum habemus ad filium, o Virgo benedicta, inuẽtrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis: per te ſuſcipiat nos, qui per te natus eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas tua culpã noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata noſtræ veniam impetret vanitatis. Copioſa charitas tua noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & fœcunditas tuã

A gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorum, vt tandem meritis tuis filium poſſideamus in gloria, qui cum patre & Spiritu ſancto te & omnes Beatos glorificat & præmiat per infinita ſæculorum ſecula, Amen.

De Salutatione Angelica, quæ per ordinem declaratur. Sermo 7.

Cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio, Luc. primo capitulo. Require, quia habetur in primo Quadrageſimali, de Chriſtiana Religione, feria tertia hebdomadæ ſanctæ, Ser
B mone. 52.

De admirabili gratia & gloria beatæ Virginis matris Dei. Sermo 8.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. Require in de Chriſtiana Religione, feria quarta poſt paſcha, ſermone, ſexageſimo primo.

De ſeptem verbis virginis glorioſe, in quibus ſeptem gradus, ſeu proceſſus amoris inſinuantur.

C

Sermo IX.

QVam dulcia faucibus meis eloquia tua, Pſalm. 118.

Dignare me laudare te Virgo ſacrata: nec modicam deſpicias tui famuli ſeruitutē, cuius non modicam in tuis laudibus deuotionem attendis. Dignare cœleſtis Regina mihi per ſublimium ſenſuum tuorum miſericordiam quaſi vaſta per æquora ſine remige nauiganti cœleſtis auræ fauore ſuccurrere, vt qui altiſſimos ſenſus verborum tuorum ſaltem balbutiendo declarare deſidero, gratia tua confiſus, tuo ad-
D iutorio valeam explicare. Aſpiret & ille diuinus habitator hoſpitij tui, vt qui in laudem ſuæ matris ſtudium pietatis attendit, pius adiutor adeſſe non dedignetur e cœlis. Quis enim mortalium, niſi diuino tutus vel fretus oraculo, de vera Dei & hominis genitrice quidquam modicum, ſi ue grande præſumat interconciſis, immo pollutis labijs nominare, quam pater ante ſæcula Deus perpetuam prædeſtinauit in Virginem digniſſimam, filius elegit in matrem, ſpirituſſanctus omnis gratiæ domicilium præparauit? Quibus verbis ego homunculus ſenſus altiſſimos Virginei cordis ſanctiſſimo ore prolatos efferā? qui- E
bus non ſufficit lingua omnium hominum & etiam Angelorum? Dominus enim Mat. 12.c. ait, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Quod verbum poteſt etiam eſſe thema. Quis autem inter puros homines melior homo poteſt excogitari, quàm illa quæ meruit effici Mater Dei, quæ nouem menſibus in corde & in vtero ſuo ipſum Deum hoſpitata eſt? Quis theſaurus melior, quàm ipſe diuinus amor, quo fornaceum cor Virginis ardens erat? De hoc igitur corde, quaſi de fornace diuini ardoris, Virgo beata protulit verba bona, ideſt verba ardentiſſimæ charitatis. F
Sicut enim a vaſe ſummo & optimo vino pleno non poteſt exire, niſi optimum vinum: Aut ſicut a fornace ſummi ardoris non egreditur, niſi incendium feruens: ſic quippe a Chriſti matre exire non potuit verbum, niſi ſummi ſummeque diuini amoris atque ardoris. Sapientis quoque Dominæ atque matronæ eſt, pauca verba, ſolida tamen atque ſententioſa habere. Proinde ſeptem vicibus, quaſi ſeptem verba tantū miræ ſententiæ & virtutis a Chriſti benedictiſſima matre leguntur dicta, vt myſticè oſtendatur ipſam fuiſſe plenam G
gratia ſeptiformi. Cum Angelo bis tantummodo locuta eſt, Luc. 1. cap. Quomodo fiet iſtud, &cæt. & ecce ancilla Domini, &c. Cum Heliſabeth, bis etiam, Luc. 1. ſcilicet illam ſalutando. Secundo laudando, cum ait: Magnificat anima mea Dominum, &c. Cum filio etiam bis. Semel in tēplo, Luc. 3. Fili, quid feciſti nobis ſic? Secundo in nuptijs. Ioan. 2. Vinum non habent. Cum miniſtris ſemel, Ioan. 2. Quodcunque dixerit vobis, facite. Et in his omnibus ſemper valde parum locuta eſt. Excepto, quod in laudem Dei & gratiarum H
actione ſe amplius dilatauit, ſcilicet cum ait: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpūs meus in Deo ſalutari meo. vbi non cum homine, ſed cum Deo locuta fuit. Hæc ſeptem verba ſm̄ ſeptem amoris proceſſus & actus ſub miro gradu & ordine ſunt prolata, quaſi ſint ſeptem flāmæ fornacei cordis eius. Quę verba cōſiderās atq; ruminans mens deuota cū ipſo ꝓpheta inquit: Quam dulcia faucibus meis, ideſt omnibus affectionibus eloquia tua. Porro dulcedo hæc, q̄ in verbis beatæ Virginis deuota mens ſentit, eſt ardor pię deuotionis, q̄ in eis anima experimētaliter probat. Dicat igitur mens deuota, Quam dulcia

faucibus

A faucibus meis eloquia tua. Diſtinguamus igitur per ordinem has ſeptem flammas amoris verborum Virginis benedictæ. Prima eſt flamma amoris ſeparantis, ſecunda amoris transformantis, tertia amoris communicantis, quarta amoris iubilantis, quinta amoris ſaporantis, ſexta amoris compatientis, ſeptima amoris conſumantis. Tamẽ ſeptem flammas ſub triplici articulo diſtinguamus, vt in primo articulo contineantur tres flammæ, in ſecundo ſolummodo quarta flamma, & in tertio tres vltimę flammę.

B **Articvlvs Primvs.**

De triplici gradu amoris in triplici verbo Virginis demonſtrato.

PRimo enim ponamus tres flammas primas ſecundum ordinẽ, ſecundum quem ſanctus Euangeliſta Lu. 1. cap. deſcribit eam fuiſſe locutam.

C *Quantum ex amore ad Dominum Beata Virgo omnem corruptionem abborruerit etiam quod vmbram corruptionis habebat.* Cap. 1.

PRima flamma eſt amoris ſeparantis. Natura quippe veri amoris eſt a contrario ſui amati ſe elongare. Et quanto amor maior & formoſior eſt, tanto receſſus iſte eſt maior, & econuerſo. Rogo diligenter attende, quantus iſte receſſus apparuit in primo Virginis verbo, quo Lu. 1. c. Angelo ſibi promittenti conceptum & partum filij Dei,
D quaſi ſtupefacta reſpondit, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? id eſt, quoniam ſum in ſtatu & voto nunquam cognoſcendi virum. quaſi dicere velit: Scio quidem Deum multos modos habere, ſub quibus iuxta voluntatem ſuam hoc implere poteſt: ſed vnus, quantum in me eſt, & ex voto animi mei eſt: ab animo meo omnino elongatus & alienus. ſ. quod virum carnaliter cognoſcendo concipiam etiam ipſum Deum. vide 27. q. 2. §. ſed quæritur, habet: Vouerat. n. Maria ſe virginem perſeueraturam. Vnde ait Angelo, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? id eſt, me non cognituram propoſui. ſequitur, Sed ſicut ait Aug. Beata Maria propoſuit ſe ſeruaturam in corde votum virginitatis, ſed ipſum votum virginitatis non expreſſit ore; ſubiecit ſe diuinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe perſeueraturam virginem, niſi Deus aliter ei reuelaret. Et ſubditur: Poſtea vero quam filium genuit, quod corde conceperat, ſimul cum viro labijs expreſſit, & vterq; in virginitate permanſit. Conſidera igitur diligenter, quantum recedit ab omni contrario ſui dilecti. ſ. Dei, quando non ſolum odit offenſam eius, ſed etiam omnem actum corruptũ & vitioſum, quantũcunq; fieret ſine illius offenſione: ſicut vtiq; fieri F poteſt actus matrimonialis, & maxime ſi ordinatus ſit ad prolem diuinam. Et tamen etiam hunc, quantum erat ex ſe, & abſolute, beata Virgo ſic odio habuit, vt ex hoc dixerit hoc verbum. Profecto, vt exiſtimo, hæc præcipua cauſa fuit, quare modus concipiendi filium Dei, iam ab ipſo Deo præfixus ſibi non fuerat reuelatus, vt Virginis animo, atq; eloquio & efficaciſſimo actu. i. verbo, ore, & opere exerceretur, & de facto probaretur actus iſte tam ſeruẽtis amoris, & hoc in ſuo altiſſimo gradu.

G *Quanta veniente transformatione iuncta eſt Deo Beata Virgo in conceptione filij Dei.* Cap. 2.

SEcunda eſt flamma amoris transformantis, cuius actus eſt ſumme vnire amantem cum ipſo amato, & econuerſo. Licet enim hæc flamma ſit radicaliter omnium prima: tamen ſecundum complementum ſuum, atque experimentale exercitium eſt ſecunda, quia nunquam plene ſentitur, nec in quodam actuali exercitio plene habetur, niſi homo ſe per- H fecte exercuerit prius ad ſugam & odium cuiuſcunque contrarij & omnis impediti ui plenæ poſſeſſionis dilecti, atque gratiæ & complacentiæ eius. Attende autem, quantum iſta flamma refulſit in ſecundo Virginis verbo, quo in filij Dei conceptum aſſentiẽs Angelo ait, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Quia enim amoroſa mentis vnio ad ipſum Deum ex parte mentis debet tota eſſe humilis & ſubiecta, ac prompta, & ſamularoria, ſiue in omnibus obſequioſa: idcirco Virgo primo vt talem ſe exhibet Deo, & conceptui

A ceptui filij Dei, dicens, Ecce ancilla Domi-
ni. Quia etiam debet eſſe timorata ſimul &
fiducialis, ſuauiter & deprecatorie deſiderā
ta: & hoc non vltra, nec citra menſuram ſi-
bi a Deo præfixam: idcirco adiecit, Fiat mi-
hi ſecundum verbum tuum. quaſi dicat,
hoc non auderem petere a meipſa, ſed nec
volo, nec audeo de Dei promiſſione diffidē
re: nec ſupra, vel infra ſuum verbum per te
mihi pronunciatum hoc quærere & deſidē
rare. Proinde iuxta verbum tuum fiat mi-
hi a Deo conceptio filij eius eo modo, quo
per te illā mihi annunciauit. Quaſi enim in
hoc verbo clarius exprimatur obedientia
longa, cum ait, Ecce. humilitas profunda,
B cum ſubdit, Ancilla Domini. Charitas lata,
cum addit, Fiat mihi. Fides alta, cum tandē
concludit, Secundum verbum tuum. Vt a-
perte clareſcat ſolam Beatam Virginem eſ-
ſe talem, vt digna ſit comprehendere ſuper
omnes tam Sanctos, quam Angelos, quæ
ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & pro-
fundum incarnationis filij Dei. Contempla
re igitur mens deuota, in quo tunc actu &
aſſenſu diuini amoris, & miræ transforma-
tionis erat mens illa, in qua tantus auſus
fuerit, quod conſtanter & pleno aſſenſu au
deret optare, & quærere ſe fieri matrem
C Dei altiſſimi, & ipſum vere fieri filium eiꝰ.
Porro ipſe terminus & conſenſus deſide-
rij huius altitudinem docet. Terminus
enim fuit ſumma impletio deſiderij huius,
ſicut in puellam aliquam præcurrente con-
ſenſu Regis & puellæ pet ſolennem & fi-
de dignum nuncium deſtinato, atque de-
nunciato, cum conſenſus puellæ in idip-
ſum ſubſequitur, & per eius verbum Regi,
vel eius nuncio plene exprimitur, confe-
ſtim fit, & ratificatur inter eos indiſſolubi-
le vinculum coniugale. Sic & multo altius,
& immobilius præcurrente hoc conſenſu
Dei per eius Angelum Virgini denunciato,
D mox ad plenum conſenſum Virginis ſubſe
cuta eſt illa ineffabilis & ſumme inſepara-
bilis vnio Chriſti ad matrem, & ma-
tris ad filium Dei Chriſtū. Quan-
tum fuerit meritum huius
virginalis conſenſus,
dictum eſt ſupra
in hoc trac.
ſer. 8.
articulo primo,
capitu. ter-
tio.

Quanta feruenti velocitate feſtinauit Beata Virgo communicare dilectionem, & gratiam filij ſui. Cap. 3. E

TErtia eſt flamma amoris communi-
cantis. Eſt profecto natura veri amo
ris amatum, & eius amorem alijs ꝑ
poſſe imprimere: ſicut & ignis natura eſt,
omnia quę ei circunſtant, ſecundum eorū
ſuſceptibilitatem, ignire & inflammare.
Propter quod in tertio Virginis verbo, quo
ſalutauit Eliſabeth, ſtatim talis impreſſio
ſubſecuta eſt, quod Ioannē in vtero matris
ſanctificauit, & in Chriſtum præ gaudio
exultare fecit, atque matrem in tantum ſpi- F
ritu ſancto repleuit, vt intime ſentiret con-
ceptum & incarnationem filij Dei paulo
ante iam factam, ita vt exultans diceret ma
tri Chriſti, Benedictus fructus ventris tui.
Sed hoc ſerioſius Lu. 1. c. oſtendere volens
ponit per ordinem tria. Primo Mariæ ſalu-
tationem, ſecundo Ioannis exultationem,
tertio Eliſabeth iubilationem. Primo inquā
ponit Mariæ ſalutationem: Sed prius præ-
mittit dicens, Exurgens Maria abijt in mon
tana cum feſtinatione. ſ. vt ſubito commu-
nicaret gratiam & amorem filij ſui Ioanni
& parentibus eius, in ciuitatem Iuda. i. in
Hieruſalem, quę erat in montanis ſita. Et G
intrauit in domum Zachariæ. Gloſa vt ſcili-
cet grandęuę prægnanti iuuencula deſerui-
ret. Et ſalutauit Eliſabeth. Nam ſimul cum
humilitatis ſigno beneficium dedit cū ver-
bo. Secundo ponit Ioannis exultationem,
propterea ſubdit: Et factum eſt, vt audiuit
ſalutationem Marię Eliſabeth, exultauit in-
fans in vtero eius. Nam qui prius verbi
Dei influentiam ſuſcepit, prius virtutem ſa
lutationis & viſitationis agnouit. Et quia
lingua non poterat reſpōdere de vtero ma-
tris, in occurſum illius geſtiebat erumpere.
vnde & glo. ait: Quia lingua non poterat, H
animo exultante ſalutat, & ſuę præcurſio-
nis officium inchoat. Senſit enim aduentum
Domini. Spiritus enim ſanctus mouit Ioan
nis liberum arbitrium ad cognoſcendū Sal
uatoris aduentū, propterea in gaudio exul-
tauit. Tertio autem ſubdit Eliſabeth iubi-
lationem. Proinde ſubiungit dicens, Et re-
pleta eſt Spirituſancto Eliſabeth, & excla-
mauit voce magna & dixit, Benedicta tu in
mulieribus, & benedictus fructus ventris
tui: & vnde hoc mihi, vt veniat mater Do-
mini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox
ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit
in

A in gaudio infans in vtero meo: & beata,
quę credidiſti, quoniam perſicientur ea, quæ
dicta ſunt tibi a Domino. Attende autem,
quanta fuit gratię plenitudo communicata
Ioanni ad præſentiam verbi Dei, & per af-
ſatus virginei oris. Nam & meritis eius ma
ter Spirituſancto repletur & datur ſibi my
ſterium incarnationis agnoſcere, ex feruore
clamare, benedictam Virginem prædicare,
intelligere Virginis dignitatem, & ſe tanta
viſitatione indignam. Nam eam, quam Spi-
rituſſanctus repleuit humilitate, vacuā non
reliquit. Ecce quanta communicatio Spiri-
tuſſancti, atq; diuini amoris facta eſt ex ſalu
tatione Virginis benedictę.

B

Articulus Secundus

De exultanti iubilatione Virginis glorioſæ quando Magnificat decantauit.

SEcundo ponamus quartam flammam,
quę eſt amoris iubilantis, cuius natura
eſt ſemper de dilecto pſallere & canta-
re. Dum enim beata Virgo a beata Eliſa-
beth de fide magnificaretur, & benedictus
fructus ventris ſui glorificaretur, in altiſſi-
C ma contemplatione anima eius ſubuecta
totum in Deum refundens ait, Magnificat
anima mea Dominum. In quo cantico ma-
gnificat & glorificat, atq; regratiatur ſum-
mo Deo de multitudine magnorum bene-
ficiorum ſuorum. Et primo de beneficijs
particularibus, ſecundo de beneficijs gene-
ralibus, tertio de beneficijs ſingularibus. Et
continet hoc canticum decem verſus, iuxta
propheticum dictum in pſal. 32. In pſalte-
rio decem chordarum pſallite illi. Quod po
teſt eſſe thema, quando hoc ſolum canti-
cum prędicatur.

D *Quomodo iubilando regratiata eſt Beata Virgo ſummo Deo de beneficijs ſibi factis. Cap. 1.*

PRimo enim regratiatur beata Vir-
go, atque magnificat ſummum
Deum de beneficijs particulari-
bus. ſ. ſpecialiter ſibi collatis. Et
hoc tripliciter. Primo magnificando, ſecun
do exultando, tertio exemplificando. Pri-
mo enim regratiatur Deo magnificando;
propterea inquit, Magnificat anima mea Do
minum. Non dicit lingua, cum ad magnifi-
candum Dominum deficiat omnis lingua: E
Sed anima mea inquit, quę plus poteſt cō-
prehendere, quam lingua exprimere. quaſi
diceret, Magnificauit Dominus facere me-
cum, dum ſeipſum per me intra meum ſe fe
cit vterum. Et ſic me magnificam reddidit
etiam ſupra ſublimitatem omnium Ange-
lorum: ſed hoc omnino eſt ſuum, & non
meum. Et ideo non meipſam magnifico
inaniter me iactando: ſed magnificat ani-
ma mea Dominum, donum ſuum in ipſum
totaliter referendo. Vt enim Beda ſuper Ma
gnificat ait: Beata Virgo magnificentiam
ſuam plene cognouit, ſed totum in Deum
refudit. vnde in perſona Virginis loquens F
ait; Magnificat anima mea Dominum. ſ. vo
ce, opere, & affectu. Magnificat quidem Do
minum omnis creatura, ſed anima mea ſu-
per omnia. Inter enim omnem creaturam
nihil tam magnifice fecit, ſicut animam
meam. Ideo magnificat anima mea Domi-
num. Secundo autem regratiatur Domi-
no exultando, propterea ſubdit, Et exulta-
uit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Ex
magnificatione Dei recte ſubſequitur exul-
tatio ſpiritus, atq; mentis. q. d. ſecundū glo.
Exultauit ſpiritus meus extra omnem crea
turam, & extra ſemetipſum, & iam prę im- G
mēſitate gaudij ſaltauit ī Deo ſalutari meo,
.i. in Ieſu, licet omnium, tamen ſingulariter
meo. Dixerat enim ei Angelus, Vocabis
nomen eius Ieſum: quod interpretatur ſalu
tare. Exultauit quippe in filio, quem geſta-
bat in vtero. q. d. Totum, quod ſentio: totū,
quod diſcerno: totum, quod viuo in ei' ma-
gnitudine contemplanda, & præceptis eius
ſeruandis impendo: nulla proſperitas me
extollit, nulla aduerſitas me frangit: ſed in
illis ſolius delectatur ſpiritus meus, memo-
ria in illius perpetua diuinitate, cuius caro
mea fęcundatur temporali conceptione.
quaſi diceret, vt ait Hugo. De ſalute quoque H
quam humano generi pręparari video, to-
tis præcordijs exulto. Video nanque de me
aſſumi, quod & credo pro me debere offer-
ri. Verè, dilecta Virgo Maria, in cellam vina
riam ad Regem ſponſum tuum introducta,
ad vbertate domus eius inebriata, memo-
riam ſuauitatis illius eructaſti, & iuſtitia il-
lius exultaſti. Vidiſti quippe maieſtatem, gu
ſtaſti ſuauitatem. Ideo quod intus hauſiſti,
foris propinaſti. Duo enim ſunt, quæ boni
Angelorum & hominū ſpiritus in illo fon-
te boni æterna contemplatione hauriunt. ſ.
incomprehenſibilis Dei maieſtas, & ineffa-
bilis bonitas, quorum alterum caſtum timo

rem

A rem gignit, alterum dilectionem parit. Pro maieſtate nanq; venerantur Deum: pro bonitate diligunt eum, ne vel dilectio ſine reuerentia diſſoluta ſit, vel reuerentia ſine dilectione pęnalis. Ad hanc contemplationē mens beatæ Virginis ſubuecta eſt, quæ cœleſtis patriæ dulcedine in verbis ſuis tam amabiliter expreſſit, quam mirabiliter comprehendit. Cum enim magnificare Dominum ſe perhibuit, venerandam maieſtatem in æterna viſione contuitam fuiſſe manifeſte declarauit. Cum vero ſe in ſalutari ſuo exultaſſe aſſeruit, guſtum internæ dulcedinis ſe percepiſſe oſtendit. Hæc Hugo. Tertio Deo regratiatur exemplificando. ſ. quæ

B tantum aſcendit cōtemplando maieſtatem Dei omne verbum, quod in ea erat, in ipſum refundens, tandem in profundam humilitatem reſiliens, & in exemplum ſe ponens ſubdit: Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. ſ. præcęteris eligendo, vt fierem mater Saluatoris mei, Prouer. vlt. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuę. tripliciter quidem reſpexit. Primo inſpirando, vt humilita-

C tem præ cæteris donis eligerem, Lu. 1. cap. Ecce ancilla Domini. Secundo acceptādo, vt ipſum Dominum conciperem. Bernard. Et ſi ex virginitate placuit, tamen ex humilitate concepit. Tertio exaltando, vt per ipſam ſuper omnes cœlos aſcenderem. Pſal. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Item reſpexit humilitatem, non nobilitatē & altitudinem: quia Dominus humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Non pulchritudinem, quia fallax gratia. ſ. carnis, & vana eſt pulchritudo, Prouer. vlt. Non potentiam, quia Dominus depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Non ſapien-

D tiā, quia ſtultam fecit Dominus ſapientiam huius mundi, 1. Corin. 1. Non virginitatem, qa inueniuntur etiā fatuę virgines, Mat. 25. Quinque autem ex eis erant fatuę. Deniq; non propinquitatem generis: non additamenta, non eloquentiam, non humanam prudentiam, non diuitias: non cętera talium, vt a Deo reſpiceretur enunciat, etiam quæ maiora ſunt, reticet: non reſpexit ſanctificationem in vtero, non conlemplationem, non orationem, non ſenſuum cuſtodiam: & quod mirabilius eſt, non prodit fidem, ſubticet ſpem: non nominat ſuperexcedentem charitatem. Cunctæ virtutes in ſilentio factæ ſunt: pro humilitate ſolum ſe reſpectam a Deo gloriatur, quia reſpexit humilitatem ancillę ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Aperte porro, quoniam a contraria feneſtra eius prima mulier ſe cum omni prole ſua de arce bonitatis deiecit. Et inde luciſer de altiſſimis ſedibus ad pallidas ſedes cum ſuis ſequacibus potenter eiectus eſt. Proinde glo. inquit: Ecce quam vilia de ſe ſentit, & totū Dei gratiæ tribuit. In Deo ſuo ſe monſtrat humilem, ſed reſpectu ſupernæ gratiæ ſublimem: vt quod natura in primis parentibus per ſuperbiam perdiderat, in Maria per humilitatem acciperet. Ideoq; verbum patris in ea per humilitatis

F ſuæ meritum carnis ſubſtantiam, quam ſibi vniri aſſumpſit: & tunc ad eam, quam prius abiecerat, naturam ſublimandam per miſericordiam reſpexit. Sed quia ex præfata humilitate intellexit, quantum erat exaltanda, ſubiungit dicens: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, ſcilicet cœli, & terræ, & inferni. Cęli, quo ad Angelos, quos reſtaurauit: terræ, quo ad homines, quos reconciliauit: inferni, quo ad captiuos, quos liberauit. Hæc eſt, de qua in myſterio Iudith 15. c. dictum eſt: Tu gloria Hieruſalem, ſcilicet cœleſtis, cuius rui-

G nam reparaſti, quantum ad Angelos. Tu lætitia Iſrael, quantum ad captiuos. Tu honorificentia populi tu, ſcilicet hominum, quibus fratrem & reconciliationem generaſti. Vel omnes generatione, ideſt, Iudæi, & gentes, maſculi & fœminæ, Angeli & homines, pauperes & diuites, magni & parui, ſerui & liberi, iuſti & impij. Et breuiter omnis conditionis generatio, quia omnes beatificant eam. Proinde Bernardus hoc verbum exponens ait: O dilatatum cor Mariæ genitricis Dei, quam perlucidis oculis omnem creaturam in vera beatitudine ſimul collocandam aſpexiſti. Ecce, inquit, in-

H tuentis eſt verbum, & demonſtrantis. Ecce iam video, quid futurum ſit de me, quis fructus procedit ex me, quot & quanta bona non mihi ſoli, ſed omnibus generationibus prouenient per me. Nam & Angelicarum ruinarum numerus per meum genitum reintegrabitur, & hominum generatio in Adam maledicta, per benedictum ventris mei fructum ad æternam beatitudinem regenerabitur. hæc Bernardus. Et ſubdens cauſam tantæ regratiationis ait: Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. quaſi diceret, hoc ipſum quod me beatificant omnes generationes, non

A non mihi attribuo, non meis meritis aſcribo: ſed potius ei, qui fecit mihi magna. Magnum quippe eſt, quod virgo ſum: maius, quod vtrunq; ſimul & mater & virgo ſum: ſed maximum, ſi cuius mater ſum, attendatur: quia ſcilicet vnigeniti filij Dei, & omnium ſaluatoris. Et licet hæc magna facta ſint omnibus generaliter: mihi tamen facta ſunt ſingulariter, & ad meam inextimabilem gloriam in me & de me per Spiritumſanctum completa potenter. Proinde, Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge-
B nerationes. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt & ſanctum nomen eius. quę per experientiam ſentio. Qualia autem ſunt, nō exprimo: quia nec plene auris Angelica intelligere poteſt. Iſta quippe magna, non ſolum creaturis ſunt maxima, ſed etiam maxima & inſuperabilia ſunt illi, qui potens eſt, immo omnipotens eſt & ſanctū nomē eiꝰ. Et tamen nec potentiora, nec ſapientiora ille facere potuit, quam quæ in me ipſe fecit, dum ſcilicet hominem verbo vniuit, vt idem ſit factor, qui & factura, filius meus Ieſus, ſuper omnia benedictus Deus, qui ad
C omnium ſalutem eſt factus: ſed æterna diſpoſitione, & immenſa mea dilectione facta ſunt ad meam gloriam ſingularem. Attende, quod ſic ſubtiliter loquendo, beata Virgo ſummam humilitatem tenuit: nam ꝙ ipſa fuerit potens Dei filium generare, & talia magna recipere, non ſuæ virtuti attribuit: ſed ei, qui potens eſt, qui ſuam potentiam in humilitate Virginis voluit honorare. Et quod ipſa ſic ſanctiſſima fuerit, vt genuerit ipſum ſanctum ſanctorum, non ſuæ virtuti attribuit: ſed ſanctitati illius, qui nomen ſanctum ſuum maniſeſtare voluit, dū mulierem, quæ caput peccati fuerat, ſic ple-
D niſſime expurgare voluit, vt genitrix fieret omnis ſanctitatis in omnia vaſa gratiæ diffundendæ. Et hoc totum importat, cum dicitur: Qui potens eſt & ſanctum nomen eius. Quaſi dicere velit: Cum fœmina ſit omnium creaturarum rationabilium viliſſima, & tota infecta immunditia: qualis ex me fuiſſem, niſi me ipſius gratia præſeruaſſet: ideo fecit in me magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius: quia nunquam iſta magis decenter maniſeſtare potuit, quam quando mulierem ſuper omnem creaturam exaltauit, & ipſam matrem omnis gratiæ, & mundi-
tiæ per ſuam ſanctitatem effecit. E

Quomodo B. Virgo Maria regratiatur de beneficijs Angelis & hominibus miſericorditer datis. Cap. 2.

SEcundo beata Virgo regratiatur Deo de beneficijs generalibus. Et primo de beneficijs miſericordiæ, ſecundo de beneficijs iuſtitiæ, tertio de beneficijs miſericordiæ & iuſtitiæ. Primo inquam regratiatur Deo de beneficijs miſericordiæ: Vnde ait, & miſericordia eius. ſcilicet inchoata in mea progenie primi honoris in pro- F
genies filiorum hominum, ſcilicet dilatabitur, ideſt, in omnes progenies mundi, quas in ſpiritu credituras præuidit. Vna ſiquidem fuit hominum prima progenies, quæ deinceps in multas progenies diffuſa eſt, & ab omni alia diſtincta erat progenies Iudæorum, dumtaxat vnius Dei cultum tenentium, quibus primo credita ſunt eloquia Dei, ad Iſraelitas oues. Primo Dei filius miſſus erat, vt eis prius, deinde omnibus miſereretur. Nam & Oſeæ 1. cap. Dominus ait, quod etiam Apoſtolus ad Ro. 9. cap. commemorat dicens: Et vocabo non G
plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiā conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et ad Ro. 11. c. Concluſit enim Deus omnia in credulitate, vt omnium miſereretur. Et Sap. 11. cap. ſcriptum eſt: Miſereris omnium, quia omnia potes. ſequitur, Et nihil odiſti eorum, quæ feciſti. ergo ſicut Propheta inquit, Et miſericordia eius ab æterno vſque in æternum: non paſſim tamen, ſed timentibus eum: quia profecto Spirituſſanctus fugit ſuperbum, & requieſcit ſuper humilem & manſuetum & trementem ſermones eius. Iſa. 66. Propterea Virgo beata ſubdit: H
Timentibus eum. Nullus profecto excluditur a miſericordia Dei, niſi qui Dei miſericordiam per impęnitentiam a ſe excludit. Altiori tamen intelligentia dicere poſſumus, quod beata Virgo in altiſſimo lumine contemplationis vidit per merita ſua poſt filium ſuum plurimum profuiſſe ſanctis Angelis in gratificatione & glorificatione eorum, cum in fide & merito conciliatoris Dei hominum, & Angelorum de Virgine naſcituro videbant ſe Angeli gratificari, & glorificari a Deo, ſicut de hoc plenius dictū eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo. 60. ar. 2. & c. 3. Ad hunc igitur intellectum

A tellectum loquitur beata Virgo, cum ait: Et
miſericordia eius a progenie Angelorum,
in progenies hominum, tamen de vtriſque
ſubiungit dicens: Timẽtibus eum, ſicut in-
fra patebit. Secundo Virgo beata regratia-
tur Deo de beneficijs iuſtitiæ. In altiſſimo
quippe lumine, ſicut prædictum eſt, intelle-
xit beata Virgo, quod Dei dona ſic electos
illuminant, viuificant, & in Deum transfor-
mant, quod reprobi ex eis maiora iudicia
ſibi ex ſua induratione & obſtinatione, at-
que ingratitudine diuinæ ſeueritatis accu-
mulant. Proinde magna electorum dona,
vt plurimum ſunt excęcatio reproborum,
B maxime illorum, qui de ſua præſumentes
iuſtitia in ſuis operibus gloriantur. Propte-
rea Dominus Ioan. 9. c. ait: In iudicium ego
in hunc mundum veni, vt qui non vident,
videant: & qui vident cęci fiãt. Et Symeon
Lu. 2. c. ait: Ecce poſitus eſt hic in ruinam,
& in reſurrectionẽ multorum. Hunc ergo
proceſſum ſacra Virgo illuminata contem-
plans, poſtquam ſublimiſſima dona miſeri-
cordiæ Dei in electos, tam Angelos, quam
homines timentes eum diffuſa & diffun-
denda expreſſit, ad Dei generalia iudicia ſu
per reprobos ſe conuertit, & curſum proui
dentiæ Dei in regimine creaturæ rationalis
C deſcribens; quid dæmones ſuperbi, vel ho-
mines mereantur, exponit. Et quia Chriſtus
per ſtrenuitatem virtutum, ſupra quam dici
poteſt operatus eſt Dei patris honorẽ, non
tantum per miſericordiam ſanctificãdo ele
ctos, tam Angelos, quã homines: verũetiam
per iuſtitiam expugnando reprobos. Ideo
hoc exprimens ait: Fecit potentiam in bra-
chio ſuo. Vulgaris quidẽ vſus loquẽdi hoc
habet, ꝙ cum magnum aliquid quis fecit in
hoſtem, vt virtus ad brachiũ referatur. Sed
nõ ſunt hæc verba Spiritusſancti per os Vir
ginis deprompta in anguſtum leuiter inclu
denda. Alte, lateq; diffundi poſſunt & de-
D bent. hoc quippe brachium, quod beata Vir
go cõmemorat, in quo Deus ſuam poten-
tiam fecit æterni patris, æternus filius eſt;
in tempore filius Virginis factus, qui meri-
to propter tria Dei brachium nuncupatur.
Primo propter creationem, ſecundo pro-
pter conſeruationem, tertio propter expu-
gnationem. Primo propter creationẽ. Nam
per brachium homo operatur. Sic pater per
filium vniuerſa creauit, Io. 1. Omnia per ip-
ſum facta ſunt. Secundo propter ſuſtenta-
tionem, ſeu conſeruationem: quia homo in
brachio ſuſtentat. Sic pater in filio ſuo, Heb.
1. c. Portansque omnia verbo virtutis ſuæ.

Tertio propter expugnationem, quia cum E
brachio homo pugnat & vicit: ſic pater vin
cit & pugnat per filium ſuum, vnde Prophe
ta inquit, Redemiſti in brachio tuo filios, Ia
cob, & Ioſeph. i. electos de Iudæis & genti-
bus, hoc eſt omnes nationes, quæ ſaluæ fa-
ctæ ſunt. Ait enim filios Iacob. i. circunciſio
nis, & filios Ioſeph. i. præputij. Ioſeph enim
augmentum interpretatur, & ad gentes in
Ægyptum iuit: propterea per eum gentes
ſignificantur. Per hoc enim brachium pa-
ter expugnauit diabolum, captiuauit infer-
num, ſubiugauit mundum Merito ergo Vir
go beata inquit, Fecit potentiam. Ad maio-
rem certitudinem præteritum ponit, vel de F
Angelorum loquitur caſu, ſicut in ſermone
60. de Chriſtiana religione, apertius demõ-
ſtratur, in brachio ſuo. i. in filio ſuo: non ſo
lum potenter & ſtrenuiſſimè operatus eſt,
ſed etiam emphatice. potentiam fecit, quia
diſperſit ſuperbos mente cordis ſui, in quo
ſuperbiam præſumptuoſam omnium repro
borum oſtendit nomine mentis, qua ſe cę-
teris excellentiores exiſtimant, & Deo ſe
per humilitatis reuerentiam non inclinant.
Oſtẽdit etiam affectuoſiſſimam, ac per hoc
malitioſiſſimam iniquitatem; quia ex prę-
cordiali affectu honoris proprij ſeipſos con G
tra Dei preceptum extollunt. Præterea in-
quit, Cordis ſui. in corde quippe eſt ſedes
ſanguinis & caloris, ac per hoc affectualis
amoris. vnde per hoc oſtẽditur, ꝙ ſunt pro
prij amoris maximi amatores. Vel aliter di-
ci poteſt, Diſperſit ſuperbos. Diſperſit, dico
mente cordis ſui. i. ſecundum ſuum bene-
placitum, cui profecto nemo reſiſtere põt,
vt in hoc contra ſuperbiam affectus diuinæ
vindictę inſinuetur, iuxta proheticũ illud,
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbũ. i.
luciferũ, quem eieciſti de paradiſo. non vul
neratum, quia non habebat corpus. Sed ſi-
cut vulneratum, quia habebat ſpiritũ. Et ſe-
quitur, in brachio virtutis tuę diſperſiſti ini H
micos tuos. Qui. n. ſunt inimici Dei, niſi dæ
mones, atq; hoĩes, qui eius mãdata contem
nunt, & eius imperiũ paruipendunt? Dęmo
nes quippe diſperſit, qñ eos cum lucifero
damnauit. Superbos autẽ homines aut hu-
miliat, aut damnat, & ſic diſperſit eos. Ter-
tio beata Virgo regratiatur Deo de benefi-
cijs iuſtitiæ, & miſericordię ſimul. vñ ſub-
iungit dicẽs, Depoſuit. ſ. Chriſt⁹, potẽtes. ſ.
dæmones, de ſede. Ecce effectũ iuſtitię. Et
exaltauit humiles. ſ. Angelos, q Chriſto ſe
humiliauerunt, & Virgini benedictæ, ſicut
declaratũ eſt ſer. 60. de Chriſtiana religiõe.

Ecce

A Ecce effectum miſericordię. Ad Dei quippe
iuſtitiam pertinet ad ima deponere, qui ne-
quiter ſublimia petunt & etiam ad eius mi-
ſericordiam pertinere videtur exaltare hu-
miles, tenentes virtutem perſeueranter.
hinc Iob.v.c.ſcriptum eſt. Qui ponit humi
les in ſublimio, & merẽtes erigit ſoſpitate.
pro humilibus quidem dicta ſunt hæc. Sed
de depoſitione ſuperborum potentium, &
exaltatione humilium, Eccleſ.10.c. clarius
ſcriptum eſt. Sedes Ducum ſuperborum, de
ſtruxit Deus & ſedere fecit mites pro eis. Et
hoc ad Angelos pertinere poteſt. Et ſequi-
tur. Radices gentium ſuperbarum arefecit
B Deus & plantauit humiles ex ipſis gẽtibus.
Et hoc ad homines referri poteſt. Et domi-
nus, Lucæ 14.c. hoc etiam iterauit dicens.
Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui
ſe humiliat, exaltabitur. hoc, quod Beata
Virgo ſubdit, ad ſolos homines referatur.
Vnde ait, Eſurientes impleuit bonis. Ecce
miſericordia. Eſuries hæc, nõ corporis, ſed
animæ rationalis eſt, quæ eſurit deuenire in
verum & optimum. Cum enim animę ratio
nali fuerit gratia data, in ampliora tẽdit eſu
ries eius, vt etiam impatienter appetat libe
rari a vitijs, inhærere virtutib9, & pęnis in-
C tentatis etiam mortem appetere non deſi-
ſtant, & ſemper ſubiaceat laboribus, quouſ-
que obtineat, huiuſmodi eſurientes, qui po
tens eſt impleuit bonis. Abhorret enim va
cuum ipſa natura, ſed terrenis vacui cęleſti-
bus replebuntur. Nõdum natus erat Ieſus,
& iam mater illum geſtans in ventre prædi
cabat, quod ipſe poſt prædicaturus erat. Nã
poſtea Math.v.c.ait. Beati qui eſuriunt & ſi
tiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.
Et propheta iterum ait. Animam eſurientẽ
ſatiauit bonis. Merito enim anima inceſſan
ter deſiderans bona, ipſis bonis replẽda eſt.
Quodquidem ſemper facit ille, qui potens
D eſt, qui etiam nouit quãto deſiderio anima
ad virtutes eleuetur. Hinc etiam propheta
ait, Qui dat eſcam eſurientibus. Eſcam, ſcili
cet virtutum, quæ animas alit: & eſcam cor
poris & ſanguinis ſui; quam omnibus fide-
libus præparauit. Porro hoc proprium ha-
bet virtus & bonitas atque ſapientia Dei,
quod poſt eſum iterum eſuries ſequitur, &
guſtata deſiderium accendunt. Sic per ſa-
pientiam, Eccl.24.c. dictum eſt. Qui ẽdunt
me, adhuc eſurient: & qui bibũt me, adhuc
ſitient. Arguit profecto in anima eſſe virtu
tem ad ipſum deſiderium amplius inarde-
ſcens. Qualis autem ſit ſaturitas ſuperborũ
& reproborum, oſtendit Beata Virgo, cum
ſubdit. Et diuites dimiſit inanes. Ecce iuſti- E
tia. Et merito relinquuntur inanes, cum
anima tranſitorijs ſatiari non poſſit. Huiuſ-
modi eſt diues, cui a Chriſto Apoca. 3.cap.
in ſeptima eccleſia dictũ eſt. Et dicis, quia
diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo.
Ecce triplex arrogantia ſpiritualium gratia
rum. Qui enim de propria iuſtitia in ſe con
fidit, attribuit ſibi diuitias ſapientię dicens,
quia diues ſum. Præſumit de loculis & the-
ſauris iuſtitiæ, vnde addit, Et locupletatus.
Nec virtutis ſibi abeſſe extimat ſufficientiã,
qui, vana gloria excæcatus propriam non
agnoſcit infirmitatem, ideo inquit, Et nul-
lius egeo. Ecce, quomodo iſte diues erat in
conſpectu ſuo. Sed attẽde, quomodo talem F
diuitem Deus dimiſit inanem. Subditur. n.
& neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, &
pauper & cæcus & nudus. Triplicem ſiqui-
dem arrogantiam tripliciter dimittit inanẽ.
Primo enim arrogans extimat ſe diuitijs ſa
pietiæ copioſum. Vide, quomodo Chriſtus
dimittit inanem, quia inquit, & neſcis quia
tu es miſer. Ille profecto miſer eſt, qui eſt
omnibus diuitijs etiam naturalibus euacua
tus. Proinde arrogans veriſſime miſer eſt:
quia nec etiam ſenſum naturalis ſapientiæ
habet, quo ſcilicet defectus ſuos perpende-
re valeat. Et de talibus Ro.1.ca. dictum eſt: G
Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.
Secũdo arrogans dicit ſe locupletem, ideſt
loculos multorum meritorum apud Deum
habentem. Et Chriſtus dimittens eum ina
nem, econtra eum miſerabilem dicit. Pro-
fecto miſerabilis eſt ille, cuius tanta eſt mi-
ſeria, vt ei cæteri merito condoleant. Et ſpe
cialiter, cum omnia quæ ſibi exiſtimat pro-
futura in ſuæ calamitatis conuertuntur aug
mentum. Sic eſt arrogans: Nam etiam ipſa
bona, quę facit, conuertuntur ſibi in culpã.
Non enim debito fine facit bona, quæ ope-
ratur, quia ad propriam, non ad Dei gloriã
refert illa. Vnde ad talẽ, Mat.6.c. Dominus H
ait. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ
ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Si enim
in arrogãte lumen bonorum operum, quo
ipſe & alij per eum illuminari deberet, ſunt
tenebræ peccatorum. i. bonum, quod facit,
ſit peccatum: ipſe tenebræ. i. opera, quę de
ſuo genere ſunt peccata, quãta, ideſt quam
grauia erunt? Quam grauia ſiquidem ſiunt
arrogantis culpę et peccata, cum ſibi etiam
meritoria opera ſint peccata. Tertio arro-
gans dicit ſe nullius egere, ideſt per ſe ſibi
ſufficientem eſſe. Vide, quomodo Chriſtus
dimittit ipſum inanẽ dicens, eum in nullo
ſufficien-

A ſufficientem eſſe, vel ſufficere, cum ſit pau-
per, cęcus, & nudus. Pauper neceſſarijs, cę-
cus luce & directione, nudus veſtimento
eget. Vnde & ij in neceſſitatibus ſuis cito
pereunt. Pauper fame, cęcus viarum pericu
lis, nudus frigore, niſi eis pro miſericordia
ſuccurratur. Eo ergo infelicior eſt ſuperbus,
qui a Deo miſericordiam non meretur, qui
non Deo, ſed ſibiipſi innititur. Vnde & va-
negloriosus proprie Deum impugnat, qui
in hoc vult ſibiipſi ſufficere, quod ſoli Dei
eſt prçſtare & diſpenſare. Vnde & Deũ ſeip
ſum facit, qui ex ſeipſo abundare quęrit.
Merito ergo ei Deus panem vitę & intelle-
ctus aufert, vt ſpirituali fame defectu vir-
B tutis laboret. Aufert ſibi directionem ſuam,
vt innumera pericula peccatorum & pena-
rum incurrat. Nec veſtimentum honeſtatis
vitę concedit, vt in omnibus ſe inſufficien-
tem inueniat. ſ. ad intellectum veri, ad ele-
ctionem boni, & ad iuſtitiæ executionem,
qui ſe nullius egere dicebat. Ecce quomo-
do Deus diuites dimiſit inanes.

Quomodo Beata Virgo regratiatur Deo de beneficijs incarnationis filij Dei. *Cap. 3.*

C

TErtio beata Virgo regratiatur Deo
de beneficijs ſingularibus, quæ om-
nia comprehenduntur in aſſumptio-
ne humanæ naturæ a filio Dei. q. d. Ita fecit
mihi Deus magna: ita miſericordia ſua ad
omnes gentes dilatata eſt, atq; rectitudo iu
ſtitiæ ſuæ in reprobos eſt diffuſa, ꝙ ad hæc
complenda, ſuſcepit Iſrael puerum ſuum. i.
populus fidelis ſuſcepit filium ſuum Ieſum
incarnatum & paruulum, ſicut Iſa. 9. c. ſcrip.
eſt: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus
eſt nobis. vel Iſrael. i. Iudaicus populus, ad
quem primitus miſſus eſt, quia ei primo ꝓ-
D miſſus erat. vnde ſubditur, Recordatus mi-
ſericord æ ſuæ. ſ. Iudaico populo iam ꝓmiſ-
ſę. Vel aliter & melius dici poteſt: vt Iſrael
ſit caſus accuſatiui hoc modo: Suſcepit, ſci-
licet Dominus per incarnationem Iſrael,
puerum ſuum. i. populum Iudaicum, vel fi-
delem, hoc eſt naturam humanam: vel, ſu-
ſcepit Iſrael puerum ſuum. i. aſſumptum ho
minem Ieſum puerum diuinitatis: vel dimi
nutiue appellans, eo quod ei in ſua humili-
tatis obſequioſitate ſeruiuit. Hunc autem
dicit ſuſcepiſſe Deum, quia illum perſona-
liter ſibi vniuit: & tunc vere Iſrael fuit, qa
vere diuinitatem vidit, & ea fruitus eſt. Po-
teſt etiam dici tota multitudo electorum E
vnus puer Dei, propter reuerentiam humi-
litatis, & vnionem charitatis, quæ in ipſo Ie
ſu ſuſcipitur per adoptionis gratiam: & fit
Iſrael per viſionem beatam. Quod quidem
intelligẽs ſacra Virgo in Chriſti merito im-
mobiliter eſſe factum, quod tamen futu-
rum erat in populo electorum iubilans iam
intuetur complementum. Præterea inquit,
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: quia in gra-
tia mei conceptus iam eſt electorum nume-
rus adoptatus. Et hoc fecit recordatus mi-
ſericordiæ ſuę, non iuſtitię noſtræ. Quia, ꝙ
redemit hominem, non fuit ex merito ho-
minis, ſed ex dono diuiniſſimæ pietatis. Su-
ſcepit igitur humanam naturam pius Ieſus, F
ſuſcepit & cauſam noſtram, & per miſeri-
cordiam terminauit ſentẽtiam, & per amo-
roſiſſimam mortem ſuam plenam Dei iuſti-
tiæ fecit emendam. Sed quia vſq; ad pleni-
tudinem temporum expectauit, quodam-
modo videbatur pater oblitus mittere fi-
lium ſuum: tamen recordatus eſt tandem
miſericordiæ ſuæ per effectum operis ſui.
Et quia hoc altiſſimum & mirandum bene-
ficium fuit ſanctis Patribus repromiſſum,
& maxime Abraham & ſemini eius, & per
prophetas prædictum: ideo ſubdit, Sicut lo
cutus eſt ad patres noſtros Abraham & ſe- G
mini eius in ſecula. quibus facturus talia re
promiſit. Et in his compleuit beata Virgo
Canticum ſuum, plenum laude, plenumque
actionibus gratiarum Dei, miſericordiam,
atq; iuſtitiam pleniſſime monſtrans.

ARTICVLVS TERTIVS

De tribus vltimis verborum flammis Virginis benedictæ.

TErtio ſubdamus tres vltimas Virgi-
nis flammas in tribus vltimis verbis H
ſuis oſtenſas.

De triplici generali guſtu diuini amoris quem experta fuit beata Virgo. *Cap. 1.*

PRimo ponamus amoris Virginis
quintam flammam, quæ eſt amo-
ris ſaporantis. Nam huiuſmodi
amoris eſt intimè guſtare & ſapo
rare, & diſcretiue diſcernere varios ſapo-
res amati, ſiue varias proprietates ad diffe-
rentias

A rentias diuini ſaporis. Duorum ſaporum genera profectò continet in ſe Chriſtus, quæ omnes alias diuerſorum ſaporum differentias in ſe concludunt. Primus eſt ſapor dulcoris, ſecundus eſt ſapor doloris, ſeu amaritudinis. Et hi continentur in quinto Virginis verbo, Primus eſt ſapor tenerrimi dulcoris, quem quantum Beata Virgo guſtauerit, oſtendit principium quinti verbi ſui, in quo ſub admirabili hauſtu, & ſub mira ſingularitate tenerrimi dulcoris, vocauit Ieſum filium ſuum dicens, Sedenti in templo inter Doctores, Fili quid feciſti nobis ſic? In nullo enim alio ſcripturæ loco

B legitur eam vocaſſe filium, niſi in hoc quinto verbo. Filius enim a filos, quòd eſt amor, denominatur, & in ore matris guſtum gerit tenerrimi, ac præcordialiſſimi dulcoris: & maxime, quando eſt tanta ac talis, quanta eſt filiatio Dei. Porro omnis amoris ſignum ſuperatur in hoc verbo, fili. Lingua profectò in amore plus nequit dicens, fili. Nihil in amore breuius, nihil efficacius ad proferendum. Cum dicitur fili, tota commouentur viſcera matrum, cum prolem nomine filiali denominant. Non potuit amplius Virgo mater continere affectum, cum in verba expreſſiui amo-

C ris erupit; non aliunde ipſum denominans, niſi quòd ipſe ſit filius, ipſa mater. nullam loquẽdi copiam plus apponere valuit, quam filiale nomen. Et addit, Quid feciſti nobis ſic? Non increpantis, ſed admirantis eſt verbum, vt miſticè innuatur, quòd cum ſponſus ab anima ſe abſentat, intelligentia admiratur in tali exercitio ordinem ſapientiæ Dei, nec comprehendere poteſt altiſſimos modos ſponſi in abſentatione, & reditione ſua, ſemper tamen multipliciter amoroſos. Hanc autem admirationem quodammodo voluit ſapientia Dei Chriſtus matrem ſuam ex-

D periri, & verbis proprijs Virginem demonſtrare, tanquam promotor matris, & exercitator in via amoris. Secundus eſt ſapor doloris ſeu ſummæ amaritudinis, quã cum amariſſimo dolore explicat pia mater, cum inquit: Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Defert humilis Virgo viro, quem in loquendo præponit ſeq; præpoſterat: quoniã omniũ bonorũ morũ, atq; virtutum eſt norma, vt mulieres ſuis deferre maritis diſcant, nõ tantum in alijs, ſed ẽt in ſermone. Miſticè enim guſtus iſte afflictiuus eſt amarus, & exercitatiuus, ac mentis ꝓmotiuus in altiuolo diſceſſu amiti ex perditione dilecti, quo anima tota ab E

ipſo dependens quieſcere non põt ſemper zelotipa, ne ex aliqua culpa diſcedat. Ex quo ſequitur ꝙ circuit quærẽs dilectum ab oĩ creatura petit auxilium, vt inueniat quẽ diligit affectio, alias anima ſua. Hunc dolorem fuiſſe in ea virtuoſiſſimo modo mater oſtẽdit, cum ait: Dolentes quærebamus te. Et quia ſanctiſſimus Ioſeph horum guſtuũ particeps fuit, ideo Beata Virgo vocat eum ſingulariter Chriſti patrem. Licet autem ſacratiſſima Virgo non indiguerit in talibus exerceri, quæ ab inſtanti conceptionis filij Dei ſuperplena fuit Spirituſancto: tamen

propter noſtrum exemplum rationabiliter F

fecit Ieſus ſic ſe habendo ad eam, vt miſticè oſtendatur, quantum proficit anima in tali experientia doloris de dilecti abſentia, & inquiſitione ſolicita. Nam ſemper copioſiori dulcedine redit dilectus ad animã, niſi negligentiæ culpa reddat eam indignam. Proinde reinuento Ieſu Beata Virgo ſingulariter exprimit tenerrimum filiationis, & huius amoris guſtum, dicens, Fili. Hos duos amoris guſtus expertus eſt vas electionis Paulus, quod oſtendit, cum ad Philip. 4. cap. ait: Scio abundare, ſcilicet ſpiritualibus conſolationibus: Et penuriam

pati, ſ. in abſentia earundem, & perpeſſio- G

ne aduerſitatum. Et 2. Corinth. 1. cap. ait: Nõ enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia: qm̃ ſupra modum, ſ. conſuetum, grauati ſumus. ſupra virtutem, ſ. naturæ, nõ gratiæ, ita vt tæderet nos, ſ. quodam tædio naturali. Ambroſius, ita vt deſperaremus quadã naturali diffidentia etiam viuere. Conſtat aũt, ꝙ maius eſt æqualem moleſtiam ſuſtinere ex ſolo robore habitus virtuoſi, & conatuum voluntatis habituatæ per eum, quam facere hoc cum aliquibus alijs adiutorijs habitui, & voluntati aſſiſtentibus. Non enim

videtur tunc Apoſtolum habuiſſe in patien- H

do aliquod adiutorium immiſsionis ſpiritualium ſuauitatum, atq; dulcorum. Nam, vt plenius probaretur robur virtutis, videtur Deus ceſſaſſe a talibus ſpiritualibus immiſsionibus. Sic quoque in Chriſto tempore paſsionis nulla redundantia gaudij fiebat ab habitu, & actu gloriæ ſuæ in naturã, quæ tunc patiebatur, ita ꝙ aliqualiter mitigaret ſuæ paſsionis acerbitatem. Quod apertius hoc ſonat verbũ, quod Dominus Matth. 27. c. ait: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? quaſi dicere velit, Sic ꝓpter amorẽ humani generis paſſionibus,

A & contumelijs mortis opprobrioſè a te traditus ſum, vt quaſi illius beatæ vnionis, & immobilis communionis, qua in Dei ſuppoſito iſta dolorata natura inſerta eſt: tu pater zelo iuſtitiæ videaris oblitus. Ex quo patet, quòd ſummum culmen patientiæ eſt ſine immiſſione conſolationum ſpiritualium patienter pati magis, quàm cum ipſis immiſſionibus tolerare: Atque perfectius eſt in paſſionibus conſolationum penuriam pati, quam conſolationibus abũdare. Quod Frater Iacob. de Tuderto exprimere volens in modum Epiſtolæ ſcripſit Fratri Ioanni de Aluerna grauiter in-
B firmanti, & conſuetis conſolationibus ſpiritus tunc priuato. Vnde a tergo vulgariter ait. A Fra Ioanni de Aluerna, che in quartana ſi gouerna. Si gli mando queſta ſcripta, che da lui de berſure lecta.

Epiſtola Fratris Iaco. de Tuderto, de duplici ſenſu diuini amoris.

MAgnum reputaui, & reputo ſcire de Deo abundare. Quare? quia exercetur ibi humilitas cum reuerentia. Sed magnum reputaui & reputo de Deo ſcire ieiunare, & penuriam pati.
C Quare? Quia exercetur ibi fides ſine teſtimonijs, ſpes ſine expectatione præmij, Charitas ſine ſignis beniuolentiæ: Fundamenta hæc in montibus Sanctis. Per hæc fundamenta aſcendit anima ad illum montem coagulatum, in quo guſtat mel de petra, oleum de ſaxo duriſſimo. Et in fine vulgariter ait: Vale Fra Ioanni vale, Non t'increſca patir male, Fra l'ancudine e'l martello, Si fabrica il bel vaſello, Mal vaſello debba ſtar caldo, Acciò che'l coppo venga in ſaldo. Che ſe freddo ſi batteſſe, Non ſtaria che non rompeſſe. Se è rotto per
D del'vſo, Et è meſſo fra lo ſcuſo: Argomentati a chiamare, Che'l Signor ti debba dare. Oi male, & peſtilentia, Et al mondo in diſpiacentia, malum pene e glorioſe da colpa no neuchuiſo. Se per colpa l'huomo pate, Non ſi ſcuſin ta darrate.

Quanta charitate compatiebatur Virgo Beata indigentijs, & miſerijs noſtris. Cap. 2. E

SEcundo ſubdamus Beatæ Virginis ſextam amoris flammam, quæ eſt amoris compatientis. Cuius amoris natura eſt pia paſſione ſentire defectus duplicis guſtus, de quibus in præcedenti capitulo dictum eſt, atque portare anxie ſpiritualis Chriſti lætitiæ, & melodiæ defectus, & multo amplius condolere multitudini peccatorum & defectibus, qui ſunt in miſerandis ſtatibus huius vitæ. Sicut enim F
poſt duas primas flammas amoris, quibus recte aſcenditur in dilectum, ſequitur tertia, quæ impreſſiua eſt in dilectum: ſic poſt duas reliquas, ſcilicet quartam & quintam, quibus iterum directe proceditur in dilectum, ſequitur ſexta, qua ſpiritualis vini defectus in mundo regnãs compaſſiue ſentitur, & dilecto inſinuatur. Hoc eſt igitur illud verbum admirandæ compaſſionis, & pietatis, quo dulciſſima mater Chriſti, & aduocata noſtra, & in terris, & in cœlis pro nobis miſerabilibus, & infirmis tanquam pia mater pro filijs ſuis vndique deplorandis dicit dilecto primogenito ſuo, G
Vinum non habent. Non quidem vt nos accuſet, aut nobis improperet, ſed potius vt Chriſtum ad piam miſerationẽ erga nos inducat: & vt nobis impetret vinum optimum & copioſum diuinorum ſaporum, & ebrietatum, atque omnium virtutum, quæ nobis ſunt neceſſariæ ad ſalutem. Cum enim in vino ſit ſplendor, dulcor, & calor: ſplendor coloris, dulcor ſaporis, & calor vigoris, quæ oĩa tolluntur ab aqua, voluit miſtice oſtendere prudentiſſima mater pijſſimo filio ſuo Ieſu, quòd claritatem cognitionis ſuæ perſonæ, & dulcorem re- H
fectionis diuinitatis æternæ, & vigorem ſublimitatis eius potentiæ nõ nouerat mũdus: Proinde ſupplicabat, quòd intellectum ſqualentem illuſtraret, affectum deſipientem immutaret, & effectum deficientem roboraret. Hoc eſt, quòd talia opera faceret, quòd illuminaret ad fidem, erigeret ad ſpem, & accenderet ad charitatem. Nouerat Virgo mater omnem creaturam ſubiacere defectui, ab inopia expugnari, debitam non habere lætitiam, turpiſſimis ſubiacere pudoribus, atque ex defectu veri boni confundi, dum in perſunctorijs mundi, quaſi in nuptijs delectatur. quamobrem

A obrem interceſſit ad filium Dei, Vinum nō habent. Non faciens ipſarum memorem, qui omnia nouit: ſed interpellans Virgo mater locuta eſt, ac ſi ad eam cura omnium pertineret, & omnium hominum aduocatam ſe ſentiens, quæ pro omnibus creaturis cũctorum facta fuerat Virgo mater, officium aduocationis, & piæ auxiliatricis aſſumpſit, cum videret inopiam, ac ſi opus non ſit eam precibus excitare, quæ omnem oculum pietatis ſuæ in nos direxit, ac præſciens indigentiam noſtram, & ſe cunctorum hominum matrem pietatis agnoſcens ſollicita pro filijs irrequiſita etiam ad Dei

B filium interceſſit dicens, Vinum non habẽt. Si hoc nō rogata perfecit, quid rogata perficiet? Si hoc viatrix exiſtens, quid cum regnat in patria? Si hoc apud filium, temporali morti ſubiectum, quid cum mortem ſuperauit? carnem immortalem reuocauit a tumulo, collocauit in cœlo, paternam ſedet ad dexteram, tenens imperium vniuerſorum? Porro tam fuit miræ efficaciæ, & virtutis hoc breue verbum apud dilectum filium ſuum Ieſum, tantumque impetrauit dilecto ſuo Ioanni Euangeliſtæ, quòd de nuptijs ad continentiam virginalem, & ad ſummæ contemplationis apicem eſt perdu-

C ctus, ita quòd ſicut in tertia flamma, & verbo Ioannes Baptiſta mirabiliter in matris vtero ſanctificatus eſt: ſic in ſexta & ſeptima ad Chriſti ſpirituales nuptias Ioannes Euangeliſta perductus fuit.

Quantum Beata Virgo nos hortatur ad obedientiam omnium, quæ ſunt Dei placita, & mandata. Cap. 3.

TErtio, & vltimo ponamus Virginis glorioſæ ſeptimam flammam, quæ amoris conſummantis nominari poteſt. Exigit enim ordo diuinæ gratiæ, vt nos

D in noſtrorum defectuũ ſuppletionibus benedictæ Virginis matris precibus cooperemur. In quo quidem a ſuperioribus informari, & incitari egemus. ideo ſubditur ſeptima amoris flamma, quæ non eſt ſolum in ſe, ſed etiam in omnibus alijs pro viribus niti non ſolum perficere, & perfecte implere omnia Chriſti præcepta, verum ẽt omnia eius conſilia, verba & nutus: quia etiam ipſi Chriſti nutus, & geſtus, & actus, ſunt quodammodo eius verba. Et hoc eſt ꝙ Beata Virgo miniſtris, vt vinum a Chriſto obtineat, edocet dicens: Quodcunque dixerit vobis, ſcilicet filius meus Ieſus, facite. ad literam. Tanquam vtique certa, ꝙ

E Chriſtus faceret quod ipſa petebat. Videtur quoque in ſpiritu præſenſiſſe de modo fiendi miraculi, vtpote quòd Chriſtus iuberet miniſtris aliquid per eos fiendum. Præterea dicit eis: Quodcunque dixerit vobis facite. Miſtice autem aduertendum eſt, quòd quomodo Apoſtolus Rom. 13. c. ait, Plenitudo legis, id eſt, plena adimpletio legis, eſt dilectio. & quomodo, iuxta illud Matt. 22. In ijs duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ: quia, ſcilicet in dilectione Dei, & proximi vniuerſa ſcriptura impletur. Sic in hoc vltimo Virginis verbo, & vltima flamma amoris incluſum, & comprehen-

F ſum eſt omne, quod continet tota diuina lex, & vniuerſa eloquia Dei. Proinde omnibus ait: Quodcunque dixerit vobis facite, id eſt, obedite voluntati diuinę, neq; abſque admirando lumine ſapientiæ Dei Virgo Beata ad obedientiam reduxit, quod & Dominus & Apoſtolus ad dilectionem legis plenitudinem ordinauit. Nam vt referam obediẽtiam, & amorem, immo dicam obedientiam, & charitatem, prout ab ipſo Deo primo conſtituitur, nulla differunt ratione. Nam amor amato ſemper obſequendo ſubijcitur: & tãto ſubijcitur verius, quãto amat ardentius: & inhæret ſtrictius, cum

G obedit attentius. Profecto obedientia inſtituta, eſt charitas quæ negligentiam ignorat, inculpate obedit, poſſibilia omnia ſuſcipit, virtutes omnes diſponit, hoc iugum ſuauiter portat, inhæret tenaciter, ſuſcipit affectus immobilitatem, neſciens variari per multa, diligens vnum quamuis multa perficiat. Propter vnum deſideria coacervat in vnum, homini vni vel pluribus ſe ſubijcit propter vnum, præcepta decem, vel duo reducit in vnum, vna in vno, vna ab vno, vt in æternum fruatur vno, & omnibus beatis in vno. Merito ergo Vir-

H go beata omnibus inquit: Quodcunque dixerit vobis facite, quia omnia quæ placita ſunt Deo, in obedientia adimplentur. Neque enim beatiſſima Chriſti mater hoc docuit, quod in ſeipſa primitus non perfecit. Proinde merito in hoc verbo conſummati amoris conſummationem accipiunt diſſimilia verba eius diuiniſſima. Quæ omnia imitari, & obſeruare nobis miſericorditer largiatur Beatæ Virginis filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto glorioſus, & triumphator viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

A

IN FESTO PVRIFICATIONIS Beatæ Mariæ Virginis.

Sermo X.

SVſcepimus Deus, miſericordiã tuam in medio templi tui. Pſal. 74. Iucunditatem huius diei feſti, fratres, facile Domino largiente ſentire poterimus, ſi magni muneris hodie nobis diuinitus præſentati deuotè myſterium recolamus. Porro ille, cuius expectatione in vni-
B uerſo iuſtorũ cętu totus anxiebatur orbis: Cuius deſiderio langueret ſponſus vltra quinq; millia annorum: Cuius patrocinio humanũ genus ſperabat ab inferis liberari, in ſacro Annunciationis die caro in vtero Virginis factus eſt. quod quidẽ percipiens lætata eſt Sion, & exultauerunt filiæ Iudæ. Non tamen hoc gaudium humano generi plenum fuit: Tranſit nouem menſium tempus, mediaq; nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit. Lætata audiuit hoc humana natura, & in paſtoribus exultauit, videns ꝙ Verbum caro factum eſt, & venit habitare nobiſcum. Neque tamen illum ſponſa, tunc
C ſuſcepit in poſſeſsione pacifica. Octauo puer circunciditur die: Iam incipiunt myſteria paſsionis: Iam patitur pro redẽptione humana: Iam funditur ille precioſiſsimus ſanguis. Vagit infans Chriſtus in vlnis dulciſsimæ matris ſuæ. Vox turturis, inquit ſpõſa, audita eſt in terra noſtra: tempus putationis aduenit, neq; tamen ſponſæ donatur ſponſus. Veniunt Magi ab oriente, nouæ, & admirandæ ſtellæ præcedente fulgore: Adorant adoratione latriæ ſponſum, apertiſq; theſauris ſuis miſticas ei munerum ſpecies obtulerunt: ſed tandem relicto
D ſponſo per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Sed hodie, dilectiſsimi fratres: hodie inquam, in hac ſacratiſsima die per manus amoroſiſsimæ Virginis, tanquã a communi matre Saluatoris, & ſaluandorum in loco cõmuni, i. in ſancto Dei templo cõmuni perſonæ, videlicet ſanctiſsimo Simeoni, tanq̃ authentico, & legitimo mũdi procuratori, humano generi facta eſt donatio Ieſu Chriſti Dei, & hominis, atq; eccleſia ſpõſa Dei in poſſeſsionẽ doni introducta eſt. Proinde in perſona humani generis verbũ propoſitũ Propheta ad Dñm iubilãdo ait: Suſcepimus Deus, miſericordiã tuã in medio templi tui. De hac igitur ſolẽni donatione, Luc. 2. c. & in Euãgelio hodierno, triplex myſteriũ ponit. Primum eſt amoroſiſsimæ ſubiectionis, ſecundũ amoroſiſsimæ donationis, tertium amoroſiſsimæ exultationis.

E

ARTICVLVS PRIMVS.

Quomodo Chriſtus pro nobis amoroſiſſime voluit ſe ſubijcere triplici legi, ſicut alij nati.

PRimum myſterium eſt amoroſiſſimæ ſubiectionis. Et de hoc Lucas ait, Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Hieruſalem, vt ſiſterent eũ Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: quia omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur, & vt darent hoſtiã ſm ꝙ dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. In quibus ſacratiſsimis verbis oſtendit Lucas, ꝙ Ieſus triplici legi amoroſiſsimè ſe ſubiecit. Primo legi purificationis, ſecundo legi redemptionis, tertio autem legi oblationis. F

Quod amoroſiſſimè, & humiliter ſe ſubiecit Ieſus legi Purificationis. Cap. 1. G

PRimo ſubiecit ſe legi Purificationis, de qua Leuit. 12. cap. in ſententia ſcriptum eſt, Quod mulier, ſi ſuſcepto ſemine pareret maſculum, eſſet immunda ſeptem diebus, & ſeparata a conſortio hominum. In die autem octauo deberet circuncidi puer: & inde vſque ad quadrageſimum diem deberet mulier manere in ſanguine purificationis ſuæ, abſtinens ſe non a conſortio hominum, ſed tantum ab ingreſſu templi: & ſic quadrageſimo die offerebatur puer in templo, & munera pro eo offerebantur. Et huic legi ſe ſubiecit Chriſtus in exemplum puritatis. Et quantum ad hoc ait Lucas, Poſtquam impleti ſunt dies, ſcilicet quadraginta, purgationis Mariæ ſecundũ legem Moyſi, ſicut prędictum eſt. Notandum eſt tñ, ꝙ cũ lex purgationis præfata non extenderet ſe, niſi ad parientem, quæ virile ſuſceperat ſemen: & Beata Virgo non conceperit ex virili ſemine, ſed obũbratione Spiritusſãcti: ꝓpterea nõ ſubijciebatur legi purificationis ex neceſsitate mũdationis, ſed ex diuina diſpenſatione H

ſatione

A ſatione hoc actum eſt. Præterea Bern. hic ait: Putas dicturus Moyſes mulierem, quæ peperiſſet maſculum, immundam eſſe, niſi timuerit ſuper matrē Domini blaſphemiæ crimen inferre? Et idcirco præmiſit, Si ſuſcepto ſemine. Et licet ad hanc legis Purificationem Beata Virgo non cogeretur, voluit tamen legis cōſuetudinem obſeruare in exemplum mundiſſimæ puritatis, vt miſticè innuatur, ꝙ poſtquàm fecerimus quæcunq; bona dicamus, ſerui inutiles ſumus, ſicut Lucæ 17. c. docet magiſter humilitatis Chriſtus. Nā & fidelis anima primo concipit, deinde parit, tertio ſe debet repu-
B tare immundam. Primo inquàm concipit deſideria ſancta, ſ. a ſpiritu diuini amoris. Vnde Iſa. 26. A facie tua, i. a cognitione tui amoris Domine, vel a timore tuo Dñe, ſecundum aliam literam, concepimus. Secundo parit bona opera, non ſine difficultate tamen: proinde Ioan. 16. cap. Dominus ait: Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Sed tandem ſequitur gaudium in conſcientia de bono opere perpetrato. Vnde additur, Cum autem peperit puerum, iam nō meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mūdum. Et ita de hoc ſequitur in Iſa. vbi ſupra. Et
C quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Tertio poſt omnia ſupradicta debet ſe reputare anima immundā exemplo ſanctiſſimi Iob, qui de ſe in 9. cap. ait: Verebar omnia opera mea ſciens, quòd non parceres delinquenti. Et ſequitur, Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſeris velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus pulueris intinges me, id eſt intinctum oſtendes me, propter ſubtilitatem viſus tui, qui omnia noſti.

Quanto amore, & humilitate ſe ſubiecit Ieſus legi redemptionis. Cap. 2.

D

Secundo ſubiecit ſe Ieſus legi redemptionis, de qua Exo 13. cap. ſcriptum eſt. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus, quàm de iumentis: mea enim ſunt omnia. Atque determinat, quæ primogenita immolanda erant, & quæ mutanda, & quæ redimenda. Ideo Exo. vbi ſupraſcriptum eſt: Omnia primogenita hominis de filijs tuis precio redimes. Quod intelligendum eſt, exceptis Leuitarum primogenitis. Propter prædicta igitur Lucas ſubdit: Tulerunt, ſci-

licet Ioſeph, & Maria Ieſum in Hieruſa- E
lem, vt ſiſterent eum Domino, id eſt, vt illum offerrent Deo, & conſecrarent, & ſecundum legem redimerent, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, ſcilicet Leuit. 12. & Exo. 13. Nume. 18. atque Deutero. 15. Supra quidem dixerat in lege Moyſi, hic autem legem Domini nominauit: quia a Moyſe eſt tanquam a latore, ſed a Domino tanquam a datore, & auctore. In hac autem redemptione dedit Dominus exemplum profundiſſimæ humilitatis. Quis enim non dignè miratur Chriſti humilitatem, quando precio auium redimi-
tur precium omnium animarum? & quòd F
Redemptor noſter redimitur, antequam nos redimamur ab illo? Vnde de ipſa redemptione Lucas ait, quòd omne maſculinum adaperiens vuluam. hoc eſt primo naſcens. Loquitur enim conſueto modo naſcendi. Sed de Virgine Ezech. 44. cap. ſcriptum eſt: Porta hæc clauſa erit in ęternum, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam. Sanctum Domino vocabitur, quia primogenita Domini reputabantur, ſecundum quod Exo. 13. cap. ſcriptum eſt. Vbi dicitur, Sanctifica mihi omne primogenitum. Ac nominabantur ſanctum, quia
Domino offerebantur. G

Quanta charitate, & humilitate ſe ſubiecit Ieſus legi oblationis. Cap. 3.

Tertio ſubiecit ſe Ieſus amoroſus legi oblationis, de qua Leuit. 12. cap. ſcriptum eſt: Cum expleti fuerint dies purgationis puerperæ offerent pro filio, vel filia agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, ſiue turturem pro peccato. Et de hoc Euangeliſta ſubdit: Et vt darent hoſtiam, ſ. tulerunt eum
in Hieruſalem. hanc hoſtiam dabant pro H
puero redimendo, ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, quia non venerat ſoluere legem, ſed adimplere, vt dicitur Matt. 5. cap. Par turturum, aut duos pullos columbarum. Et in hac oblatione dedit nobis exemplum altiſſimæ paupertatis: Nam erat hæc oblatio pauperum, qui non ſufficiebant offerre agnum. Proinde Beda inquit: Cum eſſet diues, pro nobis pauper factus eſt. Pauperum hoſtiā voluit dare, vt ſua paupertate hic nos efficeret diuites in fide, & in futuro regni hæredes. Sed quare nō obtulit Virgo Beata agnum, quæ paulo ante receperat a Magis in

A oblatione, ſicut piè credendum eſt, nō paruam auri quantitatem? Dicendum ꝙ Virgo Beata pietatis mater, & paupertatis amica, theſauros Regum deuotione oblatos, abſque mora liberaliſſima charitate regionis illius pauperibus diſpenſauit: Neque potuit manibus eius aliquid temporalis ſubſtantiæ adhærere, quæ iam intellexerat intellectu illuminato, & in omnibus ſignis filium paupertatis altitudinem demonſtrare. Ad literam etiam poteſt quæri: Cum vna oblatio ſufficeret, ſcilicet aut turturis, aut columbæ, maxime pauperibus, cur poſuit Euangeliſta vtrunque, ſcilicet ſecundū
B diſiunctiuam ipſius legis, quæ inquit, Duos turtures, aut duos pullos columbarum? Ad quod dicendum, ꝙ ad hoc poteſt miſtica rō dari: Nam vtraq; pars diſiunctiuæ eſt Chriſto, & Virgini in myſterio decens. Primo enim ipſi obtulerunt ſinceriſſimam caſtitatem, necnon & ſolitariam, & gemebūdam, ac ſuſpirioſam cōtemplationem in turture deſignatam caſta, ſolitaria, & gemitum pro cātu habente. ſecundo obtulerunt charitatem gregalem, domeſticam, & ſecūdam, & ſimplicem, atq; mitem, necnō & perſpicacem, & gratioſam ſimul, & gemebundam,
C quæ in columba ſignatur. In vtraq; enim prædictorū eſt par propter corpus, & animam: iuſſit autē lex offerri columbarum pullos, quia in columbis ad eſum pulli ſunt potiores, grandes vero turtures ad idē ſunt meliores: ad miſticè innuendum, ꝙ in cōſimilibus, quod perfectius ē, Deo ſit offerēdū: vel ſm Bedā, Columbā auem laſciuā in tali ætate pro Saluatore offerri decuit, in qua luxuriæ apta non fuit. Et de hoc ēt Bernar. ait: Licet alias per columbā Spirituſſanctus ſoleat deſignari: quia tamen libidinoſa auis eſt, non decet offerri in ſacrificium Domini, niſi in ætate, quæ neſciret libidinem. Turturis vero non deſignatur ætas: quo-
D niam ſicut turtur in quacunque ætate eſt caſta: ſic in quacunque ætate a Chriſto, & a matre caſtitas conſeruata eſt.

Articvlvs Secvndvs

Quòd triplex gratia concurrit, quando Chriſtus in templo donatus eſt nobis, & Deo oblatus.

SEcundum myſterium eſt amoroſiſſimæ donationis. Et de hoc Lucas vbi ſupra inquit, Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Symeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus expectans cōſolationem E
Iſrael, & Spirituſſanctus erat in eo: & reſpōſum acceperat a Spirituſancto, nō viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. Et venit in ſpiritu in templū. Et cum inducerent puerum Ieſum parētes eius, vt facerēt ſm cōſuetudinē legis pro eo, & ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Et ſubdit in Euāgelio Lucas, Et dixit Symeon ad Mariam, matrem eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui cōtradicetur, & tuam ipſius animam pertranſibit gladius. In quibus ſacratiſſimis verbis triplex gratia concurrens in hac donatione per ordinem demonſtratur. F
Prima dicitur gratia eligens, ſecunda gratia diſponens, tertia gratia condonans.

De gratia triplicis affectionis, qua repletus eſt Sanctus Symeon, quando venit pro nobis ſuſcipere Ieſum in templo. Cap. I.

PRima eſt gratia eligens. Porro regula firma eſt in ſacra Teologia, ꝙ quandocunque Deus per gratia aliquem eligit ad aliquē ſtatum, omnia dona illi diſpenſat, atque largitur, quæ illi ſtatui neceſſaria ſunt, & illum G
copioſe decorant. Proinde electrix gratia, quæ hunc ſanctum ſenem elegerat mundi procuratorem ad ſuſcipiendum pro humano genere de manibus Dei, & Virginis filium Dei, præuenit animam eius, tantiſque gratijs repleuit illam, quantis ad illud exequendum officium neceſſarium, & condecens ei erat. Triplici affectione oſtendit Euangeliſta illum tūc fuiſſe repletum. Primo affectione timoroſa, ſecundo affectione deſideroſa, tertio affectione amoroſa. Prima pertinet ad ſe, ſecunda ad proximū, tertia vero ad Deum. Primo enim repletus fuit affectione timoroſa, quæ ad ſe pertinet. H
Præterea Lucas ait: Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Symeon, & homo iſte iuſtus & timoratus. Profecto timoratus erat ex fide diuinæ iuſtitiæ. Proinde in iuſtorum operibus exercebatur, ſicut Eccleſiaſtici 15. cap. ſcriptum eſt: Qui timet Deum, faciet bona: & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Et in 1. cap. iterum ait, Initium ſapientiæ timor Domini. Secundo repletus fuit affectione deſideroſa, quæ ad proximum pertinebat. Et de hoc ſubditur, Expectans conſolationem

A tionem Iſrael, ſcilicet a Domino per mi-
ſericordiam obtinere credens dicere poſſe
cum Propheta, Expectans expectaui Do-
minum, & intendit mihi. Quaſi per in-
ſpirationem dictum fuiſſet ei: Expecta Do-
minum, viriliter age, & confortetur cor
tuum, & ſuſtine Dominum. Tertio re-
pletus fuit affectione amoroſa, quæ erat
erga Deum. Totus enim flagrabat ex amo-
re, & deſiderio Saluatoris. Præterea ſub-
ditur: Et Spiritusſanctus erat in eo, ſicut
Ioan. 14. cap. promiſit Dominus dilectori-
bus ſuis dicens: Si quis diligit me, ſer-
monem meum ſeruabit, & pater meus
B diligit eum, & ad eum veniemus, & man-
ſionem apud eum faciemus.

De triplici reuelatione, qua illuminatus eſt Symeon, quando pro nobis venit ſuſcipere Ieſum in templo. Cap. 2.

SEcunda eſt gratia diſponẽs. Non enim
ſolum Deus hunc ſenem per gratiam
elegit mundi procuratorem ad ſuſci-
piendum filium ſuum: verumetiã per gra-
tiam diſponentem dotauit eum in iis, quæ
conueniebant ad hoc officium exequendũ.
C Præterea triplici lumine, ſeu reuelatione
illuſtrauit. Nam primo cognouit glorio-
ſum tempus, ſecundo glorioſum locum,
tertio glorioſum donum. Primum obti-
nuit merito fidei, ſecundum autem meri-
to ſpei, tertium vero merito charitatis. Pri-
mo quippe merito fidei cognouit glorio-
ſum tempus, ſcilicet aduẽtus Chriſti. Quia
enim, iuxta illud Iacobi 1. In fide poſtu-
lauerat, nihil hæſitans. Ideo ſecundum
Auguſtinum in ſermone de purificatione,
hoc conceſſum eſt illi decrepito, quaſi de-
ſideranti, & ſuſpiranti, & dicenti in oratio-
nibus ſuis, Quando veniet? quando na-
D ſcetur? quando videbo? putas tantum du-
rabo? putas me hic inueniet? per quem
cordis oculi reuerberabuntur. Propterea
in reuelatione illuſtratus fuit de tempore
venturi Saluatoris. vnde & Euangeliſta
ſubdit: Reſponſum acceperat a Spiritusſan-
cto non viſurum ſe mortem, niſi prius vi-
deret Chriſtum Domini, ſcilicet humana-
tum in natura noſtra, vt dicere poſſit pro-
pheticum illud: Non moriar, ſed viuam,
& narrabo opera Domini. Et iterum il-
lud Iob 19. cap. In carne mea videbo Do-
minum, Saluatorem meum. Et Balaam
Nume. 24. eleuatus in ſpiritu ait: Vide-
bo eum, ſed non modo intuebor illum, E
ſed non prope. Orietur ſtella ex Iacob,
& conſurget virga ex Iſrael, &c. Et ſub-
ditur, quòd exclamans ait: Heu quis vi-
cturus eſt, quando iſta faciet Dominus?
Cui alta voce reſponderi poteſt: Simeon
iuſtus & timoratus, cui ex ſingulari pri-
uilegio tempus, & etiam incarnatio filij
Dei in ſpiritu reuelatum fuit. Secundo
autem merito ſpei cognouit glorioſum
locum: vnde cum hæc concurrerent, to-
tus amore flagrans a Spiritusſancto age-
batur in templum. proinde Bruno inquit:
Dum hoc deſiderio æſtuaret, dictum eſt
illi a Spiritusſancto: Ecce adeſt, quem quæ- F
ris, nunc eum videbis: ſurge, propera,
feſtina, vade in templum. Ideo Lucas ad-
dit, Et venit in ſpiritu in templum, vt
ibi, ſcilicet inueniret Ieſum, iuxta vatici-
nium Malachiæ, qui 3. cap. ait: Veniet
ad templum ſanctum ſuum Dominator,
quem vos quæritis: & Angelus teſtamen-
ti, quem vos vultis. O quanto feruore
accenſus in templum venit ſperans, & de-
ſiderans amplexari, & oſculari Ieſum.
Quanta putas fortitudine illum ſenem vir-
tute indutum ex alto, cum in ſpiritu ve-
nit in templum? Iſa. 15. cap. ait, Qui ſpe-
rant in Domino, mutabunt fortitudinem, G
aſſument pennas vt aquilæ, current & non
laborabunt, ambulabunt & non deficient.
O Sancte Simeon ſenex, veniſti quippe
in ſpiritu in templum: ſed nunquid ma-
gnalia hæc tibi ſpiritus reuelauit? Nun-
quid noſti quale templum Domini, immo
qualia templa Domini? Nam & mater Do-
mini & filius, ambo Domini templa ſunt.
Noſti inquam qualia templa templum tuũ
ingrediantur. Planè noſti, quia reſpon-
ſum accepiſti a Spiritusſancto non viſurum
te mortem, niſi prius videres Chriſtum
Domini. Tertio verò merito charitatis co-
gnouit glorioſum donum, quòd eſt Ieſus. H
propterea ſubdit Lucas: Et cum induce-
rent puerum Ieſum parentes eius, vt fa-
cerent ſecundum conſuetudinem legis pro
eo: Tunc, ſicuti Bruno ait, occurrit ſe-
nex, brachia extendit, & parentibus ait:
Mihi eum date, mihi debetur, mei officij
eſt, ad hoc miſſus ſum, huic ſum officio
reſeruatus. Sed quomodo Simeon cogno-
uit eum? Reſpondet Bernar. quòd eadem
gratia, qua venturum prænouerat, venien-
tem cognouit. Quamuis enim plures of-
ferrentur: tamen hunc ſolum decreuit a
cæteris, vt cum Apoſtolo. 1. Corinth. 12.

A dicere poſſit: Nos ſpiritum huius mundi non accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis: ſpiritus enim omnia ſcrutatur.

De admiranda ſolennitate, cum qua donatus eſt nobis a Deo, & a Beata Virgine filius eorum Ieſus. Cap. 3.

TErtia eſt gratia condonans, quia auctoritate totius Trinitatis ratificatur inſtrumentum ſuæ donationis. Et hoc primo auctoritate legis data a patre, B ſecundo voluntate filij, qui præſens fuit in natura aſſumpta, tertio inſpiratione Spiritusſancti, qui noſtrum procuratorem ad hoc adduxit, quarto per manus Sacratiſſimæ Virginis, quæ Dominum & hominem ſicuti vera mater verè poſſedit, quinto in famoſiſſimo loco templi, ſexto tempore a tota Trinitate a lege ſtatuto, ſeptimo Simeoni mundi procuratori ſolenniter facta eſt nobis donatio iſta. In tam ſolenni donatione aduerte, rogo, diligentiam, & ſapientiam procuratoris noſtri. Ante enim quàm filium Dei pro noſtra redemptione in poſſeſſionem a Vir- C gine matre ſuſcipiat, pro nobis pacta ſalutaria firmat. proinde ad Virginem ait: Dilectiſſima mater Dei, ſcio hunc tenebroſum ſeculum indigere exemplari vita, luminoſa doctrina, atque filij tui paſſione, & morte acerba. Si ergo tu tanquàm theſauraria Dei mihi tanquàm mundi procuratori ex parte totius Trinitatis, & tui, vis mihi donare hunc filium Dei & tuum, deſideroſiſſimè illum accepto, dulciſſimè illum amplector, ac humiliſſimè Deo, & tibi regratior, ſi tamen hæc tria pacta mihi, tanquàm procuratori intendis promittere & ſeruare, ſcilicet quòd donetur mi- D hi pro ſalute mundi. Primo ad laborioſam vitam, ſecundo ad laborioſam doctrinam, tertio ad laborioſam & acerbam mortem ſuam, & tuam. Quibus corde, ore & opere annuens Beatiſſima Virgo, & hoc firmato fœdere proprijs manibus in Simeonis brachia filium porrigens humano generi donauit. Et tunc, ſicut Lucas ait: Et ipſe Simeon, ſcilicet inexpreſſibili lætitia cordis, & hilari vultu accepit eum in vlnas ſuas. O profunda humilitas Saluatoris, videtur diuina ſapientia obumbrari, diuina bonitas indigere, diuina maieſtas abbreuiari. videtur obumbrari ſapientia imbecillitate pueritiæ, quæ E deſignatur in inductione. Ait enim: Cum inducerent puerum Ieſum, videtur indigere bonitas remedio legis, ſcilicet cum faciunt ſecundum conſuetudinem legis pro eo, offerendo eum, & redimendo. Videtur obumbrari, vel abbreuiari maieſtas, cum & ipſe Simeon accepit eum in vlnas ſuas. Vnde Bernar. Magna humilitas Saluatoris, qui loco non capitur grandi, in hominis vlnis portatur. Vlna autem dicitur pars brachij, quæ eſt a cubito vſque ad manum. a qua fortè vlna, pannorum venaliũ mẽſura, i. brachium nominatur. In quo miſticè datur intelligi, ꝙ ad menſuram vlnæ F iam noſtræ redemptionis precium menſuratur. Accipiat igitur, vt dicitur Lucæ 6. canus ſenex menſuram bonam, & cõſertam, & coagitatam, & ſupereffluẽtem, quia poſuit Dominus iudicium in põdere, & iuſtitiam in menſura, vt dicitur Iſa. 28. c. Accepit ergo Ieſum ĩ vlnas ſuas, i. inter brachia, tanq̃ per Spiritumſanctum indubitabiliter ſentiens, & cognoſcens, ipſum eſſe Chriſtũ & Dñm ſummũ, ſummiq́; Dei vnigenitũ, vnde & fidẽ ſuã brachijs expreſſit in iubilo cordis. Et, ſicuti Bruno ait: Mox ſenectus eſt fugit, & iuuenilis vigor affuit, & fortitudo: & qui ſeipſum vix ferre poterat, nunc leui- G ter ferẽs puerũ exultat. Cũq́; in vlnis eũ iã firmiter poſſideret, authẽtica ſcriptura fœdera confirmat dicẽs: Primo hũc filiũ Dei, & tuũ volo ad laborioſam vitã: Iõ inquit, Poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionẽ multorum in Iſrael. Ait enim, poſitus eſt hic in ruinam, ſ. occaſionaliter. Et hoc quatuor generationum impugnantium eũ. Primo naturalium Philoſophorũ ſiue Paganorum, ſecundo peruerſorum hæreticorum, tertio ſtultorum Iudæorum, quarto falſorũ Chriſtianorũ. De quibus Zachar. vlti. c. ſcriptum eſt. Erit, ſ. Chriſtus, ruina equi & muli, cameli & aſini. Primo per equũ demõſtrãtur H ſuperbi Philoſophi, & Pagani gloriãtes de ſapientia mundi, & fortitudine virium naturalium. ad Roma. 1. dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Secundo per mulum, qui ab equo degenerat, hæretici denotantur: qui per diuerſos errores degenerant a generoſitate fidei orthodoxæ. de quibus 1. Ioan. 2. cap. ait: Ex nobis prodierunt, ſed ex nobis non erant: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Tertio vero per camelum Iudæi adhuc ruminãtes, & muſitãtes in lege, & portãtes gibbũ duritiæ in dorſo cordis, deno-

tantur:

A tantur: de quibus propheta inquit, Obſcurentur oculi eorum, ne videant & dorſum eorum ſemper incurua. Quarto per aſinũ, qui in ſcapulis crucem habet, & in poſterio rib *debilis eſt & luxurioſus, mali Chriſtiani intelliguntur, qui ſignum Chriſti pretendunt in nomine, & ſignum Antichriſti gerunt in opere. De quibus ad Titum j. Confitentur ſe noſſe Dominum, factis autẽ negant. Et addit, Et in reſurrectionem multorum in Iſrael. ſ. per cauſam. Et hoc quadrupliciter, ſm quatuor genera ſaluandorũ reſurgentium in præſenti per gratiã, & in futuro per gloriã. Primo bonorum laicorũ,
B ſecũdo bonorum clericorum, tertio bonorũm religioſorũ, quarto bonorũ prælatorũ. de quibus Lu. 6. c. miſticè ſcriptum eſt. Mẽſuram bonam, quo ad laicos: & confertam, quo ad clericos: & coagitatam, quo ad religioſos: & ſupereffluentẽ, quo ad prælatos. dabunt in ſinum veſtrum, i. in intellectũ & affectum veſtrum. Secundo hũc filium Dei & tuum accepto ad laborioſam doctrinam: & ideo ſubdit, Et in ſignum, cui cõtradicetur. q. d. Euangelium filij tui & prædicatio eius erit in ſignũ ſalutis credentibus in eũ,
C ſicut propheta inquit: Dediſti metuentibus te ſignificationẽ, vt fugiant a facie arcus, ſ. extremi iudicij, vt liberentur dilecti tui. Nã & Iudæi & Chriſtiani ſæui, & omnes impij contradicent doctrinæ ſuæ: ſed vę illis. Nã ſicut Eſa. 41. c. ſcrip. eſt, Peribunt viri, qui contradicũt tibi. Tertio quoq; accepto hũc filium Dei & tuũ ad laborioſam & acerbam mortem ſuã & tuam. Et de hoc addit, Et tuã ipſius animã pertrãſibit gladius. Quod tripliciter intelligi poteſt. Primo & tertio modo, quantum ad ipſam Virginẽ: Secũdo aũt modo, quantum ad Chriſtum. Primo modo ſic litera tranſponẽda eſt, ſm glo. Et tuam animã pertrãſibit gladius ipſius, i. do-
D lor habitus pro paſſione ipſius: vel vt poſſeſſiuum reſoluatur in primitiuum hoc modo: Et gladius, i. dolor Dominicę paſſionis, pertrãſibit tuam ipſius animam, i. tuiipſius. Vnde Bernar. Chriſtus in cruce carnẽ, Maria ſpiritum immolabat. Et Dama. ait: Dolores, quos effugit pariens, tempore paſſionis ſuſtinuit. Secundo modo ſic poteſt exponi, ſm Chriſoſt. Et gladius, i. paſſio, pertraſibit animã ipſius tuã. i. quã reputas tuã. Vel tertio modo. Tuam ipſius animã. i. quæ eſt anima ipſius Chriſti per transformantẽ dilectionẽ, pertranſibit gladius, ſ. diræ compaſſionis, quod exprimit, cum dicit, animã, quã non põt materialis gladius pertrãſire.

Vide igitur benedicta Virgo, quo fœdere, E
quibuſue conditionibus recipiã hunc filiũ Dei & tuũ: Salutẽ mundi procuro, mundi procurationẽ exerceo, officiũ meũ impleo. Vide tu, mater Dei, quid neceſſe ſit officio tuo: facio, quod meũ eſt: fac & tu, quod tua intereſt: pro ſalute mundi ipſum a Deo ſuſcepiſti, pro mundo illum peperiſti: vide ad quid huc veniſti. Cui reſpondit beata Virgo. Noui, fideliſſime procurator mũdi, quibus egeat mundus, quare illũ contulerit mi hi Deus: Pro mundi ſalute mihi donauit illum: quia ſic Deus dilexit mundum, vt filiũ ſuũ vnigenitum daret. Dono igitur illum etiã ego, & hoc charitate euiſcerata, quia ad F
hoc illũ accepi. Charitate feſtina, qa prius non potui: Charitate integra, quia nihil mi hi retinui: Charitate materna, quia nulli in uidi: Charitate conſummata, quia plus dare nõ valui. Dono igitur illum in donũ illuminationis, in exemplũ conuerſationis, in præmiũ glorificationis. Noui, quid dono: noui, quid facio: Noui, pro quibus dono: p dilectis filijs meis illum offero, pro illis redimendis, pro illis expiandis, pro illis inſormandis, inſtruendis, reficiendis, gratificandis, atq; glorificãdis illum expono, quia ipſe eſt verus agnus, qui tollit peccata mũdi: G
hunc ſola diues offero, quia ſolum agnum habeo, quem ſine pudore concepi, ſine grauedine tuli, ſine dolore peperi, & cũ plena virginitate dominũ & hominem parturiui. Scio ergo, quid dono filijs gratię, qui volũt eſſe participes huius doni: nec ſolum filiũ meum, ſed & meipſam ſuper hunc donum dono: atque ipſorum aduocatam, genitricem, tutricem, excuſatricem, & ab omnibus hoſtibus defenſatricem: necnõ & theſaurorum filij mei diſpenſatricem, charitate inuiolabili repromitto.

Articulus Tertius. H

De iubilo & laude, & gratiarum actione ſanctiſſimi Simeonis.

Tertium myſterium eſt amoroſiſſimæ exultationis. Nã cum ſanctus ille ſenex puerũ Ieſum ſuſcepiſſet i vlnis, ac talia a Virgine audiſſet, tanta iucunditate repletus eſt, vt cum propheta dicere poſſet, Cor meum & caro mea exultauerũt in Dominum viuum. Vnde & Lucas ſubdit: Et benedixit Dominũ & dixit, Nũc dimittis ſeruũ tuũ Dñe, ſm verbum tuũ in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ, quod

paraſti

A paraſti ante faciem omnium populorum. Quod verbũ poteſt eſſe thema hoc in articulo,cum ſolum hoc canticum prædicatur. Benedictio ponitur ad expreſſionem deuotionis affectus. Vnde benedixit,i. gratias egit Deo, iuxta illud, 2. Machabeo. 10. In hymnis & cõfeſſionibus benedicebant Dominum,qui magna fecit in Iſrael. Et dixit, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſm verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciẽ omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Iſrael. In quo cantico ſanctus iſte ſenex gratias agendo & iubilando tria glorificat & magnificat. B Primo ſanctiſſimam Trinitatem, ſecundo vero Chriſti humanitatem, tertio noſtram vtilitatem.

De iubiloſa gratiarum actione ad ſanctiſſimam Trinitatem, ꝙ viſo Domino iam moriatur in pace. Cap. I.

PRimo gratias agens magnificat & glorificat ſanctiſſimã Trinitatẽ, vbi commendat primo diuinam bonitatem, ſecundo diuinam poteſtatem,tertio diuinam veritatem. Primo, C inquantum commendat diuinam bonitatẽ in effectu dimiſſionis ab hac vita, cũ dicit, Nunc dimittis: & tranquillitatis in alia, cũ addit, In pace. ſ. mori & abire. Per hoc.n. ſignificat vitam alterã ſe pro ſua futura & finali quiete habere: & ꝙ antequam Chriſtum vidiſſet, iuxta ꝙ vehementer optabat & firmiter expectabat, non fuiſſet ſibi mori & abire pacificum,ſeu iucundum. Nã & dicendo,Dimittis, ſignificat ſe fuiſſe a Deo retardatum a morte ſibi ſimpliciter deſiderata,niſi pro quanto propter ſpem videndi Chriſtum, eius dilationem libentiſſimè to D lerabat. Per hoc etiam ſignificat, ꝙ vinculũ vitæ eius erat ſibi ſimpliciter onerosum & tædioſum: ait enim, Nunc dimittis.i. a malo dimitte. Et ſic deprecatoriè legitur. Legitur etiam indicatiuè & aſſertiuè. i. iam a malo dimittis,vel dimitte pro dimittes, cũ a malo abſolues. Inſuper ait, Nũc dimittis, clauſum ergaſtulo duplici: mundi videlicet & corporis: dimittis eum, qui vinctus eſt liberum a triplici vinculo,carnali, ſ. neceſſitatis,voluptatis & conſuetudinis. Secũdo vero commendat diuinam poteſtatem, cũ dicit, Seruum tuum Domine. Pſal. O Dñe, quia ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ. vnde profitendo ſe ſeruum ſuum, inſinuat ſeruitutis obiectionem dicendo, Domine, E magnificat Dominum poteſtatis. Proinde Sap. 16.c.ſcriptum eſt: Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem & deducis ad portas mortis & reducis. Tertio autem commendat diuinam veritatem, cum addit, ſm verbum tuum. i. ſecundum veritatem tuę promiſſionis,quia veraciter promiſſionẽ impleſti, ſicut alibi propheta ait: Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine ſm verbum tuum. Et alibi, Et in verbum tuum ſuperſperaui. Et iterum, Viuifica me ſecundum verbum tuum.

De tribus iubilando magnificat & glorificat Chriſtum natum. Cap. 2. F

SEcundo glorificat, & iubilãdo magnificat Chriſti humanitatem, ſeu Chriſtũ humanatum, & maximè de tribus, ſ. ꝙ factus eſt.primo viſibilis,ſecundo paratus, tertio in ſalutem omnium propoſitus & expoſitus.Primo,quia factus eſt viſibilis omnibus.ſ.intueri volentibus, quod in ſe completum iubilando cantat dicens: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Baruc. 3. c.In terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt. Et Eſa. 52. Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Et Iob 33.de G ſancto Simeone prophetans ait, Videbit faciem eius in iubilo. Secundo,quia factus eſt paratus. ſ.in auxilium, quod notat, cum ait, Quod paraſti. vnde Eſa. 52. c.ait, Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium. Et pauloante ait, Oculo ad oculum videbunt eum. Tertio in ſalutem omnium propoſitus & expoſitus, ſcilicet vt ab omnibus videatur. Et de hoc ſubiungit dicens, Ante faciem omniũ populorum, vt miſticè oſtendatur, ꝙ ſicut ſol oriens in mundo omnium oculis faciliter offertur & præſentatur, ſic Deus Chriſtum H humanatum exhibuit vniuerſis:ita ꝙ ſolus noſtræ culpæ originalis & actualis defectus cauſa eſt, ꝙ non omnes cognoſcunt ipſum & eius lumina ſalutifera & radios glorioſos. Et de hoc quoque propheta ait: Notum fecit Dominus, ſalutare ſuum in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Et Eſa. 49.c.ait Dominus. Exaltabo ad populos ſignum. Ex his enim tribus exaggeratur in mentibus pijs cumulus gaudiorum fidei, ſpei & charitatis. Primo quidem gaudium fidei: quia Saluator viſibilis factus eſt: vt quem non poterat homo videre in ſpecie diuinitatis, videat & imaginetur in ſpecie huma-

A humanitatis. proinde dicit, Quia viderűt oculi mei ſalutare tuum. Secũdo vero gaudium ſpei eſt, quia in auxilium noſtrũ paratus eſt. vnde propheta ait: Dñs protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Tertio gaudiũ charitatis, quia omnibus ſalus expoſita eſt. Dicit enim, Quod paraſti ante faciem omnium populorum, Eſa. 49. Dedi te in lucẽ gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

De tribus nominibus, ſecundum, quæ Chriſtus humano generi profuit. Cap. 3.

B TErtio vero iubilando laudat noſtram vtilitatem, quæ ex triplici præconiali nomine, quo Chriſtum denominat, clareſcere poteſt. Nominat quippe eum, ſalutare lumẽ & gloriam. In quo miſticẽ demonſtratur, ꝙ ab ipſo & in ipſo & ꝑ ipſum eſt noſtra ſaluatio, illuminatio, & iucundatio ſeu beatitudo: & poſſunt hæc reduci ad tres actus hierarchicos, qui ſunt purgatio, illuminatio & perfectio: vel ad tria Deo attributa. ſ. potentiam, ſapientiam, & bonitatem. Comparat etiam eum, ſecundum tria præfata nomina, ad totam vniuerſitatẽ humani generis: ſic tamen, ꝙ vt oſtendat ibi

C eſſe vnitatem cum diſtinctione primo ponit vnitẽ totam vniuerſitatem hominũ, cui quantum eſt ex parte Chriſti, eſt generalis ſua ſalus, ſeu ſalutifera gratia & virtus oblata. Deinde diſtinguit eam in Gẽtiles & Iudæos: & hoc cum quadam diſtincta correſpondentia ſecundi & tertij nominis Chriſti, ſ. luminis & gloriæ, appropians gentibus lumen, & gloriam Iſraeli. Vt autẽ hæc diſtinctio ab vnitate Chriſti non recedat, duos effectus, ſeu duas deriuationes & participationes aſcribit lumini: ſcilicet illuminationem & gloriam, ſeu glorificationem.

D Vnde dicit Chriſtum eſſe lumen ad reuelationem. i. ad illuminationẽ gentium, & gloriam. i. glorificationẽ plebis ſuæ Iſrael. Præmittit autem gentes Iſraeli, quia plenitudo gentium primo illuminãda erat antequam omnis Iſrael ſaluus fieret. Illuminationem vero gentibus appropriat, & gloriã Iſraeli, quia ſicut vltima forma præualet primæ diſpoſitioni, ſic prima conuerſio gentium, ſecundum omnes proprietates ſtatuum ſe habet ad finalem conuerſionem Iudæorũ, ſicut diſpoſitio prima ad vltimam formam, & ſicut fides ad ſuam explicitam intelligentiam: & ſicut actiua ad contemplatiuã, vel ſicut mentalis actio ſeu mediocris contemplatio ad ſupremam, quæ cum Moiſe ſtat in E vertice montis, & cum Paulo rapitur ad tertium cœlum. lumen quippe propriẽ Chriſtus eſt, qui gẽtibus neceſſarius erat, quę in tenebris infidelitatis gradiebantur, ſicut & Eſa. 9. c. prædictum erat. Populus. ſ. gẽtium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Dicitur autem lumen, vt incarnata diuinitas denotetur. Differentia quippe eſt inter lucẽ & lumen. lux propriẽ eſt in fonte corporis glorioſi: lumen vero eſt claritas in perſpicuo dyaphano luminis receptiuo, vt aere. Diuinitas ergo eſt lux in ſubſtantia ſua, Dan. 2. c. Ipſe reuelat profunda, & abſcondita nouit in tenebris conſtituta, & F lux cum eo eſt. lumen vero eſt in humana natura, de quo propheta inquit, In lumine tuo videbimus lumen. & alibi, Lucerna pedibus meis verbum tuum. i. filius tuus. Ait ergo ad reuelationem gentium. i. vt reueletur oculis cæcis gentilium nulla ſpe aduentus Domini erectorum, quod notatur in reuelatione, per quam deſignat remotionem velaminis erroris neceſſariam ad ſuſceptionem illuſtrationis debitæ veritatis. Proinde 2. Cor. 3. c. loquens gentibus iam credentibus Apoſt. ait: Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eãdem G imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Deo ſpiritu. q. d. Iudæi adhuc velamen ſuper oculos habent: Nos vero credentes reuelata facie, id eſt expedita mente, remoto velamine, Dei gloriã ſpeculantes intranſitiuẽ. i. Deũ glorioſum ſpeculantes, quia videmus nunc per ſpeculũ in enigmate, vt dicitur. j. Cor. 13. in eandẽ imaginem, ſcilicet diuinam, quam ſpeculamur. i. Dei conformitatem transformatur, ſcilicet a forma ignorantiæ in formam lucidam veritatis. Nos dico euntes in claritatẽ iuſtificationis a claritate Moyſi in claritatem H Chriſti tanquam a Deo ſpiritu, ſ. ducti. Et iterum Eſa. 9. c. ait. Habitãtibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis, ſecundum etiam, ꝙ Eſa. 40. prophetatum erat, Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum eſt. Aduertendum eſt etiam, ꝙ illuminationem gentium vocat reuelationẽ eorum. Et hoc ex triplici cauſa. Primo. ſ. vt innuat ꝙ nõ ex natura eſt, neque ex debito, neque de naturalibus, ſed ex ſupernaturali & ſupernaturalibus. Talis enim illuſtratio propriẽ reuelatio nominatur. Secundo, vt oſtendat ꝙ velamen originalis cęcitatis & ſuperinductæ idolatriæ erat eis per hanc illuminationem

A nem frangendum & tollendũ. Tertio, quia gentes non ſolum erant non videntes hoc lumen: ſed etiam erant inuiſę ſeu incognitę Dei notitiæ amatiuæ. Reputabantur enim vt nihil, nec a Deo & ſuis cognoſci poterât, vt populus Dei, aut exiſtens in numero fidelium eius. Et ideo reuelandi erant. i. de tenebroſo & carnali ſtatu in lucem adducẽdi. Et ſic illuminarentur non ſolum ad videre, ſed etiam ad videri. Addit etiam, Et gloriam plebis tuæ Iſrael. Hoc enim ideo dicit, quia Iudæi quodammodo habebant lu-
B men in fide prophetarum & legum: ſed tamen erât in ignominia præuaricationis ipſius legis. Propterea indigebant gloria & honore virtutis. Propterea Ezech. 26. c. ait Dominus Tiro. Cum dedero gloriã in terram viuentium, in nihilum redigam te, & non eris, & requiſita non inuenieris. Dicit etiam gloriam potius, quàm glorificationem, vt ſimul ſignificet ſontale obiectum & cauſam glorificationis & ipſam glorificationem. Vocamus enim gloriam noſtram id, de quo gloriamur, & etiam ipſam glorificationem noſtram. vnde & vna de cauſis, quare gloriam appropriat Iſraeli eſt, quia
C potuerunt prę cæteris gloriari in Chriſto, tãquam de genere eorum & in eis & ex eis nato & tanquam ſpiritualius & expreſſius promiſſo & dato, ſed in ſalutem omnium nato: Qui & ſalutare & lumen & gloria ſempiterna, qui cum Patre & Spiritu ſancto ſit omnibus nobis per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

IN FESTO ASSVMPTIONIS Glorioſæ Virginis Mariæ.

Sermo Vndecimus, & vltimus.

D *SVrge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Pſalmus* 131. Sublimis iſta dies & ſplendidior ſole refulgurãs, ſicut Ber. in quodã ſermone ait: In qua Virgo regalis ad thronũ Dei patris euehitur, & in ipſius Trinitatis ſede repoſita naturam etiam Angelicam ſolicitat ad videndum. Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat reginam ſedentem a dextris Domini virtutum in veſtitu deaurato, in corpore immaculato, circundata varietate, virtutum multiplicitate diſtinctam. hæc Bern. Sed quibus laudibus ſeruitus hominum reginam efferet Ange-
E lorum? Quæ præconia dilatet mortalis anguſtia, vel officia ſubminiſtret, cui cœleſtia parent, & famulantur obſequio omnes cæliciues? Quæ feret encenia, quas laudes attentet humana penuria, cuius gloriã Angelicæ mirantur & prædicant Poteſtates? Quibus dignam honoribus plauſus hominum acclamabit in terris, quã ſpirituũ agmina beatorum iugiter venerantur in cœlis? Non eſt profecto facultatis humanæ Virginem glorioſam, vt meretur, efferre. Nobis ſufficiat, qui votum gerimus obſequendi, talem credere tantamq; fateri, quantã nul-
F lus hominum valeat explicare. Sufficere forſitan poteſt & illi, cui ſummam idipſum cedit ad gloriam, q; hodie ſuper Angelos anima & corpore exaltata omnium hominum & voces excellit & ſuperat intellectũ. Hãc igitur excellentiſſimam Aſſumptionem & exaltationem in ſpiritu Propheta contemplans ad Dominum ait: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. In quibus ſacratiſſimis verbis glorioſæ Virginis oſtenditur triplex ſtatus. Primus amoroſiſſimæ inuitationis ſeu eleuationis, cum dicitur, Surge: ſecundus amoroſiſſimę obuiationis, cũ additur, Domine in requiẽ
G tuam: tertius amoroſiſſimæ glorificationis, cum ſubinfertur, tu & arca ſanctificationis tuæ.

ARTICVLVS PRIMVS

Quomodo beata Virgo ad cœli gloriam fuit tripliciter inuitata, ſeu tripliciter eleuata.

PRimus ſtatus beatæ Virginis poſitus a propheta eſt amoroſiſſimæ inuitationis, cum dicit, Surge. ſ. & veni ad gloriam ſempiternã.
H Nam fuit a Deo ad cœli gloriam tripliciter inuitata, ſicut ſupra, Sermo. 8. c. vlt. dictum eſt. Vel primus ſtatus, quẽ propheta de beata Virgine ponit, eſt amoroſiſſimæ eleuationis, quia Dominus Virgini inquit, Surge. Ad hanc quippe eleuationem exhortatur a filio, vt ſibi dicere videatur illud Eſa. 51. c. Eleuare, eleuare, conſurge Hieruſalẽ. profecto ipſa fuit Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis. Nam ipſa extitit tota pacifica & Dei viſione mirabiliter illuſtrata. Bis ait, eleuare; & ſemel ait, conſurge: vt eleuationem tam mentis, quàm corporis in gloria deſignare oſtendat: & vt ad ſui ſimilitudinem

A dinem a mortuis glorioſa reſurgat. Sublimes eleuationes beata Virgo ſuſcepit a filio. Primo, dum in hoc mundo viueret: Secundo, dum ad gloriam hinc tranſiret: Tertio, dum in throno gloriæ iuxta ipſum reſidet. Et licet ſint inexplicabiles omni linguæ: tamen lingua ſcripturæ ſacræ hanc triplicem eleuationem nobis in Virgine inſinuare conatur. Nam eleuatam eam oſtẽdit Primo, dum hic viueret in mundo eleuatione gratioſa: ſecundo, dum hinc tranſiret de mundo eleuatione glorioſa: tertio, dum ſublimiter reſidet in cœlo eleuatione fructuoſa.

B

Quod triplici eleuatione virtutum eleuata fuit beata Virgo in præſenti vita. Cap. 1.

PRimo quippe eleuata fuit viuens in mundo eleuatione gratioſa, & hoc tripliciter. Primo in ſanctitate, ſecundo in conuerſatione, tertio in contemplatione. Primo per eminentiam ſanctitatis ſupra munditiã virginum & Angelorum, ſecundo per excellentiam conuerſationis ſupra obediẽtiam
C martyrum & confeſſorum, tertio per eminentiam contemplationis ſupra ſapientiã prophetarum & Apoſtolorũ. Hanc triplicẽ eleuationẽ miſticè oſtendit nobis ſcriptura in eleuatione arcæ Noe, in eleuatione rotę, & in eleuatione Aquilæ. Primo quippe eleuata fuit per eminentiam ſanctitatis. proinde Gen. 7. c. ſcriptum eſt: Multiplicatæ ſunt aquæ. ſ. pp exuberantiã gratiæ ſublimitatis & ſanctitatis. Multiplicatio. n. aquarũ in arca, denotat gratiarũ plenitudinẽ in Maria. Ipſa eſt. n. fons ortorũ & puteus aquarũ viuentiũ, vt ſcribitur Cant. 4. & ortus irriguus & fons aquarũ, cuius non deficiunt aquæ.
D Eſa. 58. Hæ aũt aquæ eleuauerunt arcam, in qua ſaluatũ eſt vniuerſum ſemẽ generationis electæ in ſublime a terra. i. ab omni terrenitate & amore infecto. dixit aũt in ſublime, quia ad hãc puritatẽ & munditiã nulla pura creatura aſcendit, nec Angeli, nec virgines. Nã Angeli habent munditiã tantum in mente, virgines mente & carne: ſed glorioſa Virgo Maria cum quadã vtriuſq; perfectione ſuper oẽm creaturã eleuata eſt in ſublime. Scdo vero eleuata fuit p excellentiã conuerſationis deſignatã in eleuatione rotæ, de qua Ezec. j. ſcrip. eſt. Apparuit rota ſuper terrã iuxta animalia habens quatuor facies & aſpectus rotarum & opus earum, quaſi viſio maris. Et ſequitur: Cum eleua- **E** rentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Et additur, Spiritus. n. vitæ erat in rotis. Per illa quatuor animalia miſticè doctrina euangelica denotatur. Per rotã vero illã, quæ quatuor facies habet, Virgo beata merito indicatur; quæ quatuor virtutes habet, ſm quas vita actiua regit, & omnimoda pfectione ad euangelicã cõformatur. Et qm hæ virtutes licèt vniantur in gratia, diſtinguuntur tñ in operatione ſua: ideo pluraliter dicit, ꝙ rotæ illæ eleuabant, qa virtutes in ea fuerũt in ſummo pfectionis, tã ad agendũ, q̃ ad patiendũ: Et hoc in tãta incõprehenſibilitate intellectui humano, vt me- **F** rito dicatur, ꝙ aſpectus rotarũ, & opus earũ, quaſi viſio maris. Nã inextimabiliter ſuperauit oẽm obedientiã & actionẽ martyrũ & confeſſorũ: Nã in oĩbus fuit pondus difficultatis ad bonũ, & pronitas ad ipſum malũ. In Virgine beata nullũ fuit omnino retardatiuũ. Proinde rota volubilis fuit, ſm oẽm Spiritusſancti nutum. Tertio autẽ eleuata fuit per excellentiã contemplationis. Et hæc deſignata fuit in eleuatione aquilæ, de qua Iob 39. ſcrip. eſt: Nunquid ad præceptum tuũ eleuabitur aquila, & in arduis po- **G** net nidum ſuũ? Quomodo. n. aquila iſta ſuper oẽs aues fuerit eleuata, & omnes quoſcunq; ſuperauerit ſapiẽtia, vide ſupra, Ser. 4. ar. j. c. 2. Hanc triplicem eleuationem exprimit Spiritusſanctus, Cãt. c. 6. vbi de Virgine ait: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora cõſurgens. Et hoc in ſanctitate. Pulchra vt luna, & hoc in conuerſatione: electa vt ſol, & hoc in contemplatione: terribilis vt caſtrorum acies ordinata, & hoc in omni prædictorum connexione.

Quod ad triplicem dignitatem fuit beata Virgo eleuata aſcendens in cœlum. Cap. 2. **H**

SEcundo eleuata fuit tranſiens de mũdo eleuatione glorioſa, & hoc ad culmen triplicis dignitatis: videlicet altiſſimæ, latiſſimæ, & firmiſſimę, vt ſit virginis regnũ altũ, latum, & ſempiternum. Quæ tria in eleuatione diuinæ magnificentiæ diuinę ſedis & montis immobilis figurantur. Primo quippe eleuata eſt ad culmen dignitatis altiſſimæ, vt ſit regnum Virginis altum. Et de hoc propheta inquit: Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Porro ſingularis magnificentia Dei fuit beata Virgo,

quia

A quia in eius exaltatione plus magnificatur & etiam in eius humiliatione, deuotione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fruitione plus magnificat Dominum, quàm oĩs creatura alia ſimul ſumpta. Vnde merito eleuata dicitur ſuper cœlos.i. ſuper Angelos vniuerſos. Quia ſicut filius Dei Ieſus ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, Hebr.1.c. Tãto melior Angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit. quod nomen profecto eſt, vt verè ſit Deus per gratiam vnionis: Sic & mater Ieſu tanto oĩbus Angelis melior eſt, quãto præ omnibus in dignitate maternali abun-

B dat. Secundo eleuata eſt ad culmen dignitatis latiſſimæ, vt ſit Virginis regnũ latũ, vt 2. Reg. 3. c. ſcrip. eſt. Quomodo iurauit Dñs Dauid, ſic faciã cum eo, vt eleuetur thronus eius ſup Iudã & Hieruſalẽ à Dan vſq; Berſabee. Thronus iſte, in quo ſedet & requieſcit Dauid, manu fortis, & vultu deſiderabilis Ieſus Dei filius, fuit glorioſa Virgo Maria, quæ eleuata fuit ad latitudinem regni, vt de ea dici poſſit, ꝙ nõ ſolũ dñatur à Dan vſq; Berſabee, ſed dñatur a mari gratiæ vſq; ad mare gloriæ, & a flumine influxuũ diuinorũ vſq; ad terminos orbis terrarũ ſuper oẽm creaturã regnans. Sed de magnitudi-

C ne regni eius plenius dictũ eſt ſupra, ſermone 3.ar.2.& 3.& quaſi per totum ſermonẽ. Tertio eleuata eſt ad culmen dignitatis firmiſſimæ. Proinde Eſa.2.c. ſcrip.eſt: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Dñi in vertice montiũ, & eleuabitur ſuper oẽs colles. Mons iſte, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: & de quo abſciſſus lapis ſine manibus, eſt glorioſa Virgo, de qua ſine humano opere natus eſt Chriſtus

D Ieſus, lapis angularis, ꝗ repleuit vniuerſam terrã. Hic mons eleuatus eſt ſuper colles: quia Virginis altitudo, ſicut dictũ eſt, ſublimiſſima eſt ſuper ſummos, & latiſſima ſup cunctos: & firmiſſima & inconcuſſa, vt moueri non poſſit ſtabilitas montis, quandiu durat firmitas lapidis, nec regnum matris quandiu durat imperiũ prolis. de cuius imperio, Dan.7. ſcriptum eſt: Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnũ eius, quod nõ corrumpetur. Hęc triplex eleuatio Virginis in præmio Eſa.6.c. ſimul pręuiſa fuit, vbi ait: Vidi Dñm ſedentem ſuper ſoliũ: quia immobiliter requieuit ſuper Virginem glorioſam Mariam ratione dignitatis firmiſſimæ. Solium inquam excelſum & eleuatum ratione dignitatis altiſſimæ: & plena erat omnis terra maieſtate eius rõne dignitatis latiſſimæ. Bern. etiam ait: Neque E in mũdo dignior locus fuit virginalis vteri templo, quo Maria Dei filiũ ſuſcepit. Neq; in cœlo ſublimior regali ſolio, quo Mariã Mariæ filius ſublimauit. Et exclamans quodam in ſermone ait: O venter capacior coelis, diffuſior terris, latior elementis, qui illũ continere valuit, quem totus mundus comprehendere non potuit, & qui tribus digitis molem terræ appendit.

Quod triplex patrocinium præſtat nobis beata Virgo nunc regnans in cælo. *Cap.* 3. F

Tertio eleuata fuit beata Virgo ſublimiter reſidens in cœlo. ſ. eleuatione fructuoſa: quia dũ reſidet iuxta filiũ, tria militanti eccleſiæ patrocinia præſtat. Primo dirigit, ſecundo protegit, tertio irrorat, ſiue rigat. Nã dirigit expediẽdo viã, protegit repellendo pugnam, irrigat impetrando gratiam, vnde & verè dicere poteſt illud Eccleſ. 24. c. In me omnis gratia vitæ & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & virtutis. hæc eleuatio figurata fuit in triplici figura. Primo in figura virgę, ſecundo in figura Arcæ Moſaycæ, tertio in figura nebu-

lę. Primo quippe, quia dirigit, figurata fuit G in figura virgæ. Exo.9.c. vbi ſcriptum eſt, ꝙ Dñs ait Moyſi, Eleua virgã tuã, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud vt gradiantur filij Iſrael in medio maris ꝑ ſiccum. Hæc profecto virga, ad cuius eleuationẽ præparatur via populo Dei, eſt glorioſa Virgo Maria, cuius patrocinio omnis penè amaritudo Dei populo dulcoratur. Proinde Bernar. ait: O quiſquis te intelligis in hu-

ius ſeculi profluuio magis inter procellas H & tempeſtates fluctuare, quàm ambulare: ne auertas oculos a fulgore huius ſyderis, ſi non vis ſubmergi procellis. Et iterum: Si criminum immanitate turbatus, ſi conſciẽtiæ fęditate confuſus, ſi iudicij horrore perterritus, ſi baratro deſperationis abſortus es, Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat a corde, non recedat ab ore. Nam ipſam cogitans, non erras: ipſam rogans, nõ deſperas: ipſam ſequens, non deuias: Ipſa tenente, non corruis: ipſa protegente, non metuis: ipſa duce, non fatigaris: ipſa propitia, peruenis: & ſic in temetipſo experiri poteris, quàm merito dictum ſit, Et nomen Virginis Maria, id eſt maris ſtella. Secundo vero, quia protegit, figurata eſt in figura arcæ Moſaicæ, de qua Num.10. in fine ſcriptũ eſt:

A eſt: Cum eleuaretur arca, dicebat Moyſes, Surge Domine & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderant te a facie tua, vt miſticè innuatur, ꝙ quando eleuata fuit Virgo glorioſa ad cęleſtia regna dęmonis potētia imminuta eſt & diſſipata. vnde pro illa dici poteſt illud, Eccleſ. 24. cap. ſuperborum & ſublimium colla propria virtute calcaui. Tertio vero, quia irrigat, figurata fuit in figura nebulæ, de qua Iob 58. ſcriptum eſt: Nunquid eleuabis in nebulam vocem tuā, & impetus aquarum operiet te? Vox in nebula eleuata eſt, gratia per orationem Virgi B nis impetrata: ad quam ſequitur impetus aquarum, quia per ipſam impetratur influē tia gratiarum atque remiſſio peccatorum. Vnde Eccleſ. 43. cap. ſcriptum eſt: Medicina omnium in feſtinatione nebulæ: hoc eſt in feſtina aſſumptione Virginis benedictæ: quia omnes, qui volunt, participes fiunt gratiæ ſuæ. proinde Bernar. ait: Maria omnibus anima facta eſt ſapientibus & inſipientibus, copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit omnibus, miſericordiæ ſinum aperit, ac de plenitudine eius accipiunt vniuerſi. Prædicta triplex efficacia virginalis patrocinij deſignatur ſimul in eleuatione nubis, de C qua Nume. 10. cap. ſcriptum eſt: Eleuata eſt nubes de tabernaculo fęderis, profectoque ſunt filij Iſrael per turmas ſuas. Nam de hac legitur Exo. 14. cap. ꝙ populum deducebat quantum ad primum, defendebat quātum ad ſecundum, & obumbrabat quantum ad tertium. Nam aliquando præcedebat, aliquando ſequebatur, aliquando ſuperferebatur, vt miſticè patrocinia multiplicia beatæ Virginis indicentur erga populum electorum & omnium chriſtianorum.

Articulus Secundus.

D *Quomodo tota beata Trinitas cum omni cæleſti curia, obuiam venit beatæ Virgini aſcendenti in cœlum.*

Secundus ſtatus glorioſæ Virginis Mariæ poſitus a propheta eſt amoroſiſſimæ obuiationis, ita ꝙ verbum Prophetæ ſit vox vna omnium Beatorum iubilantium, exultantium & applaudentium atque exhortātium Dominum ire obuiam ſuæ benedictæ matri, ac dicentium, Domine in requiem tuam, ſcilicet obuius vade tu cum omni exercitu beatorum. Vocant enim beatam Virginem, requiem Chriſti: non tamen quia in ea nouem menſibus requieuit: verum etiam quia plus per quietum amorem requieuit in ea, quàm in tota alia rationali creatura, ſicut Eccleſ. 24. ipſa beata Virgo teſtatur dicens: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. O quis exprimere poſſet cœleſtis curiæ iucunditatem atque ſolennitatem, quando ſurrexit Rex glorioſus Ieſus feſtinus & lętus, & regali decore laureatus, & totam beatorum ciuitatem commouit, vt omnes cœli ciues occurrent Virgini matri aſcendenti. Tunc quippe impletum fuit, quod 2. Reg. 6. de Dauid dictum eſt, quòd adduxit arcam Domini cum gaudio, & erāt cum Dauid ſeptē chori, ſcilicet ſpirituum beatorum, prophetarum, Apoſtolorum, qui iam tranſierant, martyrum, confeſſorum atque virginū, vt impleatur in Virgine glorioſa, quod Eccleſ. 24. ſcriptum eſt: In plenitudine Sāctorum detentio mea. O ſolennitas glorioſa: o iubilus inexpreſſibilis, qui nec exprimi poteſt, nec taceri: dum Dauid & omnis Iſrael deducunt in iubilo arcam fęderis, id eſt Virginem glorioſam. Hoc miſticè figuratum fuit. 3. Reg. 2. vbi ſcriptum eſt, quòd ſurrexit Rex Salomon in occurſum matris ſuæ & adorauit eam: vel ſecundum Ioſephum, & amplexatus eſt eam, & ſedet ſuper tronum ſuum: poſituſq́; eſt tronus matri Regis, quæ ſedet ad dexteram eius. vbi contemplare mirificam obuiationem, quia ſurrexit Salomon in occurſum matris ſuæ. Mirificam adorationem, quia adorauit eam. Altiſſimam ſublimationem, quia poſitus eſt thronus matri Regis. Immediatiſſimam coniunctionem, quia ſedit ad dexteram eius. Surrexit igitur glorioſus Ieſus in occurſum ſuæ dulciſſimæ matris. Proinde quo ad hoc, ſicut Ber. ait: Hæc aſſumptio Virginis aliquid excellentius habet aſcenſione filij Dei, ſcilicet quo ad triumphalem occurſum, quia filio Dei ſoli Angeli occurere potuerunt: matri autem aſcendenti occurrit ipſe Ieſus cum tota cęleſti curia beatorū, tam Angelorum, quàm etiam iuſtorum: ſolenniterque euexit eam ad beatæ conſiſtorium ſeſſionis. Non tantum autem Dominus Ieſus homo laureatus, corpore glorificato, ſed & ipſe rex Deus trinus & vnus dici poteſt ſacratiſſimæ Virgini triumphaliter occurriſſe: non tamen motu locali, ſed com placentia fauorabili, & glorificationis influentia principali.

Quo-

A *Quomodo cœleſtis pater venit obuiam beatæ Virgini aſcendenti in cælum.* Cap. I.

PRimo enim pater per quandam appropriationem occurrit beatæ Virgini & amplexatur ſponſam caſtiſſimæ dilectionis, ſingulariſſimæ fœcundationis, ſolicitiſſimæ educationis: quæ ſingulari munditia virginitatis, & amplius profundiſſima abiſſo humilitatis placuit altiſſimo patri, cui & filium ſuũ vnigenitum dedit, quem de ſuis caſtiſſimis viſceribus cõcepit & peperit & diligentiſſimè enutriuit. Hanc ergo ſponſam coram B tota cœleſti curia æternus pater dulciſſimè amplexatur & recognoſcit matrem vnigeniti filij ſui. proinde in perſona patris, Eſa. 40.c.ait: Domum maieſtatis meæ glorificabo. Vnde ab ipſo recepit fontalem fœcunditatem ad omnes generandos electos: & etiam ipſos Angelos in aliquo guſtu & gradu & experientia diuinorum. Cum etiam ab ipſo exordio creationis & glorificationis eorum præuiderint eam futuram matrẽ Dei, & per conſequens ſuper omnem ratio nalem creaturam in cæleſti gloria exaltandam, ſicut ſupra ſermone 9.arti.2.& c.3.ali- C quid tactum eſt: ſed plenius de hoc agitur in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermone 60. artic. 2. c. 3. Igitur ipſa Virgo ex hoc habet a patre rationem primitatis & ſublimitatis regalis & imperialis ſuper omnem creatam naturam.

Quomodo beatæ Virgini aſcendenti in cælum occurrit ei filius glorioſus. Cap. 2.

SEcundo autem occurrit ei ipſe filius in ſuæ gloria maieſtatis, omnibus manife- D ſtans hanc eſſe veriſſimam genitricem ſuã, quæ ipſum concepit, peperit & nutriuit, atq; in aſſumpta natura fideliter ſociauit. Proinde reuerentia filiali, ſicut prætactum eſt in c.præcedẽti, vt matrem dignisſimam eam dicitur adoraſſe. O bone Ieſu, omnipotens æterne Deus: quid eſt, ꝙ mulierẽ adoras? volo inquit, eam merito adorare, quia duo efficiunt eam adorandam. Primum eſt ratio maternitatis, ſecundũ eſt meritum humilitatis. Nã in ea fuit maternitas ſingularis & humilitas incõparabilis. Primo quippe adorat Dñs Ieſus matrem ratione maternitatis. Non vtiq; qualemcũq; matrem, ſed ſingularis ſufficientiæ, ſingularis magnificentiæ & ſingularis diligentiæ. E Primo inquãm ſingularis ſufficientiæ, quia ſine virili ſemine ſola ex Spiritu ſancto con cepit. Secundo ſingularis magnificẽtiæ: qa nulla, præter ipſam, Deũ genuit: nulla poſt partũ virgo permanſit. Tertio ſingularis diligentiæ: quia nulla vnꝗ mater tantũ dilexit & ſolicitata pro filio fuit: imò nec oẽs aliæ ſimul ſumptæ. Sicut ergo in ipſo conceptu nullũ habuit ſociũ, ſic in iſto honore nullũ habebit conſortiũ. Et ſicut in tali filio nullã habuit parẽ, ita & in hoc honore nullã habebit conſimilẽ. Et ſicut in præcordiali ſolicitudine nullã habuit comparabilẽ, ita & in gloria nullã habebit creaturã æqualem. Secundo aũt adorat Ieſus matrem ratione F abiſſalis humilitatis: Nã, vt dicitur Lu. 14. Qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Et quia in humilitate non habuit creaturã ſimilẽ, ideo in exaltatione non habebit cõſortẽ. Eſt quippe triplex modus præmiandi virtutes: primus ꝑ euacuationẽ, ſecundus ꝑ completionẽ, tertius per oppoſitionẽ. Primus aũt eſt per euacuationẽ, vt in fide & ſpe: quibus euacuatis ſuccedit viſio fidei & tentio ſpei. Secundus per completionẽ, vt in charitate & in pluribus virtutibus cardinalibus, quibus addetur cõ G pletio abſq; defectu. Tertius eſt per oppoſitionẽ, ſicut in paupertate & eſurie, & luctu, atq; humilitate, quibus Deus tria oppoſita repromittit. Nã, vt ipſe teſtatur Mat. 5. c. Beati pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: qm̃ ipſi ſaturabuntur: Beati, qui lugẽt, qm̃ ipſi conſolabuntur. Et de humilitate ſupra Dñs Lu.1.ait: Qui ſe humiliat, exaltabit. Vide igitur, qũo in Virgine benedicta ipſius humilitas & diuina bonitas quadã pia oppoſitione contẽdunt. Maria ſe humiliat, & Deus eã exaltat. Maria nõ ſolũ ſe humiliat, H ſed in humilitate ſub omni rationali creatura ſe abiſſat: & Deus eã non ſolum exaltat, ſed ſuper oẽm ẽt Angelicã creaturã magnificat. Maria Dñm in aĩa magnificat: & ſublimis Deus eam, vt ſuã reuerẽdiſſimã matrẽ reuerenter adorat: & ad eã honore inextimabili corporaliter ſe inclinat. O ſtupendũ prodigiũ & inauditæ altitudinis faſtigiũ, vt a muliere Dei filius quodãmodo recognoſcere videatur ſuum eſſe humanum. Quid non debuit Virgini concedere, quam tantũ voluit honorare? Profecto iſto reſpectu honoris non reſpiceret Dei filius mileſies mille millia Seraphin, & infinities infinitos: ſed nec ipſi inſimul omnes poſſent

vere

A vere Deum diligere, & vere ipſo frui, vt filio vteri ſui, ſicut facit Virgo & mater. hoc ſiquidem ſummo gradu inter purę crea turæ gradus, omnes ſummi Seraphici in Virgine ſublimantur, qui in quantum ſunt idem, quod Virgo in ipſa & per ipſam diligunt & fruuntur Dei filio, vt ipſorum filio naturali & inextimabili Dei dilectione facto filio creaturæ. Sicut autem hæc litera, adorauit eam, deſcribit honorem, qui debetur matri a filio: ita litera Ioſephi, Amplexatus eſt eam: prætendit amorem, qui debe tur ipſi a ſponſo. Tunc enim beatiſſima Virgo, quaſi altera Heſter de triclinio fœmina
B rum. i. de eccleſia militante, adducta eſt per totam militiam cœleſtis exercitus ad cubiculum Aſſueri. ſ. ſummi Dei: ita vt illi conueniat propheticum illud: Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua dedu xiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Quod hodie vere fuit completum, quãdo omnes cęlici ciues viderunt eam aſcendentem, & delicijs diuinorum amplexuum affluẽtem, innixam ſuper delictum ſuum. Porro ſibi ſoli & filio ſuo notę ſunt in plenitudine de litię amplexuum mutuorum, quod eũdem habet filium, atq; ſponſum: licet poſſimus, ſi
C volumus per appropriationem tribuere ſponſalitium patri.

Quomodo beatæ Virgini glorioſæ occurrit Spirituſſanctus. Cap. 3.

TErtio inſuper occurrit Virgini glorioſæ ipſe Spirituſſanctus recognoſcens fornacem ſui amoris, & officinam ſuæ ſtupendę operationis, in qua, & de qua fabrefactum eſt corpus mundiſſimũ filio Dei, & noua infuſa anima ambo ſimul tãquam vnam naturam humanam, integrã & perfectam in perſona filij Dei vniuit. Oſtendit autem Spirituſſanctus electis ex-
D preſſe, ꝙ in hac officina & per eam ſabrefe cit quicquid in gratia mirificum operatur, & ꝙ in hac totum ignem operationis recluſit, quam vnquam dare diſpoſuit creaturæ rationali. Sic igitur tota Trinitas vniformi & voluntate concordi hanc inextimabilem Virginem oſtendit eſſe ſuam ſponſam incommunicabilis charitatis, cęli Reginam inattingibilis dignitatis, mundi Dominam imparticipabilis poteſtatis, electorum omnium genitricem piam inexficcabilis pietatis. Omnium Dei hoſtium conculcatricem triumphaliſſimam inſuperabilis ſtrenuitatis, omnium cęleſtium theſaurorum diſpenſatricem largiſſuam pro ſuæ complacentia E
voluntatis. De tanto honore & gloria Virgini glorioſæ aſcendenti impenſo cœleſtes ciues ſpiritus admirantur: & dicunt illud Cant. 8. Quæ eſt iſta, quę aſcendit de deſerto delicijs affluẽs, innixa ſuper dilectũ ſuũ? Vbi primo admirantur excellentiam perſonalem, quæ tota fuit exemplum religionis, quę eſt iſta? Secundo gratiam ſingularem, quæ tota fuit profectus deuotionis, quę aſcendit. Semper enim aſcen debat, dum vixit. Tertio magnificentiam vniuerſalẽ, qua ipſa fuit honor humanæ conditionis, de deſerto. Hoc quippe mirificum fuit, ꝙ de humano genere a gratia derelicto talis Virgo F
aſcendere poſſet. Quarto opulentiam Virginalem, quãtum ad fructum ſubuentionis pro ſe & filijs, delitijs affluens. Quinto gloriam incõicabilem propter vinculum coniunctionis, quia innixa ſuper dilectũ ſuum. Super hunc nanq; ſm Ber. innititur mater illa fęlicior & in aureo reclinatorio diuinæ maieſtatis recumbens inter ſponſi, imo filij ſui brachia requieſcit. O quanta dignitas, quam ſpecialis gloria inniti ſuper illũ, quẽ reuerentur Angelicę poteſtates: hoc quippe fuit, quod maxime fecit Angelos admirari. Gaudent igitur & lætantur Angeli, cũ G
beata Virgo anima & corpore ingreditur empyreum cęlum: quia vident Reginam cę li hodie primo in curia paradiſi. Iam. n. maiori fędere coniunguntur hominibus: quia & ſi vidiſſent hominem Deum in aſcenſione ſublimatum, nunquam tamen hominem purum omni alteri creaturæ præpoſitum. Lætatur quoq; tota cęleſtis curia, quia poſt ingreſſum illius diuini corporis Ieſu, cum quo forte animæ Sanctorum, & glorificata corpora aſcenderunt, nullum in regio corpore præter Virginem viderant aſcendiſſe. Quilibet cęlicus ordo lætatur, quia in beata Virgine reperit aliquid gloriæ ſpeciale.
H

ARTICVLVS TERTIVS

De triplici glorioſo ornatu, quo fulget beata Virgo in gloria paradiſi.

TErtius glorioſæ Virginis ſtatus, quẽ ipſe Propheta tãgit, eſt amoroſiſſimę glorificationis, ſeu exultationis, quia: ſubdit: Tu & arca ſanctificationis tuæ. Qđ & alibi apertius declarat dicẽs, Aſtitit Regina a dextris tuis. Nã ſicut benedictus Ieſus ſedet a dextris patris. i. in potioribus bonis paternis: Sic iſta Virgo glorioſa ĩ potiorib⁹

A bonis filij ſui Ieſu,iuxta ipſum ĩ throno ſublimata cõſedit. Vocat enim Virginem arcã: Arca autem dicitur ab arcendo,eo quod arceat & prohibeat viſum. Sic & beata Virgo arcuit per nouem menſes filium Dei in vtero ſuo.Et addit, ſanctificationis tuę:quia eã ſanctificauit: maxime quando nouem menſibus in vtero ſuo permanſit. Nam & alibi idem inquit: Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.Ait ergo: Tu & arca ſanctificationis tuę.ſ. eſtis ſuper oẽs creaturas in gratia ſublimati. De hoc tertio glorioſo ſtatu amoroſiſſimæ glorificationis ſeu exaltationis Virginis benedictæ poſſumus tripliciter loqui. Primo vt in tribus gloſicatio &
B exaltatio Virginis glorioſæ notificetur;quæ plene oſtendunt immenſam altitudinẽ beatitudinis eius. Primum eſt capacitas, ſecundum eſt vnitas, tertium eſt largitas. De quibus plenius dictum eſt in Quadrageſimali,de Christiana religione,ſermone 61. art.2.& c.9. & 10. Secundo modo & plenius ſumi poteſt ſecundus & tertius articulus octaui ſermonis: in quibus plenius oſtẽditur, quanta gloria fulgeat in paradiſo beata Virgo Maria.Tertio quoque modo etiam dici poteſt,quod hoc ſtupendum prodigiũ, ſcilicet quod mulier ſic diuinę gloriæ ſocia-
C tur, Io.Apoc.12.c. ſcribit dicens:Signũ magnum apparuit in cœlo: mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ei⁹,& in capite eius corona ſtellarum 12. Quod miſterium aliter poteſt exponi, quam ſupra exponatur, ſermone 8. In quo miſterio oſtenditur beata Virgo primo ſole adornata, ſecundo luna honorata,tertio ſtellis coronata:vt ſol ſit ſibi veſtimentum,luna tapetium,& ſtellę capitis ornamẽtum,vt ſic regio decore in regno cœlorum præfulgeat glorioſa.

D *Per ſeptem rationes oſtenditur, quod beata Virgo in anima & corpore regnat in gloria paradiſi.*

Cap. I.

PRimo oſtenditur ſole adornata, non ſolum propter ſplendorẽ diuinitatis in eius mente,quæ menti Virginis ſuper omnem creaturã reſplenduit:nec ſolum, quia Christi hoĩs ſuper oẽm creaturam ornata fuit,ſicut ipſi⁹ digniſſima mater, qui verus eſt ſol: ſed etiã quia ſplendor aiæ & corporis excellentiſſimæ Virginis glorificatæ reſplenduit.Et licet de hoc quandoq; fuerit dubitatũ,& de hoc beatus Hiero. ſatis ambigue loquatur:tamẽ moderno tempore pie ab oĩbus creditur & firmatur. Hoc quidem Augu. vr̃ aſſerere in libello, ſeu ſermone,quem de Aſſumptione confecit.& licet de hoc auctoritas ſacræ ſcripturæ non reperiatur expreſſa, non tamen ſcripturæ repugnat ſacræ, ſed ei potius conſonat & concordat, ac etiam multiplex ratio efficaciſſime perſuadet. Nam ſecundum Augu.nullus dubitat, quod Ieſus hoc potuit. Minus profecto dubitare debet, ꝙ ipſe voluit: quia hoc filialem reuerentiam decuit. Quod autem beata Virgo tam corpore, quam anima glorioſa regnet in cęlis, F
oſtenditur ſeptemplici ratione.Primo propter vnitatem, ſecundo propter incorruptibilitatem, tertio propter honorabilitatem, quarto propter dignitatem,quinto propter conformitatem, ſexto propter æquitatem, ſeptimo propter integritatem. Prima ratio eſt propter vnitatem.ſ.ſubſtantiæ carnis in matre & prole. Cum enim ex carne matris decidat naturaliter caro prolis,eadẽ vtriuſque eſt profecto ſubſtantia carnis. Ergo a generali ſententia mortis, quamuis Chriſtus Dei filius nõ exemerit matrem: quia ab illa nullus,nec ipſe voluit eſſe alienus, ac p̃ G
hoc mortuus eſt filius,mortua eſt & mater. Attamen ſicut caro prolis corrupta nõ fuit, Pſal. Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. ſic nec debuit corrumpi, ſeu incinerari, ſeu in puluerem redigi ſanctiſſima caro matris,vnde caro filij aſſumpta eſt. Ergo caro animæ eſt reunita,& beata Virgo Maria ſimul in anima & corpore glorificata. Secundo propter incorruptibilitatem. Multiplex quippe ſententia lata fuit in muliere prima contra alias mulieres. Vnde Gen.3.c.Dominus ait: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris. Maria H
quippe erumnas multiplicauit: quando, vt dicitur Lu.2.cap. animam eius in paſſione filij doloris gladius pertranſiuit: ſed conceptus non multiplicauit, nec ſub viri poteſtate fuit, quia nec ſub viri poteſtate deguit, quæ integerrimis viſceribus & virginitatis integritate permanente de Spirituſancto concepit, quem quia ſine peccati colluuione, & virilis ammixtionis detrimento ſuſcepit,ſine dolore peperit, & ſine integritatis violatione integra virginitatis pudore permanſit. Quia vero potuit & voluit matrem ab integritatis corruptione, & pudoris violatione in conceptu, & partu vltra ſententiam latam contra quaſlibet

A bet mulieres ſeruare immunem: potuit &
velle decuit ſeruare a corruptione reſolu-
tionis & incinerationis præter, immo vl-
tra generalem conditionem humanæ natu-
ræ. Sic ergo dicimus, matrem Domini hu-
manæ ſortis mortalitatem ſubijſſe, vt ta-
men mortis nexibus non potuerit detine-
ri, per quam ſine corruptione Dominus vo
luit concipi, atque naſci. Tertio propter
honorabilitatem, hoc eſt vt conſeruaret ho
norem matris. Exo. quidem 20. cap. ſcri-
ptum eſt: Honora patrem tuum & ma-
trem tuam. Si ergo Chriſtus non venit
ſoluere legem, ſed adimplere, vt dicitur
Matt. 5.c. quemadmodum vt potuit, patrem
B honorauit, ſicut dicitur Ioan. 8.c. Ego hono
rifico patrem meum: ita debuit matrem
quomodo potuit, honorare. Si ergo op-
probrium humanę conditionis & vitupe-
rium eſt putredo & vermis: ſicut ab iſto
opprobrio ipſe extitit alienus: ita matrem
debuit conſeruare immunem, cum eadem
ſit caro matris & prolis. Sicut igitur in vi-
ta eam gratia conceptus & partus præ cæ-
teris honorauit: ita indubitanter ſentien-
dum eſt in morte eam ſpeciali gratia hono-
raſſe. Quarto propter dignitatem & ſan-
ctitatem. Tanta enim fuit Mariæ dignitas,
atq; ſanctitas, vt mereretur eſſe mater San-
C cti Sanctorum Dei. Sicut autem filius eſt
Sanctus Sanctorum: ita conſtat quod ma-
ter, quæ ipſum portauit, eſt Sancta Sancta-
rum, in qua erat ille precioſus theſaurus ta-
bernaculum Dei, thronus Dei, atque thala-
mus Dei. Tantam autem ſanctitatem, tan-
tam dignitatem nulla corruptio putredinis
debet ſequi, nulla reſolutionis incineratio.
Nullo igitur modo dignum videtur, aut
conſonum rationi, quod illud ſacratiſſi-
mum corpus, de quo Chriſtus carnem ſu-
ſcepit, & in quo perſonam diuinam natu-
ræ humanæ vniuit: vt verbum caro fieret,
D & habitaret in nobis, ipſis vermibus fieret
eſca, & poſt vermes puluis abiectus effice-
retur. Quinto propter conformitatem,
.ſ. matris & prolis. Mater enim filio ſuo
perfecte conformis fuit, & præcipua imita-
trix. Si ergo Ioan. 12.c. ipſe ait: Si quis mi
hi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego,
illic & miniſter meus erit. Maria quippe
Chriſti præcipua imitatrix: non tantum
greſſibus pedum, ſed etiam pro reuerentia
ipſum Dominum ſecuta eſt affectu pieta-
tis, fidei, religionis, & amore ardentiſſimæ
charitatis, vt nunquam ab eius fide, atque
dilectione auelli potuerit, quem de Spiri-
tu ſancto Angelo nunciante concepiſſe ſe E
nouit. Nam ipſum concepit, ipſum pepe-
rit, lactauit, baiulauit, a facie Herodis ab-
ſcondit: ergo eſſe non debuit, niſi vbi eſt
Chriſtus. Et non tantum quomodo alij
Sancti ſunt, ſed quadam ſpeciali prærroga-
tiua. Quoniam, ſicut Matt. 16. cap. ſcri-
ptum eſt: ipſe reddet vnicuique iuxta ope-
ra ſua. Si igitur omnium Sanctorum mors
precioſa eſt: mors Mariæ eſt precioſiſſima,
quam tanta concomitata eſt gratia. Si igi-
tur in vita Mariæ præ omnibus donata eſt
gratia, in morte profecto minuenda non
eſt, ſed vbi Chriſtus filius Dei regnat men-
te & corpore collocata eſt. Rurſus ſi Ma-
ria Chriſto conformiſſima fuit tanquam F
mater in puritate, & in nobilitate, ſeu in
regia dignitate: profecto non debet ma-
ter a filio, Regina a Rege, non tantum
mentaliter, ſed nec corporaliter ſepara-
ri. Ergo Maria mater Chriſti, Regina cœ-
li, vna cum ipſo debuit glorificata in anima
& corpore in cœleſtibus collocari. Sexto
propter æquitatem. vt enim Ambroſius ait,
Chriſtus Dominus noſter vtrunque ſexum
ſanaturus aduenit. Proinde virum ſuſcepit,
natum tamen ex muliere. Perfecta autem
curatio, atque perfecta liberatio in reſurre-
ctione manifeſtatur: ergo reſurrectio in G
vtroque ſexu manifeſtari debuit in teſtimo
nium perfectę curationis. Sicut igitur quan
tum ad virilem ſexum manifeſtata eſt, & in
Chriſto apparuit: ita & in fœmina debuit
apparere. In nulla autem alia fœmina ma-
nifeſtari congruentius potuit, vel debuit,
atq; decuit, quam in dulciſſima matre Chri-
ſti, quæ in vita libera extitit ab omni corru-
ptione. Et hoc eſt, quod Propheta in perſo-
na Domini ait, Thronus eius ſicut ſol in cõ
ſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æter-
num, & teſtis in cœlo fidelis. Thronus ſiqui
dem Dei filij mater illius eſt, quę in conſpe-
ctu eius, ſicut ſol fulgens eſt, quantum ad H
gloriam animæ. Et ſicut luna perfecta in
æternum, quantum ad gloriam corporis ſi-
ne defectu: proinde gloriæ reſurrectionis
fidelis eſt teſtis. Septimo propter integri-
tatem, hoc eſt propter beatitudinis com-
plementum. Nam, vt ait Aug. ſuper Gen.
ad literam, & Bernar. de diligendo Deum:
propter appetitum adminiſtrandi corpus
animæ retardantur, ne totaliter ferantur in
Deum, alias in d. ſummum bonilluum, ex-
cepta ſola anima Chriſti, quæ vnita erat
verbo vnitate perſonæ, quæ propter perſo-
nalem vnionem in nullo retardabatur, aut pa

A tiebatur gloriæ detrimentum. Cum igitur complementum gloriæ ſit in reaſſumptione ſecundę ſtolę, inconueniens & indecens eſſe videtur, ꝙ mater Dei, Regina cœli aliquod detrimentum glorię patiebatur. Ergo neceſſe fuit, vt corpus, licet propter conditionem carnis anima fuerit a corpore ſeparata: tamen vna cum corpore poſtmodum extitit glorificata. In eodẽ quoq; libro adducit Aug. exempla ſcripturæ ſacræ: ait.n. Nam diuina voluntas inter crepitãtes ignes non ſolum corpora trium puerorum illęſa, ſed etiam veſtimenta ſeruauit inuſta, Dan. 3. Cur ergo nõ efficiat in matre propria, quod fecit in aliena? Seruauit Ionam in ventre Ce-

B ti incorruptum præter naturæ ſolitum curſum, Ionæ 2. c. & matrem pręter naturã non ſeruauit incorruptam. Seruatus eſt Daniel in arctiſſimo, ſeu intemperatiſſimo lacu leonum, Dan. 14. Cur ergo non eſt ſeruanda Maria tantis dotata meritis dignitatũ? Huic accedit quaſi ſenſibile experimentum: Nam Hier. ait: Licet in medio vallis Ioſaphat corpus eius fuerit tumulatum: tamen ibi non fuit inuentum, nec a quibus perſonis, aut quo translatum fuerit, inuenitur. Si igitur corpora aliorum Sanctorum, & reliquias,

C quæ latebãt Deus reuelauit, vt patet de beato Stephano, de beato Geruaſio & Prothaſio, & multis alijs, ſicut hiſtoriæ tradunt: illas ſacras reliquias & ſanctiſſimum corpus, vt eis debita impenderetur reuerentia & honor exhiberetur, Dominus non reuelaſſet? Signum eſt igitur & argumentum, ꝙ nuſquam remanſit in terris: ſed iam reſuſcitatum, atque glorificatum illi puriſſimę animæ in cęlis eſt inſeparabiliter reunitum. Nec cuiquam mirum videri debet, aut a quoquam incõueniens reputari: ſi eam quæ in vita omnem ſupergreſſa naturæ legem exceſſit creaturam Angelicam & humanã,

D in morte quoque naturæ mortalis legibus non potuit detineri. Quanto autem ſpatio temporis interiecto poſt animæ ſeparationem corpus eius animæ fuerit reunitum atque glorificatum, arbitror ſcire neminẽ, niſi fortaſſis a Deo fuerit reuelatum. Traditur tamen, quãuis omnino non ſit authenticum, quod cuidam ſanctę mulieri extitit reuelatum, quod beata Virgo ſecundo anno poſt aſcenſionem Domini, & tanto amplius, quantum eſt ab aſcenſione Domini vſq; ad medium Auguſti, quãdo eius aſſumptio celebratur, a corpore emigrauit: tandem poſt 40. dies, hoc eſt 5. Kalen. Octob. caro illa & corpus illibatum Angelica condi-

tum diligentia reſuſcitatum eſt, & glorioſæ E animę reunitũ. Et ſic glorioſa Virgo & mater in anima ſimul & corpore glorificata in cęlis aſſumpta eſt, & ad filij dexterã colloca ta. Digne igitur de illa intelligi poteſt illud Prouer. 11. Mulier glorioſa inuenit gloriam .ſ. tam in anima, quam in corpore glorioſo. Merito ergo dicitur: Amicta ſole, quia glorioſa eſt in quadruplici dote deſignata in ſole: habet.n. ſol primò claritatem, ſeu luciditatem: ſecundo ſubtilitatem: tertio impaſſibilitatem: quarto agilitatem. Et has quatuor dotes, tanquam ſol, habet beata Virgo in ſuo corpore glorioſo. Aduertendum eſt tamen, ꝙ ſecundum Alex. de Ales in 3. prima dos .ſ. claritas, eſt principalis & ad eam F cęteræ cõſequuntur. Primo.n. ad ipſam conſequitur ſubtilitas. Vnde lux per naturam habet ſubtilitatem ad corpora penetrandũ, & maxime quæ tranſparentia ſunt, ſicut in vitro patet, & in lapide cryſtallino, quæ penetrantur a luce. Secũdo verò ad ipſam conſequitur agilitas ipſa. Vnde motus & mutatio eius quaſi ſubita eſt. Tertio autem ad ipſam conſequitur impaſſibilitas. Vnde nullũ ab alijs patitur inquinamentum. Quia igitur claritas omnes alias ponit proprietates, quę ſunt corporum Beatorum: & nulla ponit alias omnes. Ideo conuenienter per cla- G ritatem fit oſtenſio glorificationis corporis glorioſi .ſ. quãtum ad eius glorificationem. proinde Dominus, Matt. 13. Gloriam glorioſi corporis oſtendere volens non multiplicat verba, ſed eam integre, totaliter, & perfecte demonſtrat per claritatem cum ait: Fulgebunt iuſti, ſicut ſol, in regno patris eorum. Hæc ille. Secundum tamen Richar. de media villa in quarto, diſtinctio. 9. Non ſunt eiuſdem ſpeciei lux elementaris, & lux corporis cœleſtialis: ſed lux elementaris, quaſi quædam illius imitatio eſt: quemadmodum lux ſpiritua- H lis animæ non eſt eiuſdem ſpeciei cum luce ſpirituali ſupernæ gloriæ, ſed quędam imitatio eius. Similiter lux ſolaris non eſt eiuſdem ſpeciei cum luce corporis glorioſi, ſed eſt illius ſimilitudo: & imitatio quędam. Et hoc eſt in quolibet corpore glorioſo. Sed lux corporis glorioſæ Virginis maior eſt, quàm futura ſint omnia corpora Beatorum ſimul ſumpta, dempto glorioſo corpore Ieſu Chriſti. Aduertendum eſt autem, ꝙ ſecundum Dionyſ. ad Dioſcorũ: Beatitudo non erit corporum, ſed ab animabus redundat in corpora. Fit autem hoc modo. Primo enim intellectui propter meritũ fidei

A dei datur viſio Dei.i.infallibilis veritatis, ſicut 1.Corin.13.c. Apoſtolus ait: Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Sed quia ſpiritus illuſtratus, atq; glorificatus erit in viſione lucis æternæ, ideo claritatem ſuo corpori miniſtrabit: quia fulgebunt iuſti, ſicut ſol, ſicut prædictum eſt. Secundo vero propter meritum ſpei memoriæ dabitur tẽtio, ſeu poſſeſſio in patria inamiſſibilis dignitatis. de hoc Apoſtolus 1.Corin 9.c.ait: Sic currite vt comprehendatis. ſed quia tentione & poſſeſſione impaſſibilis Dei humanus ſpiritus omnino impaſſibilis factus erit: ideo corpori ſuo tam intra, quam extra omnimodam
B impaſſibilitatem præſtabit. vnde 1.Corint. 15.c.Apoſt.ait: Seminatur corpus in corruptione, reſurget in incorruptione. Tertio autem voluntati propter meritum viaticæ charitatis dabitur dilectio, ſeu fruitio in ſpiritu.ſ.infaſtidibilis bonitatis. vñ Iob 22.c. ait, Tũc ſuper omnipotentẽ delitijs afflues. Sed q̃a dilectatione, ac dilectione diuini ſpiritus voluntas erit ſumme ſpiritualis effecta: ideo correſpondentem ſubtilitatem, & ſpiritualitatem corpori ſuo impartietur. Vnde 1.Corin.15.c. Apoſtolus ait, Seminatur
C in infirmitate, reſurget in virtute. ecce ſubtilitas. Quarto autem, quia ex diuina viſione, fruitione, atq; poſſeſſione ſpiritus promptus erit ad tendendum in Dominum: ideo in ſuo corpore glorioſo ſummam agilitatem præſtabit. Proinde 1.Corin.15.c.Apoſtolus inquit: Seminatur corpus animale, reſurget ſpirituale. ecce agilitas. Et hæc eſt gloria ſingulorum & omnium Beatorum. Et quanto in præſenti vita maior fides, firmior ſpes, & feruentior charitas fuerit: tanto clarior Dei viſio, firmior, ſeu certior Dei tentio, & dulcior Dei fruitio, & dilectio animæ in præmium dabitur a ſanctiſſima Trinitate: ac per conſequens, ſicut ex præce-
D dentibus patet, in corporibus Beatorum lucidior erit claritas, firmior impaſſibilitas, potior ſubtilitas, & leuior agilitas erit. His igitur declaratis, diligenter penſandum eſt, quod fides Virginis benedictæ tantæ fuit luciditatis, & ſpes tantæ fuit ſtabilitatis, & charitas tantæ fuit immenſitatis, quod ſuperat omnem fidem, omnem ſpem, & omnem charitatem totius naturæ rationalis ſimul ſumptæ. Conſidera quod fuit mater Dei, ad quam maternitatem pertingere minime poſſent propter ſuam fidem, ſpem, & charitatem, omnes creaturæ rationales ſimul ſumptæ, etiam ſi vni tantummodo creaturæ illas communicaret. Sed quanta E fuit perfectio prædictarum virtutum in Virgine glorioſa, & quantum eſt præmium earundem in cęlo, tantum per redundantiam gloriæ animæ in Virginis glorioſum corpus apparet in prædictis dotibus glorioſum. Proinde non immerito Bernar. in quodam ſermone ait: Mariæ præſentia totus illuſtrabatur orbis. Hoc dicit de conuerſatione ſua in terris. ſequitur, adeo vt iam ipſa cęleſtis patria clarius rutilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgore. Non immerito igitur Ioan.ait: Signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta ſole. Sed de hoc aliter, & plenius dictum eſt ſupra, ſermone 8. articu. 2. & cap.3. & ſenquentibus. F

De triplici natura lunæ, cui in præſenti vita beata Virgo fuit aſſimilata. Cap. 2.

SEcundo beata Virgo a Ioanne oſtenditur luna honorata, quia luna ſub pedibus eius. Quod duobus modis de beata Virgine intelligi poteſt. Primo, dum vixit in præſenti vita: ſecundo vero, dũ nunc regnat in gloria. Primo, dum vixit in præ- G ſenti vita. Habet enim luna mutabilitatem, frigiditatem, atq; luciditatem. Ac per eam ſignificantur temporalia bona, mundana ſcientia, necnon & clara intelligentia. Primo quippe habet luna mutabilitatem, & ſignificat temporalia bona, quæ mutabilia, & defectibilia ſunt, vt luna. Porro cuncta temporalia ſub pedibus tenuit beata Virgo, dũ viueret: quia omnia temporalia contemnendo calcauit, ne aliquo modo retardarent eius dilectionem ad Chriſtum. Vnde merito Eccl.24.ipſa ait: Ego mater pulchrę dilectionis. Amor enim commutabilis boni ſemper aliquo modo derogat amori in- H commutabilis boni. Proinde Auguſt.10.libro Confeſſio.ait: Minus te amat, qui tecum aliud amat, quod non propter te amat. Secundo habet luna frigiditatem, & ſignificat mundanam ſcientiam & prudentiam frigidam, atq; nocturnam. Et hanc ſub pedibus Virgo habens partim eam ſpreuit, atq; cõculcauit, atq; partim famulatui ſuo ſubiecit. Tertio habet luna luciditatẽ, & deſignat claram creaturarum intelligentiam. Et hanc etiam ſub pedibus habuit Virgo beata. Nam omnium creaturarum cognitionẽ, actiuam.ſ.& paſſiuam in comparatione ad

A ſupereminentem Chriſti ſcientiam paruipendit. Huius inquam ſcientiæ particeps etiam erat Apoſtolus, qui ad Phil. 3.c.de ſe dicebat, Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta: verùtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentē ſcientiam Ieſu Chriſti Domini noſtri. Quanto magis igitur hoc in beata Virgine factum fuit, quę mater extitit Saluatoris. Secundo modo intelligi poteſt de ſtatu, quo nunc regnat in gloria. Et de hoc ſufficiat, quod dictum eſt ſupra ſermone 8.art.3.c.2.

B *De triplici intellectu duodecim ſtellarum, quibus beata Virgo coronata eſt. Cap. 3.*

TErtio beata Virgo oſtenditur a Ioanne ſtellis coronata, quia ſubdit: Et in capite eius corona ſtellarum duodecim. Quod tripliciter poteſt intelligi. Primo modo, vt duodecim ſtellæ coronę eius ſint duodecim Apoſtoli Chriſti, quia beatæ Virginis meritis fuerūt electi, & poſt ruinā in Chriſti morte ad fidem etiam reformati, ac per eius inſtructionem edocti. Nam & C glorioſa Virgo Maria eſt ſingulariter ciuitas illa, de qua ſcribitur Apoc. 21. In qua omnes electi myſtice continentur. In qua duodecim Apoſtolorū nomina ponuntur duodecim pretioſorum lapidum fundamenta. Et ſimiliter duodecim margaritę, ex quibus fiunt duodecim portæ, quæ deſignāt patriarchas, qui omni lapide pretioſo ornati ſunt, & per quos fides venturi filij Dei meritis beatæ Virginis ad poſteros pertranſiuit. Secundo modo duodecim ſtellę coronę eius ſunt duodecim luminoſæ cognitiones, ſeu mētis Virginis illuminationes. Prima ſtel- D la eſt cognitio corporalium naturarum, ſecunda eſt ſpiritualium ſubſtantiarum, tertia eſt ſcientiarum intellectualium, quarta virtutum affectualium, quinta inſtitutarum diuinitus legum, ſexta infuſarū diuinitus gratiarum, ſeptima irreprehenſibilium iudiciorum, octaua incomprehenſibilium miſericordiarum, nona remunerabilium meritorum, decima remuneratorum præmiorum, vndecima temporalium decurſuum, duodecima eſt æternalium rationum. Tertio quoque modo duodecim ſtellæ in corona Virginis ſunt duodecim beneficia, quæ ea regnāte & glorioſa in cœlo precibus ſuis impetrat nobis, qui militamus & laboramus in mundo. Prima enim ſtella eſt cæcorum illuminatio, ſecunda lapſorum ſubleuatio, tertia ſordidorum purgatio, quarta deſolatorum lætificatio, quinta tentatorum adiuuatio, ſexta in aduerſis roboratio, ſeptima mortuorum reſurrectio, octaua induratorū mollificatio, nona ad Ieſum Chriſtum directio, decima in hora mortis ſubuentio, vndecima purgatorij ignis refrigeratio, duodecima in gloria omnium lætificatio, quæ nobis meritis & precibus dulciſſimæ matris ſuæ impartiatur dilectiſſimus filius ſuus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto ipſam Virginem ſuper omnes creaturas in gloria ſuperexaltat, per infinita ſecula ſeculorum, Amen. E F

Finis tractatus de glorioſa Virgine Maria.

DOMINICA In Sexageſima.

De verbo Dei, & de conditionibus auditorum. G

EXijt, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum Lu. 8. Quia principaliter iſtud euangeliū continet tria, ſcilicet ſeminatorem, ſemen, & terram: quæ tria neceſſaria ſunt ad fructum colligendum: ideo de his tribus eſt videndum. Primo igitur videndum eſt de ſeminatore, quia dicit, exijt qui ſeminat. Ideo dicitur Apoc. 10. Iterum audiui loquentem mecum & dicentem: Vade & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram. Et abij ad Angelū dicens ei, vt daret mihi librum: & dixit mihi: Accipe librum & deuora eum, & faciet amaricare ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel: & accepi librum de manu Angeli, & deuoraui eum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuoraſſem eum amaricatus eſt venter meus, & dixit mihi, oportet te iterū prophetare populis & gentibus & linguis & Regibus multis. In quibus verbis notantur quatuor myſteria. Primum eſt verbi Dei inſpiratio, ſecundum eſt verbi Dei acceptatio, tertium eſt verbi Dei aſſaporatio, quartum eſt verbi Dei communicatio. H

De verbo Dei.

Quatuor myſteria de verbo Dei.

AR-

A ARTICVLVS PRIMVS.

Continet quatuor myſteria.

Primum eſt verbi Dei inſpiratio.

PRimum myſterium eſt verbi Dei inſpiratio ibi, Iterum audiui, &c. Nota iterum, quia ſunt duæ voces, quæ faciunt intelligere ſacram ſcripturam. ſ. præcedens & ſubſequẽs. Nam Euangeliſtę primo ſcripſerunt per inſpirationem flaminis Spirituſſancti, & ab eodem ſpiritu oportet Doctorem illuminari ad declarandum & intelligendum: aliter B non poteſt bene & ſolide intelligere. Et qui alio modo intelligit, incaſſum laborat. vnde Pſal. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Inde etiam, 1. Pet. 1. c. dicit: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed Spirituſancto inſpiranti locuti ſunt Sancti Dei homines: quaſi dicat, quod tota ſacra ſcriptura referenda eſt ad Chriſtum, ante, & poſt. Exemplum in turbis præcedentibus & ſubſequẽtibus in ramis palmarum. Sequitur: vade & accipe librum apertum de manu Angeli. i. recognoſce ſic intelligere a Chriſto, quia C Scientia aquiſita, Mortale da ferita, S'ella non è guarnita Di cuore humiliato.

Secundũ myſteriũ eſt verbi Dei acceptio, ad quam recipiendã quatuor requiruntur.

SEcundum myſterium eſt verbi Dei acceptatio: vt ergo diuina gratia dignus efficiaris, quatuor debent eſſe in te. Primo de te non confidere, ſecundo in Chriſto confidere, tertio a Chriſto petere, quarto indignum te reputare. Primo igitur de te non confidere, ideo dicit abij. ſ. a me. Nam abire, eſt a ſe ire per humilitatem. prope vero ſe ſtare, eſt de ſe præſumere, quaſi dicat: O prædicator, non prę ſumas, nec confidas intelligere a te vnam minimam veritatem: ſed dic cum Pſal. In Domino confido, quomodo dicitis animæ meę transmigra in mõ D tem, ſicut paſſer pennatus virtutibus, & in altis nidificans, licet ſit parua auicula. Et ſic quanto minor de nobis eſt confidentia, eo plus Deus porrigit gratiam. Ideo in myſterio ſponſus dicit ad ſponſam, Cant. 7. c. Vmbilicus tuus, quaſi crater tornatilis, nunquã indigens poculis. Vmbilicus, qui eſt fragilior pars corporis, ſignificat ſe videre fragilem, & nullius bonitatis, qui eſt ad modum crateris facto al torno: qui ſe tunc craterem tornatilem exhibet, quando ſimul & a ſe ſuperflua reijcit & virtutum in ſe vacuitatem humiliter recognoſcit. Sequitur, Nunquam indigens poculis. quaſi dicat: E Quanto mens de ſe ſtat vacua, tanto plus impletur a Deo, quia valles abundabunt frumento. Secundo in Chriſto confidere. Ibi ad Angelum ſcilicet Chriſtum, qui eſt Angelus magni conſilij. Inde in myſterium nota, quod ſcribitur, 4. Reg. 4. de vidua debilitata propter mortem viri &c. vbi nota, quod prius tu deficies confidere, quã Deus dare cum vaſa defecerint & oleum ſteterit. Tertio a Chriſto petere ibi, dicens ei: Quid eſt dicere, Eſt orare. Nam in oratione acquiruntur gratiæ. Inde Lu. 11. cap. Quærite & inuenietis: petite & accipietis: F pulſate & aperietur vobis. Quærite primo cum deſiderio. Petite cum oratione vocali. Pulſate cum labore perſeuerando. Et ſic tandem aperietur vobis. Hic nota quomodo verbum Dei cum oratione ordinatum eſt quaſi Deus incarceratus, ad quem orando & dicendo debemus pro iſtando accedere: ideo incarceratum dicit, quia non omnes capiunt illud. Quarto indignum ſe reputare. Ibi, vt daret mihi librum: nõ redderet, quia non meum. quaſi dicat, Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, &c. Iac. 1. & Apoc. 1. G Cum vidiſſem eũ, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus. Cadere in terram eſt indignum ſe reputare. Sequitur, Et appoſuit dexteram ſuam ſuper me dicens, Noli timere, ad ſignificandum, quod qui ſe quantum ad omnia merita tanquam mortuum extimat & inutilem, hunc Chriſtus dextera munificentiæ ſuæ amplioribus donis cumulat.

Tertium myſteriũ eſt verbi Dei aſſaporatio.

TErtium myſterium eſt verbi Dei aſſaporatio ibi, Accipe librum & deuora eum, &c. Deuorare eſt cum ingenti auiditate deſiderij iugiter meditari. Sicut enim non confert cibus, qui receptus mox reijcitur: ſic nec intelligentia, quę fre H quenti conſideratione non conſideratur, ſiue ruminatur. Sicut igitur bonus diſpenſator ſpiritualis alimoniæ verbi Dei auidus eſt dulcedinis præmiorum, quæ in ſcripturis ſanctis promittuntur, ſic debet compaſſiuus eſſe ſuper amaritudine ſuppliciorum, quæ impijs in ea comminantur. Vnde ſubditur: Et faciet amaricare ventrem tuum. Cum nempe venter ſit infirmior pars corporis, infirmitatem indicat humanæ fragilitatis. Venter ergo ſpiritualis viri amaricatur, cum ſuper miſeria peccatorum ex com paſſione turbat. In tali caſu plangit Hier. 4.

A Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, & ſenſus cotdis mei turbati ſunt in me. Bis dicit ſe dolere ventrem, qui geminam ſuper malis temporalibus & æternis peccatorum habet compaſſionem. Et licet ſit amarus propter compaſſionem, dulcis eſt tamen in ore Doctoris propter diuinæ ſapiétiæ eruditionem: ideo dicitur, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Mel dulcedinem ſapientiæ indicat. Vnde Eccle. 24. in perſona ſapientiæ, Spiritus meus ſuper mel dulcis. Et hoc quantum ad diuinæ ſapientię inſpirationem, & hæreditas mea ſuper mel & fauum. Hoc dicitur quantum ad diuinæ ſapientiæ, per virtutum vſum, &
B fruitionem. Qui ergo diuinam ſapientiam ſobrie & catholice docet, profecto mel in ore habet. Vnde de puero Emanuel dicitur, Iſa. 7. Butirum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. Emanuel quidem interpretatur nobiſcum De⁹, & ſignificat humilem diuinæ ſapientię Doctorem, qui butirum ſapientiæ humanorum, in quo eſt pinguedo deuotionis per bonam actionem: & mel diuinæ ſapientiæ, in quo eſt dulcedo diuinæ fruitionis per Dei meditationem contemplando, debet comedere, vt ſciat malum reprobare, ideſt,
C rationabiliter impiorum hominum facta confutare, & eas a malitia ſtudiorum ſuorum auertere terrorem ſupp'iciorum eis comminando. Et bonum eligere. i. virtutes bonorum perſuadere, vt a vitioſis eligantur.

Quartum myſteriũ eſt verbi Dei cõicatio.

QVartum myſterium eſt verbi Dei cõmunicatio ibi, Et dixit mihi, oportet te iterum prophetare populis, &c. Quaſi dicat, Oportet te renouare vitam euangelicam, quæ in omnes gentes & linguas & populos & multos Reges dilatata eſt, vt omnibus proſit, quia declara-
D tio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et vt omnibus proſit prædicatio, attendat prædicator, quid agere debeat. Nam Lu. 5. traditur modus, quando dixit Chriſtus Petro, Duc in altum & laxate rhetia veſtra in capturam. vbi tria requiruntur. Primo altitudo vitæ ibi, duc in altum: ſecundo claritas doctrinæ ibi, laxate rhetia veſtra: tertio interiora recta ibi, in capturam.

Tria prædcatori requiſita.

ARTICVLVS SECVNDVS

Secundum principale.

SEcundo videndum eſt de ſemine, quia dicitur, Et dum ſeminat, aliud cecidit ſupra petram, &c. Contra male audientes verbum Dei, pſal. inquit, Noluit intelligere vt bene ageret. Tres ſunt in anima vires. ſ. concupiſcibilis, iraſcibilis, & rationalis. Hæ quidem per libertatem arbitrij poſſunt ad bonum incommutabile ſubleuari. ſ. in Deum credendo, ſperando, & amando: & tunc eſt terra bona, in quam ſi ceciderit ſemen verbi Dei, facit fructum centuplum. poſſunt etiam hæ vires flecti ad tranſitoria bona. ſ. ad delitias, honorificentias, & diuitias: & tunc fit mens lutoſa, petroſa, & ſpinoſa. Primo lutoſa: & hæc eſt pars concupiſcibilis, cum. ſ. in delitijs ſe immergit, & in hoc plus inuiſcantur iuuenes. Secundo petroſa, & hæc eſt pars iraſcibilis, cum in honorificentijs ſe extollit, & in hoc plus inficiuntur viri. Tertio ſpinoſa: & hæc eſt pars rationalis, cum in diuitijs ſe effundit, & in hoc plus intricantur ſenes.

Tres ſunt in anima vires.

F *Et hæ vires flecti poſſũt ad tráſitoria bona, & tunc ſit mens Lutoſa, Petroſa, & Spinoſa.*

Quod mens hominis ſit lutoſa. Cap. 1.

G

PRimo quidem fiunt aliqui terra lutoſa. i. via per inuiſcationem concupiſcibilis in delitijs. Cum enim ſiunt delitioſi, inepti ſunt verbo Dei. horum quatuor ſunt genera auditorum. Primi ſunt nimis curioſi, ſecundi nimis delicati, tertij nimis faſtidioſi, quarti nimis teneri. Primi ſunt nimis curioſi: hi ſunt, qui audire cupiunt in ſermone quædam inutilia, ſicut poetica, philoſophica, aut ſubtilia, & per conſequens populo inutilia & vana, contra quos pſal. ait: Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus labia noſtra a nobis ſunt quis noſter Dñs eſt. Illi nēpe linguam ſuã magnificant, qui ſubtilia, & inutilia verba prędicant, vt alijs videantur Doctores: contra quos Hieronymus ait: Obducto ſupercilio grandia verba, immo trutinantes inter mulierculas de ſacris literis prophetant, vel philoſophantur.

Primo lutoſa.

Horũ quatuor ſunt genera auditorum.

Primi ſũt nimis curioſi. H.

A Contra quos etiam Dominus per Eſa. 19. ait. Confundantur, qui operantur linum plectentes & texentes ſubtilia. & 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia glorian-tes. Vnde diſt. 43. c. diſpēſatio, quod eſt vltimū, ſcriptū eſt: Qui. n. ea docet, q̄ ab auditoribus intelligi non valēt, nō ad eorū vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationē ſcit. Et ſequitur: Vitiū animi eſt indignis ſecreta vulgare. Qđ fit vel loquacitate incauta, dum ſine iudicio volat irreuocabile verbū, vel adulatione, vt ei placeat cui ſecreta reuelat. Ex hoc em̄ effi ciūtur auditores curioſi talia curioſa & inu-

B tilia audire quærētes. Alijque non veri prędicatores hoc attendentes, vt curioſis auditoribus placeant & vt ipſi ēt prædicentur a pluribus valentes & docti ſubtilia prædicāt ſæpius, nec ſeipſos intelligentes ignarique populi, vt ait Hiero. quanto minus intelligunt, plus mirant̄. Exemplum de duob⁹ fratribus vno ſubtili ingenio & alio groſſo, &c. De talibus dicit Dn̄s p̄dicatoribus p Oſeā, 8. c. Ventum ſeminabunt, & turbinē metēt. Hac curioſitate ſuperba peccatores ſceleribus inuoluti aſcendunt vſq; ad cœlos, ſcilicet per curioſitatem intellectus, & deſcen-

C dunt vſque ad abyſſos, ſ. per prauitatem affectus. Anima vero eorum in malis tabeſcebat. Hi curioſi auditores gaudent audire, quod non intelligunt, vt occaſionem habeant non faciendi, quod facere tenent̄. pſal. Noluit intelligere, vt bene ageret. Quidam etiam curioſi plus audiunt cum oculis, quā cum auribus, quia cum in prædicatione vident magnum populum, tunc attendunt: cum vero paruum, tunc recedunt, contra quos Apoca. 3. Qui habet aures audiendi. non dicit oculos audiat. Quidam etiam in prædicatore principaliter attēdunt pulchrā vocem & diſertam linguam vel pulchrā per

D ſonam & veſtem. Sed ſtultus eſt, qui frumentū emit ex pulchritudine ſacci, contra quos 38. di. c. ſedulo. ait Auguſt. Maxime vtile eſt, noſſe ita præponendas eſſe verbis ſententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt malle debeant veriores quam diſertiores audire ſermones, ſicut malle debent prudentiores quam formoſiores habere amicos. Veri autem prædicatores non ſuam, ſed Dei ſolius quærunt gloriam, non attendentes populi vanam curioſitatem, ſicut Iſa. 24. c. ſcriptum eſt, In doctrinis glorificate Dominum. Et Iob. 38. Nunquid mittes fulgura & ibunt & reuertentia tibi dicent, Ecce aſſumus. & Eccleſi. 1. capit. Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur. Secundi

Secundi ſunt nimis delicati.

ſunt auditores nimis delicati. Hi ſunt; qui ſolum vellent de contemplatione & de ſpiritualibus & de virtutibus, & gratijs atque de cœleſtibus audire, intactaque pertranſire vitia & Dei flagella peccatoribus data & danda, quod etiam ſæpius prædicatorlibentius ageret, niſi ſpeculum Apoſtoli Pauli ante oculos haberet, qui de ſe 1. Corint. 10. cap. Non quæro, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant, & 1. Corint. 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Et 2. ad Timo. 10. capit. ſic ait: Arguæ, obſecra, increpa, &c. Vbi plus dicit E

F contra vitia exprobrāda quam pro virtutibus extollendis: quia difficilius eſt corrigere vitia, quam virtute operari. Vnde Eſai. 58. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum & domini Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & quæ iudicium Dei ſui non dereliquerit. Veri nanque ſerui Dei, & ſpirituales viri non falſo, ſed vero Dei lumine illuſtrati & irradiati conſiderant populorum corruptiones & horribilium peccatorum abuſiones: ideo gaudent, cum huiuſmodi cernunt horribiliter deteſtari, ar-

G gui & increpari. Tertij ſunt auditores nimis faſtidioſi, hi ſunt qui tot præteritas prædicationes audierunt, quod faſtidiunt, nouas audire. vnde vertunt̄ eis in nauſeam ſimiles populo nauſeato dicenti, Numeri 21. capite. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Contra quos Prouerb. 27. Anima ſaturata calcabit ſauum: id eſt dulcedinem verbi Dei & vtilis veritatis, ſcilicet ſi non tam prolate, delicate & ornate, ſicut vellent in auribus ſuis ſonare. Et nota, quomodo apis eſt prædicator componens fauum mellis ex multis floribus: ſed e contra anima eſuriens amarum pro dulci ſumet. Ad tales mentes non dico corpore, ſed faſtidio pingues loquitur Amos. 4. cap.

Tertij ſunt nimis faſtidioſi.

H voce magna dicens hoc. Audite verbum Domini vaccæ pingues. Sed quæ pinguedine ſpiritus & dulcedine verbi Dei priuatæ ſunt, oſſa arida vocantur. Vnde hoc etiam contrario vocabulo, licet vero, Ezechiel. 37. ſcriptum eſt, Oſſa arida audite verbum Domini. Quarti ſunt auditores nimis teneri, qui cum in aliquo reprehenduntur, dedignantur contra veros prædicatores. Odor enim gratus eſt ſano, cum naturaliter hoiem recreet atq; cōfortet, ſed odioſus eſt venenoſo ſerpēti eo, q̇ ipſū fugat & necat.

Quarti ſunt nimis teneri.

Sic

A Sic ſæpe cum contra ſcelera & ſpurcitias, quæ in ſacro matrimonio fiunt, præco veritatis clamat, & de odore caſtimoniæ & ſancti coniugij prædicat, luxurioſus, qui quaſi in volutabro luti ſubmerſus eſt, abhorret audire de honeſtatis odore, qui ſemper ſtare conſueuit in carnalitatis fœtore, ſimilis quidem porco, immo ſtridet in prædicatorem dentibus ſuis, ſicut porcus, cum ei aufertur cibus iam guſtatus: immo nec aromata palatum eorum immutant: nec tali delectantur odore, ſed honeſtus dicit illud, Cantic. 1. Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Exemplum
B etiam equi recalcitrantis cõuenit eis & maxime, quando patitur in dorſo. Item aſſimilantur illis duobus ruſticis, qui ad odorem aromatum defecerunt: ſed viuificati fuerunt ad fœtorem ſtercoris. Nullũ quippe carnalitatis & dehoneſtatis eſt euidentius ſignum, quam ægrè & moleſtè ferre, cum contra abuſiones matrimonij & carnis ſpurcitias paratur. vnde Eccleſiaſtici. 21. c. ait. Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, ſcilicet bonum, laudabit & adijciet. Audiuit luxurioſus & diſplicebit ei, & proijciet poſt dorſum ſuum. Exemplum
C de Domina Ceraſagia. Hęc quatuor auditorum genera ſunt lutoſa via, de qua ſupra. Et dum ſeminat, ſ. prædicator verbũ, aliud cecidit ſecus viam. i. in deuio prædicti quadruplicis erroris. pſal. Errare fecit, ſcilicet diabolus eos in inuio & non in via, & viã ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Et cõculcatum eſt, ideſt vilipenſum, Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis. Et volucres cœli comederunt illud, i. dæmones, non tamen illud incorporãtes, ſed infructuoſum
D reddentes. Deut. 32. Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.

Quod mens hominis ſit petroſa. Cap. 2.

SEcundo fiunt aliqui petroſi, & hoc per obdurationem iraſcibilis in honorificẽtijs, ex quibus inepti fiunt verbo Dei. Et ſunt quatuor genera petrinorum auditorum. Primi ſunt obſtinati, ſecundi ſunt elati, tertij ſunt ſuperbi, quarti ſunt maligni & peruerſi. Primi ſunt obſtinati. de quib⁹ Iob. 41. Indurabitur cor eius, quaſi lapis, ſcilicet in honorificentijs, & ſtringet quaſi malleatoris incus. Scabioſus odit nouaculam, fur lucem, puer magiſtrum, freneticus ligamentum, adultera maritum. Sic obſtinatus verbum correctionis, vetus pellis non tenet pũctum, & carnes ſuinæ vel ſuillæ atque antiquæ aqua vel igne coqui non poſſunt: ſic nec peccator inueteratus pia exhortatione, nec aſpera correctione coqui poteſt, contra quos Prouerb. 12. Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autẽ odit increpationes, inſipiens eſt. Secundi ſunt elati, qui deſpiciunt verbum Dei vilipendentes ſacram ſcripturam, & qui ad fabulas conuertuntur, contra quos pſalm. ait. Proieciſti ſermones meos retrorſum, & Aug. ſuper Gene. ad literam, lib. 5. Scriptura ſacra ſic loquitur, vt altitudine ſuperbos irrideat, profunditate attẽtos terreat, veritate magnos paſcat, affabilitate paruos enutriat. & iterum Aug. j. q. 1. c. interrogo. Nota ꝙ ibidem dicitur. Quidam etiã ſpernunt prædicatorem propter aliquem defectum in dicendo, contra quos Luc. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Nec etiam licet ſpernere prædicatorem peccatorem vtilẽ. Vnde Hiero. 83. diſt. §. vlt. Sicut enim lixiuium per humidum cinerem fluens lauat & non lauatur: ita bona doctrina per malum Doctorem animas credentium lauat a ſordibus peccatorum. Tertij ſunt auditores ſuperbi, qui redargutiones ſuſtinere non poſſunt. Vnde dicitur in pſal. Tange montes & fumigabunt. Nec mirum, quia vt ait Greg. Tumor mentis eſt obſtaculum veritatis. Similes freneticis, qui manibus, pedibus & dentibus impugnant eos, qui ſibi medentur. Quarti ſunt auditores maligni & peruerſi & inuidi, qui multis criminibus inuoluti, ſecundum ꝙ in ſe & de ſe ſentiunt, de alijs male iudicant. Dijudicãt enim actus, dicta, facta, nutus & quæcunq; minima ſigna, omnia in malum interpretãtes: immo ſi prædicator optima dicat, ſi in aliquo prædicatorẽ obſeruare poſſunt, illud ſcandalizati reportant ſimiles canibus, qui non niſi oſſa de macello aſportãt. Hi ſunt ſimiles ſcaraboni ſtercori potius q̃ flori adhærenti. Aliqui vero inuidia comburuntur, ferre non valentes prædicatorẽ Deo & populo fore gratum, pſal. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me, &c. Non tamen debẽt tales prædicatores a prędicatione ceſſare propter tales canes & ſcarabones. vnde 43. diſt. c. ſcimus, dictum eſt: Scimus autem multos ob id infeſtare Doctores ſuos, vt eos perdant & propriæ voluntatis

Margin notes: E; *Secundi ſunt elati.* F; G; *Tertij ſũt ſuperbi.* *Quarti ſunt peruerſi.* H; *Et horum ſunt quatuor gñã.* *Primi ſũt obſtinati.*

A luntatis placita adimpleant. Non propter ea tamen Doctores in quantum vires ſuppe tunt a recta æmulatione & bona intentione recedere debent, ſcientes quia beati q perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã. Si autem propter detractores a prædicatione deſiſtunt, aſſimilantur nubibus ſine pluuia, quæ a ventis circunſeruntur, ſeu autũnalibus arbotibus ſine fructu: ſeu arborib⁹, quæ a ventis vrentibus areſcunt. Hæc quatuor auditorum genera per petram, Luc. 8. ſignificantur. vbi dicitur q̧ aliud cecidit ſupra petram, Zach. 7. Cor ſuum poſuerunt
B vt adamantem. Ideo quærit, Amos. 6. Nunquid currere queunt in petris equi, ideſt p̄dicatores, Et Iob. 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem, ſcilicet ad fructum in talibus conſequendum. Sed verè benedictum lignum, quod plantatum eſt ſuper aquas & ad humorem mittit radices & nõ timebit, cum venerit æſtus & erit folium eius viride & non deſinet aliquando facere fructum. ſequitur, Et natũ aruit. Eſa. 15. Aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt, quia non habebat humorem, ſcilicet gratiæ Dei, vel charitatis.

C

Quod mens hominis ſit ſpinoſa.
Cap. 3.

TErtio ſiunt aliqui ſpinoſa terra per effuſionem rationalis in diuitijs. Cũ humanæ intelligentiæ in diuitijs ſe effundunt, ineptæ fiunt verbo Dei, quoniã ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terrã. Et horum ſunt quatuor genera. ſ. malè auditorum. Primi ſunt quidam auditores negligentes, ſecundi ſunt quidam indiſcreti, tertij ſunt quidam moleſti, quarti ſunt quidam alienati. Primo ſunt quidam negligentes, tripliciter committi poteſt negligentia. Primo in veniendo, quia tarde veniunt: ſecundo in attẽdendo, quia hinc inde reſpiciunt vel dormiunt: tertio in non continuando, hic pone cauſam, quare multi non continuant: quia ſi a principio non placet eis prædicator, amplius non curant. Secundo ſunt quidam indiſcreti, qui non curantes ædificari ſemper vellent euãgeliorũm & legendarum corticem litteralem, non ſenſum principalẽ vtilem & moralem. Exemplum de medico ſtulto, qui non ſecundum exigentiam morbi medetur, ſed ſecundum ordinem capitulorum Auicennæ. Et exemplum hic nota aromatarij volentis vendere ſuos buſolos ſecundum ordinem, & non ſecundum neceſſitatem. Tertio ſunt quidam moleſti, & maximè auari & vſurarij, quibus panis ſapidus non eſt, ſed moleſtus. Vnde ſi prædicatur de vſura, & reſtitutione male ablatorum, aut de contemptu mundi: talis panis doctrinæ Dei eis execrabilis erit, ſimiles apibus, quæ dum tanguntur mordent, vel a prædicatione fugient, ſimiles facti buffonibus, qui comedunt terram & vineam fugiunt, dum floret. Quarto ſunt quidam alienati & hi in prædicatione de alijs cogitant, vel cum alijs loquuntur, dicentes cum de aliquo vitio prædicatur, Iſtud tangit talem, cum magis ipſe ſit in tali irretitus & inuolutus. Cõtra quos Matt. 7. Hipocrita quid vides feſtucam in oculo fratris tui eijce primum trabem de oculo tuo. Inſuper multum gaudet populus cum de ſacerdotibus, & fratribus ſit exprobratio: ita vt omnes hylareſcant & ſuorum obliuiſcantur peccatorum, nec aliud in mente retinent, ſeu reportant niſi tantum peccata ſacerdotum, & iuxta illa iuſtificant animas ſuas, vt verificetur illud Hiere. 3. quod per ipſum ſcriptum eſt. Iuſtificauit animam ſuam aduerſatrix Iſrael comparatione præuaricationis Iuda. Et hæc quatuor auditorum genera per ſpinas intelliguntur, Eſa. 7. Vepres enim & ſpine erunt in vniuerſa terra. Vnde ſubdit Lucas, Aliud cecidit inter ſpinas, id eſt, in mentibus ſollicitudinibus plenis, Iob. 30. Eſſe ſub ſentibus delitias computabant. Et ſimul exortę ſpinę. Eſa. 32. c. Super humum populi aſcendunt vepres & ſpinę quia creſcentibus diuitijs creſcant cupiditates & pęnalitates atque anguſtiæ. Et ſuffocauerunt illud, ideſt intelligentiam verbi Dei, ſeu verbum Dei intellectum.

Et horũ ſunt quatuor gñã.

Primi ſũt negligẽtes tripliciter committi pt negligẽtia

D

Secundi ſunt indiſcreti.

E

Tertij ſũt moleſti.

Quarti ſunt alienati.

F

G

H

TRACTATVS DE Chriſtiana vita.

Et primo ponitur prologus.

SObriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo expectantes beatam ſpem & aduentum Domini gloriæ magni Dei, Verba ſunt Apoſtoli ſcribentis, ad Titum. 2. cap. Chriſtiana vita, de qua ad p̄ſens tractaturi ſumus, Lex eſt æterna temporaliter

A poraliter promulgata, diuinæ voluntatis oſtenſio, reformatio imaginis deformatæ, inuiſibilium amor, terror demonum, clauſura inferni, munditia cordis, animæ ſpeculum, ſol inuiſibiliter lucens, venuſtas omnium morum: via & ianua paradiſi. Hęc eſt via regalis, quæ recipit omnes: omnibus quidem communicabilis, omnibus coaptabilis, omnibus denique debita & poſſibilis eſt. Hanc aſſumere poſſunt Imperatores & Reges, Principes & magnates, & abſque mutatione iuſtæ dignitatis Chriſtianæ vitæ poſſunt experiri virtutem. Blan-

B ditur nobilibus & ignobilibus, ſeruandi eam audaciam præſtat: ſapientes non abijcit, inſipientes non repellit, diuites non dedignatur, congratulatur pauperibus, nec ſexus in ſua operatione diſcernit. Amplectitur infideles, non damnat iura coniugij, ſtatum continentiæ fouet, extollit præ ijs in culmine virginitatem & cunctis in eam perſeuerantibus vitam æternam infallibiliter repromittit. Hanc igitur Chriſtianam vitam paucis verbis magniſq; ſententijs altiuidus ac magnus ille Apoſtolus in propoſito verbo declarando compræ-

C hendit dicens: Sobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei. In quibus ſacris eloquijs Apoſtolus tres virtutes commemorat generales Chriſtianæ vitæ. Prima dicitur modeſtia, & de hac dicit ſobriè: ſecunda nuncupatur iuſtitia: & de hac ſubiungit iuſtè. Tertia nominatur pietas: & de hac ſuperaddit, Piè viuamus, id eſt, piè viuēdo nos ſeruemus in hoc ſæculo, ſcilicet peregrini expectantes beatam ſpem, id eſt ſpem, quæ ad beatitudinem ducit & aduentum glo-

Tres virtutes gñales Chriſtianæ vitæ.

D riæ magni Dei, ideſt expectantes gloriam, quam experiemur in Deo magno, quando ſcilicet contemplabimur, quod Pſalmographus ait, quod magnus eſt Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius.

De Chriſtiana modeſtia, quæ triplex eſt. E

Sermo I.

PRima quidem virtus Chriſtianæ vitæ ad præſens modeſtia nuncupatur, quæ eſt decimus fructus ſpiritus, qui ab Apoſtolo, Galat. 5. numeratur. Eſt enim modeſtia virtus quædam, qua nec pl⁹, nec minus agimus. Hæc ſiquidem virtus in F omnibus factis & dictis modum ſeruat. Et ad hanc hortatur Apoſtolus dicens, ſobriè. Et ad Philip. 4. iterum ait: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus eñ prope eſt. Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti materia, in tertia Dominica de Aduentu, quaſi commonefaciens omnes, ſicut præmoneri ſolent pueri metas ſcolaſticæ diſciplinæ tranſgredientes, cum eis dicitur, Magiſter adeſt. Tota deniq; Chriſtiana ac moralis vitæ modeſtia in triplici modeſtia compræhendi poteſt. Prima dicit̃ parſimonia, ſecunda dicitur diſciplina, tertia vero nominatur honeſtas.

Prima dr̃ modeſtia.

Triplex modeſtia.

G

Articvlvs Primvs.

De triplici parſimonia, per quam regulatur tota Chriſtiana vita.

PRima quidem modeſtia, parſimonia nuncupatur. Dr̃ autem parſimonia, a parſi p̃terito, de parco parcis, vt dicatur parſimonia, quaſi parſitas in alimonia vitæ, quæ nihil aliud eſt, quàm in alimonia vitæ corporalis metam non excedere rationis. Vt igitur homo viuat ſecundum hanc rõnabilem parſimoniam, triplicē duplicatam parſimoniā conſiderari atque ſeruari neceſſe eſt. Primā in victu & veſtitu, ſecundam in vigilia & H ſomno, tertiam in labore & otio.

Prima dr̃ parſimonia.

De prima parſimonia, quam debet homo ſeruare in victu & veſtitu iuxta ſtatus ſui conditionem. Cap. 1.

PRima autē parſimonia in victu & veſtitu ſeruanda eſt. Primū pertinet ad corporis nutrimētū intrinſecum, ſecundum vero ad corporis fomentum extrinſecū. Nempe ſine his duobus

Prima in victu & veſtitu.

A duobus humana vita minimè conſeruari poteſt. Attamen in eis exceſſus atque deſectus omnino vitandi ſunt. Primo quidem in victu non debet eſſe exceſſus, neque defectus:non vtiq; in victu debet homo excedere. Per victum quidem intelligimus omnia, quæ ad intrinſecam corporis ſuſtentationem requiruntur. In hoc quidem eſſe exceſſum prohibet Dominus Luc. 21. dicens, Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate. Et iterum Eccl. 37. ait, Noli eſſe auidus in omni epulatione & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas vſque

B ad coleram propinquabit: propter crapulam multi obierunt. qui autem abſtinẽs eſt, adijciet vitam. Proinde licet homo ſecundum quoſdam, ad Eccleſiæ ieiunia vſq; ad completum 21. annum non ſit aſtrictus: tamen qui ante illam ætatem a carnis illecebris moleſtantur: ex ipſa naturæ lege præfigere ſibi debent aliquod tempus, vel dies in quibus mortificẽt mortiferos ſenſus ſuos, ſicut ad tales exhortando, Coloſſ. 3. c. Apoſtolus ait: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Porro magnæ deuotionis atque vtilitatis eſt opus in qualibet

C hebdomada aliquem ſibi abſtinentiæ ſtatuere diem ob reuerentiam matris Dei, aut in memoriam Dominicę paſſionis. Nec quoq; cibi nimia abſtinentia ſumenda eſt. Nam pernicioſè illud onus aſſumitur, quod ad laſſitudinem operatur. Hinc Rom. 12. cap. Apoſtolus ait, Rationabile obſequium veſtrum. Et iterum. 2. Cor. 6. inquit, Caſtigati & non mortificati. ſ. ſitis. Secundo quoq; non debet quis excedere in veſtitu. Inter veſtimenta autem cætera corporis & cubiculi ac totius domus ornamenta connumerem. Circa quæ omnia ne homo excedat, ſed veram parſimoniam ſeruet: tria cõſiderare neceſſe eſt. Primum, quod reſpicit ad

Tria cõſiderãda i vera parſimonia.

D tempus præteritum: ſecundum quod reſpicit ad tempus præſens: tertium quod reſpicit ad tempus futurum. Primum quidem, quod reſpicit ad tempus præteritum, eſt pẽſare atq; recolere, ſi talia indumenta atque iocalia & ſimilia habita reperiuntur ex illicitè acquiſitis, vel ſi ex his talia dans impotens factus eſt ad ſatisfaciendum malè ablata. Nam, teſte Eſa. 9. Veſtimentum admixtum ſanguine peccati, erit in combuſtionẽ & cib ignis, i. cauſa fiet, ꝙ illud gerẽs ęternaliter comburet, ita vt fiat cibus infernalis ignis. Secundum, quod refert ad pſens tempus, eſt diligenter examinare, ſi tãta veſtimenta & ornamenta cõueniãt ſtatui ſuo. E Nam quod conuenit vni, alteri ſæpe inconueniens eſt propter ſtatus diuerſitatem: verbi cauſa. Vni magnæ Dñæ conuenire põt, quod vxori vnius ciuis minimè cõueniẽs eſt: nec vni ruſtico licet, quod conuenit mercatori vel ciui. Vni quoq; armigero, ſeu ſtipendiario decens erit, quod erit indecens mercatori, & ſic de conſimilibus. Quod oſtendere volẽs ſummus opifex Deus in ornatu, differentia fecit luminaria cœli, quẽadmodum. 1. Cor. 15. c. Apoſt. atteſtatur dicens, Stella differt a ſtella in claritate. Tertium, quod refertur ad tempus futurũ, eſt cum prudentia ponderare, ſi cum talib expenſis tam largè initiatis, penſatis caſibus cõiter aſſuturis, poterit homo abſq; impijs F lucris perſeuerare. Nã ſicut propheta ait, quod tenebroſum ſeculũ nõ aduertit: Abiſſus abiſſum inuocat. Plane abiſſus magnarum expenſarum, abiſſum inuocat impiorum lucrorum, ad quæ occaſionẽ dare non licet, quamuis homo magnæ ac nobilis cõditionis exiſtat.

De ſecunda parſimonia, quæ in vigilia & ſomno ſeruanda eſt. Cap. 2.

SEcunda parſimonia ſeruanda eſt in vigilia & ſomno. In his quoque duobus G tota noſtra conducitur vita: nec in aliquo eorum debet eſſe exceſſus. Primo inquam homo non debet excedere in vigilia. Sancta quippe vigilia eſt, cum per eam quæratur & inueniatur omnis virtus & etiam ipſe Deus, ſicut Cantic. 3. ipſe Dominus atteſtatur dicens: Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, ſcilicet animæ ſuæ. dum videlicet inſiſtebãt vigilijs ſacris. Immoderata tamen vigilia, experientia teſte, eneruat ſpiritum, & corporis vires conſumit, atque quãdoq; hominem amentem H reddit. Secundo quoq; non debet eſſe exceſſus in ſomno. Nimia quippe dormitio hebetẽ ad virtuoſa reddit hominem & inertem, negligentiam parit & fouet, ex quo fit quod faciliter mens ad caſum omnibus tentationibus patet. Ratio eſt, quia ex nimietate dormitionis includitur ratio, intelligentia ſuffocatur, memoria debilitatur, voluntas tepeſcit, & fit homo inconſideratus: pericula non prouidet, bona nõ curat: ex quo vtiq; fit, vt leui tentatione animus propulſatus & mala committat & bona omittat: & quod deterius eſt, nec illa aduertat. Proĩde. 2. Cor. 6. Apoſto. nos hortatur

Secũda i vigilia & ſomno.

A tatur exercitari per arma iuſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris.ſ.ne nimietate vigiliæ ſeu ſomni a noſtris aduerſarijs proſternamur.proinde Bern. ait, quod ex indiſcretionis vitio,qui ieiunia & vigilias & huiuſmodi ſic agit; vt deficiente ſpiritu vel langueſcente corpore ſpiritualia impediantur, abſtulit corpori boni operis fructum vel effectum, ſpiritui affectum,proximo exemplum,Deo honorem & obſequium, ſacrilegus eſt,& omnium reus bonorum Deo.

De tertia parſimonia, in labore & ocio ſeruanda. Cap. 3.

B

Tertia parſimonia in labore & ocio obſeruãda eſt.

TErtia perſimonia in labore & ocio obſeruanda eſt. Et in his quoq; duobus tota humana vita decurrit. Nec in aliquo eorum debet homo excedere.Primo quidem non debet homo excedere in labore. Bonus eſt nempe corpori,& animæ moderatus labor. Corpus enim a multis infirmitatibus liberũ reddit & neceſſaria corpori ſubminiſtrat, ac a multis vitijs abſtrahit. Inſuper ſi moderatus eſt,ſpiritum deuo-
C tionis nutrit. Hinc propheta ait: Labores manuum tuarum,quia mand.beatus es, & bene tibi erit. Immoderatus attamen cum fuerit, & maxime pro temporalibus congregandis,corporis vires confringit,diminuit vitam,extinguit ſpiritum,voluntatem bonam eneruat,atque omni honeſta delectatione hominem priuat. Talis vtique labor arra inferni iam dici poteſt,ſicut de huiuſmodi propheta ait, Laborabit in ęternũ; ſcilicet in inferno,& viuet adhuc in finem: vt ſcilicet ſine fine non moriendo laboret. Secundo non debet hõ excedere in quiete & ocio corporali. Eſt quippe ocium om-
D nino humanæ naturæ contrarium. Quod miſtice Dominus Gen. 2. c.manifeſtat,cum Adam etiam ante lapſum poſuit in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum.Omnis nempe ocioſus efficitur vitio ſus,proinde Eccl.33. ait, Multam malitiam docuit ocioſitas. Quod exemplũ Sodomæ manifeſtat, de qua Ezech.16. ſcriptum eſt; Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ,ſcilicet,O anima ocioſa,ſuperbia, ſaturitas panis,abundantia ipſius,& ocium eius. Eſt nihilominus ocium ſanctum & ſpiritualiter operoſum admodum quidem neceſſarium ad ſalutem.de quo Exo.10.c.præcepit Dominus dicens, Memento vt diem ſabbati ſanctifices, ideſt ſanctis operibus in eo vaces. Ad hoc quidem ocium hortatur pro- E
pheta dicens: Vacate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. quaſi dicere velit, Vacando in diuinis operibus experimentaliter cognoſcite ſuauitates & dulcedines Dei. Nec tantum in diebus feſtiuis,diuinis operibus vacandum eſt: ſed quotidie ſtatuenda eſt aliqua pars diei, in qua fidelis anima ante oculos ſuos conſtituat ſibi Deũ creatorem, redemptorem,glorificatorem, iuſtum & miſericordem:vt ſemper ab eius offenſis arceatur timore, & ad eius beneplacita attrahatur amore.

F

ARTICVLVS SECVNDVS.

De triplici diſciplina, per quam tota Chriſtiana vita diſciplinatur.

SEcunda quidem modeſtia, dicitur diſciplina. Eſt enim diſciplina ſecundum morales, competens informatio corporis & animæ ad id, quod eſt vtile & honeſtum,ſeu ſecundum alios: Diſciplina eſt receptio præceptorum, quibus receptis id quod conſideramus, implemus. Decet eñ Chriſtianum præcepta diſciplinandæ vitæ G
ſuæ ſuſcipere: & omni ſtudio opere adimplere, quia omnia Chriſtianæ vitæ præcepta ſunt vtilia & honeſta. Ad talem diſciplinam ſuſcipiẽdam hortatur propheta dicens,Appræhendite diſciplinam,ne quando iraſcatur Dominus:ſcilicet ex indiſciplinata vita,& ſic pereatis de via iuſta, pſal. 2. Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti materia de diſciplina. Item aliud thema ad Hebræ.12. In diſciplina Perſeuerate,in qua tanquam filijs ſe offert Deus. Triplex eſt vtique diſciplina,per quam diſciplinatur tota Chriſtiana vita. Prima eſt diſciplina cordis,ſecunda eſt diſciplina oris, tertia vero operis nuncupatur. H

Secunda modeſtia dr̃ diſciplina.

Diſciplina.

De prima diſciplina per quam cor humanum diſciplinatur in gaudio & mærore. Cap. 1.

PRima quidem eſt diſciplina cordis. In duobus enim eſt diſciplinandum cor humanum. Primo in gaudio, ſecundo in mærore Primum pertinet ad mundi proſpera, ſecundum vero ad mundi huius aduerſa. Nã commu-

In duobꝰ eſt diſciplinand cor humanum.

A communiter in altero iſtorum occupatur humana vita: propterea freno diſciplinæ moderanda eſt. Primo inquam diſciplinari debet cor humanum in gaudio, ſeu in proſperis huius mundi, cum plures periclitentur ex proſperis quàm aduerſis, teſte propheta, qui ad ipſum Dominum ait, Cadent a latere tuo mille. Cadent, ſcilicet per æternam damnationem, a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis. Per ſiniſtram aduerſitas, per dexteram vero mũdi proſperitas deſignatur, in cuius myſterium Chriſtum legitur pluries fleuiſſe, &
B nunquam riſiſſe. proinde magna cautio adhibenda eſt, quod cor humanum freno diſciplinæ, in proſperis moderetur, ne per lubrica & vana gaudia effundatur ad hæc tranſitoria bona ex gloria magna, aut ex alta fama, ſiue ex nobili parentela, aut ex magna familia, ſeu ex multa ſubſtantia, ſiue ex alto ſtatu, ſiue ex quocunque gaudio alio temporali. Diſplicet nempe nimis inappreciabili dulcedini Dei, quòd ea omnino neglecta, immo potius derelicta & ſpreta, homo per ineptam lætitiam in his tranſitorijs totaliter ſe diffundat, ſeu ſubmergat. Vnde iuſto iudicio,
C atque pio permittit frequentius Deus, vt homo percipiat mundi fallacias & ſuſpiret ad veras delitias & diuitias, quod talibus contingit illud, quod Prouerb. 14. Sapientia Dei dicit, Riſus dolore miſcebitur, id eſt ſtatim occupabitur a dolore. Et extrema gaudij, id eſt gaudia effrenata luctus occupat, videlicet inſperato & improuiſe. Secundo diſciplinandum eſt cor humanum in mærore, ſeu in huius mundi aduerſis, ne videlicet per impatientem dolorem abſorbeatur ab eis. Cum enim aduerſitas nulla contingere poſſit niſi diuina iuſtitia miſericorditer diſpenſante, ne
D ceſſe eſt ſi quando ex eis in animo conſurgit triſtitia, ſeu mæror, ſeipſum arguere ac ſuæ animæ dicere cum propheta: Quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? ſpera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi, ſ. cordialiter ſentiendo, ꝙ in his omnibus Deus mecum miſericorditer operatur. Et iterum dicere cum propheta, In manibus tuis ſortes meæ. Igitur ſi te paupertas grauiter angit, ſi infamia contra te diffunditur circumquaque, ſi perſecutio pellit, cruciat exilium, carcer affligit, ſi moriunt̃ filij aut quicunq; chari, ſeu quęcũq; alia grauiſſima moleſtia vexat, in mẽte habeto exẽplum illius patientiſſimi Iob, qui ſicut in eius. j. c. patet: audita dilectorum filiorum E
& aliorum ſuorum miſerabili nece alijsq; aduerſis, ſurrexit & ſcidit veſtimẽta ſua, & tonſo capite in teſtimonium paternalis & proximalis compaſſionis & amoris in terram corruit & adorauit & dixit: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Vide quanta diſciplina in mærore cor huius ſanctiſſimi viri moderatum fuit, quia nec extitit iſenſibilis ad amorem pximi. Fleuit enim, fleuit & Chriſtus ex lazari morte: Nec tamen ex filiorum dolore oblitus eſt Dei creatoris ſui. F

De ſecunda diſciplina, qua diſcrete os noſtrum in ſilentio & loquela diſciplinari debet. Cap. 2.

SEcunda quidem eſt diſciplina oris, ad quam hortatur Sapiens Prouerbi. 5. c. dicens, Diſciplinam labia tua conſeruent. In duobus enim os noſtrum diſciplinandum eſt. Primo in ſilentio, ſecundo in ſermone. Primo quidem in ſilentio diſciplinari debet. Raro quidem rationabili & fructuoſo eloquio plenus eſt, qui diſcretũ G ſilentium ſeruare neſcit. Magnæ quippe ſapientiæ ac virtutis indicium eſt, ſilere ex ratione, eccleſiaſtico in 20. c. atteſtante, qui ait: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus: laſciuus autem & imprudens non obſeruabit tempus. Et iterum Quintil. ait. In turba in conuiuio & in itinere cogita ſecretum. Secundo autem diſciplinandum eſt os in ſermone. Nam teſte Salomone, Prouerb. 18. Mors & vita in manibus linguæ. Proinde Eccleſiaſtici. 23. c. admonet dicens. Indiſciplinatæ loquelæ, ne aſſueſcas os tuum: eſt enim in ea verbum peccati. Sed quia diſciplinatè loqui propheta dif H
ficilimũ cognoſcebat, ideo hanc gratiam obnixè a Domino poſtulabat dicens, Pone Domine cuſtodiam ori meo & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Cuſtodia quippe oris, diſcretionis luminoſa ratio eſt, qua intelligit & diſcernit tacenda atque dicenda. Oſtium vero, quod aperiri & claudi poteſt, ipſius rationis diſcretio eſt, qua homo cum diſcretione loquitur & ſilentium ſeruat. Nec poſtulat propheta ad linguæ cuſtodiam murum, qui vtique cum difficultate poni & amoueri poteſt: ſed oſtium inquit, quod facilius poteſt aperiri & claudi: nec inſuper oſtium dicere

Secunda eſt diſcipli na oris.

In duob' ẽ diſciplinãdũ os noſtris.

A cere ſatis fuit, ſed oſtium circunſtantiæ poſtulat, vt in tacendo & loquendo obſeruandas diſcretas circunſtantias demonſtraret. Septem ſunt in loquendo circunſtantiæ cum magna diligentia obſeruandæ. Quia conſiderandum eſt in ſermone primo, quis loquitur: ſecundo, quare loquitur: tertio, quid loquatur: quarto, quibus loquatur: quinto, quando loquitur: ſexto, quomodo loquatur: ſeptimo, quantum loquitur. Primo conſiderare oportet, quis loquatur. Nam quod vni conuenit, alteri quidem indecens eſt, ſicut verbi cauſa, Eccleſiaſticus. 32. cap. ait:

Septē ſunt in loquē do circun ſtantiæ.

B Loquere maior natu: decet enim te primum verbum. Adoleſcens loquere vix in cauſa tua, cum neceſſe fuerit. In multis eſto quaſi inſcius & audi tacens ſimul & quærens & loqui in medio magnatorum ne præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Et ſic in ſimilibus obſeruandum eſt. Secundo conſiderandum eſt, quare, id eſt qua ex cauſa & intentione homo loquitur: nam ſcriptum eſt.

Quicquid agant homines, intentio indicat omnes.

Vnde Matth. 6. Dominus ait: Si oculus tuus, ſcilicet intentio tua, ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si au-

C tem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Tertio conſiderandum eſt, quid loquatur. Conſideret homo, quid loquatur. Nam ſicut Prouerb. 13. cap. ſcriptum eſt. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Quarto conſiderare neceſſe eſt, quibus loquatur. Proinde Gregor. ſuper Ezech. ait: Obſecro diſce, qualiter vnumquenque alloqui debeas, quem corrigas & noli in parte iſta ambulare in ſenſu tuo, immo in furore tuo. Quinto quoque conſideret, quando loquendum

D eſt: quia ſicut Eccleſiaſtes. 3. inquit, tempus tacendi & tempus loquendi. Et Prouerb. 25. Mala aurea in lectis argenteis, id eſt poma matura in argenteis vaſis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. At econtra ex ore fatui reprobabitur parabola, quia non dixit illam in tempore ſuo, ait Eccleſiaſtes. 8. capit. Et iterum Prouerb. 15. ſcriptum eſt: Sermo oportunus, optimus eſt. Sexto conſiderandum eſt, quomodo quis loquatur, quia modus ſecundum diuerſas materias in diuidendo variandus eſt. Nam cum triplex diſtinguatur diuidendi modus, ſcilicet humilis, medius & grandiloquus. Talis a nobis obſeruandus eſt modus, qualem expoſtulat materia ipſa. Vnde cum magna dicimus, granditer referenda ſunt: Cum mediocria, temperate: Cum vero parua, ſubtiliter. Septimo quoque conſideret homo, quantum conueniat loqui: vt nec nimium, nec parum meritò iudicari queat. Et maximè multiloquium euitandum eſt, quia vt dicitur Prouerbio. 10. In multiloquio non deerit peccatum. Aduertendum eſt tamen, quod in omnibus circunſtantijs ſupradictis, hominis eſt præparecor: Dei autem eſt gubernare linguam, ſicut Salomon Prouerb. 16. atteſtatur. Quantique muneris ſit, hæc quæ dicta ſunt obſeruare, beatus Iacobus manifeſtat, cum in cap. 3. ſuæ Canon. ait: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Ille quippe nō offendit in verbo, qui diſcretus eſt in ſilentio & ſermone ſecundum circūſtantias ſupradictas.

E

F

De tertia diſciplina, per quam diſciplinanda ſunt opera noſtra per manſuetudinem & rigorem. Cap. 3.

G

TErtia vero eſt diſciplina operis. Cum duobus enim diſciplinanda ſunt opera noſtra. Primo cum manſuetudine, ſecundo autem cum rigore: Et hæc ſimul in homine gradiantur, vt in manſuetudine oſtendatur patientia cum iuſtitia: & in rigore diſplicentia mali, cum modeſtia. Primo diſciplinanda ſunt opera noſtra cum manſuetudine, ne ſcilicet rigor ſine manſuetudine & pietate mentem in duritiam & crudelitatem adducat. Taliter enim foris rigor contra vitia inardeſcat, quòd tamen limites manſuetudinis non excedat. Sic quoque rigor aſperitatis temperari debet lenimento internæ pietatis, vt quantumcunque foris riguerit homo per iuſtitiæ zelum & ſeueritatem intus, tamen ſeruet piæ compaſſionis tractabilem lenitatem: vt licet homo virgam teneat in manu paternæ diſtrictionis, in pectore tamen habeat vbera maternæ compaſſionis. Propterea Apoſtolus cap. 4. ad Epheſios ait, Cum omni humilitate & manſuetudine opera tua perfice. Secundo quoque diſciplinanda ſunt opera noſtra cum rigore, ne videlicet pietatis nimietate torpeſcant. Sæpe enim ſub pallio pietatis ſquæ iniuſtitiæ perpe-

Tertia eſt diſciplina operis.

Cum duobus ſunt diſciplinā da opera noſtra.

H

A perpetrantur. Non enim debet eſſe in homine rigor ſine viſceribus pietatis, ſicut prædictum eſt. Sic etiam nec pietas abſq; tẽperamẽto ſeueritatis: Hinc per Miche. 6.c. ait ſpiritus veritatis. indicabo tibi, o homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te: vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam & ſollicitè ambulare cum Deo tuo. Proinde ad quoſlibet regentes atq; rectores Grego. in paſtorali ait: Curandum quippe eſt, vt rectorem ſubditis & matrem pietas & patrem exhibeat diſciplina, atq; inter hæc ſollicita circumſpectione prouidendum eſt. ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. B Nam diſciplina atque miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Ad tales ſic regentes in perſona cuiuſlibet ſubditi, Propheta inquit, Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. In virga enim, cum qua corrigi ſolent pueri delinquentes, iuſtitia indicatur. In baculo vero, quo debiles ſuſtentantur, ipſa miſericordia denotatur. profectò per hæc duo populi & quælibet familia mira tranquillitate & conſolatione replentur.

ARTICVLVS TERTIVS.

C *De tribus, in quibus quilibet Chriſtianus honeſtatem ſeruare debet.*

Tertia modeſtia dicitũ honeſtas.

Homo debet eſſe regulatꝰ, ordinatus & compoſitus, per triplicem honeſtatem.

TErtia modeſtia, honeſtas denominatur. Eſt autem honeſtas, ſecundum Iſidorum, quæ nihil habet turpitudinis, ſeu honor perpetuus. Et dicitur quaſi honoris ſtatus. Quilibet enim Chriſtianus debet eſſe regulatus, ordinatus & compoſitus per triplicem honeſtatem. Prima eſt honeſtas ſenſuum, ſecũda eſt honeſtas veſtiũ, tertia eſt honeſtas membrorum: quia quilibet debet eſſe honeſtus in ſenſibus, in veſtibus & in omnibus mẽbris ſuis, propter quę omnia, 1. Corint. 14. Apoſt. ait: Omnia honeſte & ſm ordinẽ fiant in vobis. Quod D verbũ põt eſſe thema in præſenti articulo.

De prima honeſtate, per quam regulari, & fulgere debent omnes humani corporis ſenſus. Cap. 1.

Prima in ſenſibus.

PRima honeſtas eſt in ſenſibus corporis obſeruanda. Debet enim homo eſſe in eis regulatus, compoſitus & ordinatus, vt in eis honeſtas interioris animi debita reluceſcat. Nam ſi ſine debita diligentia cuſtodiuntur, aditum præſtant aduerſarijs noſtris ad inferendum animæ noſtrę mortem, teſte Hiere. E qui 9.c. ait: Aſcendit mors per feneſtras veſtras; ingreſſa eſt domos veſtras. Primo.n. honeſte cuſtodiendus eſt viſus. Non enim licet intueri, quod non licet concupiſcere. Propterea Iob 31. de ſe ait: Pepigi fœdus cũ oculis meis, ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Et iterum Propheta a Domino poſtulabat dicens: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Secundo honeſte cuſtodiendus eſt auditus, maxime ne verba audiat, vel legat turpia & inhoneſta, inter quæ merito connumerandæ ſunt cãtilenæ laſciuæ, alij quoque libri carnalitatibus & inhoneſtatibus F pleni, contra quos. 1. Cor. 15. c. Apoſt. ait, Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Tertio inſuper honeſtè cuſtodiendus eſt guſtus, videlicet vt in cibo, & potu, non tantũ in quantitate, verum etiam in ipſo ſumendi modo Chriſtiana modeſtia atque ſobrietas obſeruetur. Proinde 41. diſt. in c. quiſquis, Auguſtinus ait: Fieri enim poteſt vt ſine magno vitio cupidinis vel voracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiens autẽ fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat. Et ſanus quiſque maluerit more Domini piſce veſci, quàm lenticula more G Eſau nepotis Abraę, aut ordeo more iumẽtorum. Non enim propterea cõtinentiores nobis ſunt pleræq; beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſcemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur: ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi vel probandum vel improbãdum eſt, quod facimus. hæc ille. Abijcienda, immo abhorrenda inſuper ſunt omnia verba inhoneſta atq; immunda, ſicut Col. 3. cap. Apoſt. præcipit dicẽs, Deponite turpem loquelam de ore veſtro. Et iterum 4. c. Ephe. ait. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Et iterum Seneca ait. A verbis turpibus abſtineto, quia lingua eorum imprudentiam nutrit. Sermones magis vtiles quàm affabiles ama: miſcebis interdum iocos, ſed temperatos. H Quarto quoque honeſte cuſtodiẽdus eſt odoratus, ne ſcilicet ex turpitudine aliqua delectetur: & ſic in talibus verificetur, quod Iſa. 3. ait, Erit pro ſuaui odore fœtor. Quinto quoque tactus, quantum fas eſt, etiam inter coniuges cuſtodiendus eſt, ne effrenata licẽtia Chriſtiani ac ſacramentum matrimonij meretricio more ſordeſcat: quia ſicut Eccleſiaſti. 13. c. ait, Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea.

A *De honeſtate ſecunda, quæ ſeruari debet in cultu veſtium, ſeu veſtimentorum. Cap. 2.*

Secunda eſt ueſtiũ.

SEcunda honeſtas eſt veſtium. Nõ enim ſolum ſeruari debet in eis parſimonia, ſicut in huius ſermonis initio dictũ eſt: verum etiam ſm Chriſtianam Religionem in veſtibus ſuis atq; ſuorum tam interioribus q̃ exterioribus debet homo eſſe regulatus, cõpoſitus & ordinatus. Nã, ſicut Dñs Matth. 12. dicit, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Bonus enim
B theſaurus hominis boni honeſtas eſt, qua q̃ præditus fuerit, eam exterius occultare nõ valet, nec etiam debet, dicente Dño Matt. 5. ſic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificẽt patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt. proinde in paſtorali, Greg. ait: Intus eſt cuſtodia, quæ compoſita ſeruat. Cũ igitur intus eſt honeſtas in corde, dedignatur ſpiritus nobilis nõ oſtẽdere honeſtatẽ in exteriori opere. At ecõtra mẽs impudica & vana facilè prorumpit in manifeſta ſigna inhoneſtatis, ſicut Dñs Matt. 12. teſtatur dicens, Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Malus nẽpe
C theſaurus hominis mali, impudicitia & effrenata mentis laſciuia eſt. De quo theſauro tunc vtiq; profert mala, cũ in pernitiem animarũ inhoneſtatis indicia in amictu corporis manifeſtat. proinde ait Bernar. in apologia ſua: vanũ cor vanitatis notã corpori libẽter ingerit & exteriorũ ſuperfluitas interioris vanitatis indiciũ eſt. Mollia indumẽta animi mollitiẽ indicãt. Non tantum quæreretur corporis cultus, niſi neglecta eſſet mens inculta virtutibus. Hoc idem Eccleſ. 19. c. atteſtatur dicens, Amictus corporis & riſus dentiũ & inceſſus hominis annũciant
D de illo. Ex iam dictis manifeſtè clareſcit, ꝙ in viro ciuili habitus ſaccomãni: non ciuilis hoĩs, ſed ſaccomanni eſſe indicat cor eius: atq; in muliere habitus meretricius & amictus, meretricię mẽtis indiciũ eſt. propterea in talibus hmõi vſus illicitus eſt & abuſus.

De tertia honeſtate, in qua oſtenditur quanta grauitate & pudicitia humani corporis membra cuſtodienda ſunt. Cap. 3.

Tertia eſt honeſtas mẽbrorũ.

TErtia quidem eſt honeſtas mẽbrorũ. Oportet inſuper hominem eſſe regulatum, compoſitũ & honeſtũ atq; ordinatũ in omnibus mẽbris ſuis: ita ꝙ tam in E
fœmina, q̃ in viro cuncta corporis membra Chriſtianã profiteãtur & indicent honeſtatẽ. Omnis inſuper leuitas abijcienda eſt. Nimia quoq; tarditas, ſicut & nimia celeritas, non meretur laudẽ. Iuxta quoq; Chriſo. ſententiã: Melius eſt in rebus manſuetudinem habere, q̃ in verbis. In his attendenda ſunt moralis Senecæ verba, qui ait: Si continens es, animi tui & corporis motus obſerua. Nã ſicut ex præcedentibus patet, actus exteriores motuũ interiorũ indicia ſunt. Pleriq;. n. in exterioribus videntur graues, qui tamen mente & verbis ampulloſis ac vana curioſitate rumẽt. hinc Prouer. 6. ſcriptũ eſt. Sex ſunt, q̃ odit Dñs. Et primũ ſubiungit dicẽs, F
Oculos ſublimes. Iſa. quoq; 3. c. de vanitate & leuitate mulierũ loquens, hoc clarius manifeſtat dicens: pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ Syon & nutibus oculorũ ibãt & plaudebãt & ambulabãt pedibus ſuis & cõpoſito gradu incedebãt. Ecce grauitas ex leuitate tumoris. ſequitur in ꝓpheta, Decaluabit Dñs verticẽ filiarum Syon, ſ. in pœnã grauitatis huius ſuperbiæ. Abſit etiã à Chriſtiana Religione & debita honeſtate videre iuuenes noſtri tẽporis: imò quod impudentius eſt, videre qñq; dementatos ſenes vſq; ad vmbilicũ curtos palã gerere farcedinos alias G
farcẽtinos & ante & retro, ah pudet dicere tanq̃ impudici canes, oĩa pudenda oculis aſtantiũ gerere impudẽter. Sed verto me ad talia ſupportantes. Nõne o vos matres atq; ſorores cæterę q; in domo domeſticę & cognatæ, amplius vos antiquæ & ſenes impudica talia quotidie aſpicere & ſupportare: Nonne inquã magnę veſtræ inſenſibilitatis atq; ſtultitiæ ſeu potius impudentiæ ſigna ſunt ac indicia? Quæ nam mens ſapiens & diſcreta, magis autẽ & pudica quotidie ante oculos ſuos tale monſtruoſum & infernale ſpectaculum ſubſtinere, valeret? Adhi- H
beant igitur oẽs & maximè mulieres pudicitiã amantes & honeſtatẽ remediũ honeſtatis, vt videlicet ſaltẽ vſq; ad genua ad verenda operienda palã gerant chriſtianæ pudicitiæ quodcũq; velamen: quouſq; talibus indumentis nõ hominũ, ſed potius beſtiarũ conſumptis ſibi fieri faciãt alia honeſta, rationabilia & pudica. Quid etiã indicat in mulieribus tam patula & effrenata oſtẽſio pectoris & vberum ſuorum, niſi laſciuiam impudicam & carnis copioſum forum? In quo quæſo differunt huius actus & geſtus a moribus ſuum & canum, cum ẽt inter ipſos coniuges in membris omnibus chriſtia-

A nam honeſtatē ſeruare neceſſe ſit: ne ad carnis laſciuiam ex indebitè viſis plus debito inardeſcant, & ſic ſancti matrimonij ſacramētum in ſcortorū vertatur abuſum? Quid igitur dicā de giorneis, quas his tēporibus effrenatis induunt non tantū mares, ſed ēt iuuenes mulieres, quę tñ dici volunt honeſtæ atq; pudicæ? Nonne apertè demonſtrāt in corde gerere impudicitiā effrontè & effrenatā: cū tale operimentum propriè militaris ſit veſtis & pugnatorū, nec ēt meretricibus conueniens neq; decēs? Sed vt qđ timeo, cordis mei miſterium palā fiat: tales armigerorū veſtes paſſim tam in maribus q̃
B in fęminis per totā Italiā circūquaq; diffuſæ atq; multiplicatæ auribus & oculis cordis mei apertius clamant & clarius manifeſtant multitudine Italicorū ſcelerū exigēte ex iuſto iudicio Dei, niſi populi reſipiſcant, Italiā ſaccomānorū traditā eſſe in prædam. Confirmat quoq; hoc, qđ turpe eſt dicere: ſed turpius eſt videre: ſcortis vtiq; & meretricibus ēt inhoneſtū ꝙ fęminæ vtanť caligis ſoleatis & ſæpe cū procatorum ſuorum ſignis atq; diuiſis. O inſenſati viri, o parētes demētes: quæ nā cęcitas vos faſcinauit? quæ carnalis amentia vos miſerabiles fecit?
C quis inquam vos tā mirabiliter a mēte alienauit? Vbi grauitas ipſa chriſtiana? vbi modeſtia? vbi ſobrietas? vbi honeſtas? vbi denique pudicitiæ ſigna? Amoueātur quæſo huiuſmodi inhoneſta & impudica, honeſtatis amore, aut ſtatutorū & punitionū timore. Sinautē, timeo & valde pertimeſco, ꝙ erit hoc neceſſe fieri flagello, violentia & pauore: A quibus præuia prædictorū emēdatione cōdigna liberet nos & oēs alios liberator vniuerſorum malorū, Dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui cū Patre & Spiritu ſancto magnus & glorioſus, benedictus & benedicibilis viuit & regnat in ſæcula ſęculorū, amē.

D

De iuſtitia Chriſtiana & quomodo debet eſſe integra, ordinata, & zelans.

Sermo II.

Sobrie & iuſte & pie viuamus in hoc ſeculo, & expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei. iterum vbi ſupra. In ſuperioribus iam vidimus de modeſtia & ſobrietate, quæ ad Chriſtianam religionem & vitam pertinere videntur, eo ꝙ ſobriè viuendum præcipit Apoſtolus. Nunc autem de ſecunda principali virtute, quæ iuſtitia nuncupatur, agendum eſt: cum de illa idem ſubiungit dicens, Et iuſtè. Solet enim iuſtitia multipliciter ſumi. Vno modo ſtrictè, alio modo largè, tertio modo largiſſimè. Primo modo pro iuſtitia pęnali, ſecundo modo pro iuſtitia cardinali, tertio modo pro iuſtitia legali vel generali. Primo ſumitur iuſtitia pro iuſtitia pęnali. i. pro inflictione pœnę. Hinc Ber. ait. Nullum nomen Dei eſt, quod non ſonet aut iuſtitiam, aut pietatem. Secūdo autem modo ſumitur iuſtitia pro virtute cardinali, quæ ſm Macrobiū, eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. Tertio quoque modo accipitur pro iuſtitia legali & generali, quia ipſa comprehēdit omnes virtutes. hinc Hebrę. j. Apoſt. ait, Dilexiſti iuſtitiam, id eſt omne bonum, ſm glo. Et iterū Matt. 6. Primum quęrite regnum Dei & iuſtitiam eius. vbi ait glo. Iuſtitia regni Dei, eſt omnia quæ Chriſtus docuit obſeruare. De hac quoq; Matth. 5. c. Dñs ait: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra. i. vita veſtra iuſta, ſecundum Chryſoſt. plus quàm Scribarū & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. Vt igitur ſecundum hunc tertium modum totam Chriſtianorum iuſtitiam comprehendamus, diſtinguamus in breui triplicem generalem iuſtitiam. Prima dicitur iuſtitia integra, ſecunda dicitur iuſtitia ordinata, tertia vero dicitur iuſtitia zelaris & perfecta denominatur.

E *Secunda virt° chriſtiana religionis eſt iuſtitia.* *Tripliciter ſumit.* *Primo.* *Secundo.* *Tertio.* F *Triplex iuſtitia.* G

Articvlvs Primvs

De triplici integritate iuſtitiæ Chriſtianorum.

Prima quidem iuſtitia, quæ neceſſaria eſt Chriſtiano, integra nūcupatur. Triplex autem integritas requiritur ad integram iuſtitiam cuiuſlibet iuſti. Primo enim Chriſtianus verus habere debet integram iuſtitiam quo ad Dominum, ſecundo quo ad ſeipſum, tertio quo ad proximum.

H *Prima dicitur eſſe integra.* *Triplex autē integritas.*

Quod per ſolum amorem integratur iuſtitia in homine quo ad Deum. Cap. 1.

Primo inquam cuilibet neceſſaria eſt iuſtitia integra quo ad Deum, quam pfectè integrat amor Dei. Quod Dominus Matth. 22. perfectè inſinuat, cū inquit: Diliges Dñm Deū tuum, *Prima quoad Deum.*

A tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Lu. quoq; 10. c. addit, Et ex omnibus viribus tuis. Quod pręceptũ tripliciter exponi pôt. Pro prima expoſitione aduertendum eſt, ſm Io. de Picchano, alias de Picciano, ꝙ amor & affectus hominis ad tria diuidi & affici poteſt. Primo ad res exteriores, ſecundo ad res interiores, tertio ad res ſuperiores. Primo enim amor afficitur ad res exteriores, cuiuſmodi omnia ſenſibilia dici poſſunt: & hic amor & affectus in corde ſignificatur. Eſt enim cor domicilium vitæ & principiũ motus & ſenſus. eſt inſuper organum concupiſcibilis & iraſcibilis:

Affectus hominis ad tria afficitur.

Primo.

B Intelligitur ergo in toto corde amor & affectio ab omnibus ſenſibilibus eleuata in Deum: vt humana mens nullo affectu, i. nulla complacẽtia ob rem ſenſibilem a diuino amore quomodolibet diſtrahatur, ſed potius per hęc ſenſibilia in eorum opificẽ eleuetur exemplo prophetæ qui de ſe ait: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, ſ. non in hęc tranſitoria bona. Et alibi ad Dñm inquit, In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me a mandatis tuis. Secundo autem amor afficitur ad res interiores: vtpote ad pro-

Secundo.

C priam vitam, ſiue ad ſeipſum: & talis affectus in anima denotatur. Anima quippe ab animando dicitur, quia animat corpus quodam naturali affectu. Ex tota anima ergo diligere Deum eſt propter diuinum amorem deſpicere etiam propriam vitam. Nam ſicut Ioan. 12. Dñs ait: qui amat animam ſuam, perdet eam. Tertio quoq; amore afficitur homo ad res ſuperiores: vt puta ad res intellectuales. Et talis affectus in mente ſignificatur. Mens enim ab eminendo dicta eſt. In mentis ergo nomine ſuperior pars animæ ſpiritualis, quę in nomine eminet denotatur. De hac 2. Cor. 5. Apoſt. ait.

Tertio.

D Siue. n. mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus nobis, charitas. n. Chriſti vrget nos. Tota igitur mente Deũ diligere, nihil aliud eſt q̃ oia intelligibilia deſpicere reſpectu diuini amoris: & in hoc philoſophorum curioſitas condẽnatur & quicũq; alij, qui pręponũt quancũq; ſcientiã diuino amori: ad quẽ omnibus præponendum quilibet neceſſario obligatur. Secundo ẽt modo exponi poteſt, ſm Alex. de Al. qui ait ꝙ iſte quatuor clauſulæ reducuntur ad tres, vt illa quã Lucas ponit dicens, Ex omnibus viribus tuis, referatur ad quamlibet aliarum trium: quaſi earum modus, vt ſit ſenſus: Diliges Dñm Deum tuum ex omnibus viribus tuis

E totius cordis, ex omnibus viribus tuis totius animæ, & ex omnibus viribus tuis totius mentis. Circa ꝙ aduertendum eſt, ꝙ tres dici poſſunt eſſe amores Dei. Primus dicitur intellectualis, ſecundus affectualis, tertius vero memorialis. Et ex omnibus viribus iſtorum trium amorum diligẽdus eſt Deus. Primo ex omnibus viribus totius amoris intellectualis Deus amari debet, quia inquit, ex toto corde, vt. ſ. omnis intelligentia tua diuinę ſapientiæ ſit ſubiecta, credẽs oia eſſe bona, quæ diuinitus tradita ſunt. i. quęcunq; ſunt ſcripta diuinitus & proſpera & aduerſa, iuxta illud Apoſt. 2. Cor. 10. In

Tres amores Dei.

F captiuitatẽ redigentes oẽm intellectum in obſequium Chriſti. Secundo ex oibus viribus tuis totius amoris affectualis diligẽdus eſt Deus, quia ait, ex tota anima tua. i. vt oĩs voluntas tua diuinæ voluntati ſit cõformis ſibi, dicens illud Matth. 6. Fiat volũtas tua, ſicut in cœlo & in terra, & quicquid amas; in Deo & propter Deum ames. Tertio inſup ex omnibus viribus totius amoris memorialis diligi debet Deus, quia ſubdit, & ex tota mente tua: vt. ſ. tota memoria p recordationem aſſiſtat diuinæ potẽtiæ, iuxta Tobiæ monitionem, qui ait 4. c. In mẽte habeto Deum ſemper, & caue ne aliquando

G conſentias peccato. Quod equidem fit, qñ homo in oĩbus operibus ſuis ſemper ante mentis oculos habet Deum exemplo prophetæ, quĩ de ſe ait, proponebã Dñm in cõſpectu meo ſemper. Tertio quoque modo hoc præceptum exponit Grego. dicens, Ex toto corde & ex tota anima & ex tota mẽte diligẽdus eſt Deus. i. ſuper omnia. Et eſt inculcatio verborũ, indicans excellentiam diuini amoris, ſitq; eiuſdem crebra ingeminatio ad fortius exprimendum altitudinem ac vehementiam diuini mandati.

H *Quod per tria integrat homo iuſtitiam ad ſeipſum. Cap. 2.*

SEcundo debet homo habere iuſtitiam integram ad ſeipſum. Ad cuius integritatem triplex obſeruantia neceſſaria eſt. Prima diuinorum præceptorum, ſecũda diuinorum conſiliorum, tertia eccleſiaſticorum inſtitutorum. Primo requiritur obſeruãtia diuinorum præceptorum. pro inde Mat. 19. Dñs ait: Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Quæ ſcilicet, Exo. 20. ſcripta ſunt. Ad quorum intelligentiam eſt aduertendum, quòd decem Dei præcepta, ſunt decem regulæ voluntatis diuinæ, quæ habent hominẽ dupliciter ordinare & regu-

Secunda integritas iuſtitiæ quo ad ſeipſum.

Ad quam triplex obſeruantia neceſſaria eſt.

A regulare. Primo in Deum, ſecundo in proximum. Primo quidē in Deum. Et hoc ſm triplicē rationē. Primo in obſequio operis, ſecundo in reuerentia oris, tertio vero in deuotione cordis. Primo quidem in obſequio operis, quod debetur diuinæ poteſtati, quæ appropriatur perſonæ patris. Et hoc eſt primū præceptum, in quo dicitur: Non habebis Deos alienos. Et in hoc præcepto, ſm Aug. includitur quodlibet obſequium operis Deo neceſſariè exhibendum. Scđo vero in reuerentia oris. Et hoc debetur diuinæ veritati, quæ perſonæ filij appropriatur. Et hoc eſt ſecundū præceptū. ſ. non aſſu-
B mes nomen Dei tui in vanum. Tertio in deuotione cordis, quæ debet̄ diuinæ bonitati, quæ pſonę ſpiritus ſancti ſolet appropriari. Et hoc eſt tertiū præceptū. ſ. Memento vt diē ſabbati ſanctifices. Ad obſeruantiā primi præcepti inducit fides, ad obſeruantiā ſecundi inducit ſpes, ad obſeruantiā tertij charitas auxiliū pręſtat. Secundo aūt p alia præcepta ſecundæ tabulæ homo ad proximū ordinatur. Et hoc duobus modis. Primo in beneficentia, ſecundo in innocentia. Primo quidē in beneficētia, vt. ſ. bona, quę poteſt, proximo ſuo impendat. Et hoc 4. præceptum, ſ. honora patrem tuum & ma-
C trem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. In quo præcepto omnis beneficentia proximo exhibenda compręhendi habet. Secūdo in innocentia, vt nihil ſibi iniuſtè inferat, nec ſibi aliqualiter noceat. Poteſt enim

Tertiū nocumentū.

ſibi triplex nocumentum inferre. Primum operis, ſecundum oris, tertium cordis. Primo autem opere nocet quis proximo ſuo tribus modis. Primo in perſona propria, ſecundo in perſona coniuncta, tertio in exteriori ſubſtātia. Primo in perſona propria. Et hoc prohibet 5. præceptum, Nō occides. Secundo in perſona coniuncta, & hoc prohibet 6. præceptum, Non mæchaberis. Ter-
D tio in exteriori ſubſtantia. & hoc prohibet ſeptimum præceptum, Non furtum facies. Secūdo aūt homo proximo ſuo nocet ore. Et hoc prohibet octauum præceptum, Non falſum teſtimonium dices. In quo implicitè, ſm Auguſt. prohibetur omne mendaciū & quodcunq; aliud nocumentum oris reſpectu proximi. Tertio aūt nocet homo ꝓximo ſuo corde. ſ. quando quis cogitat malū contra proximū. Quod dupliciter cōtingere poteſt. Primo per affectū carnalitatis, ſecundo per affectum cupiditatis. Primo quidē per affectū carnalitatis. & hoc prohibet nonū præceptū, Nō cōcupiſces vxorē proximi tui. Secundo per affectū cupidita- E
tis, & hoc prohibet decimum pręceptū, Nō concupiſces rem proximi tui. Deniq; hæc decē præcepta ſcripſit Deus breuiſſimè, clariſſimè & facillimè. Et hoc, ne memoria grauaretur, ne intelligentia cōfunderetur, & ne facultas impediretur. Tanta quidem neceſſitate arctatur homo ad obſeruantiam horū præceptorū, ꝙ nullus qui ad annos diſcretionis peruenerit, ex eorum ignorātia excuſatur. Nā quicquid continet lex Decalogi explicitè, cōtinet implicitè lex naturę, quæ oēs ligat. Eſt nihilominus aduertendū, ꝙ aliquis aliquando tenetur ad aliquid con- F
ditionaliter & reſpectiuè, quamuis non teneatur ad illud ſimpliciter & abſolutè. Et ſic multi ſimplices laici, licet ſimpliciter & abſolutè non tenētur ſcire oīa præcepta diuinæ legis: tñ tenentur cōditionaliter & in reſpectu ad tēpus operandi. Quādo. n. immineret neceſſitas illud præceptū vel eius contrarium operari, tunc illud explicitè tenentur ſcire: pp quod tunc per ignorantiā ſimpliciter non excuſant̄. imò ſi huiuſmodi ignorātia ex eorū negligentia ꝓueniat, eos potius accuſat q̄ excuſet. Ratio huius maximè poteſt eſſe, quia lex ipſa naturæ ſcripta eſt in cordibus noſtris, dicente Dño Hiere. G
31. Dabo legem meā in viſceribus eorū, & in cordibus eorū ſcribā eam. Sed ne memoria horum præceptorū de mēte valeat aboleri, conditor ipſe naturæ in triplici parte corporis ita ſcripſit. Primo in capite, i. quinque ſenſibus corporis, qui patēt. ſ. viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus, & in hoc mentis, qui latent, ſ. ſenſus communis, imaginatio, extimatio, fantaſia & memoria. Secundo aūt in decem digitis pedum. Tertio in decē digitis manuū, vt miſtice innueret, ꝙ ſm hoc decē præcepta conformantia voluntati diuinæ debet homo moderare oēs ſenſus & motus exteriorū & interiorū intentionū, qui in decē ſenſibus capitis expri- H
muntur, & dirigere oēs greſſus affectionū, qui in pedibus deſignant̄: & regulare oēs actus operationū, qui in manibus indicant̄: ac p hoc a vertice vſq; ad plantam pedis in hominis initio, medio & fine oīa clamēt, ꝙ in omni intētione principaliter intēdamus diuinū honorem, & in omni affectione diligamus diuinū amorem, atq; in omni operatione quæramus proximi ædificationem. Scđo ad integritatē iuſtitiæ quo ad ſe requirit̄ obſeruantia diuinorū cōſiliorū. Eſt nēpe conſiliū perſuaſio melioris boni, ad qđ de neceſſitate nō obligamur, niſi qñ illud expſ

A ſe vel tacite promittimus obſeruare, ſicut exempli cauſa de quolibet voto patet. hinc Propheta ait, Vouete. ecce diuinum conſilium voti faciẽdi. Et ſubdit, Et reddite Domino Deo veſtro. Ecce diuinum præceptũ voti adimplendi: & ſic de cęteris conſil. Tertio quoq; ad integritatẽ iuſtitiæ quo ad ſe requiritur obſeruantia eccleſiaſticorum inſtitutorum. Dimiſſis ergo his, quæ diuerſos ſtatus circa hoc particulariter tangunt, ſolum ad præſens quinq; ſubdamus, ad quę

B omnes communiter obligantur. Primum inſtitutum eſt de ieiunio ſacro, ſecundum de celebratione feſtorum, tertium de auditione miſſæ, quartum de confeſſione, quintum de ſacra communione. Primum eccleſiæ inſtitutum eſt de ſacro ieiunio, obligantur enim quilibet per præceptũ eccleſiæ ad oia ieiunia inſtituta ab ea. Et hoc cõpleto 21. anno, ſecundũ quoſdã. Itẽ quodcunq; ieiuniũ ab epiſcopis indictũ obſeruandum eſt, ſicut patet de cõſe. di. 5. ieiunijs, & diſt. 3. c. j. Inſuper tenetur homo ad illa ieiunia, quæ ſunt de cõſuetudine eccleſiæ approbata: quia talis conſuetudo ligat, ſicut patet

C diſt. j. c. conſuetudo. Non obligantur autẽ ieiunare, qui legitimo tenẽtur impedimẽto, ſicut patet ext. de obſer. ieiun. c. cõſiliũ. Conueniens tñ eſt, ꝙ adoleſcentes ẽt ante 21. annũ, aliquibus diebus, iuxta ſuperiorũ ſuorũ diſcretionẽ, ieiunijs aſſueſcant. Secũdum aũt inſtitutum eccleſiæ generaliter ligans eſt de celebratione feſtorũ. Eſt nihilo minus aduertendũ, ꝙ vltra illa feſta, q̃ mandauit eccleſia celebrari, ſunt alia per cõſuetudinẽ introducta per totã eccleſiã neceſſario celebranda, ſicut feſtũ ſancti Nicolai, & alia quædã, quæ ſaltẽ in multis partibus celebrantur, & in eis conſuetudo patrię eſt ſequẽda, ſicut ſupra de ieiunijs dictum eſt.

D Idem quoq; dicendum eſt de feſtis, quæ ab ẽpis indicuntur, q̃ ẽt celebranda ſunt. Tertium vero ab eccleſia generaliter inſtitutũ eſt de auditione miſſæ. Quilibet enim tenetur audire miſſam integrã in die Dominico, ita ꝙ benedictionẽ recipiat ſacerdotis. Et hoc de cõſe. diſt. j. c. miſſas, & c ſequẽti, & c. omnes, niſi excuſetur homo aliqua neceſſitate, ſicut notatur in d. c. miſſas. ꝑm tamen Scotum, licet aliqua neceſſitas excuſet ab executione huius actus, quẽ determinat eccleſia: nihilominus neceſſariũ eſt cũ aliquo æquiualente ſupplere, vt ſaltẽ die illo qui ſpecialiter diuino cultui deputatus eſt, aliquis actus habeatur relatus in Deum & gloriã eius. Eſt inſuper aduertendũ, ꝙ ſicut de Dñico die, ita de reliquis feſtis ab eccleſia præceptis, dicendũ eſt, argum. ad hoc de conſe. di. j. c. qui die. Quartum autẽ ab eccleſia inſtitutũ eſt de confeſſione. Nã ſicut patet ext. de pœnit. & re. c. omnis vtriuſq; ſexus. Ois fidelis poſtq̃ ad annos diſcretionis peruenerit, ſaltẽ ſemel in anno confiteri integre omnia peccata ſua propr. ſacer. obligatur. Qđ qui non ſeruauerit, in vita de eccleſia expelli debet, & in morte carere debet eccleſiaſtica ſepultura. Quintum quoq;, ab eccleſia inſtitutũ eſt de ſacra cõmunione. Statuit. n. eccleſia, ꝙ quilibet fidelis poſt

F quam peruenerit ad annos diſcretionis, ſaltem in paſchate ſumat ſacri corporis Chriſti ſacramentũ, niſi de conſilio ſui ſacerdotis propter aliquã rationabilẽ cauſam ad tẽpus abſtineat. Aliter, ſicut de non confitẽte ſemel in anno ſupra dictũ eſt, viuens de eccleſia eijciẽdus eſt, & moriens carere debet eccleſiaſtica ſepultura, ſicut in prælegato c. omnis, & c. patet. Ætas autẽ conueniens ad huius ſacramenti ſuſceptionẽ, ꝑm Alex. de Al. & Tho. eſt decem vel vndecim annorum, vbi in talibus concurrat ſufficiẽs diſcretio ac debita deuotio ſacramenti.

G

Quomodo iuſtitia erga proximum integratur. Cap. 3.

Integritas iuſtitię erga Chriſtianum, quę per tres amores integratur.

TErtio autem neceſſe eſt habere iuſtitiam integram erga proximum ſuũ. Per tres enim amores erga proximũ iuſtitia hominis integratur. Primus dicitur amor verus, ſecundus dicitur amor iuſtus, tertius dicitur amor operoſus. His tribus amoribus quilibet naturaliter diligit ſemet ipſum. Proinde tenetur quilibet de neceſſitate ſalutis his tribus amoribus omnes diligere bonos & malos, fideles & infideles, amicos & inimicos, & generaliter cunctos H iuxta præceptum Domini, Matth. 22. c. dicentis, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Primus autem amor, quo quilibet tenetur diligere omnes, dicitur amor verus: hoc nempe amore diligit homo proximũ, quando non propter proprium commodũ & vtilitatem diligit eum. Eſt quippe de natura amoris, ꝙ homo bonum velit ei, quẽ amat. Ex quo patet, ꝙ cum homo naturaliter diligat ſemetipſum, motus ipſius amoris in duo tẽdit. Primo. in ſeipſum, cui vult bonum: Secundo in id, quod ſibi optat bonum. Et licet vtrunq; ab homine diligatur: tamen vero amore diligit ſemetipſum, cui illud optat bonum. Bonum vero, quod ſibi homo

A homo optat, non verè & rectè, ſed abuſiuè & accidentaliter amat. Quis enim dicet illud vero amore amari, cuius deſtructionē aliquis concupiſcit? Multa nempe ſunt bona, quæ dum homo in vſum ſuum conuertit, deſtruit & conſumit, ſicut equus cū exponitur pugnæ: panis, cum ab homine mãducatur: vinum quod bibitur: aſinus, cum pro hominis vtilitate laboribus fatigatur, & ſic de conſimilibus. Ex quo patet, ꝙ dū homo talia in vſum & commoditatem ſuā conuertit, non verè illa diligit, ſed ſemetipſum. Sicut ergo alia mundi bona aſſumere poteſt homo in vſum ſuum & ſuam cōmoditatem: ſic etiam poteſt homines ipſos, quos quidem ſi diligit: quia vtiles aut
B delectabiles ſibi ſunt, manifeſtè apparet ꝙ eos non diligit vero amore, ſicut ſeipſum: ſed ſicut equum & panem & vinum & aſinum, & cætera conſimilia. Ah quę ratio dictat, ꝙ homo proximus ad ſimilitudinem Dei formatus non præponatur in dilectioni oui & boui, aut rei cuilibet temporali? Proinde de pęni. diſt. 2. c. validos. §. proximos, ſcriptum eſt: proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas
C vtilitates noſtras, non propter ſperanda beneficia vel accepta: Non propter affinitates & conſanguinitates, ſed propter hoc tantū ꝙ ſunt naturæ noſtræ participes diligamus. Penſent igitur coniuges & cōſanguinei & quicunq; parentes, ꝙ ſi ſe inuicē amant ꝑꝑ temporalem delectationem ſeu vtilitatem: non illos ſicut ſeipſos amant. Si igitur tales non diligunt vero amore ſicut ſeipſos: quomodo ergo diligent ſuos inimicos? Si propriam vxorem quis diligit propter pulchritudinem ſuam, & ea leproſa effecta, vel ex ſenectute, ſeu ex quacunq; alia infirmitate turpiter deformata nō eam diligit, falſus erat ille amor, non verus. Sic ergo eam
D amabat, ſicut gluto procellum aſſatū, id eſt propter delectationē. Si. n. quis famulum amat eo ꝙ diligentiſſime & multa ſolicitudine & fideliter ſeruiat ei, demum infirmatum vel ſenem effectū derelinquit eū, vel ad hoſpitale tranſmittit. Quō ergo ſicut ſeipſum diliget inimicū, q ei factis vel verbis iniuriatus eſt? Ex quo patet, ꝙ ſi amor ſeu amicitia inter homines ex delectabili, ſeu ex vtili cauſatur: & non eſt ibi honeſtū, ꝙ non eſt amor verus, ſed fallax eſt, talis amor eſt mercēnarius & oīno non ſufficiēs ad ſalutē. Nam, vt j. Cor. 13. Apoſtolus teſtatur. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Et iterum. j. Cor. 10. idem ponit ſe in exemplū dicens: Non quærens quod mihi vtile eſt, E
ſed quod multis vt ſalui fiant. Sed vere verificatur nūc, quod Phil. 2. idem Apoſtolus ait: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Secundus autem amor, quo quis tenetur diligere omnes etiā inimicos, dicitur amor iuſtus. Quilibet enim naturaliter iuſto ordine diligit ſemetipſum. Iuſtitia vtiq; hoc requirit, vt maius bonum minori, & maximum maiori anteponatur. Sunt quidem in nobis tria gradata bona. Primum eſt anima, ſecundum eſt corpus, tertium eſt ſubſtantia huius mundi. Et ꝑm hunc gradatum ordinem in quolibet homine docet ipſa natura per amorem vnum alteri eſſe anteponēdum. Quod vtiq; per experientiā patet, cum naturaliter malit homo priuari oculo corporali, quàm ſpirituali, qui quidē humana ratio eſt, qua deficiente fit homo amens. Rurſus pro corporali tuenda vita naturaliter homo cuncta tēporalia bona poſtponit. Quod ēt Iob 2. c. teſtatur dicens, Pellem pro pelle. i. alterius vitam pro ſua tuenda & ſeruãda, & cuncta, ſ. tēporalia bona, quæ habet homo, dabit pro anima ſua. i. pro ſua vita ſeruanda. Sunt tñ plerīq;, qui quantū ad ſuperaddita ipſi naturæ hunc naturalem ordinē dilectionis ꝑuertunt, cū propter corpus vel corporis ſui ſalutē virtutis bonū poſtponunt. Alij quoque propter tēporalia bona grauiſſimis laboribus & manifeſtiſſimis periculis ſe exponunt. In his clariſſimè patet ꝙ in amore ſuo ordinē naturæ non ſeruant. Propterea non ſe amant, ſed potius contra naturam odiunt ſemetipſos, propheta teſte qui ait: Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuā. Cum igitur Dñs ait: Diliges proximū tuū ſicut teipſum, apertè inſinuat ꝙ eo ordine iuſtitiæ quo quiſque diligere ſe naturaliter recognoſcit, eodem quoq; & proximū ſuū amet, videlicet ſpiritualia corporalibus, & corporalia temporalibus in eis anteponendo. Parētes igitur, qui filijs ſuis per vſuras, furta atq; rapinas & conſimilia congregãt temporalia bona in eorū præiudicium animarum: quomodo ſicut ſeipſos diliget inimicos, qui hoc iuſto amore non diligunt filios proprios? Matres quoq;, quomodo hoc iuſto amore diligent paganos & infideles, quæ pro ſanandis liberandiſq; filijs omnia dęmonium atq; demoniacarū mulierū ſeu virorum incantationes & ludibria per totam patriam perſcrutantur, ſanitatem corporis, ſanitati ſpiritus in filijs præponētes? Ex his igitur patet, ꝙ quicunque proximo ſuo

Tria gradata bona ſunt in nobis.

F

G

H

A ſuo contra ſalutem animæ ſuæ ſeu corporis tẽporalia bona procurat vel optat, ſeu corporalia in detrimẽtum animæ eius quærit, non eum diligit amore iuſto ſicut ſeipſum. Tertius amor, quo quiſq; diligere oẽs obligatur, dicitur operoſus. Duo quidem naturali affectu ſemper nobis deſideramus, ſcilicet adeſſe bonum & abeſſe malum. Duo quoq; alia, cum opus eſt, naturaliter conamur pro nobis effectui mancipare & executioni mandare: ſcilicet pro poſſe nobis procurare bona & vt a nobis elongentur mala. Cum igitur præcipitur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, operoſus amor inſinua-
B tur. i. vt non ſolũ deſideremus cuilibet proximo, etiam inimico, aduenire bonum & abeſſe malum: verum etiam cum neceſſitas adeſt, nobis præcipitur id opere adimplere & effectui mancipare, ſicut j.Io.3.c. ſcriptũ eſt. Filioli mei, non diligamus verbo & lingua. ſ. tãtum: ſed opere & veritate, ideſt veraci operatione. Qui igitur parentibus & conſanguineis alijsq; propinquis in infirmitate alijsq; neceſſitatibus conſtitutis denegat opera pietatis, quomodo præſtabit extraneis & inimicis opera charitatis? Ergo ex prædictis patet ꝙ quilibet ex hoc præcépto de neceſſitate tenetur in quolibet caſu neceſſitatis, ſiue ſit neceſſitas temporalis,
C ſiue corporalis, ſeu ſpiritualis, iuxta poſſe cuilibet & amico & inimico: non tantũ corde, ſed etiam verbo & opere ſubuenire. Aliter ſine charitate Dei eſt. Vnde j.Io.3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, ſ. temporalem, corporalem & ſpiritualem, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, ſ. de aliquo illorum trium, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? De hoc triplici amore, de quo in hoc capitulo eſt dictũ, exponi poteſt illud Apõſtoli. j.Tim.j. Finis præcepti eſt charitas. ſ. tã
D proximi quam etiam Dei, de corde puro. Ecce amor verus. Et conſcientia bona. Ecce amor iuſtus. & fide non ficta. Ecce amor operoſus, & in hoc triplici amore iuſtitia noſtra erga proximum plenius integratur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De iuſtitia ordinata reſpectu ſuperiorum inferiorum & æqualium.

Secunda iuſtitia dicitur eſſe ordinata.

SEcũda quidem iuſtitia, quæ Chriſtiano neceſſaria eſt, dicitur ordinata. Eſt.n. ordo, ſm Aug. parium diſpariumq; rerum ſua cuiq; tribuens diſpoſitio. De hac ordinata iuſtitia, Canti. 2. ſponſa de Chriſto Dño ſuo ſponſo ait: Ordinauit in me charitatem. i. per iuſtitiam charitate informatam totam vitam meam regulauit & ordinauit. Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti articulo. Triplici quidem ordine tota humanę vitę iuſtitia ordinatur. Primus ſeruandus eſt ad ſuperiores, ſecundus ad pares, tertius ad inferiores. E

Triplici ordine tota humana vita iuſtitia ordinatur.

Quomodo iuſtitia ordinanda eſt ad ſuperiores corporales, ſpirituales & temporales. Cap. 1.

F

Primus ad ſuperiores ſeruandus ē. Tria ſunt hominum genera ſuperiorum.

PRimus autem ordo iuſtitiæ ad ſuperiores ſeruandus eſt. Sicut.n. Apoſt.13.c.ad Ro. inquit: omnis poteſtas a Deo eſt, & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Tria hominum genera poſſunt dici ſuperiores & patres, quibus obedire debemus. Primi ſunt patres corporales, ſecundi ſunt patres ſpirituales, tertij vero patres temporales, ſm ꝙ tria i præſenti ſeculo habemus vel poſſidemus, ſ. corpus, animam & temporalem ſubſtantiam. Primo.n. obedire debemus ſuperioribus corporalibus. ſ. parentibus noſtris. Proinde Eccleſ.7.c. ſcriptum eſt: Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. memento, ꝙ non niſi per illos fuiſſes, ſm Alex. de Al. Filij tenentur parentibus obedire in omnibus ꝓbabiliter pertinentibus ad neceſſitatem, vel vtilitatem rei familiaris: & ad morum diſciplinam, & maximè in his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Et ſic intelligi habet verbũ Apoſt. ad Coloſ.3.c. cũ ait, Filij obedite parentibus veſtris in oĩbus, ſ. ſupradictis. Hugo de S. Vict. inſuper ait: Parentes noſtros honorare debemus obediẽdo eis in oĩbus, exceptis his in quibus patris Dei dilectio offendatur. Secũdo vero obedire debemus H ſuperioribus ſpiritualibus. i. his, quibus aiæ noſtræ in curã traditæ ſunt, ſicut ſunt Papa, epũs, parrochiæ ſacerdos, ꝑdicator atq; cõfeſſor, & alij cõſimiles illis. His inq obedire tenemur in oĩbus, quæ ad eorũ officium ſpectant, ſicut Apoſt. 13.c.ad Hebr. ait. Obedite præpoſitis & ſubiacete eis. ipſi.n. peruigilant. i. peruigilare tenẽtur, quaſi rõnem reddituri ꝓ animabus veſtris: vt cũ gaudio hoc faciãt, & nõ gemẽtes. Et iterũ Deuter. 17. ſcrip. eſt: Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio & decreto iudicis, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo ſuo, morieť homo ille. Tertio inſuper

obedire

A obedire debemus ſuperioribus temporalibus, id eſt dominis videlicet in his, quæ pertinent ad officium eorum. propterea ad Epheſ. 6. Apoſtolus ait: Serui obedite dominis veſtris carnalibus cū timore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto nō ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatē Dei ex animo cum bona voluntate, ſicut Domino, & non hominibus. Et iterum 1. Pet. 2. c. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiā diſcolis. hęc eſt enim gratia. Inter hos quoque connumerandi ſunt omnes officiales, B & omnia regimina omnium ciuitatum & patriarum, & quilibet habens officium ad rempublicam gubernandam.

Quomodo iuſtitia eſt ordinanda ad æquales, ſcilicet confratres, conciues, & coniuges. Cap. 2.

Secundus ſeruatur ad pares. Secundus quidem iuſtitiæ ordo ſeruandus eſt ad pares, ſeu æquales, & maxime per ſocialem conuerſationem cum eis. *Tria ſunt genera æqualium.* Tria poſſunt dici genera æqualium, cū quibus dulciter, & ſocialiter cōuerſandum eſt. Primi ſunt confratres, ſecundi conciues, tertij coniuges. Primi inquàm ſunt cōfratres. C *Cōfratres* Inter illos nempe ſit omnino conuerſatio, confidentia, vnanimitate, tractabilitate, affabilitate, & omni charitate, atq; dulcedine plena. Minores obſequantur maioribus fratribus ſuis, ac maiores minoribus condeſcendant. Inuicem diligant, inuicem conuerſentur, honore ſeinuicē præueniant, ſeinuicem in charitate ſupportent. Hmôi fratres taliter conuerſantes in ſpiritu Propheta contemplans congratulanter ait, Pſal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Secundi ſunt conciues. *Conciues* Inter quos licet quidam & ſāguine, & genere nobiliores ſint: D tamen inter cæteros humaniter, & dulciter conuerſentur. Qui ditiores ſunt ſubueniant neceſſitatem patientibus, præſtent mutuari volentibus, affabiles & domeſticos minoribus ſe oſtendant. Minores inquam honorent maiores, ſeruiant & obſequātur illis, & in omnibus reuerētiam deferant eis. Sicut enim inter conciues extinguūtur inuidię, ambitiones ſedātur, æmulationes cōualeſcere non valent, & inter illos gignitur & nutrit, & conſeruatur dulciſſimus amor: Et quidem minores maioribus, & maiores minoribus egent: ſicut in humano corpore membrum alteri membro neceſſarium eſt: E ſic in republica maiores ſine minoribus ſtare non poſſunt: nec etiam minores ſine maioribus. Proinde 12. c. ad Roma. Apoſtolus ait: Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra nō eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Tertij vero ſunt coniuges: *Coniuges.* inter quos mira dilectio eſſe debet, cū ſint duo in carne vna. Naturaliter enim, ſicut dicitur Epheſ. 5. Nemo vnquam carnē ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam. Et iterum in eodem cap. inquit: Qui diligit vxorem ſuam, ſeipſum diligit. ergo ſi ſeinuicem nō F diligunt, contra legem naturæ agunt. Sciendum tamen, quòd licet vir in regimine familiari coniugi ſuæ præſit: in re nihilominus coniugali omnino æquales ſunt, teſte Apoſtolo, qui 1. Corinth. 7. c. inquit: Mulier ſui corporis poteſtatēm non habet, ſed vir: ſimiliter & vir poteſtatem ſui corporis nō habet, ſed mulier. Ex his igitur patet, qualiter inter omnes tres præfatos ſocialis, & gratioſa conuerſatio ſeruāda eſt. Quæ quātum Deo, & hominibus grata ſit, Eccleſiaſt. 25. c. manifeſtat dicens: In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata, id eſt approbata coram Deo, & hominibus: cōcordia fratrum, amor proximorum, & vir & G mulier bene ſibi conſentientes. Ait enim, ſibi bene conſentientes, ad excludendum complacentiam inhoneſtam, quæ inter carnales coniuges eſſe ſolet.

Quomodo iuſtitia ordinanda eſt ad inferiores, vel filios corporales, ſpirituales, & temporales. Cap. 3.

Tertius iuſtitiæ ordo ad inferiores ſeruādus eſt. Tertius quoque iuſtitiæ ordo ad inferiores ſeruandus eſt. Sicut enim in principio huius articuli patet, tria ſunt genera ſuperiorum, ſeu patrum. Sic correlatiuè & conſequenter ſunt tria genera inferiorum, ſeu filiorum, quibus ipſi patres, & ſuperiores ſecundum iuſtitiam obligantur. *Tria ſunt genera inferiorum.* Primi ſunt filij corporales, ſecundi ſunt filij ſpirituales, tertij autem ſunt filij temporales. His ſiquidem filijs patres eorum ex debito charitatis obligantur ad tria. Primo ad inſtructionem, ſecundo ad correctionem, tertio ad punitionem. Primo enim filijs corporalibus patres eorum tenentur ad inſtructionem, ſ. bonorum morum. Eſt enim iuuentus

A iuuentus tenera, veluti vitis nouiter tranſplantata, quæ niſi recto ordine dirigatur, atque putetur, ſiluestrem naturam, & inutilem induit. Proinde Prouerbio.29. cap. ſcriptum eſt: Puer, qui dimittitur voluntati ſuæ confundet matrem ſuam. Et Eccleſiaſt.7.ad patrem ait: Filij tibi ſunt, erudi illos, & cura illos: Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus earum, & nō oſtendas faciem tuam hilarem ad illas. Secundo tenentur eis ad correctionem. Vnde Hebr.12. Apoſtolus ait: Quis eſt filius, quem non corripit pater? Dicitur enim a filos, quòd eſt amor: hoc eſt filiali amore dilectus. Tertio tenen-
B tur eis ad punitionem, vt quem a malis non corrigunt verba, duris verberibus arceatur. vera enim eſt ſentētia Salomonis, qui Prouerb. 22. inquit: Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eā. Et iterum 13.c.ait, Qui parcit virgæ od't filium ſuum. Et ne credant, quòd ſemper flagello vtendum ſit, aperte ſubiungit dicens, Qui autem diligit illum, inſtanter erudit. Nec ait inſtanter flagellat, & percutit, eo quòd plus ſunt filij erudiendi, q̄ verberibus flagellandi. Secundo vero ſpirituales filij ſunt etiam prædicto modo tripliciter dirigendi per patres ſpirituales. Pri-
C mo enim debent erudiri, ſecundo corrigi, tertio vero puniri. Primo enim debent ab eis erudiri, & doceri. Sicut enim diuerſi generis grex varijs cibis paſcitur, & nutritur: ſic ſpiritualis paſtor, & pater pro audientia auditorum doctrinam ſuam modificare tenetur, cum paruulis lacte opus ſit, & ſolido cibo grandæuis. Eſt enim populus, & regendarum animarum multitudo, ſicut animal ex multitudine diuerſorum animalium, volucrum, piſcium, reptilium compoſitum, & creatum: ad cuius nutritionem varia ei cibaria propinanda eſſent, iuxta varietatem eorum, de quibus compo-
D ſitum eſſet. Debet enim ſimplices docere Pater noſter, Credo. extra de vita, & honeſtate cler. vt quiſque. Similiter & Aue Maria, pro reuerentia matris Dei. Mediocres enim docendi ſunt ſeruare decem præcepta, & quinque eccleſiæ inſtituta. de quibus in præcedenti articulo, & 2. c. dictum eſt. Perfectiores vero ad alta Chriſti conſilia animandi ſunt. De talibus patribus Eccleſiaſt.16.ſcriptum eſt. Qui miſericordiam habet, docet & erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Secundo vero ſpirituales filij debent corr'gi, cum delinquunt. Cauendum eſt valde, ne correctio metas charitatis egrediatur, cum Eccleſiaſt. 11. c. dicat: Priuſquàm interroges, ne vituperes quenquàm: & cum interrogaueris, ſcilicet & verum eſſe compereris, corripe iuſte, id eſt ſecundum iuſtum ordinem charitatis, ſicut in ſequenti ſermone, artic. 2. atque cap. 2. apparebit. Tertio vero tales filij cum obſtinatè perſeuerare volunt in malis, puniendi ſunt, ſicut per Micheam 7. cap. paſtoribus Dominus ait: Paſce populum tuū in virga tua gregem hæreditatis tuæ, ſcilicet per ordinariam poteſtatem notorij criminoſi, & incorrigibiles compellendi ſunt, ſicut patet 6.q.1. illi, qui. Vbi ponuntur hac punitione digni omnes illi tranſgreſſores legis, de quibus Gala.5. Apoſtolus ait, Manifeſta autem ſunt opera carnis, &c. In quo cap. omnes carnales carnalem vitam ſectantes taliter puniendi enumerantur. Tertio debent filij & ſubiecti temporales in regimine temporali a dominis, & gubernatoribus ſuis etiam tripliciter gubernari. Primo inſtitutione, ſecundo manifeſtatione, tertio punitione. Primo inſtitutione, ſcilicet ſanctarum legum, & inſtitutorum, ſeu decretorum iuſtorum, quæ vel ipſi condiderunt, vel ab alijs condita ſeruāda per iuramentum, vel aliter inuiolabiliter ſuſceperunt. Caueant nihilominus, ne ſuper eos veniat illud, quod Eſa. 10. ſcriptum eſt. Væ qui condunt leges iniquas, ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Nec inſuper dicant, quod Sapientiæ 2. ſcriptum eſt, Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. Secundo debet a maioribus gubernari manifeſtatione, ſcilicet conditarum legum, videlicet per præconem, ſeu alio debito modo: vt caueant ignorantes, & timeant delinquentes, & tranſgreſſores. Proinde Ezechielis 3. c. cuilibet regenti dictum eſt: Si annunciaueris impio, & non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & a via ſua impia: ipſe quidem in impietate ſua morietur: tu autem animam tuam liberaſti. Tertio inſuper debet a maioribus gubernari, punitione videlicet cum delinquunt. Nam ſicut 4. de ciuitate Dei, & cap. 4. Auguſt. inquit: Amota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? Proinde obſeruare debent, qui regunt, ne a rectitudine iuſtitiæ aliqua impietate flectantur timore, vel ſpe, odio, vel amore. Nam ſicut 11. q. 3. c. quatuor, Iſidorus ait: Quatuor modis iudicium huma-

Filij in regimine tēporali a Dominis, debēt tripliciter gubernari.

E F G H

A humanum peruertitur. Timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus. Odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur. Amore, dum amico vel propinquo præſtare contendimus. propterea tales hortamur, Sapien. in 1. cap. dicens, Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

Articulus Tertius

De zelante iuſtitia circa veritatem, bonitatem, & ſinceritatem.

B

Tertia iuſtitia eſt perfecta.

Tertia iuſtitia, quæ Chriſtiano conueniens eſt: zelans & perfecta denominatur, quæ & zelus Domini nuncupatur, iuxta illud Pſal. 66. Zelus domus tuę comedit me. Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti articulo: vel thema poteſt eſſe illud Pſal. 72. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Eſt enim zelus verus, & iuſtus, quidam exardeſcens feruor pro eis, quæ ſunt conuenientia ſuo amori, & contra ea quæ ſunt contraria ſuo amato. ſecundum enim Archidiac. ſu-
C per Decre. Eſt enim zelus quidam feruor animi quo mens relicto humano timore pro defenſione veritatis accenditur. Eſt enim ſicut ignis, qui & quædam ſibi conformat, & quibuſdam ſibi contrarijs aduerſatur. Et tunc quidem eſt diuinus & ſanctus, quando ipſe amor eſt diuinus & iuſtus. Et tunc feruor, ſeu accenſio ex condeſcentia ſine ira per vitium, quamuis cum ira per zelum eſt, & ſecundum Dei inſtinctum & beneplacitum mẽſuratus, ita quòd non fertur ad aliquid, vel contra aliquem, niſi pro Deo & ſecundum Deum, vel pro quanto eſt contrarius Deo: multa tamen
D apparent hominibus debitam menſuram excedere, quæ ſunt menſuratiſſima apud Deum: hanc autem zelantem iuſtitiam tunc homo perfecte habet, cum triplicem zelum corde, ore, & opere perfectè implet & feruat. Primus eſt zelus veritatis, ſecundus eſt zelus bonitatis, tertius eſt zelus ſinceritatis. Hi tres pertinent ad tres animæ partes. primus ad rationalem, ſecundus ad concupiſcibilem, tertius ad iraſcibilem pertinere probatur. Et hunc triplicem zelum oſtendit ſe Chriſtus habere in templi purgatione, Matthæi 21. & Ioann. 2.

Triplex Zelus.

Quomodo zelanda eſt veritas cordis, oris, & operis. Cap. 1. E

Primus eſt Zelus veritatis.

Primus quidem eſt zelus veritatis. Hic quidem eſt corde, ore, & opere omni veritati zelanter aſſentire. Primum fit per veritatis dilectionem, ſecundum per veritatis confeſſionem, tertium per veritatis adhæſionem. Primo quidem omni veritati aſſentiendum eſt corde, quod fit per veritatis dilectionem. Nempe Deus veritas eſt, & veritas veritatum, ſicut Ioan. 14. de ſe teſtatur, dicens: Ego ſum via, veritas & vita. Qui igitur corde non aſſentit ei, quam nouerit veritati, Deo aduerſatur, & eius F
aduerſarius comprobatur, cum omnis veritas ſit quædam lux diuina, ſeu quædam participatio lucis diuinæ: quæ maxime elatis mentis oculis contraria eſt. Sicut enim ſcabioſus abhorret raſorem, fur lucem, adultera maritum, & freneticus ligamentum: ſic elatus ſpiritus veritatem. Hinc Gregor. ait: Tumor mentis obſtaculum eſt veritatis. Licet igitur veritas contra te militet, licet vndique te impugnet, noli tamen diſſentire ab ea: noli pugnare cum ea, ne tibi dicatur, ſicut Act. 9. cap. Paulo dictum eſt, Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et iterum Propheta inquit: Dili- G
gite Dominum omnes Sancti eius, quoniã veritatem requiret Dominus, ſcilicet ſi per complacentiam ſit in corde: & retribuet Dominus abundãter facientibus ſuperbiã, id eſt per ſuperbiam rebellantibus veritati. Secundo omni veritati aſſentiendum eſt ore, quod fit per veritatis confeſſionem. Cum enim Deus radicauerit linguam noſtram in corde, apertius demonſtrauit, ꝙ non ſolum a nobis requirit veritatem in corde, ſed etiam in ſermone. proinde Propheta deſcribens virũ iuſtum Domino benegratum, ait: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua H
ſua. Licet tamen quandoque tacere veritatem, quando niſi ſcandalum oriretur. Contra veritatem dicere nefas eſt. hæc duo Propheta inſinuat cum ait, Qui non egit dolum in lingua ſua. Et non inquit, Qui loquitur veritatem in lingua ſua, vt aperte inſinuaret, quòd videlicet liceat quandoque veritatem tacere, tamen nunquàm licet verba contra veritatem venire, quod eſſet dolum agere in lingua ſua. Magna igitur fatuitas eſt contra veritatem pugnare verbis, cum Prouerbio. 12. ſcriptum ſit: Labium

Corde.

Ore.

A Labium veritatis firmũm erit in perpetuũ. propterea Eccleſiaſt. 4. admonet Dominus dicens: Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Contra quod facere ſolet quælibet mens criminoſa, & maximè carnalis, atque laſciua, ſicut in ſecunda epiſtola, & 2. cap. Beatus Petrus teſtatur dicens. Multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphematur, ſcilicet ore. Tertio

Opere. omni veritati aſſentiẽdum eſt opere, quod fit per veritatis tẽtionem, vel adhæſionem. Si enim veritati cordis, & oris veritas operis non conformatur: vtique deficiens, & infirma veritas eſt, atque fallax hypocriſis.

B Si autem cum eis conformis eſt vera charitas, quæ omnis perfectæ iuſtitiæ forma eſt, continue ſuſcipit incrementum. propterea Epheſ. 4. Apoſtolus ait: Veritatem autem facientis, ſcilicet opere: in charitate creſcamus. Huic veritati detractio aduerſatur. Proinde ſi tuum bonum in veritate factum ad tempus a multis non capiatur, nec bonum extimatur, vel a multis detrahatur, conſtanter age, quia tandem in fine veritas patefiet, & bonum vtique cognoſcetur, ſicut Eccleſiaſt. 27. cap. atteſtatur dicens. Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt: & veritas ad illos, qui operantur illam reuertetur.

C Aduertendum eſt tamen, quòd licet omni veritati tripliciter, ſicut prædictum eſt, aſſentiendum ſit: tamen triplici excellentiori veritati excellentiori modo adhærendum eſt.

Tripliri excellẽtiori veritati excellẽtiori modo adhærendũ eſt.

Prima eſt veritas iuſtitiæ, ſecunda eſt veritas doctrinæ, tertia eſt veritas vitæ. Diſtinguuntur autem hæ tres veritates ſecundum tres animæ vires. Nam veritas iuſtitiæ iraſcibilem compeſcit a malo, veritas doctrinæ rationalem informat ad bonum, veritas vero vitæ concupiſcibilem ordinat ad bonum. Contra hanc triplicem veritatẽ mundi, & dæmonum ſcandala aduerſantur, & vt eam confundant, &

D a cordibus hominum auellatur: militant cõtra eam vndique ſcandala ſuſcitando. Proinde aduertendum eſt, quòd ſicut dicitur extra de reg. iur. in cap. qui ſcandalizauerit. Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. Et ex hoc patet, quòd cõtra has veritates ex nulla cauſa, nec propter aliquod ſcandalum euitandum aliquo modo veniendum eſt. Prima eſt veritas iuſtitiæ, quæ in iudicibus, & iudicantibus eſſe debet, qui in tantum debet dare ſententias veras & iuſtas, quòd pro nullius ſcandalo debet falſam ſententiam promulgare. Nec inſuper intermittere debet eam pro alterius ſcandalo paſſiuo euitando: niſi E illa iuſtitia diſpenſabilis ſit, & variè moderabilis, vel ſimpliciter, vel ad tempus: verbi cauſa, ſecundum Tho. Cum pœnarum inflictio in tãtum habeat iuſtitiæ rationem, in quantum per eas crimina prohibentur: ſi per inflictionem pœnarum manifeſtè apparet plura, & grauiora peccata ſequi: tunc pœnarum inflictio minimè ſub iuſtitia cõtinetur: & in tali caſu a peccati punitione ceſſandum eſt, ſecundum ſententiam Auguſt. Secunda eſt veritas doctrinæ. Circa quam aduertendum eſt, quòd in doctrina duo conſideranda ſunt.

In doctrina ſunt duo conſideranda.

Primum eſt veritas, quæ docetur. ſecundum ipſe actus docendi. F Primum eſt de neceſſitate ſalutis, ſcilicet vt nemo doceat contrarium veritati, ſed veritatem ſecundum congruentiam temporis & perſonarum proponat is, cui docendi officium incumbit, ita tamen quòd propter nullum ſcandalum quod ſequitur, debet homo vllo modo prætermiſſa veritate falſitatem docere. Secundum vero quod eſt ipſe actus docendi, inter eleemoſinas ſpirituales numerandum eſt, & ideo pro loco & tempore a tali veritatis actu homo ceſſare poteſt & debet, vt ſcandalum euitetur, niſi in tribus caſibus. Primo enim non ceſſandum eſt, vbi imminet periculum G communis erroris, niſi ante veritas doceatur. ſecundo autem non eſt ceſſandum, vbi ex hoc notabilis profectus finaliter ſperatur electis. tertio inſuper ceſſandum non eſt, vbi notabile ſalutis damnum ex ipſa taciturnitate ipſis electis veriſimiliter timeatur. Tertia vero eſt veritas vitæ, quæ quidem nihil aliud eſt, quàm quędam adæquatio conuerſationis, vel vitæ ad regulas rectè viuendi, id eſt, ad diuinam legem, ſecũdum quòd eſt de neceſſitate ſalutis. Et talis veritas pro nullius ſcandalo dimittẽda eſt, reſpectu tamen conſiliorum, & ſupererogationum euangelicæ perfectionis non eſt H ſimpliciter deſerenda. Sed diſtinguendum eſt, ſecundum Tho. & Alexan. de Ales: quia aut tale ſcandalum oritur ex malitia, aut ex ignorantia. Primo modo oriri poteſt ex malitia, videlicet quando aliqui impedire volunt talia bona, ſcilicet ſcandalum ſuſcitando, vel concitando. Et hoc eſt ſcandalum Phariſæorum, qui de doctrina Chriſti ſcandalizabantur. quod Dominus Matthæi 15. manifeſtè docuit contemnendum. Secundo modo autem poteſt oriri ſcandalum ex infirmitate, aut ignorantia: & hoc eſt ſcandalũ puſillorum, propter quod ſpiritualia

A rituali≈ opera, aliquando ſunt occultanda,
aliquando autem differenda, vbi periculum
non imminet, quouſque reddita ratione ta-
le ſcãdalum ceſſet. Si autem poſt redditam
rationem duraret, iam aperte apparet quòd
qui ſcandalum ſumit, non ex ignorantia,
ſed ex malitia ſumat.

Quam zelanter corde, ore, & opere omni bono fauendum eſt. Cap. 2.

Secũdus eſt Zelus bonitatis.

SEcundus eſt zelus bonitatis: hoc eſt
corde, ore, & opere omni bonitati
zelanter fauere. Primo enim homo
Corde. iuſtus corde cuilibet bono fauet, quod fit
B per cordis gaudium, & congratulationem
de quolibet bono opere, vnde diuinus
honor accreſcat. Inſuper cum delectatur
de proximi ſui profectu, & lucro, ſiue
ſit ſpirituale, ſiue corporale, ſeu etiam
temporale; ſicut de omnibus ſupradictis
lætabantur nato Domini præcurſore vici-
ni, atque cognati Eliſabeth, & congratu-
labantur ei, quia magnificauit Dominus
miſericordiam ſuam cum illa, ſicut Lucæ
2. cap. patet. Idem ſeruauit Apoſtolus, qui
Philip. 2. c. ait, Congratulor omnibus vo-
C bis. Tali congratulationi inuidia aduerſa-
tur. Nempe nemo bonus, niſi ſolus Deus,
ſicut Dominus Lucæ 18. teſtatur: nec quiſ-
quàm bonus eſſe poteſt, niſi participatio-
ne illius boni. Si igitur propter dominũ ti-
bi placent boni, & bona: tibi vtique placet
Deus, & tu illi. At econtra. Cui per in-
uidiam non placent iuſti, & iuſta: nec eiſ-
dem placet Deus, nec ipſi grati poſſunt eſ-
ſe Deo. Proinde Iob 5. c. ait, Paruulum oc-
cidit inuidia. Secundo autem perfecte iu-
Ore. ſtus ore cuilibet bono conſtanter fauere
debet, atque zelanter, quod maxime per
exhortationem, & ſermonis fauorem fie-
ri habet. Sed quia ex abundantia cordis os
loquitur, ſicut Dominus Lucæ 6. ait: con-
D ſequens eſt, vt cui bona placent in corde,
idem quoque atteſtatur fauorabiliter ore.
Tales vtique in conſilijs reipublicę præpo-
nunt iuſta, commendant recta, laudant pia,
& quæ pacis, & charitatis ſunt ſemper per-
ſuadere procurant: cõſolantur mæſtos, de-
fendunt viduas, iuuant pupillos, tuentur
innocuos, religiones commendant, & om-
ni bonæ voluntati ſermonibus ſuis auxiliũ
præſtant. Denique de lingua talium Eccleſ.
6. c. ſcriptũ eſt: Lingua eucharis, i. gratioſa
in bono homine abundabit. Huic veritati
aduerſatur malignitas hominum impiorũ,
qui linguis ſuis doloſè agunt cõtra inſon- E
tes iniuſtitiam loquentes. Tertio vero per-
fectę iuſtitiæ eſt zelanter opere omni bo- *& Opere.*
nitati fauere, quod vtique fit per boni ope-
ris executionem, vt bonitatem quam cor
diligit, & lingua commendat, omni dili-
gentia perficiat opus. Proinde talis iuſtus
Eccleſiaſt. 51. cap. zelanter, & confidenter
ait: Zelatus ſum bonum, & non confun-
dar. Et iterum Galat. 6. cap. Apoſtolus ait,
ſe & alios iuſtos ad hoc exhortãs: Dum tẽ-
pus habemus, operemur bonum ad om-
nes: maxime autem ad domeſticos fidei.
Huic operoſo zelo aduerſatur perſecutio
iniquorum, qui vt dicitur Iſa. 5. dicunt bo-
num malum, & malum bonum, ſcilicet vt F
excuſent, & defendant ſua mala, & con-
fundant aliena bona. Regula vtique iuris
eſt, extra de iniur. & dam. da. in c. ſi culpa:
ꝙ qui occaſionem damni dat, damnum de-
diſſe videtur. In tantum, ꝙ qui ad damnum
dedit efficacem occaſionem, non ſolum in-
currit culpæ demeritum, verum etiam dam
num exinde datum ſatisfacere obligatur. Si
igitur tantum poteſt iniquitas in fauorem
mali: quare non in meritum, & lucrum tan-
tum proficit charitas in fauorem boni?

Quòd zelanter corde, ore, & opere omni malitiæ aduerſandum eſt. Cap. 3. G

TErtius quidem zelus eſt ſinceritatis: *Tertius*
hoc eſt corde, ore, & opere zelan- *eſt ſince-*
ter omni malitiæ aduerſari, & ob- *ritatis.*
uiare. Primo enim omni malitiæ aduerſan-
dum eſt, ſeu obuiandum corde, ſ. per mali- *Corde.*
tiæ abominationẽ. Bonæ quippe conſcien-
tiæ inditiũ eſt vitia abhorrere & crimina.
Nec poteſt eſſe iuſtus, cui non diſplicẽt ma
la. Vnde ſcriptum eſt per Prophetã, Iniqui-
tatem odio habui, & abominatus ſum. Et
iterum 86. diſt. in cap. facientis. dicitur: Pri-
mus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefan-
da, & latum pandit delinquentibus adi- H
tum, qui iungit cum prauitate conſenſum.
Secundo quoq; omni malitiæ obuiandum
eſt ore, ſcilicet per contradictionẽm. Mat- *Ore.*
thæi enim 12. c. Dominus ait: Bonus homo
de bono theſauro cordis ſui profert bona.
Bonus quippe theſaurus boni cordis ẽ vir-
tutum zelus, qui mala abhorret. De tali
autem theſauro bonus, & iuſtus homo
tunc profert bona, quando mala quæ ze-
lanter odit corde, ore increpat, & repre-
hendit. Hinc de tacentibus, & vitia non ar-
guẽtibus ſcriptum eſt in prædicto c. facien-
tis.

A tis. Facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Et ſubditur. Probat ſe odiſſe vitia, qui condemnat errantes. Et 4. Reg. 7. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vſque mane. ſequitur, Sceleris arguemur. Et Hiere. 51. cap. Nolite tacere ſuper iniquitatem. Tertio inſuper omni malitiæ obuiandum eſt opere, ſcilicet per oppoſitionem. Scriptum eſt enim in præallegato cap. facientis. Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa, & negligere cum tu poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere. Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultę, qui manifeſto facinori definit obuiare. Et ſubditur: Nec relinquet ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et diſtin. 83. cap. error, ſcriptum eſt: Error, cui non reſiſtitur, approbatur. Ex his, quæ dicta ſunt, patet quæ ſit iuſtitia integra, ordinata, atque in zelo Dei perfecta: quas plenius imitari, & perfectiſſime adimplere cō cedat nobis ſummus zelator omnium bonorum, atq; iuſtorum, & Rex omnium ſeculorum Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritusſancto in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

& Opere

B

C

De Chriſtiana pietate, quæ triplex eſt.

Sermo III.

Obrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, et aduētū gloriæ magni Dei. Iterū vbi ſupra. Vltimo poſt iā dicta de pietate Chriſtiana nunc eſt dicendum, cum Apoſtolus ſubdat, Et piè viuamus in hoc ſeculo. Hæc pietas tertia eſt virtus, in qua conſiſtit Chriſtiana vita. Et ad hanc hortatur Apoſtolus quemlibet Chriſtianum. 1. Timot. 4. inquiens Timotheo: Exerce teipſum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum, i. ad aliquid vtilis eſt. Pietas autem ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nūc eſt, pariter & futuræ. Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti materia de pietate. Magna igitur, & mirabilis virtus eſt pietas: quę præſentis pariter & futuræ vitæ promiſſionem meretur. Vt autem omnes animentur ad pietatē, & induere ſtudeant viſcera eius, triplicem pietatem diſtinguere neceſſe eſt. Prima dicitur diuinalis, ſecunda dicitur ſpiritualis, tertia dicitur corporalis. In his tribus comprehēditur omnis meritoria pietas Chriſtianæ vitæ.

Tertia virtus eſt Pietas.

D

Qua.

Triplex eſt.

ARTICVLVS PRIMVS. E

Quòd per tria opera pij efficimur.

Rima inquam dicitur pietas diuinalis, & in ea comprehenditur omnis diuinus cultus. Attendendum eſt tamē, quòd tria ſunt maxime opera, per quæ cor humanum erga Deum efficitur pium: totumq; impletur dulcedine eius, ſi modo debito frequentetur. Primum opus eſt oratio, ſecundum confeſſio, tertium communio. Primum eſt opus principaliter cordis, ſecundum oris, & tertium operis. Per primum talis pietas generatur, per ſecundum augmentatur, per tertium conſummatur.

Prima eſt Pietas diuinalis.

Tria opera, per quæ cor humanum efficitur pium erga Deū

F

Quòd oratio ſancta per tria cor pium efficit erga Deum. Cap. 1.

Rimum opus diuinalis pietatis oratio dicta eſt, vel dici poteſt, quæ principaliter fit in corde, & per eam Dei pietas in anima generatur. Tria autem ſunt, quę piam & efficacem orationem efficiunt apud Deum. Primo ſi eſt attenta ſeu ſenſata, ſecundo ſi eſt deuota, tertio ſi ſit cum reuerentia. Primo enim oratio debet eſſe attenta, ſeu ſenſata. Dicitur enim oratio, ſecundum Bern. quaſi oris ratio, eo ꝙ cum attenta ratione fieri debet, cum homo loquatur Deo. Sine hac rationis attentione oratio omnino ineſficax eſt. Proinde 1. Corinth. 14. Apoſtolus ait. Si orem lingua, ſ. tantum, mens autem mea ſine fructu eſt. Triplex tamen eſt in oratione attentio procuranda. Prima ad verbum, ſecunda ad ſenſum, tertia ad obiectum. Prima attētio procuranda eſt ad verbum, i. ad vocalem prolationem, & formationem verborum, ſ. ne in eis homo aliquo modo erret, maxime corrupte proferēdo ſanctiſſima verba ſcripturæ ſacræ. Secunda attentio debet eſſe ad verborum ſenſum, quæ in oratione proferimus. Eſt enim litera ſacrorum verborū quodammodo Dei carcer, ſicut in nobis corpus eſt quaſi carcer animæ noſtræ. Cum. n. illius verba per Spiritum ſanctū prolata ſint, magna in eis virtus abſcondita cōtinetur, & cōſeruatur. & ideo cum magna reuerentia tractāda ſunt, ſemperq; exorandus eſt Deus, vt dignetur verbi intellectū aperire, & imprimere ſenſum eius cordibus noſtris. Tertia attentio debet eē ad obiectū, i. ad Deū, quē oramus, &

Primum opus eſt oratio, & tria requirit.

G

Primo.

Triplex attētio in oratione.

H

A & laudamus, & etiam ad rem, pro qua oramus. Bona quidem eſt attentio prima, melior eſt ſecunda, tertia optima reputatur. Prima attentio quærenda eſt propter ſecundam, & ſecunda propter tertiam. Et ſi omnes non poſſunt haberi ſimul, ſemper potior præponenda eſt: quia ea quæ ſunt ad finem, non debent impedire finem: magis autem promouere. Et quanto finis eſt melior, & principalior, tanto in ipſum tendere melius, ac rectius extimatur. Denique per hanc triplicem attentionem oratio noſtra efficitur fructuoſa. Sine illis autem erimus de numero eorum, de quibus Mat. 15.

B *Secundo.* Dominus ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Secundo autem oratio noſtra debet eſſe deuota, id eſt feruens, & affectuoſa. Eſt enim orationis deuotio, ſiue affectio, ille clamoroſus affectus, quem aſcẽdere ad Deum quotidie poſtulamus, cum dicimus; Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Hinc Bern. ſuper Qui habitat, inquit: In Dei auribus deſideriũ vehemẽs, clamor eſt magnus: remiſſa autem intentio, vox ſubmiſſa eſt. Ad cordis enim vocem, potius quam corporis adhibet aures

C eius. Proinde debet eſſe oratio noſtra quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne, vt dicitur Eccleſiaſt. 50. Eſt quidem oratio noſtra quaſi ignis effulgens per euigilatam attentionem, & quaſi thus ardens in igne per deſideroſam affectionem. Et hæc eſt oratio, quæ grata aſcendit coram Domino maieſtatis. In cuius myſterium, Iudicum 13. c. ſcriptum eſt, ꝙ Manue pater Sanſonis cum obtuliſſet ſacrificium, ſcilicet hædũ: & aſcendiſſet flamma ignis de altari in cœlũ, Angelus Domini ſimul cum flamma aſcendit. vt miſtice innuatur, ꝙ orationes igne ardentis deſiderij, affectionis, & deuotionis accenſas Angeli coram Domino repręſentant, de tepidis non curãtes.

D *Tertio.* Tertio debet oratio fieri cum reuerentia. Reuerentia enim, i. humilitas exterior, & interior omnino exaudibilem reddit orationem, ſicut Eccleſiaſt. 35. ſcriptum eſt: Oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur: & nõ diſcedet, donec altiſſimus aſpiciat, & Dominus nõ elõgabit. Et iterum Propheta ait, Reſpexit in oratione humiliũ, & nõ ſpreuit preces eorum. Ex hac triplici orationis conditione tres fructus ſubſequuntur ipſius orationis. *Tres fructus orationis.* Primus eſt illuminatio, ſecundus eſt inflammatio, tertius humiliatio. Primus pertinet ad intellectum, ſecũdus ad affectum, tertius

E ad memoriam. Primus eſt illuminatio, qui oritur ex orationis attentione. Illuminatur aũt homo ad cognitionem Dei & ſui. Hinc Bern. ad Fratres de mõte Dei ait, Oratio illuminat, & confortat. Secundus fructus eſt inflãmatio, qui oritur ex deuotione. Inflammatur enim mẽs ex illa ad Dei amorem, & proximi dilectionem. In cuius myſterium 4. Reg. cap. 1. deſcendit ignis de cœlo ad orationẽ Heliæ. Tertius fructus humiliatio nominatur, inclinans hoiem ad ſui odiũ, & contemptũ: & hic ex humili reuerentia ortum habet. Hinc Propheta ait: Humiliabam

F in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur, ſcilicet ad perficiendum duo prædicta in me: vel ad perfectam mei cognitionem.

Quòd per veram confeſſionem mens erga Deum efficitur pia. Cap. 2.

A Secundum diuinæ pietatis opus, per quod diuina pietas in anima augmentatur, cõfeſſio dici poteſt: quæ quidem ore profertur. *Secundũ opus eſt confeſſio.* Iam autem ex oratione, vt ex præcedẽtibus patet, intellectu illuminato, affectu dulcorato, & ſpiritu humiliato, ex

G munere Dei naſcitur contritio vera, cũ qua fieri habet cõfeſſio grata Deo. Emollitur. n. per cõfeſſionẽ cor erga dilectionẽ, ac dulcedinẽ Dei, cũ anima penſat, quæ & quanta ſibi fecerit Deus. Vt aũt per cõfeſſionẽ creſcat hæc pietas, tria neceſſario hẽre debet. Primo præparationẽ, ſecundo diſcretionẽ, tertio integrationem. Primo inquam debet hẽre pręparationẽ, iuxta illud Eſa. 38. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. In quibus verbis triplex præparatio confeſſionis manifeſtè oſtenditur. Prima eſt recogitatio, ſecunda eſt recordatio, tertia amaricatio. Prima præparatio, recogitatio dicta eſt: quia ad Dñm Eſa. ait: Recogitabo tibi, i. tanquam aſſiſtens tibi, qui omnia noſti in mente cogitando, & recogitando reuoluam, quæ cõtra maieſtatem tuã commiſi. *Hæc pietas tria debet habere. Primo eſt præparatio.* Secunda præparatio, recordatio dici debet, quæ maxime ex recogitatione originem habet. *Triplex ꝑparatio.* Quis enim ſuorum multitudinis peccatorum reminiſcẽtiam habere poteſt, niſi præuia recogitatione illa perquirat? Sed vt modus facilius habeatur reminiſcẽdi, Eſa. ſubdit, Omnes annos meos. *Plures modi ad reminiſcẽdũ numerum peccatorum.* Plures ſunt vtique modi ingenioſi, quibus facilius reminiſci poſſumus peccatorũ noſtrorum. Primus modus eſt diligenter diſcutere

A ſcutere præteritam vitam noſtram ſecũdum diuerſas ætates, ſcilicet pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis, virilitatis, ſenectutis. Secundus modus eſt cõſiderare noſtros diuerſos ſtatus, ſcilicet virginalem, matrimonialem, & vidualem. Tertius eſt diſcutere noſtras diuerſas fortunas, videlicet proſperitatis, & aduerſitatis, ſanitatis, & infirmitatis. Quartus modus eſt penſare diuerſa noſtra exercitia, vel officia, quæ in vita noſtra exercitauimus. Quintus eſt examinare diuerſas ſocietates, cum quibus conuerſati ſumus. Sextus eſt recogitare diuerſa loca, ciuitates, villas, caſtra & domos, in B quibus fuimus. Septimus eſt ponderare varias culpas, quibus Deum offendimus, corde conſentiendo, ore loquẽdo, & opere adimplendo. Tertia præparatio amaricatio nominatur. hæc amaritudo vera contritio eſt, ſine qua confeſſio non ſufficit ad ſalutem. Et de illa Iſa. ſubdit, In amaritudine animæ meæ. Et in eodem cap. in perſona pœnitentis animæ idem ait, Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara quidem ex æternis ſupplicijs, quæ iam merui: Amarior autẽ ex æternis gaudijs, quæ amiſi: Sed amariſſima ex grauiſſimis culpis, quibus Deum offendi. Secundo autem cõ- C feſſio debet habere diſcretionem, & maxime in eligendo confeſſorem timentem, atque peritum. Nam ſicut Dominus Matt. 15. cap. ait: Cęcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Sumat quoque diſcretum confitendi tempus, finem vltimum Quadrageſimæ non expectans, ne cras, cras, cras: hoc eſt coruina voce decipiatur. Diſcretione quoque vtatur in modo confitendi peccata leuia leuiter, grauia grauiter, ac grauiſſima amariſſimè confitendo. Tertio quoque confeſſio debet habere integritatem. Quid enim prodeſt, ſi tota cuſtodiatur ciuitas, & ſolum vnum fo- D ramen hoſtibus relinquatur? Proinde Prouerb. 28. ſcriptum eſt: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Quandiu enim in vulnere ferrum eſt, vnguenta non proſunt. Sic & confeſſio, ſi integra non eſt: ſed aliquod mortale ex malitia, ſeu ex negligentia reſeruatur, ſalutem non præſtat.

Quòd per deuotam communionem mens pia efficitur erga Deum. E
Cap. 3.

Tertium opus eſt ſacra communio.

TErtium diuinalis pietatis opus, id eſt per quod mens humana erga Deum efficitur pia: ſacra communio eſt, quę quidem effectu & opere adimpletur. Sicut enim iam viſum eſt, oratio mentem diſponit ad veram confeſſionem: Confeſſio vero purificat, & decorat animam coram Deo, dicente Propheta: Confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento. Spiritu igitur ſic decorato, & mundato, Domino miſericorditer concedente, F ad illud conſummatũ pietatis opus, atque dulciſſimum guſtum diuini amoris iam meretur admitti, quod fit in deuota ſumptione ſanctiſſimi Sacramenti. Tripliciter tamẽ ſumi ſolet cibus huiuſmodi amoris, atq; dulcoris. Primo ſolum ſacramentaliter, ſecũdo ſolũ ſpiritualiter, tertio vtroq; modo, ſ. ſacramẽtaliter & ſpiritualiter. Primo enim ſolũ ſacramẽtaliter ſumitur, cum homo in mortali culpa exiſtẽs corpus Chriſti verũ realiter ſub ſpecie panis & vini cõtentum ſuſcipit ſolummodo ore carnis, qđ quidem maxime cũ ſcienter fit terribile ſacrilegium eſt. Quis non extimaret horrendum, G ſi tantum ſacramentũ proijceretur in lutũ? Quanto igitur ſceleratius, & deterius eſt ipſum proijcere in cloacam conſcientiæ cauteriatę, & in ventrem, & in mentẽ hois peccatoris? Audiant huiuſmodi criminoſi, Apoſtoli ſententiã, qui 1. Corinth. 11. c. ait: Probet aũt ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Secundo vero ſolum ſpiritualiter mãducatur. Habet hæc ſpiritualis manducatio quodammodo in ſe duo. Primo maſticationem, ſecundo incorporationẽ. Primo enim H maſticatio ẽ recogitatio cibi, i. carnis Chriſti, qui eſt panis vitæ, qui de cœlo deſcẽdit. Et huiuſmodi eſt panis, quem ſumimus: qui vtiq; in vtero ſãctiſſimæ Virginis manu Spiritusſancti formatus, & in ara precioſiſſimę crucis per incendium amoris ardentiſſimæ charitatis, & acerbiſſimę paſſionis pro noſtra redemptione decoctus eſt. Secundo vero habet incorporationẽ, quæ ex tali recogitatione conſurgit, dum cogitans amorem Ieſu Chriſti reficitur, cui ex charitate coniungitur, eique magis ac magis aſſimilatur, & incorporatur, ſicut Ioan. 6. Dominus ait: Qui

Tripliciter ſumi ſolet cibus huiuſmodi amoris.

A Qui manducat meam carnem & bibit meũ ſanguinem, in me manet & ego in illo. Et de conſe. diſt. 2. quid eſt. Fit aũt hæc mãducatio ſpiritualis per modum meriti: ſcilicet credendo & deſiderando ſumere hoc ſacramentum, quia per tale deſiderium atque fidem anima Chriſto & eccleſiæ incorporatur: & hoc modo ſumitur ſpiritualiter manducare tantum, quod quidem ſine ſacramẽti ſuſceptione poteſt alicui prouenire: verbi cauſa, Cum exiſtens in gratia deuotè audit miſſam, tamen ſacramentaliter non ſuſcipit corpus Chriſti, ſed deſiderat ſumere B illud: tunc vtique dici poteſt ꝙ illud ſpiritualiter ſumit. Tertio etiam modo fit hæc manducatio ſacramentaliter & ſpiritualiter: videlicet credendo & percipiendo corpus Chriſti. Et ad hunc tertium modum ſumendi ſemel in anno quilibet obligatur, ſicut ſupra in præcedenti ſermone, articulo 1. & c. ſecundo, dictum eſt. Dignè ergo ſumere corpus Chriſti duobus prædictis modis, ſcilicet ſpiritualiter & ſacramentaliter, ſeu tantum ſpiritualiter, eſt ad diuinam pietatem ſe accendere & cum Chriſto, non dico de nouo vnire, ſed per C gratiam vnitos, plus vnire. Ex iam dictis apparet, ꝙ horum trium hominum aſſumẽtium dominicum ſacramentum, primi mãducando non manducant, ſecundi nõ mãducando manducant, tertij vero manducando manducant.

Articvlvs Secvndvs.

De ſpirituali pietate ad animas & de triplici principali opere eius.

Secunda pietas eſt ſpũalis & h' pietatis triplex eſt opus.

SEcunda vero pietas ſpiritualis eſt dicta, quæ zelum animarum parit. Triplex eſt etiam huius pietatis opus. Primum fit corde, ſecundum ore, tertium opere.

D *Quomodo adiuuandæ ſunt animæ proximorum per frequentiam orationum.* Cap. 1.

Primũ fit corde.

PRimum huius pietatis ſpiritualis opus, fit corde adiuuando proximorum animas orationum frequentia. Eſt enim oratio eleuatio mentis in Deum. Ad quod myſticè edocendum, Io. 11. Chriſtus eleuatis oculis pro Lazari ſuſcitatione patrẽ exorauit, vt myſticè demõſtraret, ꝙ oratio nihil aliud eſt q̃ mentalium oculorum eleuatio ad ipſum Deum. E Hi nempe oculi pro triplici hominum genere piè ad Deum erigendi ſunt. Primo ꝓ mortuis, ſecundo pro iuſtis, tertio pro iniuſtis & impijs. Primo pro mortuis, quibus maxima pietas impendenda eſt: tũ quia ꝑ ſpem iam ſunt beati, tum quia inenarrabilibus afflictionibus ſunt cruciati. Proinde 2. Macha. 12. ſcriptum eſt: Sancta & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. Sãcta, hoc eſt pie orantib9, & ſalubris mortuis, pro quibus orõnes fiunt. Secundo quidem piè orandũ eſt ꝓ iuſtis, ſ. vt in Dei gratia creſcant & finaliter F perſeuerent. Ad hoc hortat̃ beatus Iacobus in vlt. c. dicens, Orate pro inuicem vt ſaluemini. Tertio quoq; piè erigendi ſunt oculi ad ſummũ Deum pro peccatoribus atque pro quibuſcunq; infidelibus orationẽ fundendo, ꝙ non aſpectis eorum iniquitatibus dignetur eos illuminare & reuocare omnes deuios ad gratiam ſuam. Et quamuis obſtante impietate eorum talis eis gratia non daretur, orantis tamen pietas non erit inanis, ſicut in huius perſona propheta inqnit, Oratio mea in ſinu meo conuertetnr. G

De triplici bono opere ſpiritualis pietatis Chriſtianorum. Cap. 2.

Secũdum fit ore.

SEcundum opus pium ad animas proximorum, eſt opus oris, illis ſubueniendo vtilitate ſermonis. Tria quidem ſunt bona oris, quæ piè animabus proximorum ſunt communicanda. Primum eſt docere, ſecundum eſt conſulere, tertium eſt corrigere. Primum bonum eſt docere, videlicet ignorantes. Quod quidem fit, cum eos docemus fidem & bonos mores in viam Dei, ſicut Eccleſi. 18. H ſcriptum eſt. Qui miſericordiam habet, docet & erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Quod autem docere neceſſe ſit, oſtenditur Sapient. 8. vbi dicitur: Sobrietatem & prudentiam docet & iuſtitiam & virtutem, quibus in vita nihil vtilius eſt hominibus. In vita ſcilicet morali, quia videlicet quaſi omnes virtutes cardinales cõpræhenduntur in eis. Secundum bonum eſt conſulere: ſcilicet dubitanti & neſcienti eligere vera & iuſta. Proinde Prouerb. 11. c. ſcriptum eſt: Erit ſalus, vbi multa conſilia. Vt apertius innuatur, quod vbi

Tria ſunt bona oris.

Docere.

Cõſulere.

A multa conſilia ſunt non tantum ex parte il la recipientis, verum etiam ex parte illa communicantis, ſalus æterna multiplicatur. Contra quod facere dinoſcuntur ipſi docti & ſapientes, qui errantes per deuia corrigere, aut dirigere non curant, aut animabus ſalubria conſilia non impendunt.

Corriger. Tertium quoque bonum eſt corrigere, ſcilicet delinquentes, iuxta Dominicum verbum, qui Matth. 18. c. ait: Si peccauerit in te frater tuus; vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit,
B adhibe adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: ꝙ ſi non audierit eos, dic eccleſiæ: ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. In quo quidem præcepto conſideremus tria. Primo correctionis caſum, ſecundo correctionis modum, tertio correctionis terminum. *Tria cõſideranda.* Primo conſideremus correctionis caſum, ideſt in quo caſu obligetur homo. Ad hoc enim quod quis ex debito proximum corrigere teneatur, tria concurrere habent. Primum, ꝙ illa ſit mortalis culpa: ſecundum, quod ſit de illa ſibi notitia certa: tertium, quod fiat ex amicitia vera. Primo inquam quis pro-
C ximum corrigere obligatur, cum peccatum illius eſt mortalis culpa, propterea inquit, Si peccauerit, ſupple mortaliter. Eſt nihilominus aduertendum, quod corrigere fratrem eſt quandoq; conſilium & quãdoque præceptum. Eſt enim conſilium, quando proximus venialiter peccat. Præceptum autem eſt, quando mortaliter Deũ offendit, vel ſm quoſdam eſt in manifeſto periculo Deum offendendi mortaliter. Sed quia hoc præceptum eſt affirmatiuum, obligat ſemper: ſed non ad ſemper, ſed pro loco & tempore: quando videlicet cre-
D ditur, quod correctio ſit ad profectum, aliter ad illam nemo obligatur. Secundo hoc præceptum cogit, quando de proximi culpa homini eſt notitia certa, quia Dominus ait, In te, ideſt te ſciente, ne ſcilicet contra ſententiam Eccleſia. agas, qui. 11. c. ait: Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris, corripe iuſte, i. ſecundum iuſtum ordinem hic a Domino inſtitutum. Tertio quoq; ad hoc ꝙ obliget, concurrere debet amicitia vera, ideſt ꝙ fiat ex charitate fraternæ ſalutis, non quia corrigẽs ipſe offenſus ſit, aut quacunq; alia cauſa iniuſta & vana, ſed principaliter pro ſalute animæ eius, propterea

Dominus addit, Frater tuus, i. ex charitate E fraterna a te dilectus. Secundo circa hanc correctionem conſiderandus eſt correctionis modus. Nam triplici modo correctionis, ſecundum quod opus eſt, vti quilibet obligatur. *Triplici mõ correctionis opus ē vti.* Primus eſt modus amoroſus, ſecundus eſt modus timoroſus, tertius eſt modus pudoroſus. Vel ſit triplex correctio, quarum prima poteſt dici priuata, ſecunda ſociata, tertia diuulgata. Primo in quam obſeruandus eſt in correctione modus amoroſus. i. ꝙ cum dulcedine & amore proximus reuocetur a culpa. Et de hoc Dominus ſubdit: vade, ſ. cito, & corripe F eum. Corripere eſt ſubito cor de periculo rapere: vt ſolertiam charitatis oſtendat inter te & ipſum ſolum. Peccator enim quãdo ſtatim coram alijs increpatur, excuſare ſe ſolet, aut indignari, ſeu ſua crimina defenſare. Per talem autẽ ſecretam & charitatiuam correctionem parcitur illius confuſioni & oſtenditur ſignum manifeſtiſſimæ charitatis, ac per conſequens talis modus magis eſt retractatiuus a malo, ac magis inductiuus ad bonum. Subditque Dominus. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Vide quam magnum bonum: quia & Deo & ſibi & tibi lucratus eris illum, & per hoc verbum manifeſtè innuitur, ꝙ in- G telligit Dominus de mortali, eo ꝙ per abſtractionem fratris a venialibus homo minimè lucretur illum, cum ex venialibus ſolum non maneat anima extra gratiam Dei. Secundo in correctione obſeruandus eſt modus timoroſus. Et de hoc Dominus ſubdit: Si autem te non audierit. i. ſi tibi effectualiter non acquieuerit: adhibe tecũ vnũ, ſcilicet ſi ſuffecerit vnus: vel duos. i. ſi vnus ſufficere non videatur, vt in ore duorum, ſi ſumpſeris vnum, vel trium ſi ſumpſeris duos, ſtet omne verbum. Stet ſcilicet ſecretum, & etiam ſtet in teſtimonium veritatis H ſi opus eſſet omne verbum. ſ. ibi dictum. Tertio in correctione obſeruandus eſt modus pudoroſus. Et de hoc Dominus ſubdit, Quod ſi non audierit eos, ſ. & te cum illis, dic eccleſiæ, id eſt mone eum coram omnibus de eccleſia: vel dic prælato ſuo. Tertio additur correctionis terminus, de quo Dominus ſubdit: Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, ideſt ita ſit extra communionem tuam ac ſi Gentilis eſſet, aut ſicut publicus, & ſecularis peccator, ſeu merito a prælato excommunicandus eſt.

De

A *De triplici exemplo bono dando pro animarum ſalute.* *Cap. 3.*

Tertiũ opus fit opere.

TErtium ſpiritualis pietatis opus eſt, quod fit operationis effectu, ſcilicet adiuuando animas per bonorum exemplorum incitamenta. Quia enim pl⁹ mouent exempla quam verba, mens pia ne animas ſcandalizet, ſed eas lucretur Deo: ſtudet ſemper exempla virtutum monſtrare, mentiſque magno cruciatur dolore, ſi quem aſpexerit exempla oſtendere malæ vitæ. Et licet ſemper ſtudeat omnibus cũcta bona exempla præbere, triplex tamen
B principaliter exhibere conatur. Primum eſt exemplum humilitatis, ſecundum caſtitatis & honeſtatis, tertium charitatis & bonitatis. Primo enim præbet exemplum humilitatis: ſcilicet & patientiæ in aduerſis, vt ſit conſimilis illis, de quibus. 2. ad Theſſ. 1. Apoſtolus ait: Gratias agere debemus Deo pro patientia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, pro quo & patimini. Et ſi iniuſtè patitur, non frangitur, ſed reſpicit in illud exẽplar omnium bonitatum, de quo. 1. Pet. 2.
C c. ſcriptum eſt: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. qui ſcilicet innocenter & patienter potius & volenter atque alacriter paſſus eſt. Et non tantum ſuis perſecutoribus ex corde pepercit, verum etiam pro ſuis crucifixoribus exorauit. Ex quo clarius patet, ꝙ in hoc humilitatis exemplo includitur remiſſio offenſarum, quod non paruæ pietatis eſt opus. de quo Luc. 6. Dominus ait, Dimittite & dimittemini. Et iterum Matth. 6. Orare impetrabiliter nos docuit dicens: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
D noſtris. Secundo quidem mens pia ſtudet præbere exemplum caſtitatis & honeſtatis ſuſpecta conſortia & conſuetudines omnino euitans. Nec de illis hipocritis eſt, q non curant ſcandalizare ſimplicium mentes ſuſpecta conſortia omnino ſectantes & frequentantes & palliolo deuotionis & bonæ intentionis ſeipſos pernitioſe decipientes: ſectari etiam ſtudet mens pia, quod 1. Pet. 2. c. clauiger æthereus admonet dicens: Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tãquam de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis, id eſt quando illuminati a Deo intelligent
E veritatem. Tertio quoque mens pietate plena ſtudet præbere exempla charitatis & bonitatis atque manſuetudinis, cæterarumque virtutum, iuxta Apoſtoli præcepta, qui 1. Timot. 4. ait, omnem piam animam exhortando: Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Et de talibus exemplis præceptum dedit Dominus Matth. 5. dicens: Sic luceat lux veſtra, id eſt lucida veſtra & exemplaris vita, coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. Sed ne hoc indebito fine fiat, ſubiungit, & glorificent
F patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Magni igitur periculi res eſt, ac peſtiferum animarum virus, præbere exemplum malum. Nam ſecundum Apoſtolum. 1. Corinth. 15. Si corrumpunt bonos mores colloquia mala, quanto magis id efficiunt opera praua? Exempla bona non facilè homines imitantur, mala autem multitudo auida cupiditate ſectatur. Modicus quippe ignis citius inflammat magnam materiam ſiccam, quam magnus modicam humidam. Sic citius corrumpunt modica mala exempla, quam ædificent magna bona. Crudelis igitur fera, & impia vipera in animas Chriſti ſanguine redemptas eſt
G omnis, qui proximo ſuo ſcandalum præbet. Inter quos maximè connumerandæ ſunt mulieres inconſideratæ & vanæ, quæ quot concupiſcentiarum & vanitatum tam viris quam mulieribus præſtant occaſiones, tot vtique mortibus dignæ ſunt, dicente Domino, Matth. 18. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, vt ſuſpendatur molla aſinaria in collo eius, id eſt mortalis culpa in anima eius: & demergatur in profundum maris, id eſt, in profundum inferni. Et iterum, ſexta, quæſtione. 1. in capit. ex merito, ſcri-
H ptum eſt: Deteriores ſunt, qui vitam moreſq; bonorum corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Et in cap. ſunt plurimi, Gregor. ait, Multum damna morum a damnis temporalium diſtant.

A **Articvlvs Tertivs.**

De corporali pietate & operibus eius.

Tertia pricipalis pietas dr̄ corpalis & tripliciter fieri ſt

TErtia principalis pietas dicitur corporalis, quæ etiam tripliciter fieri poteſt. Primo corde, ſecundo ore, tertio opere.

Cap. 1.

Prīo corde, & hēt tres gradus.

PRimo enim corporalis pietas fit corde, & habet tres gradus. Primus eſt compaſſio, ſecundus condeſcenſio, tertius ſupporta-

B tio. Primus gradus eſt compaſſio, quæ maximè haberi debet erga infirmos. Ad eam hortatur beatus Petrus. 1. Pe. 3. dicẽs, Eſtote inuicem compatientes fraternitatis amatores. Secundus gradus eſt condeſcenſio, & maxime erga debiles. Talis enim cõdeſcenſio ex compaſſione præcedenti oriri ſolet. Qui vero proximo ſuo compatiens eſt, ei dulciter & faciliter condeſcendit in his videlicet, quæ non ſunt contraria charitati. Et hoc eſt, quod Roma. 15. c. Apoſtolus

C ait, Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere & non nobis placere. Tertius gradus ſupportatio dictus eſt, & maximè corporum infirmorũ, & ſenio grauatorum. Senectus enim multis infirmitatibus & laboribus & grauaminibus plena eſt. Ad talium ergo ſupportationem hortabatur Apoſtolus Ephe. 5. cap. dicens; Supportantes inuicem in charitate. & iterum Galat. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Verus igitur, magnus & admirabilis eſt fructus huius ſupportationis, quando in eius obſeruantia tota lex Domini adim-

D pletur.

Quod corporalis pietas ore tripliciter fieri poteſt. Cap. 2.

Secundo corpl's fit ore, cõſolãdo afflictos tripl'ici affl'ictione cruciatos.

SEcundo corporalis pietas fit ore, ſcilicet conſolando afflictos, & maximè qui triplici afflictione cruciantur. Primo afflictione temporali, ſecundo afflictione corporali, tertio afflictiõe iudiciali. Primo enim verbis conſolandi ſunt afflicti afflictione temporali. Tanta enim eſt vis & gratia, ſeu conſolatio verbi boni, quod quandoque præſtantior eſt quam ſub-

E uentio manus. proinde Eccleſiaſtici. 18. ſcriptum eſt: Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum magis quam datum. Secundo ſunt conſolandi afflicti afflictione corporali. Ad hanc exhortatur Eccleſiaſtes. 7. cap. dicens: Non deſis plorantibus in conſolatione, videlicet ſuauium verborum, & cum lugentibus ambula. Et ſanctiſſimus Iob. 29. cap. imitationis exemplum dans de ſe ait, Eram tamen mœrentium cõſolator. Tertio quoque conſolandi ſunt, qui afflicti ſunt afflictione iudiciali, ſicut ſunt carcerati, & corporalibus ſupplicijs mancipati & condemnati. Exemplum ſu-

F mamus Thobiæ, qui ſicut Thobiæ 1. c. ſcriptum eſt, quotidie conſolabatur captiuos. Et primę Theſſa. 5. c. ad hoc exhortatur omnes Apoſtolus dicens: Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. Sæpe quidem non compati afflictis & tribulatis, in augmentum eorum afflictionis eſt, ſicut in amicis Iob per exemplum patet. Propter hoc. 16. cap. ait illis, Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.

De ſeptem operibus miſericordiæ corporalis. Cap. 3. G

Tertio corporalis pietas fit ope. Septẽ sũt opa corporalis pietatis.

TErtio corporalis pietas fit opere & ſubuentione. Septem enim ſunt opera corporalis pietatis. Primum eſt cibare eſurientem. Et ad hoc hortatur Dominus Iſa. 58. cap. dicens, Frange eſurienti panem tuum. Secundum potare ſitientem; ſicut Roman. 12. Apoſtolus ait: Si inimicus tuus ſitit, potum da illi. De his duobus iam dictis Prouerbio. 25. ſcriptum eſt: Si eſurierit inimicus tuus; ciba illum: ſi ſitit, da ei aquam bibere. Tertium opus eſt colligere hoſpitem. Ad quod Petrus 1. Pet. 4. nos hor-

H tatur dicens, Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Quartum opus eſt veſtire nudum: Et de hoc Iſai. 58. cap. ſcriptum eſt: Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Quintum eſt viſitare infirmum, ſcilicet illi ſubueniendo, ſicut neceſſe eſt. Ad hoc hortatur Eccleſiaſtes. 8. capit. dicens, Non te pigeat viſitare infirmum. Et vtilitatem huius operis ſubdit dicens: Ex hoc enim in dilectione, ſcilicet Dei & proximi firmaberis. Sextum eſt viſitare incarceratum: ſcilicet cum effectu, quod eſt viſitare illum ad ſubueniendum, ad redimendum, ad liberandum. Proinde Apoſtolus 10. c. Heb.

A quoſdam commendabat dicens, Vinctis cō paſſi eſtis, ſcilicet iuxta poſſe illis per prædicta ſubueniendo. Ad idem per Eſa. 58. Dominus præcepit dicens: Diſſolue colligationes impietatis, ſcilicet contractuum impiorum: ſolue faſciculos deprimentes, ſcilicet rapinarum. dimitte. ſ. de carcere eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe, ſcilicet non valentibus id portare. Hæc ſunt ſex illa opera, de quibus tā diſtrictè Dominus rationem in iudicio poſtulabit, atque per illa donabit gloriam ſempiternam dicens, Matth. 25. c. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis re-
B gnum a conſtitutione mūdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus eram, & cooperuiſtis me: infirmus eram & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Et iterum dicet his qui a ſiniſtris eius erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus eram, & non cooperuiſtis me: Infirmus & in carcere, & non viſita
C ſtis me. Septimum miſericordiæ opus eſt mortuos ſepelire. De hoc tamen opere pietatis non ſcribitur ſupra, quod in iudicio Dominus facturus ſit mentionem. Et hoc maximè propter tria. Primo, quia miſericordia proximis fit in quantum ſunt membra Chriſti. Mortuus autem in quantum mortuus, non eſt propriè membrum Chriſti. Chriſtus autem ſemper eſt viuens, ſicut Hebræ. 7. Apoſtolus ait. Secūdo, quia in ſcripturis alibi commendatur, ſicut Thobię. 4. in laudem Thobiæ ſcriptum eſt, quod ſepe liebat mortuos ex humana pietate, propter quod placuit Deo. Ioſeph quoque ab
D Arimathia & Nicodemus, quia tradiderūt Dominum ſepulturæ, Ioan. 19. ca. multipliciter commendantur. Tertio, quia non eſt indigentia tam aperta. Omnia igitur opera ſupradicta, vt grata ſint Deo, tripliciter fieri debent. Primo humiliter, ſecundo hilariter, tertio miſericorditer. Primo quidem humiliter aſpicientes & conſiderantes in indigente indigentias, quas pro nobis aſſumpſit Ieſus Chriſtus. Me- E
mores quoque verbi Domini, qui miſericordibus dicet: Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni de fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Secundo fieri debent hilariter, teſte Apoſtolo, qui. 2. Corinth. 9. ca. ait: Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, ſcilicet hæc opera fiant a vobis. hilarem enim datorem diligit Deus. Et iterum Eccleſiaſtici. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Tertio fieri debent miſericorditer, iuxta illud Eſa. 58. Cum effuderis eſurienti animam tuam & animam afflictam repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut me F
ridies, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus ſemper. Ex hac igitur pietate tria bona, ſeu fructus ſequuntur homini pio. Primum eſt liberatio a malo, ſecundum amplificatio in bono, tertium vero perpetuatio in optimo. Primum eſt liberatio a malo: vnde. 2. Pet. 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere. Nam tales Deus eripit a malo culpæ, a malo pœnæ, & a malo gehennæ. Secundum autem eſt amplificatio in bono: proinde Baruch. 5. c. pio cordi Dominus ait: Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in ſempiternum, pax iuſtitiæ & honor pietatis. Per G
hanc enim pietatem ampliantur bona conſcientiæ, creſcit fama pietatis, honeſtaris & iuſtitiæ. Tertius fructus eſt perpetuatio in optimo. Vnde. 2. Machab. 12. cap. de Iuda Machabæo ſcriptum eſt, quòd conſiderabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Iſta gratia nihil eſt aliud, niſi ſempiterna gloria: quam ex pietate & propter pietatem largiri nobis dignetur piiſſimus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre H
& ſpiritu ſancto in Trinitate viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Finis tractatus de Chriſtiana vita.

TRACTATVS DE OCTO Beatitudinibus Euangelicis.

De excellentia & dignitate Beatitudinum Euangelicarum, & de ſufficienti numero & ordine prædictarum.

Sermo I.

Egregio ac deuotiſſimo in Chriſto Ieſu, magiſtro Petro Thomaſio Phyſico in Venetijs.

MVlta ſunt bona, ſuauiſſime Petre, quæ in me, ac de me teſtari videntur literæ tuæ, quas proximè non ſine animi iucunditate accepi, quæ ſingula etſi à me longè aliena ſentio: id tamen vnũ negare me cõſcientia prohibet, ꝙ videlicet fidei, charitatis ac diligentiæ tuæ pro corporali olim recuperanda valitudine mea, neq; immemor vſq; adhuc factus ſum, neq; quoad vixero, fieri poſſum. Nunc igitur, quoniam duo a me ſignanter poſtulas, eorum alterũ quod hodie poſſum, hodie tibi haud negare conſtitui, atq; ideo libentius quo tecũ maiore agens fænore te (vt ita dixerim) ſine vſura fæneratorẽ, ac ſine peccato vſurarium conſtituam. Corinthijs etenim ſcribens Apoſtolus: ſi vobis, inquit, ſpiritualia ſeminamus, non magnũ eſt, ſi carnalia à vobis metamus. Ego aũt ſi hodie ſpũale tibi pro corporali accepto beneficiũ reddidero, nolim tamẽ hoc ipſo, licet pretioſiore munuſculo arrogare mihi, quaſi videar debito in te meo feciſſe ſatis: quin potius ſicut ad te Beatitudinis confectum a me Libellum pro deuotione tua legẽdũ mitto ſimul inſuper me debitorẽ cõſtituo rogandi Dominũ, vt operis effectum conſequaris, hoc eſt, vt ea ipſa Btitudinis lectione efficiaris plane btũs. Quod aũt ſecundo loco petis, aduentũ meũ Venetias, et ſi promittã citra proximũ celebrandi Capituli noſtri tp̃s, ſeruare nõ poſſem. Me ergo habe excuſatũ; nam ſi celebrato huiuſmodi capitulo id mihi fore licuerit, ego & huic & honeſto cuiq; deſiderio tuo ſatisfacere libens curabo. Vale in Dño.

Ex Padua 14. Aprilis. 1443.

Frater Bernardinus de Senis Ordinis Minorum.

VIdens autem Ieſus turbas aſcendit in montem Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuũ, docebat eos. Mat 5. c. E
Admiranda ſunt verba Domini Saluatoris, purgant ſimul & illuminant intellectum. Inflammant affectum, roborant & conatum, vt ſolum in anima fulgeat, & id ametur atque opere complectatur, quod ipſa veritas dictat. Tanta denique eſt ſublimitas doctrinæ Chriſti, vt nec dum ad altitudinem eius, quam incultus non politus ſermo decorat, humanus aſcenderit intellectus. Cuſtoditio quoque
illius in agenda tota humana vita Rege nõ F
indiget, iudicem non requirit, forum cauſarum refugit, nec ponendis tribunalibus locum præſtat. Indeficientem Chriſti poſſident verba virtutem, vt ipſa ſine cæteris bonos atque perfectos mores efficiant, & iam in præſenti vita inter cœlicos ciues inſerant hominem limo factum, ad quæ profecto nullis alijs vtique legitur conceſſa poteſtas: Sola ſiquidem eius verba ſcalas habent inuiſibiles gratiæ aſcenſionis in cœlum. Nec ſolum perfectionem & omnem ſufficientiam ad diuinas poſſident G
theorias: ſed ad quietum etiam vitæ ſtatum pacificumque progreſſum, vt nulla hominum lex pro hac, dum agitur vita, ne ſit ipſis valentior turbetur etiam ſi aboleretur ab humana mente reſpectus ad ſuperiora tendendi. Sed ad præſens de perfectione animæ iam purgatæ in octo Beatitudinibus agens eam Beatitudinem vocat, vel quia immediatè ad beatitudinem tendit, vel quia animam iam purgatam ſtatim euolare facit in ſtatum beatitudinis ſempiternæ, vel quia dat ſecuritatem vitæ ſine timore. Proinde ante promulgationem beatitudinum prædictarum, in ea- H
rum laudem Euangeliſta Matthæus propoſita verba præmiſit dicens, Videns Ieſus turbas, &c. Et ſequitur, docebat eos, ſcilicet octo beatitudines ſequentes. Pro generali tamen intelligentia beatitudinum prædictarum, tria ad præſens de illis conſideremus. Primo doctrinæ dignitatem, ſecundo. doctrinæ ſublimitatem, tertio doctrinæ vtilitatem.

ARTI-

A ARTICVLVS PRIMVS.

Quod tria oſtendunt dignitatem, quæ in octo beatitudinibus continetur.

PRimo inquam conſideremus in his beatitudinibus doctrinæ dignitatem. Harum profecto dignitatem doctrinæ tria oſtendunt Primo ſublimitas, ſecundo auctoritas, tertio profunditas. Nam in aſcenſu montis, ſublimitas: In ſeſſione Doctoris, au-
B ctoritas: In apertione oris, profunditas denotatur.

Quod propter tria aſcendit in montem Ieſus, vt ſcilicet beatitudines prædicaret. Cap. 1.

PRimo enim in aſcenſu montis, ſublimitas indicatur. Ait enim Euangeliſta Matth. Videns autem Ieſus turbas, aſcendit in montem: ſcilicet Tabor, ſecundum Hieronymum, vel in alium montem excelſum
C ad præſignationem alti ſtatus perfectionis. Supra humanam quidem ſcientiam Saluator noſter hominibus loquens audientium animos mira efficacia mouebat, atque auditores primi vt audierant eum referentes ad audiendum in propria voce alios inuitabant, ita vt ex omnibus finitimis regionibus ad audiẽdum illum vtriuſque ſexus homines adproperarent. Et coeuntes in vnum, ſinguli de regionibus ſingulis, fecerunt plurimas turbas, quas videns Ieſus aſcendit in montem, vt aſcendẽtes poſt eum turbam vnam efficerent. Mons montem aſcendit: quia lapis præciſus de monte ſine manibus in tantum creuit, vt efficere-
D tur mons magnus, ad quem profugere poſſent omnes gentes, vt myſtice ponitur Daniel. 2. Montem quidem aſcendit, ad beatitudines prædicandum, maximè propter tria, ſcilicet propter prophetiæ impletionem, propter deſiderij ſubleuationem, & propter ſuorum imitationem. Primo propter prophetiæ impletionem, hoc eſt vt Iſaiæ prophetiam impleret, de qua in 40. c. ait: Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas. Secundo propter deſiderij ſubleuationem, vt nouam daturus mundo doctrinam apertè inſinuaret, quod ex ipſa iãdcuius ad æternæ beatitudinis montem celebratur aſcenſus, & ab imis homines extollere venerat, atque ad alta ſubue- E
here in æternum. Tertio propter ſuorum imitationem, vt videlicet manifeſtè innueret quod in altitudine virtutum conſiſtere debet, qui iuſtitiam Dei docet. Proinde Grego. ait: Si in terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris? hæc ille. Forma igitur prærogata eſt ijs, qui habent alios docere iuſtitiæ vitam, vt montem aſcendant, altitudinem ſcilicet morum atque virtutum: vnde idem Gregor. exponens illud Cantic. 7. Naſus tuus ſicut turris Libani, ait: Prædicatoris vita ſemper in alto fixa debet permanere, vt more nariũ F
diſcernat fœtores vitiorum, odoreſque virtutum.

Quod propter tria Ieſus Chriſtus ſedit octo beatitud nes pronunciaturus. Cap. 2.

SEcundo in ſeſſione Doctoris auctoritas demonſtratur, ait enim Euangeliſta: Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Fuit enim in Chriſto ſeſſio actus geſtationis, expectationis & attractionis. Pri- G
mo inquam in Chriſto fuit ſeſſio actus geſtationis. Etenim docens ſedet: ſedenſque docet, quod pertinet ad dignitatem magiſtri. Sedet, vt quietius doceat in aliorum exemplum. Infunditur citius in corde audientium emiſſa in quiete doctrina, & tenaci memoria capitur, quod in tranquillitate a Doctore profertur. Hæc ſiquidem corporis ſeſſio, mentis quietem inſinuat, ex qua illuminans doctrina procedit. Proinde de illuminando & illuminante Doctore, Tren. 3. c. ſcriptum eſt: Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. In quibus verbis oſtendit tria, per quæ homo aſcendit ad mentis illuminationem, vt H
alijs illam diſpenſet. Primum, eſt tranquillitas: ſecundum, ſingularitas: tertium, taciturnitas. Primum eſt tranquillitas, ſcilicet mentis & corporis. Ait enim, ſedebit, id eſt totaliter requieſcet: mente quidem ab inutili cogitatu, corpore vero ab inconuenienti motu. Secundum, eſt ſingularitas: Vnde ait, ſolitarius, id eſt ab alijs ſeparatus, exemplo illius, qui factus fuerat ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Sic profecto & Moyſes ad diuinam viſionem & collocutionem aſcenſurus, ab alijs ſegregatus eſt. Nec tantum a terrenis turbis, verum etiam a ſacerdotibus ſanctis, ſicut patet

A Exo. 24. Tertium, eſt taciturnitas: & de hoc ſubdit dicens: Et tacebit, ſcilicet ad tẽpus, quod maximè proficit in docente. Secundo autem ſedere, eſt actus expectationis. Expectat enim nos Deus in infirmitatibus & tarditatibus noſtris. Tardi enim ſunt homines ad credendum, quæ Chriſti ſunt: Tardi ad intelligendum, quæ vtilia ſunt: Tardi ad agẽdum, quæ neceſſaria ſunt: Tardi ad pœnitentiam, cum reliquerimus iter rectum, cum effudimus animas in peccata. At Dei benignitas, Dei patiẽtia, Chriſti charitas ad pœnitentiam nos expectat, B quærens miſereri potius quam vlciſci. vnde ad Rom. 2. Apoſtolus ait. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pęnitentiã te adducit. Hæc benignitas Ezechiel. 18. c. ait. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Tertio vero ſedere, eſt actus attractionis. Et cum ſediſſet, ait, ſcilicet ad attrahendum auditores. Ex hoc quidem loco trahitur, quod quando ſecularibus ſermo fit, prædicator communiter ſtat tanquam inuitans ad prælium: Quãdo vero religioſis & contemplatiuis, communiter ſedet tanquam inuitans ad quietem trãquillam. Sed in ſignum attractionis ab Euã- C geliſta ſubiungitur: Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, ſcilicet tanquam magis deuoti, tanquam familiarius dilecti, tanquã ſpecialiter aduocati. Illis quidẽ & cõſimilibus propheta ait: Accedite ad eum & illuminamini: & facies veſtræ non confundẽtur, quia ſcilicet nô terribilis, ſed placabilis eſt.

Quod pronunciaturus beatitudines propter tria dicitur Chriſtus aperuiſſe os ſuum. Cap. 3.

D TErtio in apertione oris profunditas indicatur, & de hoc Euangeliſta ſubiungit dicens: Et aperiens os ſuum, docebat eos. Aperitur theſaurus deſiderabilis, reſeratur gazophilatium regni cæleſtis, fons omnium bonorum panditur, indigentes ditantur: Nouus rex, noua lex. Ait enim, Et aperiens os ſuum. hoc ſiquidem ait, vt oſtendat doctrinæ eius profunditatem, proprietatem, & exemplaritatem. Primo, vt oſtendat doctrinæ eius profunditatem. Nam oris apertio ad humanitatẽ corporis pertinet. Doctrina vero ad ſcientiam mentis. Os ex creatione; ſcientia ex infuſione. Os corporeum & uiſibile: ſcientia incorporea & inuiſibilis. Proinde a patre ad filium humanatum per prophetam dicitur: E Aperi os tuum, & ego implebo illud. Tu aperias os carnis, & ego implebo illud ſcientia diuinitatis, vt non humana, ſed diuina loquaris hominibus. Ait ergo, Et aperiens os ſuum, ſ. tanquam magna & profunda apertè & clarè docturus, ſicut & Eccleſiaſti. 24. prænunciat dicens, Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum. Et per Ezechielem. 29. c. a patre ipſi filio dictũ eſt: Tibi dabo os apertum in medio eorũ, vt ſciant, quia ego Dominus. Secundo, vt oſtendat doctrinæ ſuæ proprietatem. Perdoctè ſiquidem dictum eſt, Et aperiens os ſuum, ad diſtinctionem faciendam, quia in F veteri lege aperuerat ora prophetarum, vt nulla excuſatio valeret hominibus, cũ Dei filius eiſdem in humanitate more hominũ loqueretur. Aliud eſt enim, cum Rex per ſuas proprias litteras: aliud cum per ſuos legatos, & aliud cum per ſeipſum ore proprio ſubiectis populis fatur. Tunc nulla eſt excuſatio efficax, nulla tergiuerſatio contutans eos, qui ex ore Regis audierũt ſermonem. Et ipſe pater in filio ſic humanato dignatus eſt in plenitudine temporum loqui, ſicut ad Hebræ. 1. c. Apoſtolus ait, Multipharie multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſimè die- G bus iſtis locutus eſt nobis in filio. Tertio, vt oſtendat doctrinæ ſuæ exemplaritatem, quia docebat eos. Nam qui docturi ſunt alios ſalutarem vitam, exemplo Chriſti aperire debent os mentis ad ſuſcipiendam cæleſtis gratiæ infuſionem. Doceant apertè, qui ſuſceperunt occultè: Doceant inquam humanè, qui ſuſceperunt diuinè: Doceant libenter, qui ſuſceperunt ſilenter: Doceant gaudenter, qui acceperunt gratanter. Et qui gratis acceperunt, gratis refundãt: Tradant hominibus, quæ illis tradidit Deus, eoque fine quo acceperunt, diffundant: ſcilicet ne diligantur terrena, ſed cœleſtia in H amorem deueniant. Non quæ videntur, ſed quæ non videntur amore inceſſabili diligantur, vt cum Propheta dicere poſſit quilibet eorum: Os meum aperui & attraxi ſpiritum: ſcilicet ad ſupradicta annuncianda: quia mandata tua deſiderabam, ſcilicet in me & in alijs adimpleri. Proinde docebat eos.

A **Articvlvs Secvndvs:**

De ſufficientia numeri beatitudinum,& de gradibus earundem.

SEcundo conſideremus in his beatitudinibus doctrinæ ſublimitatem. Ad intelligentiam autem dicendorum notandum eſt, quod ſunt duo genera virtutum. Quædam enim ſunt communes & humanæ,quemadmodū 4.cardinales. Quædam ſunt excellentes,ſeu heroicę, vt dicitur in ſeptimo Ethicorum. Et tales dicuntur quaſi diuinæ, vt ibidem dicitur. Et exemplum
B inducitur de Hectore, qui propter excellentiam virtutis ſuæ dicebatur quodammodo filius Dei,& non hominis mortalis. Beatitudines autem hæ,de quibus dicturi ſumus, maxime heroicę ſunt. Inſuper aduertendum eſt, quod beatitudines ſeptem ſunt ſecundum diſtinctionem graduum, quamuis ſecundum eſſentiam octo ſint. Et has Saluator enumerat in capitulo præallegato. Prima eſt paupertas ſpiritus, ſecunda mititas, tertia luctus,quarta eſuries iuſtitiæ,ſeu iuſtitia famelica: quinta affectus miſericordiæ, ſexta cordis munditia, ſeptima pax. Hæ ſeptem perficiunt animam. Octaua eſt patien
C tia,& hæc animam probat,confirmat,& perfectam in qualibet prædictarum declarat. vel ſeptem perficiunt in ſtatu proſperitatis, octaua in ſtatu aduerſitatis. vel ſeptem ſunt in agendo, octaua in patiendo. hæ ſeptem beatitudines poſſunt adaptari ſeptem diebus creationis. Nam prima die formata eſt lux. Et paupertas, atque contemptus omnium ſenſibilium, eſt quaſi intellectualis lux mentis humanæ. Secunda die factum eſt firmamentum in medio aquarum. Et mititas eſt quaſi firmamentum, quia in medio aquarum tribulationum non con-
D turbatur. Tertia die ſeparatę ſunt aquæ a terra,& congregatę in locum vnum. Et luctus aquas concupiſcentiæ & voluptatis a carne noſtra ſeparat & expellit. Quarta die cęlum luminaribus ornatum eſt. Et iuſtitia vniuerſalis & zelus eius eſt ſicut ſol & luna & ſtellæ, quia eius eſt regere vniuerſa. Quinta die ornauit aerem & aquam volatilibus cœli & piſcibus maris. Et miſericordiæ eſt volare per impetus ventoſitatis aereę, quantum ad opera miſericordiæ ſpiritualis: Et natare in aquis per compaſſionem afflictionis fraternæ, quantum ad opera miſericordiæ corporalis. Sexta die ornauit terrā animalibus & hominibus. Et E
munditię cordis eſt reformare animalitatē noſtram ad imaginem Dei. Septima vero die requieuit Deus ab omni opere,quod patrarat,atque ſabbatum ſanctificauit. Et pax eſt quies & ſanctificatio humanæ mentis. Circa igitur has beatitudines diſtinguamus triplicem graduum varietatem. Prima varietas eſt gradus purgationis, ſecunda eſt gradus aſcenſionis, tertia eſt gradus perfectionis.

De quinq; gradibus per quos anima perducitur in præſenti vita ad beatitudinis ſtatum. Cap.1. F

PRima varietas eſt gradus purgationis.Sunt enim quinq;,quę cōſequenter gradatim ſe habent ad animam perficiendam. Primum eſt gratia ſacramentalis, ſecundum eſt virtus, tertium donum, quartum eſt fructus ſpiritus, quintum eſt beatitudo. Primo gratia ſacramentalis ſanat animam, quia ſacramenta ſunt medicinæ & medicamenta contra vitia, ideo purgant ægritudinem culpæ. Secundo virtus habilitat potentias ad operandum. Nam habitus ponuntur in poten- G
tijs,quæ mox natæ non poſſunt exire in ſuā operationem, ideo virtus purgat defectum potentiæ habilitans eam ad operandum: Nam virtus eſt, quæ recte viuere facit. Tertio donum ordinat in operando eo quod ſaciat expedite operari, ideo purgat difficultatē in opere. Quarto fructus delectat poſt opus, vnde purgat tędium & fatigationem ex opere. Proinde hæc quatuor ſunt purgatoria. Quinto autem beatitudo conſeruat in fine operis, & ideo eſt ſtatus & perfectio animi iam purgati. Talis beatitudo ſic diffinitur. Beatitudo eſt gratia vere ſapienti cognita faciens ad ſuauitatem conſcientiæ, H
& propinqua iam gloriæ. Primo enim ait, quod beatitudo eſt gratia. Nam præſupponit habitus virtutum & donorum informatos charitate & gratia, vt faciat recte & expedite & lętāter ſuſtinere aduerſa, aggredi ardua, & operari opa pfectionis & ſupererogationis. Secundo ſubdit, vere ſapienti cognita:quia videtur extranea a ſententijs humanæ ſapientiæ. Nam omnes aliæ beatitudines, vel habent miſeriam antecedentem, vel concomitantem, quę videtur eſſe contria beatitudini. Vnde Bern.in quodam ſer.ait: Quid tam abſconditum,quam pauper-

A paupertatem eſſe beatã: proinde Mat. 11. & Dominus ait: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus. ſ. huius mundi. Non enim poſſunt hæc perfecte ſciri, niſi per aliquam experientiam & guſtum Dei. Tertio addit, faciens ad ſuauitatem conſcientię. Beatitudo enim eſt perfectio animi iam purgati præſeruans mẽtem a remorſu & ſtimulo conſcientię, & diſponens ad ſuauitatem vitę. Quarto ſubditur, propinqua iam gloriæ, quia talis beatitudo eſt vię, non patriæ, faciens beatum in ſpe, & quodammodo in re, in quadam. ſ. propinquitate & facilitate veniendi ad Deum, ſicut pa-
B tebit de paupertate & fortitudine infra ſermone ſequenti, & cap. vlt. & ſermone 9. artic. 1. cap. 3.

Quomodo per has beatitudines anima tripliciter aſcendit. Cap. 2.

Secunda varietas eſt gradus aſcenſionis. Ordinant autem hę beatitudines animam primo ad inferiora, ſecundo ad paria, tertio ad ſuperiora. Primo enim tres primę beatitudines. ſ. paupertas ſpiritus, mititas, & luctus, ordinant animam ad inferio-
C ra. Nam reſpectu boni inferioris. ſ. temporalium, ordinat paupertas ſpiritus. Reſpectu mali aut pœnæ interioris ſic ordinat mititas: aut culpæ, ſic ordinat luctus, in quantum. ſ. pro peccatis a cœleſti patria elongamur. Secundo vero duæ aliæ. ſ. eſuries iuſtitiæ & affectus miſericordiæ ordinant ad parem, ſecundum duo pręcepta naturalis iuris, quæ ſunt innocentia & beneficentia. Secundum innocentiam eſt eſuries iuſtitię, ſecundum beneficentiam eſt affectus miſericordiæ. Tertio vero duę vltimæ. ſ. cordis munditia, & pax, ordinant ad ſuperiorem. ſ. Deum. Nam ſecundum vim apprehẽſiuam
D ordinat cordis munditia, ſecundum vim motiuam ordinat pax. Et ſic prima ordinat aſpectum, ſecunda affectum. Aliter, vel idẽ, ſecundo modo & melius dici poteſt. Primo enim oportet ab iſtis inferioribus euelli, ſecundo per media aduolare, tertio in ſupremis vniri. Pro primo præmittuntur tres beatitudines, quarũ prima. ſ. paupertas ſpiritus, funditus reſecat temporalia, & quęcunq; ſuperflua bona. Secunda. ſ. mititas, reſecat omnia humana litigia. Tertia, videlicet luctus, reſecat omnia mũdana gaudia & ſolatia. Pro ſecundo ſubduntur duæ aliæ. Prima. ſ. famelica iuſtitia ardẽtiſſime anhelat ad rectitudinem iuſtitiæ tam in ſe, quam
E in alijs exercẽdæ, & zelandæ, ac promouendæ, & defendendę. Secunda vero. ſ. affectus miſericordię, medullitus ſe euiſcerat ad aliorum miſerias & indigẽtias ſentiendas, ſupportandas, & ſubleuandas, & ad ſupererogationem donorum & beneficiorum tam ſpiritualium, quam corporalium. Pro tertio vero ſequuntur duę: prima. ſ. munditia cordis eſt abſterſio ab omni cogitatu, vel ſpecie impediente puram & ſimplicẽ contemplationem Dei. Secunda. ſ. pax, eſt ſumma tranquillatio, ſeu ſummum ſilentium omnium actuum impedientium illum, qui dicitur delitioſiſſima ebrietas, & quietiſſima requies, atque ſopor & deiformis ſum- F
ma transformatio mentis in Deum, quę ab Apoſtolo vnitas ſpiritus nominatur. Vnde 1. Cor. 6. c. ait, Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.

Quomodo anima perficitur per has beatitudines ſecundum triplicem potentiam ſuam. Cap. 3.

Tertia varietas eſt gradus perfectionis. diſtinguuntur autem ſeptem primæ beatitudines in comparatione G
ad vires animæ. Nam tres primæ. ſ. paupertas ſpiritus, mititas, & luctus, perficiunt iraſcibilem. Duæ ſecundæ. ſ. eſuries iuſtitię, & affectus miſericordiæ, perficiunt concupiſcibilem. Duę vltimę. ſ. munditia cordis, & pax, perficiunt rationalem. Perficiuntur autem hoc modo: nam primo perficitur iraſcibilis, ſecundo concupiſcibilis, tertio rationalis. Primo enim perficitur iraſcibilis. Primo quantum ad dominium ſuper delectationes, quæ ſunt i diuitijs, delitijs, & magnificẽtijs, perficit paupertas ſpiritus. i. plenaria abdicatio omnium delectabilium. Secundo quantum ad dominium ſuper paſſio H
nes voluntarias. i. in quibus reprimendis dominium habet ipſa voluntas, ſicut ſunt ira, inuidia, & conſimilia, perficit mititas. Tertio quantum ad dominium ſuper paſſiones inuoluntarias, quibus voluntas nõ plene reſiſtere poteſt, vt eſt ebetudo intellectꝰ, difficultas ad bonum, pronitas ad malum, perficit luctus de hoc, ꝙ plene vitari non poſſunt. Secundo vero perficitur concupiſcibilis. Primo quantum ad deſiderium reſpectu boni perficit eſuries iuſtitiæ. Secundo quantum ad compaſſionem reſpectu mali affectus miſericordiæ. Tertio autem perficitur

A ficitur rationalis. primo quãtum ad puram contemplationem primæ veritatis perficit cordis munditia. Secundo quantum ad affe ctuoſum amorem ſummę bonitatis ſubiectis omnibus contrarijs motibus perficit quietatio pacis. Aliter, vel alio modo. Qui enim vult interius perfici, primo debet exteriora negotia, & ſenſibilia obiecta relinquere, quod eſt proprium paupertatis. Secundo in ipſo introitu turbationes interiores ſedare, quod eſt proprium mititatis. Tertio con tractas ſordes lauare, & expurgare, quod eſt proprium luctus, ſeu doloris pęnitentialis. Quarto oportet virtuali rectificationi potẽtiarum & actuum totis viribus inſiſtere,
B quod eſt propriũ vſus iuſtitię. Quinto pinguedinem & dulcorem bonitatis, ſeu pietatis ſuperinfundere, & imbibere, quod eſt proprium miſericordiæ. Sexto inſuper in exceſſum diuinæ ſpeculationis totum ſuum intellectum ſuſpendere & ſubleuare, quod eſt proprium munditię cordialis, ſeu mundi cordis. Septimo diuinæ fruitioni affectũ ſuum totaliter incorporare, quod eſt vltimus finis noſtrę mentis, noſtriq; deſiderij, ac per conſequens & pax eius. Proinde nõ immerito ſic ordinantur a Chriſto, quaſi
C ſeptem gradus perfectionis, & aſcenſionis in Deum.

Articvlvs Tertivs.

Quomodo aliter diſtinguitur ſufficientia numeri beatitudinum ad morum vtilitatem.

TErtio conſideremus in his beatitudinibus doctrinæ vtilitatem. Ratio quidem vtilitatis, & etiam ſufficientia numeri beatitudinum tripliciter ſumi poteſt. Primo quo ad diuerſas opiniones, ſe-
D cundo quo ad diuerſas ordinationes, tertio quo ad diuerſas remunerationes.

Quod ſecundum diuerſas opiniones beatitudinis, hę Beatitudines a Chriſto conſtituuntur. Cap. I.

PRimo quidem ratio vtilitatis & ſufficientia huius numeri beatitudinum ſumitur quo ad diuerſas opiniones, quæ de beatitudine fuerunt & ſunt. Nam quidam poſuerunt beatitudinem ſuã in vita voluptuoſa. Quidam in vita actiua. Quidam in vita contem E platiua. Prima vita. ſ. voluptuoſa impedit & retrahit a beatitudine vera: ſecunda vita, videlicet actiua, diſponit ad veram beatitudinem: tertia vita. ſ. contemplatiua eſſentialiter in patria, eſt ipſa vera beatitudo. Primo ſiquidem ſunt aliqui, qui ſuam beatitudinẽ ponunt, & quærunt in vita voluptuoſa, atq; mundana. Et hi tripliciter diſtinguuntur. Nam quęrunt eam quidam in diuitijs, quidam in magnificentijs, quidam in delitijs. Primo enim quidam quærũt beatitudinem in diuitijs, ſicut faciunt cupidi & auari. Cupiditas conſiſtit in accipiendo, auaritia in retinendo, & in vtraque pleriq; ſuam beatitudinem ponunt. Et tamen vtraq; prohibe- F tur, Eccl. 4. vbi dicitur: Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. De his qui ponunt beatitudinem ſuã in auaritia, Ezech. 33. c. ait: Auaritiam ſequitur cor eorum, & eſt eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui, dulciq; ſono canitur. Talis quidem auaritia magnum impedimentũ veræ beatitudini pręſtat. Proinde Dominus volens a tali impedimento retrahere humanas mentes, pauperibus ſpiritu regnum cęlorum repromittit dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Secundo autem ſunt quidam, qui beatitudinem quærunt in magnificentijs, quod G vt perficiant, immites & feroces ſunt, atque per bella, tyrannias, litigia, & cõtentiones, violentias & rapinas deſtruendo aduerſarios ſuos ſecuritatem quærunt. De talibus Iac. 5. c. ſcriptum eſt, Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs veſtris enutriſtis corda veſtra, in die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis. Sed quia hęc verę beatitudini impedimentum, non adiutorium præſtant, propterea Dominus ab hoc retrahere volens repromiſit mitibus terræ viuẽtium ſecuram poſſeſſionem. Propterea ſubdit, Beati mites, quoniã ipſi poſſidebunt terram. Tertio vero ſunt quidam, H qui beatitudinem ſuam ponunt in delitijs. i. in concupiſcentijs & delectationibus & affluentijs huius mundi contra labores præſentis vitæ, ignorantes, quod Apoſt. ad Ro. 8. ait: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Et quod Iſa. 40. c. inquit, Omnis caro. i. omnis carnalis vita fęnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri, exſiccatum eſt fęnum & cecidit flos: quia ſpiritus Domini inſufflauit in eo. At quia talis carnalis vita veræ beatitudini oppoſita eſt, ideo volens Dominus huiuſmodi homines retrahere a

delecta-

A delectationibus præſentis vitæ, lugentibus coſolationem promittit dices: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Secũdo vero ſunt quidam, qui ponũt beatitudinem ſuam in vita actiua. Profecto actiuę vitæ & corporali pro inſtrumento datur prædicatio morum, lectio ſcripturæ ſacrę, diuinum officium, eccleſiaſtica ſacramenta: ſed vocalis oratio excedit omnes alios corporales actus. Hęc tamen plus conueniunt ſtatui religioſo, quam ſtatui ſeculari, cui potius dantur ſeptem opera miſericordiæ. Omnia vero ſupradicta opera vitę actiuæ ordinant & diſponunt ad opera vitæ contemplatiuæ.

Ab operibus quidem vitę actiuæ diſcedunt B pleriq; duobus modis. Primo ab operibus iuſtitiæ, ſecundo ab operibus miſericordię. Primo ab operibus iuſtitiæ, quia ſcilicet debita non reddunt, ſed rapiunt aliena. Quod per Prophetam Dominus prohibet dicens, Rapinas nolite concupiſcere. Vbi non tantum prohibet manum, ſed animum. Vnde Prouer. 24. Rapinas meditatur mẽs eorum. Dicuntur autem rapinæ non ſolum diuitiæ, quæ rapiuntur, hoc eſt, quæ per rapinam acquiruntur: ſed etiam omnes diuitiæ, quæ rapiunt hominis mentem. Vnde & Matt. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. C Et Iob 20. Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens mea per diuerſa rapitur. Contra autem hoc vitium Dominus promittit eſurientibus iuſtitiam, ſaturitatem dicens: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Secũdo diſcedunt alij ab operibus miſericordię, ne ſe immiſceant miſerijs alienis. Contra tales Amos 6. c. ſic ait: Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij, ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici, bibentes in phialis vinũ, & optimo D vnguento delibuti, & nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph. propter hoc enim promittit Dominus miſericordiã his, qui in miſericordia exercentur dicens, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequẽtur. Tertio vero ſunt quidam, qui ponunt beatitudinem veram in vita contemplatiua. Ad illam vero tanquam pręuia duo diſponunt. Primum autem eſt munditia cordis, ſecundum eſt ordinatio pacis. Primum inquam eſt mũditia cordis, & hęc ad viſionem Dei diſponit. Et de talibus ait: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Secundum eſt ordinatio pacis, vel in alio, vel in ſeipſo, cui pro remuneratione promittiur gloria filiationis diuinæ, E quæ conſiſtit in perfecta coniunctione ad Deum per ſapientiam conſummatam. Et de talibus ait: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Octaua beatitudo eſt: Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hæc ſiquidem beatitudo requirit, ꝙ non ſolum quis patienter aduerſa perferat, cum ſibi ſuperueniunt ſic, quod ſecundum legem Dei declinari non poſſunt, quoniam ad hoc tenentur omnes: verumetiam ꝙ ex feruore diuini amoris illa pręoptet deſiderio magno, & cum gaudio magno ſuſtineat F illa, ſecundum illud Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. Et poſt, Patientia opus perfectum habet, vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. Hinc profecto eſt conſummatio perfectionis & charitatis, iuxta illud 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. ſ. tormentorum & mortis.

Quod ad perficiendas diuerſas potentias animæ, hę beatitudines ordinantur. Cap. 2.

G

SEcundo autem ratio vtilitatis & ſufficientia numeri harum beatitudinum ſumitur quo ad diuerſas ordinationes. Sunt enim hæ beatitudines ordinatæ ad potentias animæ perficiendas. Ad integritatem autem perfectionis tria neceſſaria requiruntur. primo perfectus receſſus a malo, ſecundo perfectus proceſſus in bono, tertio perfectus ſtatus in optimo. Primo inquam requiritur receſſus a malo. Malum autem procedit aut ex tumore ſuperbię, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ. Ad perfecte igitur elogandum H ab hoc triplici genere mali tres beatitudines neceſſarię ſunt, quæ quidem delitioſe fruuntur oppoſitis bonis. Primo enim paupertas ſpiritus elongat a malo tumoris. Secundo vero mititas elongat a malo rancoris. Tertio autem luctus elongat a malo libidinis & a languore concupiſcentiæ. Secundo enim ad integritatem perfectionis requiritur perfectus proceſſus in bono. Talis quidem proceſſus in bono attenditur ſecundum diuinam intentionem, ſed iuxta propheticum verbum, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Veritas autem pro iuſtitia hic poſita eſt. propterea ſecun-

A ſecundùm iſtas duas vias duæ beatitudines
ſubiunguntur. Primo enim Deum iuſtum
per eſuriem iuſtitiæ imitamur, ſecundo au-
tem Deo miſericordi per affectum miſeri-
cordiæ conformamur. Hæ quidem ſi per-
fecte complentur in nobis, & eas indeclina
biliter teneamus, ad ſtatum in optimo nos
perducũt. Tertio ad integritatem perfectio
nis requiritur perfectus ſtatus in optimo. Et
loquor de optimo huius vitæ, quo plene
conformamur optimo patriæ. Hoc autem
optimum in duobus conſiſtit. Primo in
limpida cognitione veri, ſecundo vero in
tranquilla affectione boni. Primo limpida
veri cognitio fit per mũditiam cordis, quæ
B ducit ad Deum videndum: ſecundo tran-
quilla affectio boni fit per pacem mentis
ad perfecte Deo fruendum, quod perfecte
adoptat in filium.

*Ratio beatitudinis, quam conſequuntur iu-
ſti ex beatitudinibus præſentis
vitæ. Cap. 3.*

TErtio vero ratio vtilitatis, & ſufficiẽ-
tia numeri beatitudinũ ſumitur quo
C ad diuerſas remunerationes. Et hæc
triplici modo diſtingui poteſt. Primo au-
tem modo fit: Sicut enim hæ virtutes aſcen
dunt: ſic & rationes præmiorum, ſecundũ
quandam adaptationem ſe adinuicem ha-
bent. Primo paupertati ſpiritus dr̃, Ipſorum
eſt regnum cœlorum. Secundo mititati di-
citur, quod poſſidebũt terram. Sed plus eſt
poſſidere terram regni cœlorum, quam ſim
pliciter illam habere. Multa enim habe-
mus, quæ non firmiter & pacifice poſſide-
mus. Tertio luctui conſolatio promiſſa eſt.
Sed plus eſt conſolari in regno, quam ha-
bere & poſſidere illud. Plerunque enim
multa cum dolore poſſidere ſolemus. Quar
D to famelicę iuſtitiæ promittitur ſaturitas,
ſed plus eſt ſaturari, quam ſimpliciter con-
ſolari: nam ſaturitas abundantiam conſola
tionis importat. Quinto miſericordiæ mi-
ſericordia promiſſa eſt. Et hoc excedit ſatu-
ritatem, vt. ſ. plus accipiat homo a Deo, quã
meruerit, vel deſiderare potuerit. Sexto
munditiæ cordis promittitur viſio Dei. Ad
huc autem eſt maius videre Deum, quam
miſericordiam conſequi, ſicut maior eſt, qui
non ſolum in curia prandet, ſed etiam faciẽ
Regis videt. Septimo vero paci datur filia-
tio Dei: hoc autem excedit omnia ſupradi-
cta: nam ſummam dignitatem in domo re-
gia filius Regis habet. Vel aliter & ſecun- E
do modo. Prmo enim, quia paupertas om-
ne dominium mundi abdicat, & in volun-
taria egeſtate ſe locat, ideo merito ſibi debe
tur ius ſingulare, atq; dñium, & vniuerſalis
poſſeſſio, & affluentia regni Dei, quod hoc
ideo per regnũ cęlorũ ſignificatur: tũ quia
ille eſt ſpecialior locus manifeſtationis ei⁹:
tum quia mos ſcripturarũ eſt, atq; Doctorũ
per ſupereminentiam horum ſenſibilium
nos manu ducere ad concupiſcendũ ſuper-
eminentiã intellectualiũ & diuinorũ: tum
quia per hoc ꝙ paupertas ſtatuit hominem
extra hunc mundũ, & quodammodo extra
omnem creaturam. Ideo eoipſo ẽt in hac
vita quodãmodo collocat hoĩem in regno F
cęlorũ, tanquã in ſibi propria mãſione. Vi-
demus. n. ꝙ eoipſo, ꝙ aliquis recedit ab vno
extremo, eoipſo vadit ad oppoſitum eius.
Proinde quia paupertatis amor totaliter a
tranſitorijs receſſit, ideo eſt in cęlo totaliter
collocatus. Secundo aũt, quia mites oĩa liti
gia, & oẽm irę turbationẽ a ſe abdicãt: ideo
merito debetur eis ſecuritas & ſecura per-
petuitas poſſeſſionis ſubſtantiæ immobilis
& ſolidę, & hoĩs ſubſtẽtatiuę, quę per terrã
ſignificatur; quę eſt immobilis & ſolida, &
noſtrę põderoſitatis & mobilitatis ſubſtẽta
tiua & ſtabilitiua. Inſup & noſtra tẽporalis G
ſubſtãtia cõſiſtit in ipſa, & in his, quæ de ea,
& in ea naſcuntur. Tertio, quia lugens ama
re de Dei offenſa, & infectione propria ſp
magis ac magis intrat ad ſenſum gratiæ &
venię, & ad ſenſum purgationis proprię,
ideo luctui cõuenit participatio cõſolatio-
nis diuinę, q̃uis & per correſpondentiã lu-
gẽti cõſolatio debeať. Quarto, quia ſicut pa
nis cor hoĩs confirmat, & eſt cibus ſolidus
adultorum, ſic rectitudo iuſtitię & veritatis
oĩa regentis eſt cibus ſolidus perfectorum,
qui prę nimio zelo illius deſiderio langue-
ſcunt, atq; ſolicitudine fatigantur, ſm̃ illud
Apoſt. ad Heb. 5. Oĩs. n. qui lactis eſt parti- H
ceps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. paruulus
.n. eſt: perfectorũ aũt eſt ſolidus cibus eorũ,
qui pro ipſa cõſuetudine exercitatos habẽt
ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali. Ideo ze-
latoribus eius merito tam in hac vita, q̃ in
altera cõpetit ſaturari de ipſa. Quod quidẽ
fit, qñ rectitudinem diuinarũ legũ & iuſti-
tiarũ, quibus orbis regitur vniuerſus, inſtar
bolorum intime tranſglutiunt & incorpo-
rant ſibi. Cætera ſatis patent ex dictis imme
diate. Tertio modo numerus beatitudinũ
in futuro correſpondentium accipitur hoc
modo. Beatitudo. n. futura in duobus con-
ſiſtit.

A ſiſtit. Primo quidem conſiſtit in euaſione omnis mali. Et hoc tripliciter, quia in euaſione omnis mali, aut eſt mali indigentiæ, aut mali pœnæ, aut mali culpæ. Primo.n. ex euaſione mali indigentiæ, quod affligit pauperes, erit adeptio regni. propterea Dominus inquit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Secundo autem ex euaſione mali pœnæ, quod conturbat mites, eſt poſſeſſio terræ. proinde Dominus ait: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Tertio vero ex euaſione mali culpæ, quod contriſtat lugentes, conſolatio eſt. propter hoc Dominus ait: Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſo-
B labuntur. Secundo vero beatitudo futura conſiſtit in adeptione omnis boni. Et hoc erit gaudium beatorum, quod quidem habebunt aut ex adeptione beatitudinis creatæ, aut beatitudinis increatæ. Primo ex adeptione beatitudinis creatæ, aut merito iuſtitiæ, aut merito miſericordiæ. Primo enim ſi merito iuſtitiæ, erit ſaturitas iuſtitiæ. propterea Dominus ait: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Secundo vero ſi merito miſericordiæ, erit conſecutio miſericordiæ. Et de
C hoc Dominus ait: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Secundo ex adeptione beatitudinis increatæ. Et hoc habebunt aut merito munditiæ, aut merito pacis. Primo enim ſi merito munditiæ, erit viſio Dei. vnde Dominus ait: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Secundo autem ſi merito pacis, erit filiatio Dei. Et de hoc Dominus ait: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Vt ſic per Dei viſionem ſplendeat imago Dei in aſpectu, per filialem vero amorem ſit eius ſimilitudo in affectu. Tria prima pertinent ad iraſcibilem in adeptione liberta-
D tis. Et hoc tripliciter. primo, quia reſpectu plenę libertatis in ſpiritu dicitur regnum. ſecundo, quia reſpectu plenę libertatis in corpore dicitur poſſeſſio terræ. tertio reſpectu plenę libertatis a miſeria cõſolatio nuncupatur. Duo ſequentia ſunt concupiſcibilis in adeptione beatitudinis creatę, & hoc dupliciter, vt dictum eſt. Quia primo ſatietas erit ex condigno per iuſtitiam: ſecundo vero ſupra condignum per miſericordiam. Vltima duo ſunt rationalis in adeptione beatitudinis increatæ. & hoc dupliciter, vt dictum eſt. Primo videndo Deum, ſecundo autem diligendo eum. Quod nobis concedere dignetur beatificator animarum Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui E
cum Patre & Spirituſancto beatitudo eſt & præmium omnium Beatorum, hic per gratiam, & in futuro per gloriam, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Prima Beatitudo eſt paupertas ſpiritus, quę beatitudinem parit, & agitur etiam ibi de multiplici alia paupertate.

Sermo II.

B*Eati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum Mat. 5. c.* F
Fęlix doctrina, quę a beatitudine initium ſumit. Imum in rebus odibile hominibus, deſpicabile in perſonis, ante omnia Chriſtus aſcripſit æternę fęlicitati, & decorauit deforme apparens, non tamen exiſtens. Et merito, quod odibile ſit hominibus, Chriſtus beatum dicit, quia quod hominibus diſplicet, Chriſto placet: & quod hominibus placet, Chriſto diſplicet. Rex quidam duas filias habuit, vnam pulcherrimam, aliam turpiſſimam. Pulchra appetebatur ab omnibus G
& honorabatur: turpem vero nullus nedum amare, ſed nec videre volebat. Hæc autem amariſſime flebat in conſpectu Regis. Cui Rex: Noli flere, inquit, dilectiſſima filia mea: Nam qui in ſponſam duxerit ſororem tuam, nihil ſecum accipiet, niſi pulchritudinem ſuã: qui vero ſponſam acceperit te, dabo illi regnum meum. Miſtice autem filia pulchra, eſt glorioſa ſeculi vita, diuitijs, delitijs, & magnificentijs plena; Filia vero turpis, paupertas voluntaria eſt, plena penurijs, plena cruciatibus, plena deſpectionibus. Tamen voluntarijs pauperibus ſolatium eſt penuriam pati, cruciatibus fatigari, H
& ab inſenſato mũdo deſpici & contemni. Hanc turpem filiam, qui acceperit in vxorem, promittit ei Dominus regnum ſuum dicens, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. In quibus ſacratiſſimis verbis Dominus quodammodo triplicem paupertatem diſtinguit. Prima dicitur generalis, ſecunda dicitur ſpiritualis, tertia dicitur cœleſtialis. Et de hac dicit, Beati pauperes. Et de hac ſubdit, ſpiritu. Et de hac ſubiungit, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum.

A ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici paupertate, & varia conditione earum.

PRima paupertas, generalis vocatur, & hanc tangit Dominus dicens, Beati pauperes. Aduertendum eſt tamen, quod triplex eſt etiam paupertas. Prima dicitur voluntaria; ſecunda neceſſaria, tertia ſimulatoria, ſeu ſimulata. Prima laudabilis, ſecunda tolerabilis, tertia deteſtabilis. Prima pauperũ Chriſti, ſecunda pauperum mundi, tertia pauperum diaboli. Prima cum merito, ſecunda ſine merito, tertia cum demerito.

B

Quanta ſit excellentia voluntariæ paupertatis, & dominium eius. Cap. I.

PRima paupertas, eſt voluntaria. profectò non paupertas, ſed paupertatis amor, virtus meretur dici. Voluntas enim, ſicut radix eſt meriti, ſic & ſtabilem perſeuerantiam operatur. Quod neceſſitate fit, cito ſoluitur: quod voluntarie accipitur, perſeuerat. Proinde beatus Franciſcus diuinitus inſpiratus in 6. cap. ſuæ regulæ de paupertate loquens ait: Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub cœlo in perpetuum habere velitis. Nec inquit, Nihil habeatis: ſed nihil habere velitis, & ad nihil tranſitorium vitioſe afficiamini. Ad hoc. 12. q. 1. clericus. & 1. q. 2. ſacerdos. Talis igitur voluntarius pauper nihil temporale ambit, aut diligit, nihil perdere metuit. Cur igitur non eſt beata voluntaria paupertas, cum ipſa de cœlo proueniat, ſit quædam naturæ libertas, viuendi, dormiendi, ſtandi, & prodeundi, & conuerſandi, ac quædam ſecuritas & moriendi tranquillitas? Profecto perfectius eſt omnia propter Chriſtum contemnere, quã pauperibus diſtribuẽda ſeruare, ſicut patet 12. q. 1. expedit. Expeditus viator cito peragit iter ſuum: Natator nudus liberius tranſit flumen. Hæc paupertas repellit æmulorum turbam: nec in manibus ſuſpectorum conſtitutus eſt pauper: omne oſtium eum capit, & vbilibet poteſt reclinare ceruicem, litigare non nouit, latronem non horreſcit, in via per publicam & priuatam gradi poteſt,

C

D

E ciuitates habitare & penetrare deſerta, terrenum iudicem adire non habet, aduocato in ſua cauſa non indiget, libellos recipere aut porrigere vel de calumnia iuramenta præſtare non nouit: nam & ſi auſertur tunica, dabit & pallium, vt rumor forinſecus non inſurgat, & ne propter rem temporalem videatur odiſſe fratrem. Huiuſmodi pauper nihil cum dolore animi perdit, quia nihil cum vitioſo amore poſſedit: odium ad auferẽtem, ac triſtitiam de amiſſis ſuſtinere non poteſt, quia quod non diligebat, immo quod animo contemnebat, amiſit: cum omnibus habet pacem, quietem in anima, gaudium in conſcientia, liber eſt in operibus ſuis: eius oratio non habet ad quid recurrat in terris, ſolicitudine nulla tenetur: non oneratur, vt libera volitet. huiuſmodi pauper omnia terrena cuiuſuis poſſeſſionis exiſtant ſuo vendicauit in iure: nam ab omnibus petere vitæ neceſſaria poteſt, qui nihil vendicat ſibi de omnibus in proprium: eius, qui nullam habet, omnis domus eſt ſua, ſi capax extiterit, & omne ſuperfluum eſt pauperis proprium: non ſiquidem iure legis ſcriptæ, ſed creatæ naturæ. Poteſt enim exigere ab omnibus habentibus naturali iure, qui præter naturam nil nouit habere. Profecto euangelica paupertas eſt propter Chriſtum contemptus omnium terrenorum. Talis paupertas facit hominem dominum omnium contẽptorum. Proinde 1. Corin. 3. contemptor omnium Paulus in perſona omnium Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum inquit: Omnia enim veſtra ſunt. Hæc ſiquidem miſticę ſignificatur per pannum, qui ponitur in eccleſia, in loco vbi euangelium legi debet, qui pannus faſticus, ſeu faſticum nominatur, a faſtu. Qui igitur totum deſpicit mundum, totius mundi dominus eſt, teſte Domino, qui Deuter. 11. cap. ait: Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Pes ſiquidem in ſcripturis affectum ſignificat. Calcare enim deſpicere eſt. Ille profectò totum mundum pedibus calcat, qui cuncta mundana contemnit. Vnde ex ore Domini, omnium illorum dominus factus eſt. Proinde 2. Corin. 6. Apoſt. ait: Tãquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

F

G

H

Con-

A *Conſolatio pauperum verecundorum.*
Cap. 2.

SEcūda autem paupertas dicitur neceſſaria, quæ eſt pauperum huius mundi, de quibus dicitur Ioan. 12. Pauperes. n. ſemper habebitis vobiſcum. Hæc paupertas eſt ſimplex carentia diuitiarum, nec mala cenſenda eſt, vt dicitur 15. q. 1. illa. Propter hanc autem plurimi ſecretum petunt, deuitant publicum, cognoſci nolunt. Cum hac nobilitas graditur ex obliquo, nec fit gratioſitas prompta, ſed remiſſa. Ob quod videtur hominibus denegata pulchritudo loquendi, & decora conuerſandi moralitas ſæ
B pe retunditur & turpatur. O pauper verecunde, vis ſequi conſilium meum, vltrò paupertati occurre, venientem læto animo bipatentibus valuis accipiens, atque amplectens. Prima enim fronte rigidula, ac ſubtriſtis non immerito viatori, atque viro armato exęquata eo, quod celer minaxq; ſit aduentus illius. At cum in familiaritatem admiſſa fuerit, & minime ſumptuoſa & ſecuta, ac facilis hoſpes erit. Crede mihi, aperi illi ocius antequam vectum vi ſubita confringat, atque oſtijs vulſis a cardine victrix introeat, vt reſiſtentibus permoleſta, ſic ce-
C dentibus periucunda eſt. Mollius quidem diuitiæ ſubijſſent, ſed paupertas tutius. Nullæ opes ſunt, quibus non ſit anteponenda ſecuritas. Profecto, vt animo inopi, ac deiecto nullæ deficiunt opes: ſic diuiti, atque erecto nulla non ſufficit paupertas. Nempe ille alieno innititur, hic proprio fidit. Si paupertatem patienter tuleris, ſolito eris humilior, expeditior, atque liberior. Vacui amant incedere, qui iter arduum agūt. Carebis ſolitis opibus, ſimulq; ne ſolitis muribus, atque furibus, necnon & proteruis ſeruis: ijsque, quibus ſolent abundare diuitiæ, fictis amicitijs, ſequacibus, ac tenacibus
D paraſitis, totoque grege illo domeſtico arridentium tibi, teque rodentium, atque ridentium. Deniq; ſi amiſſas opes cum amiſſis tædijs conferas, lucrum voces. Certe, vt ſecuritatem ſileam, humilitatem, ſobrietatem, requiem, modeſtiam, paupertatis comites, ſi nihil boni aliud, illa ſecum afferret, quamquam etiam fallacium gregibus adulantium, & ſeruorum tyrannide ſuperborum liberet abunde erat cauſæ, vt non ſe renda modo eſſet, ſed optanda, imo etiam neceſſaria pauperies. Profecto, vt audacter teſtimonium perhibeam veritati, nihil nter homines paupertate melius, nihil odibilius. Sed vir ſapiens facit de neceſſi- E
tate virtutem, & vbi paupertatis neceſſitas vrget, prudentia liberæ voluntatis acceptet: vel potius, quo melius eſt, hilariter amplexetur. Recole pauper, quod Prouer. 17. cap. ſcriptum eſt: Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Et 15. cap. iterum Salomon ait: Melius eſt parū cū timore Dei, quā theſauri magni & inſatiabiles. Erat quidā prædiues & valde pecunioſus habitans in nobili Exēplum
domicilio, cui coniunctum erat tuguriolum cuiuſdam pauperis laborantis lanam. Cum autem diues in cubiculo ſuo iaceret, ac præ ſaturitate, ac multiplici ſollicitudine torque-
retur, nec dormire poſſet, audiebat pauperem iuxta igniculum ſuum cantantem & laborantem, & cum pueris ſuis lætantem, & reliquum noctis in pace dormiētem vſquequo prope diem vxor ſua illum ad laboritium excitaret. Quod audiens diues inuidens lætitię ſuę, cogitauit eum facere participem ſollicitudinum & miſeriarum ſuarū, atq; de nocte clam ſurgens aperuit oſtium pauperis, quod non multa diligentia clauſum erat, burſamq; nō cū parua pecunia ad oſtij eius cauillam appendit. Quā mane pauper reperiens, cernensq; quod pecunia erat, laborare dimiſit, nec domū egrediebatur, timēs G
ne ſibi pecunia auferretur. Cępit deniq; cōtriſtari & męſtus eſſe, atq; anxio aīo cogitabat, quid de illa faceret, & vnde veniſſet. Et ne aliquis eam furari poſſet, abſcondit eam in ſtramine lecti ſui. Infirmumq; in lumbis ſe fingens, ſuper eam iacebat vſquequo diligenter quid agere deberet de illa, deliberaret, vt vicini, vel vxor ſua neſcirent illū inueniſſe eam. Dumq; per plures ſic torqueretur dies, nec de nocte ſolito more cantaret, domum illius diues ingreſſus eſt, atq; de illo quęſiuit. At cum vxor ſua aſſereret eum in lumbis infirmum, ait illi diues: Noui incantationem, vnde ſubito curem eū. Et ac- H
cedens ad illū, ſecreto ad aurē illi ait: Redde mihi pecuniā meā, quā de tali accepiſti loco, alioquin faciam te ſuſpendi. Qui timens reſtituit pecuniā, & recuperauit corde iucunditatem: noctéq; ſequenti cępit cātare & iucundari cū pueris ſuis, ſicut ſolitus erat. Vide ignorans pauper, quantā lætitiam habere potes, ſi patienter & iucunde tuleris paupertatem. Neſciunt pauperes, quot & quantis anxietatibus & anguſtijs pleni ſunt diuites huius mūdi. Et licet qnq; aliqs mūdanis diuitijs, delitijs, & magnificētijs ad libitum frueretur: tū breue eſt, qđ delectat: æternū, quod

A quod cruciat. At econtra de paupere patiente. De vtroque autem exemplum patet, Lucæ 16. cap. de diuite Epulone, & Lazaro paupere, & patiente. De hoc enim quidam de ſanctis Patribus ait: Nihil reperimus ſcriptũ de Lazaro paupere, quòd aliquam virtutem fecerit, niſi quòd nunquàm aduerſus diuitem murmurauit, qui nullam ei miſericordiam impendebat, ſed cum gratiarũ actione ſuſtinebat onus paupertatis a Domino ſibi inflictum. De diuite verò dictum eſt: Homo quidam erat diues. In hoc diuitiæ: qui induebatur purpura & biſſo. In hoc magnificentiæ: &
B epulabatur quotidie ſplendidè. Et in hoc delitiæ demonſtrantur. Ecce tria, in quibus conſiſtit tota concupiſcentia mundanorum. Hinc Abraham inquit: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Porro pauperibus verecundis diſcretè, ac prudenter ſubuenire opus magnæ pietatis, & charitatis eſt, exemplo illius Booz, de quo Ruth 2. legitur, quòd Booz dicit ad Ruth: Audi filia, ne vadas ad colligendum in alterum agrum, ſed iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere. quando au-
C tem hora veſcendi venerit, veni huc & comede panem. Mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi. Et ſequitur: Præcepit autem Booz meſſoribus ſuis, dicens: Etiam ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de veſtris quoque manipulis proijcite de induſtria, & remanere permittatis, vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Et hæc paupertas pœnalem cruciatum annexum habet cum merito, ſi patienter fertur. Sed quia in multis fragilibus talis paupertas eſt quandoque cauſa multorum malorum, ſi abſque patientia
D fertur: ideo Salomon in perſona viri infirmi, ac timentis propter inuoluntariam paupertatem ad impatientiam, & alia multa compelli, Prouerb. 30. cap. ait: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? & egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Hæc proprie mendicitas dicta eſt, ſecundum Iſidorum 10. etymologiarum. Nam mendicus dictus eſt, quaſi minus habens, vnde degat, ſeu manu dicens neceſſitatem ſuam.

De ſimulata, & hypocritali paupertate, & mendicitate, & quanti criminis ſit. *Cap. 3.* E

TErtia paupertas ſimulata, ſeu ſimulatoria, & hypocrita nominatur. Hæc enim habet annexum cruciatum culpabilem, quo torquetur animus pauperis cupidi & auari, iuxta illud Iob 18. cap. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius. de talibus Propheta ait, Simul in vnum diues & pauper. Diues in auaritia, & pauper in ſubſtantia. Hanc autem diſſuadet Apoſtolus. 1. Theſſal. 4. c. dicens: Nullius aliquid deſideretis. F
gloſſa, Nedum rogetis, vel tollatis, in quo prohibet propoſitum cupiditatis alienæ rei & petitionem ex ea venientem, iuxta illud Epheſ. 4. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Quid dicam de quibuſdam quæſtoribus pitantiarum, & aliorum non neceſſariorum, importuniſſimis, & inuerecundiſſimis procuratoribus, qui fratrum pauperum vitam fœdantes, & poſt ſe fœtorem ſcandali relinquentes, conturbant populos indeuotos, & deuotos? Aduertant, ſe non reli- G
gioſos, ſed apoſtatas, & ſub habitu ſanctitatis hypocritas fictos eſſe ſanctæque religionis reieciſſe veritatem, virtutem & meritum, niſi peniteant, amiſiſſe. Talium ſiquidem infelix vita religionem confundit & diſſipat, & tam religioſos quàm populum in multis quæſtibus, quos propter eorum vitam inordinatam, & intemperatam fieri contingit, grauant. Qui præeſt, ſi hoc negligenter, vel vt in officio placeat, vel vt remiſſus tolerat, non caput, ſed turpitudinem operiens cauda, non paſtor, ſed idolum eſt. Habet prælatus bonus irrumpere iniquitates: ſed plerique non cu- H
rant de religionis ſcandalo, dummodo ſatisfaciant ventri ſuo. Hi autem, qui quæſtuum turpitudines approbant, ventriloqui dici poſſunt, quia ſemper pro ventre loquuntur. Et tales Iacob ſiue in prælatione, ſiue in ſubiectione domi ſimpliciter conuerſantẽ vilificant, Eſau venatorem magnificant. Quem & ego magnifico, ſi ad patris mãdatum honeſtè facit, quod facit: ſed caueat, ne propter inſolentiam, vel ignorãtiã benedictione meritò fraudetur. Non tamẽ propter paucos vniuerſitas ſancta culpãda eſt: nõ propter Iudã cæteri Apoſtoli repro-

Cõtra quæſtores.

A henduntur. Hoc ſane dolendum eſt, quòd ſæpe apud homines propter inſolentiam aliquorum tota ſeruorū Dei congregatio blaſphematur, & iniuſtiſſimè vnius ſtultitia in omnes alios innocentes refunditur. Sed, vt dicitur Matthæi 18. c. Veh illi, per quem ſcandalum venit. Tranſiui metas propoſiti, ſed prodeſt bonis, ſtultorum vt caueant mala. Prudens ad viſam alterius maculam, mundat ſuam. In his ſiquidem verbis ordo non multum congruus eſt, ſed vtilitati nullatenus præponendus. Vnde propter digreſſum non puto verbum, ſi incidit congruum omittendum, quia verbo-
B rum ordini debet vtilitas anteponi.

ARTICVLVS SECVNDVS

Quòd tripliciter intelligitur eſſe pauperem ſpiritu.

SEcunda principalis paupertas ſpiritualis denominatur: Dominus addit ſpiritu. Propter tria enim dici poteſt homo pauper ſpiritu. Primo propter affectionem, ſecundo propter reputationem, tertio propter humiliationem.

C *Quòd pauper ſpiritu eſt anima ſine mundanorum affectione.* Cap. 1.

PRimo enim eſt pauper ſpiritu ꝓpter affectionem, id eſt carens ſpiritu, ſcilicet propria voluntate, ſicut pauper pecunia: vt qui voluntatem ſuperioris facit, ſicut Chriſtus, qui dicebat: Pater non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Nam ſi locupletes veteris teſtamenti Patres in medium proferamus, necnon & multos Sanctos noui teſtamenti, quos nouimus terrenis fulſiſſe diuitijs, & abundaſſe dominijs, diligenter
D conſideremus, conſpiciemus aperte, quòd ſancti Patres veteris teſtamenti pauperes fuerunt terrenis. Non enim afficiebantur poſſeſſis, ſed alto animo nihilipendebant illa, vt etiam omnibus perditis manſiſſent inconturbati. Et hæc eſt paupertas ſpiritu. Profectò & Abel pauper fuit ſpiritu, & quamquam ſibi quædam animalia vendicaſſet, Deo tamen potiora offerebat, vt patet Geneſ. 4. & ſanctus appellatus eſt, quod nec fuiſſet omnino, ſi ſpiritu terrenas diuitias dilexiſſet. Enoch quoque ambulauit cum Deo, & vltra non apparuit: quia Deus illum tulit, Gene. 5. Porro ſi cum Deo ambulauit, non diuitijs circunſeptus, E
nec ſtipatus priuatis: non enim ambulat cū Deo, qui terrena ſectatur, ſed qui quærens aliam vitam propter illam, iſtam contemnit. Et ideo tulit eum Deus, quia ipſe terrena non tulerat, neque enim a terrenis attractus erat. Magnus in paupertate Noe, qui præter vſum debitum naturæ nihil vltra conquireret, & iubente Domino per cētum annos ſemetipſum, & ſua impēſas dedit in ratem pro humani generis vtilitate communi, Gene. 6. Nec ad priuatos vſus ſuas copias reſeruauit. Adeſt omnino ſanctiſſima paupertas, vbi adeſt & charitas, quæ non priuata communibus, ſed priua- F
tas communia anteponit. Pauper profectò cenſendus eſt, qui ad diuinum imperium cuncta, quæ poſſidet, paratus eſt impendere. Quot enim ante primam mundi ablutionem ad Dei regnum credimus pertinere pauperes, & peregrinos abſque conſtructione ciuitatum, & magnorū ædificiorum vitam communem peregiſſe aſſerimus. Abraham locuples fuit, Geneſ. 13. & extitit pauper ſpiritu, & peregrinus in terra, qui ſi libens ad ſacrificium filium obtulit, Geneſ. 22. pro quo paterna hæreditas congregatur, ipſam hæreditatem iubente Domino libentius obtuliſſet. Nec G
odio habebat eam, qui aduenientes recipiebat hoſpitio, vt ex illa conſuetudine Angelos ſuſcipere mereretur, Geneſ. 19. Protinus cæteri patres in hanc conuenere virtutem, vt Iob hoſpitalis, & diues cum egentibus cuncta participans, & omnibus deperditis gratias egit, originem ſuam, & nudum ingreſſum in hanc vmbraticam vitam animo, & ore commemorans, manſit imperturbatus. Iob 1. & 2. cap. Si vero noui teſtamenti Patres in medium producere conaremur: profectò recolimus, aut liberè omnia contempſiſſe, aut dediſſe pauperibus alijs Chriſti H
pauperes fieri cupientes: aut velut Dei adminiſtratores, & pij diſtributores omnia poſſediſſe ſine cordis affectione vſu duntaxat corporis cum timore ſuſcepto. Merito ergo Auguſtinus ſuper Pſal. ait: Pauper Dei eſt in animo, non in ſacculo. *Auguſt.* Et Hugo de clauſtro animæ ait: Sunt enim, *Hugo.* qui rebus abundant, ſunt tamen pauperes ſpiritu. & hæc eſt etiam vera paupertas: quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere, iuxta propheticum conſilium: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Quòd

A *Quòd pauper ſpiritu eſt, qui nihil boni à ſe reputat ſe habere. Cap. 2.*

Chryſoſt. SEcundo autem eſt pauper ſpiritu propter reputationem, & de hoc Chryſoſtomus ſuper Matthæum ait, Pauperes ſpiritu, id eſt animo. ſunt qui omnino nihil ſe habere reputant, nec ſeipſos, ſiue corpus, ſiue animam, ſiue membra, ſed omnia commodata habent, & quaſi alienis vtuntur: & ideo non dicit manifeſtè, Beati humiles ſpiritu, vt ſic oſtendat humiles adiutorium Dei ſemper eſſe, ſicut mendicantes. Vnde in Græco habetur, B Beati mendici vel egeni, qui ſemper pulſant adiutorium Dei, tanquam ex ſeipſis nihil reputantes habere. Hæc ille. Hoc ſi quidem eſt illud nihil, pro quo tales animæ ſaluabuntur. Et de talibus Propheta ait: Pro nihilo ſcilicet talis ſpiritualis paupertatis, ſaluos facies illos. Atque de ijs, qui pro tali nihilo iam ſunt beati, alibi Propheta inquit, pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem, id eſt gloriam ſempiternam adepti ſunt. Et iterum Iob 26. c. ait: Extendit, ſcilicet Chriſtus, Aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper C nihilum. Quid per Aquilonem, qui ventus frigidus eſt, niſi eccleſia de gentibus deſignatur? Hanc autem Chriſtus extendit, id eſt dilatauit, & ædificauit ſuper vacuum paupertatis, tanquam ſuper firmiſſimam petram, & appendit, hoc eſt a terrenis ad cœleſtia eleuauit, & in mundo ſublimauit terrã, id eſt Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, qui caro de terra ſunt, ſuper Chryſoſt. nihilum, ſcilicet antedictum. Vnde Chryſoſtomus ſuper Matth. homil. 46. de Apoſtolis ait: Non ſigna mirabiles eos fecerunt: Multi. n. & dæmones proijciētes, quia iniquitatem operati ſunt, nō ſunt facti mi-D rabiles, ſed puniti. Sed quid inquam eſt, quòd eos magnos oſtendit? pecuniarum contemptus, gloriæ deſpectus, ab omnibus vitæ huius negocijs erectio. quia ſi nō hæc habuiſſent, & ſi decem millia mortuorum ſuſcitaſſent, non ſolum nulli profeciſſent, ſed & ſeductores extimati eſſent. hæc Chryſoſtomus.

Quòd vere humilis, pauper ſpiritu digne meretur dici. Cap. 3.

TErtio quoque pauper eſt ſpiritu propter humiliationem. Et de hoc Auguſtinus in ſermone Domini in mō- E te ait: Paupertas ſpiritu, dicitur humilitas ſpiritualis, quæ ſpiritum inflantem extenuat, cuius nutrix humilitas eſt, ſecundum glo. Nam ſpiritus ventus nominatur. Quis vero neſciat, ſuperbos & præſumptuoſos inflatos dici tanquam vento diſtentos? Et ideo Beati pauperes ſpiritu, id eſt humiles. proinde Prouerb. 29. ſcriptum eſt: Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Chryſoſt. Chryſoſtomus quoque in homil. inquit. Sunt enim quidam naturaliter, & ex complexione pauperes, id eſt humiles: & virtuoſi, ſed tales non ſunt beati. Vnde Beati pauperes ſpiritu, id eſt illi, qui ex voluntate, & ex electione ſe humiliant. F Ideo hic incipit radicitus euellere ſuperbiam, quia hæc fuit radix, & fons malitiæ vniuerſæ, contra quam ponit humilitatem, velut quoddam ſtabile fundamentũ: qua ſubiecta, velut quoddã ſtabile fundamētũ cum ſtabilitate alia ſuperædificatur. Hac enim deſtructa, pereunt quæcunque congregaueris bona. Baſil. Et iterum ſecundum Baſilium in cap. 125. regulæ ſuæ. Pauperes ſpiritu, intelliguntur illi, qui non ex alia cauſa pauperes ſunt, niſi propter doctrinam Domini dicentis, Matthæi 19. G Vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et ſecundum hoc ly ſpiritu, ſumitur pro voluntate ſpirituali, & feruida, vt ſit ſenſus, pauperes ſpiritu, id eſt pauperes voluntate, ſeu voluntarij. & hic intellectus literalior eſt. Climacus Ioan. quoque Climacus inquit, Paupertas eſt ſollicitudinum depoſitio, curæ vitæ præſentis priuatio, itineratio ſine impedimento, triſtitiæ alienatio, fides mandatorum, fundamentum pacis, munditiæ ſemita, pauper monachus mundi Dominus, Deo curam ſui credens, & per fidem omnes poſſidentes ſeruos. H Non loquetur, aut dicet homini de neceſſitate ſua. Venientia vero ſuſcipiet, quaſi de manu Domini ad extremam neceſſitatem. Pauper orator non habet affectum ad aliquid vitioſè: quæ habet, & ei venientia, quaſi non exiſtant repræſentans. Receſſu ſuperueniente, & anticipante arbitratus eſt omnia, vt ſtercora. Si vero in aliquo contriſtatur, nondum pauper factus eſt. Chryſoſt. Et iterum ſuper Matthæ. Chryſoſtomus ait: Nam ſicut cætera vitia deponunt ad inferos, maxime tamen ſuperbia: ſic etiam omnes virtutes inducunt in regnum cœlorum, maxime tamen humilitas: quia proprium eſt, vt qui ſe humiliat, exaltetur.

A ARTICVLVS TERTIVS.

Quòd triplici ex cauſa voluntaria paupertas animas in hoc mundo efficit iam beatas.

TErtio paupertas principalis, cœleſtialis denominatur. Et de hac Dns ſubdit, Qm̃ ipſorum eſt regnum cęlorũ. Propter tria enim prædictorum pauperum eſt ẽt in pręſenti vita regnũ cęlorũ. Primo propter cęleſtialem cõformationẽ, ſecũdo propter cœleſtialem imitationem, tertio propter cœleſtialem participationem.

B

Quòd voluntaria paupertas Angelis homines conformes facit. Cap. I.

PRimo inquam in præſenti datur pauperibus volũtarijs regnum cęlorum propter cęleſtialẽ cõformationẽ. Audacter dixerim hãc pauptatẽ aliqd ſimile hẽre cũ cęleſtib. rõnabilibus creaturis, eo ꝙ beata pdicat̃ in terris. De cęlo paupertas aduenit ad terras, ſicut ꝓ nobis factus egenus de cęlis deſcẽdit pferẽs in ſe ipſius virtutis normã. Cęleſtẽ eſſe mõſtrauit, cũ non habere neq; velle
C terrena, gerat ſimilitudinẽ Angelorum. qui terrena concupiſcere, neque poſſidere nouerunt, Angeli ſunt terreſtres. Nec minus, quàm virginitas cũ Angelis habet aliquid cõmune paupertas: nã velut Angeli liberi ſunt a carne, atq; terrenis rebus, hoc in eis dictãte ipſa ſic creata natura. ita & hoĩes a carnis cõcupiſcentijs, operante diuina gratia, & terrena deſpicere facit volũtarie paupertas aſſumpta. Et ſi Angeli terrena concupiſcere, atq; ipſis vti nequeunt: homines vero poſſunt, & nolunt, & hoc confert hominibus beata paupertas, quod illis contulit creata natura.
D Beatificatur a Chriſto in terris voluntaria paupertas, quæ cum Angelis ante creata fuit: Quoniam nihil eis extitit ex creatione priuatum: omnia enim communia facta ſunt. Qui vero ſibi placuerũt in proprijs, irremediabiliter corruerunt. Proinde ſi cœleſtis eſt ipſa, ſi regnat in Angelis, Matt. 6. cap. orare docuit Chriſtus, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Vt velut Angeli natura pauperes sũt, nihil ſibi conquirũt in proprium, nec aliud præterquàm Deũ volunt: ſic in terra in hominibus plenè fiat. Nam vera & operoſa fides ſine paupertate nõ eſt, quæ magnum fidei teſtimonium perhibet, cum homines ad ſe trahit. Ipſa eſt ſpei viriditas, cum propter cœleſtia, terrena quæque contemnit. Charitas ſine ipſa non graditur, cum a viſibilibus hominem auellit, vt inuiſibilia diligat, & de Deo ſolum ditari cupiens, pauperem in terris ſuum conſtituit poſſeſſorem. Diues in mundo, pauper de Deo: pauper de mundo, diues de Deo. Nemo diues de diuinis, atque terrenis ſimul inclaruit: ex vno diuitem, ex altero pauperem fieri lex æterna compellit. Cum paupertate creata ſunt omnia, vt eſſet ordinata communitas, & omnis excluderetur proprietas. Vnde paupertas priuatio proprietatis exiſtit, quæ ſi ex ſpiritu Dei venit, & voluntarie aſſumatur, habet regnum cœlorum in terris, quia Dominus ait, Ipſorum eſt regnum cœlorum.

E

Chryſ.

F

Quòd imitari paupertatem Chriſti, animam in hoc mundo beatam facit. Cap. 2.

SEcundo vero in præſenti regnum cœlorũ datur pauperibus ſupradictis propter imitationem, ſcilicet filij Dei. Eſt enim euangelica paupertas virtus, qua ex exceſſu diuini amoris ad imitandum Chriſtum Ieſum omnia temporalia abdicantur. Dic ergo, anima mea: Domine mi Ieſu, G vt hanc temporalium paupertatem poſſes charitate perpetua deſponſare, & omnes perfectionis filios imitatores tuos in ipſa, & ex ipſa, & per ipſam perducere: a ſummo cœlorum deſcendere voluiſti. Hæc tibi cum tanta fidelitate adhæſit, quòd in matris vtero inchoauit ſuum obſequium, dum corpus animatum, vt creditur, habuiſti omnium minimum. Chryſ. Sed & orientem ex vtero in præſepio ſancto recepit, & ſtabulo, & conuerſantem in mundo ſic omnibus te priuauit, vt capitis reclinatorio faceret te carere. Sed & fideliſſima conſocia, dum ad bellum noſtræ redemptionis accederes, te fideliter comitata eſt, & H in ipſo paſſionis conflictu indiuiduus armiger aſtitit, & diſcipulis recedentibus, & negantibus nomen tuum, ipſa non diſceſſit, ſed te tunc cum toto comitatu ſuorum principum fidelius ſociauit. Immo ipſa matre propter altitudinem crucis, quæ tamen te ſola tunc fideliter coluit, & affectu anxio tuis paſſionibus iuncta fuit: Ipſa inquam tali matre te contingere non valente, domina paupertas cum omnib. penurijs ſuis, tanquã tibi gratiſſimus domicellus, te fuit ſtrictius amplexata,

xata,

A xata, & tuo cruciatui præcordialius iuncta, propter quod nec ſibi vacauit crucem polire, ſed ruſticano more componere, & ipſos clauos, vt creditur, non ſufficienti numero vulneribus fabricauit, nec ipſos exacuit, nec poliuit, ſed tres rudes, & aſperos & obtuſos ad adiuuandum tuum ſupplicium præparauit. Dum quoque ſitis moriereris ardore, ipſa fidelis ſponſa ſolicitè affuit, vt nec modicum aquæ poſſes habere: ſed per ſatellites impios tantæ amaritudinis confecit poculum, quod guſtare potius quàm bibere potuiſti. In huius igitur ſponſæ ſtrictis amplexibus aīam emiſi-
B ſti. Sed nec ipſa fidelis ſponſa tuis defuit exequijs ſepulturæ, nec tibi aliquid in ſepulcro, in vnguentis, & lintheis habere permiſit, niſi ab alijs mutuatum. Nec iſta ſanctiſſima ſpōſa tuæ reſurrectioni defuit, quia in eius amplexus glorioſe reſurgens in ſepulcro omne mutuatum, & aduentitium reliquiſti. Hanc tecum aſportaſti ad cœlos mundanis relinquens omnia, quæ ſunt mundi. Ad imitandum Chriſti pau-
Bernar. pertatem hortatur Bernar. dicens: Imitemur eum, in quantum poſſumus, qui ſic dilexit paupertatem, quòd licet in manu eius eſſent omnes fines terræ, nihil tamen
C habuit, vbi caput reclinaret. Et alibi idem ait: Homines bonæ voluntatis, qui Chriſtiana pietate diuitias paupertate commutauerunt, vel non habitas tanquàm habitas contēpſerunt, relinquentes omnia propter Chriſtum, ſicut & ipſe reliquit omnia propter ipſos: hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Talibus quidem etiam in præſenti promittit, & tribuit Dominus regnū cœlorum, dicens: Beati pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorū eſt regnū cęlorum, ſ. ēt in preſenti. Quæ aūt ſit hæc beatitudo, declarat Bea-
Ambroſ. tus Ambroſius in lib. de officijs, dicēs: Dico
D aūt beatā vitā cōſiſtere in altitudine ſapiētiæ, ſuauitate cōſcientiæ, virtutis ſublimitate. Hoc eſt regnū cęlorū, bonum abſconditū.
Bernar. Ad hæc Bern. ſuper illud Matth. 11. Cōfitebor tibi pater Dn̄e cœli & terræ, quia abſcōdiſti hæc a ſapiētibus, & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, inquit: Quid tā abſcōditum bonū, quàm paupertatē eſſe beatam? Hæc abſcondiſti Deus a ſapientibus, & prudentibus huius mundi. Pauperes autem ſpiritu, quodammodo ſunt propinqui bea-
Auguſt. titudini patriæ, De qua Auguſtinus in Enchiridion inquit: Ille beatus eſt, qui omnia quæ vult habet: nec aliquid vult, quod non decet. pauper ſpiritu, vel ī re hēt, vel in ſpe.

Quare primæ, & vltimæ beatitudini etiam in præſenti datur regnum cœlorum. Cap. 3. E

TErtio autem etiam in præſenti datur regnum cœlorū pauperibus ſupradictis propter cęleſtialem participationem. Duæ ſunt beatitudines, quibus in præſenti regnū cœlorum a Chriſto promiſſum eſt. Prima eſt hæc: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Secunda eſt, ſ. octaua & vltima, ſ. Beati, qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, qm̄ ipſorū eſt regnū cœlorū. Sex vero intermedijs regnū cœlorū promittitur de F
futuro, vt patet in ſecūda, quā dr̄: Beati mites, qm̄ ipſi poſſidebūt terrā. & in tertia dr̄: Beati, qui lugent, qm̄ ipſi cōſolabuntur. Et in quarta dr̄: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qm̄ ipſi ſaturabuntur. & ſic de reliquis. Profecto paupertas, & perſecutio tēporalis, ſorores ſunt, & eis claues regni cęlorū non tantum promiſſiue, ſed poſſeſſiue conceduntur. Huiuſmodi autem ratio eſt, quia euāgelica paupertas nihil habet, quod mundi ſit. Temporalis autē perſecutio poteſt totum mūdum ab homine auferre. Sed quia prouidentiſſimus creator, & gubernator nullam creaturam ſine loco fecit, cū G
paupertas, & perſecutio in mundo locum non habeat, ideo eis poſſeſſoriè ex nūc cęlicas ſedes dedit. Proinde de his duabus
Auguſt. ait: Dominus Ieſus Chriſtus omnia bona terrena contempſit, vt ea eſſe contemnenda monſtraret: omnia mala terrena, quæ ſuſtinere præcipiebat, ſuſtinuit, vt in iſtis non quæreretur fœlicitas, nec in illis timeretur aduerſitas. Quod autē pauperes ſpiritu, iam quodammodo in præſenti beati ſint, clareſcere etiam poteſt, ſi conſiderentur quatuor, quæ paupertas ſpiritu facit conformia ſtatui beatorū. Facit enim impaſſibiles, agiles, ſubtiles, & diuites. H
Primo facit impaſſibiles, ſcilicet quia non dolent de temporalium amiſſione, immo de hoc gaudent, ſicut patet in illis, de quibus Apoſtolus 10. c. ad Hebr. ait: Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam, ſcilicet in cœlis. Secundo facit agiles, ſcilicet ad faciliter ſequendum Chriſtum, ſicut fecerūt Apoſtoli, ſicut patet Matth. 19. dicente Petro ad Ieſū: Ecce nos relinquimus oīa, & ſecuti ſumus te: qd ergo erit nobis? Vbi Bern. Bene Bernar.
inqt Petre, & nō ad iſipiētiā tibi. Alter. n.

A gigantem ſequi non poteras, qui exultauit ad currendam viam. Tertio facit ſubtiles, ſeu graciles ad intrandum in paradiſum: ſicut econtra diuitibus, ſcilicet auaris, difficile eſt. Vnde Matth. 19. Dominus ait: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Quarto facit diuites ad emendum regnum cœlorum. Proinde Auguſt. in perſona Domini ait: Vænale habeo, vænale habeo. Quid? regnum cœlorum. Quo emitur? Paupertate regnum, vilitate gloria, labore requies, morte vita. Item ſicut egreſſus vitij, eſt ingreſſus virtutis: ſic

Auguſt.

B egreſſus a cupiditate mundi, eſt ingreſſus ad charitatem Dei. Et quia voluntaria paupertas propter amorem Chriſti facit maxime egredi a cupiditate mundi: ideo maxime facit ingredi ad charitatem Dei, in qua conſiſtit completa beatitudo. Quæ de voluntaria paupertate dicimus, etiam ad martyrium adaptari poſſunt. Bern. quoque de vtriſque in quodam ſermone ait: Pauperibus pariter, & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia paupertate quidem emitur: ſed in paſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur. Et alibi ait: Quid ſibi vult, quòd eadem promiſſio facta

Bernar.

C eſt pauperibus, & martyribus, niſi quia verè genus martyrij eſt voluntaria paupertas? Magna ergo & mirabilis eſt dignitas, & excellentia voluntariæ paupertatis. Vis eam intelligere? Audi Chryſoſt. in homilia vltima ſuper Matth. ait enim. Figuratio & deſcriptio volũtariæ paupertatis. Si quis tibi principatum, & ciuiles poteſtates, & diuitias, & laſciuiam proponeret: deinde paupertatem ponens, electionem daret accipere quodcunque velles: hanc confeſtim raperes, ſi tamen cognoſceres pulchritudinẽ eius: mihi enim paupertas, puellæ cuidam pulchræ, & ſpecioſæ ſimilis eſſe

Chryſoſt.

D videtur. Cum hac Helias educatus, raptus eſt. eſt beata illa rapina: Cum hac Heliſeus claruit: Cum hac Ioannes: Cum hac Apoſtoli omnes. Si etiam ipſam puellæ huius pulchritudinem intueamur: etenim oculus eius eſt purus, & præclarus, nihil habens turbulentum, ſed manſuetus, tranquillus, delectabilis, & ad omnes reſpiciens mitis, humilis, nullum odio habens, nullum auertens. Os illi, & lingua ſana eſt, continue gratiarum actione plena, & benedictione, & mitibus verbis, & amicabilibus. Si autem vis etiam proportionem membrorum eius videre, longa eſt

& excelſior, quàm ſuperabundantia. Si autem fugiunt eam multi, ne mireris: etenim & alias virtutes fugiunt inſipientes. Sed contumelijs afficitur, ais, pauper a diuitibus. Rurſus mihi inopiæ laudem dicis, quoniam beatus eſt, qui conuicium patitur: ſed hoc ferre admonet inopia. Sed eſurit pauper, ais: & Paulus eſuriebat, & in fame erat. Sed non habet requiem, neque filius hominis habebat, vbi caput ſuum reclinaret. In his expreſſe declarat os aureum, quòd voluntaria rerum inopia non ſolum eſt magnæ precioſitatis, ſed etiã miræ pulchritudinis. Eſt etiam, & quod plus eſt, magnæ opulentiæ & honoris, ſicut prędictus ſanctus ait ſuper Ioan. homilia 47. ait enim: Anima inopis: inopis quidem voluntarij, fulget velut aurum, ſplendet velut margarita fulgens: floreſcit autem vt roſa. non enim eſt illic tinea, non eſt illic fur, non ſolicitudo vitæ huius ac negociorum, ſed ſicut Angelus ita conuerſatur. Vis animæ huius pulchritudinem videre? vis inopiæ diuitias addiſcere? Non ſubiacet dæmonibus, non aſſiſtit Regi, ſed aſſiſtit Deo; non militat cum hominibus, ſed militat cum Angelis: Non habet arcas, alias areas duas, vel tres, vel decem, ſed talem abundantiam, vt hunc mundum vniuerſum nihil eſſe exiſtimet. Non habet theſaurum, ſed cœlum: non indiget ſeruis, magis aũt habet ſeruos paſſiones, & cogitationes, quæ Regum dominantur. Regnum autem, & aurum, & omnia talia, quemadmodum puerorum ludibria deridet, & ſicut ludi pilam: hæc omnia extimat eſſe contemptibilia. Habet enim mundum, quem neque videre qui in his ludunt, poſſunt. Quid igitur hoc paupere melius eſt vnquàm? Pauimentum denique habet cœlum. Si autem pauimentum tale eſt, excogita tectum. Sed non habet equos & currus: quid autem ei opus eſt, qui ſupra nubes vehi debet, & eſſe cum Chriſto? Hucuſque Ioannes os aureum ignitis, fulgidis, ponderoſis, & precioſis eloquijs voluntarię paupertatis admirabilem celſitudinem, pulchritudinem, precioſitatemque commendat, vt omnes ad huius paupertatis amorem inflammet. Præterea quòd paupertas faciat hominem iam beatum, etiam ex alijs quatuor patere poteſt, quæ etiam ad beatitudinem faciunt. Primum libertas, ſecundum ſecuritas, tertium ſanitas, quartum eſt ſatietas. Primum inquam eſt libertas. Nam, vt

E

Os aureũ

F

G

H

A vt teſtatur Apoſtolus, Rom. 8. cap. Vanitati; id eſt ſeruituti ſubiecta eſt creatura non volens. Et ſequitur: Quoniam ipſa creatura liberabitur; ſcilicet ex ipſa paupertate a ſeruitute. Talis quidem beatitudo animam liberā, & expeditam a quatuor facit, ſcilicet a labore acquirendi, a timore amittendi, a feruore multiplicandi, atque ab amore conſeruandi. Secundum eſt ſecuritas. Proinde Matth. 6. cap. Dominus ait: Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque erugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, neque furantur. Vnde & hanc ſecuritatem
B promiſit Dominus, Matthæi 19. cap. dicens: Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut vxores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Tertium eſt ſanitas: liberat enim ab auaritia, quæ eſt infirmitas diuturna, quæ nunquam ſeneſcit. Vnde & quidam Sapiens ait: Ad omnem rem ſapientiores ſumus, cum ſeneſcimus, quam ad rem acquirendam. Mortifera. Vnde Lucæ 16. cap. Dominus ait: Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Varia. proinde ſignificatur per multas
C infirmitates, videlicet per manum aridam, Matthæi 3. Quæ per manus extenſionem curata eſt: quia auaritia per eleemoſinarum largitionem curatur. Item ſignificatur per hydropicum, qui ſemper ſitit, Eccleſiaſt. 5. Auarus non implebitur pecunia. Quartum eſt ſatietas. Satiat enim animam, & affectum in præſenti vita. Proinde talis beatus dicere poteſt illud Sapientiæ 7. cap. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa; & innumerabilis honeſtas per manus illius. Quæ bona cum ipſa paupertate ſpiritus nobis largiri dignetur. Dominus pauperum, & pauper pauperum, filius Dei Ie-
D ſus, qui pauper in ortu, pauper in victu, atque pauper in vitæ exitu:

Sed nunc diues in gloria,
& diſtributor æternarum diuitiarum,
cum Patre,
& Spiritusancto regnat per
infinita ſecula ſeculorum.
Amen.

Secunda beatitudo eſt mititas, vbi agitur de triplici mititate, & pro qua terra vincentium pro beatitudine danda eſt. E

Sermo III.

B*Eati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Iterū Matthæi cap. 5. Poſt ſpiritus paupertatem merito mititas ſequi debet. Profecto qui pauper eſt, multis iniurijs laceſſitur: propterea illi, ꝙ ſit mitis, & manſuetus, neceſſarium eſt. Aduertendum eſt tamen, ꝙ mititas, & manſuetudo idem ſunt in eſſentia, differūt tamen in efficacia: nam mitis eſt, qui alium non offendit, manſuetus autem qui tolerat offendentes. Proinde manſuetus dicitur, quaſi manu aſſuetus. Vnde Caſſio. ſuper Pſalterium ait: Manſueti, quaſi manu aſſueti, i. mala facile ſuſtinentes, non malum pro malo reddentes. Mitis vero eſt, qui nulla animi accenſione turbatur, nec propter aliquam iniuriam, ſeu damnum commoueri poteſt, ſed in animi bonitate dulciter perſeuerat. Et ſecundum hoc, mitis dicitur in affectu, manſuetus autem in effectu. Ex his patet, ꝙ manſuetudo eſt animi iam purgati. Inſuper dici poteſt, ꝙ manſuetudo eſt ſpecies fortitudinis, ipſa patientia mediante, ita ꝙ cum patientia idem ſit. Attamen manſuetudo, & patientia differunt aliquo modo. Nam patientia eſt ſuſtinentia corporalium moleſtiarum: Manſuetudo vero eſt ſuſtinentia moleſtiarum cōtumeliarum. Ex his colligi poteſt, quæ differentia ſit inter mititatem, manſuetudinem, & patientiam: nam mititas pertinet ad affectum interiorem, manſuetudo ad effectum exteriorem moleſtiarum contumeliarum, patientia vero ad ſuſtinentiam corporalium moleſtiarum. Aduertendum eſt tamen, H ſecundum Nicolaum de Lyra, quòd dupliciter homo ſe habet ad iraſcibilis paſſiones. Primo modo communiter, ſecundo modo excellenter. Primo modo communiter, quando videlicet ſic eas refrænat, quòd non nimis impetuoſe excedit, tamen aliqualem perturbationem illarum ſentit. Secundo modo excellenter, ſcilicet quòd homo ſuperat huiuſmodi paſſiones, quod perficit mititatis beatitudo, quæ hominem totaliter tranquillum reddit ab iraſcibilis motibus per totalem ſubiectionem ad regulam rationis, & diuinæ legis. Hæc vir-

Marginal notes: F; *Caſſio.*; G; *Nicol. de Lyra.*

A tus ſuauis eſt copula, & amabile vinculum, quo homines hominibus Deo, & Angelis vniuntur. Ad exprimendum igitur virtutem, & perfectionem huius ſecundæ beatitudinis, Dominus in verbo propoſito ait: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Tria igitur circa mititatem ad præſens conſideremus. Primo eius ſubiectum, ſecundo eius meritum, tertio eius præmium.

Articulus Primus.

B *In quo triplex manſuetudo, ſeu mititas declaratur.*

Primo inquam cōſideremus mititatis, ſeu manſuetudinis ſubiectum. Porro triplicem poſſumus diſtinguere mititatem, ſeu manſuetudinis varietatem. prima eſt naturæ, ſecunda eſt culpæ, tertia eſt gratiæ. Seu prima eſt naturalis, ſecunda criminalis, tertia virtualis.

De mititate, ſeu manſuetudine naturali. Cap. 1.

C Prima quidem manſuetudo, ſeu mititas, eſt naturalis, quia ab ipſa natura eſt: quemadmodum naturalis magnanimitas, naturalis verecundia, naturalis pietas, & conſimilia. Talis mititas licet naturaliter hominibus indita ſit: tamen malitia, vel bonitate complexionis impeditur, vel adiuuatur. Et hoc manifeſtum fit per operationem eius, quæ ſecundum adiuuamentum, vel impedimentum complexionis, quæ a parte corporis eſt: aut tardior erit, aut rarior: aut frequentior, aut maior. Et licet prædi-
D cta manſuetudo aliæque conſimiles virtutes perfectæ fuerint in Adam ante lapſum, & inditæ ſint in nobis: nihilominus in nobis multum ſunt læſæ, atque depreſſæ, ac penè omnino conſopitæ, atque ſepultæ immerſione animalitatis, ſiue originalis corruptionis. Veruntamen exercitio, & conſuetudine congruentibus multū eas adiuuari, atque proficere ipſo ſenſu experientiæ manifeſtum eſt: nam frequentia operationum, vel augmentātur, vel acquiruntur, vel ingignūtur. Nec eſt aliqualiter dubitandū, naturaliter manſuetos exercitio eorū, quæ māſuetudinis ſunt, in ipſa naturali māſuetudine augeri. Hoc aūt fit, ſecundum quoſdam, quia liberatur potentia, & quaſi detumulatur, & ita erūpit in opera maiora nullo modo apud ſe immutata, quemadmodū ſi homo ligatus diruptis, aut ſolutis vinculis incipiat ambulare, cum virtus eius greſſibilis in nullo mutata eſt apud ſe, ſed tantūmodo liberata. Et ſimiliter eſt de pietate, & cōſimilibus alijs. Ab his naturalibus virtutibus, tanquàm a fundamento perfecto, initium ſumit, ſed exercitio, & conſuetudine creſcens gratuitis confirmatur.

Quantum reprehenſibilis ſit inſenſibilitas & ignauia contra peccata ſub ſpecie mititatis. Cap. 2.

Secunda mititas, ſeu māſuetudo eſt criminalis, quæ maxime ex diſplicendi timore venire ſolet. Sunt namque plerique, qui ſub pallio manſuetudinis, & mititatis inſenſibiles, atque ignauia pleni fiunt: nec zelum habent diuini honoris, nec animarum ſalutis, ſed quadam falſiſſima tranquillitate, & pace cōtra ſcelera tacent, quādo pro loco, & tēpore illa redarguere obligātur. Huiuſmodi homines licet ſic videātur pacifici, & modeſti, atq; quieti: nihilominus ſicut Propheta inquit, Tange montes, & fumigabūt. Vnde de talibus Bernardus ait: Sunt quidam mites, ſ. quandiu nihil dicitur, vel agitur, niſi pro eorum arbitrio patebit, aut quam longe ſint a vera māſuetudine, ſi leuis occaſio oriatur. Proinde notandum eſt, ꝙ licet turbulentia vitioſa, ſeu immoderata cadere non debeat in regulatiſſimo viro: cadit tamen, & cadere debet in eo turbulentia virtuoſa, & pia, ſi talis eſt in ſtatu naturæ paſſibilis & mortalis, cui ex ſuo ſtatu competit multa pati, & multipliciter compati. nec intelligendum eſt, quòd omnis turbulentia de ſe in vitium ſonet, quia in Chriſto ex ſummo Dei zelo, & animarum fuit turbulentia iræ, & indignationis contra cæcitatem, & malitiam Iudæorum, & Phariſæorum: Et tamen nullus ſanæ mentis dicet turbulentiam illam vitioſam fuiſſe, immo in ſummo virtuoſam. Cōtra tales igitur inſenſibiles, & pacificos, immo potius inſenſatos, zelans Propheta ait: Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Et alibi idem inquit: Iniquos odio habui, & abominatus ſum. Ecce quomodo huiuſmodi mites iniquos, & abominabiles dicit. Proinde 83. diſtinctio. in c. error. Innocentius ait: Error, cui nō reſiſtitur, approbatur; & veritas cū minimè

Margin: B, F, G Bernar., H

A nimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere: neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et 24.q.3.c. vlti. ſcriptum eſt: Qui deſinit obuiare, cum poteſt, conſentit. Et 86.diſt. in c. culpam, ſcriptum eſt: Culpam proculdubio facientis habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Et iterum, Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa: & probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes, atque omnibus annunciat. Hieremias cap. 51. dicit: Nolite tacere ſuper
B iniquitate. Hæc virtus erat in Moyſe, de quo Num.12. cap. ſcriptum eſt: Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Et tamen zelo iuſtitiæ percutiebat, ſicut patet Exo. 32. Merito ergo Ambroſius ait: Beatus, qui & ſeueritatem & manſuetudinem tenet, vt altero diſciplina ſeruetur, altero innocentia non opprimatur. *Ambroſ.*

De imperturbabili mititate, & quòd inuariabilis ſit ad proſpera & aduerſa. Cap. 3.

C Tertia eſt manſuetudo ſeu mititas virtualis. hæc ſiquidem cum gratia gratum faciente militat & illam gratia charitatis informat atque decorat. Huius quippe virtutis Saluator ſolus voluit eſſe magiſter. Hanc quippe opere & verbo docuit. Opere, quando cum peccatoribus comedit & bibit: quando a Maria Magdalena ſe tangi & ablui permiſit, quando egẽtibus & infirmis miſerationum ſuarum gratiam exhibuit. Verbo, quando Matt.11.
D cap. ait: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Eſt ſiquidem hæc virtus firma ſupra petram ſituati cordis & ſuperexaltati a materijs ſenſibilium & appetibilium rerum, ſecundum carnem & apparentiam eius. Ipſa quippe eſt quædam intranſmutabilitas animæ in honoribus & in ignominijs ſimiliter ſe habens non variato animo in his, quæ ad eum indigna ſeu digna proueniunt taciturnitate, præterquam ad reprẽhenſibilia per omnia poſſidens, quia ad laudes & contumelias vniformiter ſe habet. Proinde in perſona huiuſmodi mitis propheta ait: Factus ſum, ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Ait enim: Factus ſum, ſicut homo non audiens, ſcilicet laudes adulatorum. Vnde Hierony. ait: Si ad patriam E tendimus, cantus ſirenarum non audiamus. Sirenæ quidem adulatores ſunt, de *Hieron.* quibus Iſa.13. cap. in fine. Sirenæ in delubris voluptatis, ideſt in domibus magnatum, qui faciunt ſe ſicut idola adorari. atque de contumelijs propheta ſubdit: Et non habens in ore ſuo redargutiones. quaſi dicat: Qui me iniuſtè arguebant, non redarguebam, ſed patienter & cum manſuetudine ſuſtinebam, licèt eos redarguere poſſem: obſeruans illud, quod Apoſtolus
F ad Rom.12. cap. ait: Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Iob quoque 3.c. in fine de ſeipſo ait: Nonne diſſimulaui, nonne ſilui, nonne quieui? & venit ſuper me indignatio. Ait enim: Diſſimulaui, quia exterius impatientiam non oſtendi. Silui, quia non reclamaui. Quieui, quia interius turbatus non fui: & venit ſuper me indignatio, quia me excuſando eam non repuli.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De triplici virtute, quam mititas in ſe comprehendit.

G Secundo quoque conſideremus huius mititatis ſeu manſuetudinis meritum, ſecundum ſententiam gloſſę, Mititas triplicem in ſe comprehendit virtutem. Primo lenitatem, ſecundo æquanimitatem, tertio innocentiam ſiue innocuitatem. Lenitas eſt quantum ad motum mẽtis, Æquanimitas quantum ad inſultum hoſtis, Innocentia quantum ad actum hominis. Et ſic excludit triplicem amaritudinem, ſcilicet rancoris per lenitatem: impatientiæ per
H æquanimitatem vel longanimitatem: Liuoris per innocentiam & innocuitatem.

Quod mititas lenitatem in ſe comprehendat. Cap. 1.

Primo enim mititas comprehendit in ſe lenitatem. Nam ſecundum glo. mitis eſt, quem mentis amaritudo non afficit. Proinde Auguſtinus ibidem ait: Mites ſunt, qui *Auguſt.* cedunt in probitatibus, & non reſiſtunt malo, ſed vincunt in bono malum. Hoc enim & Apoſtolus ad Roman.12. cap. ait: Noli vinci a malo, ſed vince in bono malũ: quaſi

A quaſi dicat, Si aduerſarium tuum non pœnitet,tamen noli vinci a malo, ſ. per impatientiã,ſed vince in bono, ſ.mititatis, malũ ſcilicet hominem. Mititas quippe,ſeu mãſuetudo,nobile genus vincendi eſt. glo.Bonitate contende contra illum, bona contentio & ſalubre certamen,vt ſis bonus contra malum:nobile eſt vincere,nobilius vincere in bono,ſed nobiliſſimum vincere in bono malum: *Iſido.* Et Iſidorus in ſoliloquijs,lib.2.ait: Magna eſt virtus,ſi non lędas a quo læſus es. Magna eſt fortitudo,ſi etiam læſus remittis. Magna eſt gloria, ſi cui potuiſſi nocere,parcis. Qui enim hanc virtutem mititatis habet,ſui eſt compos,ſuiq; poſſeſſor. B Qui vero ſeipſum theoria & actu poſſidere didicerit, amplius trimphator erit, quàm ſi de multis gẽtibus & ciuitatibus victoriã adeptus eſſet.Proinde Prouer. 16.in fine,Salomon ait: Melior eſt patiẽs viro forti, & qui dominatur animo ſuo,expugnatore vrbiũ. Amplius dicam,altius & nobilius eſt ſuijpſius eſſe poſſeſſorem, quàm omnium rerũ extra poſitarum eſſe dominatorem,cum altior & nobilior eſt animus, cui dominatur quàm omnia corporalia, quæ ſunt creata. *Auguſti.* Vnde Aug. ſuper Gen. ad literam. Sicut Deus omnem creaturam,ſic anima omnem C creaturam corporalem dignitate naturæ præcellit. Inſuper in 8. lib. de ciui. Dei inquit: Omni corpori præfertur animæ natura.

Quod mititas comprehendit in ſe æquanimitatem. *Cap. 2.*

SEcundo quidem mititas comprẹhẽdit in ſe æquanimitatem. Vnde glo.ſequitur dicens:Mitis eſt,quem non rancor, vel ira afficit: ſed omnia æquanimiter ſuſtinet. *Ambroſ.* vnde & Ambro.ſuper Lucam. Quid enim mihi prodeſt carere ſceleribus, niſi D fuero mitis & manſuetus? Mitiga ergo affectum tuum,vt nõ iraſcaris: aut certè iratus non peccaueris. Præclarũ eſt enim motum temperare conſilio. Nec minoris virtutis eſſe videtur cohibere iracundiam,quàm omnino nõ iraſci: cum plurimum iſtud ſit, non iraſci ſit leuius. Hoc autem. ſ. motum iræ cohibere,fortius extimo. Proinde propheta inquit: Iraſcimini & nolite peccare. Eſt etenim duplex ira. Vna, quæ fit per vitium:ſecunda,quæ fit per zelum. Prima inquam eſt,quæ fit per vitium. Et de hac inquit: Iraſcimini & nolite peccare. i. ſi primus motus iræ inſurgat, nolite peccare. ſ. conſentiendo in corde: vel ad effectũ perducẽdo in opere,vel diu retinẽdo in mẽte. E Quod neceſſitatis eſt permittit: quod vero culpæ eſt,interdicit. Secunda autem ira eſt, quæ fit per zelum. ſecundum enim Grego. *Gregor.* in 5.moralium, in fine ſuper illud Iob c.5. Virum ſtultum interficit iracundia. Ira per vitium, oculum mentis excæcat: Ira vero per zelum, oculum mentis ad tempus conturbat: quia ex quo ſaltẽ rectitudinis ęmulatione cõcutitur ea,quæ niſi tranquillo cor de percipi non poteſt, contemplatio diſſipatur. Quia enim inquietudine mentẽ agitat, eius mox aciem obſcurat, vt altiora in cõmmotione non videat, quæ bene prius F tranquilla cernebat: ſed inde ſubtilius ad alta reducitur. vnde ad tempus ne videat reuerberatur,alias turbatur.Nã recta ęmulatio æterna poſt paululnm ipſi in tranquillitate largius aperit, quæ hic interim per commotionem claudit. Et dat exemplum de collirio: quod oculum prius turbat, ſed poſt eum clariorem & ſereniorem monſtrat. Ex his patet, ꝙ ira per zelum nõ tollit iudicium practicum, & præcipuè illud, quo regitur zelus ipſe & actus eius. Illam vero ſerenitatem contemplationis, quam habet in tranquillitate illius pacis,quę exuperat omnem ſenſum,obfuſcat non quo ad G habitum, ſed quo ad actum: nec pro omni tempore,immo pro ſequenti tempore multum iuuat, pro quanto per zelum illum accenditur charitas & omnis torpor mentis excutitur & radices vitiorum funditus extirpantur,atque plures cogitationum venalium abſterguntur: necnon & per ipſum homo Dei gratiam amplius promeretur: & ſic per illum manſuetudinis virtus non minuitur, ſed augetur & firmius habituatur & ſolidatur.

Quod mititas in ſe comprehendit innocentiam. *Cap. 3.* H

TErtio vero mititas comprehẽdit in ſe innocentiam ſeu innocuitatem. Nam ſecundum glo. prædictam,Mitis eſt,qui non irritat,nec irritatur: nec nocet,nec nocere cogitat. Hinc j.Corinth. 13. Charitas, quæ mititatem ſeu manſuetudinem parit,non irritatur, quia propter iniuriam non prouocatur ad iram, cum vindicandi appetitum non habeat, quinimo vituperationem conuertit in refectionem, & plagas in medicinam. Vnde 3.c.Tre.de huiuſmodi manſueto ſcriptum eſt:Dabit percutiendi

A cutiendi ſe maxillam , ſaturabitur opprobrijs . Et aliud de Iob in 34. c. ait. Quis eſt vir,vt eſt Iob,qui bibit ſubſannationẽ,quaſi aquam.i.ita abundãter, vel ita voraciter, ſicut aqua bibitur a ſitibundo , vel ita delectabiliter & quaſi cum refrigerio , ſicut bibitur aqua tempore magni æſtus . In tribus profectò conſiſtit innocentia Chriſtiana & vera. Primo in declinatione mali, ſecundo in operatione boni, iuxta propheticum illud, Declina a malo & fac bonum,nec hæc ſufficiunt ad innocentiam veram: ſed tertiũ ei neceſſarium eſt, ſcilicet manſuetè tolerare aduerſa, exemplo prophetæ , qui de ſe ait: Cum his qui oderunt pacem eram B pacificus : cum loquebar illis , impugnabant me gratis, id eſt ſine culpa mea. De his tribus per orationem ait Apoſtolus.j.Timot.j.Finis pręcepti eſt charitas,de corde puro in declinando mala : conſcientia bona, ſcilicet in faciendo bona : & fide non ficta, id eſt non fictili & fragili in tolerando aduerſa . *Chryſoſt.* Ad talem innocentiam hortatur Chryſoſto. in Homil. dicens : Gaude innocentia & exulta : gaude inquã, quia vbique illæſa es , vbique ſecura . Si tentaris, proficis : ſi humiliaris , erigeris: ſi pugnas, vincis: ſi occideris , coronaris . Tu in ſeruitute liberalis, in periculo C tuta, in cuſtodia læta : Tibi omnis victoria adijcitur, tibi vniuerſa militia ſubiugatur : Te potentes honorant , ſuſcipiunt principes , magnates exquirunt : etiam illi nonnunquam te deſiderant, qui te impugnant : Tibi boni parent , mali inuident, zelant ęmuli , inimici ſuccumbunt: Nec vnquam poteris victrix non eſſe, etiam ſi tibi inter homines iudex iuſtus defuerit.

ARTICVLVS TERTIVS

D *De præmio mititatis , & qua ratione beatificentur, tripliciter demonſtratur.*

TErtio inſuper conſideremus mititatis, ſeu manſuetudinis præmium. Ait enim Dominus : Beati mites , quoniam ipſi poſſidebunt terram . Hoc ſiquidem tripliciter patere poteſt . Primo per oppoſitum, ſecundo per effectum , tertio per fructum.

Quod mititas eſt quædam beatitudo conſiderata conditione hominum rabidorum. Cap. 1. E

PRimo quidem , quòd beati ſint mites, patet per oppoſitum. Ad hoc quidem homines feroces & rabidi mouent bella & lites ſequentes, ſcilicet iraſcibilis motus , vt quaſi deuictis aduerſarijs ſecurè poſſint poſſidere terram . Mititas & rabies opponuntur: ſed rabies in humano corde, miſeria eſt: ergo mititas beatitudo merito dici poteſt. Proinde his, qui a motibus iraſcibilis ſunt totaliter quietati, pacifica & F quieta poſſeſſio terræ viuentium a Saluatore noſtro promiſſa eſt , cum ait : Beati mites , quoniam ipſi poſſidebunt terram. Verè itaque iam beati ſunt mites, qui ſeipſos poſſident inuariabili animo , & dominantur ſibijpſis velut rebus , quas poſſident. Ergo in hac vmbratica vita protinus eſt quędam fœlicitas ſub decreto virtutum totum eſſe hominem ad ſeipſum & non illectum a concupiſcentijs vanis, non ſociatum malis . Hæc quidem mititatis virtus maximè præſidentibus conueniens eſt. Nã, ſecundum Hiero. ſuper epiſtolam ad Titũ: *Hieron.* Nihil eſt fędius præceptore furioſo, qui cũ debeat eſſe manſuetus & humilis ad omG nes, ex diuerſo toruo vultu, trementibus labijs,rugata fronte, effręnatis conuicijs, facie inter pallorem & ruborem variata, clamore perſtrepitat, & errantes non tam ad bonum attrahit,quàm ad malum ſua ſæuitia præcipitat & compellit.

Quod impaſſibilitas mentis eſt quædam mititatis beatitudo. Cap. 2.

SEcundo quoque, quòd mites ſint beati,patet per effectum. Nam mititas ſeu manſuetudo hominem impaſſibilem facit . Quod patet , quia mitis ſecundum H Philoſophum, patitur, ſed non deducitur, id eſt læſiones non ſentit. Eſt quippe mititas tanquam culcitra mollis, quæ dura ſuauiter recipit, & in ea animus leniter & ſuauiter requieſcit . Proinde Eccleſiaſt. 14. in principio ſcriptum eſt. Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit a ſpe ſua. Merito ergo Ambroſius ſuper Lucam ait : *Ambro.* Cum depoſuero omne peccatum, & exuero omnem malitiam, & ſimplicitatem contentus fuero inops malorum, ſupereſt vt mores temperem . Quid

enim

A enim mihi prodeſt carere ſceleribus, niſi fuero mitis vel manſuetus?

Quod mitibus triplicis terræ poſſeſſio pro beatitudine datur. Cap. 3.

TErtio, ꝙ mites ſint beati, patet per fructum, quia Dominus ait: Quoniã ipſi poſſidebunt terram. Poſſidebunt profectò triplicem terram. Primo terram, quam terunt: Secundo terrã, quam gerunt: Tertio terram, quam quærunt. Hoc eſt terram mundi, terram corporis ſui, & terram
B ſuperni regni. Primo quidem poſſidebunt mites terram, quam terunt. Profectò immites homines & feroces terrã huius mũdi deſtruunt. Propterea nõ merentur poſſidere eam, ſed mites, quia terram mundi pacificè regunt. Vnde Eccle. 10.c. ſcriptum eſt: Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Dominus, & ſedere fecit mites pro eis. Qui enim vult omnes iniurias vindicare, nonnunquam ditabitur, nec diu regnare poterit etiam in regimine ſęculari. Proinde 2.Reg.22.ait manſuetus Dauid, Manſuetudo mea multiplicauit me. Cito quippe ditatur, cui omnia perſperantur: atque
C plurimum proſperatur, qui regimina manſuetè gubernat, teſte propheta, qui ait: Intende proſperè procede & regna. Propter veritatem manſuetudinem & iuſtitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. Ex his patet, ꝙ ad omne regimen, ſiue temporale, ſeu ſpirituale, cęteris paribus, homines mites præferendi ſunt, eo ꝙ melius diſpoſiti ſunt ad ſuſcipiẽdum diuinas inſpirationes neceſſarias ad regimen aliorum, quàm cæteri quicunque regentes, teſte propheta qui ait: Docebit mites vias ſuas, ſ. per quas alios bene regant. Secundo vero immites & feroces non poſſidebunt terram proprij
D corporis, quia deſtruunt eam, eo ꝙ ſenſualitatem ſuam non ſubijciunt rationi: Mites autem & mãſueti, quia proprij corporis dominium habent, ſubijciendo ſenſualitatem imperio rationis: ideo poſſidebunt corporis ſui terram. vnde Luc. 21.c. Dominus ait.
Greger. In patientia veſtra poſ. a. veſtras. vbi Greg. inquit: Dũ nobis ipſis dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere, qđ ſumus. Tertio immites & feroces de terra viuentium. i. paradiſo excluduntur: Mites autem & quieti pacificè & ſecurè poſſidebunt Do-
Auguſt. minum in terra viuentium. Vnde Auguſti. ibidem ait: Rixentur ergo immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus; ſed beati mites, quoniam ipſi hęreditabunt E
terram, de qua euelli non poterunt. vnde propheta ait: Portio mea Domine, ſit in terra viuentium. De hoc autem etiam alibi propheta inquit: Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Ratio huius eſt, quia ſecundũ Gre- Greger.
gorium, Manſuetudo imaginem Dei in nobis ſeruat, ſed ira diſſipat. Qui autem imaginem patris non portabit, ad iudicium hæres patris non cognoſcetur. Proinde 1. Corinth. 15.c. Apoſt. monet: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cęleſtis. hoc autem dico, quia caro & ſanguis F
regnum Dei poſſidere non poſſunt. Ergo ſoli manſueti, qui habent imaginem Dei, hæreditabunt terram illam viuentium, nec vnquam auferetur ab eis. vnde ſubditur, & delectabũtur in multitudine pacis. De qua alibi idem ait: Pax multa diligentibus legẽ tuam, & non eſt illis ſcandalũ. ſ. in illo beato regno. Et iterum Iſa. 32.c. inquit: Sedebit populus meus in pulcritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Hæc tria competunt fidei, ſpei & charitati, quæ manſuetudinem introducunt. In futuro autem erit pulcritudo pacis, quantum ad dotes corporis: Tabernacula fiduciæ G
quantum ad dotes animæ: Requies opulenta, quantum ad vtrunq;. Quæ nobis ex ipſa deſiderabili mititate largiri dignetur mitiſſimus agnus Dei Dominus Ieſus Chriſtus, qui propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam cum Patre & Spiritu ſancto diſtributor eſt terræ regni cœlorum per infinita ſęcula ſæculorum, Amen.

Tertia Beatitudo eſt luctus, cui promittitur conſolatio vera, vbi agitur de multiplici luctu bono & malo. H

Sermo IIII.

B*Eati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Iterum Matth. 5. Miro quippe miſterio hæc tertia beatitudo primam ſequitur & ſecundã. Profectò poſt paupertatem & mundi contemptum, poſt quietem mentis & manſuetudinem, dum homo ſibijpſi ſolicitè vacat, nihil inuenit, nec in ſe, nec in alijs, niſi quod flebile eſt, propterea luget. Aduertendum eſt autem, ſecundum Nico. de Lyra, ꝙ dupliciter homo ſe habet circa concupiſcentiam mundi. Nico. de Lyra.

A mundi. Primo modo communiter, ſecũdo modo excellenter. Primo communiter, ſ. cum delectationibus ciborum & venereorum in ſenſu guſtus & tactus. Similiter & melodiarum, ſpectaculorum atq; odorum in ſenſu auditus, olefactus & viſus homo vtitur moderatè, atq; reſecat quæ ſuperflua ſunt: hæc pertinent ad virtutem tẽperãtiæ: quæ virtus politica eſt. Secũdo autẽ modo excellenter, cum. ſ. homo omnia ſupradicta a ſe abdicat & elongat, & luctum in pręſenti vita ſanctiſſimis ex cauſis volũtariè ſumit. Et hoc, ſm Augu. pertinet ad beatitudinem luctus. Et de hoc Dominus in verbo propoſito ait: Beati, qui lugent, quoniã (Auguſti.)
B ipſi conſolabuntur. Circa hanc beatitudinem luctus, tria ad præſens conſideremus. Primo luctus debitum, ſecundo luctus meritum, tertio luctus præmium.

Articvlvs Primvs

Quòd homo in præſenti vita tripliciter flere debet pro ſeipſo.

PRimo enim conſideremus luctus debitum. Tenemur enim pro tribus lugere & lachrymari. Primo pro præterita vita, ſecundo pro
C præſenti miſeria, tertio pro futura lętitia. Primum impetrat remiſſionem, ſecundum conſolationem, tertium promiſſorum exhibitionem.

Quod lugere debet peccator præteritam vitam ſuam. Cap. I.

PRimo quidem lugere & plorare debemus, pro præterita vita criminibus plena. Et huiuſmodi impetrat peccatorum remiſſionẽ. De huiuſmodi Iſidorus de ſummo bo- (Iſido.)
D no ait: Duplicem fletum habere debet omnis peccator in pęnitentia, vel quia bonum per negligentiam nõ fecit, vel quia malum per audaciam perpetrauit. Et Gregorius ſuper illud, Tren. 3. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, ait: Diuiſas quippe in oculis aquas damus, alias deducimus, cum peccatis ſingulis diſpertitas lachrymas damus. Proinde cũ anxio ſpei deſiderio hoc poſtulabat propheta dicens: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. q. d. Spero Domine, ꝙ gratia tua ita cor noſtrum immutabit ad compunctionem & fletum, ꝙ in ipſo fletu pro peccatis ita delectabimur, ſicut in ci- (Gregor.)
E bo & potu. Sicut de ſe Iob 6. c. teſtatur dicens: Quæ prius nolebat tangere aĩa mea, nunc præanguſtia cibi mei ſunt. Et addit propheta dicens: In menſura, ſ. peccatorũ: vt quantitas pęnarum correſpondeat quantitati culparum, iuxta illud Iſa. 27. In menſura contra menſuram, cum abiecta fuerit, iudicabit. ſ. Deus animam, vel homo conſcientiam ſuam, & Greg. hoc verbum prophetæ exponens ait: Vniuſcuiuſque mens tanto pęnitendo compunctionis ſuæ bibat lachrymas, quãto ſe meminit iuiſſe per culpas. Et Baſilius in Exameron ait: Grandia peccata, grandia lamenta deſiderant, ita vt
F pro modo vel menſura culparum, ſit modus vel menſura pœnarum. Hylarius quoque exponens hanc beatitudinem ait: Lugentes eum hic dicuntur, non orbitates, aut contumelias, aut damna merentes, ſed peccata vetera flentes. & Grego. in Homil. inquit: Notandum autem, quòd hanc beatitudinem cum intentione quadam propoſuit: ideo non dixit, Beati qui triſtantur, ſed beati qui lugent. Inde enim perfectionis magiſterium dedit. Si enim, qui filios vel alios defunctos lugent, ſecundum illud tempus non deſiderant pecuniam, vel gloriam, nec conuicijs acuuntur, nec aliqua
G paſſione alia capiuntur: multo magis hoc ſeruare debent, qui lugent peccata ſua. Quanto igitur maior fuerit peccatoris fletus, tanto maior & certior ſequetur remiſſio peccatorum & conſolatio mentis, teſte Propheta, qui ait: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Fluminis quidem impetus eſt abundantia lachrymarum, ſicut alibi idem ait: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. Cum enim impetuosè lachrymæ fluunt, omnes ſordes vitiorum abluũt & expurgant. Et hic eſt impetus, qui læ-
H tificat ciuitatem Dei. i. cor cuiuſlibet veraciter pœnitentis. Tale ſiquidem cor, Dei ciuitas nuncupatur: quia Deus inhabitat illud, & in eo eſſe debet ciuium vnitas, eo ꝙ omnes cogitationes, affectiones & deſideria vnanimiter tendere debent in Deũ. Merito ergo Hieronymus in quadam epiſtola ait: O humilis lachryma, tua eſt potentia, tuum eſt regnum: Ante tribunal iudicis non vereris accedere, amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium ponis, non eſt qui te accendere vetet. Si ſola intraueris, vacua non redibis: magis crucias diabolũ, quàm infernalis pęna. Quid plura? vin- (Hieron.)
cis

A cis inuincibilē, ſuperas inſuperabilē, ligas omnipotentem. Item Caſſiodorus ſuper Pſalm. ait: Fletus eſt cibus animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum. Ecce quàm præclarus & efficax eſt fletus ad culparum ablutionem.

Caſſio.

Quod plorare & lachrymari debemus, pro incolatu miſeriæ præſentis vitæ. Cap. 2.

SEcundo vero lugere & plorare debemus pro præſenti miſeria, & hoc impetrat ſpiritualem conſolationem. In B neceſſitate factus eſt nobis luctus non tantum pro peccatis proprijs & paternis, verum etiam, quia ipſe incolatus noſter inuitat nos ad lachrymas, necnon & expulſio in turbulentum & inquietiſſimum locum, vbi omnia peioribus ſemper conditionibus alternantur. Inſuper & ad fletum cogit mortales ipſa ineuitabilis neceſſitas moriēdi, magis incertitudo loci, qui meritis noſtris aut demeritis nos expectat, & dijudicationis dies, in quem indeclinatè feſtinamus omnes, ad fluuium educere lachrymarum angit. Merito propheta de homi- C ne hoc diligenter conſiderante inquit: Aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum, in loco quem poſuit. Ait enim, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, ideſt conſiderationes ſupradictas diligenter in corde ſuo examinauit. in valle lachry marum, ideſt in hac valle miſeriæ. Cum enim homo conſiderat, quòd propter ſuperbiam primi hominis exul factus eſt in hac miſera vita, atque tot & tantas miſerias hic in ſe & a ſe ſentit, magnam habet materiam atque occaſionem, immo neceſſitatem ſeipſum humiliandi. Vnde Eccle- D ſiaſt. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Et alibi quidam ait: Vnde ſuperbit homo, cuius conceptio culpa, naſci pœna, labor vita, neceſſe mori? Profecto conceptio culpa eſt, ſicut propheta in perſona cuiuſlibet hominis ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Naſci pœna, Gene. 3. in dolore paries filios tuos. Labor vita. Gen. 3. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et Iob 5. c. Homo naſcitur ad laborem. Neceſſe mori. Pſam. Quis eſt homo, qui viuet & non videbit mortem? Et additur ſuperius a propheta, In loco quem poſuit, ſcilicet ad prædicta conſiderandum atq; plorandum.

Vndique igitur nobis exiſtentibus in hac E lachrymarum valle materia luctus offertur, vt aſcenſiones ad optima in corde hominum diſponantur, ſicut in ſequenti capitulo fiet.

Quod flere & lugere debemus pro deſiderio æternorum. Cap. 3.

TErtio quoque lugere & lachrymari debemus pro futura lætitia, exemplo ſitientis atque deſiderantis prophetæ, qui de ſe ait: Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum, ſcilicet a quo omnia bona fluunt. Et quid ſitierit, ſubiungit dicens, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? q. d. Tardè eſt mihi Domine, qꝫ F appaream ante faciem tuam, quia tunc in te ſatiabor vtique fonte viuo. Vnde alibi ait: Satiabor, cum apparuerit gloria tua, i. cum glorioſus apparebo ante faciem tuam. Notanter autem dicit, Sitiuit anima mea, quia ſitis, ex ſalis vſu prouenire ſolet. Sic & ſitire Deum, ex ſale ſapientiæ originem habet. Proinde Eccleſiaſt. 24. ſcriptum eſt: Qui bibunt me, adhuc ſitient. Et in ſequenti beatitudine dicit Dominus: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Sed qui tantum Deum deſi- G derat, profecto de incolatu huius miſeriæ & dilatione patriæ frequenter plorat. Vnde propheta ſubdit: Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa. d. ac no. d. dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Aperit enim cauſam ſuæ ſitis: Qui enim comedit cibum ſalſum atque amarum, cito ſitit. Vnde & Chriſtus, cui dederunt in eſcam fel: Sitio, inquit in paſſione, Ioan. 19. Lachrymæ quoque ad literam ſalſæ ſunt & amaræ. Ait igitur, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, quaſi dicat, Ego ploraui pro irriguo inferiori & pro irriguo ſuperiori, ideſt pro præſenti mi- H ſeria & pro futura lætitia. Quod miſtica narratione deſcribitur Ioſue 15. & Iudic. 1. vbi dicitur, quòd Axa filia Caleph, ſedens ſuper aſinum ſuſpirauit. Cui dixit pater ſuus: Quid habes? at illa reſpondit: Da mihi benedictionem: Terram auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. Deditq; ei pater ſuus irriguum ſuperius & irriguum inferius. Axa quippe ſuper aſinū ſedet, cum irrationabilibus carnis ſuæ motibus anima præſidet. Quæ ſuſpirans a patre terram irriguam petit, quia a creatore noſtro cum magno gemitu gratia lachrymarum quærenda eſt. Sunt namq; nōnulli,

qui

A qui iam in dono perceperunt liberè pro iuſtitia loqui, oppreſſos tueri, indigentibus poſſeſſa tribuere: ſed adhuc gratiam lachrymarum non habent. hi nimirum terram auſtralem & arentem poſſident, ſed adhuc irrigua indigent. Sed pater illius dedit ei irriguum ſuperius & irriguum inferius, ideſt gratiam lachrymarum pro dilatione patriæ & pro incolatu huius miſeriæ. Et quidem prius irriguum inferius, ac poſt irriguum ſuperius datur: Sed quia lachrymæ pro futura lætitia dignitate præeminent, neceſſe ſcripturæ fuit vt prius irriguum ſuperius, & poſtea irriguum inferius commemorari
B deberet. Ait ergo, Fuerunt mihi la.m.pa.i. refectio ſpiritualis, ſicut idē alibi ait, Quia cinerem tanquam, &c. Die, ſcilicet quando fit prandium, ac nocte, quando fit cęna. vel die proſperitatis, & nocte aduerſitatis. Has quippe lachrymas malorum opprobria iugiter excitant. Propterea propheta ſubdit: Dum dicitur mihi quotidie, ſcilicet a malis, vbi eſt Deus tuus? Quia enim Deum non vident, eum non exiſtimant. O ignorantia cęca, neſcire vbi eſt ille, qui vbique eſt. De talibus Sapien. 2. ſcriptum eſt: Excæcauit illos malitia eorum & neſcierunt ſacra-
C menta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Et ideo dicunt, vbi eſt Deus tuus? quem quaſi mercedem expectas, nec aliud in hoc ſæculo habere deſideras. Porro de hoc luctu miſticè propheta ait: Super flumina Babilonis, illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, ideſt gloriæ ſempiternę. De hoc etiam fletu Bernard. inquit: Qui amat deſiderat, inde irrigatur, inde indulcoratur, inde impinguatur adipe vituli ſaginati: Inde illuminatur, inde potatur fonte dulciſſimo, ſicut in perſona talis animæ propheta ait, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fon-
D tes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici meritorio luctu, qui pro proximo fieri debet.

Secundo conſideremus luctus meritum. Triplex eſt enim meritorius luctus, qui erga proximum perhibetur. Primus eſt alienæ offenſionis, ſecundus alienæ obſecrationis, tertius alienæ compaſſionis.

Quod flere debemus pro peccatis, quibus proximi noſtri offendunt Deum. E

Cap. I.

Primus luctus eſt alienæ offenſionis & culpæ. In illum profecto ſenſum horum verborum, Beati qui lugent, trajicio, qui de diuina offenſione procedit, qui cum offenſus eſt Deus in exaudibili, alias in exauſibili pena defluere debet. Et nihil penitus aliud fletu & amariſſimo luctu ſit dignum, niſi cum offenditur creator omnium rerum. Profecto qui lachrymis & orationibus placat F Deũ & maiorem acceptioremq; Deo affectionẽ habet, & cõpaſſionem ad proximũ, q̃ ſi pro corpore ſuſtẽtando noſtram omnẽ ſubſtantiam donaremus, præſertim ſi ſubleuatio ex impenſo auxilio ſubſequatur ad tollendum malum proximi iam prolapſi. Ad hoc hortat̃ Ioel 2. c. dicẽs: Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicent, Parce Domine, ſ. indulgendo culpam. Parce populo tuo, ſcilicet remittendo pęnam. & ne des hæreditatem tuam, ideſt Chriſtianum populum in opprobrium, ſcilicet peccatorum & flagellorum. hinc quoque Bern. ait: Illas enim G lachrymas verè in vinum mutari dixerim, quæ fraternæ compaſſionis affectu in feruore prodeunt charitatis. Pro qua etiam ad horam tuijpſius immemor ſobria quadam ebrietate infunderis. Eccleſiaſt. quoq; 22. c. miſticè ſcriptum eſt: Supra fatuum, ideſt peccatorem inconſideratum, plora. defecit enim ſenſu. Sequitur. Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui, luctus mortui ſeptem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. Chriſoſtomus quoque ſuper Matth. ait: Et ſi qui ſua lugẽt peccata, beati ſunt, vt patet: beatiores autem ſunt, qui aliena lugent peccata. Qui H enim aliena lugent, certum eſt quòd ſua nõ habent quæ lugeant. Tales quippe conuenit eſſe omnes Doctores ſalutis, ſicut prædicatores & confeſſores. Hæ lachrymæ, miſticè ſignantur Gen. 36. vbi ſcriptum eſt, quòd Anan inuenit aquas calidas in ſolitudine, cum paſceret aſinas patris ſui Anã quippe graria interpretatur. Ipſa enim in ſolitudine præſentis vitæ inuenire facit aquas calidas, ideſt ſeruentes lachrymas, dum homo conſiderat vacuitatem bonorum, multitudinem malorum, atque infinitum numerum ſtultorum, qui per aſinas deſignantur.

Quod

A *Quod plorari debemus pro cæcitate peccantium, quæ in mundo regnat.* *Cap. 2.*

SEcundus luctus eſt alienæ obcæcationis & impœnitentiæ. De hoc Hierony. ſuper hoc verbo, Beati qui lugent, inquit: Luctus enim hic non mortuorum ponitur cõi lege naturæ, ſed peccatis & vitijs mortuorũ, ſicut fleuit Samuel Saulẽ. j. Reg. 16. & Paulus eos, qui poſt immunditiam pœnitentiam non egerunt. hoc fletu fleuit Hierem. c. 9. cum ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos, ſ. in ani B ma filiæ populi mei? Quis dabit me in ſolitudinem diuerſorum viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? Quia omnes adulteri ſunt, & cætus præuaricatorum, & extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Cõfortati ſunt in terra, quia de malo ad malũ egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Hoc quidem fletu fleuit Ieſus ſuper cæcos habitatores Hieruſalem. Proinde Luc. 19 c ſcriptum eſt: Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam dicens: Si cognouiſſes, ſ. mala, quæ propter peccata tua ven-C tura ſunt ſuper te, quæ & ego video, propter quod & fleo. & tu, ſupple fleres, quæ modo exultas. Ad hoc Deuter. 32. Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. atq; cauſam, quare ignota eis erãt iudicia Dei, quæ erat proſperitas mundi, ſubiungit dicens: Et quidem in hac die tua. Non mea, qua lætaris & gaudes, in qua tibi non mihi viuis, quæ ad pacem tibi. Sed quia talis proſperitas mundanorum oculos claudit, ne videant mala futura ſuper eos, ideo ſubdit: Nunc autem, ſcilicet in tali proſperitate, abſcondita ſunt, ſcilicet mala ruinæ ſuper te venturæ ab oculis tuis, quos prædi-D cta proſperitas excæcauit. Hoc eſt ſtercus hirundinis, quod oculos Tobiæ excæcauit, Tob. 2. Atque cladem ſuperuenturã illi prædicens ait: Quia venient dies in te, ideſt cõtra te, ſcilicet Romanæ obſidionis: & circũdabunt te inimici tui, ſcilicet Romani Principes: vallo, per foſſatum iactum in circuitu. Tres enim aggeres dicuntur feciſſe Romani in circuitu Hieruſalem. Et circundabunt te, ſcilicet per exercitum bellatorum circũquaque diſpoſitum, & coanguſtabunt te, per machinas & inſtrumenta vndique, ſcilicet erecta, & ad terram proſternent te capiendo, & filios tuos, qui in te ſunt occidendo & diſpergendo, & non relinquent E in te lapidem ſuper lapidem, penitus & funditus deſtruendo. Pro talibus lachrymabatur Apoſtolus Philip. 3. cum dicebat: Multi enim ambulant, ſcilicet proficiendo in peius, quos ſæpe dicebam vobis, ſcilicet cum apud vos eram: nunc autem, ſcilicet cum abſens ſum, & flens dico: ſcilicet pro illorum obcæcatione, & pro ſimplicium ſubuerſione inimicos crucis Chriſti: quia videlicet crucis virtutem contemnunt, vel quia crucis imitatores affligũt, aut a crucis imitatione retrahunt, ſeu cruci contraria faciũt, quorum interitus, ideſt damnatio ſempiterna: quorum Deus venter eſt, quia illum tanquam Deum colunt & in ventris F eſcis, tanquam in Deo ſpem ponunt. Et gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiũt. Has quoque lachrymas pro talibus effundebat propheta, cum dicebat: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt, ſcilicet taliter obcæcati, legem tuã.

De triplici fletu ſupernæ compaſſionis & mortis. *Cap. 3.*

TErtius luctus eſt alienæ compaſſionis, pietatis & pœnæ. Triplex quidem fletus ex compaſſione merito- G riè in anima eſſe poteſt. Primus ex deſtructione, ſecundus ex afflictione, tertius ex morte. Primus enim eſt ex deſtructione: ſcilicet terrarum, ciuitatũ & patriarum, quæ quidem venire ſolet ex partialitatibus atq; guerris. Vnde & Neemias, 2. cap. de ſe ait: Quare non mæreat vultus meus? quia ciuitas domus ſepulchrorum patris mei deſerta, & portæ eius combuſtæ igni. Secundus eſt fletus ex afflictione. Proinde Iob 30. c. de ſe ait: Flebã quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi. Sic & Eliſeus, 4. Reg. 8. Fleuit coram H Azael, qui nuntius erat Regis Syriæ, cui Azael ait: Quare Dñs meus flet? At Eliſeus reſpõdit: quia ſcio quæ facturus ſis filijs Iſrael mala. Ciuitates eorũ munitas igne ſuccẽdes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Tertius ẽt fletus eſt ex morte: & hic fletus triplex ẽt eſſe poteſt. Primus, quẽ parit natura: ſecundus, quem parit culpa: tertius, quem parit gratia. Primus, quem parit natura: Nam flere de perditis ſimilibus in natura, ipſa natura fauet, quoniam & ipſa ſimilia libenter & aptè ſimilibus ſociantur, & amor ſic inſitus a natura ſic agitat:

quamobrem

A quamobrem diſſociatio habet ex natura dolorem, ſi ex natura ſociatio ſeruauit amorem. Secundus autem eſt, quem parit culpa, ſcilicet cū proximus diligitur ſupra modum, & affectio carnis ſuperat rationem, ex quo de amiſſione charorum ab impatiētia anima ſuperatur. Et hoc quidem culpæ atq; reprehēſionis acerrimæ notam habet, cum talis fletus, niſi ex amore inordinatè colligato atque iam diſſoluto rei amiſſione ſecuta venire non poſſit, & tantumdem torqueat animum, & fletum inducit, ꝙ amittitur quantum in amore ligabatur. Vnde 13. q. 2. c. quam præpoſterum. hūc fletum prohibēs Cyprianus ait: B Nobis quoque ipſis minimis & extremis reuelatum eſt, vt conteſtarer aſſiduè, & publicè prędicarē, fratres non eſſe lugendos acceſſione Dñi de ſæculo liberatos, cum ſciamus non amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiſcentes, vt nauigantes ſolent. Profectò nō perditur ſine impatientiæ luctu, quod ſine inordinato amore nō hæſerat, nec ordinato dolore vritur, qui amittit ſine ordinato amore poſſeſſum. Talis ſiquidem luctus plerūque prorumpit in blaſphemias & infamias falſas, ſicut contingit pleriſque viduis, quæ ex inordinato amore ficto vel vē C ro, quem ad viros ſuos habuiſſe oſtendunt, non ſine graui culpa continuè clauſæ morantur in domo, dimiſſis diuinis officijs, ac debita viſitatione eccleſiarum. Tertius eſt luctus, quem gratia parit. Habet enim & gratia fletum, atque dolorem irreprehenſibilem facit, cum nihil amittatur, quod in Deo diligitur: cum & in ipſo nobis ſalua ſint omnia. Nam & ſæpe addita ſpecie pietatis deflemus quoſdā charos, vtiles ad virtutem, ad capienda diuina, & ad cęleſtia documenta. Quamobrem deploratus eſt Noe, Abraam, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſes, Aaron, Ioſue, Samuel, & Dauid, atque quàmplures ſacerdotes & prophetæ, nec D non & plurimi iuſti Reges. Inſuper in Machabeis multi bellatores, duces & ſacerdotes in luctum populorum venerunt. Vnde Geneſ. vlt. ſcriptum eſt, ꝙ Ioſeph ruit ſuper faciem mortui patris flens & deoſculatus eſt eum. Et Apoſtolorū Principes apud Vrbem & cęteri, vbi finierunt, & multi Archimandritæ. id eſt paſtores dominicarum ouium, cum deceſſerunt, luctum reliquere relictis. De quarto quoq; Ioā. 11. ſcriptum eſt, ꝙ Ieſus, vt vidit Mariam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, dicēs, vbi poſuiſtis eum? Dicūt ei, Domine E veni & vide, & lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudęi: Ecce quomodo amabat eum. Sed quomodo verificatur de Chriſto illud Iſa. verbū, quod 42. c. de ipſo ait: Non erit triſtis, neque turbulentus. Ad hoc dicendum, ꝙ duplex eſt in luctu atque triſtitia error. Primus eſt inſenſibilitatis, ſecundus eſt impatientiæ. Primus inquàm eſt inſenſibilitatis, & hic eſt error Stoicorum, qui dixerunt ꝙ nullus ſapiens triſtatur. Sed profectò inhumanum videtur, ꝙ de morte maximè ſancti viri, vel alterius, ſapiens nō triſtetur. Secundus eſt error impatientiæ. Et hic eſt illorum omnium, qui in luctu & triſtitia charorum immoderatè excedunt. F Ad hos igitur errores eliminandos Dominus triſtari voluit & lugere, vt apertius demonſtraret, ꝙ aliquando poſſumus atque debemus lugere & contriſtari, quod eſt contra Stoicos: Et modum in triſtitia obſeruauit, quod eſt contra impatientes. Proinde primæ ad Theſſalonicenſ. 4. cap. Apoſtolus ait: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cęteri, qui ſpem nō habent. Vbi non ſimpliciter dicit, vt non cōtriſtemini: ſed addit, ſicut & cęteri, qui ſpem non habent: qui. ſ. nimis vtiq; cōtriſtantur, quemadmodum contingebat viduæ, cuius vni- G cus filius defunctus erat, Lucæ 7. cui dominus ait, Noli flere. In cuius miſterium Geneſis 26. c. dicuntur paſtores gerare. i. dæmones. Noſtra eſt aqua, ſcilicet lachrimarū harum impatientis animæ. Et Eccleſ. 22. ad literam ſcriptum eſt: Super mortuum plora, quia defecit lux eius. Et demum ſubdit, Modicum plora ſuper mortuum.

Pia deploratio pro morte fratris Vincentij fideliſſimi, ac dilectiſſimi ſocij mei.

H

CVm de fraterna compaſſione ac pietate ſacras ſcripturas attenta perſcrutatione conſidero, gladiū doloris cordi meo acrius infigo, nec lacrhymas ſcribendo continerevaleo. Vis enim doloris adducit intentionem, & indignatio Dñi ebibit ſpiritū meum. Subtracto ſiquidē illo, per quem mea in Dño ſtudia vbicunque libera eſſe ſolebant, ſimul & cor meū dereliquit me. Cuius eñ vel ferreū pectus ſup me non moueatur, ſi nouit incommodum & damnum meū? Reluctor affectui nitens vel inuitus nō moueri fruſtra a conditione natu-

A naturę vniuerſitatis, debito cõditionis vſu,
potentis iuſſu, iudicio iuſti, flagello terribi-
lis, Domini voluntate. Pro huiuſmodi qui-
dem exigo a meipſo non indulgere multo
fletui: nec poſſum imperare triſtitiæ, dum
impero lachrymis: ſed ſicut ſcriptum eſt,
Turbatus ſum & non ſum locutus. At ſup-
preſſus dolor altius introrſum radices figit,
eo vt ſentio acerbior factus, quo nõ eſt exi
re permiſſus, fateor victus ſum. Exeat ne-
ceſſe eſt foras, quod intus patior. Exeat ſa-
ne per calamum, vt ſcientes incommodum
meum, dulciori affectu mihi compatiantur.
Scitis dilectiſſimi fratres, quam iuſtus ſit do
B lor meus, quam dolenda plaga mea. Scitis
profecto, quam fidus comes deſeruit me in
hac via peregrinationis, qua ambulabam: q̄
vigil ad curam, q̄ non ſegnis ad opus, quàm
ſuauis ad mores. Quis ita mihi perneceſſa-
rius, cui æque dilectus ego, prima erat ami-
cus religione frater, ſed charitate extitit al-
ter ego. Dolete quæſo, & vicem meam te-
nete vos, quibus hæc ſunt nota. Infirmus
corpore, & grauiter multotiens fui, & ille
ſemper portabat & gubernabat me. Puſill⁹
corde eram, & conſortabat me. Piger & ne
gligens in via Dei eram, & excitabat me.
Improuidus & obliuioſus, & cõmonebat
C me. Quomodo mihi auulſus es Vincẽti mi?
Quomodo raptus e manibus homo vnani-
mis, homo ſm cor meum? Amauimus nos
in vita, quomodo in morte ſeparati ſumus?
Amariſſima ſeparatio, & quam non poſſet
omnino efficere, niſi mors. Quando.n.me
viuus deſereres, omnino opus mortis hor-
rendum diuortium eſt. Quis.n.tam ſuaui
viculo mutui noſtri nõ peperciſſet amoris;
niſi totius ſuauitatis inimica mors? Bene
mors, quę vnum rapiẽdo, duos furioſa per-
emit. An non mors etiam mihi, immo plus
mihi: cui vtiq; oĩ morte infelicior vita ſer-
D uata eſt, viuo viuens vt moriar, & hoc dixe
rim vitam? Quam mitius me priuares, o au-
ſtera mors vitę vſu, quam fructu. Nam vita
ſine fructu grauior mors eſt. Deniq; duplex
malum paratur ligno infructuoſo: ſecuris
& ignis. Ergo meis laboribus inuidẽs elon
gaſti a me amicum & proximum, per cuius
maxime ſtudiũ erãt ſi quãdo fructioſi erãt,
ipſi labores. Satius proinde mihi fuiſſet pe
riclitari vita, quam tua Vincenti præſentia,
qui meorum in Dño ſtudiorum eras ſolici-
tus incitator, fidelis adiutor & cautus exa-
minator. Cur queſo, aut amouimus, aut ami
ſimus nos? Dura conditio, ſed mea miſeran
da fortuna, nõ autem tua. Nã tu, chare fra-
ter, ſi charos amiſiſti, chariores (vt credo) iã E
recepiſti. me vero quæ nam iam miſerum,
atq; ſenem conſolatio manet poſt te vnicũ
ſolatium meum? Per viginti duos annos &
vltra in peregrinatione per Italiam placita
fuit vtriq; ſocietas corporum, pro morum
cõcordia, ſed ſolum me diuiſio vulnerauit.
Commune quod libuit, quod triſte & lugu-
bre meum, in me tranſierunt irę, in me cõ-
firmatus eſt furor. Erat ambobus alterutrũ
grata pręſentia, dulce cõſortium, ſuaue col-
loquium. Sed tantas vtriuſq; delitias ego
perdidi: tu mutaſti equidem immutatis il-
lis retributio multa. Quanto fęnore gau-
diorum, ac benedictionũ cumulo cares ho- F
die (vt credo) nobis chariſſime frater. Habes
certe pro me tantillo repoſitam tibi Chriſti
præſentiam, nec diſpendium ſentis abſen-
tię a nobis tuę Angelorum admixtus cho-
ris. Non eſt igitur quod cauſeris tu de no-
ſtra, quaſi ſubtracta tibi præſentia, cui affa-
tim ſui ſuorumq; copiam Dominus maie-
ſtatis incluſit. At ego pro te quid? Quã vel-
lem ſcire, quid nam ſentias nunc de me illo
vnico tuo medijs nutante curis deſtituto. ſ.
te baculo imbecillitatis meę, ſi tamen licet
ad hæc cogitare de miſerijs ingreſſo abiſſũ
luminis, atq; illo pelago æternæ fęlicitatis G
abſorto. Affectus proinde tuus non eſt im-
minutus, ſed immutatus, nec quia Deum vi
diſti noſtri cura te exuiſti: Etenim ipſi Deo
cura eſt de nobis. Quod infirmum eſt, abie-
ciſti: ſed non quod pium, charitas denique
nunquam excidit. Non obliuiſcaris me in
finem: non expedit quidem. Scis vbi verſer,
vbi iaceam, vbi reliqueris me. Non eſt qui
porrigat manum. Ad omne quod emerſerit
reſpicio ad fratrem Vincentium, vt conſue-
ueram, & non eſt. Heu tunc ingemiſco mi-
ſer, ſicut homo ſine adiutorio. Quem conſu
lam in ambiguis? Cui in aduerſis fidã? Quis
portabit onera? Quis pericula propulſabit? H
Nonne vbiq; greſſus meos Vincentij oculi
anteibant? Qui nouiſtis eum, ſcitis vera eſſe
quæ loquor. Nonne tuum Vincenti pectus
curæ meæ notius quam meum ipſius habe-
bant, familiarius incurſabant, acriuſq; vrge
bant? Nonne in lingua illa tua placabili &
modeſta meam a ſermonibus ſeculi frequẽ-
tiſſime acrius vindicabas, amice reddebas
quieti? Dominus dederat illi linguam eru-
ditam, vt ſciret quando deberet proferre
ſermonem. Ita demque in prudentia reſpõ-
ſorum ſuorum, & in gratia ſibi data deſu-
per domeſticis ſatiſfaciebat & exteris. Oc-
currebat autem aduentantibus, ſe opponẽs

ne

A ne ſubito meum ocium incurſarent, ſi qui-
bus ſane ſatisfacere nõ per ſe nequibat, hos
perducebat ad me, cæteros emittebat. O vi-
rum induſtrium, o amicum fidelem, o man-
ſuetudo modeſta, & amico gerebat moré,
& non deerat officijs charitatis. Nec quære-
bat quæ ſua ſunt, qui ſe medijs ingerebat cu
ris, vt ego vacarem. Sperabat enim, ſicut
erat humilimus, maiorem de mea quiete
fructum, quã ſi vacaret ipſe: ſiquidem plus
omnibus laborabat, & minus omnibus ac-
cipieba, ita vt ſæpe cum alijs neceſſaria mi-
niſtrabat, ipſe egeret in pluribus: verbi cau-
ſa, cibo, veſtitu, & loco ad quieſcendum.
B Gratias tibi ago, mi ſuauiſſime frater, de o-
mni fructu meorum, ſi quis eſt in Domino
ſtudiorum, mearum prædicationum, meo-
rum laborum in toto diſcurſu per Italiam
tanto tempore ſrequentato; tibi debeo, ſi
profeci, ſi profui. Tu occupabaris, & ego
tuo beneficio feriatus ſedebam mihi, aut
prædicationibus populi occupabar. Cur.n.
ſecurus intus non eſſem, cum te ſciré agen
tem foris, manum dexteram meam, lumen
oculorum meorum, pectus meum & lin-
guam meam? Equidem indefeſſa manus,
C oculus ſimplex, pectus conſilij, lingua lo-
quens iudicium, ſicut ſcriptum eſt, pſal. 36.
Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua
eius loquetur iudicium. Quot defectus cõ-
miſiſſem in prædicationibus meis, niſi ſen-
ſata ſua ratio, & illuminatus ſpiritus, atque
diſcretio ſumma me inſtanter & ſolicite do
cuiſſet? Non cognouit litteraturam, ſed ha-
buit literarum inuentorem ſenſum, habuit
illuminantem ſpiritum, iudicium rectum.
Fateor me non habuiſſe in ordine, in verbi
Dei doctrina, præter te, alium præceptoré.
Tu magiſter meus, tu Doctor meus, tu du-
ctor & rector meus. Quanta ſoliditate, ve-
ritate, diſcretione, atque prudentia illa tua
D humanitate & manſuetudine docebas me,
inſtruebas me, corrigebas me, laborabas
pro me, mente inuigilabas pro me, præmo-
nebas me, cautum & circunſpectum facie-
bas me. Si quid horum fuit in me, ex te fuit,
a te proceſſit, per te originem & incremen-
tum ſumpſit. Profecto hoc ſecurus addo,
mihi vtilis in omnibus, prę omnibus fuiſti,
vtilis in paruis & in magnis, in publicis &
priuatis, intus & foris. Merito ex eo pende-
bam totus, qui mihi totum erat. Solum pe-
ne reliquerat mihi prouiſoris honorem &
nomen, ſed ille præerat in ſolicitudine. Me-
rito ergo requieſcebat in illo ſpiritus meus,
per quem licebat delectari in Domino, &
in ſcripturis ſanctis, prædicare liberius, di- E
ctitare frequentius, pauſare quietius. Heu
ſublatus es, & hæc omnia. Tecum omnia pa
riter abiere, delitiæ & lætitiæ meæ, viuam
quo ad viuam, in ſenectute, in amaritudine,
viuam in mærore. Etenim manus Domini
tetigit me. Me inquam tetigit & percuſſit,
non illum quem ad requiem euocauit. Me
inquam occidit, cum illum ſuccidit. Nun-
quam enim occiſum quis dixerit, quẽ Deus
plantauit in vita. Exite lachrymę, iam ape-
riantur cataractæ miſeri capitis mei, & erũ-
pant fontes aquarum, ſi forte ſufficiant di-
luere ſordes culparum, quibus iram merui.
Luctus meus quęſo, humano, atq; pio pen- F
ſetur affectu, non vſu. videmus nempe mor
tuos quotidie plangere mortuos ſuos, fletũ
multum, & fructum nullum. Non culpa-
mus affectum, niſi cum excedit modum, ſed
cauſam. Ille nimirum naturę eſt, & eius
turbatio peccati pęna, hæc vanitas & pecca
tum. Etenim ibi ſola, ni fallor, plorant dam-
na gloriæ carnis, vitæ præſentis incommo-
da & plorandi, qui ita plorant. Nunquid ego
ſic? Similis mihi affectus, ſed altera cauſa,
diſſimiliſq; intentio. Mirabantur profecto
multi, qui præſente funere dilecti fratris
mei cernebãt erũpere lachrymas ab oculis G
ex medio cordis mei. diſſimulabã: ſed ignis
qui abſconſus erat in corde meo, adurebat,
& depaſcebat interiora mea, clauſus ſerpe-
bat latius, ſæuiebat acrius, & tandem in la-
chrymas erumpebat. Nulla profecto mihi
querela de omnibus, quę ſunt mundi. In his
profecto, quæ Dei ſunt, ademptum doleo, ſi
dele auxilium, ſalutare conſilium, Vincen-
tium lugeo. Vincentius eſt in cauſa proxi-
mus ſpiritu vltra 22. annos ſocius in propo
ſito euangelij verbi Dei. Adhæſerat anima
mea animę illius & dilectio vnam ſecerat
duabus. Cum ergo eſſemus cor vnũ & ani-
ma vna, hanc meam pariter & ipſius animã H
pertranſiuit gladius, & ſcindens mediã par
tem locauit in cęlo, atq; aliam partem reli-
quit in cęno. Ego, ego illa porto miſera in
luto iacens trũcata potiori parte, & dicitur
mihi, Ne fleueris? Auulſa ſunt viſcera mea
a me, & dicitur mihi, Ne ſenſeris? Sẽtio, ſen
tio licet inuitus, quia nec fortitudo lapidis
fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt. Sen-
tio prorſus & doleo, & dolor meus in con-
ſpectu meo ſemper. Non ſane nos poterit
inſenſibilitatis arguere ille verberans, quo-
modo illos, de quibus ait Iere. 5. c. Percuſſi
ſti eos & non doluerunt. Non ſum fateor
inſenſibilis ad pęnas. Morté horreo meam,

A etiam & meorum: meus Vincentius erat, meus plane. An non meus, cum fuerit profeſſione filius, ſolicitudine pater, peregrinatione ſocius, magiſterio Doctor, charitate mater, conſors ſpiritu, intimus affectu? is receſſit a me. Sentio, læſus ſum & grauiter, ignoſcite fratres, & filij vicem dolete paternam. Miſeremini mei, ſaltem vos amici mei. Non reprędendo iudicium Dei, quo recipit quiſq;, quod dignũ eſt. Ille coronam, quam meruit: ego quam debeo pęnã. Nunquid quia ſentio pęnam, reprędendo ſententiam? humanũ eſt illud, hoc impium. humanum inquã & neceſſe affici erga charos, ſiue delectabiliter cum præſto ſunt, ſiue cum
B abſunt moleſte. Non erit ocioſa conuerſatio ſocialis, præſertim inter amicos, & quid effecerit mutuus amor in ſibi præſentibus, ſeparationis indicat horror & dolor de inuicem ſeparatis. Plango deniq;, mi Vincenti, & ſi non ſuper te, propter te tamen. hinc prorſus, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi moleſtus ſit dicens, non deberet ſic affici, cum benignus Samuel ſuper reprobo Rege, & pius Dauid ſuper filio patricida ſatisfecerint affectioni, non ad iniuriam fidei, non inſuper in ſuggillationem iudicij: Abſalon fili mi, ait ſan-
C ctus Dauid, fili mi Abſalon, & Vincentius pluſquam Abſalon eſt. Saluator quoque videns ciuitatẽ Hieruſalem, & præuidens ruinam eius, fleuit ſuper eam: & ego propriã, & quæ in præſenti eſt, deſolationem nõ ſentiam? plagam meam recentem & grauẽ non doleam? Ille compatiendo fleuit, & ego patiens non audebo? Profecto ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec a fletu prohibuit: inſuper & cum flentibus fleuit, & lachrymatus eſt, inquit, Ieſus. Fuerunt.n. lachrymæ illæ teſtes naturæ, non indices diffidentiæ. Deinde & prodijt mox ad vocem eius, qui erat mortuus, ne continuo putes
D fidei præiudiciũ, dolentis affectum. Sic nec fletus vtiq; noſter infidelitatis eſt ſignum, ſed conditionis inditium. Nec quia percuſſus ploro, arguo feriẽtem, ſed prouoco pietatem, ſeueritatem flectere ſatago. vnde & verba mea dolore ſunt plena, non tamen & murmure. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Cãtet tibi miſericordia, quam feciſti cum ſeruo tuo Vincentio. Cantet tibi iudicium, quod portamus, in altero bonus, in altero laudabilis iuſtus. An ſolum laus bonitatis tibi conuenit? Inſuper & iuſtitiæ: iuſtus es Domine & rectum iudiciũ tuum, Vincentium tu dediſti, Vincẽtium tu abſtuliſti. Et ſi dolemus ablatum, non tamen obliuiſcimur, ꝙ datus fuit, & gratias agimus, ꝙ habere illum meruimus. Dominus igitur illum dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum per infinita ſecula ſeculorum, Amen. E

Articvlvs Tertivs.

De triplici conſolatione, quæ a Domino pie lugentibus datur.

Tertio aũt cõſiderem⁹ luctus premiũ, quia Dominus ait, Quoniam ipſi cõſolabuntur. Triplex profecto conſolatio in premium pie lugentibus datur. Prima eſt remiſſionis, ſecunda lætificationis, tertia glorificationis. Et vna alteri gradatim ſuccedit. F

De conſolatione, quæ a Domino datur ijs, qui lugent peccata ſua. Cap. 1.

Primo.n. cõſolatio eſt remiſſionis, quia propter lachrymas remittuntur peccata. vnde Iudith 8. Indulgentiam eius fuſis lachrymis G
poſtulemus. glo. ibid. ait, Lachrymę pondera vocis habent, quæ imperant, non ſupplicant. Et iterum Amb. inquit: Oratio lenit, lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Et idẽ ſuper Lu. li. 19. inquit: Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego: ſed defendi non poteſt, ablui poteſt: lauant lachrymę delictum, quod pudor eſt confiteri. lachrymæ veniam non poſtulant, & impetrãt. Fleuit amare, vt lachrymæ lauarent delictũ. Tu ſimiliter lachrymis dilue culpam. Non inuenio, quid dixerit, ſed ꝙ fleuerit. Et Ber. ſuper Cant. ait: Lachrymę pęnitentiũ vicinæ H
ſunt Angelorũ, quia in illis odor vitę, ſapor gratię, guſtus indulgentię, ſanitas redeuntis innocentię, reconciliationis iucunditas, & ſerenatæ conſcientię ſuauitas. Talis luctus eſt irriguũ magnitudine: quę, vt dicitur Lu. 7. Stans retro ſecus pedes Ieſu, lachrymis cępit rigare pedes eius. Proinde meruit a Domino audire, Remittuntur tibi peccata tua. Luctus eſt myſtice mare æneũ, ſiue mare tẽpli, in quo lauabantur ſacerdotes. i. animę peccatorũ, 3. Reg. 7. c. Hoc eſt lauatoriũ clauſtri ſpiritualis. i. animę Deo dicatę, in cuius pſona Propheta ait, pſal. 6. Lauabo p ſingulas noctes, &c. Hoc ẽ balneũ in pomęrio Suſannę

A ſannæ, vbi ipſa lauabatur, Dan.13. Hæc eſt ciſterna Bethleem, cuius aquas deſiderabat Dauid, 2.Reg.23. Hic eſt fons hortorum dilectæ ſponſę, & puteus aquarum viuentium, Cant.4. Hoc eſt natatorium Siloę, vbi cęcus illuminatur, Io.9.c. Hic eſt fluuius Iordanis, in quo leproſus Naaman mundatur, 4.Reg.5. Hęc eſt cella vinaria ſponſæ, de qua compunctionis & deuotionis vinum optimum propinatur, Cant.2. Hoc eſt mare rubrum, in quo Ægyptij.i.crimina, & Pharao .i.diabolus, cum toto ſuo exercitu, ſubmerguntur, Exo.15. Hæ lachrymę ſunt aqua, in quibus capita draconis contribulantur. De quibus Propheta ait, pſal.73. Contribulaſti
B capita draconis.i.vitia diaboli in aquis.ſ.lachrymarum. Hæc eſt probatica piſcina, in qua abluitur hoſtia.i.oratio, quæ Domino offerri debet, Io.5. Merito ergo Caſſiod. ſuper illud pſal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, inquit: Fletus, cibus eſt animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum.

Quanta lætitia & conſolatione replentur, qui per luctum impetrarunt peccatorum remiſſionem.
C
Cap. 2.

SEcunda conſolatio eſt lætificationis, & hæc oritur ex peccatorum remiſſione. ſecundum.n.Chryſoſt. ſuper Matt. ſicut poſt vehementes imbres aer mundus, ac purus efficitur, ita etiam poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, atq; tranquillitas. Proinde Propheta in perſona gaudentis poſt lachrymas ait, pſal.103. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo.ſ.radicatorum, ac per lachrymas
D oſtenſorum, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.ſ.propter illa, quę per lachrymas conſecutus ſum. Merito ergo Chryſoſt. in quodam ſermone ait: Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non quod poſtulauit acceperit: Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauerit. Ipſe enim eſt, qui conſolatur flentes, dolentes curat, pęnitentes informat. Et iterũ Propheta inquit, pſal.29. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi. Et Iere.31. Dominus ait: Conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo a dolore ſuo. Et Iſa.40.c. etiam in perſona Domini inquit: Conſolamini, cõſolamini populę meus, dicit Dominus Deus veſter, loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas eius. E

Quod pie lugentes diuerſa beatitudine præmiantur. Cap. 3.

TErtia eſt conſolatio glorificationis, quæ poſt lætificationem a Domino miſericorditer diſpenſatur. Sumitur autẽ glorificatio, ſeu beatitudo tribus modis. Primo large, ſecundo proprie, tertio propriiſſime. Primo modo large, & ſecundum hoc charitas, ſeu gratia gratum faciẽs, F
beatitudo dicitur, quia æterna beatitudine facit dignum. Et de hac Propheta inquit, pſal.83. Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te. immo quælibet virtus formata, & quodlibet donum Spirituſſancti, & quilibet fructus ſpiritus poteſt dici beatitudo prędicto modo. Secundo modo proprie & magis ſpecialiter, & ſic beatitudo eſt actus, ſeu perfectio animæ iam purgatæ immediata ad beatitudinem, & ſic ſumitur in beatitudine occurrenti. Tertio modo ſumitur propriiſſime. ſ. beatitudo præmij, quod duplex eſt.ſ.increata, quæ Deus eſt: & creata, G
quæ eſt ſtatus omnium beatorum aggregatione perfectus. Et de hac Propheta inquit, pſal.83. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. De hac etiam intelligi poteſt, quod Dominus ait: Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Talibus lugentibus Iſa.vlt.c. Dominus ait: Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam; gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugebatis ſuper eã, vt ſuggatis, & repleamini ab vberibus conſolationis eius, vt mulgeatis.ſ.lac exprimatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Et iterum Propheta inquit, H
pſal.125. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent, hic per gratiam & in futuro per gloriam, quam nobis largiri dignetur lugentium conſolator Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto gaudium eſt omniũ Beatorum per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

A *Quarta Beatitudo eſt eſuries iuſtitiæ, ſeu famelica iuſtitia, vbi agitur quomodo anima in præſenti vita, & in gloria ſaturatur.*

Sermo V.

BEati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur. Iterum vbi ſup. Ad quartam Beatitudinem perducti ſumus, quæ merito ſequitur poſt prædictas. Qui enim mundana contempſit, moresq; ſuos manſuetudine rexit, atq; miſe-
B rias ſuas & alienas luxit, iam eſurire & ſitire iuſtitiam poteſt, quod prius non potuiſſet. Proinde Amb. ſuper Luc. ait: Poſtquam delicta fleui, eſurire incipio, & ſitire iuſtitiam. Æger quippe non eſurit, cum graui morbo laborat. Dupliciter ſe habet homo ad iuſtitiæ virtutem. Primo communiter, ſecundo excellenter. Primo quidem communiter. ſ. cum bene ſe habet ad proximũ in his, quæ habent debiti rationem, vnicuique reddendo, quod ſibi iuſte debetur, non procraſtinando, nec diutius retardando. Et hoc fit per iuſtitiam, quæ virtus politica eſt.
C Secundo vero ſe habet homo ad iuſtitiam excellenter, & hoc fit per eſuriem iuſtitiæ, atq; ſitim, videlicet quando homo debita iuſtitiæ, cum quodam inſolito & feruido deſiderio operatur, & operari ſpeculatur ſubtiliter, quemadmodum eſuriens, atq; ſitiens frequenter comedit, ac bibit, & hoc agere imaginatur. Et de hoc in beatitudine iuſtitię Dominus ait: Beati, qui eſuriunt &c. Per hanc. n. eſuriem iuſtitiæ immediate coniungimur Deo, quod non fit per alias virtutes cardinales. Inſuper ſicut Hier. ait: Non ſufficit nobis velle iuſtitiam, niſi iuſtitiam faciamus & eſuriamus, vt ſub hoc exemplo nun-
D quam nos ſatis iuſtos, ſed ſemper eſurire iuſtitiæ opera intelligamus. Ratio huius eſt, ſecundum Chriſoſt. Quoniam omne bonũ, ꝙ non ex amore ipſius boni, qui eſt animę fames, faciunt homines, ingratum eſt ante Deum. Ideo debemus eſurire, & ſitire iuſtitiam. Eſuriunt. n. iuſtitiam, qui ſm̄ Dei iuſtitiam deſiderant conuerſari. Et illi iuſtitiam ſitiunt, qui eius ſciẽtiam acquirere cupiũt. Eſuries quoq; iuſtitiæ eſt deſiderium ſummi boni. Sed aduertendum eſt, ſm̄ Hier. in epiſtola ad Demetriadem, ꝙ omnes virtutum ſpecies vno iuſtitiæ nomine continentur. Eſt ergo famelica & ſitibunda iuſtitia omnium virtutum, atq; bonorum inſatiabi- E
lis appetitus. Proinde Bern. in quadã epiſtola ait: Nunquam iuſtus arbitratur ſe comprehendiſſe; nunquã dicit, ſatis eſt: ſed ſemper eſurit, ſititq; iuſtitiam ita, vt ſi ſemper viueret, ſemper quantum in ſe eſt, iuſtior eſſe contenderet. hoc. n. Lu. 17. c. docebat Dominus diſcipulos ſuos dicens: Cum hæc omnia feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Eſuries quippe animati corporis, eſt appetitus eorum, quę poſſunt ſecundum naturã ſuſtentare naturam: Eſuries autem & ſitis animæ rationalis eſt, deuenire in optimum, atq; verũ. Cum. n. rationali animæ amplior gratia condonatur, in ampliora tendit eſu- F
ries, vt etiam impatienter appetat a minimis vitijs liberari, & potioribus virtutibus inhærere, atq; pęnis intentatis, & morte appetere non deſiſtat, & ſemper ſubiacet laboribus, quouſq; obtineat, quod ipſa optat. Tractantes igitur de hac famelica & ſitibunda iuſtiria, triplicem famem & ſitim ad præſens conſideremus. Prima eſt fames iuſtitiæ, ſecunda eſt fames gratię, tertia eſt fames gloriæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod famelica iuſtitia ardenter tribuit vnicuique, quod ſuum eſt. G

PRima eſt fames & ſitis iuſtitiæ. i. ardens deſiderium, atq; bene viuendi inſatiabilis appetitus. Nã eſurire, eſt de re manducabili meditari. Sic eſurire iuſtitiam eſt de illa affectuoſe & aſſidue meditari. Et talis eſuries meliora bonis, & melioribus optima anteponit. Vnde Aug. de vera religione ait: Hęc eſt perfecta iuſtitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Et Greg. 12. q. 2. c. cum deuotiſſimam, ait: Summum in rebus H
eſt bonum iuſtitiam colere, ac cuiq; iura ſeruare. Talis eſuriens iuſtitiam tribuit vnicuiq;, quod ſuum eſt. Primo ipſi Deo, ſecundo ſibiipſi, tertio proximo.

Quod famelica iuſtitia Deo tribuit tria. Cap. 1.

PRimo enim famelica iuſtitia & ſitibunda, Deo tribuit tria. Primo honorem, ſecundo amorem, tertio timorem. Honorem creatori, amorem redemptori, timorem iudici, quaſi initium, medium, & finem ſine fine a Do-

mino

A mino habere recognoſcamus, vt quodammodo primum pertineat ad Dei cognitionem, ſecundum ad Dei dilectionem, tertiũ ad Dei recordationem. Dei honor. Primo inquam hæc famelica iuſtitia tribuit Deo honorem, tanquam creatori. Et hic ſiquidẽ triplex eſt. Primus eſt adoratio, ſecundus exoratio, tertius eſt veneratio. Primus enim eſt adoratio. Eſt enim adoratio ſubiectio & humiliatio interior & exterior, qua Deo nos ſubiectos eſſe ad perdendum & ſaluandum plenarie profitemur. Sic & adorabat Dominum Propheta, pſal. 30. dicens: In manibus tuis ſortes meæ. Secundus eſt exoratio. per exorationem enim ad Deum reſu-
B gimus inclinandum. Sic faciebat Propheta, cum dicebat, pſal. 38. Exaudi. i. efficaciter audi, orationem meam, & deprecationẽ meã auribus percipe. i. diligenter attende lachrymas meas. Tertius eſt veneratio, qua ad ipſum Deum & ad ſacra eius non niſi decenter, hoc eſt loti & puri mente, & corpore accedere præſumamus, ſicut Iſa. 1. præcepit Dominus dicens: Lauamini, mundi eſtote &c. Dei amor. Secundo vero talis iuſtitia amorem tribuit redemptori, ſicut Deut. 6. omnibus præceptum eſt: Diliges Dominum Deum tuum, &c. i. dulciter, & ex tota
C anima tua. i. prudenter: & ex tota fortitudine tua. i. fortiter. proinde Richar. ſuper Cãti. hoc idem. & Ber. ait: Diſce Chriſtiane a Chriſto amare Chriſtum, ama dulciter, ama prudenter, ama fortiter. dulciter, ne illectus: prudenter, ne deceptus: fortiter, ne depreſſus ab amore Domini auertaris. Primo quidem amandus eſt dulciter. profecto Deum dulciter ille amat, qui eius dulcedinem, carnis & mundi delitijs anteponit. Et ad hoc hortatur Propheta dicens, pſal. 33. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Secundo vero prudenter Deum ille amat, qui propter Chriſtum proprium
D ſenſum relinquit. Vnde 1. Corint. 3. cap. Apoſtolus ait: Si quis videtur inter vos eſſe ſapiens in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Tertio etiam Deum fortiter amat, qui a propria voluntate ſe elongat, vt dicat Domino, ſicut Matt. 26. Chriſtus Patri pro ipſo dicit: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Dei timor. Tertio quidem hæc iuſtitia timorem tribuit iudici, cum Propheta dicat, pſal. 7. Deus iudex, iuſtus, fortis. In quibus verbis oſtendit Propheta, quod propter tria talis iudex timendus eſt. Primo, quia infallibilis: ſecundo, quia inflexibilis: tertio, quia infugibilis. E
Primo enim, quia erit infallibilis. vnde ait, Deus iudex, ſcilicet erit in iudicio. Deus enim interpretatur videns. Quis enim fallere poterit ſapientiam cuncta cernentis? cum inextinguibile erit lumen eius, vt dicitur Sapien. 7. c. Ideo, vt dicitur Iſa. 29. Peribit ſapientia a ſapientibus, ſcilicet in iudicio. Quoniam, vt dicitur Iob 12. Ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Secundo, quia inflexibilis. vnde ſubdit, Iuſtus. quis enim poterit flectere iuſtitiã eius? Scriptum eſt enim Prouerb. 6. Zelus & furor viri, id eſt, Chriſti, non parcet in die vindictæ, id eſt, iudicij, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec accipiet pro redem- F
ptione dona plurima. Tertio, quia erit infugibilis, ideo ſubditur, fortis. Nam quod iuſte iudicauerit, potenter & fortiter exequetur, nec ab executione poterit impediri. Vnde Iob 9. c. inquit: Deus, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt. Et Ioannes Baptiſta, Matt. 3. c. ait: Quis vobis demonſtrabit fugere a ventura ira? ſcilicet iudicis perturbati. Et iterum Propheta inquit, pſal. 2. Tunc ſcilicet in die iudicij loquetur ad eos ira ſua dicens: Surgite mortui, venite ad iudicium. Quod verbum aſperum erit malis, & ſuaue bonis, & in furore ſuo, ſcilicet quando cum eis diſceptabit dicens: Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, &c. Mat. G
25. Quod quidem verbum aſperum erit malis. Tunc inquam conturbabit eos, cum ſcilicet ſubdet, Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, Matt. 25. Quod verbum erit horribile malis. Iuſtus autem ab auditione mala non timebit: quæ erit quando dicetur, Surgite mortui: Neq; a peiori, quæ erit quando dicetur, Eſuriui &c. Neque a peſſima, quę erit quando dicet Dominus, Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternum.

Quod eſuriens iuſtitiam ſibi ipſi etiam tribuit tria. Cap. 2. H

SEcundo hic eſuriens & ſitiens iuſtitiam ſibi ipſi etiam tribuit tria. Primo munditiam, ſecundo cuſtodiam, tertio diſciplinam. Munditiam cordi, cuſtodiam ori, diſciplinam corpori. Munditia cordis. Primo enim tribuit munditiam cordis: proinde metuens cordis maculam cum Propheta ad Dominum inquit, pſal. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.

A In quibus verbis a tribus poſtulat emundari. Primo a delictis, ſecundo ab occultis, tertio ab alienis. Primo a delictis, vnde ait, Delicta quis intelligit? q.d. nullus omnia. Peccatum eſt in commiſſis, delictum in omiſſis. Delictum, quaſi derelictum bonũ. Et hæc intelligere difficilius eſt. Quod aduertens Iob 9.c.ait: Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. vbi glo. Verebar omnia opera mea, etiam bona, quia in operibus bonis duo ſunt timenda: deſidia, & fraus. Deſidiam facit timor & amor mundi: Fraudem vero proprius amor ſui, dum pro bene actis tacita
B humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterior deſideratur. Ex his patet, quod etiam operando bona homo incidit in delictum.ſ.in omiſſione, vel diligentiæ debitæ, vel intentionis rectæ. Diligentię debitę. & de hac Iere.48. Maledictus, qui facit opus Domini negligenter, alias fraudulenter. Intentionis rectæ. vnde Matt.6.c. Dominus ait: Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit. Et ſi bona faciendo homo incidit in delictum, multo amplius bona dimittendo & mala operando. Propterea difficile
C eſt & impoſſibile intelligere ipſa delicta. Secundo poſtulat emundari ab occultis. vnde ſubdit, Ab occultis meis munda me Domine. In his verbis manifeſte inſtruimur, vt oremus pro peccatis noſtris oblitis vel ignoratis. De quibus Auguſt. ait: Pius Dominus pie pęnitentibus, alias petentibus: aut peccata dimittit, aut oblita ad memoriam reducit. Ait enim, meis.i.ex me prouenientibus & non ex alio, quo genere diabolus peccatum fecit. Tertio poſtulat emendari ab alienis dicens: Et ab alienis parce ſeruo tuo. Ab alienis ait, ſcilicet quæ diaboli, vel hominis ſuggeſtione operatus ſum. Dicuntur autem aliena primo, quia
D ſunt illius, qui ſuggerit: ſecundo efficiuntur illius, cui ſuggerunt, ſi corde conſentit, quo genere peccauit Adam. Et de talibus Propheta inquit, pſal.124. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cũ operantibus iniquitatem. Et ſubditur, Parce ſeruo tuo.ſ.tu, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Quod vtique Dominus facit in cuſtodiendo, ne labamur: vel lapſis dimittendo peccata, ne damnemur. Cuſtodia oris. Secundo talis famelica iuſtitia tribuit cuſtodiam ori. Proinde in perſona huiuſmodi iuſti Propheta inquit, pſal. 38. Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delin- E
quam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me. In quibus ſacratiſſimis verbis triplicem cuſtodiam ori apponendam eſſe oſtendit. Prima eſt cuſtodia vitæ, ſecunda eſt cuſtodia linguæ, tertia eſt cuſtodia patientiæ. Prima inquam eſt cuſtodia vitæ. vnde Propheta ait, Dixi.i.firmiter in corde propoſui.cuſtodiã, ideſt vt cuſtodirem vias meas.ſ.cogitationes, locutiones, & operationes. De quibus Ierem.7.c.ait: Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra. Studia quidem hominum, ſunt cogitationes eorum, affectiones, & intentiones, per quas ſe applicant ad aliquod malum, vel bonum. F
Studium quid.
Eſt enim ſtudium intenta animi applicatio. Talia quidem tunc fiunt bona, cum diuinæ legi conformantur, & ſecundum regulas diuini iuris, quæ ſunt decem præcepta, diriguntur & regulantur. Secunda autem eſt cuſtodia linguæ: & de hac ſubdit, Vt non delinquam in lingua mea. Merito enim pręmiſit cuſtodiam vitæ, cuſtodiæ linguæ: quia niſi diligenter homo cuſtodiat vitam ſuam, non poteſt cuſtodire & refrenare linguam ſuam. quinimmo ſecundum ꝙ homo labitur in vita, labitur & in lingua, iuxta illud Matt.12. Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala.ſ.opera, atq; verba. Ait G
ergo, Vt non delinquam in lingua mea. Sed ad cuſtodiam lingue non ſufficit cuſtodia vitæ, niſi adſit adiutorium diuinę gratiæ. Ideo Propheta auxilium a Domino ad hoc alibi poſtulabat dicens, pſal.140. Pone Dñe cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtãtiæ labijs meis. Cuſtodia quidem oris, eſt lumen rationis, ſeu ratio illuminata, cum lingua ſit inſtrumentum rationis. Oſtium quoq; expoſcit, quod poſſit pro loco & tempore claudi & aperiri, quia Eccl.3.ait, Tempus tacendi, & tempus loquendi. Sed oſtium circunſtantię ſuperaddit. Hęc circũſtãtia ſeptuplex eſt.
Nã ſeptem ſunt diligenter in locutione cõſideranda. Primo, quis loquitur: ſecũdo, quare loquiť: tertio, quid loquať: quarto, quibꝰ loquať: quinto, qñ loquatur: ſexto, quõ loquatur: ſeptimo, quantũ loquatur. De quibꝰ latius dictũ eſt in tract. de Chriſtiana vita, ſer.1.ar.2.& c.2. Difficultatem vero obſeruandi oĩa ſupradicta conſiderans Eccl. in fine 22.c. inquit: Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certũ, vt non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me. Tertia eſt cuſtodia patientię. Et de hac Propheta ſubdit: Poſui ori meo cuſtodiam.i.rationem patientem. q. d. Non ſo- H

A lum ſernabo, ſed etiam diligenter ſeruaui.
Et merito, cum Prouerbior. 21. c. ſcriptum
ſit: Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuā,
cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Et ad-
dens, ꝙ hoc fecit, quando magis arduum
& neceſſarium fuit, inquit: Cum conſiſteret
peccator aduerſum me, ideſt diabolus, vel
homo inſidiator & prouocator ad linguæ
lapſum. Diſciplina corporis. Tertio ve-
ro hæc famelica iuſtitia & ſitibunda tribuit
diſciplinam corpori. ſecundum enim mora
les, Diſciplina eſt competens informatio
animæ ad id, quod eſt vtile & honeſtum.
Proinde corpori neceſſaria eſt, eo quod a
B natura corrupta indiſciplinatum ſit. Vnde
diſciplina dicitur, quaſi diſplicina, quia
ſemper diſplicet carni. Conſideremus ita-
que in carne, vel circa carnem, ad præſens
tria. Primo diſciplinæ contrarietatem, ſe-
cundo diſciplinæ neceſſitatem, tertio diſci-
plinæ vtilitatem. Primo inquam conſide-
remus diſciplinæ contrarietatem, quia ca-
ro ſemper ſpiritui & ſpūalibus aduerſatur:
vnde ad Gal. 5. c. Apoſt. ait: Caro concupi-
ſcit aduerſus ſpm̄, & ſpūs aduerſus carnē.
hæc enim inuicem aduerſant̄. Sequitur, ma
nifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornica
C tio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolo
rum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contētio
nes, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſe
ctæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſa
tiones, & his ſimilia. Et additur, qui talia a-
gunt, regnū Dei non conſequentur. Prima
animæ noſtræ euenit ſicut ſocio furis, qui
cum fure ſuſpenditur: ſic anima damnat̄ ꝓ-
pter ſocietatem carnis. Item caro delicatè
nutrita eſt ſicut aſinus pinguis, qui recalci-
trat & proijcit dn̄m ſuum in lutum. Hæc cō
trarietas carnis contra ſpm̄ vſque ad mor-
tem ſemper perſeuerat in nobis. hinc pro-
pheta ait, pſal. 15. Vſq; ad noctem. i. vſq; ad
D mortem, increpuerunt me renes mei: hoc
eſt repræhenſibilem me oſtenderunt meæ
concupiſcentiæ naturales. Et Hier. ait: Quo
cunq; pergo, mecū meū hoſtem porto. Et
quidam verſificator inquit.

Pax erit hæc nobis ſemper, dum vita manebit.
Cum pecore infirmo, qua ſolet eſſe lupo.

Merito ergo propheta ait, pſal. 37. Non eſt
ſanitas in carne mea. Quia contra ſpm̄ &
virtutes ſemper a carne pullulant ſintho-
mata vitiorum. Nam ſicut pili a carne, ſic
mala deſideria ab illa ortum & originē ha-
bēt. & ſicut pili abſq; læſione ꝑcidunt̄, ſed
non ſine dolore euellunt̄: ſic deſideria car-
nis abſq; periculo poſſumus tēperare, euel
lere aūt non. Pili quoq; præciſi iterū oriun E
tur: ſic & deſideria carnis, quāuis ſecent̄,
iterum renaſcunt̄ & pullulant. Secūdo cōſi-
deremus diſciplinæ neceſſitatē. Eſt ꝗppe ne-
ceſſaria diſciplina, vt ſpūs contra infirmita-
tem carnis auxilium præſtet. Nam teſte Do
mino, Matt. 26. Spūs quidem promptus eſt,
ſcilicet ſemper ad bonum. Caro aūt infir-
ma. ſ. ſemper inclinans ad malum. Vnde ſi-
cut quanto plus de ſimo ponit̄ in ipſa ter-
ra, tanto amplius herbæ inutiles creſcunt,
niſi ſarculo extirpentur: Sic quanto magis
homo delicatè nutriuerit & impinguauerit
carnem ſuam, tanto magis inſurgūt inordi- F
nati concupiſcentiæ motus, niſi ſancta diſci
plina diligentius excolatur. Sæpe enim ſar-
culo commota terra non permittit pullula-
re ſilueſtres herbas. In huius myſterium Ie
re. 10. nos admonet dicens, Nouate vobis
nouale. Dr̄ enim hoc nouale, lis; & hæc no-
ualis, lis, in eodē ſenſu. Et eſt ager vel terra,
quæ cultura ſæpius innouatur. In quo my-
ſticè admonemur ꝙ terram corporis noſtri
debemus per diſciplinā ſæpius innouare.
Ad hoc Augu. ſuper Ioan. ait: Spūs deficit,
vbi caro requieſcit. vt enim caro mollibus,
ſic anima duris nutrit̄. Illam blanda refo-
uent, hanc aſpera exercent. Et iterum Chri-
ſoſt. ſuper epiſtolam ad Hebræ. ait, Corpo- G
ri molli reddito neceſſe eſt & animā parti-
cipare ex corporis morbo. Ber. quoque in
quodā ſermone ait: Cur carnē tuā precio-
ſis rebus impinguas & adornas, quā poſt
paucos dies vermes deuoraturi ſunt in ſe-
pulcro, & aīam tuā bonis operibꝰ nō ador
nas, q̄ Deo & Angelis eius præſentanda eſt
in iudicio? Cur ergo aīam tuam vilipēdis,
& ei carnem ꝑponis? Dn̄am ancillari, & an
cillam dn̄ari, magna abuſio eſt. Anima qui-
dem & caro ſunt quaſi duæ ſitulæ in puteo
applicatæ, quarum qn̄ vna aſcendit, altera
deſcendit. Sic, qn̄ caro infirmat̄, ſpūs impin H
guatur, & econuerſo. Vnde 2. Corinth. 12.
Apoſtol. ait: Cū infirmor. ſ. in corpore, tunc
potens ſum. ſ. in mente. Sunt tn̄ pleriq;, q
fortes ſunt ad opera mūdi & carnis: debiles
vero ad ea, quæ ſunt Dei & ſpūs. Proinde
aſinis ſimilant̄, q à parte poſteriori sūt for-
tes, à parte vero anteriori, vbi eſt crux, debi
liores ſunt. Tertio cōſideremꝰ diſciplinę vti
litatē. Sicut. n. ſpūs carni adhęrēs cōdones
carnis induit, & totꝰ carnalis fit: de quo ſta
tu. 1. Cor. 2. c. Apoſt. ait: Aīalis homo nō ꝑ-
cipit ea, q̄ ſunt ſpūs Dei: ſic econtra ſpiritus
per carnis diſciplinam Deo inhærens, ſic a
dei ſpū abſorbet̄: & ita ſuper carnē dn̄ium
ſumit,

A ſumit, vt ſpiritus etiam carnem ad condi-
tiones ſuas modo quodam transformet. Et
hic ſtatus hominis propriè ſpiritualis deno
minatur: in quo homo faciliter iudicat p̄-
ſentia & futura. propterea Apoſtolus vbi
ſup. ſubiungit dicens: Spiritualis omnia iu
dicat, & ipſe a nemine iudicatur. Vnde in
perſona talium diſciplinatorum propheta
iubilando ait, pſalmo. 46. Subiecit populos
nobis & gentes ſub pedibus noſtris. Ele-
git nobis hæreditatem ſuam. ait enim, Sub-
iecit populos nobis, id eſt rationis motus,
B qui debent regi & foueri in bonum: & gē-
tes, id eſt motus gentiles carnis, ſub pedi-
bus noſtris, ſcilicet vt conculcētur a no-
bis, iuxta illud, quod Gen. 10. Dominus ho
mini ordinauit dicens: Sub te erit appetit⁹
eius, & tu dominaberis illius. Et ſubditur,
Elegit nobis, ſ. Deus hæreditatem ſuam. i.
gloriam ſempiternam. Loquitur enim pro
pheta de Domino, ſicut de bono patre, q
quando fit diuiſio & portio inter filios, di-
lecto filio & maxime paruulo eligit potio-
rem partem, nec ſuſtinet ꝙ ille filius eligat,
quia faciliter deciperetur. Sic quoque ple-
rique ſunt, qui libentius eligerent in car-
nis delicijs gaudere, in præſenti vita, quā
C ſub diſciplina carnem domare, vt demum
acquirerent gloriam ſempiternam. Sed pi⁹
Dominus eligit nobis, quaſi neſcientibus
eligere, hæreditatem ſuam, ſicut prædictū
eſt. Et hoc ſiquidem facit per diſciplinam
carnis. Et merito hoc agit: Nam & figulus
non poteſt formoſa vaſa operari de terra,
niſi prius fuerit bene trita vel cribrata &
vndique agitata. Sic nec Deus vult facere
vaſa gloriæ de corporibus noſtris, niſi fue-
rint prius diligenter diſciplinata. propter
hęc omnia propheta in pſal. 2. ait: Appræhē
dite diſciplinam, nequando iraſcatur Dñs
D & pereatis de via iuſta. Et poteſt eſſe the-
ma in particula huius capituli.

Quod eſuriens iuſtitia proximo ſuo etiam tribuit tria. Cap. 3.

TErtio quoque hæc famelica & ſiti-
būda iuſtitia tribuit proximo etiā
tria, ſcilicet primo obedientiam, ſe-
cundo concordiam, tertio beneficentiam.
Obedientiam ſuperiori, concordiam pari,
beneficentiam inferiori. Ratio autem præ-
dictorum eſt, quia ſecundum ſententiam
Dion. Dion. de diuinis nominibus, Amor habet
triplicem vim. ſ. eleuatiuam, concordatiuā
& inclinatiuam. Primo enim habet vim
eleuatiuam, quia eleuat ad ſuperiora: & E
hæc eſt obedientia ad ſuperiores. Secūdo
habet vim concordatiuam, & hæc eſt con-
cordia ad pares. Tertio habet vim inclina
tiuam, & hæc eſt beneficentia ad inferio-
res, vt patenter clareſcat ꝙ omnia hæc tria
ex proximi dilectione procedunt & pro-
cedere habent. Obedientia ad ſuperiores.
Primo quidem tribuit obedietiam ſuperio-
ri. hanc fameſcebat & ad hanc ſitiebat pro
pheta, cum dicebat, pſal. 16. Perfice greſſus
meos in ſemitis tuis, &c. Semitæ profecto
ſunt viæ eſurientis atque perfectiſſimæ iu-
ſtitiæ. De quibus Prouerb. 12. in fine Salo- F
mon ait: In ſemita iuſtitiæ vita. Et 15. c. idē
ait. In abūdanti iuſtitia virtus maxima eſt,
iuſtitia ſimplex eſt reddere vnicuiq; quod
ſuum eſt. Vnde cum quis ſe totū dat Deo,
vel potius totum Deo ſe reddit, exponen-
do ſe pœnitentiæ veræ adhuc non niſi ſim
plicem & communem iuſtitiam implet.
Proinde ſi vult perfectus eſſe, & maximā
virtutem acquirere, quæ eſt in abundāti &
eſurienti iuſtitia, oportet vt ſe non ſolum,
cui debet, ſubijciat ſe: ſed etiam homini ꝓ
pter Deum. Et hoc quidem maxime fit per
illam obedientiam ſanctam, de qua. 1. Reg.
15. Melior eſt obedientia, quàm victimæ.
Obedientia enim fit homini propter Deū, G
cui non debetur: victimæ vero fiūt Deo,
cui debentur. Mira ergo obedientiæ virtus
eſt admodum Deo grata. Vnde Auguſt. ſup *Auguſt.*
pſal. inquit: Non potuit Deus perfecti⁹ de-
monſtrare, quantum ſit obedientiæ bonū,
niſi cum prohibuit ab ea re, quæ non erat
mala. ſola ibi obedietia tenuit palmam, ſo-
la ibi inobedientia inuenit pœnam. Sic er-
go perficiuntur greſſus, i. operationes in ſē
mitis Dei, quas maxime ingrediuntur reli-
gioſi. Sed quia nō ſufficit bonum incipere,
niſi quod inceptum eſt conſummetur: ideo
ſuppliciter orat dicens, Perfice greſſus me-
os in ſemitis tuis. Ita videlicet vt non mo- H
ueantur veſtigia mea. ſ. a ſemitis iſtis: quia,
vt dicit Dominus Luc. 9. in fine: Nemo mit
tens manum ſuam ad aratrum & aſpiciens
retro, aptus eſt regno Dei. Et iterum, Matt.
10. c. inquit: Qui autem perſeuerauerit vſ-
que in finem, hic ſaluus erit. Concordia ad
pares. Secundo autem hæc famelica iuſti-
tia tribuit concordiam pari, quia cum om-
nibus æqualibus ſatagit concordare. Hanc
concordiam ſcit ſuperna dilectio, & chari
tatis amor. Vnde Ioan. 13. c. Dominus ait,
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis
inuicem. Quod obſeruantes primi cōuerſi
ad

A ad fidem, in omnibus cócordes erant. Proinde Act. 10. c. dictum eſt, Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Vbi Beda inquit, ꝙ in Græca litera amplius eſt. ſ. Et non erat ſeparatio in eis vlla. Vbi etiam inquit: Qui ſeculum perfectè reliquerant, nequaquam de generis dignitate, alias nobilitate, gloriantes, ſe inuicem præferebant, ſed velut vnius eiuſdem matris viſceribus editi, eodem fraternitatis amore gaudebant. Senſus eſt ergo, ꝙ ſic ꝑ fidem & charitatem vnius Dei, & per mutuam charitatem erant ſibi inuicem inuiſcerati, & quaſi vnum cor effecti, vt nulla

Beda.

B cauſa ſeparationis derogare poſſet vnitati eorum. Sed quia hoc maximũ munus Dei eſt: ideo propheta inquit, pſal. 67. Deus, q inhabitare facit vnius moris in domo. i. in eccleſia Dei. Et alibi, pſal. 54. In domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Et iterum ait, pſal. 132. Ecce quam bonum, &c. Et merito quidem. Nam ſicut Chrs inter Sanctos in cœlis habitat per charitatis gloriam: ita inter concordes & vnanimes habitat per charitatis gratiam, Domino atteſtante, qui Matth. 18. c. ait: Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Hinc Hylarius ſuper Matth. in-

Hylar.

C quit: In tantum humanæ pacis Chriſtus cócordiæ ſtuduit, vt vnitatis merito omnia q̃ a Deo precanda ſunt, impetranda eſſe confirmet. Eccleſiaſtic. quoque. 25. c. ait: In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt ꝓbata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentiens. hanc quidẽ concordiam & vnitatem generat, nutrit atq; conſeruat, ſupportare inuicem in charitate, vt dicitur ad Ephe. 4. & ad Gal. 6. iterum ait, Alter alterius onera portate. ſ. humanæ infirmitatis. Portate & ſic adimplebitis legem Chriſti. ſ. qua Chriſtus nos ſpecialiter

D ligauit, quia præcipuè legem charitatis inſtituit. proinde Ioan. 15. inquit: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. & de lege Chriſti, id eſt de charitate, Deut. 33. myſticè ſcriptum eſt: In dextera eius, ſcilicet patris ignea lex, dilexit populos, quaſi lex Moyſi: quia extitit lex timoris erat in ſiniſtra dei. lex autem euangelica, lex ignea eſt: quia extitit lex amoris, & in dextera Dei manet. De concordia quoque in exemplum noſtrum, Iob. 25. cap. ſcriptum eſt: Fecit, ſcilicet Deus, concordiam in ſublimibus ſuis, id eſt ſtabiliſſimo & tranquilliſſimo concordiæ nexu diſpo-

ſuit & colligauit creaturas ſupernas, ſcilicet hierarchias ſpirituum beatorum & cœleſtia corpora. Non enim eſt illi pugna, aut contrarietas inuicem ſe diſſoluens, ac corrumpens, vt myſticè innuatur, quod qui in concordi charitate in præſenti vita nõ manet, ad ſupernorum concordiam non aſcẽdet. Beneficentia ad inferiores. Tertio famelica iuſtitia tribuit beneficentiam inferiori. ad hoc hortatur Apoſtolus. 12. cap. ad Rom. dicens. Qui præeſt, in ſolicitudine eſſe debet. Aſpice quæſo in macrocoſmo, id eſt in maiori mundo, quanta ſit ſollicitudo ſuperiorum ad inferiora, cum influere ad illa nunquam ceſſent. Nam cœlum in- E

F fluentia ſua omnis generationis & corruptionis atque motus omnibus inferioribus cauſa eſt. Sol influentia ſua vniuerſa illuſtrat, incendit frigida & ad terræ fęcundita tem vapores in aera leuans tandem diſſoluit in pluuias, Luna humores in corporibꝰ auget, & oſſa medullis replet, atque mitigat incendia ſolis. Ignis mirabiliter in multis hominibus auxilium præſtat, aer aſpirationem, aqua potum, atque terra alimenta miniſtrat. In microcoſmo, id eſt in minori mundo, qui eſt homo, idem ad litteram contemplare. Nam cor omnibus mẽbris vitam & motum donat. Pulmo cor- G

dis flabellum eſt. Epar membris omnibus ſanguinem purum tranſmittit: Cerebrum quoque ad cordis vtilitatem per corpus neruos diffundit atque per eos membris omnibus ſenſum tribuit: Stomachus appetit cibum, coquit, & digerit, ſuperfluumque emittit, atque quod vnicuique membro vtile eſt, ordinate diſtribuit. Si igitur tanta eſt beneficentiæ ſollicitudo maiorum ad minores in maiori & minori mundo: quanta debet eſſe ſollicitudo maiorum ad minores in miſtico corpore Ieſu Chriſti? Porro vera charitas fraternalis maxime maiorum ad inferiores, omnes ſine deceptione diligit, quos poteſt Deo lucrifacit, H

temporalia propter fratres contemnit, decora & exemplaris eſt in conuerſatione, humilis in condeſcenſione, iucunda ad inimicos, benigna ad amicos, diſcreta in omnibus, ſocialis cum omnibus, ſollicita pro omnibus, minimorum onera portat, atq; ꝙ his omnibus maius eſt, non excidit, ſed ſemper fideliter perſeuerat.

ARTI-

A **Articvlvs Secvndvs.**

Quod tripliciter eſurit & ſitit etiam in vita præſenti anima bonis ſpiritualibus ſaturata.

SEcunda principalis fames, eſt fames gratiæ. Et de hac Dominus ſubdit, quoniam ipſi ſaturabuntur, ſcilicet etiam in præſenti vita, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. In argumentum profecto inhabitantis gratiæ & virtutis eſt, quod amplior
B bonorum guſtatorum eſuries in anima creſcat & inardeſcat. Nam hoc habet propriũ bonitas & ſapientia Dei atque virtus, quod poſt ſaturitatem iterum atque iterum eſuries ſubſequatur & iterum ſumpta deſideriũ reaccendunt. ſic & per ſapientiam Eccleſi. 24. dictum eſt: Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Porro ad hoc glorioſa Virgo, Luc. 1. c. exultando & iubilando de Domino ait: Eſurientes impleuit bonis. Merito enim ait, Impleuit, ideſt ſaturauit, non ſatiauit. gratiæ qui-
C dem bona eo minus ſatiant, quo amplius replent. Eſuries enim hæc, deſiderium eſt. Gratia quidem Dei eſt animæ cibus, quæ quanto amplius creſcit, tanto maius deſiderium inardeſcit. Sed quibus bonis repleuit iuſtitiam eſurientes? Profecto illa eſſe exiſtimo, de quibus. 1. Corint. 2. c. Apoſtolus ait: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus: ſcilicet in præſenti, ijs qui diligunt illum. Hoc eſt manna abſconditum, quod promittit Dominus, Apoca. 2. illi, qui iuſtitiam eſurit & ſitit. Vnde inquit, Dabo illi manna abſconditum. Manna
D quippe abſconditum eſt ad miranda gratiæ Dei ſuauitas, communicata iuſtis, & indignis merito occultata. Sicut enim manna deſuperueniens omnem ſuauitatis ſaporem in ſe continebat: ſic gratia ſeu ſuauitas grata eſurientibus iuſtitiam a Domino cõmunicata inexplicabilem ſuauitatem præſtat, quam ſoli præfati experiuntur, & ex ea inſatiabiliter ſatiantur. Tres quippe animæ vires eſurientis & ſitientis iuſtitiam, etiam in vita præſenti donis & bonis cœleſtibus ſaturantur. Primo rationalis, ſecundo iraſcibilis, tertio concupiſcibilis. Hæc ſaturitas fit per theologicas virtutes: nam iuſtitia, prout hic ſumitur, in ſe compræhẽdit fidem, ſpem & charitatem, quæ nos immediatè coniungunt Deo.

Quod rationalis inſatiabiliter ſaturatur per fidem de diuina veritate. Cap. 1. E

PRimo quidem in eſuriente & ſitiẽte iuſtitiam ſatiat̃ rationalis. Eſurit quippe & ſitit in præſenti vita ipſam primã & sũmã veritatẽ, cui modo ſaturitas fidei cõdonat̃. Decẽ quippe gradibus aſcẽdit ꝑ fidem rõnalis ad ſaturitatẽ primę, & ſummę veritatis. Prim⁹ eſt audire ſapientiam fidei. Secũdus ſedari mẽte a motib⁹ paſſionũ. Tertius mentẽ leuare F a ſenſibilibus ad inſenſibilia. Quartus de inſenſibilib⁹ ſeu ſpiritualib⁹ meditari. Quint⁹ verũ a ſalſo diſcernere. Hęc quiq; ſpectant ad diſcretionẽ ſciẽ fidei. Seq̃ntes quĩq; ſpectant ad adhęſionẽ ipſius ſciẽ fidei. Primus grad⁹ eſt delectari in vero, ſecund⁹ ꝑfici mẽte ꝑ veritatẽ, tertius eſt quieſcere in cõplacentia eius, quartus admirari eam, quintus credere ꝑ fidẽ illuminatã. De ijs tamẽ lati⁹ dicetur in ſermone vij. c. penul. Per talẽ fidem aſſentit aĩa primę veritati ꝓpter ſe & ſupra omnia & inſatiabiliter illi adhęret, q̃a G quãto amplius intellectus de Deo ſpeculat̃, amplius illuminat̃: ac quãto magis illuminatur, ampli⁹ fameſcit & ſitit ĩ Deo, & ꝺ Deo illuminari, & ſic ſemper inſatiabiliter ſatiatur. Proinde Aug. diffiniens fidẽ, quãtũ ad ſuũ obiectũ & motiuũ principiũ ait, Fides eſt illuminatio mẽtis ad ſuã veritatẽ. Et iterum inquit: Fides eſt res audax & improba ꝑueniẽs quo non ꝑtingit intelligentia. Ipſa eſt enim, quę aſcendit ſuper Cherubin, & volat ſuper Seraphin ſenas alas habentia, & ibi nunquam ſaturatur ſaturata.

Quod iraſcibilis per ſpem inſatiabiliter ſaturatur de diuina ſublimitate. Cap. 2. H

SEcundum autem in eſuriente & ſitiente iuſtitiã iraſcibilis ſaturat̃. Eſurit enim & ſitit iraſcibilis diuinã ſublimitatẽ. Cui mõ dat̃ prelibatio ſpei, qua etiã ſaturata nõ ſaturat̃. ad hãc eſuriẽ ſpei hortabat̃ ꝓpha di. pſal. 4. ſacrificate ſacrificiũ iuſtitię & ſpate in Dño. Sacrificium q̃ppe iuſtitię, quod miſtice ſuper altare igne crematur, eſt ardens iuſtitię deſiderium in altare cordis accenſum. Quod quidem tunc ſacrificatur, cum per inſatiabilia iuſtitię opera, quaſi inſatiabili igne ſpe glorię anima inſaturabiliter ſaturatur. Propterea ſubdit, Et ſperate in

Dño:

A Domino: ſcilicet prædicto inſatiabili modo. Sunt nanq; pleriq;, qui ſine bonis operibus, immo cum multis criminibus dicũt ſe ſperare in Dño, quod vtiq; non eſt ſpes, ſed præſumptio de miſericordia Dei, id eſt peccatum in ſpũ ſanctum. Vnde ad veram & famelicam iuſtitiam atq; ſpem alibi animam hortat̃ propheta dicens, pſal. 36. Spera in Dño, & fac bonitatẽ: non dicit fac bonum, ſed bonitatẽ, quia bonum fieri pôt nõ bono fine. Bonitas autẽ importat bonũ bono fine completum, quod quidẽ requirit̃ ad veram ſpem, cũ ſpes ſit certa expectatio ex
B meritis ꝓueniens: qa ſi facis bonitatẽ, iuſtè in Deo ſperare potes. Alibi quoq; ꝓpheta ait, pſal. 31. Sperantem aũt in Dño miſericordia circundabit. Nec inquit ſperantẽ in meritis ſuis, ſed ſperantẽ in dño: quia, ſicut Greg. ait: Vita Sanctorum ſuccumbit, ſi pietas Dei deſit. Hunc ergo miſericordia circundabit, quia vndique illum proteget in præſenti. Atq; in miram exhortationẽ ꝓrumpens ſubdit: Lætamini in Domino, nõ in vobis. & exultate iuſti, quaſi dicat. Lætamini interius, & exultate exterius iuſti. i. qui eſuritis & ſititis iuſtitiam: & gloriamini. i. participationem gloriæ iam ſuſcipite: omnes recti corde. i. omnes, qui per eſuriē-
C tem iuſtitiam rectè ad Deum erigitis cor.

Quod concupiſcibilis per charitatem inſatiabiliter ſaturatur de diuina bonitate. Cap. 3.

TErtio inſuper in eſuriente & ſitiente iuſtitiam ſaturatur concupiſcibilis, qua eſurit & ſitit diuinam bonitatem. Cui in præſenti vita datur prælibatio charitatis. Vnde propheta hanc eſuriẽ atque ſitim per experientiam ſentiens ad Dominum ait, pſalm. 41. Quemadmodum
D deſiderat ceruus, &c. ſecundum enim ꝙ hr̃ in gloſſis, ceruus caligantibus oculis extrahit ſerpentem ſuis naribus a cauerna, quẽ cum comederit, protinus currit ad fontem & bibit, ac deinde proijcit cornua, & totꝰ mutatur & innouatur. Sicut ergo ceruus hauſto veneno deſiderat venire ad fontem aquarũ: ſic & voluntas iuſti Deũ eſuriẽs & ſitiens, hauſto veneno. i. reuocato ad memoriam venenoſo ſæculo, deſiderat venire ad guſtandum inſaturabiliter ſuauitatẽ Dei. Hoc deſiderium fames & ſitis eſt charitatis. Et quantũ tale deſideriũ deſiderabile ſit, oſtenditur Prouerb. 13. vbi Salomõ ait: Lignum vitæ deſiderium veniẽs. Talis profecto voluntas quanto amplius deſide- E
rat, tanto deſiderare amplius concupiſcit. Non poteſt deſiderio ſatiari charitas, quæ ſemper deſiderare deſiderat, quẽadmodũ in perſona talis animæ deſiderantis propheta inquit, pſal. 118. Concupiuit anima mea deſiderare. Profecto anima Deũ amãs amore ſatiari non poteſt, quia Deus eſt amor, quẽ qui amat, amorem amat. Qui eñ amorem amat, facit circulum, vt apertè clareſcat ꝙ nullus debeat eſſe finis, aut menſura amoris, cum amor ſit infinitus.

ARTICVLVS TERTIVS. F

Quod famelica iuſtitia in beata vita triplici ſaturitate inſatiabili præmiatur.

TErtia & principalis eſt fames gloriæ: ſ. quam patiẽtur beati in gloria ſempiterna. Nam verbum ſupra poſitũ, quod Eccleſiaſt. 24. c. inquit: Qui edũt me, adhuc eſuriẽt: & qui bibunt me, adhuc ſitient: nõ ſolum de ſtatu & ſiti gratiæ, ſed etiam de ſtatu & ſiti gloriæ intelligi pôt. Sed nunquid beati ſemp deſiderãt bibere Dei ſuauitatem, vt ſic per cõſequens ſemp ſitiant? Dicendũ ꝙ ſitis ſeu eſuries ſumitur duobus modis. Vno modo ꝑ indigẽtia rei G
abſentis, ſecũdo modo ꝑ cõplacẽtia rei pñ-ſentis. Primo mq̃ pro indigentia rei abſentis, & hoc modo ſonat in defectũ pœnalẽ. Vnde eſurire atq; ſitire, eſt ꝓprie deſideriũ cũ quadã anguſtia mẽtis. Sẽtit. n. aĩa ſui corporis interna exhauſtionẽ & cõſumptionẽ, tã q̃ ſibi pœnalẽ, & ex hoc naturali ipulſu cogit̃ vehemẽtiſſimè inhiare ad extrīſecũ cibũ vel potũ, quẽ intra ſe nõ hẽt. Et talis eſuries nõ eſt, nec erit in btīs. Secũdo autẽ modo ſumit̃ eſuries ꝑ cõplacẽtia rei pñtis, ſicut hñs cultellũ in mẽſa petẽti dicit, H
ego indigeo, & hoc mõ eſt eſuries in btīs. Nã deſideriũ diuinę glorię in eis nõ eſt ad rẽ abſentẽ vel diſtãtẽ, ſed potiꝰ ad rẽ ītimã & in plena facultate fruẽdi ꝑ tota ī futurũ ſempiternitate poſſeſſa: Nec ꝓuenit ex aliqua cõſumptione interiori, ſed potius ex optima & ſemp vniformi diſpoſitione, & ideo nihil pœnale hẽt, ſed ſemper iucũdiſſimam ſatietatẽ, quæ ſatietas non generat faſtidium: & ideo ſp in vniformi accenſione amantis deſideriũ tenet. Ex his clareſcere pôt, ꝙ quãto beatus in beatitudine glorioſior atq; amplius ſaturatꝰ & inebriatꝰ ẽ, tanto magis eſurit atq; ſitit. Nã q̃to plꝰ delectatur ī Deo; tãto plꝰ deſiderat ī eo & ď eo delectari.

A lectari. proinde Greg. ait, Quando ad ipm fontem vitę venerimus, erit nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimul atq; ſatietas: ſed longe erit a nobis neceſſitas, longe a ſatietate faſtidiū, qa & ſitiētes ſatiabimur, & ſatiati ſitiem⁹. Et Chriſoſto. ſup Matth. etiam ait: Saturabunť. ſcilicet largitate remunerātis Dei, qm̄ maiora erūt Dei præmia, quàm Sanctorū deſideria. Proinde Dn̄s ait, Matt. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt, &c. Ecce ꝙ fames ſimul & ſaturitas erit ibi. Triplicem quidem eſuriē patiuntur aīę beatorū in gloria ſempiterna, dum pleniſſimè ſaturantur.
B Primo intellect⁹ eſuriem diuinę viſionis, ſecūdo memoria eſuriem diuinæ ſecuritatis, tertio voluntas eſuriem diuinę dilectionis.

Quod in gloria intellectus inſatiabiliter ſaturatur de viſione diuina. *Capitulum* 1.

PRimo quidem in gloria intellectus patiť eſuriem diuinę viſionis. Nam merito fidei dať ei cognitio ſummę, & infallibilis veritatis. Et hęc cognitio ponit p̄ſentiā rei viſę cum inſatiabili ſaturitate. ſecundū em̄ Ri
C char. de media villa, in 4. Hęc viſio Dei, eſt quidā habitus luminoſus in intellectu, quo eleuať ad clare videndū Deū, ſicuti eſt. Vnde 1. Ioā. 3. ſcriptū eſt: Similes ei erim⁹, qm̄ videbimus eū ſicuti eſt. i. ſuā bonitatē, ſuā maieſtatē, ſuam veritatē, &cęt. ſimilia. Et 1. Corin. 13. c. Apoſtol⁹ ait: Videmus nūc ꝑ ſpeculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē .i. videmus nunc Deū ꝑ ſimilitudinē creaturarū: tunc aūt facie ad faciē. i. cognitione ad cognitionē. Ad hoc Iob 33. Videbūt faciē eius in iubilo .i. in expſſibili gaudio. Et ſubdit Apoſtol⁹, Nunc cognoſco ex pte .i.
D imperfectè: tunc autē, ſcil. in gloria, cognoſcam ſicut & cognitus ſum. i. pfectè & præſentialiter. ſecūdum enim Remigium, ly ſicut, non ponitur hic qualitatiue, quia aliter cognoſcet nos De⁹, aliter nos Deū: quia cognoſcet nos Deus ſicut Deus, & ſicut ipſum decet: nos aūt cognoſcemus eum ſicut creaturę, & ſicut nos decet. Denique in patria triplex eſt viſio. Prima dicitur meridiana, ſecunda matutina, tertia veſpertina. Meridiana viſio eſt cognoſcere Deū in ſua eſſentia. Matutina aūt viſio, eſt cognoſcere oēs creaturas in verbo. Veſpertina verò viſio eſt cognoſcere in ſe oēs creaturas. Et quęlibet p̄dictarum viſionū intellectum inſatiabiliter ſatiabit. Et de ijs propheta inquit, pſal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et iterum alibi ait, pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. ſcil. prędictę triplicis ſaturatę, & inſatiabilis viſionis. E

Quod in gloria inſaturabiliter ſaturatur memoria de ſecuritate diuinæ poſſeſſionis. *Cap.* 2.

SEcundo autem memoria patiť eſuriē diuinę ſecuritatis: quia merito ſpei datur illi ſecuritas diuinę poſſeſſionis, F
qua ſecura fit in ęternū poſſidere Deum, & oīa quę in eo ſunt. Nam ſecundū Aug. 13. de Trinitate. c. 8. Impoſſibile eſt aliquē eſſe beatum, niſi ſecurus ſit de ſuę beatitudinis ꝑpetuatione. Nam cum intellectus illuminatus fuerit illa ęterna luce, & cognouerit Deū ſummū bonum & omnes creaturas in Deo & in oibus creaturis Deū perſpexerit, ſecure eū tenebit ſummè charū, & omnes creaturas in eo. Tunc ꝓfectò dicere poterit illud Canti. 3. Tenui eum, nec dimittā. Hoc quoq; ꝓmiſit Dn̄s Apoſtolis ſuis, Ioan. 16. dicēs, Iterum videbo vos, ſcil. & vos me: & gaudebit cor veſtrū, & gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. Et hoc gaudium erit fa- G
mes & ſitis diuinę ſecuritatis. Quāto quoq; maius gaudium erit, tanto maior ſecuritas inſaturabilis abundabit.

Quod in beata vita voluntas humana inſaturabiliter ſatiatur de diuina fruitione. *Cap.* 3.

TErtio verò voluntas patitur eſuriem diuinę dilectionis, quia merito charitatis dabiť ei dilectio cōſummata. Tunc quidem cōplebiť p̄ceptum de diuina dilectione. Quod conſiderans propheta in H
quit, pſal. 118. Omnis conſummationis vidi finem. ſcilicet in paradiſo. latum mandatum tuū nimis, id eſt pfectiſſimè adimpleť. Et hęc eſt inſaturabilis ſaturitas, q̄ ſemp iſatiabilis eſt, ſ. diuinę dilectionis, qua volūtas fruitur ſummo bono, atq; ei perfectò amore inhęret ꝓpter ſeipm̄, necnon & oīa creata diligit in Deo, & Deum in oībus creaturis. Ecce admirāda ſaturitas, quę ſemper inſatiabilis erit. Pręterea aduertendum eſt, ꝙ principali⁹ inſaturabilis ſaturitas, erit in voluntate q̄ in intellectu, vel memoria. Ratio hui⁹ eſt, ſecundum Richar. de media villa in 4. qa ſicut inter habitus vię charitas eſt pri-

cipalius

A cipalius donum, ſecũdum Aug. 15. de Trinitate, c. 8. ita inter habitus patriæ charitatis donum, quod in voluntate conſiſtit, obtinet principatum. Sed in patria nobilior habitus nobiliorem actum habet, ergo pſectè Deum diligere, qui eſt actus charitatis patriæ nobiliſſimus animæ actus eſt. Cũ ergo in nobiliſſimo actu principaliſſima conſiſtat btitudo, & diligere ſit volũtatis actus principalius conſiſtit in actu voluntatis, q̃ intellectus. Vnde Augu. 22. de ciuitate Dei inquit: Tota virtus erit ibi videre, quod amas & ſumma fœlicitas amare, quod videas. Ibi beata viſio in ſuo fonte bibitur, vbi cha-

B ritatis viſio clariſſimè aperitur. De hoc Iob 22. ait: Tunc ſuper omnipotentem delitijs affſlues, i. inſatiabiliter ſatiaberis. De hac inſaturabili ſatietate voluntatis beatę propheta ad Dñm ait, pſal. 35. Inebriabunt̃ ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos, qm̃ apud te eſt fons vitę. Ait. n. inebriabunt̃ ab vbertate domus tuæ, ſ. in vita beata, quæ eſt domus tua. Ecce inſatiabilis ſaturitas volũtatis. hæc profectò eſt illa domus, de qua Apoſt. 2. Cor. 5. c. in princip. ait: Scimus enim, qm̃ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædifi-

C cationem ex Deo habeamus, domũ nõ manu factam, ſed æternam in cœlis. Hæc inebriatio præfigurata eſt Gen. 43. in fine. vbi fratres Ioſeph biberũt & inebriati ſunt cũ eo. Sed & ꝑmittit̃ ante, ꝙ Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ ꝑcepit dicens, Introduc viros domũ & occide victimas, & inſtrue cõuiuium, quia mecũ ſunt cõmeſturi meridie. In quibus verbis notari poteſt & vbertas domus & comedendi ordo & manducandi tempus. Vt myſticè innuatur, quod in abundantia refectio iraſcibilis, in ordine refectio rationalis, & in tempore, ſcilicet in meridie, refectio concupiſcibilis indicatur.

D Et licet non faciat mentionem, niſi de inebriatione, tamen in ea compræhendit etiã cõmeſtionem propter ſumendi facilitatẽ, quia cibus ſumitur quaſi potus: Chriſtus enim erit ibi cibus & potus, Cantic. 5. Comedite & bibite & inebriamini chariſſimi. Et in omnibus his inſaturabilis ſatietas erit in cunctis glorificatis. Vnde autem inebriabuntur, ſubiungit propheta dicens, Et torrente voluptatis tuæ, id eſt abundantia & affluentia diuinæ fruitionis potabis eos. Torrente autem dicit, propter abundantiam & impetuoſitatem, non quia tranſeat. Vnde alibi in pſalmo 45. non torrẽs, ſed fluuius impetuoſus denominatur. vbi

dicitur, Fluminis impetus, id eſt inſaturabilis ſatietas, lætificat ciuitatem Dei, id eſt ſupernam Hieruſalem. Proinde Gene. 2. c. myſticè ſcriptum eſt, quod fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. Nec profectò deficiet torrens iſte inſaturabiliter ſatians, quia eſt fluuius de fonte vitæ procedens: propterea Propheta ſubdit: Quoniam apud te o Deus, eſt fons vitæ, hoc eſt indeficiens vita. Teſte Domino, qui Ioan. 14. de ſe ait, Ego ſum via, veritas & vita. Quam nobis largiri dignetur ex famelica iuſtitia ipſamet vita, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſurientes replet æternis bonis per infinita ſæcula ſæculorum, Amen. E F

Quinta beatitudo eſt affectus miſericordiæ, vbi agitur de miſericordię perfectione & quomodo in præſenti & in futura gloria prœmiatur.

Sermo VI.

G *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Iterum vbi ſupra.*

Iam tempus inſtat agere de Beatitudine quinta. Et meritò hæc ſequitur poſt prædictas. Nam, ſecũdum glo. ibidem, Miſericordia de præcedentibus ortum habet: quia ſi præceſſerit humilitas vera, & animus manſueſcat, ac ſuos aliorũq; caſus fleat & iuſtitiã eſuriat, poſtea naſcitur miſericordia pia. Tunc enĩ alienas miſerias facit ſuas, & ꝓ viribus auxilium præſtat: & ſi iuuãdi facultas deeſt, cõpaſſio nõ deerit. Rõ aũt, quare mĩa poſt iuſtitiam ponit̃, eſt, quia miſericordia ſine iuſtitia ad remiſſionẽ deſcẽdit. Iuſtitia vero ſine miſericordia ad crudelitatẽ aſcẽdit. Vna vero cum altera ſm̃ æquitatem incedit. Vnde glo. ibidem ait: Iuſtitiæ lumen eſt miſericordia, iudicando. ſ. ne nimis procedat: miſericordiæ virtus eſt iuſtitia, roborando. ſ. ne minus vileſcat. Tamen miſericordia ſuper iuſtitiam addit: Nam per iuſtitiã reddũtur debita, per miſericordiam vero dant̃ ꝓpria. Dupliciter tñ bene ſe habet homo in mĩa ad ꝓximũ ſuũ. Primo mõ cõiter, ſcd̃o mõ affectualiter. Primo inꝗ mõ cõiter, & quodãmõ humano. ſ. ꝓ liberalitatẽ, q̃ virtꝰ politica eſt i mediocribꝰ & ꝑuis donis. Se- H

cundo

A cundo modo per magnificẽtiam in excellẽ-
tib⁹ & magnis donis. Et hoc mõ fit per bea-
titudinẽ, quę miſericordia nõiatur, quãdo
ſcil. quis defectũ alterius affectualiter acci-
pit quaſi ſuum. De hac mĩa Ber. ait: Miſeri-
cordia affectio eſt, quę nec volũtate coerce-
tur, nec rõni ſubijcit, quãdo nõ eam quiſq; i
ſe pertrahit voluntario motu: ſed ipſa pias
mentes ad cõpaſſionẽ dolẽtiũ neceſſario co
git affectũ, ita vt etiã ſi pctm̃ eſſet misereri,
& ſi multum vellẽ, nõ poſſem nõ misereri
Põt quidem ratio vel volũtas affectui effe-
ctũ ſubtrahere, ſed nunquã ipſum affectum
euellere. Et alibi idem ait: Iuſtitia meritum
B quęrit miſericordia miſeriam intuetur: ve-
ra miſericordia non iudicat, ſed afficit: non
vtitur diſcuſione, occaſione cõtẽta. Nõ enĩ
expectatur ratio, vbi affectio trahit. vñ mi-
ſericors, quaſi miſerum vel miſerans habẽs
cor ſuper aliquem afflictum vel tribulatum.
Differt tñ miſericordia a miſeratiõe. Nã affe
ctualiter bene velle, miſericordię eſt bene-
facere verò miſeratiõis. Eſt enim miſeratio
in ſe actio: ſed miſericordia tãtum affectus
eſt cordis, quo cõpellimur vt miſeris ſubue-
niam⁹ & cõpatiamur, ſi factis ſuccurrere nõ
valemus, ſed miſeratio ex opere compro-
C batur. Et ſecundũ Hug. de ſancto Vic. differt
etiã miſericordia & miſeratio, ſicut fons &
riuulus. Miſericordia eſt quaſi fons affectu:
miſeratio quaſi riuul⁹ effectu. Vnde, ſecundũ
Aug. in diffinitionib⁹: Miſericordia ẽ animi
cõdolentis affectus, cum additamẽto bene
ficij, vt cõpatiamur ꝓximo, & largiamur de
ꝓprio. Et 9. libro de ciui. Dei, iterũ ait: Miſe
cordia eſt alienę miſerię in noſtro corde cõ
paſſio, qua vtiq; ſi poſſumus, ſubuenire cõ-
pellimur. In Deo tamẽ eſt miſericordia ſine
miſeria cordis. Vnde de ijs duobus ꝓpheta
ĩquit, ſpal. 110. Memoriã fecit mirabiliũ ſuo
rum miſericors, & miſerator Dñs: eſcam de
dit timentibus ſe. Itẽ differt miſericordia a
D pietate. Pietas enim eſt, qua homo cõicat
ꝓximo bona ſua: & hęc eſt quaſi fluuius in
ter ripas decurrẽs. Miſericordia verò ẽ, qua
hõ mala aliena, facit ſua, vt dictum eſt. Et
hęc eſt quaſi fluuius inundans & erumpens
atq; egrediẽs extra ripas. Et ĩ hoc appet ami
citia vera. Perfecta quidem amicitia erit, ſi
hanc miſericordiam feceris inimico ampli-
us quam ſi eam feceris tuo amico. Proinde
Luc. 7. Dominus ait: Si benefeceritis ijs, qui
vobis benefaciunt, quæ eſt vobis gratia? ſi-
quidem & peccatores hoc faciunt. Porrò
mercator conſultè agit, ſi merces ſuas libẽ-
tius vendit amplius offerenti. Profecto ma
iorem mercedem accipies miſericordiam E
faciens inimico, quam ipſi amico. Ad talẽ
miſericordiam hortatur Domin⁹ in verbo
propoſito dicens, Beati miſericordes, quo-
niam ipſi miſericordiam conſequentur. Cir
ca igitur hanc beatitudinem tria ad pręſens
conſideremus. Primo perfectionẽ ſeu com
mẽdationẽ virtualẽ, ſecundo retributiõem
tẽporalẽ, tertio remuneratiõem ęternalẽ.

Articvlvs Primvs.

De perfecta miſericordia ac de duodecim miſerationibus viri miſericordis. F

PRimo inquam de ipſa miſericor-
dia conſideremus commendatio
nem virtualem. Profectò ſi ratio-
nem eius & cãm plenius perſcru
temur, ſumpta miſericordia generaliter in
ſua perfectione, includit in ſe quaſi oĩm vir
tutum perfectionem, & nõ qualẽcunq; ſed
vt redundãtem & ſui viſceraliter diffuſiuã
atq; euiſceratiuam ad oẽs. Qui enim perfe
cte miſericors ẽ, ipſe oĩum miſerias ſentit,
& portat in viſceribus tanquam ſuas. Iniu-
rias oẽs facillimè condonat, ĩmo non ſentit
aut reputat. Omniumq; peccata tanquã ſua
deplorat, inceſſanter omnẽ plenitudinem G
gratiarum oĩbus optat, oẽs pro poſſe ſup-
portat, oẽs quoq; coadiuuat, omnia cõicat,
oĩum bonis vt ſuis congaudet. Nulli iniu-
riatur, neminem circunuenit: nihil tẽpora-
le indebitè cupit, quin potius ad oẽm libe
ralitatem ſemper effuſus eſt. Omnes enim
aſpicit, ſicut pater & mater aſpicit filios ſu-
os. Et hęc poſſunt breuius diſtingui & or-
dinari, vt quaſi ſint 12. perfectiones miſeri-
cordię ſeu 12. ſuauiſſimi fructus eius. Pri-
mus dicitur compaſſio, ſecundus condona-
tio, tertius deploratio, quartus exoptatio.
Addãtur alii, quatuor. Primus dicitur ſup-
portatio, ſecundus coadiuuatio. tertius cõi-
catio, quartus cõgratulatio. Subiungantur H
vltimi quatuor. Primus eſt nulla offenſio, ſe
cundus nulla circunuentio, tertius nulla tẽ
poralis affectio. quartus paterna & materna
dilectio. In iis enim 12. perfectionib⁹ qua
ſi in 12. miſerationibus, quodam modo oĩs
perſectio miſericordię deſcripta cõtinetur.
Ad hanc igitur miſericordiam, quaſi ad om
nium virtutum perſectionem, hortabatur
Timot. Apoſtolus. i. Tim. 10. c. dicens: Exer
ce teipſum ad pietatem: nã corporalis exer
citatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem
ad omnia vtilis eſt ꝓmiſſionem habens vi-
tę,

A tæ, quæ nunc eſt & futuræ. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Hanc igitur miſericordiæ deſcriptionem diligentius perſcrutantes in triplicem quaternarium diſtinguamus, vbi 12. miſerationes perfecti miſericordis per ordinem deſcribuntur.

Quatuor primæ miſerationes.
Cap. 1.

PRo primo quaternario miſerationum, ſeu fructuũ miſericordiæ dicamus, ꝙ primus dicitur Cõpaſſio. Nam qui verè & per-
B fectè miſericors eſt, omnium miſerias ſentit & portat in viſceribus, tãquam ſuas. Qđ de ſeipſo teſtatur Iob 30.c. dicens: Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi. q. d. tanquã miſericors flebam. ſ. fletu compaſſionis exterioris. Ro. 12. Flere cum flentibus: ſuper eo, qui afflictus erat, ſcilicet afflictione exteriori: & compatiebatur anima mea. ſ. cõpaſſione interiori pauperi. i. indigenti. q. d. Non tantum oſtendebam compaſſionẽ exteriorem, ſed etiam interiorem, quia ex vehementi affectu compatiebar inopiæ eius.
C ſecundum enim Grego. ibidem, amplius eſt cõpaſſio, q̃ ipſum datum. Ratio eſt, quia plus eſt dare de ſeipſo, q̃ de ſuis. Nã qui cõpatitur, dat aliquid de ſeipſo. ſ. cordis dolorẽ & cõpaſſionẽ. Alia ratio eſt, quia qui non cõpatitur, ẽt quod dat, quodãmodo negat. At qui verè cõpatitur, nunq̃ quod neceſſarium conſpicit, proximo ſuo denegat, quia non danda manu, dat corde. Secundus dicitur condonatio. profectò qui perfectè miſericors eſt, oẽs iniurias facillimè cõdonat, imò non ſentit, aut non reputat. Ad hoc admonet Eccle. 28. c. dicẽs: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi
D peccata ſoluẽtur. q. d. Relinque. i. dimitte & indulge iniuriã & rancorẽ proximo tuo nocẽti te. i. tibi. Non dicit de præterito, qui nocuit tibi, ſed præſentialiter nocenti te, quia tunc profectò vltionis ira magis ſeruefcere ſolet. Coloſ. 3. Donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelã, ſicut & Dñs donauit vobis. ſ. dum in cruce penderet. Et tunc deprecanti tibi pro peccatis tuis. ſ. dimittendis tibi peccata ſoluentur, videlicet ſicut cera ad ignẽ, & glacies & nix ad ſolẽ. Et Lu. 6. c. Dñs ait. Dimittite, & dimittemini. Tertius deploratio dictus eſt, quia talis miſericors homo omnium peccata tanquam ſua deplorat. Ad hoc hortatur

Apoſt. 12. c. ad Rom. dicens, Inuicem ſentientes. Felix miſericordia, vbi vera conformitas, quia idipſum & conformitatis generalitas, quia inuicẽ. & vtriuſq; veritas, quia vtiq; ſentientes, ſ. ſiue bonum, ſiue malum, ſiue proſperitatem, ſiue aduerſitatem, ſiue gratiam, ſiue culpam. Chriſtus exoptatio nominatur. Quippe verè miſericors inceſſanter omnem plenitudinem gratiarũ omnibus optat, eo ꝙ omnem abhorret inuidiam. Proinde firmiter ait illud Sapientiæ 6. Neque cum inuidia tabeſcente iter habebo. Exemplum patet in Moyſe, Nume. 11. qui cum Ioſue ægreferret, quòd Eldab & Medab in populo prophetarent, inquit ad eum: Quid igitur æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet & det eis Dominus ſpiritum ſuum. F

Quatuor ſecundæ miſerationes.
Cap. 2.

PRo ſecundo quaternario miſerationum dicamus, quòd primus dicitur Supportatio. quia qui perfectus in miſericordia eſt, omnes pro poſſe ſupportat, quemadmodum Epheſ. 4. præcepit Apoſtolus dicens, Supportantes inuicem in charitate, ſcilicet qui omnia ſuffert, vt dicitur j. Corinth. 13. Et ad Gal. 6. iterum ait: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, ſcilicet qua nos ligauit, quia præcipuè legem charitatis inſtituit. vnde Ioan. 15. cap. ipſe ait: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Secundus dicitur Coadiuuatio: quia omnes coadiuuat, ſcilicet in ſpiritualibus, in temporalibus, in corporalibus. Rationem aſſignat Apoſtolus ad Epheſ. 4. dicens: Quoniam ſumus inuicem membra, ſcilicet capitis & corporis Ieſu Chriſti. Nam ſicut in humano corpore ex natura membra ſibi inuicem auxilium præbent: ſic ex miſericordiæ gratia miſerator alijs miſticis membris adiutoriũ præſtat. Tertius dicitur Cõmunicatio. Nam omnia communicat ſeruans illud, quod ampla miſericordia Saluatoris præcipit, Luc. 7. cap. dicens, Omni petenti te tribue. Non dicit, quid, ſed indiſtinctè ponit, vt intelligatur ſubuentio generalis. quaſi dicat, Tribue cor, linguam, manum. His enim generaliter modis ſubuentionis poteſt proximus indigere. Tribue ergo cor per dilectionem, compaſſionem, congratulationem. Tribue linguam per inſtructionem, conſolationem &

A orationem. Tribue manum per largitionem, adminiſtrationem & defenſionem. Item omni petenti te tribue, ſ. rem ſi habes; compaſſioné, ſeu conſolationé, ſi nõ habes.

QVÆSTIO. Si vero quæratur, quomodo hoc eſſe poſſit, vel debeat in pauperibus euangelicis, qui nihil habent? Dicendum ꝙ de his quæ ad vſum eorum veniũt, effuſiſſimi debent eſſe, & de obſequijs corporis ſui, & de cordiali affectu debent cæteros excellere & vltra in animarum ſalute, & in miſericordijs pijs debẽt ſuper omne genus hominum abũdare. Chriſtus cõgratulatio nominatur, quia omnium bonis vt ſuis cõgaudet, ſiue ſint bona ſpiritualia,
B ſiue corporalia, ſiue temporalia. De hoc j. Corint. 12. exemplum ponit Apoſtolus de humano corpore dicens: Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia mẽbra. Ait enim: Si gloriatur, hoc eſt de bonis lętatur vnum membrum, congaudent. i. cõgaudere debent omnia membra, iuxta illud Apoſt. 12. c. ad Rom. Gaudete cum gaudentibus. Hoc auté obſeruauerunt Achior & Nabath conſobrini Tobię, qui venerunt gaudétes, & congratulantes Tobiæ de omnibus bonis, quæ circa illum oſtenderat Deus, & per ſeptem dies epulantes cum gaudio magno gauiſi ſunt, ſ. de reditu filij ſui, cum proſperitate, vt ſcribitur Tob. 11. c. Beatus quoq;
C Franciſcus dicere ſolitus erat, quòd qui gra- *B. Franc.* tulatur de alterius bonis, ſicut ſi eſſent ſua, abſque periculo & labore & cum merito magno delectatur de illis bonis.

Quatuor vltimæ miſerationes.
Cap. 3.

PRo tertio quaternario addamus, ꝙ primus nulla offenſio dictus eſt: quia talis miſerator pius nulli iniuriatur, ſeruans illud quod 2. Corint. 6. c. præcipit miſericors Apoſt. dicens. Nemini dantes vllã
D offenſionem, i. neminem facto vel verbo ſcandalizetis. Et iterum j. Corin. 10. inquit, Sine offenſione eſtote. Hoc autem merito fieri debet, quia charitas. ſ. ex qua miſericordia formam habet, non agit perperam, vt dicitur j. Corin. 13. Secundus, nulla circũuentio nominatur, quia neminem circumuenit. ſ. per aſtutiam & malitiam pernitioſam, ſeruans illud quod j. Theſſal. 4. c. præcepit Apoſt. dicens, Nemo circũueniat in negotio fratrem ſuũ. Et 2. Cor. 7. iterũ miſericors Apoſt. de ſe ait, Capite nos neminem læſimus, neminé corrũpimus, neminé circũuenimus. Tertius, nulla tẽporalis affectio E dictus eſt, quia nihil tẽporale indebitè cupit, quia non ad terrena, ſed ad cęleſtia animus eius tendit, cum Apoſt. ad Hebr. vlt. di. Non habemus hic ciuitatem manẽtem, ſed futuram inquirimus. Et quicquid de terrenis ad neceſſitatem fuerit, cũ Dei laude ſumit. At econtra de mundanis cupidis propheta in perſona Domini ait, Pſal. 30. Audiui vituperationẽ multorũ commorantiũ in circuitu. In circuitu aũt temporaliũ cõmorãur cupidi & auari, de quibus Eſa. 19. c. miſticè ſcriptũ eſt, ꝙ Dñs miſcuit ſpiritũ vertiginis in medio Ægypti. Et j. Reg. 25. iterum ſcriptum eſt de ſummo Deo. Porro F inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundę. ait enim commorantium, non tranſeuntium. Miſericordes quidem per hunc circulum tranſeunt, non rotantur, quia de temporalibus tãtum neceſſaria ſumunt, dicentes cum Apoſt. j. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Quartus dici poteſt paterna & materna dilectio, eo ꝙ omnes aſpicit, ſicut pater & mater aſpicit filios ſuos, ſ. oculo compaſſiuo, amoroſo & pio. Proinde ſummo patri talis miſericors ſimilatur. Et ad hoc Dñs Luc. 6. hortatur dicẽs, Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter G miſericors eſt. qui, vt dicitur Matth. 5. Solẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hæc quidem duo in exemplum ponit. Primo, quia ſunt euidentiora, & quaſi radix omnium, quæ in terra naſcuntur & nutriuntur. Nam virtus effectiua & conſeruatiua eorum, principium habet a Sole & ab eius radio & calore. Humor vero eſt eorum materia & nutrimentum. Vel dici poteſt, quòd duo ſunt principia generationis rerum, ſcilicet calidum & humidum. Calidum in generatione, eſt loco patris: humidum vero loco matris, & ſic ponit ſolem a quo eſt fons calo- H ris: & pluuiam, a qua eſt fons humoris. Secundo, quia ſunt aptiora ad deſignandum ſumma beneficia gratiæ Dei, quæ ſunt fidei lumen & diffuſio ſeu irrigatio ſtillicidij ſpiritualium cariſmatum, quæ fluunt non ſolum in bonos, ſed etiam in malos, quos Deus ad ſe conuertit: & omnibus malis, quantum ex ſe eſt, continuè impartitur. Et in his omnibus oſtendit formam paternæ ac maternæ miſerationis & pietatis, quam perfectus miſerator exercere debet ad quãlibet creaturam rationalem, vt forma faciẽdæ miſericordiæ in hominibus a diuina exem-

A exemplariter formaretur. Porro vera miſericordia nō reſpicit ad miſeri dignitatē, ſed indigentiam releuat, agit quod ſui iuris eſt, non quærens quid mereatur, accipiens non in meritum, ſed in miſerum tendit, non quid poſſit accipere, ſed quid & cui poſſit impẽdere intuetur. Solaris enim lux, cum infunditur, non conſiderat corporum mundas & immundas varias qualitates, ſed indifferenter obiecta illuminat eo plus & minus, quò ſunt apta receptui. Interrogat diuina miſericordia de domibus miſerorum, non de gradibus fulcitorum, cum miſericordia ad miſerum ſit: quia qui miſer
B non eſt, ſibi non appetit miſereri. Talis quippe miſericordia, ſecundum Chryſoſt. ſuper Matthæ. eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc eſt, quæ iuſtos probat, ſanctos roborat, Dei cultores oſtentat. Et iterum Leo Papa inquit, Miſericordiæ virtus tanta eſt, vt ſine illa cæteræ etiam ſi ſint, prodeſſe non poſſint. Quamuis enim quis fidelis ſit & cautus & ſobrius & alijs maioribus ornatus inſignibus, ſi miſericors tamen non eſt, miſericordiam non meretur.

C ARTICVLVS SECVNDVS.

De triplici pręmio, quod promittitur viro miſericordi & pio.

SEcundo circa hanc miſericordiam conſideremus promiſſionem temporalē. Et de hac in Pſalmo 40. Propheta inquit, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus; Dominus conſeruet eum & viuificet eum & beatum faciet eum in ter-
D ra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. In quibus ſacratiſſimis verbis viro miſericordi triplex præmium promiſſum eſt. Primum eſt æternale, ſecundum ſpirituale, tertium temporale. Primum eſt promiſſio gloriæ, ſecundum eſt dimiſſio culpæ, tertium eſt multiplicatio gratiæ. Propter dignitatem quidem incipit a maximo: deinde ſubdit quod maius eſt, & vltimo ponit magnum.

Quod homo ad miſericordiam allicitur per promiſſionem gloriæ ſempiternæ. Cap. I. E

PRimum præmium, quod ei promittitur, eſt æternale. i. promiſſio gloriæ, & de hoc propheta ait: Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Egenus, ſecundum etymologiam, dicitur ſine gente vel genere ſeu extra gentem, quaſi ſit ab omnibus derelictus. Pauper quoque, ſecundum etymologiam, dicitur quaſi parum potens, vel parum parans, aut parum impetrans, quæ omnia conueniunt illi, qui indiget ſibi per miſericordiā F
ſubueniri. Ait ergo, Beatus, ſcilicet erit, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Et notanter ait, qui intelligit, id eſt ex feruenti affectu miſericordiæ & pietatis totus transformatur ad intelligēdum ea, quæ egeno & pauperi neceſſaria ſunt. Hæc enim efficit compaſſio viſceralis. Nam, ſicut ex præcedentibus patet, maius eſt per compaſſionem dare animam, quam pecuniam. Hoc autem inſinuat Eſa. 58. c. dicens, Cum effuderis eſurienti animam tuam. id eſt affectionem tuam & animam afflictam, ſ. quacunque afflictione repleueris. ſ. quocunque G
beneficio, tunc orietur in tenebris lux tua, qua. ſ. intelliges omnes pauperis neceſſitates. Tali igitur miſericordi beatitudo promiſſa eſt. vnde Prouerb. 14. ſcriptum eſt, Qui miſeretur pauperi, beatus erit.

Quod homini miſericordi finalis gratia promittitur & donatur. Cap. 2.

SEcundum pręmium, quod ei promittitur, eſt ſpirituale. i. dimiſſio culpæ. Et de hoc propheta ſubdit, In die mala liberabit eum Dñs. Dies enim mala, eſt dies mortis, ſ. quando homo moritur in mortali H
culpa, a quo præcauere nos admonēs Eccl. 7. c. dicit, Diem malā præcaue. dicitur enim dies mala, malitia culpæ. Et de hac quoque Sopho. 1. c. inquit, Dies iræ, dies illa: dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ: dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis; dies tubæ & clangoris. In hac die mala liberabit Dñs hominem miſericordem, quia dabit ei tempus & lumen ad veram contritionem. vnde Prouer. 16. c. ſcriptum eſt, Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, Vnde Hierony. ad Nepotianum inquit: Nō memini me legiſſe mala morte mortuum, qui libẽter opera pietatis exercuit.

A exercuit. Habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri. Merito ergo Dominus Lu. 16. c. hortatur omnes dicens, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.i. de diuitijs, quæ ſolent poſſideri iniquè. Vt cum defeceritis.i.quando tempore mortis, non ſufficerint merita veſtra ad complementum ſalutis, recipiat vos, i. receptabiles faciant vos in æterna tabernacula.ſ.gloriæ paradiſi. At econtra, Iudicium ſine miſericordia illi, ſcilicet fiet, qui non fecerit miſericordiam, vt dicitur Iaco. 2.

B *De quadruplici temporali bono, quod datur in pręſenti viro miſericordi.*

Cap. 3.

TErtium præmium miſericordi viro promiſſum eſt temporale, quod eſt bona præſentis vitę & multiplicatio gratiæ. Quatuor enim temporales gratiæ promittuntur viro miſericordi. Prima eſt gratia conſeruans, ſecunda gratia viuificãs, tertia gratia conſummans, quarta gratia liberans. Prima gratia conſeruans denominatur. Et de hac propheta ſubdit, Dominus conſeruet eum.i.cum alijs, hoc eſt cum tota
C familia ſua, atq; cũ omnibus bonis ſuis ſeruet. Vnde propheta inquit, Pſal. 144. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe.ſ. in membris ſuis. Et Augu. in regula clericorũ ait: Deus, qui inhabitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet nos ex vobis.i.ſi ex miſericordia alter ex altero ſolicitus eſt. Secũda eſt gratia viuificãs. Et de hac propheta ſubdit, Et viuificet eum, ſcilicet miſericordẽ. quia miſericordia, ſicut ſupra Apoſt. ait. j. ad Timo.4. Promiſſionem habens vitę, quę nunc eſt. Tertia eſt gratia conſummans. Et de hac ſubditur, Et beatũ faciat eum in ter-
D ra.i.in præſenti vita. Et hic iam per ſpem, ſicut ad Ro. 8. Apoſt. ait, Spe ſalui facti ſumus. Quarta eſt gratia liberans, ſcilicet a peccatis vel pęnis, quæ inſurgunt ex ſuggeſtione diaboli. Vnde ſequitur, & non tradat eum in animam inimicorum eius. i. in voluntatem & deſiderium eorum: licet quandoq; tradat in manus eorum ad probationem, non tamen tradit in voluntatem eorum, quæ eſt vt ruat in culpã. Proinde Iob j.c. Dominus dęmoni ait, Ecce vniuerſa q̃ habet, in manu tua ſunt. Et in 2. eiuſdem inquit, Ecce in manu tua eſt. Non ait in volũtate. Vnde voluntatem diaboli & membrorum eius deprimens ſtatim ſubiungit ibi,

Veruntamen animam illius ſerua. E

QVÆSTIO. Quæri autem poteſt, quomodo diabolus depręhendit, ꝙ Deus concedebat ſibi hanc poteſtatẽ, & ꝙ ſub tali vel tali menſura. Aut quomodo tunc eſt ei conceſſa poteſtas illa, cum prius eam haberet ab initio creationis ſuæ, cum poteſtas illa ſit idem ꝙ virtus & fortitudo ſuæ naturę atque ſuarum potẽtiarum naturalium. Certum quippe eſt, ꝙ per illas res illius deſtruxit atq; corpus eius percuſſit. Ad quod dicẽdum ꝙ potentia diaboli ad multa ligata tenetur, ſiue per actiones & miniſteria Angelorum ſanctorum, ſiue per impreſſiones in F
ipſis de omnibus factas a ſolo Deo, ſiue per ſolam Dei prohibitionem vel voluntatem. Dato enim ꝙ omnes cauſæ inferiores ſufficienter concurrant ad vnum actum producendum, & Deus tamen velit ſimpliciter & abſolutè, ꝙ in illum actum non exeant: credo ꝙ nunquam exire poſſint in actum illũ, quamuis nulla mutatio alia ſit facta in eis. Quemadmodum enim leo ligatus faciliter depręhendit relaxationem membrorũ ſuorum a vinculis & remotionem arctationis ab eis: ſic & multo facilius ſentit diabolus, an ſua poteſtas ſit ſoluta vel ligata. Nam & nos hoc facillimè ſentimus de pedibus & G
manibus noſtris. Dicere autem Dei ad Sathan, Ecce omnia quæ habet in manu tua ſunt: non eſt aliud quàm eum vſq; ad talem limitem ſoluere, & hoc diabolo notum eſſe, ac ſi Deus per aliquam locutionẽ hoc ſibi dixiſſet. Quod autem eius poteſtas à Domino refrænetur, & aliquando vſq; ad certam menſuram ſoluatur, patet non ſolũ ex iſto loco, verum etiam ex toto Euangelio, vbi Chriſtus eijciebat dæmones ab obſeſſis, & vbi dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem calcandi ſupra omnem virtutem inimici. Et de hoc plenius dixi in quadrageſimali de H
Euangelio æterno, ſermone 8. per totum. Ratio etiam hoc docet: quia cum conſtet, dæmonem velle quod peius poteſt, ſi eius poteſtas eſſet quo ad omnia libera & ſoluta, ineffabili modo ſine omni ordine & menſura ſubuerteret totum ſtatum inferiorum, cum dicatur Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. Contra quod j.Cor. 10. Apoſt. ait: Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

A **Articvlvs Tertivs.**

De triplici varietate miſericordiæ, qua in gloria præmiabuntur viri miſericordes.

TErtio circa miſericordiam cõſideremus remunerationem æternalem. Et de hac Dominus ait, Quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. i. gloriam ſempiternam, ſ. ſm magnitudinem miſericordiæ ſuæ. Triplex quidem miſericordia eſt. Prima eſt miſericordia magna, ſecunda eſt miſericordia maior, tertia eſt miſericordia
B maxima. Prima dat de ſuis, ſecunda dat omnia ſua, tertia dat ſemetipſum. Et ſecundum hanc miſericordiam triplicatam triplex gradus gloriæ correſpondenter miſericordibus exhibetur.

Quod qui exercet miſericordiam magnam dando pauperibus de bonis ſuis magna gloria præmiabitur in æterna vita. Cap. 1.

PRima miſericordia eſt magna, ſ. cum quis diſpenſat pauperibus
C de bonis ſuis. Et de hac Ambr. in lib. de officijs ait. Beatus planè homo, de cuius domo nunquam vacuo ſinu pauper exiuit. Neque enim quiſquam magis beatus, q̃ qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatẽ, & infirmi atq; inopis ęrũnã. ſm enim Ber. in ſermo. de duplici aduentu, ſunt quidã miſericordes de his, quæ ad ipſos non pertinent, qui ſcandalizantur, ꝙ nõ datur hominibus abundanter, ſic tamen vt ne ipſi in modico quidẽ grauẽtur, qui ſi miſericordes eſſent, de ſuo deberẽt facere miſericordiã. Si non poſſent de terrena ſubſtantia, de voluntate bona darẽt his, qui cõ
D tra eos fortè peccare videntur: indulgentiã darent, dulce ſignum, verbũ bonũ, quod eſt ſuper datum optimũ, vt eorũ mentes ad pęnitentiã prouocarent. Deniq; & his & omnibus, quos in peccato eſſe cognoſcerent, cõpaſſionẽ impenderent & orationẽ, alioquin miſericordia nulla eſt, & miſericordiã conſequitur nullã. Hi ergo, qui faciunt miſericordiã magnã, ſimiliter & magnã in gloria conſequent miſericordiã. Et de hac Iſa. 58. c. ſcrip. eſt, Frange eſurienti panẽ tuũ & egenos vagoſq; induc in domũ tuã: cũ videris nudum operi eum, & carnem tuã ne deſpexeris. Et additur, Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Dñi colliget te. ſ. E
tanquam maturum fructum, non per ſiniſtram intẽtionem & ſimulationem acerbũ.

Quod qui in præſenti in maiori miſericordia occupatur diſpenſando pauperibus omnia bona ſua maiori gloria præmiabitur in futuro. Cap. 2.

SEcunda miſericordia eſt maior. ſ. cum quis diſpẽſat pauperibus oĩa bona ſua, iuxta conſiliũ Chriſti, Matth. 19. vbi ait, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis the F
ſaurũ in cęlo. ſ. maius q̃ hi, qui de bonis ſuis pauperibus diſtribuerunt. Subſtantia enim huius conſilij in duobus conſiſtit, quæ ſunt omniũ derelictio, & eorũ omniũ in pauperes pro poſſe erogatio. Qui. n. carnali affectu alijs pluſquã pauperibus illa diſtribuit, vel relinquit, non bene implet hoc cõſiliũ. Sub nomine aũt pauperũ, bene intelligipõt oĩs habens indigentiã temporalium, cuius ſuppletio ſpectat ad cultũ Dei, ſicut ſunt viri religioſi. Luc. quoq; 12. c. iterũ ait: Nolite timere puſillus grex, q̃m cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. i. gloriã ſempiternã, maiorem q̃ prioribus. Et ſi quod ſequitur, G
faciatis. Vendite quę poſſidetis & date eleemoſinã. i. omnia pauperibus diſpẽſate. hinc Petrus Rau. in quodam ſermone ait. Manus pauperis, eſt gazofilatium Chriſti, quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo homini pauperi terrã, vt accipias cęlũ: da minimũ, vt accipias regnũ: da micam, vt accipias gloriam: da pauperi, vt det tibi: quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Quod maxima miſericordia eſt dare ſe Deo totum per religionis ingreſſum & pro ſalute proximi morti tradere corpus ſuum, & de maximo præmio eorundem. Cap. 3. H

TErtia miſericordia maxima eſt. ſ. cum homo ſemetipſum donat. Quod pp duo põt fieri. Primo pp perfectionẽ religionis, ſecundo propter perfectionẽ dilectionis. Primo propter perfectionẽ religionis. ſ. cum quis religionẽ aſſumens ſe donat Deo. Vnde cũ Mat. 19. Dñs dixiſſet adoleſcenti, Si vis perfectus eſſe vade, &c. ſubdit dicens, & ſequere me, ideſt totum teipſum da mihi, ſicut & ego me totum tradidi tibi.

A tibi. Quod autem Chriſtus tradiderit ſemetipſum cuilibet noſtrum, & omnibus nobis, teſtatur Apoſtolus ad Epheſ. 5. dicens, Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. Et ſequitur, Tradidit, ſ. Chriſtus ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã Deo. Oblationem in præcedentibus paſſionem; & hoſtiam in acerbiſſima & amoroſiſſima paſſione. Ait ergo adoleſcenti, & ſequere me. licet enim omnes Chriſtiani ſiue fideles ſequi debeant Chriſtum: hic tamen vltra illam & cum illa agitur de ſpeciali ſequela Chriſti, in qua aliquo modo includitur profeſſio obedientiæ regularis. Ex hoc

B quidem euangelij textu quidam argumentati ſunt, ꝙ nullus debet ad religionem venire vel induci, niſi prius fuerit exercitatus in obſeruantia mandatorum. Sed hoc eſt erroneum, quia eſt primo contra exemplũ Chriſti, qui Matthæũ publicanũ ſubito traxit ad obſeruantiam conſiliorum. Vnde dicitur Matth. 9. Vidit Ieſus hominem ſedentem in theloneo, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eũ. vbi Chryſoſt. ait, Diſce vocati obediẽtiam: Neq; reſiſtit, neque domum abire rogauit, & ſuis hoc communicare: humana etiã pe-

C ricula, quæ ei a Principibus accidere poterant paruipendit, dum. ſ. rationes officij imperfectas reliquit, ſm Remigium. Secundo eſt contra exemplum ſanctorum Patrũ, qui peccatores ad ſe venientes mox receperũt ad ſuas religiones. Tertio quoq; eſt contra rationẽ, quia quando ad vnum terminũ tendunt duæ viæ, ſed vna eſt breuior & rectior atque ſecurior: ſtultus profecto eſſet, qui volens incedere per rectiorẽ, iudicaret primo ſe debere ire per longiorem antequam procederet per rectiorẽ, quia talis fruſtra atque diſpendioſè & periculoſè prolongaret iter ſuum. Rurſus, quando aliqua duo ſic ſe habent, ꝙ vnum eſt ſulcimentum & cuſto-

D dia alterius, ſicut eſt equus & arma militi pugnãti, & baculus viatori, nauis ẽt trãſuadãti: ſtultus eſt, qui iudicat hoc, nõ niſi poſt aliud debere aſſumi, vtpote ꝙ miles præliari nõ debet cũ equo, nec armatus niſi prius præliatus fuerit pedes atq; inermis, & ſic de alijs. Sic profecto ſe habent conſilia ad mãdata, & obſeruantia conſiliorum cum mandatis ad ſoli obſeruantiã præceptorũ. Huic maximæ miſericordiæ religionis maxima miſericordia glorificationis parata eſt, atq; miſericordiſſime condonatur. Quod eccleſiaſtica ſanctione probari poteſt: Nam ſicut patet de pę. di. 3. §. His auctoritatib. & extra de voto. c. ſcripturæ. vbi de hoc in glo. quæ E incipit, Non enim. Religionem intranti de præteritis culpis non eſt pęnitentia iniungenda. Ex hoc elici poteſt, ꝙ ſi intrans religionẽ debito modo, ſtatim aſſumpto habitu moriatur, abſq; pęna purgatorij in cœlũ anima eius euolat. Sed de his plenius dixi in Quadrageſimali de Euang. æterno, ſerm. 24. ar. 3. in prin. & ar. 3. atq; art. 8. Secundo quoq; maxima miſericordia eſt, cum homo ſeipſum donat propter perfectionem dilectionis. Nam ponere vitam ſuã corporalẽ pro ſalute animæ proximi, cũ imminet manifeſtũ periculum eius ſalutis, eſt de neceſſi F tate ſalutis: Si autem non imminet tale periculũ, perfectionis conſilium eſt, non præceptum. Ad hoc autem oſtendit ſe fuiſſe paratum Apoſt. cũ 2. Cor. 12. c. de ſe dicebat: Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris. i. pro ſalute animarum veſtrarum. Ad hoc Aug. perfecta charitas hæc eſt, vt vnuſquiſq; pro fratribus paratus ſit etiam mori. Et iterũ Phil. 2. Sed & ſi immolor ſupra ſacrificiũ & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Hæc profecto maxima miſericordia eſt, ſupra quã nulla reperitur maior, teſte Dño, qui Io. 15. c. G ait: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt a. ſ. po. q. pro amicis ſuis. De hoc tamen latius dixi in ſupradicto Quadrageſimali de Euang. æterno, ſerm. 7. in 2. & 3. artic. Huic profecto maximæ miſericordiæ, maxima quoq; miſericordia gloriæ condonatur: qa moriens ſtatim in paradiſum euolat, & ſm maximam miſericordiam præmiatur. Proinde de miſericordia & præmio eius, Lu. 6. c. Dñs ait, Date. ſ. hãc miſericordiam, & miſericordias antedictas, & dabitur vobis. mẽſuram bonã & confertã & coagitatã & ſupereffluentẽ dabũt in ſinũ veſtrum. Mẽſura quippe ad literam tunc bona eſt, cũ eſt legi- H tima atq; magna. Menſura conferta eſt, qñ eſt bene plena. Nã poſſet eſſe menſura legitima atq; magna, ſed non bene plena. Menſura coagitata eſt, quando eſt bene calcata atq; hincinde crullata, vt amplius nõ poſſit capere de frumẽto. Menſura vero ſupereffluens, quando non eſt raſilis, ſed bene culmata, ſ. poſtquam fuit etiam coagitata ita, vt hincinde exterius fluat. In quibus omnibus plenitudo & ſuperabundantia remunerationis miſericordiæ in gloria denotatur. Et ad hunc intellectum, verbum hoc quadrupliciter exponi poteſt. Primus modus. Primo modo notari poſſunt ibi quatuor, quæ

A quæ miſericordibus promittuntur. Primum eſt fidelitas, ſecundum ęquitas, tertium largitas, quartum ſuperlargitas. Primo promittitur fidelitas, quia ſicut gloria magna miſericordibus promiſſa eſt: ita & fideliter dabitur eis magna, & in hoc erit menſura bona. Secundo promittitur æquitas, quia quantum erit meritum, tantum erit & præmium, & hoc in genere, hoc eſt ſi multum, multum. Et in hoc erit menſura conferta. Tertio promittitur largitas, quia non erit aliquid, nec cogitatio, nec verbũ, nec opus, quantumcunq; minimum, quod non remuneretur. Et in hoc erit menſura coagitata,
B vt omnes etiam minutiæ intrent in eam. Quarto promittitur ſuperlargitas, quia oĩa ſupra meritum & ſupra condignum remunerabuntur. Et in hoc erit menſura ſupereffluens. Sinus autem, in quo dabitur, eſt intellectus, qui replebitur ſumma veritate: Affectus qui replebitur ſumma bonitate: Memoria, quę replebitur ſumma maieſtate, quæ omnia cum ſumma ſecuritate poſſidebunt miſericordes, quod denotatur in ſinu, quia de eo quod homo tenet in ſinu, ſecurus eſt. Secundus modus. Secundo modo exponi poteſt: Nam miſericordiæ remunerationis erit menſura bona, quia quod oculus non vidit, & ſic erit ſupra viſum. Erit
C conferta, quia nec auris audiuit. Plura.n. poteſt auris audire, quàm oculus noſter videre, & ſic erit ſupra auditum. Erit coagitata, quia nec in cor hominis aſcendit, & ſic erit ſupra cogitatum, qui multo amplius ſe extendit quàm auditus. Erit ſupereffluens, quia in his omnibus erit Deus, oĩa in omnibus & ſuper omnia excedens ſenſum hominis & cogitatum. Proinde j. Corinth. 2. Apoſtolus ait: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illũ,
D vt ſit Deus omnia in omnibus, vt dicitur j. Corin. 15. Tertius modus. Tertio quoque modo exponi poteſt. Menſura bona eſt, quia ſupra meritum. Conferta, quia ſupra ſperatum. Coagitata, quia ſupra deſideratum. Supereffluens, quia ſupra cogitatum. Quartus modus. Quarto modo exponi poteſt, vt in his omnibus aſcenſio ſit & gradus qui correſpondere poſſunt quatuor miſericordibus, de quibus in hoc 3. arti. & tribus cap. dictum eſt. Primo enim his, qui diſtribuunt pauperibus de bonis ſuis, dabitur gloriæ menſura bona. Secũdo his, qui diſtribuunt pauperibus omnia bona ſua, dabitur gloriæ menſura conferta. Tertio vero perfectioni religionis dabitur E
menſura coagitata. Quarto autem perfectioni dilectionis dabitur menſura ſupereffluens. Verum imitatores Patrum veteris teſtamenti Abrahæ, Loth, Iob, Dauid, Thobiæ: ſimiliter & noui compaſſionibus & operibus miſericordiæ intendamus, vt miſericordiam pro beatitudine conſequamur in tempore oportuno, qua omnes in hanc miſeram vitam editi indigemus: Quã & fuſis lachrymis poſtulemus, vt eam miſericors & miſerator Dominus Ieſus Chriſtus miſericorditer nobis concedat, qui in F
miſericordia glorioſus cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Sexta Beatitudo eſt munditia cordis, vbi varia munditia declaratur, ſed tantum cordis munditiæ promittitur viſio Dei.

Sermo VII.

B*Eati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Iterum vbi ſupra. Cõuenienter, ſecundum gl̃o. ſexto loco ponitur munditia cordis, quia die ſexto ho G
mo conditus eſt ad imaginem Dei. Hæc quidem in homine obtenebrata eſt per culpam, ſed in mundis corde reformatur per gratiam. Nam imaginem Dei, quam ſexta die homo per culpam amiſit, Chriſtus ſexta ætate per gratiam recuperanit, & mundis corde per gratiam ſuam infundit. Merito ergo poſt prędictas quinque Beatitudines ſequitur hæc ſexta: quia niſi illę præcedant, mundum cor in homine non creatur. Proinde Ambro. ait: Qui miſericordiã defert, miſericordiam amittit, niſi mundo corde H
miſereatur. Nam ſi iactantiam quærit, nullus eſt miſericordiæ fructus. Vnde merito additum eſt, Beati mundo corde. Et iterũ Chryſo. in Homil. inquit. Quia enim multi miſerentur, ſed impudica agunt, monſtrans ꝙ non ſufficit primum. ſ. miſereri & impudica agere, hoc de mũditia appoſuit dicẽs, Beati mundo corde. Sed aduertendum eſt, ꝙ dupliciter bene ſe habet homo in ſpeculatione diuina. Primo. ſ. modo communi & humano, ſecundo modo excellenti atq; perfecto. Primo inqnam modo communi atq; humano. ſ. cum per virtutes intellectuales, quæ ſcientiæ nuncupantur, & potiſſime per Metaphiſicam, quæ docet proprietates

A diuinas cõſiderare ex creaturis, intellectus de Deo illuminatur. Hoc maximè docetur 12.Metaphiſicæ. vbi oſtẽditur eſſe vnũ Deũ æternum atq; purum viuẽtem vita nobiliſſima, ſempiterna & optima. Sed hoc fit ſolũ conſiderando Deũ ex proprietatibus creaturarum. Secundo autem fit hoc modo excellenti atq; perfecto. ſ. per beatitudinem, quæ eſt munditia cordis, per quã mens humana Deo coniungitur, ita ꝙ de occultis atque diuinis ſupra modũ illuminatur, quẽadmodum illuſtrati extiterũt Apoſtoli, qui abſq; humano ſtudio de diuinis fuerũt excellentiſſimè irradiati. Et hoc fit per mũdi-
B tiam cordis. Hanc enim ſic diffiniũt quidã: Munditia cordis eſt virtus, qua hominis integritas diuini amoris intuitu obſeruatur, & de hac Dñs ait, Beati mundo corde, &c. Circa hanc vero munditiam cordis tria conſideremus. Primo munditiæ ſtudium, ſecundo munditiæ meritum, tertio munditiæ præmium.

ARTICVLVS PRIMVS

De triplici munditia vituperanda, vel laudanda.

C PRimo inquã conſideremus munditiæ ſtudium triplex: namq; eſt mũditia, in qua homines ſtudẽt. Prima eſt munditia corporalis, ſecunda eſt munditia hypocritalis, tertia eſt munditia virtualis vel cordialis.

De munditia corporali, atque de eius vitioſo ornatu. Cap. 1.

PRima eſt munditia corporalis, & hæc eſt diuitum mundanorum, atq; vanorum, qui tantum attẽ-
D dunt ad munditiam corporalẽ. Sed non ait Dñs, Beati mundo corpore, ſed Beati mundo corde. De hac munditia corporis, Matth. 12.c. Dñs ait, ꝙ diabolus inuenit domum conſcientiæ vacantem. ſ. ab operibus virtutum per mentis incuriam, ſcopis mundatã. ſ. a corporalibus im̃munditijs per ſolicitam diligentiam: & ornatam. ſ. quadã grauitate morum tantummodo in extrinſecis, maximè per ornatum & apparatum veſtimentorum & formoſitatis apparentiam. Contra vero munditiam talis corporalis ornatus, Bernar. in ſua apologia inquit: Vanũ cor, vanitatis notam corpori libenter ingerit, & exterior ſuperfluitas, interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta, animi mollitiem indicant. Non tantum curarentur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. E

Quæ ſit munditia ſuperſtitioſa, atque hypocritalis. Cap. 2.

SEcunda eſt munditia hypocritalis, quæ ſuperſtitioſè exteriori puritati inuigilat, interiori neglecta: imò turpiter deprauata. De qua Dñs, Matth. 23. a. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis eſt calicis & parapſidis. Calix, eſt vas continens potum. Parapſis, F eſt vas continens cibum, & eſt vas quadrangulum & quadrilaterum, quaſi paribus aſſidis. i. lateribus. Vel dicit parapſis, parapſidis, diſcus quadrus, a par, & abſidia, quod eſt latus. vnde Iuuena.

Qui multa magnaq; parapſide cœnat.

Tali autem quadrato diſco ſolent manducare magnates, ſicut faciebat Imperator cũ Baronibus ſuis, quando in Italiam venit. Chryſo. enim prædictum verbum exponẽs ait, Hoc Dominus dicit, quia Iudæi quotiẽs ingreſſuri erant templum aut ſacrificia oblaturi, aut propter dies feſtos, ſeipſos & veſtimenta ſua & vtenſilia ſua lauabãt: & a pec- G catis nemo ſeipſum purgabat, cum Deus neque corporis munditiam laudet, neque ſordes condemnet. Pone tamen, ꝙ Deus odiat ſordes corporum, veſtimentorum atque vaſorum, quæ neceſſe eſt vt ipſo ſordidentur vſu: quanto magis ſordes conſcientiæ horret, quam ſi volumus, mundam ſemper ſeruamus. Subditq; Dominus, Intus autem, ideſt in corde & occultè, pleni eſtis rapina, ideſt affectu rerum alienarum. Iſa. 3. Rapina pauperis in domo veſtra, ideſt in cõſcientia veſtra. & immunditia. ſ. quo ad ſe ꝑ immunditiam diuerſorum peccatorũ, iuxta H illud, quod Prouer. 30. ſcriptum eſt: Generatio, quæ ſibi munda videtur: & tamen nõ eſt lota a ſordibus ſuis. atq; exaggerans ex hoc conſcientiã Phariſæorum ſubdit, Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & parapſidis, ideſt interiora cordis, vt fiat id, quod deforis eſt mundum. q. d. Virtualis munditia exteriorum, depẽdet a virtuali munditia interiorum, ſcilicet tãquam a cauſa ſua formali. Loquitur enim ad ſimilitudinem quorundam, qui exteriorem vaſorum ſuperficiem mundant, interiora vero ſordeſcere non aduertunt, aut minime curant.

Quan-

A *Quantum placeat Deo vera munditia cordis. Cap. 3.*

TErtia eſt munditia virtualis, ſeu cordialis. Ad hanc munditiam hortatur Dominus Hierem.4.c.dicens: Laua a malitia cor tuum Hieruſalē, vt ſalua fias: Vſquequo morabūtur in te cogitationes noxiæ. Malitia quippe a moliendo malum nomen accepit, vt ſæpe amplior ſit in homine malitia, quam facultas. Ad amouēdā quoq; hanc malitiam ab humano corde hortatur Iac.1.c.dicēs: Abijcientes omnē immunditiam, & abundantiā malitiæ, in māſuetudi-
B ne ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Quia verbum Dei, quaſi ſpeculum maculas cordis mōſtrat, vt abſtergantur. Per immūditiam quippe peccata carnalia principaliter denotantur: Per malitiā vero peccata ſpiritualia indicantur, & præcipue illa, quę ex certa malitia, atq; ex malignitate fellea oriūtur. Et iterum 1.Pet. 2.c. admonet Apoſtolus Petrus dicēs: Deponētes, ſ.quaſi graue onus, omnem malitiam, & omne dolū, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac
C cōcupiſcite, ſ. diuinæ gratiæ, & doctrinæ. Quod vtiq; facietis, ſi tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus. Et iterum Iob 8. ſcriptum eſt, Si mūdus, & rectus inceſſeris, ſtatim ſ. Dominus euigilabit ad te. Deus enim videtur dormire in mundis cordibus, de eorum vexationibus quaſi non curans: animabus vero mundis, & rectis euigilare dicitur ad tutelam, & ad amicitiam, necnon ad ſui cognitionem, & viſionem. proinde Prouerb. 22.c. ſcriptum eſt, Qui diligit cordis mūditiam propter gratiam labiorū ſuorum, habebit amicum regem, ſ. Deum. Profecto nemini ſuijpſius tam libens, & libera oſtēſio ſit, quam ei qui ſibi vera amicitia co-
D pulatur. ſm enim Bern. ſuper Cantica, Puritas hæc cordis in duobus cōſiſtit, ſ. in inquirendo gloriam Dei, & in vtilitate proximi. In his igitur duobus ſtudere debet, qui cor mundum habere deſiderat apud Deum.

Articvlvs Secvndvs

Quòd mundę tres vires animæ debent eſſe, & a quibus mundandæ ſunt.

SEcundo conſideremus munditiæ meritum. vt enim munditia cordis verè meritoria ſit, debet eſſe munda, rationalis, concupiſcibilis, atque iraſcibilis. Debet enim eſſe munda primo vis rationalis ab errore male inſtruente, ſecundo vis concupiſcibilis ab errore male inflammante, tertio vis iraſcibilis a timore male humiliante. E

Quòd vis noſtra rationalis a tribus mundanda eſt. Cap. 1.

PRimo quippe debet eſſe munda vis rationalis ab errore malè inſtruente. Quod quidem vt fiat, debet homo abſtinere a tribus. Primo a duplicitate intentionis, ſecundo a falſitate opinionis, tertio a prauitate cogitationis. Primo quidem debet homo abſtinere a duplicitate intentionis. Proinde Eccleſiaſt.1.c. admonet dicens: Non ſis contumax, & incredibilis timori Dei, & ne acceſſeris ad illum, i. ad opera eius, duplici corde. Et iterum 3. cap. ait: Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, id eſt non proſperabitur in via ſua. Vnde magnum ſignum duplicitatis, eſt inconſtantia, atque inſtabilitas mentis & vitæ. Hinc Iac. 1.cap. ait: Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Tales profecto ſunt, ſicut qui vult tenere ſimul duas contrarias vias, aut qui ſimul vno oculo vult reſpicere cœlum & altero terram, ſeu qui duorum dominorum contrariorum fingit ſe eſſe amicum, quaſi quærens gratiam vtriuſq;, in quo quodāmodo vtriq; contrariatur, & quaſi contra vtrunq; proditor eſt, atq; cum nullo ſtabiliter manet, ſed inſtar fluctuum maris nunc hac, nunc illac inſtabiliter circunfertur. Secundo abſtinere debet a falſitate opinionis. profecto immūditia cogitationis, & cordis merito dici poteſt, cum inutilia cogitātur, cōtra quod Eſa.59. c.ait: Cogitationes eorū, cogitationes inutiles. Et iterum Micheas 2.c.inquit: Væ qui cogitatis inutile. Inutilis quippe cogitatio eſt in ijs, quæ ad rem non pertinent, vel cogitantis ſuperant facultatem, vt quod corde concipitur, nequit effectui mancipari. Sicut Geneſ. 9. cap. qui per turrim vſque ad aſtra cœli conſcendere putauerunt. Et iterum Eccleſiaſt. 6.cap.ait: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, ſcilicet ſtultitia, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignū aridū in eremo. Tertio abſtinere dēt a prauitate cogitationis. Nam, vt ſcribit Iob 5.c. F G H

Qui

A Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſit implere manus eorum quod cęperant. Prauæ quippe cogitationes ſunt, cum de Dei miſericordia, ſiue iuſtitia, ſiue bonitate aliquid cogitatur indignum, aut ꝙ non ſit æqua, & ſemper manus eius potenter extenta, quia de talibus Propheta inquit, Pſal. 72. Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Et cum aduerſus proximum cogitatio mala deſæuit. Vnde Prouerb. 17. ſcriptum eſt: Cor iniqui exquirit mala, ſcilicet ad infamandum, ſeu nocendum illi, quem odit, quemadmodum fecerunt impij viri contra Hieremiam Prophetam dicentes, Hiere. 18. Venite & cogitemus cõtra Hieremiam cogitationes. Et vt ſcribitur Io. 12. Cogitauerunt Principes ſacerdotũ, vt Lazarum interficerent. Inſuper ſedule cogitabant, vt morti traderent Chriſtum. Merito ergo ſcribitur, Prouerb. 6. cap. Cor machinãs cogitationes peſſimas, odit Deꝰ. Et Sapientiæ 1. cap. ratio ponitur, cum dicitur: Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo, cor. ſ. De his tribus, quæ in præſenti cap. dicta ſunt, Eſa. 1. ait: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Ait enim, lauamini, ſcilicet a duplicitate intentionis. mundi eſtote, ſcilicet a falſitate opinionis. auferte malum cogitationum veſtrarum, ſcilicet a prauitate cogitationis.

B

C

Quod vis concupiſcibilis a tribus mundari debet. Cap. 2.

SEcundo vero debet eſſe munda vis cõcupiſcibilis ab amore male inflammante. quod quidem, vt plene perficiatur, homo a tribus abſtinere debet. Primo a terrena affectione, ſecundo ab obſcena delectatione, tertio a nociua operatione. Primo a terrena affectione. Magnæ protinus immunditiæ ſunt quæque terrena cordibus hominum, ſi tranſeunt in affectum, cum ex toto corde ſit datum ſolum in Deo diligendo præceptum. Proinde in affectu cordis hanc munditiam, & ablutionẽ teneri oportet, vt ſit mundus, atque depuratus ab omni malo ipſe affectus, & a ſordidus omniũ terrenorum, quæ profecto ſordes ſunt non ex natura rerum, ſed cum in affectum tranſeunt inuiſibilium animorum: Hinc 1. Ioã. 2. prohibet Apoſtolus quælibet terrena diligi, cum ait: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Non velut res

D

natura malas, ſed velut animæ ſordes, cui cuncta viſibilia, & corruptibilia comparata ſordeſcunt. Merito ergo Matth. 6. c. Dominus ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. vbi Chryſoſt. ait: Et ſi nihil tibi alterius mali eueniat, non paruam ſuſtinebis iacturam inferioribus affixus, & eorum ſeruus effectus, & a cœleſtibus cadens, & nihil excelſorum cogitare potens. Secundo vero debet homo abſtinere ab obſcena delectatione, id eſt ab ijs, quæ niſi turpiter amari non poſſunt, neque cogitari ſedule ſine pudore, neque in eis delectari ſine rubore, aut de ipſis loqui ſine obſcenitate, vt merito dicere poſſit illud Thob. 3. c. Mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia, ſcilicet mentis & carnis. Hoc profecto merito fieri debet: quia, ſicut Hieronymus ait, Mundus Deus mundo corde conſpicitur. Templum enim Dei non debet, alias poteſt, eſſe pollutum. Tertio autem abſtinere debet a nociua operatione, vnde Propheta quærit, Pſal. 23. Quis aſcendet in montem? &c. atque reſpondens ſubdit, Innocens manibus, &c. Ait enim: Quis aſcendet in montem Domini? Per montem enim mentis puritas, & contemplatio cœleſtium denotatur, & merito quærit: Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? quia pauci ad hunc montẽ aſcendunt, & pauciores in eo ſtant: quia vt in Pſal. 16. de mundanis dicitur; Oculos, ſcilicet ſtatuerunt declinare in terram. Inſuper ait, Quis aſcendet? Vt miſtice exprimatur difficultas aſcendendi, & paucitas aſcendentium, & additur, Innocens manibus, id eſt qui opere non peccauit: vel ſi peccauit, per pœnitentiam mundatus eſt. ſecundum enim Auguſt. Innocens eſt, qui nec miſerum fecit, nec miſerum dereliquit. Profecto ille innocens eſt, qui nec aliena rapit, nec ſua indignis tribuit, nec inſuper retinet dignis. Vnde Eccleſiaſt. in fine. 4. c. ait: Non ſit porrecta manus tua ad capiendum, & ad dandum collecta. Et ſubditur, Et mundo corde. Nam ſicut Prouer. 21. c. ſcriptum eſt: Qui aũt mundus eſt, ſ. corde, rectum eſt opus eius.

E

F

G

H

Quod vis iraſcibilis munda eſſe debet a tribus. Cap. 3.

TErtio quoque debet eſſe munda vis iraſcibilis a timore male humilitante. Vis quippe iraſcibilis ex ſui natura habet; vt ſtatim illi ſe aperit diuinæ, ac

veræ

A veræ maieſtatis imperioſa ſublimitas,quòd ei ſoli vltimæ honorificentiæ cultu ſeruiendum ſit manifeſte cognoſcit. Nam innatum eſt nobis timore reuerentiæ ad alta humiliari: ad ſupereminentiſſimæ, ac diuiniſſimæ nobilitatis altitudinem non naturali corruptione, ſed naturali bona inſtitutione, quæ in primis parentibus ante peccatum fuit, maxime nati ſumus humiliari, & extrema ſeruitute ſubijci. Sed errantes in corruptione, in qua nati ſumus, veſtigia eius loco ipſius amplectimur, atque decepti loco ipſius honorificentiam, atque diuinum cultum impendimus dæmonijs, &

B non Deo, atque alijs, quod horrendum eſt creaturis. Proinde, vt vis ipſa iraſcibilis mundetur, & verè ſit munda in nobis, omnem idolatriam, atque ſuperſtitionem, necnon & omnem erroneum, & vanum cultum deteſtari debemus, tanquam ſummam creatoris iniuriam, & contumeliam abhorrendam: quinimmo ardenti zelo, atque feruore talia corde, ore, & opere perſequi, & horrere. Huiuſmodi ſunt, quæ falſo traxerunt initium ab augurijs, a neomenijs, ab incantationibus, ab obſeruatione dierũ, a magicis artibus, a conſtellationibus, a propriatis moribus hominum, a geomantia, ab hydromantia, ab arromantia, a piro-

C mantia, a nigromantia, a membrorum motu, ab hora naſcendi, a cultu luminum, & ſtellarum, a cultu elementorum, a cultu animalium, a cultu imaginum, a cultu caracterum & figurarum, a cultu dæmonum, a cultu temporum, a cultu nominum & verborum, a cultu initiorum & initialium rerum, a cultu inuentarum rerum & inuentionum, a cultu ſomniorum, a cultu ſortiũ. In hæc omnia & ſimilia inſaniſſimi perditiſſimique homines Dei virtutem & gloriã impijſſime trãſtulerunt. Contra quos Apoſtolus ad Roma. 1. c. ait: Hi commutauerunt

D veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſeruierunt creaturæ, potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Hæc quidem hominum corda horribiliter maculant, ſi eis adhibetur fides: quibus ab animo propulſatis, fidei lumine ipſa corda purificantur, & videtur Deus a cordibus depuratis eſſe, quod eſt, & nos ipſe feciſſe quod ſumus.

E ARTICVLVS TERTIVS

Quo præmio remuneratur munditia cordis.

TErtio conſideremus munditiæ præmium, quod ſiquidẽ maius eſt, quam præmium beatitudinum præcedentium, ſicut illi qui in curia Regis nõ ſolum prandent, ſed etiam faciem Regis vident. Magnum igitur in virtutibus eſt hominis interioris munditia, cui in præmium viſio repromittitur ipſa diuina, cum dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Purgandi ſiquidem ſunt corpo-

F rei ſenſus ad ſuſceptionem decentium obiectorum. Et quanto nobiliora ſunt ex natura ſuſceptiuis ſenſibus obiecta forinſecis, tanto mundari, atque propenſiores expedit fieri ad ipſam ſuſceptionem: & ſi hoc exigitur in corporeis, multomagis in ijs, quæ ſola mente percipiuntur. Inſuper ſi ad ea intelligibilia, quæ ſecundum naturam intellectus proportionabiliter fuit, oportunitas ſic fieri perſuadet: multo amplius ad ea capeſcenda, quæ non ſecundum naturam fiunt, ſed ſupra naturam, & omnem intellectum naturalem ſupernaturaliter nõ fiunt, ſed exiſtunt. Deus quippe vnus, im-

G menſus, ęternus, immortalis, incorruptibilis, & incomprehenſibilis eſt ipſa mente, ineffabilis verbo, incircunſcriptibilis loco, interminabilis tempore, vincens ac ſuperexcedens omnem intelligentiam noſtram, atque viſionem ſpiritualem, & corporalẽ. Nam teſte Apoſtolo 1. Timoth. 6. Lucem habitat inacceſſibilem. Quid igitur eſt, q ipſe Saluator cordi mũdo viſionem huiuſmodi repromittit? Eſt ne cor carneum, immo expreſſiori loquendi genere cor caro ad hanc viſionem idoneum? Negauerim quidem, vbi cor hic diuino verbo expreſ-

H ſum ipſam ſpiritualem ſubſtantiam animæ intellexerim pro tempore ipſi corpori vnitam in tempore ſeparandam æterne pœnaliter, vel fęliciter remunerandam, cui ante viſionem diuinam Saluator indicit munditiam hanc ſpiritualem. Tali ſiquidem mundo cordi triplex viſio Dei communicatur. Prima harum eſt viſio per naturam, ſecunda eſt viſio per gratiam, tertia viſio per gloriam.

Quòd

A *Quòd Deus per naturalem rationem cognoſci poteſt, ſicut etiam naturales Philoſophi cognouerunt.*

Cap. 1.

PRimo enim tali mũdo cordi cõmunicatur viſio, & cognitio Dei per naturam. ſecundum enim Boetium, Cognitio Dei omnibus naturaliter inſita eſt. Vnde & hãc Dei cognitionem Philoſophi habuerunt: ſed tamen ſicut tenebantur, non eum glorificauerunt. proinde Apoſtolus ad Rom. c. 1. ait: Quod notum eſt Dei, manifeſtum
B eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas ita vt ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerũt. ait enim, Quod notum eſt Dei, id eſt quod ductu rationis cognoſcibile eſt de Deo: vt videlicet ꝙ eſt Deus, quòd eſt vnus, atque quòd omniũ rerum principium ſit. manifeſtum eſt illis, id eſt in ſe habent naturalem rationem, per quam hoc cognoſcere poſſunt. Et verè manifeſtum eſt illis: Deus enim illis mani-
C feſtauit, ſcilicet per opera ſua: quia eis non tantum naturalem rationem, per quam cognoſcere poſſent, tribuit, atq; cognitionem ſui naturaliter inſeruit: verum etiam exterius per admiranda opera ſua ad ſui cognitionem adiuuit. propterea ſubdit: Inuiſibilia enim ipſius, id eſt natura Dei inuiſibilis, omnia creans, & ad eſſe producens intellecta, id eſt intellectuali cognitione, non ſenſuali, vel imaginaria cognita. Deus enim intelligibile lumen eſt, quod ſolo capitur intellectu. Per ea, quæ facta ſunt, id eſt per creaturas a Deo factas, cõſpiciuntur a creatura mundi, id eſt ab ipſa mundi creatione:
D vel id eſt ab homine, qui anthonomaſicè creatura mũdi denominatur, quia cum omni creatura participium habet. Nam, ſecundum Gregor. ſuper illud Mar. vlt. Prædicate Euãgelium omni creaturę, homo participium habet, cum qualibet creatura. Participat enim eſſe cum lapidibus, viuere cũ arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Habet enim homo naturalem rationẽ, per quam Deum cognoſcere poteſt, ſicut agnus per naturalem inſtinctum cognoſcit matrem, Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen, &c. Alio quoque modo intelligi poteſt de ſanctiſſimæ Trinitatis diſtinctione, vt dicat: Inuiſibilia enim E
Dei, id eſt Deus pater inuiſibilis. Profecto Deus pater inuiſibilis dictus eſt. vnde Coloſſen. 1. cap. Apoſtolus ait de ipſo Domino Ieſu Chriſto, quòd eſt imago Dei inuiſibilis: quia pater nunquàm apparuit in ſpẽ viſibili, ſicut aliæ perſonæ: ac quodammodo magis diſtat a nobis, quam aliæ perſonæ, quia ipſe a nullo eſt, aliæ vero ab ipſo. Sempiterna quoque virtus eius, id eſt filius, qui virtus eſt Dei, & Dei ſapientia. 1. Corint. 1. & diuinitas, id eſt Spirituſſanctus. Iſta inquam intellecta conſpiciuntur ab homine per ea, quæ facta ſunt. a magnitudine enim creaturarum cognoſcitur potentia, quæ ap- F
propriatur patri: Ex ſpecioſitate & pulchritudine ſapientia, quæ appropriatur filio: Ex earum vſu, atque vtilitate bonitas, quæ appropriatur Spirituiſancto. Et ſic per creaturas aliquo modo habetur cognitio ſanctiſſimæ Trinitatis, & hoc quantum ad appropriata, nõ tamen quantum ad propria. Talem inquam notitiam de Deo habuerũt ita vt ſint inexcuſabiles, cum ſcilicet non poſſint ſe per ignorantiam excuſare. vnde & Auguſt. in glo. ait: Eos ſcriptura inexcuſabiles dicit, quibus nota eſt veritas, & perſeuerat iniquitas. Nam ſicut idem de vera religione ait, habebant Philoſophi ſcholas G
ſeparatas a populo, in quibus docebant illos, quos colebant, non eſſe veros Deos; & templa communia cum populo, in quibus eis ſicut dijs ſacrificabant. Et hoc eſt, quod ſequitur, Quia cum cognouiſſent Deum, ſcilicet per naturalem rationem, nõ ſicut Deum, ſcilicet vniuerſitatis creatorẽ glorificauerunt eum, ſcilicet colendo & honorem debitum exhibẽdo, aut gratias egerunt, ſ. de beneficijs eis collatis. Et maxime de ſciẽtia, quã ſibi, non Deo attribuebant.

De decem gradibus fidei, per quos intellectus perducitur ad perfectum lumen H
altiſſimę veritatis. *Cap.* 2.

SEcundo mundo cordi communicatur viſio, ſeu cognitio Dei per gratiã, quæ fidei lumen eſt. de quo Apoſtolus ad Epheſ. 2. c. ait: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donũ eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Per decem ſiquidem gradus aſcendit intellectus ad perfectum fidei lumen. Primus gradus eſt ſapientiam fidei audire, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbũ Chriſti. Secundus

gradus

A gradus eſt ſedâri mente a motibus paſſio-
num, quæ ſcilicet ſunt quatuor mundanæ
affectiones, videlicet ſpes & timor, gau-
dium & dolor. De quibus Daniel. 7. cap.
Quatuor venti cœli pugnabât in mari ma-
gno, id eſt in mundana mente. Tertius
mentem leuare a ſenſibilibus ad inſenſibi-
lia exemplo Prophetæ, qui de ſe ait, Pſal.
18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo
ſemper. Quartus de inſenſibilibus, ſeu
ſpiritualibus meditari, Prouerb. 15. Mens
iuſti meditabitur obedientiam. Quintus
verum a falſo in eis diſcernere. Hic eſt
homo ille ſpiritualis, de quo 1. Corint. 2.
B Apoſtolus ait: Spiritualis omnia iudicat,
ſcilicet iudicanda: id eſt intelligit, & di-
ſcernit. Non tamen omnia, ſecundum
Auguſtinum, quæ continet diuina ſcientia,
ſed quæ ad vitam & iuſtitiam ſufficiunt.
Prædicti quinque ſpectant ad ſcientiæ fi-
dei diſcretionem. Alij, ſcilicet qui ſequun-
tur, ſpectant ad ſcientiæ fidei adhæſionem.
Primus eſt delectari in vero. Et ad hoc
hortatur Dominus, Prouerb. 5. cap. dicens,
In amore eius delectare. Secundus perfici
mente per veritatem, quod prædicatoribus
conuenire probatur, de quibus Propheta,
C Pſal. 35. ait, Et veritas tua, o Deus, vſque ad
nubes, quia ſ. ea pleni eſſe debent. Et tales
imbrem doctrinæ tûc effundere pñt, iuxta
illud Eccleſ. 11. Si repletę fuerint nubes, im
brem ſuper terram effundent. Tertius quie-
ſcere in côplacentia eius, iuxta illud Apo-
ſtoli. 1. Corint. 13. Congaudet aût veritati.
Quartus admirari eã, ſicut miſticè ſcriptum
eſt. 2. Eſdræ 4. de ijs qui dixerunt, Et veritas
magna, & fortior præ omnibus. Quintus
gradus, eſt côſummata fides. Et huic gradui
datur per gratiam ſuam cognitio Dei, iux-
ta illud quod ſcriptum eſt 1. cap. Sapientiæ.
Apparet autem, ſcilicet Deus eis, qui fi-
D dem, ſcilicet præfatam habent in illum.

De præmio quod datur in præſenti vita mundis corde, quod quidem eſt viſio Dei. Cap. 3.

TErtio quoq; mundo cordi commu-
nicatur cognitio Dei per gloriã, non
tamen permanẽtem, ſed tranſeuntẽ,
ſm Bonauenturã in Illuminationibus ſuis:
ſm quoq; Alexã. de Ales in 2. q. 2. A perfe-
ctis per perfectã côtemplationẽ pôt videri
Deus, nô tñ à Deo plene, ſicut poſt hãc vi-
tã. Et hoc eſt, quod Greg. exponẽs illud Iob
28. Sapiẽtia abſcondita eſt ab oculis omniũ
viuentium, ait: Quia videri pôt per quaſdã E
circũſcriptas imagines, & videri non pôt p
incircũſcriptũ lumẽ æternitatis. A quibuſ-
dã videri nô pôt in hac mortali carne exi-
ſtẽtibus, tamẽ inextimabili virtute creſcen
tibus quodã côtemplationis acumine æter
na Dei claritas videri pôt. Porro hi ſunt, de
quibus in hac beatitudine Dñs ait: Beati
mundo corde, quoniam ipſi Deum vide-
bunt. De hoc ad præſens duo exempla, vi-
delicet de Iacob, atque de Apoſtolo Paulo
ſubiũgamus. Primo ponamus exemplũ de
Iacob, qui Geneſ. 32. ait: Vidi Dñm facie ad
faciem, & ſalua facta eſt anima mea. ſecun-
dũ enim Auguſt. in lib. de Trinitate, facies F
Dei dicitur forma, in qua nô rapinam arbi-
tratus eſt Chriſtus eſſe ſe æqualẽ patri: quã
nemo videre pôt, & viuere. Siue quia poſt
hanc vitã videbimus eũ facie ad faciẽ, ſm
Apoſtolũ. 1. Corint. 13. c. Et ſm Ioã. 1. Io. 3.
Nondũ apparet quid erimus: ſcimus, quo-
niã cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia
videbimus eũ ſicuti ẽ. Quod vtiq; poſt hãc
vitã intelligi voluit, cũ mortis debitũ ſol-
uerimus. Siue ẽt nũc in quantũ Dei ſapien-
tiã, per quã facta ſunt oĩa, ſpiritualiter in-
telligimus. In tantũ quippe carnalibus affe-
ctibus morimur, vt mortuũ hûc nobis mũ- G
dũ reputantes, nos quoq; ipſi huic mundo
moriamur & dicamus, quod ad Galat. vlti.
Apoſtolus ait, Mihi mundus crucifixus eſt,
& ego mũdo. Hac quidem morte mortuus
eſt Iacob, quod miſticè indicatur in eo, ꝙ
anteq̃ videret faciẽ Dei emarcuit neruus fę
moris eius. Per quod miſticè indicat, ꝙ in
eo ꝓceſſit extinctio oĩs carnalis & mũdani
affectus. Secundo autẽ addamus exemplũ
de Apoſtolo Paulo, qui 2. Corinth. 12. de ſe
ait. Scio hominẽ in Chriſto, ſiue in corpo-
re, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, ra-
ptũ hmôi vſq; ad tertiũ cęlũ. Et ſcio huiuſ-
modi hoĩem, ſiue i corpore, ſiue extra cor- H
pus, neſcio, Deus ſcit, qm̃ raptus eſt in pa-
radiſum, & audiuit arcana verba, quæ non
licet homini loqui. Circa aût hûc textũ tria
conſideranda ſunt. Primo conſideremus ip
ſum raptum, ſecundo tertium cœlũ, tertio
paradiſum. Primo côſideremus ipſum Pau-
li raptum, id eſt quid fuerit Pauli raptus.
Circa quem aduertendum, ꝙ triplex in ani
ma potentia eſt, vegetatiua, ſenſitiua, & in-
tellectiua. Vegetatiua eſt, quæ corpus vi-
uificat: & hæc in tali raptu corpus Pauli
viuificat. Senſitiua eſt, quæ mouet, atque
ſenſificat corpus, & ab ijs anima Pauli ab-
ſtracta erat: quia nec corpus ſenſum, nec

membra

A membra habebant motum. Intellectiua autem, qua anima intelligit, atque conſiderat vſque ad vltimum poſſibilitatis ſuæ eleuata erat, quia ad viſionem diuinæ eſſentiæ, & totius Trinitatis per raptum eleuata fuit, atque ſicut beati in gloria ipſum contemplabatur Deum. Et huiuſmodi vltimus ſtatus eſt, ad quem tamen impoſſibile eſt pertingere in præſenti vita, niſi diuina virtute mirabiliter eleuante, & operante. Proinde glo. in 7. c. de diuinis nominibus, ait: Illi conditæ ſubſtantiæ naturaliter ineſt virtus, per quam poſſit & ſuæ naturæ terminos ſuperare, atque ipſum Deum immediate per

B ſeipſum attingere. Hoc enim ſolius eſt miſericordiæ, ſolius gratiæ, ſolius fidei, quæ mentes rectè credentium & piè, quantum datur intelligentium in veritate, quæ Chriſtus eſt, collocat & in eis veritatem manifeſtat. Triplex viſio, quaſi triplex cœlum. Secundo cōſideremus, quid ſit tertium cęlum. ſecundum enim Auguſt. triplex eſt cęlum, ſecundum quòd triplex viſio diſtingui poteſt. Prima eſt viſio corporalis, ſecunda imaginaria, tertia vero intellectualis. Prima inquam eſt viſio corporalis, quæ contingit, quando corporaliter quædam munera Dei cernuntur: quæ tamen alij præſentes

C videre non poſſunt. Et ex hoc talis viſio dicitur cœlum, quia in ea aliquid reuelatur, quod tamen aliquibus abſconditum eſt, ſicut Daniel. 5. Balthaſar vidit manum ſcribentis cōtra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ. Et Geneſ. 18. apparuit Dominus Abrahę in ſpecie trium virorum in conualle Mambræ. Et Exo. 3. Moyſes vidit Dominum in ardenti rubo. Et patres ſępius ſuſceperunt Angelos viſibiliter apparentes. Ad hanc viſionem experientia quorumlibet ſenſuum referri poteſt, vt auditus, guſtus, odoratus, & tactus, cum viſus pro

D quolibet ſenſu in ſcriptura ſoleat poni. Vnde Exo. 20. ſcriptum eſt, quòd populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ. Vocem quippe, & ſonitum buccinæ non viſu, ſed auditu percipere potuerunt. Secunda autem eſt viſio imaginaria, & hæc eſt illa, qua homo videt in extaſi, vel i ſomno, non corpora, ſed imagines corporum ex reuelatione diuina, ſicut Act. 10. Petrus vidit in extaſi poſitus lintheum magnum ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terrę, &c. & Pharao vidit in ſomnis ſeptē vaccas pingues, & ſeptē fędas: vt ſcribitur Gen. 41. huiuſmodi ſunt viſiones Ezech. & Dan. atque aliorum Sanctorum noui, & veteris teſtamenti. E

Poſſunt huiuſmodi viſiones etiã homini ſobrio apparere. Tales viſiones nō tātū bonis, ſed ēt malis ſæpius reuelantur. Et licet ſint veræ: tñ quandoq; quidā ad veritatē erudiunt, & quandoq; aliqui ab eis deceptoriē deluduntur, ſicut patet Exech. 13. Vbi Dñs de talibus ait: Nūquid nō viſionē caſſam vidiſtis, & diuinationē mēdacem locuti eſtis: & dixiſtis? Ait Dñs, cum ego non ſim locutus. Hę viſiones licet etiā verę ſint, tamen nec ſanctū faciunt, nec ſanctū oſtendunt: alioquin Balaam ſanctus eſſet, atque aſina eius, quæ Angelum vidit, necnō Pharao fuiſſet ſanctus, qui ſomniando vidit pſagia futurorum. F

Inſuper ſi veræ ſunt, tamen in ſe meritoriæ minime ſunt. Vnde qui multa talia videt, non tamen melior eſt: nec qui eis caret, imperfectior dici poteſt, ſicut etiā de alijs miraculis dicendum eſt. Quàm pluribus etiam viſiones huiuſmodi nocuerunt eo, ꝙ in eis inaniter gloriati ſunt. Plerique inſuper arbitrantes ſe viſiones vidiſſe, cum tamen nihil viderint, ſe & alios ſeduxerūt. Inſuper quidam ad quæſtum auaritiæ, ſicut ego expertus ſum, aſtutiſſime retorſerunt. Nonnulli quoq; mendosè finxerunt ſe viſiones vidiſſe, ne aut cęteris haberentur inferiores, G

ſiue vt honorarentur quaſi præ cęteris ſanctiores, quaſi homines digni reuelationibus ſecretorum Dei. In quibuſdam quoque huiuſmodi viſiones præludia inſaniæ eſſe ſolent eo, ꝙ cerebro confuſo, atq; fantaſmatibus obnubilantibus illud, etiam oculorum viſus confunditur, & alteratur, ita vt putent ſibi aliquid veraciter apparere, quod tamen fantaſticum eſt, & falſum. Proinde ſpiritus veritatis, Eccleſiaſt. 34. admonet dicēs: Sicut parturientis cor tuū, fantaſias patitur. Et ſequitur, Ne dederis in illis cor tuum. Quomodo autem animabus virtuoſis, & ſanctis, abſque deceptione appareant viſiones, dictum eſt in tractatu de H

inſpirationum diſcretione, Sermone 3. artic. 2. c. 2. 3. & 4. & de hac etiam materia in tractatu illo plura alia ſunt dicta. Tertia vero eſt viſio intellectualis. Talis quippe viſio eſt, quando nec corpus, nec imagines corporum quoquomodo videntur, ſed intuitus mentis in incorporeis ſubſtantijs mira Dei potentia, & virtute figitur. Et ad hanc viſionem Beatus Paulus raptus eſt. vnde Auguſt. in q. pe. ad Oroſium de raptu Pauli, ait: Ob id raptus fuerat Apoſtolus Paulus in tertium cęlum, i. in intelligibilem viſionem, vt Deū non per corpus, nō per ſimilitu-

A militudinem corporis: ſed ſicut eſt ipſa ve-
ritas,cerneret. Ad hoc profecto peruene-
rat Paulus,vt Deum ſic in iſta vita videret,
ſicut Sancti poſt hanc vitam videbunt.Sed
prius tanquam ſquâmæ ceciderunt ab ocu-
lis eius,vt dicitur Act.9. Per quod miſtice
denotatur,ꝙ ille qui Deum videre debet,ſi
cuti eſt, debet habere intellectum ab omni
fantaſmate depuratū, eo ꝙ ratio naturalis
eſt quædam intelligentia obumbrata. Vnde
Auguſt.ſuper Gen.ad literā ait: Nemo autē
videns Deum viuit vita iſta,qua mortaliter
viuitur in iſtis ſenſibus corporis, ſed niſi in
hac vita quiſq; funditus ſenſibus moriatur,
B ſiue oīno exiēs de corpore, ſiue ita aliena-
tus a carnalibus ſēſibus, vt merito neſciat,
ſicut ait Apoſtolus,vtrū in corpore, an ex-
tra corpus ſit, nō in illam ſuſtollitur viſio-
nē. Abbas quoq; Vercellen.ſuper primū ca-
pitulū miſticę Theologiæ ait,quod ē quod-
dam diuinorum velamen, ſ. qñ ab omnib.
intelligibilibus aīa abſorta vnitur ipſi Deo,
& eum videndo non videt,nihil inter ſe,&
Deum habens, niſi quædā diuina ineffabi-
lia velamina, quibus mediātibus nihil aliud
quam ſuperſplendens quædam caligo per-
cipitur: Et hic modus nobiliſſimus eſt vidē
di Deū,de quo ſemper diuiniſſimus Diony
C ſius mentionem facit, & maxime in lib.de
miſtica Theologia. Tertio conſideremus ip
ſum paradiſum, ſ.in quē Paulus raptus eſt.
vbi,ſm Nic.de Lyra,non narrat Apoſtolus
aliam viſionem ab ea, qua ſe dicit raptum
in tertium cœlū, ſed eandē proſequitur; &
quod prius nominauit tertiū cęlū, hic ſub-
dendo nominat paradiſum.Cęlū enim em-
pyreū,quod eſt beatorū locus, reſpectu cri
ſtallini atq; ſyderei tertiū cœlū denoīatur.
Diciturq; empyreū a pyr, ꝙ eſt ignis, pro-
pter ſimilitudinē claritatis. Dicitur ēt para-
diſus a dulcedinis ſuauitate. Et vtrūq; Apo
ſtolus Paulus expertus eſt. Propterea pri-
D mo noīauit ipſum tertium cœlū, & poſtea
paradiſum. In quo audiuit arcana verba,i.
percepit quaſi ꝑ verba arcana ipſius Dei,
quia per eſſentiā vidit Deum, ſm Auguſt.
ad Paulin. in lib. de videndo Deū. Et po-
nitur auditus pro viſu,& pro quolibet ſen-
ſu,ſicut de viſu ſuperius dictū eſt.Beati igiť
mundo corde,qui ſimplici cordis oculo in-
tendendo in Deum, inter mundana mundi
mundū habentes aſpectū ſecreta cœleſtia
ad Dei gloriā contemplantur, hic per ex-
cellentiſſimam gratiam, & in futuro per
conſummatam gloriam, quam nobis mi-
ſericorditer largiri dignetur ille, qui mun-
dator eſt cordium, & illuſtrator eſt men- E
tium, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum
Patre, & Spirituſancto omnium Sancto-
rum eſt præmium conſummatum, per infi-
nita ſecula ſeculorum, Amen.

Septima Beatitudo eſt pax, vbi agitur de multiplici bono pacis, atque de diuerſo genere eius, & quòd tria efficiunt filium Dei.

Sermo VIII.

BEati pacifici, quoniam filij Dei F
vocabuntur. Iterum Matth.
5.cap. Non etiam ſine myſte-
rio, ſecundum glo. hæc ſepti-
ma Beatitudo in ſeptimo lo-
co ponitur, quia in ſabbato veræ requiei
dabitur vera pax, ſex ætatibus iam tranſa-
ctis. Ambroſ. etiam ſuper Lucam ratio-
nem ponit, quare beatitudo pacis imme-
diatè ſequitur beatitudinem ſextam, ſcili-
cet munditiam cordis dicens, Cum inte-
riora tua vacua feceris ab omni labe pecca-
ti, ne diſſentiones ex affectu tuo proce-
dant, a te pacem incipis, vt alijs pacem
feras. Et hoc eſt, quod ſequitur, Beati G
pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
Duplici tamen affectu, ſecundum Nic. de
Lyra poteſt eſſe in animo pax. Primo af-
fectu humano, ſecundo affectu diuino.
Primo affectu humano, ſcilicet cum ſit
modo communi per naturalem amorem,
quando videlicet homo diligit Deum, ſi-
cut principium ſuum efficiens, atque con-
ſeruatiuum, licet præter hæc multa alia di-
ligat. Secundo vero affectu diuino, & hoc
per beatitudinem, quæ eſt pax, excellen-
tius ſit. Contingit autem fieri hoc, quan-
do homo totaliter per mentis affectum cō-
iungitur Deo, ſicut excellentiſſimæ boni- H
tati, ita quòd extra ipſum nihil aliud quæ-
rit; ſed in eo pacificatur & quietatur, di-
cens cum Simeone, Lucæ 2. Nunc dimittis
ſeruum, &c. Circa igitur hanc pacem
tria ad præſens conſideremus.
Primo pacis donum, quia
pacifici: ſecundo pacis
ſtatum, quia bea-
ti: tertio pa
cis fru
ctum, quoniam filij
Dei vocabun-
tur.

ARTI-

A ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici dono ſanctiſſimæ pacis, ſcilicet ſecuritatis, diuerſitatis, & integritatis.

PRimo inquam conſideremus pacis donum, quia pacifici. De dono pacis Auguſt. de ciuitate Dei inquit: Tale donum eſt bonum pacis, vt in rebus creatis nihil gratioſius ſoleat audiri, nihil delectabilius concupiſci, & nihil vtilius poſſideri. In ipſo quippe vocabulo pacis, id eſt cum hoc nomen
B pax, ore pronunciatur, copulantur labia, & os quaſi quadam ſpirituali ſuauitate dulceſcit. At econtra, cum dicitur guerra, os amareſcit, & quodammodo laceratur, & laniatur. Hoc quoque donum pacis deſcribens Caſſiodorus ſuper Pſal. ait, Pax eſt concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. Serioſius tamen bona huius doni pacis conſideremus. Tria ſunt maximè bona pacis. Primum eſt bonum ſecuritatis, ſecundum eſt bonum diuerſitatis, tertium eſt bonum integritatis.

C *Quod in bono pacis ſecura ſunt tria, in quibus conſiſtit tota moralis vita.* *Cap.* I.

Securitas primũ donũ pacis. Tria ſunt bona ad ſecure poſſidẽdum. Primum eſt bonũ honeſtũ.

PRimum bonum pacis, Securitas nominatur. Profectò nõ eſt ſecuritas, vbi non regnat pax, nec veram dicimus pacem ſecuritate carentem. Tria ſunt bona, in quibus conſiſtit tota moralis vita, quæ ſecurè poſſidentur in pace. Primum eſt bonum honeſtum, ſecundum eſt bonum vtile, tertium eſt bonum delectabile, ſeu iucundum. Primum, quod ſecurè poſſidetur in pace, eſt bonum
D honeſtum, & de hoc Eccleſiaſt. 25. c. ait: In
E tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus, Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene cõſentientes. Quæ omnia reducunt animas ad bonum honeſtum per vinculum pacis. Quæ eſt iſta pax, quæ continet in ſe bonum honeſtum, niſi concordia cum illis, cũ quibus conuerſari contingit, & ex quibus tibi poſſet prouenire diſcrimen? Quid eſt pax, niſi debitus, & inconturbatus ordo naturæ, & modus exactus & neceſſario in moribus exquiſitus? Quid eſt pax filios Dei cõſtituens, niſi obſeruata pactio promiſſorum, integræ fidei legis eius immaculatæ, ad ſeipſum, ad bonum honeſtum, ad iuſtificationes, ad virtutes inuiſibiles animas conuertentis? Secundum autẽ eſt bonum vtile. vnde Auguſt. in lib. de verbis Dñi ait: Pax eſt ſecuritas mentis, trãquillitas animi, vinculũ amoris, cõſortiũ charitatis. Hæc eſt, q̃ ſimultates tollit, rixas cõpeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos cõcordat, cũctis eſt placida, neſcit extolli. Hãc qui accepit, teneat: qui perdidit, repetat: qui amiſit, exquirat: quoniam qui in eadem non fuerit inuentus a patre abdicabitur, a filio exhæredabitur, nihilominus a Spiritu- F
ſancto alienus efficietur, nec ad hæreditatem Domini poterit peruenire, qui teſtamentum pacis noluerit obſeruare. Hæc Auguſt. Nec tantum vtilitas ſpiritualis, ſed etiã temporalis ſecure poſſidetur ex pace. Nam pax hæc, quæ conſtituit filiationem diuinam, a pacto ſeruando denominatur. Fiunt namque inter homines ſæpe ſocialia pacta, fiunt & coniugalia, fiunt & commercioſa, fiunt & mercennaria, fiunt quoque ſeruilia, & conſimilia multa, quibus ſeruatis manet animorum in amore ſinceritas, manet & conuerſatio grata, ſeruit obſequioſa conditio, ſubiacet ſine cõtradictione ſubiectus, imperat potior, in amore G
perdurat ſocietas, ſodalitas ſtabilitur, caret querela coniugium, commercia depurantur a fraude, merces redditur dignis, ſeruilitas in oportunis ſe ingerit, & nulla perſonat querela deformis, immo videntur omnia ſumma ordinatione pacata. Tertium eſt bonum delectabile, ſeu iucundum. Nam pacis tempore omnia lætitiam acclamare videntur. Pace quippe commendantur ſemina terris, & ad ſegetem maturam deueniunt, & meſſem: floreſcunt vineæ, arbores fructus educunt, dũ bellicus furor non impedit naturæ proceſ- H
ſum. Pace natura prodit, & ſuis ſplendeſcit ipſa proceſſibus: tute dormitur in ædibus, & in aruis, ſecurè itineratur in via, latro non timetur inſiliens: floret olens virginitas, gaudet caſtitas pudoroſa, lætatur pudicitia coniugalis, cum violentia impudicorum merito pacis arcetur: decorantur artibus ciuitates, armenta pecorum, atque boum modulantibus fiſtulis liberè ad paſcua deducuntur. Pace domeſticantur ſiluæ, plantantur vineæ, ædificantur atque reſarciuntur domus, multiplicãtur familiæ. Vadunt & redeunt mercatores & mercantiæ. ſeruatur religioſorum quies, eccleſiæ & eccle-

Secũdum eſt bonũ vtile.

Tertium eſt bonũ delectabile.

A eccleſiaſtica officia florent: vigent ſtudia literarum, frequentantur opera pietatis: honoratur atque fructificat verbum Dei in frequentia populorum, omnibus ſua iura redduntur, nemo de iniuſtitia cauſatur, & tempus omnibus aptũ pax optata commẽdat, atq; omnia ex pace exultare videntur. Proinde exultans propheta ait, pſal. 132. Ecce quam bonum, &c. ſcilicet bonum, quod eſt pax & tranquillitas populorum.

De triplici diuerſo genere pacis, ſcilicet temporis, pectoris & æternitatis. Cap. 2.

B

Secũdum pacis bonum.

SEcundum pacis bonum diuerſitas nuncupatur: quia ſunt diuerſa genera pacis. Nam primo eſt pax temporis, ſecundo eſt pax pectoris, tertio eſt pax æternitatis: ſiue vna exterior, alia interior, alia ſuperior. Prima bona, ſecunda melior, tertia vero optima merito dici poteſt. Prima quippe eſt pax temporis. Hæc qñq; amittitur propter peccata populorũ & dominorum. Nam Baruch. 3. c. cuilibet eorum dicitur: Si in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram. Talis pax eſt quãdoque falſa, & ſecundum Hugu. in libro de clau. animæ, falſæ pacis tres ſunt ſpecies.

Prima eſt pax tpũ.

C Nam eſt pax extimata, pax ſimulata, pax imperata. Dum inter ſæculares pacem quærimus, dum diſcordes ad concordiam reuocamus, extimant ſæculares ꝙ intus nos pacem habeamus. Dum in veſtimentis ouium foras eximus, & intꝰ quaſi lupi rapaces gregem ſimplicium fratrum lacerando diſpergimus, pacem ſimulamus, ſed nõ habemus. Dum vero prælati ſubditis imperãt, & eos diſciplinæ legibus non coarctant, ſolummodo pacem docent & non tenent. Extimant pacem ſæculares, ſimulant peruerſi clauſtrales, imperant & non tenent tepidi paſtores.

D Sic igitur extimatur a neſcientibus, ſimulatur a non habentibus, imperatur a nõ tenentibus. Hæc ille. De hac temporis pace. Io. 14. Apoſtolis Chriſtus ait, Pacem relinquo vobis, quaſi dicat, quantum poteſtis tenete eam. Nam, vt ait Hugo etiam in libro 1. de clau. animæ: Quidam philoſophus inquit, ꝙ viro bono quatuor neceſſaria ſunt. Primum, vt oẽs ſibi amicos faciat: Secũdũ, vt ſi nõ põt amicos facere, nõ faciat inimicos: Tertiũ, vt ſi id non ſuppetit, diſcedat: Quartũ, vt ſi quis diſcedentem perſequit, non vindicet ſe. Et hæc eadẽ ponit Apoſt.

Viro bono quatuor neceſſaria ſunt.

ad Rom. 12. c. dicẽs: Si fieri põt, ꝙ ex vobis eſt, cum oĩbus hominibus pacem habẽtes. Si hoc non põt fieri, nõ diſcordias faciatis. Ideoq; addit, Non voſmetipſos chariſſimi defendentes. Tertium vero, vt diſcedamus, tangit, cum ſubdit, ſed date locũ iræ. Quartum, vt vindictam Deo cõmittamus, tãgit, vbi ait, mihi vindictã & ego retribuã. ſ. indulgentiam. Porro hanc pacẽ tẽporis, q̃ eſt ad mundum frequenter relinquit Deus a malis hoĩbus perturbandã, nõ in diſpẽdiũ, ſed in cõpendiũ ſalutis fideliũ aĩarũ: vt q̃to mũdus aſperior inhorruerit eis, tãto Deus ab eis poſſit placabilior inueniri, ſicut & Chrs, Io. 16. c. Apoſt. p̄dixit dic. In mundo p̄ſſurã habebitis, in me aũt pacẽ. E

F Secũda eſt pax pectoris. Et de hac Io. 14. cum dixiſſet Dñs diſcipulis ſuis, Pacem relinquo vobis, vt dictum eſt, ſubiunxit dicens, Pacẽ meam do vobis. Hæc eſt pax mentis, quam Chrs dat fidelibus, ſ. vt pacificati ſint in conſcientia coram Deo. Et de hac Bern. Serm. 13. ſuper cantica, exponens illud Eſa. 42. Gloriã meam alteri non dabo, inquit: Quid dabis nobis? Pacem inquit, relinquo vobis; pacẽ do vobis. Sufficit mihi, gratanter ſuſcipio quod relinquis, & relinquo quod retines. Pacem volo, pacem deſidero, & nihil amplius. Cui non ſufficit pax, non ſufficis tu. Tu enim es pax noſtra, hoc mihi neceſſarium, hoc ſatis eſt, reconciliari tibi, reconciliari mihi. Adiuro gloriam prorſus, nec ſacrilegus inuaſor ſum gloriæ. Tibi Domine; tibi gloria tua maneat illibata, mecum bene agitur, ſi habuero pacem. De hac pace pectoris. Caſſiodorus ſuper pſal. ait. Pax vera eſt, concordiam habere cũ moribus probis, & litigare cũ vitijs. Tertio eſt pax æternitatis, & de hac Eſa. 32. c. in fine ait: Sedebat populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta. Hęc tria competunt in p̄ſenti vita, fidei, ſpei & charitati. Sed in p̄ria glorioſa erit pulchritudo pacis, quantum ad dotes corporis: tabernacula fiduciæ quantum ad dotes animæ: & requies opulenta quantũ ad vtrunque ſimul. De hac triplici pace propheta ait, pſalmo 4. in perſona iuſti, In pace in idipſum dormiam & requieſcam in pace, ſcilicet pectoris, dormiam in præſenti, & in futuro requieſcam, ideſt perfectè quieſcam in pace æternitatis, quæ eſt pax in idipſum, ideſt immutabilis & inuariabilis. Pax vero huius temporis non eſt in idipſum, quia ſæpe mutatur & variatur...

Secũda e pax pectoris.

G

Tertia eſt pax æternitatis.

H

A *Quod ex pace cum Deo, cum ſeipſo & cum proximo omnis pax debita integratur. Cap. 3.*

Tertiũ pacis integritas bonũ Tunc eſt pax integra qñ hõ cũ tribus pacific' ẽ Primo cũ Deo.

TErtium bonum pacis integritas dici
poteſt. tunc quippe pax integra eſt,
quando homo cum tribus pacificus
eſt. Primo cum Deo, ſecundo cum ſeipſo,
tertio cum proximo. Primo cum Deo. Et
de hac ad Phil.4.c.ait Apoſtol. Et pax Dei,
quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat cor-
da veſtra & intelligentias veſtras in Chri-
ſto Ieſu Domino noſtro. Ait enim, Et pax
Dei, interlinearis.i.pax, quæ eſt Deus. Ad
B Ephe.2.Ipſe eſt pax noſtra, quæ exuperat
omnem ſenſum.i.omnem intellectũ crea-
tum, angelicum ſcilicet & humanum, cuſto
diat corda veſtra.i.volũtates veſtras in cha
ritate.ſ.a mala affectione.Prouerb.4.c.Om
ni cuſtodia ſerua cor tuum & intelligẽtias
veſtras in fide ab omni.ſ.errore; & hoc in
Chriſto Ieſu, ideſt vt nihil extra ipſum ap-
petatis, ſeu intelligatis. De tali pacifico Au
guſt. de ſermone Domini in monte ait. Si-
cut enim, quod eſt in nobis ſuperius, ſcili-
cet mens vel ratio, debet cæteris inferiori-
bus imperare, ita quod eſt in nobis ſupe-
C rius, ſcilicet mens vel ratio ſubijci debet
potiori ſe, ſcilicet Deo. Et ſubdit cauſam
dicens: Neque enim imperare inferioribus
poteſt, niſi ſuperioribus ſubijciatur. Et hæc
eſt pax, quæ datur in terra hominibus bo-
næ voluntatis. Secundo vero eſt pax inte-
Secundo cũ ſeipſo. gra, ſi homo eſt pacificus cum ſeipſo. Et de
talibus Auguſt. de ſermone Domini in mõ
te ait: Pacifici in ſemetipſis ſunt, qui om-
nes animi ſui motus comprimentes & ra-
tioni ſubijcientes, carnaleſque concupi-
ſcentias habentes edomitas, fiunt regnum
Dei, in quo ita ordinata ſunt omnia, vt
D quod eſt in homine præcipuum & excel-
lens, imperet cæteris reluctantibus, quæ
ſunt nobis beſtijſque communia. Et in li-
bro retractationum addit: Non tamen cui-
que prouenire poteſt, vt lex repugnans le-
gi mentis omnino non ſit in membris: ſed
hoc nunc pacifici agunt domantes concu-
piſcentias carnis, vt quandoque ad pacem
pleniſſimè veniatur. Hæc ille. Hoc ſiquidẽ
fit, cum deuictis tentationibus, homo pa-
cificè de ſeipſo triumphat. Et de hoc Apo
cal.3.c. in ſeptima eccleſia Dominus ait:
Qui vincit, dabo ei ſedere in throno meo
mecum, ſicut & ego vici & ſedi cum patre
meo in throno eius. Thronus ſiquidem eſt
ſumma pax mẽtis, quam Chrs deuictis om
nibus tentationibus adijt. Vnde Propheta E
ait, Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi.
In hoc throno cum Chriſto ſedet, qui de-
uictis tentationibus, quæ in actiua vita la-
boranti occurrunt, ſpe certa per amoroſam
cõtemplationem in Chriſto quieſcit. Pro-
inde ad Ephe.2.c.Apoſtolus ait, Conſede-
re nos fecit in cœleſtibus in Chriſto. Hanc
quippe quietem & pacem propter victo-
riam paſſionum & tẽtationum meremur.
Nemo quippe ad contemplationem ſacra-
mentorum Chriſti idoneus eſſe poteſt, niſi
tentationibus exercitatus & humiliatus fue
rit. Cum enim Chriſtus ſine tentationib'
victor eſſe noluerit, quis ſine tẽtationibus F
tantę pacis merito compos erit? Vnde &
Luc.vlt. Dominus ait, Oportuit Chriſtum
pati & ita intrare in gloriam ſuam. Et hoc
idem eſt, quod ſubditur a Ioanne, Sicut &
ego vici & ſedi cum patre meo in throno
eius. Profecto in throno patris Chriſtus
ſedet, qui carnis & ſpiritus pace obtenta in
clara diuinitatis eius contemplatione læta-
tur. Vnde aſcendit in iubilatione, ſicut Pro-
pheta ait, Chriſtus in Deo in illa vita, nos
in Chriſto in hac vita quieti ſumus. Ter-
tio inſuper pax integra eſt, ſi homo eſt paci G
ficus cum proximo. De hac pace Bernard' *Tertio cũ proximo.*
ſuper cantica ait: Eſt homo pacatus, qui bo
na pro bonis reddens, quod in ſe eſt nemi-
ni vult nocere. Eſt alius patiens, qui non
reddens mala pro malis etiam potens eſt
ſuſtinere nocentem. Eſt etiam pacificus, q
bona pro malis reddens in promptu habet
etiam prodeſſe nocenti. Primus quantum
in ipſo eſt pacem habet, ſecundus pacẽ te-
net, tertius pacẽ facit. Primus paruulus eſt
& facilè ſcandalizatur, ſecundus in patien-
tia ſua poſſidet animam ſuam, tertius mul-
torum animas lucrifacit. Et de tali pacifico
Auguſt. contra epiſtolam Permeniani ait: H
Quiſquis vel quod poteſt arguendo corri-
git: vel quod non poteſt corrigere ſaluo
pacis vinculo excludit: vel quod ſaluo pacis
vinculo excludere non poteſt, ęquitate im-
probat, firmitate ſupportat, hic eſt pacific'.
Ex hoc patet ꝙ pacificus eſt, qui cum pacẽ
odientibus habet pacẽ, ſicut de ſe atq; de
Chriſto, Propheta ait, pſal.119. Cũ his, qui
oderunt pacem, eram pacificus, &c. Nõ eſt
enim omnino de pace ſignum, aut virtus
cum pacificis: ſed cũ inimicis pacis eſſe pa-
cificum, virtuoſum atque laudabile eſt. Nec
pax multorum ꝓ vnius diſcordia dimitten-
da eſt. Proinde Ber. in quadam epiſtola in-
quit: Ne timeas contra charitatẽ eſſe, ſi vni'

ſcanda-

A ſcandalum multorũ compenſaueris pace: melius eſt enim vt pereat vnus quam vnitas. Nam, vt teſtatur Caſſiodorus ſup Pſal. Nec inueniri pôt forma expreſſior conuerſationis angelicę quam vnitas ſocialis. Ex his, quæ in hoc cap. dicta ſunt patet, ꝙ pacifici ſunt qui inuigilant paci faciendæ inter ſe & Deum: Et qui inuigilãt paci reformãdæ inter carnem & ſpũ: Et qui inuigilãt paci conſeruandæ proximi ad proximũ, proximi ad Deũ, & proximi ad ſe ipſum. Iterũ pacifici ſunt, qui habent pacẽ cũ Deo ei in oĩbus obtemperando. Ad Rom. 5. Iuſtificati ergo ex fide pacẽ habeamus ad Deum. Pacifici ſunt, qui habent pacem ſecũ motus illicitos refrenando, Iob. 5. Scies ꝙ pacem habeat tabernaculum tuum. Pacifici ſunt, qui habent pacem cũ proximo, concordiã nutriendo. Rom. 12. c. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, ſicut ſuperius dictum eſt.

Qui ſint pacifici.

B

Articulus Secundus

C

De triplici pace, quam debet acquirere homo, vt ſit in pacifico ſtatu mentis quaſi beatus.

Status pacis.

SEcundo cõſideremus pacis ſtatum, quia Dominus ait, Beati pacifici. ſ. ſunt. In tribus profecto conſiſtit animæ pacificus ſtatus, quaſi quædam beatitudo in præſenti vita. Primo ſi habet pacẽ cum carne, ſecundo ſi habet pacẽ cũ mundo, tertio ſi habet pacem cum diabolo. Prima ſiquidem eſt a carne exigenda, ſecunda eſt mũdo reijcienda, tertia eſt a Domino impetranda. Et ſic hæc triplex pax animæ eſt neceſſaria, vt aſcendat ad pacificum ſtatum mentis.

D

Qualiter poteſt anima conſequi veram pacem cum carne ſua. Cap. 1.

Pax aĩæ cum ipſa carne.

PRima pax eſt animę cũ ipſa carne. Et hanc debet homo a carne violenter exigere, non autem ipſe carni ſuę modo aliquo exhibere, vt fiat a ſola carne pax iſta, cum de ſui natura ſemper dum in corpore peregrinamur, ad vitia naturaliter prona ſit. Proinde nunquam debet ſe ſpiritus ſubdere contumelijs ſuis, nunquam eius voluptati parere, nunquam de illius quiete confidere: quinimmo ſemper iugi labore fatiganda, continua abſtinentia edomanda, aſſidua vigilantia obſeruanda: donec ſupplex pacem poſcat, pacem promittat, pacem cuſtodiat, deſinat rebellare, neſciat concupiſcere, ſequatur ſpiritum & omnino recognoſcat Dominum eſſe ſuum atque experientia & effectu ad ſpiritum dicat propheticũ illud Pſalm. 72. Vt iumentum factus ſum apud te & ego ſemper tecum. Tamen ſicut in quodam ſermone Cæſarius ait: Si pacifica eſt Deo anima noſtra, tunc animæ noſtræ ſubdita erit caro noſtra. E

F

De vero modo acquirendi pacem cum mundo. Cap. 2.

SEcunda pax eſt, quam debemus habere cum mundo. Et hanc debet iuſtus a mundo oblatam reijcere. Hæc aũt pax a ſpiritu quidem ſolo fieri debet non obtineri a mundo, immo etiam a mundo oblatam deſpicere neceſſe eſt. Nunquam enim verus iuſtus quærere debet aut velle, quod mundus ei ſuis oblectamentis deſeruiat, ꝙ obſequio ſuo demulceat, vel ſuis fauoribus blandiatur: ſed debet magnanimus ſpiritus eius omnia, quæ mundi ſunt, illi in faciem proijcere, ipſum deſpicere, facto contẽnere, ſeq; mundo ad oẽm iniuriam gratanter exponere, & in mundi opprobrijs, iniurijs & contumelijs gloriari, atque cum Apoſtolo ad Galat. vlt. decantare: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et in hoc profecto acquiritur pax a iuſto cum ipſo mundo. Videlicet cum nulla eius proſpera concupiſcit, nulla eius aduerſa pertimeſcit, cuncta tranſitoria contemnit & ſpernit, ſicque Dominus mundi pacificè factus eſt, dicente Domino cætui iuſtorum illud Deuterono. 11. Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Pede calcare, mundum cõtemnere eſt, per cuius contemptum dominatio acquiritur mundi. Igitur hi pacifici ſunt, qui in ſeipſis paci huiuſmodi faciendæ, reformandæ & conſeruandæ inſiſtunt. Paci quippe aliorum quinque contrariantur, videlicet bella, lites, tumultus inquietudines atque moleſtiæ quæq;: hi vero qui pacifici ſunt, ſalua pace & quiete ſua bellis ſopiendis, litibus dirimendis, tumultibus ſedandis, inquietudinibus quietandis, moleſtijs mitigandis vacant. Hæc enim ſunt officia filij Dei, iuxta propheticum illud, pſal. 75. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutũ, gladium & bellum.

Pax cum mundo.

G

H

Paci quoq; contrariãtur.

A *De modo, quo vere cum diabolo pacem poſſumus obtinere.* Cap. 3.

Pax a diabolo acquirenda.

TErtia pax a diabolo acquirenda eſt. Hanc profecto debet iuſtus apud Deum precibus obtinere. Hæc ſiquidem pax, nec a ſpiritu, nec a diabolo fieri poteſt. Nam qualem per ſpûm diabolus fieri vellet, nunquam debet ſpûs conſentire: & qualem iuſti ſpiritum probare decet, diabolus in æternum tali non conſentiret. Et quidem poſt geminam pacem, quæ non poteſt corrumpi a carne, nec valet perturbari a mundo: diabolus, quia ſpiritui inferre moleſtiam Dominus non permittit: ideo ad callida argumenta & occultas inſidias ſe conuertit & dolis atque decipulis eum circumuenire contendit. Sed debet iuſti ſpiritus contra hunc aduerſarium noſtrum & per prudentem diſcretionem ſemper inuigilare & per feruentem orationē contra ipſum pugnare atque per gratiæ adeptionem de ipſo triumphare in nomine Ieſu Chriſti. His igitur victorijs acquiſitis datur humanę menti aſcendere ad illam pacem, quę ſecundum Apoſtolum ad Pilip. 4. c. exuperat omnem ſenſum. Et quam Apoſtolus vocat pacem, a Ioanne Apoca. 8. c. ſilentium nominatur dicente. Factum eſt ſilentium iu cœlo, quaſi media hora. propheta quoque nominat eam ſomnum, dicens Pſal. 4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

(B, C in margin.)

ARTICVLVS TERTIVS.

De fructu pacis, & quod tria efficiunt hominem filium Dei.

Fructus pacis. D *Tria efficiūt hoīē filiū Dei.*

TErtio conſideremus pacis fructum, qui a Domino ſubinfertur cum dicitur, Quoniam filij Dei vocabuntur. Tria profecto efficiunt hominem filiū Dei. Primum fides formata, ſecundum charitas, tertium pacis concordia.

Quod formata fides hominem, Dei filium facit. Cap. 1.

Primū eſt fides.

PRimum, quod efficit hoīem, filiū Dei, eſt fides formata & viua. Eſt profecto fides viua, quidam viuificus radius in humanum intellectum gratis de fonte vitæ deſcendens. ꝑinde ꝓpheta in pſona taliū fideliū ait, pſal. 4. Signatū eſt ſuper nos lu. vul. tui Dñe, dedi. lę. in corde meo. Vultus ſiquidē Dei rō eſt: quia ſicut per vultum homo homini ſimilatur, & homo hoīem recognoſcit: ita ꝑ rationem ſimiles ſumus Deo, & ipſum recognoſcimus Deum. Lumen autem vultus hmôi fides formata eſt per gratiam gratificantem. Nam ſicut moneta informis eſt, donec imago regis ei per cuneum inprimat: ita rō noſtra deformis eſt, donec per gratiā fidei formatæ cęlitus illuſtretur. Ratio enim eſt imago creationis: ſed fides formata eſt imago recreationis. prima eſt ex natura, ſecunda ex gratia. Hoc autem lumen ſignatū eſt ſuper nos. ſ. filios Dei. Vnde ad tales ad Ephe. 1. Apoſtolus ait: Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Atque in perſona talis fidelis propheta ſubdit, Dediſti lætitiam in corde meo. non extra in vanis. Nam omnis gloria filiæ regis abintus. Talis fides formata filium Dei facit. proinde Ioā. 1. c. ſcriptum eſt, Quotquot autem receperunt eum, ſcilicet per fidem formatam: dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

(E, F in margin.)

Quod perfecta charitas & dilectio inimicorum perfecte faciunt filium Dei. Cap. 2.

G

SEcundū vero, quod efficit hoīem filiū Dei, eſt charitas pfecta. de qua Mat. 5. Dñs ait: Diligite inimicos vr̃os, bñfacite his q̄ oderūt vos, & orate ꝓ pſequētibꝰ & calūniātibus vos, vt ſitis filij pr̃is vr̄i, q̄ in cęlis eſt: qui ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. In quibꝰ ſacratis verbis oſtēdit Dñs tria de charitate perfecta, q̄ efficit hoīem filiū Dei. primū eſt meritū, ſecūdū eſt pmiū, tertiū ē exēplū. Primo inquā ponit meritū, quod q̄ dē in tribꝰ cōſiſtit. primo in dilectione ſeu diligentia cōtra inimicātes, ſcdo i bñficētia cōtra odiētes, tertio in orone feruida cōtra pſequētes & calūniātes. Primo inq̄ cōſiſtit meritū i dilectiōeſeu diligētiacōtra inimicātes. Et de hoc Dñs ait, Diligite inimicos veſtros. In hoc, ſm gl. cōſiſtit latitudo cōſūmate charitatis. Diligite ait. ſ. affectu, nō vitiū, ſed naturā. Et hoc triplici rōe. primo ꝓpter Deum, quia oīa quæ ſunt, diligēda ſunt, nō tm̄ filij, ſed etiam canes & vermes & cūcta quæ creata ſunt. Secundo ꝓpter nos, quia Deꝰ eſt faber & ipſi ſunt mallei ſeu lima ad amouendum rubiginē pcōrum nr̃orū & ad fabricādū nobis coronā in gloria ſempiterna. Tertio ꝓpter eos, q̄a filij Dei ſunt, licet inſani, atq; frēs nr̃i, licet infirmi: propterea maiori

Tria de charitate perfecta. H *Primum.* *Secundū.* *Tertium.*

A maiorí charitate diligendi ſunt. Nam ſicut
Ber. ait: Amare amanté naturę eſt: nó aman
tem vero beneficij cogere ad amoré perfe-
ctionis eſt Chriſti. Nomine tamen inimico-
rum intelligit tam perſonales hoſtes, quam
generales, qui. ſ. odiunt nos propter natio-
nem, vel cóem perfectioné. Intelligit quoq;
per hoc tam inimicos temporales, qui non
curãt niſi temporaliter nocere nobis, & qui
non inimicantur homini, niſi ſm hanc tem
poralem vitam, q̃ etiam ſpirituales, qui. ſ. o-
diunt Deum in nobis, & nos propter Deũ,
ſicut ſunt hæretici, & quilibet noſtræ fidei
perſecutores. Vt autem aperte clareſcat, qñ
B hæc dilectio inimicorũ ſit conſiliũ, vel præ-
Duplex affectus dilectionis inimici. ceptum, aduertendũ eſt, ꝙ duplex eſt affect⁹
huius dilectionis. Vnus innocentiæ, alius
beneficentię. Primus eſt affectus innocétiæ,
quo nolumus proximo noſtro nocere, &
ſic pręceptum eſt, Non. n. optandũ eſt alicui
malũ per ſe. ſ. in quantũ malum: Per accidés
tñ optandum eſt. ſ. in quantum expediés ſit
reipublicę, ſeu illi. Secundus eſt beneficen-
tię. Et iſte aut attenditur quo ad ſpiritualia
neceſſaria ad ſalutem, & ſic eſt præceptum.
Oibus. n. bonum gratiæ & gloriæ optandũ
eſt. Aut quo ad temporalia, & ſic in articulo
neceſſitatis pręceptũ eſt, niſi hoc eſſet in no
C cumentum ſui, ſeu alterius. Aut præter arti
culum neceſſitatis, & ſic non eſt præceptũ
de inimicis perſonæ: ſed conſilium de ini-
micis reipublicę, nec eſt conſiliũ, nec præ-
ceptum. Secundo vero conſiſtit meritũ in
beneficentia contra odientes. Et de hoc Do
minus ſubdit, Benefacite. ſ. effectu, his qui
oderunt vos. Et hoc tum propter naturę cõ-
formitatem, quia hoíes ſunt, Eſa. 58. Carné
tuã ne deſpexeris, tum pp propriam vtilita
té. Chryſ. Si beneſeceris inimico, tibi am-
plius feciſti, tum propter diuinam imitatio-
nem. Hier. Noli negare, quod Deus nulli ne
gat. Qñ autem hæc beneficentia ſit conſiliũ,
vel præceptum, diſtinguendũ eſt, ſicut ſu-
D pra diſtinctum eſt de inimicorum dilectio-
ne. Tertio aũt conſiſtit meritum præcepti
huiuſmodi in oratione feruida contra per-
ſequentes & calumniantes. Et de hoc Dñs
addit, Et orate pro perſequentibus. ſ. aperte
& facto, vt puta fugando de loco ad locũ;
& calumniantibus vos. ſ. verbo & per appa
rentem iuſtitiam, ſed tamen occultam mali
tiam. Si ét quæratur, ſi talis oratio ſit præce-
Quæſtio. ptum, vel conſilium. Dicendum, ꝙ orare in
Solutio. generali pro talibus. i. non excludere eos a
cóibus orationibus eſt præceptum: orare
vero pro eis in ſpeciali perfectionis conſi-
liũ eſt. Secundo vero ponit Dñs pręmiũ, qđ E
quidé maximũ eſt. Vnde ſubdit, Vt ſitis filij
patris veſtri. Nõ natura. ſ. ſed imitatione &
gratia. q. d. Iam eſtis in ſpe, ſatagite vt ſitis ĩ
re, ſi cumulantur merita, cumulabuntur &
præmia ab eo, qui in cęlis eſt. Aduertendũ
eſt aũt, ꝙ quia iſte amor & dilectio inimico
rũ eſt actus notabiliter arduus, atq; diffici-
lis: ideo dicens, vt ſitis filij pa. ve. qui in cœ.
eſt, oſtendit in his verbis huius actus ſimul
ſublimitatem & formalé & finalem. Primo
quidem formalis ſublimitas eſt perfecta par
ticipatio diuinę conſormitatis, ſeu perfecta
imitatio diuinæ naturę, quę vtiq; eſt chari-
tas ſumma & pura, teſte Ioan. qui 1. can. ſuę F
4. c. ait, Deus charitas eſt. Hęc participatio
& imitatio per nomen filij, qui dr̃ a filos, ꝙ
eſt amor, optime deſignatur. Secũdo autem
ſublimitas finalis eſt, vt homo a Deo, vt fi-
lius in honoré erigat̃ & ſublimet̃, & quaſi ĩ
oibus iura filij obtineat in paterna hęredi-
tate. hoc ipſum iõ ad ſeptimã beatitudiné. ſ.
pacificorũ appoſuit, quia ꝙ quis perfectiſſi-
me diligat maximos inimicos, fieri nõ põt,
ſine ineffabili exuberantia diuinæ pacis. Me
rito ergo Chryſ. ait, Carnales filij non ſunt
culpabiles, ſi eorũ facies nõ ſunt ſimiles pa
tribus, qa nõ eſt in eorũ ptãte corpus ꝓpriũ G
figurare, ſed ſpirituales, niſi Deo ſimiles fue
rint eorũ culpa eſt, qui patris ſimilitudinem *Exẽplum*
perdiderunt. Fecit. n. Deus ho. ad ima. & ſi. *Domini,*
ſuã. Tertio aũt ponit Dñs exemplũ, di. Qui *maxime*
ſolé. ſ. oriri facit ſuper bo. & ma. & plu. &c. *pp duo.*
Hęc. n. duo in exéplum ponit maxime pro-
pter duo. Primo, quia ſunt euidentiora, & *Primo.*
& quaſi radix oíum, quę in terra naſcuntur
& nutriuntur. Nã virtus effectiua & cõſer-
uatio eorũ principiũ hẽt a ſole & ab eius ra
dio & calore. Humor vero eſt materia eorũ
& nutrimentũ. Secundo, quia ſunt aptiora *Secundo.*
ad deſignandũ ſumma & cõiora beneficia
gratię Dei, quę. ſ. ſunt Miſſio Chriſti in mun
dũ, qui eſt ſol aĩarũ nr̃arũ: & diffuſio, ſeu ir- H
rigatio ſtillicidij ſpũaliũ chariſmatũ & do-
norũ, q̃ quidé fluũt nõ tñ in bonos, ſed ét ĩ
malos, quos De⁹ ad ſe cõuertit, atq; oib⁹ ma
lis ſalté offerédo, q̃tũ eſt ex ſe, exhibet & o-
ſtédit. Põt inſuper dici, ꝙ duo ſunt pricipia
gñationis mundanarũ rerũ. ſ. calidũ & hu-
midũ. Calidũ quippe ĩ gñatione eſt loco pa
tris, & humidũ loco matris: & ſic poſuit ſo-
lé, in quo eſt fons caloris: & pluuiã, in qua
eſt fons humoris. Vt miſtice deſignaret ſu-
blimitaté Dei & vniuerſalé beneficentiã ei⁹
in vniuerſũ orbé. Raban⁹ vero hoc exponit
de ſole iuſtitię, & pluuia ſalutaris doctrinæ:

A

Quod vere pacifici, filij Dei efficiuntur. Cap. 3.

Tertiũ, quod homem filium Dei facit eſt pacis concordia.

TErtium vero, cui datur in pręmium filiatio Dei, eſt pacis concordia. Et de hoc Dominus in hac ſeptima Beatitudine dicit: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. quod verbum exponens Chryſoſt. in homilia inquit: Pacifici, q nec odiunt, nec litigant, ſed litigantes concordant, recte filij Dei vocantur: quia vnigeniti, hoc eſt opus congregare diſperſa, & pacificare cõtra ſe p̄liãtia. Talis quippe filiatio Dei ad Deũ ſimilationẽ importat. Nam ipſius Dei proprium eſt ſeipſo frui, ac quieſcere in ſeipſo. Merito ergo, qui prædicto modo pacifici ſunt, filij Dei denominantur. Profecto tales pacifici beati erunt, ex quo merebuntur fieri filij Dei: nam erunt Deo ſimiles, cum Deo gaudentes, & ipſius hæredes. Primo, quia erunt Deo ſimiles. vnde 1. Ioan. 3. ſcriptũ eſt: Chariſſimi nunc ſumus filij Dei, & nondum apparuit nobis, quid erimus: ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Secundo, quia erunt cum Deo gaudentes. Proinde Matt. 9. Dominus ait: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus? Tertio, quia erunt ipſius Dei hæredes, ſicut teſtatur Apoſtolus Rom. 8. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Hæredes ſiquidem Dei vocabuntur ab Apoſtolo in mundo, a malis in iudicio, a Chriſto in pręmio. Primo vocabuntur filij Dei ab Apoſtolo, ſicut teſtatur Apoſtolus, 1. Theſſa. 5. c. dicens: Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij Dei. i. Dei, q noſtra eſt dies. Secundo a malis in iudicio, ſicut Sapiẽ. 5. c. ſcriptum eſt, quod impij in iudicio dicent, Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. Tertio a Chriſto in pręmio. Vnde Mat. 25. c. dicet Dominus: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Vide igitur exceſſum huius ſeptimę beatitudinis ad omnes alias præcedentes. Nam ſecundum glo. maximam dignitatem pacifici habent, ſicut qui filius Regis dicitur, in domo regia ſummus eſt. Nam inter omnia præcedentia maximũ iudicatur vocari filius Regis: Inter quos, nos cõnumerare dignetur vnigenitus filius Dei Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto omnes pacificos effecit Dei filios, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Tales pacifici erũt filij Dei. (B) — *Tales erunt cum Deo gaudentes.* (C) — *Tertio erunt hæredes ipſius Dei.* — *Hæredes filij Dei ab Apoſt. in mũdo. Secũdo a malis in iudicio.* (D) — *Tertio in Chriſto in præmio.*

Octaua Beatitudo eſt Patientia, in qua agitur de martyrio & perſecutione iuſtorum, ad quæ hilariter ſuſtinendum hortatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus. E

Sermo IX.

Octaua beatitudo eſt Patientia.

BEati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mẽtiẽtes propter me, gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Iterum Matthæi 5. F

Porro poſtquam homo aduerſus ſeipſum factus eſt ſæuus, incurrens pęnam iuſſione Dei contempta, factum eſt, vt in alios ſeueritas hominis deſæuiret, vt etiam inferretur innocentibus perſecutio, pateretur mãſuetudo moleſtiam, iacturam iuſtus iniuſte toleraret, atq; ſpreta Dei iuſtitia non eſſet tutela bonis ab improbis ſuper terram, & iniquitate hominibus dominante neceſſarium factum eſt, vt perſecutio inter homines orta vexaret. Quæ cum euitari nõ poſſet vrente, atq; regnante malitia oportuit ſtatum patientiæ interponi & præmuniri iuſtitia, quæ cum adeſt in agonibus varijs hominum, omnem paſſionem efficit glorioſam. Proinde Saluator noſter octauam Beatitudinem patientiam ſtatuens ſubdit: Beati, qui perſecutionem, &c. Igitur determinata Beatitudine, & diſtincta in ſeptem beatitudinibus iam prædictis penes agere, in hac octaua determinatur penes ipſum pati. Nã ſicut patriæ beatitudo diſtinguitur penes aureã, atq; aureolam: ſic beatitudo vię, quæ eſt imago quædam & ſimilitudo illius. Porro præcedentibus beatitudinibus, quę conſiſtunt in perfectione actionis, reſpondet pręmium aureę. Huic vero, quæ conſiſtit in perfectione paſſionis, pręmium aureolę, quę hic per regnum miſtice denotatã. Pręterea ſicut ad perfectionem pertinet bene agere: ita etiam mala pati. Secũdum enim Aug. hæc octaua Beatitudo eſt probatiua & conſummatiua priorum, ita q primæ ſeptẽ hominem perficiunt, ſed octaua glorificat, & perfectum demonſtrat: quia tunc aperte tam ſibi, quam alijs apparet homo perfect⁹ in qualibet præmiſſarum, quando pro qualibet illarum conſeruanda, atq; propaganda ſubit homo promptiſſime mortem &

G — H

omne

A omne genus confuſionis & pęnæ. Et vere vſquequo homo certus eſt, ad plenum hanc promptitudinem ſe habere certificari non poteſt, ꝙ in illis perfectus ſit. Conſtat autē ꝙ experientia huius actus certiſſime tam ſibi, quam alijs hoc oſtendit. Dupliciter tamen ad patientiam bene ſe habet homo. Primo per ſortitudinem, ſecundo per beatitudinem. Primo per fortitudinem, vt puta quando imminente paſſione & tribulatione homo a virtutibus non diſcedit, licet ſuſtineat aduerſa cum diſplicentia & dolore. Et hoc fit per fortitudinem, quæ virtus politica eſt. Secundo vero bene ſe habet homo

Dupliciter ad patiētiā bene ſe habet homo

B ad patientiam per beatitudinem, quod quidem excellentius fit, quam per virtutem moralem: Nam talis patientia huiuſmodi beatitudinis, eſt quædam fortitudo diuina, videlicet cum ſuſtinet homo non tantum patienter, ſed etiam & lętanter, ſicut & martyres faciebāt, qui quāto acerbioribus tormentis cruciabantur, tanto amplius in Domino lætabantur. Vnde Act. 5. de Apoſtolis ſcriptum eſt, Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Eſt igitur hæc octaua Beatitudo quædam

C manifeſtatio & confirmatio ſeptem præcedentium. Ex hoc.n. ꝙ aliquis eſt firmatus in paupertate ſpiritus & mititate & alijs ſequentibus, prouenit ꝙ ab his bonis propter nullam perſecutionem recedit. Ex quo ſequitur, ſecundum Tho. ꝙ omnia beatitudinum præmia ſibi debentur. Chryſoſt. vero in homil. cauſam reddit, quare perſecutionis beatitudo immediate ſequitur beatitudinem pacis dicens, Poſita pacificorum beatitudine, ne aliquis extimaret, ꝙ ſemper pacem quærere bonum ſit, ſubdit dicens, Beati, qui perſecutionem patiuntur &c. Circa igitur hanc beatitudinem triplicem doctrinam dat nobis Dominus Ieſus Chriſtus. Primo doctrinam generalem, ſecundo doctri-

D nam ſpecialem, tertio doctrinā ſingularē.

De hac beatitudine triplicē doctrinam dat nobis Dñs

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod tria requiruntur, vt quilibet martyr fiat.

Prima doctrina eſt generalis exhortans ad martyriū.

PRimo enim dat Dñs de beatitudine hāc doctrinam generalem ad martyriū exhortātem. Porro tria ſunt, quę martyrē efficiūt. Pęna, cauſa, & perſeuerātia: ſeu ſuppliciū, motiuū & pręmium. Primū eſt pęna, ſeu ſuppliciū. Et de hoc dicit, Beati, qui perſecutionē patiuntur. E Secundum eſt cauſa, ſeu motiuum: & de hoc ſubdit, ꝑp iuſtitiam. Tertium eſt perſeuerantia, ſiue pręmiū, & de hoc addit, qm̄ ipſorum eſt regnum cęlorū. Et poteſt eſſe thema, cū de hoc ſolo art. fieret ſermo.

Tria ſunt quæ martyrem efficiunt.

Triplicem perſecutionem iuſtus quilibet pati poteſt. Cap. 1.

Primū eſt pœna.

PRimum quippe, quod martyrē facit, eſt pęna, ſeu ſuppliciū. ait.n. Beati, qui perſecutionem patiuntur. Triplicem.n. perſecutionem F iuſtus quilibet pati poteſt. Primā in ſubſtantia, ſecundam in fama, tertiam in perſona. Prima quidem in ſubſtantia.ſ.cum quis ſuſtinet hilariter priuari ſubſtantia temporali, atq; ꝑdationes. Et de hoc Apoſt. ad Heb. 10.c. commendabat quoſdam, cum ait: Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Et iterū Prouer. 12.c. ſcrip. eſt: Qui negligit damnum propter amicū, iuſtus eſt. Multo amplius iuſtus eſſe probatur, cū quis propter inimicum hoc idem facit. Secūdo pati poteſt iuſtus perſecutionē in fama, qđ maxime per contumeliam fit. ſm̄.n. magiſtrum Alex. de Ales in 2.q.43. Contumelia G eſt peccatum ex improperio ſermonis manifeſto tendens in proximi nocumentū. Tūc quippe maxime patientia neceſſaria eſt. Nā, vt Chryſ. ait: Nō eſt aliquid contumelia moleſtius, & quod maxime poteſt mordere hominis animam. Nam ſicut idem inquit, Inimicitiæ tempore ira accenſa & anima ardēte, quod minimum eſt, magnum apparet: & quod non valde iniurioſum eſt, oneroſum eſſe videtur: occiſionem.n. peperit & ciuitates integras euertit. Sicut.n. amicitia exiſtente, quæ oneroſa ſunt fiunt leuia: ita etiā inimicitia ſubiacente, quæ parua ſunt fiunt importabilia. Ad hoc quidem, remediū tribuit Chryſ. dicens: Cum conuiciatus fuerit aliquis: intellige quo ſupplicio torquetur, & H non ſolum non habebis iram, ſed & lachrymas emittes. Aduerſus autē febricitantē nullus exacuitur, neq; aduerſus inflammatū, ſed miſeretur oium taliū. Sic cōtingit de illo, qui contumeliā infert, cōpatiendū eſt ei tanq̃ febricitanti. Tertio pati poteſt iuſtus perſecutionē in perſona. Et de talib9 ad Heb. 11.c. Apoſt. ait: Alij ludibria & verbera experti ſunt, inſuper & vincula & carceres: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierūt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati,

Quilibet iuſtus triplicē perſecutionē patitur.

Prima in ſubſtātia.

Secunda in fama.

Tertia in perſona.

A ſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, & cętera, q̃ ſunt ibi. Et ad Ro. 8. c. Apoſ. feruore huius beatitudinis inflammatus ait: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptum eſt, Quoniã propter te mortificamur tota die, extimati ſumus ſicut oues occiſionis. ſed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.

Quod propter triplicem iuſtitiam patitur quilibet homo iuſtus. Cap. 2.

Secundũ, quod martyres facit eſt cã.

B SEcundum quidem, quod martyrem facit, eſt cauſa, ſeu motiuum. Et de hoc Dominus ſubdit, propter iuſtitiam. Nõ enim tantum dixit, qui patiuntur, ſed addidit, propter iuſtitiam. Triplex eſt iuſtitia, ꝑꝑ quam patitur iuſtus. Prima eſt iuſtitia fidelitatis, ſecunda eſt iuſtitia moralitatis, tertia eſt iuſtitia charitatis. Prima inquam eſt iuſtitia fidelitatis. De qua Ro. 3. Apoſt. ait: Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Et iterum 5. c. inquit, Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deũ per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et ad Gal. 3. Ex fide iuſtificat gentes Deus. Et

Triplex iuſtitia ꝑꝑ quam patitur iuſtus.

Prima eſt iuſtitia fidelitatis.

C paulo ſuperius ait, Abraham credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Propter hanc. n. fidelitatis iuſtitiam incõcuſſe tenendam, hi qui cęperunt in exordio naſcentis eccleſię perſecutiones ſæuiſſimas paſſi ſunt vt ſanguis immenſurabilis funderetur ſacratus Deo furore dæmonum, & terroribus tyrannorum: Atque vt nil deeſſet in pęnis, ac tormentis, & moriendi varietate quin iuſtificati per fidem in ſuis perſecutionibus paterentur. Hac igitur cauſa propoſita. ſ. iuſtitia fidei ſecurè in omni agone certatur, & intrepide ictus bellorum excipiuntur. Con greſſio queritur, vt patiẽtia ferro, fuſte, ſcor

D pionibus, fame, ſiti, exilio, carcere, vinculis, tunſionibus, flagellis, flagris, omni genere verborum, iniurijs, conuitijs approbetur. Vnde & martyres libentiſſime mortem ſuſtinuerunt, ne dererent fidem & vilẽ æſtimauerunt omnem corporis penã propter fidei ſanctæ iuſtitiam. Secunda eſt iuſtitia moralitatis, propter quam etiam patitur iuſtus hic poſt credita ea, quę ſunt agenda cõplectitur, pro qua pati ne deſeratur, neceſſe eſt, & illa ſegregari non poteſt, quę ne committatur, quod nefas eſt ſponte ſuſcipitur. Omnis quippe virtus iuſtitia eſt, cum ex ipſa caueatur iniuſtũ, & illi placeatur cui ſer-

Secunda eſt iuſtitia moralitatis.

uire omnis iuſtitia perſuadet. Non igitur tm̃ E
beati, qui bene operantur: ſed magis beati ſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, non propter ſcelera, vt malefici, hæretici, latrones, & homicidę. 1. Pet. 4. Nemo veſtrũ patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: ſed propter iuſtitiam. ſ. faciendam, defendendam, prmouendam, cõſeruandam, atq; annunciandam. Tertia eſt iuſtitia charitatis. Sicut. n. Iac. 1. c. ait, Patientia opus perfectum habeat. Ex eo quidem patientia opus dr̃ habere perfectũ, quia per ipſum Dei, & proximi dilectio vera examinatur: & an, & quanta inſit, cognoſcitur manifeſte. Conſueue- F
runt ocio marcere virtutes, nec de ipſis hr̃i põt inhærentia certa, niſi cũ oppoſitis habuerint qñq; congreſſum. Sed nulla patientia, vbi nulla iniuria, nulla cõtumelia, nulla tribulatio irrogatur. Sed cũ aderunt hoſtiliter oppugnantia & aduerſantia mentẽ pariter, atq; ſenſum, tunc patientia clareſcere facit dilectionẽ, qua proximum diligere credebamus, cũ ſeuerè, atq; inhumane tractati ſeruantes amorẽ, odiũ propulſamus, nõ attendẽtes irã, atq; malitiã, ſed creatã naturã, ac ẽt illã, q̃ nobis offertur gratiã non cõſiderantes, qđ irrogatur: ſed qđ iubet̃ nõ magni pendendo mala, q̃ irrogat homo ſęuus, ſed G
q̃ promittit pijſſimus Deus, nõ qđ nos patimur, ſed qđ pro nobis paſſus eſt inter hoĩes homo factus. Similiter ẽt, quanta charitate Chriſto iungamur, mõſtrat patientia in aduerſis ne ſeiũgamur. Proinde Apoſt. 8. c. ad Ro. ait: Certus ſum. n. ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; Virtutes, neq; inſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu Dño nr̃o. Ecce vñ patientia opus perfectũ hẽt, quia vtriuſque pcepti tenet inconcuſſe pfectionẽ. Nil ꝓ-
fecto iuſtius eſt, q̃ ſic agere ne quis ſeparet̃ H
a Chriſto. Iuſte impenduntur ſponte opes & ingerit ſe patiẽtia, cũ inuite tollunt̃. Aio imperturbato cũcta pericula tolerant̃, mors in deſiderio ſit. Acerbe mori cõputat̃ in lucrũ; vitã perdere ſuperexcedens eſt bonũ, ne iuſtitia charitatis per impatientiã in anima auertatur: vnde Chriſtus ab ipſa ſeparatus abſcedat. Dicã ampli⁹. Nõ eſt quippe pſecutio ſolũ attẽdẽda in illatis corporaliter pęnis, & in his malis, q̃ poſſunt lingua ꝓferri, ſed iuſtis pati a charitatis iuſtitię diſſimiles hominum mores ẽt nullis illatis, aut dictis aduerſis, magna profecto pſecutio eſt.

Tertia eſt iuſtitia charitatis.

Crucia-

A Cruciatus eſt quippe amatori Dei ſibi videre, quod diſplicet, & diuinam habet offenſam. Non. n. poteſt verus Dei cultor abſque perſecutione tranſire, videns quippiã maieſtati diuinę ingratum. Amor ad dilectũ iniurias dilecti ſuas profecto perſecutiones facit, etiam ſi eſſet ipſe circunquaq; pacatus. Et diligẽs proximum vt ſeipſum, in animo perſecutionẽ patitur, cum ipſum videt affligi manens ipſe nõ tactus. Et amator honeſti, fortiter in animo cruciatur ex omni turpi, quod agitur, etiam ſi non obligetur ad actus. Sicut de ſeipſo Propheta inquit, pſal. 118. Vidi præuaricantes & tabeſcebam. i.
B pro ipſis dolui, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Et ibidem idem ait: Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Profecto præuaricatores legis Dei etiam intactis corporibus & imperturbatis rebus, tacitis verbis, necnon forte impenſis obſequijs perſecutores validi ſunt amicorum Dei & dilectorum iuſtitiæ charitatis, quæ perſecutio etiam propter iuſtitiã eſt ferenda, vt ſemper diligamus proximũ cum odio vitiorum ſuorum.

C *Quod primæ & vltimæ beatitudini propter tria in præſenti poſſeſſoriè promittitur regnum cœlorum.*
Cap. 3.

Tertium, qđ martyrem facit eſt perſeuerantia.

Tertium vero, quod martyrem facit, eſt perſeuerantia, ſeu præmium, aut perſeuerantiæ pręmium. Propterea Dominus ſubdit: Quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Supra. n. ſermo. 2. c. vlt. poſitę ſunt rationes, quare voluntaria paupertas & perſecutio temporalis ſorores ſunt, & ꝙ eis claues regni cęlorum non tantum promiſſorie, sed etiam poſſeſſorie conceduntur. Sed ad præſens tres alias rationes

Poſſeſſorie ꝑmittitur vltimę beatitudini regnū cœlorū ꝑꝑ tria

D ſuperaddamus. Poſſeſſorie quidem promittitur primæ & vltimæ beatitudini regnum cęlorum. Primo propter affectionem, ſecundo propter afflictionem, tertio propter comprehenſionem. Primo propter affectionem. Nam ſicut per paupertatem per viam abdicationis omnium mundanorum exit homo quaſi de hoc mundo, vt ſe ſtatuat in altiori ſeculo, ſeu regno: ſic per ſufferentiã martyrij exit homo mentaliter & corporaliter de hoc mundo, ac de ſua corporali vita, vt vadat altius ſeculum, ſeu regnum. Et ad hoc Matt. 10. c. hortatur Dominus dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere, E
ſed potius eum timete, qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennam. Signãter autem perſecutionem propter iuſtitiã prędixit, cum prohibuit timorem humanum imponens diuinum. Et ne crederent hoies in perſecutionibus a diuina prouidẽtia derelinqui per cõparationem minimorũ, q̃ta factori noſtro ſit cura de nobis, aperte monſtrauit cum ſubdit: Nonne duo paſſeres aſſe vęneunt, & vnus ex illis non cadet ſup terrã ſine patre veſtro. Et ſequitur: Nolite ergo timere, multis paſſerib⁹ meliores eſtis vos. Secundo propter afflictionem. voluntaria quippe paupertas quoddam genus martyrij eſt, quia extra a mundi punctionibus laceratur, & intus a multis vexationibus ſtimulatur, ne voluntarius pauper quaſi in luto mundi delitijs, diuitijs, & magnificentijs requieſcat. In huius myſterium pungiť paupertas præfata intra ſpinarũ ſæpem veſtibus multipliciter laceratis, ſicut patet in conuentu Aſſiſij, in capella, quæ ſita eſt ſup altare B. Franciſci. In martyrio quoq; corp⁹ affligitur vſq; ad mortẽ. In vtroq; igitur vincere animum neceſſe eſt. ſ. quo ad delectabilia huius mũdi, & gloriã eius. Proinde glo. inquit, Qui gloriam cęli optat, opprobrium & ſupplıciũ non timet in terra. Et ſuddit: Quantum quis de laude hominum lætatur, tm̃ de opprobrio cõtriſtatur, quem laus extollit, vituperatio deprimit. Vbi quis quęrit tm̃ gratiam apud Deum, non timet confundi in conſpectu hoium. Tertio propter cõprehenſionem. Nam ſub noĩe regni oĩa alia pręmia comprehenduntur: quod quidem primæ beatitudini tanquam radici & fundamento & habitaculo ſequentium virtutum primaria ratione adſcribitur huic, tanquam fini, ſeu termino omnium, & tanquam illi, qui de facto introducit ad regnum cœlorum. H

F

G

Articvlvs Secvndvs.

Quod ad triplicem ſuſtinentiam Dominus Ieſus Chriſtus hortatur iuſtos, atq; perfectos.

Secũdo aũt circa hãc beatitudinẽ tribuit nobis Dñs doctrinã ſpecialẽ. Nã cum prius in ꝓcedẽtib⁹ beatitudinib⁹ in tertia pſona Dñs loqueteť, tñ in explicatione, ſeu replicatione, huius octauę beatitudinis cõuertit ſermonẽ ad diſcipulos ſuos, dicẽs: Beati

Secunda doctrina circa hãc beatitudinẽ eſt ſpecialis.

A Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos. Quod & fecit forſitan propter exceſſiuã difficultatem iſtius, propter quam ſpeciali perſuaſione indiget. Proinde conuertitur ad perfectos, vt animaret, atque armaret, quos ſicut agnos inter lupos miſſurus erat, ſicut Lu. 10. ipſe dixit. Ad triplicem ſuſtinentiam ſpecialiter hortatur Domin⁹ diſcipulos ſuos, & quoſcunq; perfectos. Primo ad ſuſtinendum maledictiones, ſecundo ad ſuſtinendum perſecutiones, tertio ad ſuſtinendum detractiones. Impij enim tripliciter perſequuntur bonos. Primo enim maledicunt præſenti-
B bus, ſecundo de loco ad locum fugant perſecutionibus, tertio detrahunt iam fugatis & abſentibus.

Ad triplicẽ ſuſtinẽtiã ſpecialiter hortatur Dominus diſcipulos ſuos, & quoſcũq; perfectos

Quod in maledictionibus, quaſi in beatitudine iuſti gloriari debent. Cap. 1.

Primo hortatur ad ſuſtinẽdũ maledictiones.

PRimo enim hortatur eos ad ſuſtinendum maledictiones. Propterea inquit: Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines. ſ. carnales & infideles. glo. i. ex odio in faciẽ
C contumelias dixerint. Graue quidem fit ab hominibus maledici, præſertim ab his quibus non inimicandi, ſed amicandi cauſa perſtruitur. Proinde Pſal. inquit, pſal. 55. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. Apoſtoli quidem, atque diſcipuli Dñi amorem omnium ex præcepto eis impoſito merito vendicabant, qui mittebantur omnium nunciare ſalutem, dirigere in melius vagos hominum mores, omnes infirmitates depellere, dæmones effugare, ordinare terrena, perſuadere diuina, nul-
D lius cauſa quęſtus, nullius ambitionis & inanis glorię, aut terrenæ delectationis intuitu, & ſic eos ſæue in multorum maxime tyrannorum odium deuenire diuina prouidentia diſponebat. Porro omnibus benedicere miſſi erant, atq; benefacere, maledictiones & conuitia peramplius ſuſcepturi, quorum ibant procurare ſalutem, & in viã dirigere ſalutarem. Præuiderat enim eos Saluator noſter in prima perſecutionũ acie poſitos de nouo naſcentis eccleſiæ velut duces belli Chriſtiani populi cum dæmonib⁹ & mundi principibus certaturos, non alia

cauſa belli ſuppoſita, niſi noua fide incarna- E
ti verbi omnium cauſam agentis, dum pateretur in cruce, qua fide idolatria propellenda erat, dæmones effugandi, tyranni ſubijciẽdi, mores renouandi, noua ſacrificia, ſacramenta potiora condenda, pœnitentia prædicanda, mirabilia innumera facienda, venia danda conuerſis, beatitudo in ſuperis promittenda.

De perſecutionibus perferendis, & quando & quare fugiendæ ſunt. Cap. 2.

Secundo ad ſuſtinẽdũ perſecutiones.

SEcundo hortatur eos ad ſuſtinendum F
perſecutiones, dicens, Et perſecuti vos fuerint. Cum enim fugat quis fugiẽtem hoſtiliter, perſecutio nominatur. Hanc & Apoſtoli perpeſſi ſunt cęteriq; conſimiles & fugientes a fugantibus de terris ad terras, de prouincijs ad prouincias, de Iudeę regione ad inſulas & regna gentium tranſmigrarent. Sic & monefecerat Matt. 10. c. ipſe Saluator dicens: Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliã. ſ. vt amplius nomen veſtrum diuulgetur, & veſtra prædicatio audiatur, prouideatur infirmitati veſtrę, atq; hoſtibus veſtris parcatur. Interlinearis. Non debetis ſemper reſiſtere, G
ſed ad tempus fugere, vt alijs poſſitis prodeſſe. Sic fugit Iacob a facie Eſau, Gen. 27. ſic Dauid a Saul. 1. Reg. 19. ſic Helias a Iezabel. 3. Reg. 19. ſic Paulus a Damaſco. 2. Corint. 11.

De ſupportandis detractionibus, & quot detractiones Apoſtoli perpeſſi ſunt. Cap. 3.

Tertio ad ſuſtinẽdã detractiones.

TErtio hortatur ad ſuſtinendum detractiones. Et de hoc Dominus ſubdit, Et dixerint omne malum aduerſum vos, ideſt, omnia genera verborum H
malignantium, ſecundum glo. De his detractionibus, 2. Corint. 6. Apoſtolus ait: Per arma iuſtitiæ, ſcilicet pertranſimus, a dextris, ſcilicet proſperitatis, ne eleuemur: & a ſiniſtris, ſcilicet aduerſitatis, ne frangamur per gloriam, ſcilicet cum honoramur: & ignobilitatem; ſcilicet cum vituperamur. Per infamiam & bonam famam, quia a quibuſdam dicebantur magi & deceptores, & a quibuſdam veritatis prædicatores. Et ad hoc idem ſubdit, Vt ſeductores, ſcilicet reputati

putati

A putati ſumus, & veraces.ſ. ab alijs æſtimamur, ſicut ignoti.i.a Deo reprobati.ſ.reputati ſumus a malis, & cogniti.i.a Deo approbati,& domeſtici.ſ.reputati ſumus a bonis, quaſi morie̅tes.i.morti corporali expoſiti,& perculis mortis. Et ecce viuimus.ſ. corporaliter & ſpiritualiter: vt caſtigati.ſ. flagellis & preſſuris, vt a prædicatione ceſſaremus,& non mortificati, quia ſcilicet nõ deſiſtimus a prædicatione.q.d. Licet a Deo per flagella caſtigemur, tamen per eum a morte eripimur, vt prædicationi vacare poſſimus, quaſi triſtes, ſcilicet in perſecutionibus reputatione malorum. ſemper autem gaudentes, quia per Spiritumſanctum

B maiorem recipimus conſolationem, ſicut egentes,ſcilicet victum & veſtitum ab alijs mendicantes:multos autem locupletantes, ſcilicet ſpiritualibus bonis. Vnde Sibilla Erithrea de Apoſtolis ait: In paupertate ſeminabunt diuitias tanquam nihil habentes,ſcilicet temporalis aut ſpiritualis boni, in reputatione malorum, & omnia poſſidentes, quia non ſibiipſis viuebant, ſed Chriſto.Omnia autem erant ſubiecta Chriſto, Matt.vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, ait Dominus. Propter

C quod Apoſtoli omnia reputabant eſſe ſibi ſubiecta. In cuius ſignum obediebant eis ad nutum etiam inſenſibiles creaturæ.

Articvlvs Tertivs.

Quod in tribulationibus quas patimur, vt meritoriæ ſint, tria concurrere debent.

D

Tertio circa hanc beatitudinẽ tribuit nobis Dñs doctrinã ſingularẽ, ea quę dicunt contra nos debẽt hr̃e hæc tria.

TErtio vero circa hanc beatitudinem tribuit nobis Dominus doctrinam ſingularem dicens,Mentientes propter me, gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. In quibus ſacratis verbis, manifeſte oſtendit,ꝙ ea,quę dicuntur contra nos, debent habere hæc tria. Primo,ꝙ ſint mendacia falſa, ſecundo, ꝙ ſit cauſa iuſta, tertio ꝙ ſit lætitia magna.

E

Quod gaudẽter maledictiones & detractiones pati debemus, ſi mendaciter imponuntur. Cap. 1.

Primo q̃ ſint mẽdacia falſa.

PRimo inquam debent eſſe mendacia falſa. Propterea inquit, Mentientes. Oportet enim, ſecnndum Chryſ. ad hoc ꝙ beatitudo hæc competat nobis, quod malum, quod de nobis dicitur, non ſit in nobis, & quod propter odium Chriſti id dicatur de nobis. Chriſtum autem intellige tam in ſe, quam ẽt in mẽbris ſuis, & quam in virtutibus ab eo præceptis, atque conſultis. Ioannes enim in patiendo pro reprehenſione F adulterij, atque pro caſtitatis zelo,dici poteſt paſſus propter ipſum Chriſtum.Dupliciter tamen mentitur homo. Primo ſimulatione bonæ vitæ, ſecundo verbo mendacis loquelæ. Primum quidem mendacium includit ſecundum. Creditur enim mendaci loquelę propter apparentiam bonæ vitæ. Proinde 2.Corin.11.c. Apoſtolus periculũ in falſis fratribus enumerat inter pericula grauiora. Et Apocalip.2.c.Angelo primę eccleſię de falſis fratribus dictum eſt:Et tentaſti eos,qui dicunt ſe Apoſtolos eſſe,& nõ G ſunt: & inueniſti eos mendaces. Ad literã tempore illo in eccleſia emergere cęperũt, qui plus de nomine, quam de bonæ vitæ veritate curabant. Et tales Angelus.i.epiſcopus eccleſiæ primæ inuenit mendaces tam opere, quam ſermone. Vnde non tantum tunc, ſed etiam nunc lumen diſcretionis neceſſarium eſt, vt vtrunque mendacium detegatur. Quod autem multi pſeudoapoſtoli in eccleſia tunc ſurrexerint, ex Epiſtolis Pauli patet. Nam crebro & acriter inuehit contra eos. Fingebant enim ſe a magnis Apoſtolis miſſos, ſed pro quæſtu prædicabant,& pro gloria temporali. H

Quod propter iuſtam cauſam debent quilibet iuſti aduerſitates pati. Cap. 2.

Secundo quod ſit cauſa iuſta.

SEcundo quod ſit cauſa iuſta. Et de hoc ſubdit, Propter me.q.d. Non propter excuſationem peccatorum, ſicut mentiuntur fures: non propter lucrum terrenorum,ſicut mentiuntur cupidi: non propter fauorem hominũ, ſicut faciũt vane glorioſi: ſed quod perfectiſſimnm eſt, propter verbum Dei, ſicut Apocalip.6.c. ſcriptum eſt: Vidi

A Vidi ſub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant. Quantumcúq; enim iuſti ab impijs patiantur, patientia tamen & meritum eorum minus eſt, & inferius merito patientię regis martyrum, qui Dei filius eſt in aſſumpta humanitate. propterea Io. ait, Vidi ſubtus altare animas interfectorum. Sicut.n. tota congregatio Sanctorum digne dicitur Dei templum, ad quorũ quoſdam. 1. Cor. 6. Apoſt. ait: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Sic merito altare dicitur humanitas Chriſti, quæ cęteris Sãctis in cęlo celſior eſt. Altare enim ab altitudine nominatur. Animæ quippe omnium electorum ſub hoc altari ſunt, quantum ad meritum & gloriæ pręmiũ, quæ hoc ipſo vno homine omnes inferiores ſunt: vt non ſolũ de hominibus, ſed & de Angelis, ad Eph. 1. Apoſt. audeat dicere, Quod. ſ. conſtituit eũ pater ad dexteram ſuam in cęleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Sed ne credatur omnes interfectorum animas, eo ꝙ interfectæ ſint, hoc priuilegio gaudere, vt participes ſint meritorum & glorię Chriſti, merito ſuperaddit, Propter verbum Dei & propter teſtimoniũ quod habebant. Non.n. qui patiuntur, vt fures, adulteri, & homicidę, ſicut prædictum eſt: ſed propter teſtimonium verbum Dei, quod prædicant, & propter teſtimonium, quod in Chriſtianis operibus oſtendebant. i. propter doctrinam & vitam Chriſtianam paſſi hãc gloriam merito conſequantur. Proinde. 1. Pet. 2. ſcriptum eſt: Si bene facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.

D

Quod intus gaudere, & extra exultare debemus; maxime quia patimur propter Chriſtum. Cap. 3.

Tertio q' ſit lætitia magna.

TErtio, quod ſit lætitia magna. Et de hoc Dominus ſubdit: Gaudete in illa die & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. In quibus ſacratis verbis tria ad lætitiam inducentia Domin' manifeſtat. Primum eſt triumphale gaudiũ, ſecundum exhilarans ſignum, tertium eſt ſuperabundans pręmium. Primũ eſt triumphale gaudium, dum dicit, Gaudete. ſ. interius in corde. Aduertendũ eſt autem, ꝙ cũ duo Saluator ad ſuſtinenda mala in cauſa

Tria ad lætitiã inducentia Dñs manifeſtat.

ſubijceret. ſ. ſemetipſum & gaudium ſupernorum: vnũ cum ſuperius ait, propter me: alterũ cũ adiecit: Gaudete & exultate in illa die, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Primum virtutis, ſecundum beatitudinis fuit. Amplius propter primum, quã propter ſecundum mala paſſos Apoſtolos legimus fuiſſe gauiſos. Nã vt dicitur Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu conſilij, qm̃ dig. habi. ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Vt magis lætarentur mala pati propter Chriſtum, quã propter promiſſa regna cęlorum. Optimi.n. militis eſt, nõ ob rem, ſed propter Regem in bello pugnare. Secundum eſt exhilarãs ſignum. Et de hoc ſubdit, Et exultate. ſ. exterius. i. quaſi præ gaudio extra ſaltate, quod eſt ſignum latentis lætitię, quæ ſuperabundat in corde. In illa die. ſ. tribulationum. Et ad hoc hortatur Propheta dicens, Exultate Deo adiutori noſtro. Tertium eſt ſuperabundans pręmium. Et de hoc ſubdit, quoniam merces veſtra. ecce ſufficientia iuxta meritum. copioſa eſt, ecce affluentia ſupra condignum. in cœlis. ecce indeficientia vltra terminum. In cœlis inquit, non huius viſibilis mundi, ſcđm Aug. ſed in ſpiritualibus firmamentis, vbi habitat ſempiterna iuſtitia. Vel ad literam eſt in cęlis ex parte ſubiecti. ſ. ex parte beatorum, qui localiter eſt in cęlis.

E F G

Breuis declaratio beatitudinum præmiſſarum.

Breuis declaratio beatitudinum.

BEati pauperes ſpiritu. Hi ſunt humiles corde, qui nec habent quod perdant, nec ſperant aliquid quod poſſit amitti: quia nec a proximo expectant honorem, nec a Deo expectant pręmium. Beati mites, qui vilipendunt ſe verbis, geſtis, & factis, vt vilipendantur ab omnibus terrena contemnendo & nullum iudicando. Beati qui lugent mala commiſſa & bona omiſſa offendendo Deum, & proximum, & ſeipſum, deformando ſe ab imagine & ſimilitudine Dei, qui plorant, quod amiſerũt Deũ, ſed magis plorant, ꝙ Deus amiſit eos. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qui regnũ mentis eſuriunt reformare quantum ad corpus: & ſitiunt quantum ad animam, vt Deo reddatur honor, proximo amor, & ſibi verecundia, atq; abiectio. Beati miſericordes, qui in omnibus miſerijs transformati per amorem ita compatiuntur, vt magis deſiderent eas pati quam compati, mala eorum

H

reputan-

A repurando ſua. Beati mundo corde, qui mundi a ſorde peccati transformati in omnibus aliorum malis compatiendo, ſimplici oculo in Deum intendendo, inter mundana mundi mundum habent aſpectum. Beati pacifici, qui reconciliati Deo, ſibi, & proximo habent pacem cum Deo, oĩa ſua iudicia diligendo, conſcientiæ ſuę obediendo, & cum Deo proximum amplectendo. Beati, q̃ perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, qui parati ſunt omnia mala præſentia & futura propter honorem & amorem Dei, & amorem proximi, & odium ſui, ſuſtinere diligendo iuſtitiam Dei.

B

Epilogatio omnium prædictorum.

ECce ſub quot modis diuerſis ſignificandis ad agendam meritoriam vitã Saluator noſter homines animauit & monſtrauit, quanta eſt diuerſitas agendorũ: ſed omnium horum finis eſt regnum cœlorum. Nam voluntaria paupertas finem habet regnum cęlorum. Mititas terram hæreditabit, ſed illam regni cœlorum. Lugentes conſolabuntur, ſed in regno cœlorum. Eſurientes iuſtitiam ſaturabuntur, ſed in regno cœlorum. Miſericordes miſericordiam cõ-
C ſequentur, cum intrabunt in regnum cœlorum. Mundi corde Deum videbunt, intuitiue in regno cœlorum. Pacifici Dei filij vocabuntur & erunt, ſed in regno cœlorum. Perſecutionem patientes propter iuſtitiam gaudebunt in regno cœlorum. Demum ſecũdo directus ſpecialiter ad Apoſtolos poſt omnia tolerata & ſuperata pericula promittit regnum cœlorum: Quod nobis per ſanctiſſimam paſſionem ſuam & crucem largiri dignetur exemplar omnis patientiæ, Dominus Ieſus Chriſtus, cui cum Patre & Spirituſancto eſt benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio, honor, virtus, &
D fortitudo in ſecula ſeculorum, Amen.

Pro feſto omnium Sanctorum, ſeptem beatitudines aliter exponi poſſunt.

Alia declaratio beatitudinum.

ALiter quoq; pro feſto omnium Sanctorum prædictę beatitudines exponi poſſent. ſ. ſecundum anagogicum intellectum. i. de cęleſti curia & gloria Beatorum. Et ad hoc poteſt aſſumi thema, propheticum illud, Gloria hæc eſt oĩbus Sãctis eius, pſal. 149. Sunt quippe in cœleſti Hieruſalem ſeptem Beatorum ſocietates. Prima

Septẽ beatorũ ſocietates.

quippe ſocietas ſunt ſpiritus cœleſtes, ſecũda Patriarchæ, tertia Prophetæ, quarta Apoſtoli, quinta Martyres, ſexta Confeſſores, ſeptima Virgines. Has ſocietates contemplatus eſt Ioannes in dextera Ieſu Chriſti, Apocalip. 1. Propterea inquit, ꝙ ille, qui erat ſimilis filio hominis, habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Chriſtus ſiquidem duas manus habere perhibetur, dexteram videlicet & ſiniſtram. De quibus Prouerb. 3. c. ſcriptũ eſt: Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitię & gloria. Quid enim longitudo dierum in dextera Dei, niſi gloria Beatorũ duratura in ſempiternũ? Quid per ſiniſtram, niſi eius diſpoſitio temporalis, qua etiam malis hominibus gloriam & diuitias temporales diſpenſat? De his etiã manibus, Cant. 2. ſponſa ait, Leua eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Leua quippe Domini Ieſu Chriſti ſub capite ſponſę eſt, cum propter amorẽ ſponſi eccleſia militãs temporalia ſpernit. Dextera vero ſponſi eam amplexatur, cum in cęleſti curia ab eo glorificantur prædictæ ſeptem ſocietates, quæ per ſeptem ſtellas in manu Chriſti ſignantur. Vt de Chriſti dextera verificetur, quod Eccl. 24. c. ſcriptũ eſt, In plenitudine Sanctorum detentio mea. Poſſumus igitur cõtemplari in cœleſti Hieruſalem miſticas ſocietates varijs ſignis, ſeu inſignijs diſtinctas ad ſimilitudinem mundanarum ſocietatum. Nam & Apoc. 7. c. Io. ait, Audiui numerum ſignatorum centum quadragintaquatuor milia ſignati, ſcilicet in gloria ſempiterna. Has igitur ſocietates contemplabatur futuras in cœleſti Hieruſalem Propheta, cum ait: Gloria hæc eſt omnibus Sanctis eius. Quas myſtice per ordinem contẽplemur & nos in euangelio hodierno. Societas prima. Prima ſocietas eſt ſpirituum beatorum, & hi ſunt domicelli in curia cœleſtis Imperatoris. Horum denique ſignum eſt paupertas ſpiritus. Cuius ratio eſt, quia pauper dicitur, qui parum habet de terrenis, & de ſubſtãtia mundi huius. Hoc etiam nomen vulgare ſonat: Nam pouer, quaſi poco hauer. i. paucas terrenas diuitias poſſidere. Diuitiæ ſiquidem temporales terrenæ ſunt. Nam aurum & argentum & ſimilia, terra diiudicantur. Vnde & qui minus de terrenis habet, & ab eis per affectũ amplius elõgatur, magis pauper dici põt. Cũ igiť Angelici ſpiritꝰ ſint habitatores cęlorũ, nihil terrenũ habere probantur. Proinde ipſorũ ſignũ, paupertas ſpiritus merito dici poteſt. Vnde de is Dñs ait: Beati

E F G H

Prima ſocietas.

A Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. Vel iſti pauperes ſpiritu merentur dici, qui nihil ſibi virtutis appropriant, vel vſurpant, ſed omnia bona attribuunt ſummo Deo. Quod quidem fecerũt ſpiritus beati, ſicut patet Apoc.7.c.cum de Deo iam beati gratias agentes dixerunt:Benedictio & claritas & ſapientia & gratiarũ actio, honor & virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum,amen. Aiunt.n.benedictio.i.de nihilo opere Dei licet cuiquã impie iudicare,qa omnia bene fecit. Et claritas,hoc eſt omnia perfecte intelligit,& ſapientia.i.omnia ſapienter diſponit, & B gratiarum actio.i.omnia gratis dat. honor, qa ſolus bonus. Solum.n.honorandum eſt, qđ per ſe bonum eſt. Et virtus,quia omne perficit bonum. & fortitudo Deo noſtro, quia omne repellit malum in ſecula ſeculorum. qua circunlocutione in ſcripturis ſemper æternitas denotatur.Amen.i.fiat. Hæc omnia ſeptem appropriãtur ſoli Deo, ſibi autẽ nihil boni. Contra quæ omnia maligni ſpiritus affecti ſunt. Qui volunt ergo aſcendere ad cęleſtium ſpirituum ſocietatẽ,horreant grauari terrenis bonis, cũ graue deorſum tendat, nihilq; virtutis & boni cũ Angelis ſibi approprient, cum ſm Apoſt.2.Co C rin.3. non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis,quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Nam vtiq; de diuitibus, Mat.19.c. Dñs ait, Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem.ſ.talẽ intrare in regnum cœlorum:quia videlicet illud per multas minutias aliquo modo fieri poteſt, hoc autem fieri impoſſibile eſt.

Secunda ſocietas. Secunda ſocietas. Secunda ſocietas ſunt Patriarchæ. Et hi ſunt ſicut principes Imperatoris in regno cœlorum. Vnde Propheta inquit, pſal.46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Horũ ſiquidem ſignũ mãſuetudo eſt. Nam manſue D tus profecto eſt ille, qui humilis eſt in proſperis,& patiens in aduerſis: & ſic fuerunt Patriarchæ. Proinde Num. 12.c.ſcrip.eſt de ſanctiſſimo Moyſe: Erat.n.Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Et hæc eſt ſecunda beatitudo, de qua Dominus ait: Beati mites,quoniam ipſi poſſidebunt terram.Qui ergo deſiderat eſſe de hac ſocietate,ſequatur Chriſtum,qui Mat.11.c.ait:Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. ſ. in proſperis & aduerſis.

Tertia ſocietas. Societas tertia. Tertia ſocietas eſt Prophetarum,qui ſunt ſecretarij ſummi Imperatoris. Hi ſunt,qui ſecreta eius mundo reuelauerunt. Vnde dicitur Propheta, E quaſi procul fans, ſecundum etimologiam. Dicebatur olim Propheta videns,quia Prophetæ videbant,quæ cæteri videre non poterant: & proſpiciebant quæ in miſterio alijs abſcondita erant. Intelligebant quippe veri Prophetæ,quæ videbant. vnde Iob 13.c. Ecce omnia hæc vidit oculus meus & audiuit auris mea,& intellexi ſingula. Qđ verbum pertractans Greg.11.moral.ait:Cũ aliud oſtenditur, vel auditur, ſi intellectus non tribuitur, prophetia minime eſt. Vidit nanque Pharao per ſomnium,quæ in Ægipto ventura erant,Gen.11.Sed quia nequiuit intelligere,quod vidit,Propheta,ſcilicet F non fuit. Aſpexit Balthaſar rex articulum manus ſcribentis in pariete,Dan.5.ſed propheta non fuit, quia intellectum rei quam viderat, non accepit. Vt igitur beatus Iob prophetiæ ſpiritum ſe habere teſtaretur,nõ ſolum vidiſſe & audiuiſſe, ſed etiam intellexiſſe omnia ſe aſſerit. Quia igitur iſti prophetæ videbant in ſpiritu mala, quæ ventura erant ſuper populos ſceleratos, lugebãt peccata eorum. Vnde Iere.9.c.ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte G interfectos, ſcilicet in anima filiæ populi mei? Quis dabit me in ſolitudinem diuerſorum viatorum & derelinquam populum meum & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt,& cetus præuaricatorum,& extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mendacij,& non veritatis,confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt,dicit Dominus. Hoc quoque egerũt multi alij prophetæ,de quibus tota ſacra ſcriptura referta eſt. Et ideo horum ſignum eſt luctus. atque de huiuſmodi Dominus ait: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Qui ergo deſiderant eſſe de ſocietate iſtorum, lugeant peccata & ſcelera, inſaniaſque populorum, & H flagella, quæ propter illa ſuper eos ventura ſunt, & tandem conſolabitur eos Deus.

Quarta ſocietas. Societas quarta. Quarta ſocietas Apoſtolorum eſt, qui magni Imperatoris iudices ſunt,& etiam aſſeſſores, teſte Domino,qui Matt.19.c. hoc eis promiſit dicens: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Signum, ſeu inſignia eorum eſt famelica iuſtitia. Nam quia totus mundus

A dus erat in poteſtate tyranni, ſcilicet diaboli, qui non erat Dominus naturalis, ſed dominabatur iniuſte: ideo Apoſtoli ſancti, famelicq́ iuſtitiæ accenſi zelo contra idolatriam pugnauerunt & expulerunt dæmones, reſtituentes dominium mundi ſuo domino naturali, ſcilicet Domino Deo vero. Et de his Dominus ait: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Qui ergo deſiderat eſſe de ſocietate eorum, ſit zelator iuſtitiæ contra arlias & incantationes fallaces, & contra omnia mundi ſimilia, necnon & contra omnes mundi impietates, vt dicere valeat cum Propheta, Zelus

B domus tuæ comedit me. Societas quinta.

Quinta ſocietas. Quinta ſocietas martyrum eſt. Et hi milites ſunt Imperatoris. Inſignia horum ſunt miſericordia, ſeu pietas. Et de his Dominus ait: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Se enim & ſua ex miſericordia tradiderunt. Nam, vt ad fidem traherent eos, propria corpora tradiderunt tyrannis, animas Deo, mundi ſubſtantiam pauperibus largiti ſunt. Vnde glo. ibidem ait, Miſericordia eſt dare & remittere. Sic fecerunt martyres ſequentes Chriſtum, qui Lu. 23. c. ait: Pater, dimitte illis: nõ

C enim ſciunt quid faciunt. Qui ergo deſiderat eſſe de ſocietate illorum, ſua vel de ſuis ex pietate pauperibus tribuat, & ſe perſequentibus hylari corde remittat, ſicut Dominus Lu. 6. ait, Dimittite & dimittemini. Societas ſexta. Sexta ſocietas eſt cõfeſſorũ.

Sexta ſocietas. Et hi ſunt theſaurarij magni theſauri Chriſti. Theſaurus quippe Chriſti ſacra ſcriptura eſt, repoſitus in corde mũdo. Ipſis quippe credita ſunt eloquia Dei propter munditiam cordis eorum, quam qui non habent, habere non poſſunt ſapientiam Chriſti. Proinde Sapien. 1. c. ſcriptum eſt: Probata virtus corripit inſipientes, quoniam in maliuolam animam non introibit ſapien-

D tia, nec habitabit in corde ſubdito peccatis. Horum ſiquidem ſignum eſt munditia cordis. Nam ſicut Prouerb. 22. ſcriptum eſt: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem. Et merito quidem. Cui enim tam conuenienter, & libere oſtendit ſe Deus, quam ei, qui propter amorem ſuum in ſe cor mundum ſeruat? De talibus igitur Dominus ait: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Qui igitur concupiſcit fieri de ſocietate iſtorum, hæc tantummodo duo quærat, ſecundum Bernar. ſuper Cantica. Primum eſt gloria Dei: ſecundum eſt vtilitas proximi, quia in his E

duobus tota lex pendet & prophetæ, vt dicitur Matth. 22. c. Societas ſeptima. Septima vero Sanctorum ſocietas eſt virginum beatarum. Et hæ ſunt ſicut ſponſæ *Septima ſocietas.*

Imperatoris. Cui merito congruit integritas virginalis. Nam & virginem voluit habere in ſponſam & in filij ſui matrẽ. Inſignia, ſeu arma earum, eſt ipſa pax vera. Cuius ratio eſt, quia per virginitatem ſanctam hæc pax contra pugnam carnis, mundi, & diaboli triumphaliter obtinetur. Nam eis deuictis, atque proſtratis, ſequitur inter ſponſum & ſponſam quies & pax, atque tranquillitas vera. Talis pax vin F

culum eſt amoris inter ſponſum & ſponſam. De quo vinculo Gen. 2. miſticè Adã ait: Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. De tali pace virginum Dominus ait: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Non tantum ſponſæ, vt ſponſæ dicantur propter fœminas virgines & filij propter mares. Qui amat fieri de ſocietate eorum, amet pacem temporis, ſeruet pacem pectoris, pugnet pro pace æternitatis, vt poſſit dicere cum Propheta, pſal. 4. In pace in idipſum G

dormiam & requieſcam. Hoc eſt in pace pectoris, dormiam in præſenti, & in futuro requieſcam, ideſt, perfecte quieſcam in pace æternitatis, quę ſcilicet eſt pax in idipſum immutabilis, atque inuariabilis. Pax vero huius temporis non dicitur in idipſum, quia ſępe mutatur & variatur. Quam tamẽ nobis largiri dignetur rex pacificus Dominus Ieſus Chriſtus, vt per pacem temporis acquiramus pacem pectoris & per pacem pectoris pertingamus ad H

pacem æternitatis, in qua glorioſus triumphat cum patre & Spirituſancto per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Finis tractatus de octo Beatitudinibus euangelicis.

A

In Aſcenſione Domini noſtri Ieſu Chriſti in mane.

Sermo I.

ASCendit Deus in iubilo, *Pſal. 46.* Cum enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus de cęlorum ſublimitate deſcenderet, & inter homines habitaret, atque ad cęlorum regna rediret, nihil aliud intendere demonſtrauit, niſi quod vitam & mo-
B res voluit nos docere, quibus illum ſequeremur in cęlum, vbi tandem beatificaremur in eo. Proinde Eccl. 1. c. ait: Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens girat per meridiem & flectitur ad Aquilonem, luſtrās vniuerſa per circuitum. Sol iſte Chriſtus eſt. Vnde Malac. 10. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Oritur in natiuitate, Zachariæ 6. c. Oriens nomen eius. Occidit in paſſione. Ad locum ſuum reuertitur in Aſcenſione, ibique renaſcens. ſ. effectiue: quia nos fecit renaſci per aquam & Spiritumſanctum. Girat per meridiem. i. per Iudæos, per quos girare merito dicitur: per circuitum, quia a Iu-
C dæis eccleſia cępit, & iterum reuertetur ad eos. Vnde quidam ait: Cępit ab ijs, transfertur ad hos, refertur ad illos noſtra fides, & erunt omnes in fine fideles. Iſte etiam ſol flectitur ad Aquilonem, hoc eſt ad gentes in idolatria frigentes. ad quas bene dicitur flecti, quia ad eas filius Dei principaliter non fuit miſſus, ſicut Mat. 15. c. ipſe ait: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Luſtrat vniuerſa per circuitum, iuxta illud Rom. 11. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate, vt omniū miſereatur. De terris ergo ad cœlos aſcen-
D dit, vt nos cœleſtes efficeret & ad cœleſtia euocaret. Vnde nulla Chriſti ſolennitas tantum deuotas animas eleuat ad ſuperna, quantum præclara dies huius ſolennitatis. Hinc Bernar. in ſermone de Aſcenſione inquit: Solennitas iſta chariſſimi, glorioſa eſt. conſummatio enim Chriſti adimpletio eſt reliquarum ſolennitatum, & felix clauſula totius itinerarij Ieſu Chriſti filij Dei. Merito quidem ſolennitatis & lętitiæ dies agitur, quando ſol iſte ſupercœleſtis lætitiæ noſtris ſe præſentauit obtutibus. Magna quoque lætitia & exultatio multa nimis, quando conſciſſo ſacco lætitia circundatus eſt, & noſtræ dedicauit E
primordia reſurrectionis. Veruntamen quid mihi ex ſolennitatibus iſtis, ſi conuerſatio mea adhuc detinetur in terris? Dico ergo, non multo mihi minus tolerabilior erit exilij huius habitatio quam gehenna. Denique niſi abiero, inquit, Paraclitus non veniet ad vos &c. Vides ne quemadmodum cæterarum ſolennitatum ea, quam hodie celebramus, conſummationem habeat, & fructum declaret, & augeat gratiam. Sicut enim cætera omnia eius, qui pro nobis natus eſt: ita quoque eius aſcenſio propter nos facta eſt. Hæc Bernar. Habet quip-
F pe hæc præclara dies tria præ omnibus alijs ſolennitatibus officia in deuotis mentibus operari. Habet enim primo officium eleuandi, ſecundo officium illuminandi, tertio officium delectandi. Nam per eam memoria eleuatur ad alta, intelligentia illuminatur ad clara, & voluntas dulcoratur ad ſuauia & æterna, vt ſimul tota anima poſt Chriſtum ad cœleſtia ſubleuetur. Et hæc tria officia in verbo propoſito exprimuntur. Primo officium eleuandi tangitur: ibi, aſcendit: ſecundo officium illuminandi ſubditur ibi, Dominus: tertio officium delectandi additur ibi, in iubilo.

Hæc præclara dies hēt tria officia in deuotis mentibus operari.

G Primum inquam officium eſt ſubleuandi, quia dicitur quod Chriſtus caput noſtrū ſcendit, vt memoriam noſtram eleuaret ad reminiſcentiam æternorum. Quod & anima Chriſti ſponſa, Cant. 1. poſtulat dicens: Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Secundo quidem ex tali eleuatione ſequitur ſecundum officium, quia intellectus a Deo illuminatur: ideo ſubditur, Deus. Deus quippe interpretatur videns. Nam omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, vt dicitur Heb. 4. Dicitur etiam ab effectu videns, quia facit nos videre per fidei lumen, ſicut Propheta inquit, pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen.
H Tertio vero ex tali illuminatione tertium officium ſequi neceſſe eſt, qđ eſt delectatio & dulcoratio voluntatis. Et de hoc Propheta ſubdit, in iubilo. ſecundum enim glo. Iubilus eſt ineffabile gaudium, quod nec taceri poteſt, nec exprimi valet. Sed ſecundum Alexand. de Ales, poſſumus addere dicentes: Iubilus eſt ineffabile gaudium habitum pro æternis, quod nec taceri poteſt, nec exprimi valet. Ad literam Chriſtus aſcendit in iubilo Angelorum, in iubilo Apoſtolorum, in iubilo Redemptorum.

Primum.

Secundū.

Tertium

Primo

A Primo enim iubilauerunt Angeli propter tria, ſeu de tribus, ſcilicet de hominum reparatione, de ſuæ ruinæ reſtauratione, & de ſui regis exaltatione. Secundo iubilauerunt Apoſtoli etiam propter tria, ſcilicet de Spiritusſancti certa promiſſione, de gentium multa conuerſione, & de Chriſti glorificatione. Tertio exultauerunt redempti inſuper propter tria, ſcilicet propter cęli apertionem, propter ſuam redemptionem, & propter Angelorum aſſociationē: Quæ omnia memoria deuota recolens, & intellectus per fidem intelligens, & affectus in eis congaudens iubilando, cum Abacuc
B 3. cap. ait: In Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Hoc per experientiam probauit miles quidam nobilis natura, ſed nobilior gratia: De quo legitur ꝙ ob deuotionem ſuam perrexit ad Terram ſanctam, præmiſſa humili confeſſione, & ſumpta deuotiſſimè ſacra communione, viſitare cępit ſanctiſſima illa loca, in quolibet deuotiſſimè contemplans miſterioſa opera Chriſti. Cępit primo viſitare locum, in quo Chriſtus annunciatus eſt. Ibi contemplabatur Dei profundiſſimam humilitatem, patientiam & benignitatem, deuotionisque dulcore lachrymarum multitu-
C dinem effundebat. Abijt ad præſepium Chriſti. O quis exprimere poſſet, quanta lachrymarum effuſione terram illam rigabat, illam oſculando, labia infigendo: inſuper & lingua ex magnitudine feruoris & deuotionis illam lingendo? Viſitat Iordanem, atque nouo cariſmatum dono nudatur, baptizatur in illo; de illo potauit, lachrymis rigauit. Et contemplando quaſi Angelis præſentibus Chriſtum a Ioanne baptizari conſpexit. Ingreditur deſertum ſolitudinis, ibique manens conflictum hoſtis cum Domino, & Chriſti victoriam contemplatur. Aſcendit montem Tabor, &
D ibi præſentibus Apoſtolis, & Prophetis transfiguratum Dominum, & ſicut Solem eius rutilare faciem, quaſi apertis oculis ſpeculatur. Veniensque ad montem ſanctum Sion cęnantibus Apoſtolis cum Ieſu, videt ſuum ſanctiſſimum ſacramentum Dominumque diſcipulorum ſuorum humilem pedes abluere. Ingreditur hortum trans torrentem Cedron: liqueſcit cor eius in Dominico ſudore, & agonia: Rabidaque crudelitate videt Dominum capi, & in Hieruſalem catenatum immaniter duci, & hincinde ductum, ligatum, & durè afflictum, & flagellatum conſpicit ad colum-
nam. Contemplaturque Dominum condemnatum, & crucem duri ſupplicij baiulantem compatiens, & lachrymans itinere ſequebatur. Caluarium denique conſcendens montem Dominum crucifigi, & in cruce fluente ſacro ſanguine eleuari, Mariamque doloris gladio vulneratam lachrymarum profluuijs, & compaſſiua amaritudine cordis quaſi corporeis oculis cernere videbatur. Replebatque lachrymis loca Dominico ſanguine madefacta: Viſitat, amplexatur, oſculatur, & lachrymis rigat Dominicam ſepulturam. Cunctis de- E
niq; Domini Ieſu Chriſti viſitatis locis vltimo venit ad ſacrum Oliueti montem, vnde Dominus aſcendit in cęlum: Ibique totam mentem omnesque animæ vires eleuans ad ſuperna flexis genibus proſtrauit ſe ad veſtigia pedum Domini Ieſu, quæ reliquit in cęlum aſcendens: illa deoſculans, illa profluuio lachrymarum irrigans, & corde amoris dulcedine liquefacto brachijs, & manibus eleuatis, & ad cęlum erecta facie inquit: Dulciſſime mi Ieſu, neſcio vbi amplius quæram te, concede mihi queſo ex dulcedine miſericordiæ tuæ, vt nunc veniam ad te. Et ſtatim his dictis anima eius ex amoris dulcedine expirauit. Cernen- F
tes autem conſocij ſui, & ſerui, illum eſſe defunctum, dolentes & lachrymantes quendam peritum medicum adduxerunt, vt certa experientia diſcerent, an defunctus eſſet, & quæ necis ſubitaneæ cauſa extitiſſet. Quem cum medicus verè mortuum reperiret: interrogauit, cuius naturæ, & conditionis, atque conuerſationis hic vir nobilis extitiſſet. Cui reſponſum eſt, ꝙ fuerat vir totus iucundus, dulcis, amabilis, deuotus & feruidus in amore Dei. Tunc medicus ait: propter exceſſum amoris, atque dulcoris, & gaudij G
cor eius ſciſſum eſt. Apertoque latere eius cor illius ſciſſum repertum fuit, atque in eo ſcriptum: Amor meus, Ieſus. Vides igitur exemplo huius deuotiſſimi viri, quantum ſit animę eleuatiua ſolennitas iſta. Et merito quidem, quia aſcendit Deus, & aſcendere facit in iubilo. Circa igitur hanc iubiloſam aſcenſionem tria per ordinem contemplemur. Primo aſcenſionis antecedentia, ſecundo aſcẽſionis conſequentia, tertio aſcenſionis ſubſequentia. H

A ARTICVLVS PRIMVS.

De tribus iubilis, qui præceſſerunt Chriſti Aſcenſionem.

PRimo inquam cõtemplemur Aſcenſionis antecedentia. Circa quę tres iubili cõſiderandi ſunt. primus amoroſæ cõuiuationis, ſecundus affectuoſæ iucundationis, tertius eſt feſtiuæ proceſſionis.

De familiari conuiuio, in quo Chriſtus voluit intereſſe ante ſuam Aſcenſionem. Cap. 1.

B

Primus iubilus. PRimus eſt iubilus amoroſæ conuiuationis. Sicut enim Marci 16. cap. ſcriptum eſt: Recumbentibus illis vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus. Recumbẽbant quidem non ſolum ipſi, ſed vt piè credendum eſt, Virgo Beata, & deuotiſſimæ mulieres Magdalena, & Martha: atque nonnulli alij, ſicut diuino inſpiramine ordinatum eſt, cum vndecim diſcipulis cõuenerunt ad diſcumbendum. Et tunc apparuit illis amoroſus Ieſus, moreque ſolito aſtantibus ſalutatis cum eis viſceroſa charitate comedit. C Etibi, ſicut teſtatur Marcus, exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, ſcilicet præteritam, non præſentem: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe a mortuis, non crediderant. Hæc quidem exprobratio vtilis fuit, tam eis quam nobis. Eis vt de ſua tarditate priori fortius compungerentur, & ad eius oppoſitum fortius accenderentur, & animarentur: Nobis enim eſt in exemplum. & documentum vitandi conſimiles tarditates. Comedit quippe cum eis, vt oſtendat cum quanta charitate, & familiaritate ſe illis exhi- D buit, atque inuiſcerauit. Conſtat enim, quòd tunc nulla neceſſitate pro ſuſtentatione ſui corporis comedebat, ſed ad ſolam condeſcendentiam, & familiarem ſocietatem, & vnitatem ad eos. Tunc quidem blanda conſolatione eos pro aſcenſu ſuo ad patrem benignè affatur, oſtendens profecto quàm congruum eſt peractis myſterijs, pro quibus venit, quòd cœlorum alta conſcendat. Et quidem de patris amore, & de multa circa eos ſolicitudine, & de mittendo eis Spiritusſancti munere, eos longo ſermone conſolatus eſt. Proinde Actuum. 1. Lucas ait: Et conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed E expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis inquit, per os meum: quia Ioan. quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Spiritusſancto, non poſt multos hos dies. Nec tamen determinat, per quot dies: vt miſticè innuatur hic, & in ſimilibus, quòd puncta, ſeu momenta magnorum, & arcanorum operum non ſunt, ne dicam mundo: ſed nec etiam Chriſti diſcipulis paſſim, & communiter reuelanda, & maxime antequam ſint plenè ſpirituales effecti, & ab omni animali affectu, & intelligẽtia depurati. Ad fomentum enim F feruoris, & ad ſolatium ſpei, ſufficit ſenſus accelerationis, ſeu breuitatis. Expergiſcere igitur anima Deo deuota, & ad tuam deuotionem aſſume verba ſermonis, quem fecit Ieſus in cœna, ſicut facit Eccleſia ſancta. Vnde contemplare quòd eis dixit: Vado & venio ad vos: non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Tanta quippe ſuauitate tenebantur diſcipuli ſui corporalis aſpectus, quòd impediebantur G in ſua inuiſibilia eleuari. Nam hoc eſt verè Spiritusſancto abundare, videlicet in inuiſibilibus tam diuinitatis Ieſu, quam beatitudinis communicatæ animæ Ieſu Chriſti ſumma contemplatione ſuſtolli.

De admirandis affectibus, atque modis, quibus ſe habebant in ſuo receſſu adinuicem Ieſus, & diſcipuli eius. Cap. 2.

Secundus iubilus. SEcundus iubilus eſt affectuoſæ iucundationis. Attolle contemplationis oculos mens deuota, & intuere quanta H pietate ſimul fruebantur, & liqueſcebant viſcera pietatis maternæ in aſpectu filij in carne glorioſa reſuſcitati, & in auditu corporalis diſceſſus. Contemplare illos mutuos, & flammeos reſpectus, quibus illi duo dilecti ſe mutuis vriceribus inſerebant & cordialium affectionum arcana ſibi mutuo refundebant. Puto quippe quòd illas ineffabiles intimationes, & ſpiritales allocutiones alijs omnino inſenſibiles, quibus mater & filius ſe intima inſertione mutuo fatebantur, impoſſibile ſit exprimere vlli linguæ: ſed etiam exteriora reuerentiæ ſigna amoriſq; indicia, quibus eam Ieſus

A Ieſus coram Apoſtolis honorabat: ad magnam reuerentiam, & deuotionem illius ipſos medullitus attrahebat, & inflammabat. Sed hæc honoremus ſilentio, & menti deuotę contemplanda linquamus. Potes quoque in tua deuotione penſare, quòd ipſa Magdalena, & dilectus ille Ioannes: Princeps quoq; Apoſtolorum Petrus, necnon & alij omnes multa potuerunt dicere Chriſto, multaſque conſolationes recipere, quæ cogitanda ſunt potius, quam ſcribenda. Nec eſt etiam inconueniens cogitare, quòd Apoſtoli a Chriſto de cordis duritia redarguti, ſe multa cum humili-
B tate proſternentes accuſauerunt, & a receſſuro veniam poſtulauerunt, ac ſe ipſos eidem cum multis lachrymis deuotiſſimè recommendauerunt. Quorum quanto humilis contritio copioſior fuit, magiſque profunda: tanto Chriſti ſuſceptio fuit magis benigna, & verbis conſolatorijs plena. O quis exprimere poſſet deſideria affectus, & lachrymas amoroſas totius illius multitudinis circundantis Ieſum? Et ſicut Actuum 1. cap. ſcriptum eſt: Diſcipuli, & alij, qui conuenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? vt ſci-
C licet populus Iſrael acquirat tale faſtigium, quod amiſerat. Quibus ille ait: Non eſt veſtrum, ſcilicet taliter ineptorum, & modici intellectus, ſicut modo eſtis: noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. quaſi dicat, quod & Ioan. 16. cap. alias dixiſſe refertur: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Sed accipietis virtutem ſuperuenientis Spirituſſancti in vos. Carius fuit quod gratioſè conceſſit, quam quod ſcire ab Apoſtolis, & cæteris denegauit. Plus autem eſt gratia, ſeu Spirituſſancti præſentia, quam qualibet præ-
D ſcientia futurorum. Ait enim virtutem potius, quam dulcorem, vel ſplendorem, & conſimilia: quia ſcilicet ſingulariter indigebant roborari cótra pugnam Iudæorum, & Paganorum, & dæmoniorum, & roborari virtute miraculorum. Vt ſcilicet quod per carnis infirmitatem non poteſtis, ex virtute Spirituſſancti poſſitis. Virtus enim ſonat hic fortem, & arduum, & prodigioſum modum accipiendi Spiritumſanctum, & eius dona. Ait enim ſuperuenientis Spirituſſancti in vos, id eſt ſuperinundantis, vt ſic ſignificet ſuperabundantiam venturi doni, qua vndique ſuperueſtientur. Ioannis quoque 14. cap. prædixerat eis: Paracl
E itus autem Spirituſſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et addit, Actuum 1. cap. Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Tunc, ſicut Marci vltimo refertur, illis dedit præceptum, dicens: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mor-

Signa credentium.

F tiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Hoc quippe ad literam intelligendum eſt de perfectè credentibus, & de ſignis ad fidem confirmandam neceſſarijs, aut valde expedientibus. Quamuis miſtice intelligi poſſit de vitiorum expulſione, & nouitate doctrinalium, & ſpiritualium ſermonum, quæ in Eccleſia fit per fideles, & per eccleſiaſtica ſacramenta, prout Gregorius in homilia huius ſolennitatis exponit. Ad literam quoque per illa verba oſtendit Chriſtus, quòd virtutibus, & miraculis eius datis, ad tantam eos dignitatem ef-
G ferret, quòd illis totum mundum in conuerſione ſubijceret. Et tamen, vt ſemper eos reduceret ad humilitatem, ſimul oſtendit quòd ad hoc non erant idonei, quantuncunque totiens informati eſſent ab eo, niſi illos in plenitudine maiori de nouo Spirituſſancti virtute ex alto veſtiret. Vnde Lucas vlt. cap. narrat, quòd illis ait: Vos autem ſedete hic in ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto. Et iterum Ioan. 14. cap. ait: Ego enim rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Ex his verbis patet, quòd Spirituſſanctus plenè conſola- H
bitur eos, omnemque veritatem vtilem ad ſalutem pro ipſis, & pro alijs eorum cordibus reuelabit, & eos efficiet fortes, vt poſſint imitari Chriſtum in zelo diuini honoris, & mundi conuerſione vſque ad hilarem tolerantiam paſſionum, & mortis.

A *De deuota proceſſione, & ſuauiſſima exhortatione facta a Chriſto diſcipulis ſuis. Cap. 3.*

Tertius iubilus.

TErtius eſt iubilus feſtiuæ proceſſionis. Prædictis igitur in cænaculo ſancto Sion cum inexplicabili charitate, & deuotione completis, tunc ſicut Lucas vlti. cap. refert, eduxit eos foras in Bethaniam: Et fortè non inconuenienter intelligi poteſt, quòd eos præcedendo corporali inceſſu eduxerit per illud viæ ſpatium vſque ad montem Oliueti, vnde aſcenſurus erat ad patrem. B Potuit quippe pius Ieſus hoc ad conſolationem puſilli gregis, quem ſtatim relicturus erat, corporali præſentia taliter facere, quòd eum ſolum videret Virgo mater, alijq; diſcipuli, qui cum Domino tunc in monte Sion fuerunt congregati, ſuo aſpectu alijs Iudæis, qui fortè in ſpatio viæ erant, vel quibuſdam alijs denegato. Porro nulli dubium eſt, quòd reuerenda mater cum ſanctis mulieribus, & Apoſtoli cum cæteris diſcipulis ad montem Sion fuerunt congregati cum multa deuotione, & mentis ardore, vt inde Saluatorem conſpicerēt aſcenſurum: Ibi quoque C illi beati ſpiritus ſanctorum Patrum; quorum fortè multi aderāt in corpore glorioſi, quos educens Dominus de inferno in terreſtri collocauerat paradiſo iuſſu Dñi aſtiterūt. Adeſt itaq; dilectus Ieſus medius inter has duas turmas vtroſque in ſeipſo, & inuicem mirando amore connectēs. In baculo namq; ſuæ ſanctiſſimæ crucis pertranſiens Iordanem noſtræ mortalitatis nūc cū his ſanctiſſimis turmis; vna in ſe trāsformata per gratiam, quam ad tempus relinquebat in terris, altera in ſeipſo glorificata, vel beatificata per gloriam, quam ad ſuæ aſcenſionis ſocietatem adducebat, ad cœlos reuerſurus erat ad ſedem patrū pectoris, D in quo æternaliter requieſcit. Vtrum autem benedictus Ieſus aliquos de ſanctis Patribus, qui aſtabant, Virgini matri cæteriſque Apoſtolis conſpiciendos monſtrauerit, qui & eos ſint familiariter allocuti, non eſt abſurdum credere, licet ſit temerarium affirmare. Piè tñ penſandū eſt, ꝙ licet Apoſtoli illum Sanctorum exercitū non viderent, cum nihilominus ſancti Patres cum multa iucunditate cernebāt illam ſanctiſſimam Virginem Domini ſui matrem, ſed & filiam Dominam & reginam ſuam, & in cuius ventris benedictione & ipſi a captiuitate educti erāt, & beatitudinis gloriam conſequuti. Intuebatur quoque cum E multa charitatis coniūctione illos dilectos ſuæ fidei filios, ſ. victorioſos Apoſtolos, per quorum ſtrenuos actus, & paſſionum aſperos cruciatus debebat crucis Chriſti trophеum deferri per totum orbem terrarum vniuerſusque orbis in Abrahæ fide æternæ hæreditatis poſſidere promiſſionem. Aſtans igitur dilectus Ieſus in monte Oliueti cum dulciſſima matre, & diſcipulis ſuis, cœpit eorum cōmota corda ex tali ſeparatione blandis ſermonibus demulcere, multaq; cū benignitate cōſolatus eſt eos. Deinde ad prælia futura confortans illos prædicit eis; In F mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem. Eſtote ergo fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum. Et ſtate confidenter, quoniam nō eſt pugna veſtra, ſed Dei. Ego aūt præcedam faciē veſtrā in Spirituſſancti igne, quo ad electos: & inflammabo in circuitu inimicos veſtros. Tunc matrē, quāto putas ardore cōmotā, quantoq; in gloriam deſiderio ferebatur? Nonne tibi videtur ipſe Ieſus blanda quaſi excuſatione matri oſtēdere deſiderium, quo ferebatur ad eam, & quaſi verbis apertis dicat? O mea verè & meæ naturæ genitrix, & meæ peregrinationis ſedula miniſtratrix, & particeps omniū G laborum meorum, quæ vltimo mecum per compaſſionē fuiſti cruci affixa: maternæ dilectionis teneritudo requireret, vt nunc te mecū in gloriā abſorberem, niſi horū dilectorū filiorū puſilliq; gregis indigentia retineret, quibus te matrē conſolatricē, atq; magiſtrā intima pietate relinquo, teq; ipſis vt reginam matrē, & Dominā recōmendo. Iterū, dilecta mater, veniam ad te & ad meipſum aſſumam te, vt vbi ego ſum, & tu in æternum ſis mecum: quia claritatē, quam dedit mihi pater, dabo tibi, & eam fideliſſima charitate tibi reſeruo. Deinde ad Apoſtolum Petrum ait: ¶ Dilecte fili, ego fidelis H vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Tibi ſubijcienda tradidi omnia regna mundi, tibique dedi claues regni cœlorum: Nec de mundo aliud erit fixum in cælo, quā quod tuo diſponetur arbitrio. Et tu mi dilecte Ioannes, memēto dilectionis, & gratiæ, qua ſemper tibi mea probaſti oſtēdiſſe præcordia, dormiſti ſuper hoc pectus ſanctæ Trinitatis ſacrarium, recōmendatæ tibi meæ matris in cruce diligēter exequaris officiū: nam demū per incendiū ſa-

cri

A cti amoris ad meum finaliter deduceris am-
plexum. deinde amoroſo aſpectu conſpi-
ciens Magdalenam ait illi: Filia pulchræ di-
lectionis,& amoroſæ remiſſionis,tene opti
mam partem,quam elegiſti, quia panẽ An-
gelorum etiã in præſenti longo tẽpore mã-
ducabis. Quis quæſo dubitare queat,ꝙ dum
hæc Dñs loqueretur: hæc ſua dilecta ample
xando, lachrymando, & oſculando tenue-
rit pedes eius?O anima dulcis Ieſu deuota,
ingere te contemplatione mentali illi amo
roſo,& delitioſo cõſortio, & intuere dile-
ctum Ieſum totum facie affluentem ſignis
mellifluæ charitatis,& modis, quibus con-
B decens fuit omniũ aſſiſtentiũ conſolari ſu-
ſpiria,quibus per ineffabilia amoris indicia
eorum corda in ſe amoroſiſſime transfor-
mabat. Lachrymabantur omnes,& dulco-
roſo amore corda omniũ liqueſcebant, lan-
guebant omnes, & quaſi quadam ſpirituali
ebrietate dulcoroſi amoris copioſas lachry
mas diſtillabant. Quis exprimere poſſet ar-
dores, feruores & ſuſpiria; & languores
dulcores, & altos ſenſus huius cœleſtis cę-
tus? Arguo meipſum,quòd aliquid volue-
rim balbutire de ſignis & verbis, quibus
hęc ſunt geſta: quod licet fecerim,vt legen-
tibus occaſionem tribuerem altius talia
C contemplari,tamen non ambigo inexpreſ-
ſibilia fore.

ARTICVLVS SECVNDVS

De alijs tribus iubilis, quæ concurrerunt in Chriſti aſcenſione.

Secundo contẽplanda ſunt aſcẽſionis conſequẽtia.

SEcundo contemplemur aſcenſionis cõ-
ſequentia. hucuſque pius Dominus, &
magiſter ſæpius apparẽs diſcipulis ſuis
& dignis argumentis illos ad fidem reſur-
rectionis erigens, & confirmans ſimulque
per oſtenſam familiaritatem eos ſibi con-
D nectens ſubito diſparebat. Erat ſiquidem
tunc in eorum mentibus quaſi hamus piſca-
tionis diuinæ, dum tamen in eis ſtaret ꝙ ei
amoroſo dulcore applicarẽtur. Tunc enim
de profunda voragine amoris proprij illos
educens, & a ſeipſis quaſi totaliter eradi-
cans, dum ſic ſubito diſparebat in amorem
ſuum, & inuiſibilis gratiæ tranſportabat.
Erat enim ſicut ſolicita aquila prouocãs ad
volandum pullos ſuos, & ſuper eos voli-
tans expandebat alas ſuas ſuper eos, & in
virtutis ſuæ humeris aſportabat. Poſt mul-
tos igitur hos volatus, quibus eorum mẽ-
tes prouocauit ad ſumma vno comple-
to volatu matris,& diſcipulorũ relinquens E
corpora in terris, ſed ad ſumma eorum ſe-
cum tranſportans corda eleuatis manibus
ſuis benedixit eis, vt dicitur Lucę vlti. mo-
tuque ſuaui, & plano in conſpectu eorum
ferebatur in cœlum.Contemplando igitur *Tres alij iubili.*
conſequentia huius ſacræ aſcenſionis tres
quoque alios iubilos conſideremus. Pri-
mus eſt condecentis eleuationis, ſecundus
numeroſæ lætificationis, tertius mirificæ
exaltationis.

De conuenientibus circunſtantijs, quibus Chriſtus ad cœlum aſcendit. Cap. I. F

PRimus iubilus eſt condecentis ele *Primus iubilus.*
uationis. Seruauit enim ordinẽ
diuina lege ſancitum, Lucæ 14.
Qui ſe humiliabitur, exaltabi-
tur. Et Ephe. 4. qui enim deſcendit, ipſe eſt,
& qui aſcendit ſuper omnes cœlos. Reuer-
titur ad cœlos, tanquàm bonus obediens
completa obedientia quo ad patrem: tan-
quam bonus mediator facta pace, & con-
cordia quo ad homines: tanquam ſtrenuus
pugnator habita victoria, quo ad dæmo-
nes. Iubilauerunt igitur omnes propter *Iubilauerunt oẽs propter tria.*
tria,quia ſcilicet Chriſtus aſcendit. Primo
potenter, ſecundo patenter, tertio ſapien-
ter. Primo enim iubilauerunt, quia aſcen-
dit potenter. Nam virtute propria nullo *Primo.*
egens adiutorio ſurſum vectus eſt. Vnde
merito cantamus, Exaltare Domine in vir-
tute tua. Differunt enim aſcenſio, aſſum-
ptio & euolatio. Nam aſcenſio fit virtute
propria aſcendentis, & ideo pertinet ad
ſolum Chriſtum. Aſſumptio vero virtu-
te Chriſti aſſumentis, quia filius ſpecialiter
obſequitur matri, & ideo pertinet ad Bea-
tam Virginem. Euolatio autem fit miniſte-
rio Angelorũ, & hoc pertinet ad alios San
ctos. Locus enim euolantium eſt diſtinctio
chororum: locus vero aſſumptæ Virginis H
eſt ſuper choros Angelorum: locus autem
Chriſti aſcẽdentis eſt vltra locum aſſumptæ
Virginis. Secundo iubilauerunt, quia aſcen- *Secundo, quia aſcendit patenter, quod fecit propter tria.*
dit patenter. Actuum enim 1. dicitur, Vidẽ-
tibus illis eleuatus eſt. Quod quidem fe-
cit maxime propter tria. Primo propter
teſtificationem, ſecundo propter inflam-
mationem, tertio propter ſignificationem.
Primo propter teſtificationem, vt ſcili- *Primo.*
cet aſcenſionis eius, tanquam ab eis pa-
tenter viſæ firmiores eſſent teſtes. Secun- *Secundo.*
do propter inflammationem, vt ſ. cœleſtis
patriæ, & gloriæ, fides & ſpes & deſideriũ

A firmius eis imprimeretur, & vt deſiderium veniendi ad eum excitaretur in illis. *Tertio.* Tertio propter ſignificationem: ſcilicet vt miſtice innuatur, quòd qui non videt Chriſtum aſcendentem, & qui perſpicaci oculo contemplationis eius altitudini, & altæ ſurſum actioni non cohæret, non eſt diſpoſitiua ad redundantiam ſui ſpiritus ſuſcipiẽdam. Proinde 4. Regum 2. ob idem myſterium Heliſeo petenti duplicem ſpiritum Heliæ dicit Helias. Si videris me, quoniam tollar a te, erit quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. *Tertio iubilauerũt quia aſcẽdit ſapienter.* Tertio iubilauerunt, quia aſcendit ſapienter. Nam ſicut prædictum eſt, eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Vbi piè conſiderandum eſt, quòd in principio motus fuit, dum leuaretur in cœlum aliquandiu verſa facie amoroſoq; aſpectu intuebatur matrem, & omnes illos filios, & diſcipulos ſuos, & eleuauit manus, & hoc duplici ratione. *Chriſtus eleuauit manus triplici rõne.* Primo in oblationem, ſecundo in recordationem, tertio in exorationem. *Primo.* Primo in oblationem, hoc eſt vt ſuo patri offerret hoſtiam viuentem. *Secundo.* Secundo in recordationem, vt ſcilicet plagæ paſſionis ſuæ in diſceſſu ſuo taliter in eorũ cordibus figerẽtur, quòd nunquàm de eorum deberent deleri memoria, cum talia ſigna videbant non deleri in cœleſti patria.
C *Tertio.* Tertio in exorationem, vt videlicet oſtenderet eis, quòd illa aſportabat in cœlum, vt eorum oſtenſione pro eis ſupplicaret ad patrem, ac per hoc oſtenderet quòd qui ſanguinem pluerat per vulnera illa in ſupplicio crucis, per ipſa eadem tanquàm pen meritoria inſtrumenta abundantiam Spirituſſancti effunderet ſublimatus in cœlis. *Modus benedictionis.* Benedixit quoque illis ſic manibus eleuatis, vt eos contra hoſtes muniret, & in bonis cœleſtibus augeret. Benedixit etiam eis, eo quòd iuſti erant: quia vt dicitur Prouerb. 10. Benedictio Domini ſuper caput iuſti. Benedixit eis manibus eleuatis,
D quia deſuper eſt benedictio electorum: & vt Lucas vbi ſupra ait: Dum benediceret, receſſit ab eis auferens præſentiam corporalem, & benedictionem plenitudinis amoris, & gratiæ derelinquens. Vnum abſtulit, alterum dedit: ſi contriſtauit in vno, lætificauit in altero.

De admirando gaudio Angelorum, & Sanctorum aſcendentium cum Ieſu. Cap. 2. E

SEcundus eſt iubilus numeroſæ lætificationis, quia cum duabus turmis lætantibus, ſcilicet Angelorum, & hominum regrediebatur ad cœlum, non quòd ibi fuerint Angeli in adiutorium neceſſitatis, ſed in obſequium dignitatis, ſicut fertur Papa a ſuis Epiſcopis, & Rex a militib: ſuis. Vnde Leo Papa: Cum audis eleuatum, audis militiæ cœleſtis obſequiũ. Homines quoque illos Deo, quos de inferis liberauit, & qui poſt reſurrectionem vſq; ad aſcẽ- F ſionem mortui ſunt de numero ſaluandorum, nec purgatorio amplius indigebãt. De hoc ſecundum Alex. de Ales in 3. Propheta in Pſal. 67. ait: Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dñs in eis in Sinai in ſancto. Aſcendiſti in altũ, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. In quibus ſacratis verbis oſtenditur hic iubilus admirabilis propter tria. *Et hic eſt admirabilis propter tria.* Primo propter numeroſitatem, ſecundo propter iucunditatem, tertio propter ſublimitatem. *Primo.* Primo propter numeroſitatem. Ait enim, currus Dei & ſocietas, quæ cum Domino aſcẽdebat. quæ dicitur currus Dei, quia ob- G ſequio, & honorificentia quodàmodo portabant eum, ſicut prædictũ eſt. Iſte inquam currus eſt multiplex decem millibus, i. conſtat ex innumerabilibus perſonis. ſecũdum enim Alex. de Ales vſus Græcorum, a quib. tranſlationem iſtam accepimus, eſt ponere hunc numerum pro infinito. quaſi dicat numerus aſcendentium cum Chriſto tam Sanctorum, quàm etiam Angelorum innumerabilis erat. *Secundo.* Secũdo propter iucunditatem. vnde ſubdit, millia lætantiũ, ſ. erant cũ eo. In millenario perfectio gaudij cognitionis ſignatur, quam habebat tota ſocietas illa in contemplatione gloriæ Ieſu Chriſti, cũ eſ- H ſent in ſubſtãtiali gloria iam beati, quę gloria q̃nq; attribuitur viſioni. vnde ſuper illud Pſal. 96. Oſtendã illi, ſ. ſocietati Sanctorũ, ſalutare meũ, i. glorioſum Ieſum. glo. ait, q viſio eſt tota merces. Et eſt verbũ Auguſt. 1. de Trinitate, cap. pe. quare autem lætentur, ſubiungit dicens, quia Dominus in eis, ſcilicet eſt per gloriam, qua beatificat eos: & etiam eſt in eis, id eſt inter illos aſcendendo cum eis in cęlum. in Synai in ſãcto, id eſt in ſpeculatione beata. Syna enim ſpeculatio interpretatur, & Sãctus beatitudinẽ notat. *Tertio.* Tertio propter ſublimitatẽ. Vnde

conuer-

A conuertens Propheta ſermonem ad ipſum aſcendentem in cœlum ſubdit, Aſcendiſti in altum, ſcilicet locum, id eſt, in cœlum, ſeu in altam dignitatem, quia ſedes ad dexterã patris. Aſcendiſti inquàm in altum, ſcilicet propria virtute, non portatus ab alijs, Io.3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo. Et Micheæ 2. Aſcendet pandẽs iter ante eos. Et aſcendens in altum cepiſti, ſcilicet in gloriam, & in tuã ſocietatem captiuitatem, id eſt eos, qui captiui fuerant in limbo. Zachar.9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti: ſcilicet prius, & vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua,
B ſcilicet gloriæ. Dediſti dona in hominibus, ſcilicet in die Pentecoſtes, ſicut in die Aſcẽſionis promiſiſti eis.

De admiranda exaltatione Chriſti aſcendentis in empyreum cœlum. Cap. 3.

Tertius iubilus.

Tertius eſt iubilus mirificæ exaltationis. Cum enim paulatim Chriſtus eleuaretur in cœlum, intuebantur eũ diſcipuli, & radios mentis ſuæ emittebant poſt eum, atque illum corporali comitabantur aſpectu, quãdiu licuit eum videre. Quis
C exprimere poſſet gaudium illorum patrum aſcendẽtium ad cœleſtia regna cum Domino Ieſu Chriſto? Et de hac quippe exaltatione Propheta in Pſal.17. ait: Et aſcendit ſuper Cherubin & volauit: volauit ſuper pennas ventorum, & poſuit tenebras latibulum ſuum. In quibus verbis Propheta ponit huius iubiloſæ exaltationis primo principium, ſecũdo medium, tertio terminum. Primo ponit principium, & de hoc ait, Et aſcẽdit ſuper Cherubin, quod tripliciter intelligi poteſt. Primo modo aſcendit ſuper Cherubin, quia ille ordo ſeruiebat ei, quando in cœlum aſcẽdit, & hoc non ad neceſſitatem, ſed ad honorẽ, ſicut prædictum eſt. Adeſt innumerabilis, & exercitus cœleſtiũ militum iubilantibus cunctis cantantibus victoriæ Chriſti glorioſum triũphum, mutuiſq; vocibus adhortantibus præconia laudis de aſcendentis regis victoria ſibi inuicẽ intonabant. Quanto autem cum timore & tremore, terrore, atque dolore, vlulatu, & mentis ſtridore ille teter & horribilis, vel horridus dæmonum exercitus de illa aeris parte, per quam Chriſtus aſcẽdit, tam proprio terrore, quàm Angelorum cõpulſione aufugit: Porro ſicut in electis multiplicata ſunt cantica, ſic in eis cumulata ſunt dolorosa tormenta, atque lamenta. Secundo

Tria Propheta ponit huius iubiloſæ exaltationis.

Primo ponit principium, & aſcẽdit ſuper Cherubin, qđ tripliciter itelligi poteſt.

Primo.

Secundo.

modo aſcendit ſuper Cherubin, quia ſuper ordinem Cherubin humanitas Chriſti eleuata ſit. Nec ait ſuper Seraphin, ſed ſuper Cherubin, qui eſt penultimus ordo in cœlis: quia ſm̃ Alexã. de Ales, vltra Seraphin, non eſt niſi Hierarchia, id eſt ſacer Trinitatis ordo. Si enim diceret ſuper Seraphin, videretur dicere hominem aſcendere vſq; ad diuinam eſſentiã, & quòd humanitas æqualis eſſet diuinitati. Quod tamen remouet dicens, Aſcendit ſuper Cherubin. Veruntamen Chriſtus homo, & Beata Virgo, & loco, & merito ſunt ſuper oẽs ordines Angelorum. Tertio modo aſcendit ſuper Cherubin, quia nulla ſcientia attingere poteſt ad eius aſcenſionem. Vnde alibi Pſal. ait, Pſal. 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua, ex me confortata eſt, & non potero ad eam, ſ. pertingere viribus meis. Secundo addit huius iubiloſæ exaltationis medium, dicẽs: Et volauit, i. electus eſt, volauit ſuper pennas ventorum. Quod etiam tripliciter intelligi poteſt. Primo modo volauit, i. eleuatus eſt ſuper pennas ventorum, hoc eſt ſuper virtutes animarum. Nam animæ venti denominantur. vnde Iob 28. Qui fecit ventis pondus animabus corpus. Pennæ horum ventorum ſunt virtutes, Pſal.54. Quis dabit mi hi pennas, ſicut colũbæ & volabo, ſ. in præſenti vita: & requieſcam, ſ. in alia. Super has pẽnas volauit Chriſtus, quia gratia ſua omnem aliam excedit Ioã.3. Dedit ei ſpiritum non ad menſuram. Et tunc in hoc notatur, quia omnis gratia eſt ab ipſo, Io.1. de plenitudine eius nos accepimus omnes. Secundo modo volauit, id eſt velociter aſcendit. Nam a principio ſui aſcenſus vſque ad communem aeris regionẽ, licet paulatim & modeſtè aſcenderet: tamen poſtquàm nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, ſicut infra dicetur, volauit ſuper pennas ventorum, id eſt citius quàm venti. Quod neceſſariũ fuit H
propter diſtantiam empyrei cœli. Et eſt hyperbolica commendatio, vt maior notetur velocitas aſcenſus eius. Geminatio enim verbi celerem notat eius aſcenſum. ſecundum enim Alexã. de Ales in 3. Corpus glorificatum quantum eſt de poteſtate gloriæ poteſt non commetiri, & nõ circunſcribi ſenſibiliter, quia quadam poteſtate gloriæ eſt quaſi infinitum, quo ad nos reſpectu poteſtatis corporis non glorioſi: & hoc eſt quod Auguſt. in quæſtionibus de reſurrectione inquit, quòd tales ſunt motus corporum glorificatorum, ſicut motus radij Solis. Vnde ait, quòd corpus glorificatum

Tertio. F

Secundo addit huius iubiloſæ exaltationis medium.

Quod & tripliciter itelligi poteſt.

De volatione Chriſti ſuper pennas.

A vtraque interualla pari celeritate contingit, vt radius Solis, qui non citius peruenit ad propinquiora ſpatia oppoſita, quam remotiora: quia ſi voluntas ſit animæ, poteſt corpus illud ferre imperceptibiliter per ſpatium longum & breue. Et hoc eſt de poteſtate animæ, non corporis. Et hæc fuit celeritas aſcenſionis Chriſti, poſtquam nubes ſuſcepit eum. Tertio quoq; notandum eſt, quòd bis inquit, volauit, & ad primum nihil addit, ſed ad ſecundum addit, ſuper pennas ventorum. Nam primum volauit, ad diuinitatem refertur, cuius virtus eſt eſſentia ſua: quæ quia tanta eſt, ideo ad illam nullam
B facit comparationem. Secundum refertur ad gloriam humanitatis, quæ aliquo modo recipit proportionem, ſecundum enim Hieronymum, oſteditur hic Chriſtus velocior vento, leuior quam anima, præcelſior Angelis, & quibuſcunque Sanctis. Tertio autem addit Propheta huius iubiloſæ exaltationis terminum dicens, Et poſuit tenebras latibulum ſuum, quòd etiam tripliciter intelligi poteſt. Primo modo, quòd ad literam intelligatur de nube, de qua Actuum 1. Luc. ait: Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, quia in quantum hæc nubes abſcondit eum, tenebræ nominantur, in qua poſuit latibulum ſuum. Suſcepit autem, & abſcondit eum hæc nubes propter tria. Primo, ne ſi Chriſtus per ſolam diſparitionem ab eorum conſpectibus tolleretur, ſiue per reſolutionem, ſeu per aliam viam, ſic euanuiſſe videretur, & ſic per conſequens aſcenſionem illam potius aſcripſiſſent fantaſiæ, quam ſolidæ veritati. Secundo vt miraculum repentinæ nubis in ſereno cœlo apparere miraculo aſcenſionis adiunctum eius prodigioſam efficaciam, & apparentiam duplicaret. Tertio vt creatura ſuperior, & deſuper aduenien ſuo creatori deſeruire, & ad eius obſequium famulatoriè
D aduenire apertè demonſtraretur. Vnde in hac nube erant multitudines Angelorum Chriſto obſequentium, & nubem regentium. Potuit enim ille exercitus Sanctorum, dum progrederentur ad cœlum, ad cæleſtes ciues intrepida voce clamare: Aperite portas, quia nobiſcum Deus. Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, vt Rex gloriæ poſſit intrare. Occurrite cœleſtes ciues, cantate Domino canticum nouum, Pſalmum dicite nomini eius. Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. Nam eduxit vinctos in fortitudine, & electos ſuos

Tertio addit Propheta huius iubiloſa exaltationis terminum.
Quod tripliciter intelligi pōt.
Primo.
De nube, & hac nubes propter tria.
Primo.
Secundo.
Tertio.

in lætitia. Secundo modo poſuit tenebras E
latibulum ſuum in miniſterium contemplatiui ſtatus, in quo Dñs a Sanctis per priuationem, & ſuper exceſſum videtur. Et maxime in ſupremo, & circa ſupremum contemplatiui aſcenſus. Deſignant ēt ibi baculum eccleſiaſticorum ſacramentorum, & figuralium velaminū ſcripturæ ſacræ. In hoc inſuper miſticè demōſtratur, quòd ſuper cœleſtium arcana non ſumus digni, aut idonei nudè aſpicere: immo debēt nobis velari, & claudi. Tertio vero modo intelligi pōt per has tenebras, quas poſuit latibulum ſuū, ipſum empyreū cęlū, in quod honore cū toto illo exercitu glorioſus ingreſſus eſt: Quod tenebræ nominatur propter exceſſum ſplendoris ſui. Et hic locus conuenit ei, & omnibus beatis, & beatificādis ab eo & cum eo. Et maxime propter tria. Primo propter quātitatem, ſecundo propter nobilitatem, tertio propter ſpecioſitatem. Primo propter quantitatem. Si enim minima ſtella eſt maior tota terra, & firmamentum quaſi in infinitum ſit maius ſtella, & cœlum criſtallinum ſit decies maius firmamento, & cœlum empyreum ſit decies maius criſtallino: quam magnum erit empyreum cęlum? Vnde merito Baruch 3. cap. ait: O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens G
locus poſſeſſionis eius, magnus eſt, & non habet finem. Secundo conuenit ei propter nobilitatē. Nam ſicut natura angelica eſt nobiliſſima in ſpiritualibus: ſic cęlū illud in corporalibus. Eſt enim remotiſſimū a noſtro ſenſu. Tertio cōueniēs ei propter ſpecioſitatē, quia vbiq; eſt lucidū ſicut Sol. De cuius pulchritudine Eccleſ. 43. ſcriptum eſt: Altitudinis firmamētum pulchritudo eius ſpecies cœli in viſione gloriæ: quia in illo cœlo viſio eſt beata. Et ad hoc cœlū aſcendit Dñs Ieſus Chriſtus cū tota illorū electorū turba. O cū quanto amore cōmouit pater totā ciuitatē ſupernā, vt digno applauſu filio ſuo venienti occurrat. Feſtinant illa H
agmina ciuium ſupernorum dignè occurrere regi ſuo, & verè vnus ex eis nō remanſit. Exultant ſimul, ſeq; mutuo interrogāt, non ſicut ignorantes, ſed tanquam ſtupentes, & admirantes. Interrogant Angeli, reſpondent Sancti. Angeli quippe exultando dicunt: Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Eſaiæ 63. quaſi dicat: Natura iſta humana tota infecta originis ſanguinis infectione nō conſueuit ad ſumma tranſmittere ciues ſuos. Quibus reſpondebant Sancti: Iſte formoſus in ſtola ſua, id eſt

Secundo.
Tertio intelligi pōt per has tenebras empyreū cœlum.
Quod conuenit oib. beatis, maxime propter tria.
Primo.
Secundo:
Tertio.

A id eſt totus innocens & virtuoſus in aſſumpta natura, qua quaſi indutus eſt gradiens in multitudine fortitudinis ſuę. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. i. dęmones infernales: & exaltauit humiles, ſ. homines. Ad Chriſtum quoque Angeli dicūt: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum & veſtimenta tua, ſicut calcantium in torculari. q.d. Si in tanta pompa triumphaſti, quid eſt ꝙ apparent ſigna paſſionis tuæ? Merito quippe ad ſolum Chriſtum de ſua paſſione ingerunt quæſtionem, quia ipſe ſolus de illius immenſitate potuit reſpondere. propterea inquit, Torcular calcaui ſolus & de
B gentibus non eſt vir mecum. q.d. Sicut ſolus immenſitatem meæ paſſionis ſuſtinui, ita ſolus doloris mei, & virtutis menſuram cognoui.

Articvlvs Tertivs.

De alijs tribus iubilis Sanctorum, qui ſubſubſecuti ſunt poſt Chriſti Aſcenſionem.

Tertio contēplāda sūt aſcenſionis ſubſequētia.

Tertio contēplemur aſcenſionis ſubſequentia. Circa quæ tres alios iubilos ſubiungamus. Primus eſt cœleſtis exultationis, ſecundus a dextris ſeſſionis, tertius angelicæ conſolationis.

Circa ꝗ ſunt tres alij iubili.

De laudibus & iubilis totius cęleſtis curiæ in aduentu filij Dei. Cap. 1.

Primus iubilus.

Primus iubilus eſt cęleſtis exultationis. Quis enarrare ſufficiat, quanta lætitiæ exultatione repleta fuit illa ciuitas Beatorū in aduentu regis eorum, & illorum ſanctorum Patrū? Cantant & iubilant omnes Angeli & in introitu paradiſi dignis vocibus
D laudant dicentes, Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redēptor: Nomine, qui Dei rex benedicte venis. Nūc tibi regnanti pādimus, ecce melos. Benedictus es Dñe, qui ambulas ſuper pennas ventorum. Benedictus es, qui ſedes ſuper Cherubin, & intueris abiſſos. Ecce nunc tecum aſcendūt Tribus, Tribus Dñi, vt confiteātur nomini ſancto tuo, & in laude tua glorietur ad lætādū in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua. Benedicant te cęli, terra, mare & omnia, quæ in eis ſunt: quia iudicaſti nationes, impleſti ruinas, & conquaſſaſti capita mortis, dæmonum & inferni. Lætentur cœli & exultet terra: iubilate montes laudem, quia ſuorum pauperum Dñs eſt miſertus. E
O cum quanto gaudio & amore inexpreſſibili a nobis illa ciuitas, cuius eſt participatio in idipſum in aduenientibus ſanctis hominibus & occurrētibus Angelis coniuncta eſt in pariete Chriſto, qui fecit vtraque vnum iubilans concordi voce. Intrantibus deniq; paradiſum omnibus ſimul in iubilo, & voce tubæ, & regi noſtro Ieſu pſallētibus ſapiēter dum intraret cęli palatium rex noſter Ieſus, intōnat alta voce ad Patrem. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Nunc aūt pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te venio, F
tecū perenniter regnaturus: clarifica me pater apud temetipſum claritate, quam habui priuſquam mundus fieret. Pater iuſte, mūdus te non cognouit, ego aūt noui te, opus conſummaui, quod dediſti mihi. Ego te clarificaui ſuper terram, quos dediſti mihi ego cuſtodiui & nemo de ijs perijt, niſi filius perditionis, vt ſacræ tuæ implerentur ſcripturæ. Tui erant & mihi eos dediſti & ſermonē tuū ſeruauerunt. Et nunc cognouerunt, quia oīa quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi cognouerunt, & acceperunt verè, quia a te exiui, & crediderūt, quia tu me miſiſti. Pro G
his ergo rogo, quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et oīa tua mea ſunt, & mea tua ſunt & clarificatus ſum in eis & iam non ſum in mundo & hi in mūdo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, cū eſſem cū eis, ego ſeruabā eos in nomine tuo. Non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mūdo, ſanctifica eos i veritate, quia ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundū. Non rogo pro eis tantū, ſed pro ijs, qui crediturī ſunt ꝑ verbum eorū in me, vt oēs vnū ſint, ſicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi vnum H
in nobis ſint, vt mundus credat, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videāt claritatē meā, quā dediſti mihi, quia dilexiſti me ante mūdi conſtitutionem. Notum feci eis nomen tuum, & notū faciam, vt dilectio quam dediſti mihi, in ipſis ſit, & ego in eis. Ad hęc Pater benignus & pius potuit reſpondere. Fili, ſicut tu aſſeris, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: Ego te clarificaui in glorioſa Reſurrectione, & iterum clarificabo in Spirituſſancti miſſione, & per totū mundū effundam, vt oleū nomē tuū: vt in nomine

A nomine tuo omne genu flectatur cæleſtiū, terreſtrium & infernorum. Et ad hæc benedictus Ieſus: Pater inquit, gratias tibi ago, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quoniam me ſemper audis, quia tu ſemper dilexiſti me.

Quod laudes dederunt Angeli ſancti Chriſto ſedenti in throno a dextris æterni Patris. Cap. 2.

Secundus iubilus.

SEcundus iubilus eſt a dextris ſeſſionis. Poſt hoc autem collocauit eum pater in altiſſimo maieſtatis throno di. Fi-
B li, ſede a dextris meis. Sedes tua in ſæculum ſæculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus homo aſſumptæ oleo lætitiæ p̄ cōſortibus tuis. Et tu mecū in principio terram fundaſti, & opera manuū tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Sed & ſuper ſer
C uos meos & ancillas, pro quibus me rogaſti, effundam de ſpiritu meo & dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, vt ſaluum faciam populum tuū & honorificem in ſecula nomen tuum. Deinde conuertens ſermonem ſuum ad totam cœleſtem curiam de throno maieſtatis ſuæ altiſſimæ intonuit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Seruite ei cum timore & exaltate ei cum tremore, quia ipſe eſt Dominus magnus, Dominus & rex magnus ſuper omnes Deos. Hoc audiſtis Angeli laudes Chriſto dederunt, ſicut Apoc. 7. Ioan. ait. Et om-
D nes Angeli ſtabant in circuitu throni & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas. & adorauerūt Deum dicentes, amen benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum, amen. Ait enim: Omnes angeli ſtabant in circuitu throni, ſcilicet tāquam famulantes regiæ maieſtati Domini Ieſu Chriſti, & quaſi eius exteriorē ſuperficiē appræhendentes potius quàm totalem immenſitatem ſuæ infinitatis, & incompræhenſibilis profunditatis. Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas. Cum enim mirā ipſius Dei humiliationē, quę pro peccatoribus recuperandis dignatus eſt: tam humiliter mori conſiderant, & peccatoribus in hac vita ipſi qui ſine pecca- E
to ſunt miniſtrant, quid aliud niſi humilitatem opere & exemplo edocti ſibi ſummopere ſectandam intelligunt, in qua diuinā maieſtatem ſe ſic exinaniſſe conſpiciunt? Proinde coram throno maieſtatis eius in facies ſuas cadunt, cum tantæ humilitatis aſpectu ipſi ſeipſos tanto amplius cōditori ſubmittuntur, quanto ad eius imperium & immundiſſimis peccatoribus ad ſalutē non tantum miniſtrare non cōtemnunt, ſed feruētius eis in futurum auxilium præſtare diſponūt. Et quo magis illi igni, qui Chriſtus glorioſus eſt, per voluntatem obedientem appropinquant: tanto amplius ex eo accēſi F
per eius dilectionem ardent. Vnde ſubditur, Et adorauerunt Deum dicentes, amen. Quo nempe Deus amplius diligitur, eo verius & efficacius a diligentibus adoratur: atq; eo vehementior eſt dilectio, quo multiplicior dilectionis eſt ratio. Vnde nouem rationes dilectionis in verbis ſequentibus exprimuntur.

Nouem rōnes dilectionis.

Prima. Prima eſt, quia ſolus ſaluat de malis, quod notatur cum dicitur, Amē. Præmiſerat enim Io. ꝗ Sancti clamabāt voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronū & agno, & Angeli tunc G
reſpondent, amen, ideſt verè ſoli Deo ſaluare conuenit, ſicut propheta inquit, Domini eſt ſalus.

Secunda. Secunda, quia nihil mali vult. licet autem quandoque mala velit, ſicut cū voluit Iudæos crucifigere Chriſtum: tamen hoc non malè voluit, ſed bene, & ideo in omnibus operibus ſuis debetur benedictio, vt de nullo opere eius malè cuiquam liceat iudicare, cum omnia iudicia eius iuſta ſint. Vnde propheta inquit, Pſalmo 18. Iudicia Domini vera iu. in ſe. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidē precio. mul.

Tertia. Tertia ratio eſt, quia omnia clarè intelligit. Nec enim, quia non poſſit: nec quia non velit:
nec quia non ſciat omnia bene diſpenſare, H
minus diligendus eſt Deus. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius, vt dicitur Hebr. 4. & ideo dicitur claritas: ſcilicet intelligentiæ.

Quarta. Quarta ratio eſt, quia omnia ſapienter diſpenſat: & ideo dicitur ſapientia. Attingit enim a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. vt dicitur, Sapien. 8.

Quinta. Quinta ratio eſt, quia omnia gratis donat. Quis enim, vt ait Apoſt. Rom. 11. prior dedit illi & retribnetur ei. Ideo debetur Deo gratiarum actio.

Sexta. Sexta ratio eſt, quia ſolus per ſe bonus eſt. proinde Lu. 18. Dominus ait: Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Ideo dicitur, Deo honor. Solū enim hono-

A honorandum eſt, quod per ſe bonum eſt.

Septima. Septima ratio eſt, quia poteſt omnia bona facere. vnde propheta ait, Pſal. 134. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abiſſis. propterea dicitur, Deo virtus. virtus profecto eſt in faciēdo bonum.

Octaua. Octaua ratio eſt, quia ipſe ſolus poteſt repellere omne malum. Cum enim poteſtati diaboli nulla poteſtas poſſit comparari, vt dicitur Iob 41.c. & hoc quantum ad conditionem naturæ, ſolus ille qui fecit eum potentior eſt eo, & qui potentiores eo ſunt per gratiam eius hoc potuerunt. Et de hac propheta inquit:

B Draco iſte, quem formaſti ad illudēdum ei. Profecto ſuperuenientem naturam illudit gratiā. Ideo dicitur, fortitudo Deo noſtro.

Nona. Nona ratio eſt, quia ſolus habet æternitatē, vt bene dicitur. 1. ad Timo. 6 ꝙ ſolus habet æternitatem & lucem habitat inacceſſibilē: propterea adiungit, in ſæcula ſæculorū. Hac circumlocutione, in ſæcula ſæculorū, in ſcripturis ſempiternitas denotatur. Congaudentes igitur & nos Domino Ieſu Chriſto dicamus cum Propheta de illo, patri ſuo æterno, Gloria & honore coronaſti eū Domine & conſtituiſti, &c. Gloria ſcilicet poteſtate, & diuino vt adorent illū & vereantur. Et ait, Gloria immortalitatis, & hono-

C re. i. ſedere ad dexteram paternæ maieſtatis, coronaſti eum, ſcilicet Chriſtū. Eſt differentia inter gloriam & honorē: quia gloria eſt in ſe ad alios; honor in ſe ab alijs. Per coronaſti, denotatur ꝙ iſta duo, gloria & honor, æterna ſunt. Et conſtituiſti eum, ideſt æternaliter ſtatuiſti ſuper opera manuum tuarum. i. ſuper omnes creaturas, Coloſ. 1. Ipſe eſt primogenitus omnis creaturæ. Et ſequitur, vt ſit in omnibus primatum tenens.

Quomodo duo Angeli conſolati ſunt Diſcipulos pro Chriſti Aſcenſione. *Cap.* 3.

D

Tertius iubil' Angelicę cōſolationis. TErtius eſt iubilus angelicæ conſolationis. Eleuato autem benedicto Ieſu a conſpectu matris & diſcipulorū ſuorum, & ipſis manentibus in monte ſancto Oliueti: quanto putas eos gaudio pro Ieſu aſcendēte fuiſſe repletos? Et quia erāt adhuc infirmi, quot lachrymas pro ſeipſis, quos cernebant relictos, credis fuiſſe perfuſas? Cogita quantum potes, quia nō dignē ſufficies æſtimare cum quāto dulcore oſculabantur recedentis Ieſu illa ſacro mōti impreſſa veſtigia: Cum quanto etiam cordis deſiderio languentes reſpiciebant ad ſumma. Sed & benigniſſimus Dominus Ieſus totus affluens pietate ad eos, illos cōſolari non deſtitit, ſed ſui exitus & regreſſus Angelos nuncios ſuos miſit. vnde circa hunc iubilum tria conſideremus. Primo ſtatum admirationis, ſecundo actum cōſolationis, tertio dictū ſatisfactionis. *Circa hūc iubilum tria ſunt conſideranda.* Primo inquam conſideremus ſtatum admirationis. Vnde Lu. Act. 1. ait: Cumque intuerentur in cœlū euntem illum, ſcilicet audaci conatu oculorum. *Primum.* ſecundum enim Bedam in Græco habetur in ablatiuo, ſcilicet eunte illo. Vt ſit ſenſus, ꝙ Chriſto eunte in cęlum ipſi intuebantur verſus eminentem cœli locum, F ad quem Chriſtus ibat, quia iam nubes abſconderat eum ab oculis eorum. ergo iam non intuebantur Chriſtum: ſed ſolum intuebantur in cęlum, ad quod Chriſtus iam ab eis abſconſus ibat. Vnde Beda per hoc arguit, ꝙ Angeli non dicunt eis, Quid ſtatis aſpicientes Chriſtum aſcendentem in cęlum, ſed ſolum, quid ſtatis aſpicientes in cœlum. Poteſt tamen ad hoc dici, ꝙ licet Chriſtum in nube non viderent: videbant tamen inuolutum in nube. Proinde intuēdo in cęlum, intuebantur ſimul & illam nubem ſurſum euntem. Vnde ſecundum Bedam, noſtræ literæ conſonat, quod poſtea G ſubditur, ſic veniet, &c. vt infra dicetur. Secundo conſideremus actum conſolationis. *Secundū.* Et de hoc ſubdit Lucas, Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis. Ait enim, Ecce duo viri. ideſt duo Angeli in ſpecie virili. Fuerunt autem duo, quaſi de duplici choro miniſtrorum Chriſti: ſcilicet dextro & ſiniſtro veniſſent, & in ſignum cum corpore & geminæ charitatis & in miſterium duorum teſtamentorum concorditer clamantium veritatem, quam iſti dixerunt. Aſtiterunt etiam iuxta illos, quia fortè apparuerunt illis in terra, vt familiarius H & humanius & credibilius Apoſtolis perſuaderent, ꝙ ad domum ſuam reuerterentur. In veſtibus albis etiam apparuerunt, velut diem feſtum agentes in nouo ſolēnio Aſcenſionis Chriſti, & vt ſplendorem cęleſtis glorię & corporum glorioſorum apertius pręfigurarent, & etiam vt ex ſingulari & iucundo habitu Apoſtolorum mentes ſingularius & conſolabilius immutarent. Si autem quæratur, quare illis apparuerunt. Ad hoc dat Beda duplicem rationem. Primo, vt triſtitiam, quam de Chriſti aſcendentis abſentatione Apoſtoli conceperant, ſui

reditus

A reditus commemoratione lætificarent. Secundo, vt Chriſtum verè in cœlum ire demonſtrarent, & non quaſi in cœlum ſicut Helyam.4. Reg. 2.c. Tertio poteſt addi, vt Apoſtolos ab vlteriori aſpectu in cęlum & a ſtando illic reuocarent, & ad loca ſua redire facerent. Stabant enim ibi ſuſpenſi tãquam neſcientes, aut non aduertentes, quid facere deberent, & an Chriſtus eſſet cito rediturus, vel in cœlum diu moraturus.

Tertium. Tertio cõſideremus dictum ſatisfactionis. Et de hoc ſubiungit Lucas, Qui & dixerũt: Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? q.d. Vos de tranſmigratione Chriſti in cœlum velut Galilęi, hoc eſt tranſmigrantes & tranſmigraturi mirari non deberitis. B Sed potuerunt ſimul Apoſtoli reſpondere, Quod habemus reſpicere in cęlum, nonne ipſum continet theſaurum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui noſtrum cor rapuit, nos hic ſine corde relinquens? Non poſſumus ergo de cætero, niſi cum Ieſu in cęleſtibus commorari, & nobis cœlum licet intueri, non terram. Veſtræ autem charitatis miramur feruorem, quomodo dimittentes regem veſtrum aſcendere ad nos placuit aduenire: ſed nũciate dilecto noſtro, quia amore eius languemus. Et ſubdunt Angeli: Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem C in celum. Per illud ſic ſatis inſinuant, ꝙ ſicut ſeipſum in cœlum aſſumpſit ſeu a patre aſſumptus erat: ſic ad eos & ad omnes electos in cęlum aſſumendos veniret: vt vna cum eis tanquam caput cum membris totus integer in cœlum abiret. Diſparentibus autem Angelis, & iam ſe diſcipulis vna cũ matre ad receſſum parantibus, credendum eſt ꝙ illa ſacra veſtigia & benedictam terrã oſculantes cum multa gratiarum actione & gaudio magno Deo gratias retulerunt. Sed ipſam Dominã potes ex dulcedine intueri pro filio iubilantem, & promiſſionem Spi D rituſſancti dulciter exhortantem & cordis ſui exprimentem affectum. Et ſibi potes attribuere iſta verba.

Ieſus decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In aure mel mirificum,
In corde pigmentum celicum:
Qui te guſtant eſuriunt,
Qui bibunt adhuc ſitiunt,
Deſiderare neſciunt,
Niſi Ieſum, quem diligunt:
Mi Ieſu, quando venies,
Quando me lætam facies: E
Deſidero te mihi es,
Vt me de Ieſu ſaties,
Mi dilecte reuertere.
Concors paterne dextere
Mundum viciſti proſpere,
Iam cœli regno fruere,
Sequar quocunque ieris,
Mihi tolli non poteris,
Cum cor meum abſtuleris,
Ieſu laus noſtri generis.
Et ad diſcipulos ait,
Ieſus in pace imperat,
Quæ omnem ſenſum ſuperat: F
Hunc ſemper mens deſiderat,
Et illo frui properat,
Ieſus ad patrem rediit,
Regnum cœleſte ſubyt,
Cor meum a me traſiyt,
Poſt Ieſum ſimul abyt,
Vt nos donet cœleſtibus.
Frui cum cœli ciuibus,
Iam proſequamur laudibus.
Ieſum hymnis & precibus. amen.

Et tunc dimittentes mõtem reuerſi ſunt Hieruſalem corpore & in ſupernam Hieruſalem ſimul cum Chriſto aſcenderunt tota mente. Hanc ſolemnitatem gratioſo tractatu quidam deſcribit, vbi quaſi hæc tota materia delectabiliter continetur. G

Sequentia de Aſcenſione Ieſu Domini.

IEſum ſonet laudis melos, rex virtutum ſcandit cœlos, ſublimi potentia. Totus cęli potentatus, illi exit laureatus, ſumma cum lætitia. Iubilant & admirantur laude ſimul iucundantur circa hæc magnalia. In dulcorem ſonant voces, diſtinguũtur per cohortes, aſtra cœli fulgida. In amorem ſic ardeſcunt, quærunt ſic & obſtupeſcunt, & reſpondent qui cognoſcunt, Ieſu mirabilia. H

Quæſtio minorum Angelorum, de regis perſona.

QVis rex iſte glorioſus, ſua forma ſpecioſus, tanto fulgens lumine. Reſponſio maiorum Angelorum. Hic eſt rerum procreator Adæ lapſi reparator, gratuito munere. Quæſtio minorum de aſſumpta natura. Quid eſt iſtud quo veſtitur, cur maieſtas operitur, quę non eget tegmine.

A tegmine. Reſponſio maiorum: Hæc eſt veſtis illa pia, caro ſumpta de Maria, non virili ſemine. Quæſtio Angelorum minorum, de paſſione recepta. Cur eſt veſtis lacerata, & hinc inde rubricata, quaſi tincta ſanguine. Reſponſio Chriſti. Hę ſunt plagæ, quas portaui: hic eſt ſanguis quem manaui, moriens pro homine. Quæſtio de comitiua Sanctorum. Quis eſt iſte comitatus, tam ſublimis apparatus, quo procedit rex vallatus, quaſi cinctus agmine. Reſpon. Hæ ſunt animæ beatæ, de inferno liberatæ, quæ fuerunt captiuatæ pro parentum crimine. Maiores & minores laudant aſcen-
B dentes. Ergo cantent in hac die tres celeſtes hierarchię nato Virginis Marię per laudum præconia. Qui per mortem hoſtē ſtrauit, & infernū ſpoliauit, & de morte triūphauit reſurgens in gloria. Sic naturā reparauit humanam, ac exaltauit & ruinam reſtaurauit, æqua dans faſtigia. Nunc aſcendit ſic patenter, cęlos penetrat poteter, & trāſcendit excellenter omnium cacumina. Pater ſtringit, amplexatur, vnigenitum teſtatur, in quo ſolo iucundatur, cui dedit omnia. Iam in dextra patris ſedet, vnde ſtando mentes replet, & conformes ſibi præbet, tribuens chariſmata. Rex benigne nos con-
C forta, ſemper tibi nos concorda, in teipſum nos tranſporta, qui adimples omnia, amen.

De Aſcenſione ſanctiſſima Ieſu Chriſti infra diem.

Sermo II.

De Aſcēſione Dñi noſtri infra diem.

D

ELeuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Pſal. 8. Præclara profectò ſolennitas huius diei & feſtinę lætitiæ plena, cum ſit feſtum feſtorum & ſolēnitas omnium ſolēnitatum: quia ipſa ſola ſummum obtinet principatum. Primò namque hodie rex cęlorū, Dominus Ieſus Chriſtus, ſuam humanitatem in throno paternæ dexteræ collocauit. Vnde propheta in perſona Patris ęterni inquit, pſal. 88. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo ſemper. Secundo hodie angelici ſpiritus nouum diuinitatis guſtū in Chriſto homine acceperūt, dum Deū guſtant in exceſſu amoris naturæ creatæ ſuperpoſitum & per gratiæ vnionē hominem Deum. In quē ipſi totaliter trāſformati per amoris incēdium & in illo guſtant Deum, vt ſuppoſitum ſuū. Quod ſummæ dulcedinis ferculum nūquam potuit in illa ſupernorum ciuium aliis ſpirituum ciuitate guſtari, donec per Ieſum Chriſtū eſt eorum guſtibus dulciter inſtillatū. O quantus iſte guſtus, quo omnes electi in homine Deo dij fiunt. Merito ergo illum pluſquam ſe diligunt, in quo pluſquam in ſeipſis beatitudinis recipiunt. Tertio hodie etiā illius ſupernæ ciuitatis eſt reſtituta ruina, dum ſpirituum nequam ſancti Patres deſerta ſedilia poſſederūt. Quarto hodie pax per Chriſtum in terris facta eſt, dum eccleſia Iudęorum & Gētilium eſt vnita. Primo enim nec
F ipſi Apoſtoli cōuertebantur Gētibus, quibus mandatum erat a Domino, Matth. 10. in viam Gētium ne abieritis & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis; ſed potius ite ad oues, quæ perierūt domus Iſrael. Sed nunc mandatum accipiunt a Dño, Matt. 16. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. q. d. bonus Ieſus: Pax eſt facta, vnus eſt paſtor & vnum ouile. Nō enim eſt diſtinctio Iudæi & Gręci. Nam idem Dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum, Ro. 10. c. Quinto hodie etiā facta eſt pax inter hominē &
G Angelū, dum exercitus Ieſu Chriſti, ſanctorum, ſ. Patrum in eiſdem ordinibus cū Angelis collocati ſūt. Septimo hodie facta eſt pax inter humanam naturam & Deū, dum ipſam ſuper omnem creaturam in ſuę dexteræ collocauit conſeſſu. Secūdo hodie omniū electorū mens in cęleſtia trāſportatur, theſaurus cordis eorū Dñs Ieſus Chriſtus cęlorum alta conſcendens eorum corda ibi poſuit, vbi conſedit. Merito ergo Angeli ſancti nos exhortantur ad gaudiū tantæ ſolēnitatis, dicentes cum propheta, Pſal. 117. Conſtituite diem ſolennē in cōdenſis vſq; ad cornu altaris. i. perſeuerāter ſemper vſq; ad finē vitæ. In cornu quippe finis altaris
H eſt. Et ille diem ſolennem in condenſis vſq; ad cornu altaris mente celebrat, qui in deuotione tantæ ſolennitatis, vſq; in finē vitę iugiter perſeuerat. Vel altare eſt ipſe Chriſtus. q. alta res. De quo Ephe. 1. Apoſt. ait, 9. Deus ſuſcitauit Chriſtum a mortuis conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem & dominationem & omne nomen, quod nominatur, nō ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper oēm eccleſiam. Huius altaris cornu eſt victoria Chriſti, qua ventilato diabolo in mundo

A mundo per paſſionem, in inferno per reſur
rectionem, & in aere per aſcenſionem, no-
bis ſalutem adeptus eſt. Vel per cornu in-
telligitur ipſe Chriſtus, ſecundum glo. De
quo Lucæ j.c. Zach. inquit, Et erexit, ſcilicet
Deus in aſcenſione, cornu ſalutis nobis. id
eſt ad gloriam noſtram. Et ad hoc cornu
in aſcenſione exaltatum a patre, Propheta
propoſitum verbum ait, Eleuata eſt magni-
ficẽtia tua ſuper cęlos. q.d. O pater, magni-
ficentia tua. ideſt filius tuus, per quem ma-
gnificatus es, & quem magnificaſti, Io. 13.
Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus
clarificatus eſt in eo. Per hoc ꝙ dicit magni
B gnificentia tua, notatur in Chriſto natura
vtraq;. Notat enim actionem & paſſionẽ,
ſecundum ꝙ homo, magnificatus & glorifi-
catus eſt a patre: ſm ꝙ Deus, clarificauit &
magnificauit patrẽ. Hæc magnificentia ele-
uata eſt in aſcenſione ſuper cęlos, ad literã.

De hac magnificẽtia, & magnifica aſcenſione, tria ſunt conſideranda.

De hac magnificentia & magnifica aſcen-
ſione, tria ad præſens conſideremus. Pri-
mo aſcenſionis retardationem, ſecundò
aſcenſionis locationem, tertio aſcenſionis
fructificationem.

ARTICVLVS PRIMVS

C *Quòd propter tria retardauit Chriſtus quadraginta diebus Aſcenſionem ſuam.*

Primo aſcẽſionis retardationẽ fecit propter tres rationes.

PRimo conſideremus aſcenſionis
retardationem. Non enim ſta-
tim poſtquam reſurrexit, in cę-
lum aſcendit; ſed per quadra-
ginta dies retardauit eam. Quod fecit ma-
ximè propter tres rationes. Primo propter
reſurrectionis probationem, ſecundo pro-
pter diſcipulorum conſolationem, tertio
D propter diſcipulorum inſtructionem.

Quod Chriſtus retardauit ſuam Aſcenſionem; vt probaret ſe veraciter reſurrexiſſe. Cap. 1.

Primo ꝑꝑ reſurrectionis ꝓbationẽ.

PRimo quippe retardauit Chriſtus
aſcenſionem ſuam, propter re-
ſurrectionis probationem. Vnde
Act. j. Luc. ait, Per dies quadra-
ginta apparẽs eis & loquens de regno Dei.
Et hoc fecit, vt ſicut ſunt duo ſenſus princi-
pales ad teſtificandum, & ad teſtimonium
recipiendum, ſcilicet viſus & auditus: ſic
per viſibilem apparitionem eorum viſui ſe
ingereret: & per vocalem eruditionem eo-
rum auditui & intellectui ſe magis impri- E
meret. Et vt ex primo ſumeretur argumen-
tum quaſi materiale: ex ſecundo vero quaſi
formale. De hoc etiam Leo Papa in ſermo-
ne de Aſcenſione ait. Quadragenarius ex-
pletus eſt numerus ſacratiſſimo ordine di-
ſpoſitus, vt dum a Domino hoc ſpatio mo-
ra corporalis extenditur, fides reſurrectio-
nis documentis neceſſarijs mõſtraretur. Et
iterum ait, per omne tempus, quod inter
reſurrectionem Domini & aſcenſionẽ exa-
ctum eſt: hoc prouidentia Dei curauit, hoc
docuit vt Dñs Ieſus Chriſtus verè agnoſce-
retur reſuſcitatus, qui verè erat natus, paſ-
ſus & mortuus. Si autem quæratur, quare F
plus dilata fuit aſcenſio poſt reſurrectionẽ,
quàm per tres dies. Dicendum, ſm Alexã.
de Ales in tertio, ꝙ difficilius erat probare
veritatem reſurrectionis, quàm paſſionis:
quia a prima die vſque ad tertiam poterat
verè paſſio probari: ſed ad veram reſurre-
ctionem probandã plures dies requirebãn-
tur. Proinde maius tempus requirebatur
inter aſcẽſionem & reſurrectionem, quàm
inter paſſionem & reſurrectionem. Pro-
pterea de Apoſtolis Act. j. Luc. ait. Quibus
& præbuit; ideſt præſentauit ſeipſum viuũ:
Vel præbuit, ideſt probauit iam poſt mortẽ G
ſuam ſe eſſe viuum in multis argumentis p
dies quadraginta apparens eis. Hoc eſt in
multis modis ſuæ reſurrectionis probatiuis
& teſtificatiuis apparuit eis. Vel in multis
argumentis, ſcilicet miraculorum, ſcriptu-
rarum propheticarum & ſuarummet prædi
cationum, quibus ſe verè reſurrexiſſe &
reſurgere debuiſſe, quaſi argumentatiuè
probauit.

Quod Chriſtus retardauit ſuam Aſcenſionem, propter conſolationem diſcipulorum ſuorum. Cap. 2. H

Secundo retardauit eã ꝑꝑ diſcipulorũ cõſolationem.

SEcundo retardauit eam propter diſci-
pulorum conſolationem. ſecundum.n.
Alex. vbi ſupra, conſolationes diuinæ
ſemper ſuperabundant tribulationibus no-
ſtris: ſed tempus illud paſſionis ante reſur-
rectionem fuit tempus tribulationis Apo-
ſtolorum: tempus autem, quod fuit inter
reſurrectionem & aſcenſionem, fuit tem-
pus conſolationis eorum. Si ergo diuina
bonitas ſemper extendere debet, & augere
tempus conſolationis ſuper tempus tribu-
lationis Sanctorum, ideo magis dilatũ fuit
tempus inter aſcenſionem & reſurrectio-
nem, quàm inter paſſionẽ & reſurrectionẽ.

Si

A Si vero quæratur, quare dilatum fuit ꝑ quadraginta dies, & non per plures, nec pauciores? Dicendum, ſecundũ eundem Alexan. ꝙ dies conſolationis diuinæ cõparantur ad horam tribulationis mundanæ, ſicut annus ad diem. Et ita conſuetum eſt in ſcripturis. Et hoc eſt de miſericordia Dei, ad quam pertinet, ꝙ magis extendatur tẽpus conſolationis, quàm tribulationis. Vnde Eſa. 61. Ad annunciandum manſuetis miſit me, &c. Vt prædicarem annum placabilem Domino & diem vltionis Deo noſtro. Vnde pro die reddit annum, & diem pro hora.
B Cum ergo 40. fuerunt horæ paſſionis, & tribulationis Apoſtolorum, conſtat ꝙ debuerunt eſſe quadraginta dies conſolationis. Et hoc dicit glo. Act. j. Quadraginta horis mortuus fuerat, propter hoc quadraginta diebus ſe viuere confirmauit. Et hoc fuit, vt ſtatus deſolationis eſſet ſicut hora: conſolationis eſſet, ſicut dies. & ſic patet propter quid quadrageſimo die aſcendit, & ꝙ fuerunt 40. horæ ſuæ paſſionis, & ita tribulationis patet, quia prima die fuit ibi per tres horas mortuus, per vnum diem, & per duas noctes, & hoc in quolibet per 12. horas, & ſic 36. horis, & addantur tres pri-
C mæ, erunt 39. & hora 40. reſurrexit, ſcilicet mane diluculo tertia die, & ſic quadrageſimo die aſcendit.

Quod Chriſtus retardauit ſuam Aſcenſionem, vt diſcipulos ſuos de vita euangelica informaret. Cap. 3.

Tertio ꝑ diſcipulorũ informationem.

TErtio vero retardauit Chriſtus aſcẽſionem ſuam propter diſcipulorum informationẽ, quod apertè oſtendit Lucas Act. j. cum ait, Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Per hoc ſiquidem regnum Dei intelligitur hic
D non ſolum cœleſtis patria, ſed etiam tota Chriſti in hoc mundo eccleſia. Inſuper & omnia diuina ad regnum Dei pertinentia. Et de his loquebatur eis. Si quis autem diligentius perſcrutari deſiderat, quæ ſint illa diuina pertinentia ad regnum Dei, de quibus eis Dominus loquebatur, conſideret, ꝙ Chriſtus in vltimo receſſu ſuo p̃cepit Apoſtolis prædicare, cũ Marci vlti. ait illis, Eũtes in mundum vniuer. prædica. euange. omni creaturæ. In quibus verbis quaſi epilogando cõcluſit quicquid per quadraginta dies apparuit eis loquens de regno Dei. Ex his igitur elici poteſt, ꝙ Apoſtoli prædicantes Euangelium docuerunt vnumquẽque credentem ſe præſeruare a vitijs, quæ natura,
E mos, ratio, vſus, lex, gratia, & veritas reprẹhendit. Docuerunt alienum fieri ab idolorum cultura, & vnum ſolum Deum, vnũ Dominum Ieſum Chriſtum adoratione latriæ adorandum. Docuerunt non theſaurizare in terra, ſed in cœlo per mandatorum cuſtodiam. Non diligere quæ videntur, quia temporalia ſunt & caduca: ſed diligere, quę non videntur, virtutes ſcilicet, & bona cęleſtia, quę aut ad æterna & beata diſponunt, aut ipſa æterna conſiſtunt. Docuerũt mundi creationem ex nihilo, quem falſa philoſophorum opinio putat eſſe ęternũ.
F Docuerũt, quomodo inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: & quomodo merito protoplaſti damnationi æternæ iuſtè tenemur aſtricti: ne qui ſuperbirent, ꝙ non egerent miſericordia Dei. Docuerunt quomodo aliunde humano generi non poterat eſſe remedium, niſi per verbum increatum, cum fieret incarnatum, & pœnas ſuſtineret in ligno crucis, ſanguinem funderet, mortemq; ſubiret, pro omnibus caro factum. Docuerunt paupertatem, cęlibẽ vitam, coniugalem caſtimoniam, neminem lędere, omnibus velle prodeſſe, pro iniuria iniuriam non referre. Docuerunt abre-
G nunciare proprijs voluntatibus, crucẽ tollere, Chriſtũ ſequi: non quæ ſua ſunt quærere, ſed quæ Ieſu Chriſti. Docuerunt perfunctoriam gloriam non quærere, ſed gloriari tantummodo in dominica cruce. Docuerunt homines ſupra ſeipſos fieri, ſacramentaliter viuere, Dominica mandata ſeruare, ſtudere virtutibus, & ꝙ nulli debeatur iniquitas, ſed charitas omnibus ſit reddenda, & ꝙ res publica & res principum, nunquam melius, quàm in veritate, iuſtitia & charitate ſub Chriſto Dei filio conſeruatur. Et ibi miſeria, vbi mundi proſperitas:
H & ibi gloria, vbi voluntaria eſt miſeria. Docuerunt ſecundum naturam conditam contra naturam corruptam ſupra humanum vſum ſupra ſenſum. Docuerunt hominem in carne angelicè viuere. Docuerunt ſecretos fieri a beſtiali natura. Docuerunt gentes a genitura recedere, in terra natos in ſuperna poſſe conſcendere. Et, vt breuiter multa perſtringam, docuerunt quid credendum, quid ſperandum, quid amandum, quid ue timendum, quid agendum. Hoc ſiquidem Dominus per quadraginta dies Apoſtolis apparens docebat eos de regno Dei.

ARTI-

A **ARTICVLVS SECVNDVS.**

De excelſo loco, in quem in die Aſcenſionis Chriſtus aſcendit.

Secundo conſideratur locatio aſcenſionis.

Cœlum tripliciter pōr ſumi.

SEcundo conſideremus aſcenſionis locationem, quia in themate propoſito propheta inquit, Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Aduertendum eſt, ꝙ poteſt tripliciter ſumi cœlum. Primo pro cœlo corporali, ſiue materiali: ſecundo pro cœlo ſpirituali, tertio pro cœlo ſuperſubſtantiali.

B *Quod Chriſtus in die Aſcenſionis ſuper omnes cęlos materiales aſcendit. Cap. 1.*

Primo ꝑ cęlo corporali.

PRimo quidem ſumitur cęlum pro cœlo corporali ſeu materiali, qđ quidem multiplex eſt. ſ. ſeptem planetarum, Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, firmamētum criſtallinum & empireum, & de hoc cęlo empireo ſcriptum eſt, Gen. j. In principio creauit Deus cęlum & terram. Et ſuper omnes hos celos aſcendit Chriſtus. Ratio
C eſt, quia empireū cęlum locus eſt proprius beatorum, & ſolum pro materiali loco beatitudini corporis competens eſt. Hæc autē declarans Alex. de Ales in tertio inquit, ꝙ duplex eſt corporis ſtatus, & ſecundum hoc duplex eſt corporis vita, ſcilicet animalis & ſpiritualis, ſicut diſtinguit Apoſt. j. Corint. 15. dicens: Prius eſt quod animale, deinde quod ſpirituale. ſecundum igitur ꝙ eſt vita animalis, eſt natura corporis animalis: & eſt locus conueniens animali vitæ. Secundum autem, ꝙ eſt vita ſpiritualis, eſt natura ſpiritualis & eſt locus conueniens vitæ ſpirituali. Locus autem conueniens vitæ ani-
D mali, eſt elementatum, vel corpus ex elementis complexionatum. Locus autem cōueniens vitæ ſpirituali eſt cœlum empireū. Nec habet corpus ſecundum vitam illam, tantam conuenientiam cum illo corpore, quantam habet cum cęlo empireo. Corpus enim glorificatum coaptabitur, vt ſit conueniens per omnia animæ Deum contemplāti: ſed e e in cęlo empireo plus diuinæ cōtemplationi conueniens eſt, quàm eſſe alicubi. Et propter hoc cōuenientior locus eſt cęlum empireum ſecundum vitam ſpiritualem, quàm ipſum elementum. Quod ergo reſurget tunc corpus ſpirituale. i. quando glorificabitur, ſ. abſtracta corpulētia & mo-
le, quæ impedit animæ motum & contemplationem eius obumbrat. Propter hoc cęlum empireum conuenientiſſimus locus eſt corpori glorioſo & non corpus elementare. Inſuper ibidem exponens propheticum illud, Conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum, inquit, ꝙ ſi ly ſuper, dicat ordinem loci, tunc diſtinguēdum eſt: quia ſunt localia & ſunt non localia. Vltimum enim continens. ſ. empireum cęlum locale non eſt: ergo ſuper omnia localia Chriſtus eſt loco & non ſuper non localia eſt loco, quia non eſt vltra empireum cęlum. Et ſic intelligitur aliud propheticum, Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. E

F

Quod Chriſtus aſcendit ſupra naturam angelicam, & humanam. Cap. 2.

Secundo ꝑ cęlo ſpirituali.

SEcundo ſumitur cęlum pro cęlo ſpirituali, quod ſunt animæ & ſpiritus beati. Primo enim animæ dicuntur cęlum ſpirituale. Proinde Eſa. 66. Dominus ait, Cęlum ſedes mea. i. anima. Et iterum Salomon ait, Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Secundo ſpiritus beati dicuntur cœlum. Iob 37. c. ait. Tu forſitan cum eo fabricatus es cęlos. i. Angelos. Super omnes hos cœlos G
aſcendit Chriſtus. Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt, ſecundum Bonauēturam in 2. diſt. 9. q. vlt. ꝙ hi beati, qui decedunt cū proprio merito, ad aliquem nouem ordinū Angelorum ſecundum eorum merita aſſumentur. Vnde ſicut ſunt 9. ordines Angelorum, ſic erūt nouem ordines hominū beatorū. Qui ergo habebunt merita Seraphin, ſicut Beatus Franciſcus, in illo ordine collocabuntur. Alij habētes merita Cherubin, in eodem ordinem collocabuntur, & ſic de alijs. Propterea pueri, qui deceſſerunt in veteri teſtamento cum ſacramento circumci-
H ſionis, vel alio ad hoc requiſito, contra peccatum originale, vel cum ſacramento baptiſmi & ſine merito proprio, primum conſtituunt ordinem, ſecundum Angeli, tertiū Archangeli, quartum Principatus, quintum Poteſtates, ſextum Virtutes, ſeptimum Dominationes, octauum Throni, nonū Cherubin, decimum Seraphin, vndecimum beata Vi go, duodecimum humanitas Chriſti. Super omnes hos cęlos & animarum & ſpirituum beatorum aſcendit Chriſtus. Proinde Ephe. 4. c. ait Apoſtolus. Qui deſcendit, ipſe eſt: qui aſcendit ſuper omnes cęlos, id eſt ſuper oēs humanos ſpiritus, & præmia debita illis. De ſpiritibus quoque beatus,

A tis, ſm Alex. vbi ſupra exponentẽ propheticũ illud, Conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum, ſi hæc præpoſitio ſuper, dicit eminẽtiã poteſtatis & dignitatis, tũc Chriſtus aſcẽdit ſuper omnia, quia oĩa poteſtati & dominio eius ſubijciuntur. Vnde etiã honorabitur ab Angelis humanitas ſua beata. Et hoc dicit glo. Hebr. 2. ſuper prædictũ verbũ prophetæ, Conſtituiſti eũ, &c. i. ſuper digniora opera. ſ. Angelos & homines. & iterũ Hebrę. j. Sedet ad dexterã maieſtatis in excelſis. glo. dicens in excelſis, nec in hoc loco concludit Deũ, ſed oſtẽdit Chriſtum oĩbus altiorẽ, & oĩbus eminentiorẽ. Et hoc

B ẽt ibi dicit textus. Et ad Ephe. j. Apoſt. ait, ꝙ Chriſtus conſtitutus eſt a Deo in cœleſtibus ſupra oẽm poteſtatẽ, & principatũ & virtutẽ & dominationem, & oẽ nomen, qđ nominatur, nõ ſolũ in hoc ſeculo, ſed ẽt in futuro. Et iterum j. Pe. 3. c. profectus in cęlum ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus, & virtutibus.

Quod Chriſtus aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram Dei patris. Cap. 3.

Tertio ſumĩ cęlũ, ꝓ cęlo ſuperſubſtãtiali.

C Tertio ſumĩt cęlũ ꝓ cęlo ſuperſubſtantiali. i. pro ſuperſubſtãtiali diuina eſſentia. De quo Eſa. 14. lucifer ait, In cęlũ conſcendã. & ſequitur, Similis ero altiſſimo. Et iterũ propheta inquit, A ſummo cęlo egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummum eius. Et hoc modo ſumendo cœlũ, dr̃ ꝙ Dñs aſcẽdit in cęlum. i. vſq; ad Dei æqualitatem. Vnde Marci 16. e. ait, ꝙ Dñs Ieſus aſſumptus eſt in cœlũ & ſedet a dextris Dei. Et iterũ Hebr. j. Apoſt. ait, ꝙ Chriſtus ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Per dextera Dei patris duo intelligũtur. Primũ eſt æqualitas maieſtatis, ad quã Chriſtus ſedet ſm diuinitatẽ. Vnde Hebræ.

D 8. Habemus Pontificẽ, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cęlis. Secundo autẽ per dexterã intelliguntur potiora gloriæ bona, in quibus Chriſtus ſedet ſecũdum humanitatem: quoniã collatum eſt ei quicquid conferri potuit. Et licet ab inſtanti cõceptionis ſuæ, Chriſtus acceperit bona gratiæ & gloriæ in anima: eadẽ tamẽ bona in ſua ſancta Aſcenſione fuerunt maniſeſtata, & in bona congruentia completa. Sed aduertendum eſt, ꝙ differunt iſta tria, ſ. ſedere ad dexteram patris, ſtare ad dexterã patris, & eſſe ad dexterã patris. Primo enim ſedere ad dexteram patris, ſm Alex. de Ales, vbi ſupra, conuenit ſoli Chriſto, ita ꝙ nulli creaturæ ab ipſo conuenit iſte conſeſſus. E

Differunt iſta tria ſedere ad dexterã Patris.

Vnde nec Angelis conuenire probatur, teſte apoſtolo, qui j. c. ad Hebræ. ait: Ad quẽ autem Angelorum dixit aliquando, ſede a dextris meis? quaſi diceret, nulli. Importat igitur ſedere ad dexteram patris vnionem, vel æqualitatem, & quandam eminentiam beatitudinis cum patre, quod nulli alij a Chriſto conuenire poteſt. Credimus igitur nos Chriſtum in cęlo regnantem & quieſcentem, quod notatur in ſeſſione. Et merito quieſcit, quia fortiter, & viriliter laborauit. Pſal. In laboribus ſum a iuuẽtute mea. Sic enim de ſe per prophetam ait. A dextris vero, quia diu in ſiniſtra aduerſitatis F

antea fuit. Pſal. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis. Dei quoque dicitur, quia poſt abiectionẽ gloria merito ſequi debet: quia, vt dicitur Lu. 14. Qui ſe humiliat exaltabitur. Secundo vero dicitur ſtare, ſ. in adiutorium pugnatorum ſuorum. Vnde Actuũ 7. Lu. ait. Cum autem eſſet Stephanus plenus Spiritu ſancto, intendens in cęlũ vidit gloriam Dei, & ait: Video Ieſum ſtantẽ a dextris virtutis Dei. Nam quia in tribulatione poſitus erat, habuit Chriſtum propugnatorem & ſuſceptorem. Propterea vidit eum G

Stare ad dexterã Patris.

ſtãtem. Tertio autem eſſe a dextris Dei patris eſt omnium beatorum. Nam, ſicut dicitur Matth. 25. in iudicio ſtatuet Dominus oues a dextris, hædos autem a ſiniſtris.

Articvlvs Tertivs.

De duodecim fructibus ſanctiſſimæ Aſcenſionis per tres quaternarios diſtinctus.

Tertio cõſiderem' Aſcenſionis fructificatio.

Tertio conſideremus aſcenſionis fructificationem. De hoc fructu, Ephe. 10. Apoſt. ait, Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper oẽs cęlos, vt impleret oĩa. Et poteſt eſſe thema in hoc articulo. Quod exponẽs Alex. de Ales 3. ait, ꝙ talis impletio omnium quantũ ad hominẽ dicta eſt, ꝗ H communionẽ cũ oĩbus habet, & qui quodãmodo oĩa eſt, ſm ꝙ dicitur Sapien. j. Et hoc ꝙ cõtinet oĩa, ſcientiã habet vocis. Ibi appellatur, qđ continet oĩa ipſe homo. Et ſimiliter Marci vlt. ait Dñs Apoſtolis ſuis, Prædicate Euãgeliũ omni creaturæ. Appellat. n. hic oĩs creatura homo. Impleuit ergo oĩa. i. hominem ſuis donis. ſ. gratia Spiritusſancti in ſua aſcẽſione. Vnde 12. fructus cõſecuti ſumus ex Chriſti aſcenſione, quos in tres quaternarios diſtinguamus.

A *De primo quaternario fructuum ſanctiſſimæ Aſcenſionis. Cap. 1.*

Primus quaternarius fructuum Aſcenſionis Chriſti.

PRimus quaternarius fructuum Aſcenſionis Chriſti eſt iſte. Primus fructus eſt patris exoratio, ſecundus hæreditatis noſtræ reſtitutio, tertius naturæ noſtræ glorificatio, quartus naturæ noſtræ honoratio. Primus fructus eſt patris exoratio. Vnde 9. cap. Hebr. Apoſt. ait, Ieſus introiuit in ipſum cęlum, vt appareat nūc vultui Dei pro nobis. Et iterum 1. Io. 2. Aduocatū habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt

Primus fructus.

B propitiatio pro peccatis noſtris: nō pro noſtris autem tantum, ſed etiā pro totius mūdi. Bern. inſuper inquit: Securum acceſſum habes, o homo, ad Deum, vbi habes filium mediatorem, & matrem interuenientē. Filius oſtendit patri latus & vulnera, mater oſtendit filio pectus & vbera. ibi nulla poteſt eſſe repulſa, vbi tot concurrunt amoris inſignia. Porrò apud Deum optimum habemus aduocatum Chriſtum, qui quot vulnera pro nobis ſuſcepit, tot linguas habet, quibus pro nobis apud patrem intercedit.

Secūdus.

Secundus fructus eſt hæreditatis noſtræ reſtitutio. Et de hoc propheta in perſona fide-

C lis ait, Pſal. 15. Dn̄s pars hæred. &c. Ait, n. Dn̄s pars. i. portio: quia iuſti non quærunt, niſi Deū. Vnde Pſal. pars mea Dn̄s in æternum. i. ſemper. vel aliter Dn̄s pars hæreditatis meæ. i. pars hæreditaria, vt legatur intrāſitiue, & eſt pars repete calicis mei. i. iucunditatis meæ in æterna vita, Pſal. Calix tuus inebrians, q̃ præclarus eſt. ſ. in illa vita. Tu es. ſ. tu Chriſte, qui reſtitues hæreditatem meā mihi. hāc quidem hæreditatem amiſerunt primi parentes, propter crimen læſæ maieſtatis, quia voluerūt eſſe ſicut dij, Gen. 3. vnde Aug. ait, voluerunt rapere diuinitatem, & amiſerunt fœlicitatē. Sed hæc hære-

D ditas, quæ per quinq; millia annorū amiſſa fuerat, per Chriſtum in reſurrectione & patentius in aſcenſione reſtituta eſt.

Tertius.

Tertius fructus eſt noſtræ naturæ glorificatio. Aſcēdit Chriſtus in cęlū. ſ. vt nos intromitteret in corporalē poſſeſſionē regni cœlorum, ſ. vt tam corpore, q̃ anima glorificaremur in eo. Nā Chriſti diuinitas eſt gloria animarū, ſic & eius humanitas eſt gloria corporum beatorū, ſ. quo ad obiectū. Io. 10. c. ipſe ait, Per me ſi quis introierit ſaluabitur, quia, vt dicitur Act. 4. Nec enim aliud nomen datū eſt ſub cęlo hominibus, in quo oportet nos ſaluos fieri. Et ſequitur in Io. & ingredietur, ſ. ad contemplationem diuinitatis: & B egredietur ad contemplationem humanitatis: & paſcua inueniet, ſ. in vtroque. & ideo loquitur in plurali, paſcua inueniet, dicēs.

Quartus.

Quartus fructus eſt naturæ noſtræ honoratio. In hac die tota cœleſtis curia adorauit Chriſtum viuentem in ſęcula ſæculorum. Proinde in tantam venerationem propter Chriſti humanitatem apud beatos ſpiritus deuenit natura noſtra, ꝙ vbi in veteri teſtamento a nobis adorare ſe permittebant, in nouo teſtamento poſt Chriſti Aſcēſionem minimè paſſi ſunt. vnde Apoc. 19. c. de apparente ſibi Angelo, Ioā. inquit: Et cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum. Nō ſcilicet E ſicut creatura Deum, ſed ſicut ſeruus vehementer, & cum ſeruili ſubiectione honorat Dominum ſuum creatum, ſ. adoratione duliæ. In veteri tn̄ teſtamēto Angelus ſe adorari permittebat, ſicut patet Ioſue 5. c. vbi Ioſue pronus Angelum adorauit, & ſimiliter Abrahā, Gen. 18. Non autē nunc in nouo permittunt ſe Angeli per ſeruilem modum adorari propter admirandam dignitatem humani generis, quam in exaltatione humanitatis Chriſti, ſeu Chriſti hominis in die Aſcēſionis acceperunt. Vnde ſubditur, & dixit mihi, Vide ne feceris. Ac ſi diceret: G quia iam ſupra nos in ſede Dei exaltatū video & adoro hominem Chriſtum: a modo me ab homine in Chriſto credente nō permitto quomodolibet adorari. Et rationem ſubiūgens ait, Conſeruus tuus ſum. i. tecum & ſicut tu ſeruus eiuſdem Dei & Dn̄i ſum. Et ne credatur, ꝙ reſpectu ſolius Ioannis propter eius ſingularem præcellētiam hoc diceret, & non de omnibus ſeruis Chriſti, ideo ſubdit, Et fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. i. qui perfecto corde cōfitentur, & teſtificantur Ieſum Deū eſſe & Dn̄m omniū & redemptorem ac ſaluatorē hominum. Et ſubdit, quem debeat adorare H dicens: Deū adora, non me, ſed Ieſum Chriſtum. quia licet ſit verus homo, tamen eſt verus Deus, cui conuenit adoratio latriæ. Phil. 2. In noīe Ieſu omne genu flectat, &c.

Secundus quaternarius fructuum Aſcenſionis. Cap. 2.

Secundus quaternarius Aſcēſionis Chriſti.

SEcundum quaternarium fructuum ſanctæ Aſcenſionis etiam ſubiungamus. Primus fructus dicitur cordis præparatio, ſecundus diuini amoris perfectio, tertius viæ cęleſtis oſtenſio, quartus ſpei eleuatio.

Primus fructus.

Primus fructus eſt cordis ꝑparatio. De

tali

A tali cordis præparatione, Io. 14. Dñs ait, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus: dixiſſem vobis, quia vado vobis parare locum, & ſi abiero. & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiã vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Quæ verba exponens Nico. de Lyra, ſuper hunc locum euangelij Io. inquit: Patris ſiquidem domus cœleſtis gloria eſt, in qua multi ſunt gradus atq; diſtinctiones: quia licet ſit idem beatitudinis obiectum, nullã habens diuerſitatẽ ex parte ſui; ex parte nihilominus Beatorum diuerſitas eſt in participando illud obiectum, ſm meritorum varietatem. Nam quidam alijs clarius vident atq; perfectius fruuntur ſm maiorem habitum charitatis, qui capacem facit animam obiecti beatitudinis ſempiternæ. Si quo minus, duæ partes ſunt, & duo accentus. i. ſi in aliquo minus eſſet, quod dico. Dixiſſem vobis, quia vado vobis parare locũ. q. d. Si in cœleſti patria eſſet aliquid minus & defectuoſum: dicerem vobis, quia vado parare vobis locum, ſed non eſt neceſſe, ꝙ vadam ad præparandum, quia in Deo bonitas eſt pfecta, æternalis ac etiã immutabiliter participabilis a beatis. Numerus etiã electorũ & terminus meritorum eſt æternaliter, & immutabiliter prædeſtinatus, & ſic totũ ab æterno præparatum eſt, iuxta illud, Matth. 25. Poſſidete paratum vobis regnum a cõſtitutione mundi. ſed huic ſententiæ, quod ſequitur, repugnare videtur: ſubdit enim, Et ſi abiero & præparauero vobis locum. ergo videtur ꝙ iret ad præparandum. Dicẽdum ꝙ beatitudo, vel locus eius non indigebat aliqua præparatione, ſicut prædictũ eſt, & ſic loquitur Saluator in litera præcedenti. Ipſi tamen electi ſunt, qui præparatione indigent ad hoc, ꝙ poſſint conſequi beatitudinẽ æternalẽ. Nã licet ſint ab æterno prædeſtinati, tamen beatitudinẽ nõ conſequuntur, niſi gratia mediante, quæ datur præparato temporaliter in præſenti. Quãdo ergo Saluator ait, Si abiero & præparauero vobis locũ. Intelligendum non eſt, ꝙ in cœleſti gloria aſcendendo aliquid præparauerit: ſed quia per aſcenſionẽ ſuã dona ſancti Spiritus fidelibus miſit, ꝑ quæ præparantur corda eorũ ad conſecutionẽ gloriæ ſempiternæ. & ſubdit, Iterum veniã. ſ. ad ꝑparata corda, & accipiã vos ad meipſum. Venit quippe ad accipiendũ fideles in hora mortis ad iudiciũ in fine mundi: vt vbi ego ſum & vos ſitis. ſ. oẽs beati. Hęc ſm Nico. de Lyra. Ex his patet, ꝙ aſcenſio Chriſti eſt per eleuationẽ mentis poſt eũ præparatio cordis ad diuina cariſmata ſuſcipienda. Et ad hoc hortamur. j. Reg. 7. Præparate corda veſtra Dño. Secundus fructus eſt diuini amoris perfectio. De hoc, Io. 16. c. Dñs ait: Veritatẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si. n. non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos. ſi autẽ abiero, mittam eum ad vos. q. d. mea paſſio & reſurrectio, atq; aſcenſio neceſſario præire debent illũ: redundãtem aduentum Spiritusſancti, quem ahas vobis promiſi. Huius autem expedientię quandã ſpecialem cauſam tãgit Aug. j. de Trinitate c. j. dicẽs, ꝙ oportebat ꝙ auferretur ab oculis eorũ forma ſerui, quã intuentes hoc ſolum Chriſtũ eſſe putabant, quod videbant. vel hoc ideo expediebat, vt amor quo ad Chriſti præſentiam corporalẽ ferebantur, verteretur totus in ſpiritualẽ amorẽ & deſideriũ ſuæ deitatis & gloriæ, & vt per abſceſſum cõſolationis, quã de eius corporali viſione & ſocietate habebant, daretur amplior locus conſolationi, quã de ſpiritu ſuo & ꝓſentia ſua ſpirituali conſequuturi erãt. Et iterũ glo. Augu. ait: Nõ ꝙ poſitus in terra non poſſet dare, ſed quia nõ ſunt idonei accipere, niſi eũ ſm carnẽ deſiſtant nocere. Et ſtatim poſt ait: Si carnaliter hic fueritis, capaces ſpiritus non eſtis vel eritis. Vnde ſm Alex. de Ales, in 3. Ex hoc patet, ꝙ ipſa præſentia corporalis Chriſti erat generatiua carnalis amoris in Apoſtolis eius, & ille carnalis amor impediebat & diminuebat amorem ſpiritualem Dei. Et ideo ait, Si. n. non abiero. i. niſi mea præſentia corporalis ſubſtrahatur a vobis, non erit in vobis perfectio diuini amoris. Et hoc eſt, quod dicit Augu. ſuper illud Ioan. 14. Si cognouiſſetis me, &c. Ideo ſubtraho a vobis formam iſtã ſerui: vt ab oculis carnis ſerui forma ſubtracta, Deum ſpiritualiter videre poſſitis. Et ſic fructus aſcenſionis Chriſti eſt perfectio diuini & ſpiritualis amoris, & ſpiritualis cognitionis. Hęc Alex. Penſent igitur ſerui & ſerui Dei, quid nocumenti habeat ad diuinum amorem præſentia hominum corporalis, quando in electis Chriſti Apoſtolis, præſentia Chriſti tantum præſtabat ad Dei amorem impedimentum. Tertius fructus eſt viæ cœleſtis oſtẽſio, Micheæ 2. Aſcẽdet enim pandens iter ante eos. In huius miſterium dicitur, Lu. vlti. c. ꝙ Chriſtus educit diſcipulos ſuos foras in Bethaniam, quę in montis Olíueti latere ſita eſt, & domus obedientiæ interpretatur. Vt miſtice innuatur, ꝙ per virtutem obedientię homo

Primus fructus. — *Secundus fructus.* — *Tertius fructus.*

Margin letters: B, C, D (left column); E, F, G, H (right column).

A cęlum aſcendit. vnde Phil. 2.c.de Chriſto Apoſt.ait: Factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. propter quod & Deus exaltauit illum. Eduxit illos foras, ideſt extra ciuitatem in Bethaniam, vt in ipſa eductione intelligere poſſent diſcipuli, ꝙ vt Hebr. 13.c.Apoſt.ait, Non habemus hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus, quã profectò per obedietiam inuenimus. Porrò ad hoc Coloſſ. 3. hortatur Apoſtolus dicens: Quæ ſurſum ſunt, quærite.ſ.per obedientiam. Vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Primum eſt perfectorum, & non euacuãdum: ſecundum eſt B imperfectorum, & quandoq; deferendum. Primum eſt ſpiritualium, ſecundum carnalium. Primum eſt ſapere ad ſobrietatem, ſecũdum eſt ſapere pluſquam oporteat ſapere. *Quartus fructus.* Quartus fructus eſt ſpei eleuatio: quia ſm Alexan.vbi ſupra, certificamur de ſpe beatitudinis. Vnde Leo Papa, Aſcenſio Chriſti noſtra eſt prouectio, & quo præceſſit gloria capitis, eo ſpes tendit & corporis. Et ſic aſcenſione Chriſti certioratur ſpes beatitudinis corporis, id eſt eccleſiæ, ſeu ſpes noſtra.

C *Tertius quaternarius fructuum Aſcenſionis Chriſti.* Cap. 3.

Tertius quaternarius fructuum Aſcenſionis Chriſti.

TErtium quaternarium ſubiũgamus. Primus fructus eſt affectus prouocatio, ſecundus cordis ſubleuatio, tertius mentis abſtractio, quartus aſcenſionis conditio. Primus fructus eſt affectus prouocatio. Conſidera mens deuota, ꝙ poſt multas apparitiones & diſparitiones, quaſi poſt multos volatus quibus in præſenti tẽpore a reſurrectione vſq; ad hunc diem diſcipulorum ſuorum affectus prouocabat ad D ſumma, hodie vno cõpleto volatu in eorũ oculis aſcẽdit ad dexterã Dei Patris, vt vbi illorũ theſaurus erat, illuc eorum, & noſtra affectio traheret. Fuit.n.ſicut in præcedenti ſermone dictũ eſt, quaſi mater aquila ſolicitiſſima prouocãs ad volandũ pullos ſuos: extẽdit alas ſuas & aſſumpſit corda illorũ, atq; in humeris virtutis propriȩ aſportauit. Vñ nõ immeritò Angeli apparẽtes eis poſt Chriſti aſcenſionẽ illos cõuenienti noĩe appellauerunt, cũ aiunt, Viri Galilæi, &c.q.d. Verè vos eſtis viri trãſmigrati a vobis auulſi & ꝑ affectũ in Chriſto inſerti. Secundus fructus eſt cordis eleuatio, ſ.ad ei⁹ dilectionẽ. Qđ miſticè ꝑdicit Dñs Io.12.dicẽs: Ego E ſi exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad mẽipſum. Dicit autẽ oĩa ꝑꝑ tria. Primo vt in hoc notet hominẽ, qui habet cõmune cum oĩ creatura. vnde Marci vlti. Dñs Apoſtolis ait, Euntes in mundũ vniuerſum ꝑdicate Euangeliũ oĩ creaturæ.i.homini, qui participat cũ oĩ creatura. Secũdo vt in hoc totũ hominẽ notet.q.d. Trahã ad me corpus, vt mihi ſeruiat intellectu, vt me recognoſcat affectuu, vt me ſuper oia diligat. Et hoc, vt vbi eſt theſaurus illius, ibi ſit ẽt & cor eius, Matth. 6. Tertio vt in hoc notet in vniuerſitate electorũ eſſe quandã integrã totalitatẽ vniuerſi, propter quam oia dici valet. Quarto etiã addi poteſt, ꝙ hoc dicit, vt innuat, ꝙ reprobi quaſi pro nihilo reputãtur & quaſi ꝑ tanto ſunt, quaſi extra oia entia. F Ex his patet, ꝙ ꝑꝑ hoc aſcendit Chriſtus, vt ſubleuaret cor hominis ad ſuã dilectionẽ. In cuius miſteriũ Leuit. 3.c. ſcriptũ eſt: Oĩs adeps Dñi erit iure perpetuo. adeps quippe eſt dilectio cordis, q ſoli Deo tribui debet. proinde Prouerb.23.c.Dñs ait, Præbe fili mi cor tuum mihi. Tertius fructus eſt mentis abſtractio. Cum.n.cor aſſueſcit poſt Chriſtum ad ſuperiora leuari, & guſtare, q̃ ſuauis eſt Dñs in delectationibus ſuis, obnixè cũ ſponſa, Canti. 1. a Dño poſtulat dicens, Trahe me poſt te, curremus in odorẽ G vnguentorũ tuorũ. Nouit.n. imbecillitatẽ ſuã, & põdus naturalis grauedinis ſuę: atq; ſcit verũ eſſe verbũ Chriſti, Io.6.q ait, Nemo põt venire ad me, niſi pater q miſit me traxerit eum. propterea inquit, Trahe me poſt te. Fit aũt iſte tractus per inſpirationes vehementiores & gratiarũ infuſiones inflãmantiũ & eleuantiũ corda vſq; ad extaticos mentis exceſſus. Curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. per hunc odorẽ intelligit quandã ſpiritualẽ, & ſubtilẽ atq; occultã diſtributionẽ diuinarum ſuauitatũ emanantiũ a Chriſto Ieſu. De hac abſtractione H beatus Bern. ſuper Canti. ſermone inquit: Inter medios laqueos in hac vita incedit, qui vtiq; totiens nõ timentur, quotiens ſancta aliqua, & vehementi cogitatione anima a ſeipſa arripitur: ſi tamen eouſq; mẽte ſe cedat & auolet, vt hic communẽ tranſcẽdat vſum & conſuetudinẽ cogitandi. Etenim fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorũ, Quid enim formidetur luxuria, vbi nec vita ſentitur? Excedente quippe anima, & ſi non vita, certæ vitæ ſenſu neceſſe eſt ẽt, vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Vtinã hac morte ego frequenter cadam, & euadã laqueos mortis, vt non ſentiã vitæ luxuriãtis mor-

tifera

A tiſera blandimenta, vt obſtupefacta ad ſenſum libidinis, ad ſenſum auaritiæ, ad iracūdię & impatientiæ ſtimulos, ad angores ſolicitudinum & moleſtias curarū: moriatur anima mea morte iuſtorum, vt nulla illaqueet iniuſtitia, nulla oblecteţ iniquitas. Bona mors, quæ vitam nō aufert, ſed transfert in melius. Bona, qua non corpus cadit, ſed anima ſubleuatur, quæ ſenſum non ſopiat, ſed abdicat: nō vitam, ſed vitæ eripiat laqueos. Verum hæc hominum eſt, ſed moriatur anima mea, ſi dici poteſt etiam Angelorum, vt præſentium memoriam excedēs B rerum ſe inferiorum corporearum, quæ nō modo cupiditatibus, ſed etiam ſimilitudinibus exuat, ſitq́; ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt præſtans puritatis ſimilitudo. Talis, vt opinor, exceſſus, aut tātum, aut maximè contemplatio dicitur. Rerum enim cupiditatibus viuendo nō teneri, humanæ virtutis eſt: Corporum vero ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, angelicæ puritatis eſt. Vtrunq; vero diuini muneris, vtrūq; excedere, vtrunq; teipſum transcendere eſt: ſed longe vnum, alterum non longe. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias cōcupiſcētijs eius, C nec tenearis illecebris. Profeciſti, ſeparaſti te, ſed nondum elongaſti, niſi & irruentia vndiq; fantaſmata corporearum ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate præualeas, hucuſq; noli promittere tibi requiem. Erras, ſi citra te inuenire extimas locum quietis, ſecretum ſolitudinis, luminis ſerenum, habitaculum pacis. Hæc Bernardus.

Quartus fructus aſcenſionis conditio eſt. Porro lex eſt æterna, ꝙ qui ſe humiliat exaltabitur, ſicut Lu. 14. Dominus ait. Proinde ſicut Bernardus ait, Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus volens nos docere, quomodo in cœlum aſcenderemus, fecit D ipſe quod docuit. Aſcendit in cœlum, & quoniam aſcendere non poterat, niſi prius deſcenderet. Deſcendere autem eum, vel aſcendere non patiebatur diuinitatis ſuæ ſimplicitas, quippe qui nec minui poteſt, nec augeri, nec aliquo modo variari aſſumpſit in vnitatem ſuæ perſonæ naturam noſtram. id eſt humanam, vt quia deſcenderet & aſcenderet, viamque nobis, qua & nos aſcenderemus oſtenderet. Manens itaque quod erat in natura ſua, deſcendit & aſcendit, propter nos in noſtra attingens nimirū a fine vſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. Deſendit ſiquidem, quo inferius non decuit: aſcendit quo excelſius non potuit. Ipſumq́; deſcenſum egit forE titer, quia virtus erat: aſcenſum diſpoſuit ſuauiter, quia ſapientia erat. Sunt autem gradus in deſcendendo, ſunt & in aſcendēdo. In deſcendendo quidem. Primus gradus eſt a ſummo cœlo vſque ad carnem, ſecundus vſque ad crucem, tertius vſque ad mortem. Ecce quouſque deſcendit. Vidimus deſcenſum, videamus & aſcēſum. Sed ille quoque triplex eſt, & eius primus gradus gloria reſurrectionis, ſecūdus poteſtas iudicij, tertius conſeſſus ad dexteram Dei patris.

Gradus in deſcendendo triplex.

Gradus in aſcendendo triplex.

Et de morte quidē meruit reſurrectionē, de cruce iudicis poteſtatē: vt qm̄ in F illa iniuſtè iudicatus eſt, de illa iuſtam obtineret cenſurā. Ipſam quoq; ſerui formā, i. carnē, in qua paſſus eſt, reſuſcitantē euexit ſuper omnes cœlos, i. ſuper omnes Angelorū choros vſq; ad dexteram patris. Quid hac diſpoſitione ſuauius, vbi mors abſorbetur in victoria, vbi ignominia crucis vertitur in gloria, vbi & ipſa carnis humilitas ex hoc mundo tranſiuit ad patrē? Hac aſcēſione nihil ſublimius, hoc honore nihil glorioſius dici poteſt, aut excogitari. Sic ꝑ incarnationis ſuæ miſteriū deſcendit & aſcēdit Dn̄s relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, hic ꝑ gratiā, & in fuG turo per gloria: quam nobis miſericorditer largiatur, qui per humilitatem deſcendit, & per charitatem aſcendit, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto glorioſus triumphat per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

In diebus rogationum, ſeu maioribus letanijs, aut pro quocunque alio tempore. De ſacratiſſima Oratione, & de circumſtantijs eius. H

De Oratione.

PEtite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Lu. 11. c. & in Euangelio hodierno. Tractaturi de ſacra oratione, primo cōſideremus eius diffinitionem. & ſm Aug. Oratio eſt pius mētis affectus in Deū directus: ſm vero Damaſc. Oratio eſt aſcēſus intellectus ad Deum. Vel aliter, ſm eū: Oratio eſt petitio decentium a Deo. Et hæc diffinitio veriſſimè eſſentiam orationis declarat, ſm Tho. in 4. diſt. 15. Et de hac oratione Dn̄s in propoſito verbo ait, Petite

A & dabitur vobis,&c. Quod verbum tripliciter exponi, ſeu intelligi poteſt . Primo modo Petite dilectionem . Hanc petebat propheta,cum dicebat: Doce me facere voluntatem tuam,quia Deus meus es tu . Et dabitur vobis. Quærite cognitionem,dicẽtes cum propheta : Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte , &c. Et inuenietis . Pulſate p operationem.Matth. 7.Nõ omnis, qui dicit mihi Domine Dñe, intrabit in regnum cœlorum , ſed qui facit voluntatem patris mei,&c. Et ſic aperietur vobis. Secundo modo poteſt intelligi, Petite per orationem,& dabitur vobis : quæ-
B rite per lectionem,& inuenietis . Pulſate per operationem & aperietur vobis . Tertio modo exponi poteſt,ſm Augu.in libro retractationum, c.18. vbi ait : Melius ad inſtantiſſimam petitionem hæc feruntur . De hac inſtantiſſima & importuniſſima petitione Ber.in ſermone de guerra,inter Hieruſalem & Babilonẽ inquit : Eſt enim oratio nuncius fideliſſimus notus regi & omni curię, qui in ſecreto noctis ſilentio per occultas & ſibi notas ſemitas arcana cœli penetrare & cubiculum regis adire & ſua importunitate,& miſerabili ſupplicatione piũ regis animum flectere & laborantibus opẽ impetrare ſolitus eſt.Et iterum in Pſal. 140. propheta inquit, Dirigatur Domine oratio mea,ſicut incenſum in conſpectu tuo.Sicut
C enim incenſum antequam appropinquet igni,quaſi mortuum videtur : & igne cõtactum quaſi ſpirituale fit,. & in altum aſcendit:ſic meritum orationum noſtrarũ quaſi mortuum eſt,& nihil valet,niſi in quantum illius dilectionis igne, quo Chriſtus pro nobis meruit viuificatur. Tunc ſiquidem orationes noſtræ, ſicut incenſum in conſpectu Dei diriguntur,cũ ſuffragante merito Chriſti in nomine eius Deo patri offeruntur. Et ideo eccleſia ſic orationes ſuas concludit, vt in Ieſu Chriſti nomine eas exaudiri velit dicens , per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Sic & Ioan. 16. petere nos docuit Chriſtus, cum ait : Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. De hoc Apocalip. 8.c. ſcriptum eſt, Et data ſunt illi,ſ.Angelo incenſa multa,vt daret de orationibus Sanctorum omnium ſuper altare aureum , quod eſt ante thronum Dei,q.d. Hæc incenſa ſunt orationes iuſtorum,quæ Deo in eccleſia offeruntur, & hęc per Chriſtũ dantur ſuper altare aureũ , qđ eſt ante thronũ Dei,cũ merito paſſionis ſuę acceptabiles Deo redduntur. Et tũc aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſan- E
ctorũ de manu Angeli corã Deo , cũ lacrimoſæ orationis deuotio meretur p Chriſti mediationem exaudiri a Deo.Vnde Apoſt. ad Hebr.9.dicit . Chriſtum in ipſum cęlum introiſſe, vt appareret vultui Dei nunc pro nobis.Talẽ quippe orationẽ fundebat propheta, cũ in perſona cuiuſlibet noſtrum a Dño poſtulabat dicens : Dirigatur oratio mea,ſicut incenſum in cõſpectu tuo.Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. In hac oratione debet eſſe ignis charitatis & incenſum mentalis deuotionis in thuribulo cordis . Circa igitur orationẽ tria conſideremus.Primo eius neceſſitatem,ſecundo F
eius qualitatem , tertio eius vtilitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

PRimo conſideremus orationis neceſſitatem . Triplex eſt oratio,ad quam diuerſimodè & variè diuerſi obligantur. Prima eſt oratio mentalis,ſecunda eſt oratio vocalis,tertia eſt oratio clericalis.

Circa orationẽ,tria ſunt conſideranda.

Capitulum primum.

Primo orationis neceſſitas.

Triplex eſt oratio. Prima eſt oratio mẽtalis.

PRima ergo oratio eſt mentalis, ſm.n. Alex.de Al.ad orationem mẽtalẽ homo tenetur ex naturali iure,quod dictat homini, vt diſponat ſe ad ea,ſine qbus nõ eſt ſalus.Ad hoc ſiquidẽ ius accedit auctoritas Chriſti, qui Luc.18.ait, Oportet ſemper orare, &c. Super quo Cryſoſt.ait: Oportet,neceſſitatẽ dicit : & addit Dñs, & non deficere . Et 1. Theſſal.5.Sine intermiſſione orate.Et Eccl. 18. Ne impediaris orare ſemper. Sed quo modo põt hoc fieri, ꝙ hõ ſit ſemper in oratione ? Nõne oportet eũ ſaltẽ comedere & dormire?Dicendũ,ꝙ ly ſemper, ſm Nic.de Lira,nõ ĩportat cõtinuitatẽ tpis,q̃a neceſſe eſt orõnẽ interrũpere pp comeſtionem & H
dormitionẽ &alias neceſſitates:ſed ĩportat orõnis inſtãtiã tpibus cõgruis , vel ſemper iuſtè viuere , atq; ęterna deſiderare.Itẽ ſm glo.Nõ ceſſat orare,q nõ ceſſat benefacere.

Hic deeſt ſecundum & tertium Capitulum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De ſeptem circunſtantijs , quas debet habere oratio deuota & ſancta.

Secundo orationis qualitas.

SEcundo cõſideremus orationis qualitatem. ſ.vt fiat exaudibilis coram ſummo Deo.

A Deo. Quæ aũt & quales debeãt eſſe circunſtantiæ deuotæ & exaudibilis orationis, ponit Alex. de Ales ſuper Pſal. in vno verſu, ſ.

Ad quem, quis clamet, cur, quomodo, quando, quid, vnde.

In quo quidem verſu notantur ſeptem circunſtantiæ eius.

Quod ad tria dirigi debet oratio noſtra. Cap. I.

Prima circunſtãtia orõnis eſt ad quem. *Ad tria in orõne recurrere neceſſe ẽ.*

PRima circunſtantia eſt, ad quem. ſ. orare debemus. Circa quod aduertendũ eſt, ꝙ ad tria in oratione recurrere neceſſe eſt. Primo ad Deũ, ſecũdo ad caput noſtrum, tertio ad membrum eius. Primo ad ipſum Deum: & hoc nos docet Dñs Matt. 6. cũ ait: Sic ergo vos orabitis, Pater nr̃, qui es in cœlis, &c. B De qua ſacra oratione in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermo. 6. diffuſius dictũ eſt. Sic orabat propheta, cũ dicebat: Ad te leuaui ocu. m. qui ha. in cę. Ber. Porrò quamuis vbiq; ſit Deus, in cęlo tamen adorandus eſt: ibiq; orationis tẽpore cogitandus. Sic igitur oret, q. orat: ſic ſemetipſum conſideret & attẽdat, tanquam præſentatũ Dño maieſtatis. Secundo ad caput noſtrũ, quod eſt Chriſtus, vt. ſ. propter merita paſſionis apud patrẽ pro noſtris neceſſitatibus intercedat. Nam, vt ad Hebræ. 9. c. teſtatur C Apoſt. Ieſus introiuit in ipſum cęlum, vt appareat nunc pro nobis vultui Dei. Et iterũ j. Io. 2. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tãtum, ſed ẽt pro totius mundi. Tertio ad mẽbra eius porrigere debemus ſanctas orationes, non ꝙ per ipſos implendæ ſint, ſed vt eorũ meritis, & interceſſione orationes noſtrę deſideratum ſortiantur effectũ. Proinde in perſona fidelis orãtis propheta in- D quit: Leuaui ocu. m. in mon. vnde ven. auxi. mihi. Et iterum Ber. ait. Credimus Angelos ſanctos aſtare orãtibus & offerre Deo p̃ces & vota hominũ. Simpliciter tñ melius eſt atq; vtilius oratione & deuotione pro adiutorio ad matrẽ Chriſti recurrere, q̃ ad alios Sanctos inferiores. Et plus ad ſuperiores, q̃ ad inferiores. Vtile tamen eſt etiam Sãctos minores orare, & maximè propter tres rationes. Primo propter maiorẽ deuotionẽ, ſecundo propter gratiarum impetrationẽ, tertio propter faſtidij amotionẽ. Primo inquam propter maiorẽ deuotionẽ, quã. ſ. homo habet ad aliquẽ minorem Sanctum, q̃

Vtile eſt sãctos minores orare propter tria.

ad maiorem. E Ex deuotione aũt maximè dependet orationis affectus atq; effectus. Secundo propter gratiarũ impetrationẽ. Nã quibuſdã Sanctis diuinitus datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipuè patrocinari, ſicut ſancto Antonio de Padua ordinis Minorum, quotidie eius patrocinijs gratias & miracula impetrare: Sanctæ Luciæ multi pro conſeruatione luminis corporalis: Et ſancto Nicolao, vt euadant a maris periculis deuotione recurrũt: & ſic de multis alijs Sanctis. Tertio propter faſtidij amotionẽ. Nam aſſiduitas vnius rei faſtidium parit. Ex hoc autem ꝙ diuerſos Sãctos oramus quaſi in ſingulis feruor nouus excitatur deuotionis. Quarto etiam addi poteſt, quòd multorum orationibus impetratur, quod vnius impetrari non valet. F

Quando & quomodo oratio iuſti, vel peccatoris exaudibilis, vel meritoria eſt. Cap. 2.

Secunda circunſtãtia orõnis eſt, qs clamet. Circa qđ aduertẽdũ quod orõ. quãdoq; eſt meritoria.

SEcunda circunſtãtia eſt, Quis clamet. i. oret. Circa hoc aduertendum eſt, quòd oratio eſt quandoq; meritoria, quandoque impetratiua, quandoq; teſtificatiua. Primo enim eſt quãdoq; meritoria, & hoc quo ad bonos. vnde propheta, Clamauerunt iuſti, & Dñs ex. eos. Et iterum. Oculi Dñi ſuper iuſtos, & au. e. in pr. eorũ. Quandoq; iuſtos nõ exaudit Deus, ſicut patet de Apoſtolo Paulo, 2. Corint. 12. vbi de ſe dicit: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. propter quod ter Dñm rogaui, vt diſcederet a me, & dixit mihi Dñs: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Operatur enim Deus cum homine, ſicut medicus probus cum ægrotante, infirmo. Imponit enim quandoq; mordax emplaſtrũ, rogat æger medicum vt remoueat ipſum: quẽ H tamen medicus non exaudit exoratus, licet exaudiat ipſum ad bonum ſuum, ſciens infirmitatem ſuam aliter nõ curari. Et in hoc apparet admiranda miſericordia Dei, quòd Paulus non exauditur a Deo pro ſtimulo carnis: & tamen exauditus eſt ab eo diabolus, cum popoſcit poteſtatem, ꝙ multipliter cruciaret ſanctiſſimum Iob, vt dicitur Iob j. Secundo vero eſt quandoq; impetratiua. ſ. quo ad malos. ſecũdum enim Thom. 2. 2. q. 83. Si peccator petit aliquid in quantum peccator, ideſt ſecundum deſiderium peccati, talis a Deo non exauditur ex miſericordia:

Quãdoq; eſt impetratiua.

A ricordia: ſed quandoq; ad vindictam exauditur, dum permittit Deus peccatorem amplius ruere in peccata. Deus ſiquidem quędam negat propitius, quæ concedit iratus, ſm Augu. Orationẽ vero peccatoris ex bono deſiderio naturæ procedentem exaudit Deus non quaſi ex iuſtitia, quia hoc nõ meretur peccator, ſed ex pura miſericordia ſua. Obſeruatis tamen quatuor conditionibus, quæ communiter requiruntur ad orationem, quæ communiter exaudiri debet, ſ. vt pro ſe petat neceſſaria ad ſalutẽ piè, & perſeueranter. Hæc ille. Et hæc quatuor notãtur in vno verſu prophetæ, cum ait: Apud
B me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo, ſuſceptor meus es. Per hoc.n. ꝙ dicit Deo, innuitur piè. Per vitæ, ad ſalutẽ. Per meæ, pro ſe. Per hoc, ꝙ dicit, dicã, perſeuerantia denotatur pp propoſitum de futuro. De hoc patet exemplũ de publicano, Lu. 18. qui ait, Deus propitius eſto mihi peccatori. & ex hac oratione meruit iuſtificationem. Et ſic debet intelligi verbũ cęci nati, Io. 9. qui ait, Peccatores Deus non audit. Nã peccatores inquãtũ peccatores ſunt, Deus nõ exaudit: ſed ſolũ in quantum ſunt boni, & bono adhærent & deteſtantur mala. Nã peccatores
C de peccatis pęnitentes magis connumerãdi ſunt in numero pęnitentiũ, q̃ in numero peccatorũ. Tertio quoq; oratio eſt qñq; teſtificatiua, & hoc quo ad bonos & malos. Conſtat aũt, ꝙ miracula non fiunt propria virtute hominum, ſed per orationem. ſ. tam a malis, q̃ a bonis. Vnde Aug. in lib. 83. qõ. inquit. Aliter miracula faciunt magi, aliter boni Chriſtiani, aliter mali Chriſtiani. Magi per priuatos contractus dæmonum, boni Chriſtiani per publicam iuſtitiã, mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. Vnde notandũ, ſicut dicitur Matth. 7. c. dicent quidam Dño: Nõne in nomine tuo prophetauimus, & ĩ nomine tuo dęmonia eiecimus,
D & in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tamen dicet eis Dñs, Non noui vos. Vnde notãdum eſt, ꝙ omne miraculum verũ, quoddam teſtimonium eſt, quãdoq; eſt in teſtimonium veritatis prædicatę, quandoq; eſt etiam in teſtimonium perſonæ faciẽtis. Cum igitur omne miraculum verum fiat virtute diuina, & Deus non ſit teſtis mendacij: quandocũq; miraculum fit in teſtimoniũ doctrinæ vel veritatis, omnino neceſſe eſt illam doctrinam eſſe veram etiam ſi perſona prædicans non ſit bona. Quandocunq; autem fit in teſtimonium perſonæ, ſimiliter neceſſe eſt, ꝙ illa perſona ſit

Quãdoq; eſt teſtificatiua.

bona. Ex his patet, ꝙ oratio, cum qua miracula fiunt, omnino eſt teſtificatiua; ſcilicet aut bonitatis in bonis, aut veritatis in malis. Et in hoc etiam verum eſt, ꝙ cęcus ait, ſcilicet, ꝙ peccatores Deus non audit, ſ. in teſtimonium falſæ doctrinæ, vel malæ vitæ. E

Quod pro triplici noſtra neceſſitate orare debemus. Cap. 3.

Tertia circunſtantia eſt, Cur. i. quare quis oret. Orare quippe debemus pro triplici neceſſitate noſtra. Primo pro neceſſitate ſpirituali, ſecundo pro neceſſitate corporali, tertio pro neceſſitate temporali. Primo inquam pro neceſſitate ſpirituali, quæ maximè in hoc conſiſtit, ꝙ Deus inhabitet in corde noſtro: & hoc competit primo humanæ capacitati, ſecundo diuinæ charitati; tertio eius virtuti. Primo competit humanæ capacitati. Nam ſecundum Auguſt. homo ad imaginem Dei eſt, quòd capax Dei eſt. Si ergo capax Dei eſt, qui eſt infinitus, & omnis creatura finita eſt, & numerata & ponderata: nulla creatura, immo infinul omnes creaturæ non poſſent animam hominis implere & ſatiare. Proinde Auguſti. ait: Quicquid poteſt mihi dare Deus, vel G
promittere, non mihi ſufficeret niſi ſeipſum promitteret. Ad hoc propheta ait, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Secundo competit diuinæ charitati. Natura quippe frigoris eſt claudere, caloris autem aperire. Sed Deus vtique calor eſt: Vnde Deutero. 4. Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. proinde manum ſemper apertam habet, iuxta illud propheticum: Aperiſti manum tuam, & imple omne animal benedictione. Cum ergo aperitur manus, diffunditur quòd in manu eſt. Deus ſemper habet manum apertam, immo etiam perforatam, quia ex vtraque parte manus H
diffundit bonitatem ſuam, ſcilicet ſuper omnes creaturas. Nam, vt dicitur Matth. 5. Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et vnaquæque creatura recipit ſecundum propriam facultatem. Tertio competit eius virtuti. Virtuoſi quippe eſt facere opera perfecta. Sed perfectum eſt, quod habet quicquid recipere poteſt. Cum igitur Deus in ciuitate animæ tria palatia conſtituerit, ſcilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem: in quibus nullus congruẽter habitare poteſt, niſi Deus: ideo homo orare debet, Adueniat regnum tuum, i. veniat

Tertia circunſtãtia eſt, cur. Quare debemus triplici neceſſitate.

A veniat pater, & requieſcendo regnet in palatio memoriæ, filius in palatio intelligentiæ, & Spiritusſanctus in palatio voluntatis humanæ. Nam & Ioan. 14. oranti ipſe promiſit, dicens: Ad eum veniemus, & māſionem apud eum faciemus. Secundo aūt neceſſe eſt orare pro neceſſitate corporali. De hoc Matth. 8. ſcriptum eſt: Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine, ſi vis potes me mundare: & extendens Ieſus manum tetigit eum dicens, Volo mundare. In hoc caſu tria concurrunt, ſ. infirmitas, neceſſitas, & ſanitas. B Primo concurrit infirmitas, ſcilicet quæ grauiſſima erat. Vnde Euangeliſta ait, Et ecce leproſus veniens adorabat eum. Eccleſiaſt. 32. ſcriptum eſt, Pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Secundo concurrit neceſſitas alias veritas, vnde ſubdit dicens: Domine, ſi vis potes me mundare. In hoc oſtenditur eius fides, quia confitetur potentiam Chriſti. ſm enim Chryſoſt. non dicit, Dn̄e munda: ſed ei totum committit & poteſtatē faciendi ipſum habere aſſerit. ait enim, Si vis. Non dubitat de voluntate Chriſti ad oē bonū opus præparatā, ſed de iudicio volūtatis eius. Nec enim oīb. expe- C dit corporis integritas. quaſi dicat: Credo, ꝙ vis quod bonū eſt: ignoro autē ſi mihi illud bonum eſt, quod deſidero. Hoc aūt planè non dubito, quia ſi bonū eſt, tu vis. Tertio concurrit ſanitas. & de hoc ſubditur, Et extendens Ieſus manum, quod compaſſionem ſignat, tetigit eum dicens, Volo mundare. ſm Hierony. conſidera quàm humilis eſt, & ſine iactantia reſponſio. Ille dixerat, Si vis: Dn̄s reſpondit, Volo. Ille præmiſerat, Potes me mundare: & Dominus dicit, Mundare. id eſt, eſto mundatus. Sic exemplo huius leproſi debemus in oratione noſtra depoſcere ea, quæ corporalia ſunt, ſi D grata ſunt Deo. Hæc corporalia dici poſſunt corporis fortitudo, proſperitas corporalium ſenſuum, & humana libertas.

Tertio neceſſe eſt orare.

Tertio vero nobis neceſſe eſt orare pro neceſſitate temporali. Quomodo hoc autem fieri debeat, oſtendit Bernar. ſuper Cantica, ſermone . . dicens: Non rectè oras, ſi orando præter Deum aliquid quæras: aut quod propter Deum non quæras, quoniam in ipſo ſunt omnia. Ibi remedia vulnerum, ibi ſubſidia neceſſitatum, ibi profectum copiæ, ibi reſarcitus defectuū, ibi quicquid accipere, vel habere hoībus expedit, quicqd decet, quicquid oportet. Sine cauſa ergo a Deo aliud petitur, cum ipſe ſit omnia. Nam E & ſi iſta temporalia, & cum neceſſe eſt, poſtulare videmur, ſi Deus in cauſa eſt, vt quidem dignum eſt, non vtique illa, ſed hunc potius quærimus, propter quem alia poſtulamus. Hæc ille. Conſiſtunt autem hæc temporalia bona in diuitijs, ſeu in perſonis: in honoribus, & in latitudine famæ, quæ quæri a nobis in oratione debent ſecundū prædictum modum, quem Bernardus docet.

Quòd cum tribus conditionibus oratio fieri debet, vt grata ſit Deo. Cap. 4.

F

Quarta circumſtātia, quomodo tres ſūt modi. Primo reuerenter.

QVarta vero circunſtantia eſt, quomodo, ſcilicet orare debemus. Qui enim deſiderat, quòd oratio ſua ſit grata, tres ſeruare debet modos, ſcilicet orare primo reuerenter, ſecundo attentè, tertio deuotè. Primo orare reuerenter, ſcilicet tam mente, quam corpore, i. humilem reuerētiam debet ſeruare interius, & exterius. Parum quippe prodeſt orare, & caput inclinare, atq; pectus exterius tundere, niſi orans inclinet, & humiliet interius mētem. De tali humilitate Eccleſiaſt. 35. ſcriptum eſt, Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Hoc eſt inclinat Sanctos ad interpellandum pro nobis. G Sancti quippe nubibus comparantur: quia ſicut de nubibus pluuia in terram deſcendit, ſic per orationes Sanctorum ad nos deſcēdit pluuia gratiarum ad fęcundandum terram humani cordis.

Secundo attente. Triplex eſt orationis attentio.

Secundo orare debet homo attentè. Triplex eſt orationis attētio, quam in oratione, & diuino officio ſeruare debemus. Prima eſt ad verbalem, & vocalem formationem verborum, ſcilicet ne quis erret in eis. Secunda eſt ad ſenſum verborum, & ad ſignificantiam eorum, quæ orando dicūtur. Tertia eſt, qua attēditur ad finē orationis, ſ. ad Deum, & ad rem, pro qua H oramus: & hæc maximè eſt neceſſaria, quā etiam idiotæ habere poſſunt. Prima attentio eſt omnium minima, præterquam in illis verbis, quæ ſunt de ſubſtantia ſacramentorum. Ibi enim oportet multum attēdi ad integram & rectam & ordinatā formationem verborum, ſm formā eccleſię: quāuis nimia & immoderata ſonatio literarū, hic & alibi ridiculoſa ſit. Illa profecto recta, & ſufficiens prolatio eſt, quæ in communi locutione ſolet recta, & integra iudicari. Nimia enim ſonatio, & in ſonando protractio literarum, pręcipuè illarum, quę cōſonantes, i. non per ſe, ſed cum alia ſonantes

tes

A tes denominantur, abſurda eſt & ridiculoſa etiam in communi ſermone. Si ergo in alijs verbis, quæ non ſunt de ſubſtantia ſacramentorum, impediantur duæ vltimæ attētiones propter primam, aut tertia propter ſecundam: cenſeri non debet officium & orationem inattentè dici, immo magis attentè: quia quanto finis eſt melior & nobilior, atque principalior: tanto in ipſum intendere melius, & rectius eſt. Et iterum ea, quæ ſunt ad finem, ipſum finem impedire non debent, ſed amplius promouere. Tertio debet homo orare deuotè, ſeu ferueuenter, & ardenter. De tali oratione, Ecclesiaſt. 5. cap. miſticè ſcriptum eſt: Quaſi
B ignis effulgens, & thus ardens in igne: eſt oratio ſupple. Fulget enim, quia mentem illuminat: ſed eſt quaſi thus in igne, quia coram Deo, & Angelis odorem ſpargit. De hac oratione Apocal. 5. ſcriptum eſt, quod vigintiquatuor ſeniores, & quatuor animalia habebant phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum. In miſterium quoque deuotæ orationis ſcribitur Iudicum 13. quòd cum Manue pater Sanſonis ſacrificium obtuliſſet, ſcilicet hędum, aſcendit flamma ignis de altari in cœlum, & Angelus Domini pariter in flamma aſcendit. In quo miſtice de-
C notatur, quòd orationes flamma deuotionis Ignitas in cœlum Angeli repræſentant, in terris orationes tepidas relinquentes. Sic deuotè orabat Propheta cum dicebat ad Dominum: Exaudi, id eſt efficaciter audi orationem meam Domine: & deprecationem meam auribus percipe lachrymas meas. In quo nota, quòd oratio & deprecatio duos terminos dicunt. Oratio enim eſt ad bonum acquirendum, & deprecatio ad malum amouendum: lachrymæ vero ad vtrunque, quaſi condimentum, ſecundum Alexan. de Ales.
D

Oratio, et deprecatio duos terminos dicunt.

Quòd triplex tempus orationi conuenientiſſimum eſt. Cap. 5.

Quinta circunſtātia eſt, quando tres diei horæ conſecratæ orationi in ſcriptura ſacra inueniūtur.

Quinta circunſtantia eſt, quando ſcilicet orare debemus. Tres quippe diei horæ in ſcriptura ſacra repeeriuntur conſecratæ orationi. Prima eſt mediæ noctis, ſecunda eſt diluculum, tertia eſt hora veſpertina. Prima igitur eſt medię noctis hora. vnde Bern. in ſermone ſuper Canti. inquit: Locum & tempus obſeruare oportet eum, qui ſibi orare voluerit. Tempus feriatum cōmodius ap-
E tiuſque eſt, maximè cum profundus nocturnus ſopor inducit ſimilem: tunc planè liberior exit puriorq; oratio ſequitur. Quā ſerena de nocte aſcendit oratio ſolo arbitror Deo ſanctoque Angelo, qui illam ſuperno altari ſuſcipit præſentandam. Quam grata, & lucida verecundo colorata robore: quam ſerena placida nullo turbata clamore, vel ſtrepitu, quam denique munda, & ſincera nullo reſperſa puluere terrenæ ſolicitudinis nulla aſpicietis laude, ſeu adulatione tentata. Hæc ille. Credimus Angelos ſanctos aſtare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, vbi tamen ſine
F ira, & diſceptatione leuari puras manus perſpexerint. Eſt enim mediæ noctis hora aptiſſima orationi: propterea illam ad hoc elegit Propheta, qui de ſe ait, Mediæ nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Hinc equidem ſumptum eſt, quòd matutinum media nocte ſit, quamquam & alia ratio ſit, quia Chriſtus media nocte natus eſt. Secūda hora eſt diluculum, ſeu mane. Tunc enim celebrata digeſtione, & imaginatione iam depurata mens ad ſuperna liberius eleuari poteſt, & eius oratio melius exaudibilis ſit. Hinc Propheta de ſe ait, Quoniam orabo ad te Domine mane, exaudies vocem meam. In mane enim pręcipuè eſt G
tempus orationis. vnde Auguſt. ait: Turpe eſt Chriſtiano, ſi radius Solis eum in lecto inuenerit ocioſum. Eccleſiaſt. 39. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo, & in cōſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Maximè in tempore tribulationis, in mane ad Deum recurrendū eſt. Vnde Oſeæ 6. cap. Dominus ait, In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Et merito mane oratio optima eſt propter miſterium ſuum: nam ſignat gratiæ infuſionē, quæ maxime in illa hora a fidelibus per orationem acquiri poteſt. Primo, quia ſicut in H
aurora fugiunt latrones: ſic tunc per orationem infuſione gratię fugiunt dæmones. vnde Iob 24. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Secundo ſicut in aurora lupi, vulpes, & aliæ feræ ſe abſcondunt: nam in tempore noctis hincinde ad paſtum vagantur: vnde Pſal. 103. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. De mane idem ait, Ortus eſt Sol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: Sic in nocte tentationes multiplicantur, & in aurora tunc per gratiam in oratione infuſam

Secunda hora.

diſce-

A discedunt. Tertio, quia ſicut in mane homo ſurgens ad bonum opus ſe parat, ſic in tali hora ex accepta gratia ad bona opera melius ſe diſponit. Pſal. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam, quia in illa hora homo acquirit perſeuerantiæ gratiam. Tertia hora eſt veſpertina; vt homo regratietur Deo de bonis operatis in illa die. Vnde in Pſal. Eleuatio manuum mearum, id eſt opera mea ad te leuata, non ad me, ſeu ad humanum fauorem. ſacrificium veſpertinum, ſcilicet ſint tibi. De hoc miſtice Exo. 12. cap. ſcriptum eſt de agno Paſchali, quem B immolabat multitudo filiorũ Iſrael ad veſperam. Nam ſicut ille agnus erat immaculatus: ſic anima abijcere debet tumultus cogitationum, & diſtractionum abeuntis diei, vt ſit anima in oratione quieta & pura, iuxta quod Beatus Franciſcus in regula ſua inquit: Et non curent neſcientes literas, literas diſcere: ſed attendant quòd ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem, & orare ſemper ad eum puro corde.

Tertia hora.

C

Quòd principaliter a Deo poſtulare debemus tria in noſtra oratione.

Cap. 6.

Sexta circumſtãtia eſt quid.

SExta circunſtantia eſt, quid, ſcilicet in oratione principaliter petendum ſit. Diſcamus quid a Deo petere debeamus ab ipſo ſancto Propheta, qui de ſe in Pſal. 26. ait: Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem Domini, & viſitem templum eius. In quib. ſacratis verbis tres petitiones Deo porrigit, quæ tamen comprehenduntur in vna. Prima petitio eſt neceſſitatis, ſecunda æternitatis, tertia fęlicitatis. Et has exẽplo Prophetæ a Domino etiam debemus D poſtulare. Prima eſt petitio neceſſitatis. Ait enim: Vnam petij a Domino, ſcilicet æternam vitam. Et non ponit ſubſtantiuũ, nec determinat quam vnam petijt, & hoc facit ad innuendum, quòd illud eſt omne bonum, ſecundum quòd alibi in Pſalmo Dominus ait, Ponam in ſalutari: neque determinat quid ponet. Dicit igitur, propter hoc, vnam petij a Domino, non multa, non multas. Luc. 10. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. porro vnum eſt neceſſarium. Et licet nondum receperim eam, non propter hoc deficio, ſed perſeuerabo pulſans. Et hoc eſt, quod E addit, Hanc requiram, id eſt iterum, atque iterum quæram, neque tantum dicit, Hanc quæram, ſed ait, requiram. In quo notatur bonorum multorum multiplicatio, atque perſeuerantia firma. Galat. 6. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore autem ſuo metemus non deficientes. vel dici poteſt, Vnam petij a Domino, ſcilicet charitatem, vel perſeuerantiam. 1. Corin. 9. Omnes, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium, ſcilicet perſeuerans in charitate. Secunda eſt F petitio æternitatis. Et de hoc ſubdit, Vt inhabitem in domo Domini, id eſt in æterna beatitudine, quæ eſt vna quam petij. De qua Ioan. 14. Dominus ait, In domo patris mei manſiones multę ſunt: omnibus diebus vitę meę, id eſt ſemper, Eccleſiaſt. 11. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Per auſtrum ęterna gloria deſignatur. Per aquilonem vero, a quo pandetur omne malum, Hierem. 1. ſignatur infernus. Lignum quippe eſt homo, qui ſi ceciderit ad auſtrũ paradiſi, ibi ſemper erit. Pſal. Beati, qui habitant in domo tua, in ſeculum ſeculi laudabunt te. G Si vero ceciderit ad aquilonem inferni, ibi ſimiliter ſemper erit. Iob 7. Qui deſcendit ad inferos, non aſcendet. Tertia petitio eſt fęlicitatis, vnde ſubditur; Vt videam voluntatem Domini, id eſt videns faciem Domini in ea legam voluntatem eius. Alia litera habet, Vt videam pulchritudinem eius, quia ſimul videbimus pulchritudinem, & voluntatem eius. De viſione pulchritudinis, Eſa. 33. Regem in decore ſuo videbunt. De viſione voluntatis, Greg. ait, Summę curię ciues dum ſupra ſe voluntatem ſui conditoris ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Atque de viſione omnium H beatorũ ſubdit, Et viſitem templum eius, id eſt eccleſiam triumphantem. De quo templo Propheta inquit, Reuelabit condenſa, ſcilicet Deus, & in templo eius omnes dicent gloriam. Ait ergo, Vt viſitem templum eius. Ad ſimilitudinem amicorum, qui ſe inuicem viſitant, vt ſimul inuicem gaudeant. Sic in templo primo videbimus fęlicitatem Sanctorum, vt eis congaudeamus. Quod iam per contemplationem Propheta videns ait: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Hæc igitur tria, quę reducuntur ad vnum, ſcilicet ad gloriam ſempiter-

Tres petitiones, q̃ tamen cõprehendũtur i vna.

piter-

A piternam in oratione noſtra exemplo Prophetę poſtulare debemus.

Quòd a tribus originem debet habere oratio noſtra. Cap. 7.

Septima circumſtã tia orõnis eſt, vnde

SEptima circunſtantia orationis eſt, Vnde, id eſt ex quo loco procedere habet. Ex tribus quidem locis prodire debet oratio, vt Deo ſit grata. Primo ex intellectu, ſecundo ex affectu, tertio ex affatu vel ex ore. Et ſic tria debet habere oratio.

Ex trib. locis ꝓdire debet oratio.

Debet enim primo eſſe intellectualis, ſecundo affectualis, tertio vocalis. Hęc tria, licet alio ordine, ponit Propheta, pſal. 5. dicens: B Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ Rex meus, & Deus meus. Nam primo ponit vocalem, ſecundo intellectualem, tertio affectualem: quia ex voce euigilatur intellectus, & ex vtroque inflammatur affectus.

Primo.

Primo igitur oratio debet prodire ex voce, id eſt eſſe vocalis: ideo inquit, Verba mea auribus percipe Domine. Dicit enim in plurali, Verba mea, quia multiplex debet eſſe oratio, cum homo habeat multas infirmitates, & neceſſitates: Nam ſicut Hieron. ait: Non ſanat oculum, quod C ſanat calcaneum. Auribus percipe Domine, id eſt præſentia maieſtatis tuę. Et eſt hic figura, quę dicitur Antropoſpatos, quę eſt hominis paſſio, ſeu humana, ſcilicet quando quod eſt hominis, attribuitur Deo. Aures quippe non ſunt in Deo, ſecundum ꝙ Deus. Et dicit Aures pluraliter, quia Deus duas aures habet. Interiorem, qua dicitur audire, quando dat ſpiritualia bona: Exteriorem, qua dicitur audire, quando dat temporalia.

Secundo.

Secundo oratio debet prodire ex intellectu, id eſt debet eſſe intellectualis. Nam verba oris non proſunt, niſi ſit intelligentia illorum. Et ideo ſubdit, Intellige D clamorem meum, ſcilicet intellectus, potius quam vocis. Hic clamor eſt magna intelligentia eorum, quę orando dicimus. Sic clamabat Moyſes tacens, Exo. 9. Et Suſanna, Daniel. 13. Et de Beato Franciſco legitur, quòd Angelus dixit ei: Tu commoues totam cœleſtem curiam, quia nullus ibi auditur, niſi tu. Et tamen nihil dicebat ore, niſi corde. Et hoc habetur ex vi verborum, quæ Propheta ponit: dicit enim, Auribus percipe verba mea, & intellige clamorem meum. Vocalis enim clamor aure percipitur, ſpiritualis vero intelligitur.

Tertio.

Tertio oratio prodire debet ex affectu, quia debet eſſe affectualis: Et de hac ſubdit, Intende B voci orationis meæ. quaſi dicat, Non ſolum audi, vel intellige, ſed intende: quod quidem plus eſt. Hoc profecto facit Deus, cum oratio affectualis eſt. In his verbis Prophetæ notanter tria comprehēduntur, quę oratio vera requirit.

Oratio tria requirit.

Primo vocalis pſalmodia: ſed hęc non eſt oratio, ſed potius carmen vel narratio, niſi quod profertur ore, verſetur in corde, & in intellectu. Proinde Amos 5. cap. Dominus ait: Aufer a me tumultum carminum tuorum, & cantica liræ tuę non audiam. Secundo neceſſaria eſt intellectus applicatio: & tamen licet ſit vocalis pſalmodia in ore, & etiam in in- F tellectu tantum: non poteſt oratio dici rectè, ſed potius lectio nuncupatur. Proinde tertio ibi neceſſaria eſt affectio. Quantum ergo ad primum, ait, Verba mea auribus percipe Domine. Quantum ad ſecundum, Intellige clamorem meum. Quãtum ad tertiũ, Intende voci orationis meę. Merito ergo diffinitur oratio alio modo quam ſupra. Vnde ait Alexan. de Ales. Oratio eſt pius affectus mentis in Deum tendens, plerunque ne pigritetur in vocem prorumpens. Tamen in hac diffinitione notantur iſta tria, ſed retrogrado ordine ſecundum, ſ. ꝙ magis grata ſunt Deo. Plus G enim placet Deo affectus deuotio, quę notatur ibi, Oratio eſt pius affectus mentis in Deum: quam intellectus applicatio, quę notatur ibi in Deum tendens. Et plus placet Deo mentis applicatio, quam vocum prolatio, quę notatur ibi, Plerunque in vocem prorumpens. Notanter quoque aduertendum eſt, ꝙ Propheta ponit in verſibus antedictis tria verba, ſcilicet Domine, Rex, & Deus. Domino debetur timor, Regi honor, Deo amor. Ad timoré pertinet vocalis laudatio. Vnde in Pſal. dicitur: Qui timetis Dominum, laudate eum. Ad Regis honorem ſpectat intellectus applicatio. Prouerb. 14. H Acceptus eſt Regi miniſter intelligens. Ad amorem Dei pertinet affectio. Proinde Deuteron. 33. cap. miſticè Moyſes benedicens filijs Iſrael ante mortem ſuam ait, Benedictus in filijs Aſſer. ſit placens fratribus ſuis. Tingat in oleo pedem ſuum, ferrum & æs calciamentum eius. Aſſer quidem diuitiæ, ſeu beatitudo, vel beatus erit, interpretatur; & ſignat affectum, qui cum eſt diues in orationis gratia, indicium eſt, quòd beatus erit. Hic debet eſſe in oratione deuotus, quod notatur in intinctione pedis in oleo: firmus, quod notatur in ferro:

clamo-

A clamoroſus, quod notatur in ære ſonante. Inſuper eſt notandum, quòd in prædictis Prophetæ verbis trina oratio eſt, ſcilicet Verba mea auribus percipe Domine. hęc eſt prima. Intellige clamorem meum. hæc eſt ſecunda. Intende voci orationis meæ. hæc eſt tertia. Vt miſtice innuatur, quòd in fide Trinitatis orandum eſt. Hæc Trinitas notatur in tribus verbis, ſcilicet Domine Rex, & Deus. Per Dominum intelligimus Spiritumſanctum, Per Regem Filium, Per Deum Patrem. Ad Dominum ergo Regem & Deum dirigit orationem ſuam, quia ad totam Trinitatem dirigenda eſt. Aduerte

Trina oratio.

B quoque quòd licet dicat, Domine Rex, & Deus: quæ plura nomina ſunt: non tamen dicit, percipite, intelligite, vel intendite: ſed percipe, intellige & intende: in quo vnitas eſſentiæ denotatur, & pluralitas perſonarum. Et ideo recte ter ponitur, & ſingulariter denominatur.

Morte præoccupatus iſte Sanctus non compleuit hunc ſermonem. Vnde credo, quòd hic deficiat tertius Articulus de orationis vtilitate. Et non plus inueni in duobus libris, & doleo.

C *De Amore proprio ſiue priuato, & quomodo tam in hominibus, quàm in Angelis radix eſt omnium malorum.*

Sermo.

Radix omnium malorũ eſt cupiditas. 1. Timoth. 6. cap. Differentia quidem eſt inter hæc tria, videlicet inter capitale vitium, peccati initium, & radicẽ malorum, ſecundum Bonauenturam in ſecundo, diſt. 42. ſuper literam. Quid eſt capitale vitium. Primo enim capitale vitium dicitur: quia ſicut caput eſt membrum princi-

D pale, atque completum: nec non & aliorum membrorum principium, quantum ad motum & ſenſum: ſic vitium, quod dicitur capitale, nominat peccatum completum, a quo alia vitia oriuntur. Septem ſunt vitia capitalia, ſcilicet ſuperbia, inuidia, auaritia, accidia, ira, luxuria, & gula. Quid eſt initium peccati. Secundo vero initium peccati illud propriè nominatur, a quo actus initium ſumit, & inchoat motus. Et tripliciter nominatur, ſecundum triplicem receſſum liberi arbitrij a lege triplici. Primus receſſus eſt a lege maieſtatis, ſecundus a lege veritatis, tertius a lege bonitatis. Primus receſſus a lege maieſtatis eſt, & ſic ſuperbia ſiue contemptus initium peccati denominatur: quia qui præceptum tranſgreditur creatoris a ſuperbia incœpit, & contemptu. Proinde Eccleſiaſt. 10. cap. ſcriptum eſt, Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Secundus receſſus eſt a lege veritatis, & ſic error dicitur initium peccati: quia ſecundum Philoſophum, omnis malus eſt ignorans. Et verè ab ignorantia incipit, & errore, qui æterna deſerit pro terrenis. De hoc errore Auguſtinus mortale peccatum diffiniens ait, Mortale peccatum eſt ſpreto incommutabili bono rebus commutabilibus adhærere. Tertius autem receſſus eſt a lege bonitatis, & ſic inſipientia initium peccati appellatur. De hoc Pſal. ait: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Et Chryſoſt. ſuper illud, a facie inſipientiæ meæ ait: Omnis peccati initium, inſipientia eſt. Inſipientia enim contraria eſt ſapientiæ, in qua diuina bonitas prægustatur. Merito ergo ab inſipiditate dicitur inchoare, qui potius in malitia peccati, quàm in ſuauitate Dei elegit delectari. Proinde ne inſipiens ſit anima, hortatur eam Pſal. dicens, Pſal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et in exemplum ſe ponit cum alibi inquit, Ego vero delectabor in Domino. Quid eſt radix peccati. Tertio vero radix peccati eſt illud, a quo nutrimentum trahitur, & fomentum. Et propriè loquendo radix non nominat genus peccati determinatum, ſed libidinis pronitatem. Radix igitur peccati, ſiue mali, quæ circa peccatum dicit libidinis pronitatem, tripliciter poteſt ſumi. Primo generaliter, ſecundo minus generaliter, tertio vero generaliſſime. Primo generaliter cum dicitur, quòd duplex eſt radix malorum, ſcilicet amor malè inflammans, & timor malè humilians. Amor eſt reſpectu boni, timor vero reſpectu mali. Secundo vero minus generaliter, & ſecundũ hoc dicitur, ꝙ triplex eſt radix, iuxta illud, 1. Ioan. 2. Omne, quod eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Et per comparationem ad triplex bonũ, videlicet ad bonũ inferius, exterius, & interius. Tertio autem generaliſſimè. & hoc eſt, quòd Apoſtolus in verbo propoſito ait, Radix omnium malorũ eſt cupiditas, ſ. amor proprius, & priuatus. Aduertendum eſt tamen, ꝙ triplex eſt proprius amor. Primus naturalis, ſecundus

Initiũ peccati. *Triplex receſſus liberi arbitrij.* *Primus.* *Secundus* *Tertius.* G *Radix peccati.* *Primo.* H *Secundo.* *Tertio.*

A dus venialis; tertius criminalis, ſeu radicalis. Primus quippe amor eſt naturalis, & rationalis, videlicet cum quis ſibi vult bonum, quod congruit ei: & talis amor debitus eſt. Vnde & Lucæ 10. præceptum naturæ inſinuatur, cum dicitur: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Ergo ex lege naturæ præſupponitur, quòd quilibet diligat ſemetipſum. Ad cuius exemplum debet diligere proximum ſuum. Et talis amor proprius, ſecundum Auguſtinũ, præcipi non debuit in ſcriptura, quia hoc ineſt homini a natura, propter quod in primis diligit homo ſeipſum. Quatuor tamen diſponunt ſpiritum rationalem in affectione bene ad ſeipſum, de quibus in vlti. cap. huius ſermonis, vltra medium, dicturi ſumus. Secundus amor proprius dicitur venialis, ſcilicet cum homo inordinatè diligit ſemetipſum, ſed nihilominus citra Deum: & talis amor veniale peccatum eſt, & ſtat cum charitate. Tertius vero amor proprius dicitur criminalis, & hic animam perducit vſque ad contemptum Dei, ſicut infra patebit. Et hic eſt amor, de quo Apoſtolus in verbo propoſito ait: Radix enim omnium malorum, ſcilicet tam culpæ, quam pœnæ: tam Angelorum, quam hominum, eſt cupiditas. Hic ſiquidem amor ſui, eſt omnium peccatorum cauſa & origo, non tamen cauſa propinqua. Proinde Auguſt. ſuper Pſal. 74. inquit, Duas ciuitates duo faciunt amores. Ciuitatem Hieruſalem facit amor Dei vſque ad contemptum ſui: Ciuitatem Babyloniæ facit amor ſui vſque ad contemptum Dei. Et ſubdit, Interroget ſe quiſque quid amet, & inueniet vnde ſit ciuis. Ex his igitur, ſecundum Alexandrum de Ales, patet quòd amor ſui inordinatus omnium peccatorum cauſa & initium eſt, cum ſit conuerſio ad commutabile bonum. Quod etiam teſtatur Apoſtolus, 2. Timoth. 3. cap. dicens, Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes: Cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem aũt eius abnegantes. Hos deuita, &c. Hoc ſentit Alexander in ſecundo, diſtinctio. 49. Nec tantum proprius amor cauſa eſt & principium omnium peccatorum, quæ ab hominibus perpetrantur:

Triplex amor proprius. *Primus.* (B) *Secundus* *Tertius.* (C) *Amor ſui inordinatus oĩum malorum cauſa.*

ſed etiam omnium ſpirituum malignorum. Vnde Auguſtinus ſuper Gen. ad literam, lib. 11. cap. 8. ait, Superbia eſt amor excellentiæ propriæ. Ex hoc autem, quòd quis amat excellentiam ſuam, vel paribus inuidet quòd ei coæquantur, vel ſuperioribus quòd ei præferuntur. merito ergo omnis peccati initium eſſe ſuperbiam diffiniuit ſcriptura: Cuius teſtimonio conuenienter aptatur, quod ait Apoſtolus, Radix omnium malorum eſt auaritia. Si auaritiam generalem intelligamus, qua quiſque appetit amplius, quam oportet propter excellentiam ſuam: ſpecialis auaritia eſt pecuniæ amor: Cuius nomine Apoſtolus per ſpeciem ſignificans genus, voluit vniuerſalem auaritiam intelligi dicendo, Radix omnium malorum eſt auaritia. Hac enim & diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriam poteſtatem. Proinde peruerſus ſui amor turgidum ſpiritum priuauit ſancta ſocietate, & ideo Latinè vocatur amor priuatus. Omnis enim priuatio minuit. Vnde itaque eminere ſuperbia vult, inde in anguſtias, & egeſtates contruditur, cum a communi ad proprium damnoſo ſui amore redigit. Hinc alio loco, cum dixiſſet, erunt homines ſeipſos amantes, continuo ſubiecit, amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia, cuius ſuperbia caput eſt, ad hanc ſpecialem deſcendens, quæ eſt propriè hominum. Non enim amarent pecuniam, niſi eo putaretur ſe excellentiores, quo ditiores. Cui morbo contraria charitas non quærit, quæ ſua ſunt, id eſt non priuata excellentia lætatur, & ideo non inflatur. Hi duo amores, quorum alter ſanctus eſt, alter immundus, præceſſerunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis. Et diſtinxerunt in genere humano ciuitates duas, alteram iuſtorum, alteram iniquorum. Hæc Augnſt. Et iterum 9. de ciuitate Dei, duas ciuitates fecerunt duo amores, terrenam ſcilicet amor ſui, vſque ad contemptum Dei: cœleſtem vero amor Dei vſque ad contemptum ſui; propter quod illa in ſeipſa, hæc in Domino glorìatur. Illa in ſuis potentibus diligit virtutem ſuam, hæc dicit Domino ſuo, Diligam te Domine virtus mea. Merito ergo Dominus Ioan. 12. cap. ait: Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Quod poteſt eſſe thema in præſenti materia. Et illud exponens Auguſt. ait: Qui indebitè ſe diligit, ſe odit, ergo

(E) *Radix omniũ malorum eſt auaritia.* (F) (G) (H)

A ergo per oppoſitum ſi bene & debitè te oderis, tunc te amaſti. Et iterum Alex. de Ales, vbi ſupra ait: Amor ſui eſt amor vitioſæ correctionis, de quo Propheta inquit, Pſal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Quod poteſt eſſe thema. Talis enim debitus amor, eſt odiũ ſui non per eſſentiam, ſed per concomitantiam, eo ꝙ ad indebitũ ſui amorẽ, i. ad amorẽ peccati ſequitur odium diuinæ imaginis, quæ per peccatũ deformatur & maculatur, & per cõſequẽs naturalis boni, quod per peccatũ corrũpitur, & diminuitur. Hæc Alex. hũc itaq; propriũ amorẽ miſticè deſcribit Ioã. Apoc.
B 13. c. cum ait: Vidi de mari beſtiã aſcendentẽ, habentem capita ſeptem, & cornua decẽ, & ſuper cornua eius decẽ diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ. Et beſtia, quã vidi, ſimilis erat pardo: & pedes eius, ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuam, & poteſtatem magnam, & vidi vnum de ſuis capitibus quaſi occiſum in mortem, & plaga eius mortis curata eſt, & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiã, & adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam dicentes, Quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et da-
C tum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias, & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos. In quibus ſacris verbis tria miſteria Beatus Ioan. oſtendit de proprio, ſiue priuato amore. Primum eſt ruinationis, ſecundum eſt malignitatis, tertium deſperationis.

De ꝓprio ſiue priuato amore tria miſteria.

Articvlvs Primvs.

De triplici ruina, quam ponit in anima proprius amor.

D PRimum miſterium eſt ruinationis. Tres quippe ruinas parit in anima proprius amor. Prima ruina eſt in mundanis delectatio, ſecunda in peccatis immerſio, tertia in malis gloriatio.

Primum miſteriũ eſt ruinationis.

Tres ruinas in anima parit proprius amor.

Tres regulæ circa dilectionem mundanorum, & Dei. Cap. 1.

PRima ruina eſt in mundanis delectatio. Ait enim Ioan. vidi de mari beſtiam aſcendentem. Ad horum intelligentiam tres regulæ ſunt notandę. Prima regula eſt hęc, quòd neceſſe eſt animam in aliquo delectari. Cu- E
ius ratio eſt, quia cum ad diligendum creata ſit, & iam peruenit ad arbitrij libertatẽ, quaſi in orizonte duorum extremorum poſita eſt, vel locata. vnum eſt ſuperius, aliud inferius. Supra enim eſt lux æterna, & delectatio infinita, quam quaſi vertice tangit, cum ſe erigit ad rationem lucis. Cum vero ſe ad inferiora deflectit, tenebrarum regionem ingreditur, & amaritudinem maris, & verticem mẽtis more pecudum ad terrena & caduca inclinat: & a tranſitorijs illecta caro ad affectum eorum trahit animã infęlicem, & cęcam. Proinde Pſal. ait: Homo cũ F
in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Proinde neceſſe eſt, aut præponere creaturam creatori, aut creatorem creaturæ, quia ambo pariter diligi minimè poſſunt. Secunda regula eſt, quòd quanto plus anima guſtat Deum, tanto amplius deſpicit mũdum, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro, id eſt omnis mundanus amor. At econtra, quanto quiſque in tranſitorijs amplius delectatur, tanto minus ei diuina ſapiunt. Vnde Greg. in homil. inquit: Tanto quiſq; a ſuperno amore diſiũgitur, quanto inferius delectaẽ. De talibus. 1. Cor. 2. Apoſtolus ait: Animalis homo non percipit ea, G
quę ſunt ſpiritus Dei. ſtultitia eſt illi, & non põt intelligere, quia ſpiritualiter examinaẽ. Tertia regula eſt, ꝙ quãto quis plus diligit Deum, tanto plus etiam in aduerſis iucundatur. Vnde Aug. 13. cõfeſ. ait: Verus amor non ſentit amaritudinem, ſed dulcedinem: quia ſoror amoris dulcedo, ſicut ſoror odij eſt amaritudo. Patet exemplum in Beato Laurentio, cui pręſtabãt refrigerium flãmæ ignis. Cũ vero diuina dulcedo in mente deficit, neceſſe eſt vt ipſa mẽs in creaturis dulcedinem quęrat, in qua delectãdo quieſcat.
Vnde de diuite, cuius ager vberes fructus H
attulerat, Luc. 12. c. ſcriptum eſt, ꝙ dicebat animæ ſuæ, Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, quieſce, comede, bibe & epulare. Ecce quòd in creaturis quieſcere ſatagebat, quia a cõſolatione creatoris ſe alienum fecerat. Et tamen in hac delectatione minime requieuit, cum ſubito audiret: ſtulte, hac nocte auferent, ſ. dæmones, animam tuam a te. Quæ autem paraſti, cuius erunt? Immo tu qui paraſti, cuius eris? Ecce ꝙ in creaturis delectandis quietẽ non inuenit. Et hoc eſt, ꝙ Ioan. ait, Vidi de mari beſtiam aſcendentem, i. de amaritudine animi, qui per conſolationem creaturę dulco-

Prima, & eius ſunt tres regulæ.

A dulcorari quærit, quam tamen in veritate non reperit: immo quod mirabilius eſt, in mundi delectationibus reperit cruciatū. Et merito hoc fit diuino iudicio, vt proprius amor ab amaritudine animi quodam modo ortum habens, amaritudinem fugiēs in amaritudine inquietè quieſcat: quia prędicta beſtia, licèt de mari aſcendendo egredi videatur; tamen mare amaritudinis non reliquit, vt miſticè innuatur, quòd ſicut qui diuina dulcedine pleni ſunt etiam in cruciatibus delectantur: ſic qui diuina dulcedine expers eſt, in mundanis delectationibus etiam cruciatur.

B

Quòd ex amore priuato omnia crimina oriuntur. Cap. 2.

Secunda ruina.

SEcunda ruina huius priuati amoris, quæ ſequitur ex ipſa prima, eſt in peccatis immerſio: nam præuaricatione virtutū, & præceptorum Dei hæc malitia plena eſt. Qui enim Deum cōtemnit, & fruitur creaturis, omnia criminalia vitia incurrit, quæ circa creaturæ iniquam fruitionem impiè cōmittuntur. Ex quo ſequitur, oīa opera huius hoīs impia, & preceptis Dei cōtraria eſſe. Vnde Luc. 11. c. Dñs ait: Qui non eſt me-
C cū, cōtra me eſt: & qui nō colligit mecū, diſpergit. Qui enim nō eſt cū Chriſto, creatura ſua vtendo ad eius gloriā & honorē, aduerſus Chriſtū eſt creatura illius impiè abutēdo. Et qui nō colligit fructū operū bonorum in vitam æternam cum Chriſto diſpergit intellectū, voluntatē, & opera ſua ab ordine iuſtitię ſm vacuitatē deſideriorū multorū inde merita æternæ pęnæ. Ideo de hac beſtia dr̄, Habentē capita ſeptē, propter ſeptem capitalia vitia, quibus animā peruerſam imbuit, vt de tali homine verificetur quod Prouerb. 26. c. ſcriptum eſt, Septē ne-
D quitiæ ſunt in corde illius. Et addit Ioan. Et cornua decē, propter pręuaricationē decem pręceptorum Dei, quę ex ſeptē cornibus, i. ex ſeptem vitijs pullulare probatur, vt oīs nequitia huius amoris in numero ſeptenario denotetur, & vniuerſitas multorū operum eius, quibus aduerſatur præceptis Dei in numero denario demonſtretur.

Quod ex amore proprio homo gloriatur in malis. Cap. 3.

TErtia ruina, quę ſequitur ex ſecunda, eſt in malis gloriatio: ſi enim peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit, vt dicitur Prouerb. 18. E
neceſſe eſt vt cum in peccati vilitate ſenuerit, in gloriam ſibi imputet, quod ex diuturna conſuetudine habet. Et hoc eſt peccatū ad mortem, de quo ille Ioan. 5. cap. ait: Eſt peccatum ad mortem, non dico vt pro eo quis roget. Proinde de hac beſtia ſubditur, Et ſuper cornua eius decem diademata. In 12. c. eiuſdem Apocal. de dracone, i. de Sathana, Ioan. ait: q̄ draco magnus, & rufus habebat capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius ſeptem diademata. Hic vero quòd ſuper cornua huius beſtiæ ſunt decem diademata: nam diabolus cum ſpiritus ſit de ſpiritualibus nequitijs gloria- F
tur: & ideo ſeptem diademata, in ſeptem capitibus ſeptuplex gloria eſt de ſeptemplici nequitia, quæ crimina irremiſſibilia facit. Vnde & ſeptem diademata Princeps apoſtatarum ſpirituum habet; qui ſeptemplicem nequitiā in ſeptemplici gloria malitiæ non ſolum in ſe, ſed etiam in cæteris in ſe conſentientibus conſummat. Hæc autem beſtia hoc in homine operatur, vt de malignis operationibus, quas pro virtuoſis operibus habet, impiè glorietur. Et ideo decem diademata, decem cornibus ſuperpoſita, eſt decuplex gloria, quæ denariæ p̄uaricationi præceptorum diuinæ legis ſuperaddita eſt. G
Huic quippe homini merito dici poteſt Propheticum illud, Pſal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Profectò ſicut confuſio de peccato initium eſt ſalutis, ſic de malitia gloriari conſummatio perditionis eſt. proinde Hieron. ait, Nihil adeo Deo diſplicet, ſicut ceruix erecta poſt peccatum. Sed qua ratione licet in malitia, cū gloriari non liceat in ſapientia, vel fortitudine, vel ſubſtantia tēporali? Vnde Hierem. c. 9. ait: Non gloriet̄ ſapiēs in ſapiētia ſua, & nō glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues H
in diuitijs ſuis. Et Eccleſiaſt. 19. c. ſcriptum eſt: Qui gaudet in iniquitate, denotabitur, id eſt de nota Chriſti delebitur. Iuxta Propheticum illud, deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Hi ſunt, de quibus Prouerb. 2. Salomon ait: Qui derelinquunt iter rectum, ſ. ſeptem principalium virtutum, & ambulant per vias tenebroſas, decē Dei p̄ceptis oppoſitas, qui lætātur cū malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Porro qui in rebus peſſimis exultant, peſſimi ſunt. Tales in malis deteriorari nō p̄nt. Aſcendūt enim turrim nequitię, & attingunt apicem mali. Hi ſeipſos violētāt.

A ad malum adinuentiones & nouitates adin ueniunt in peccatis. Nā hi ſunt, qui præter alueum malorum multorum inſurgentium a natura corrupta ꝑ ſubtiles & ſedulas adinuentiones conantur ad malum, vt plus velint facere ac inuenire a malitia propria ſua, quam commoti a fragilitate, aut a corrupta natura. Tales ſemper ad extrema vitiorum accedunt, quibus ſi ad aliquod malum agendum deſit aliquando facultas, ad nullū tn̄ deeſt iniqua voluntas. Spondent qnq; ſidē, vt maiorē inferant fraudem, nullum malum pro poſſe dimittunt inhauſtū. Legitur B .n.Gen. 13. ꝙ Sodomitę peſſimi erant. Peſſima profectò res erat, ꝙ magis inſaniebant in iuuenes homines, quam in pulcherrimas mulieres. Sed pęna oſtendit, qualis & quanta eorum peſſimitas fuit.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici malignitate, quam operatur in anima proprius amor.

C

Secūdum miſteriū eſt malignationis.

Secundum myſterium eſt malignationis. Tres ſiquidem malignitates operatur in anima proprius amor. Prima contra Deum, ſecunda contra proximum, tertia contra hominem ipſum. Prima malignitas, quæ eſt cōtra Deum, eſt Dei blaſphematio. Secunda contra proximum, eſt proximi perſecutio. Tertia contra hominem ipſum, eſt in malitijs obcęcatio.

Tres malignationes operatur in anima proprius amor.

Quomodo per blaſphemiam Dei proprius amor facit, ꝙ homo ſibi appropriat bona, & Deo ſeptempliciter mala. Cap. 1.

D

Prima cōtra Deū.

Prima quippe malignitas, quę eſt contra Deum, eſt Dei blaſphematio. Nam iſte amor blaſphemijs plenus eſt. Huiuſmodi qppe homines omnes gratias, atq; bona, quæ habent ex Deo, ſibiipſis aſcribunt tanquam ipſi auctores ſint propriorum bonorū. Mala autem omnia, quæ habent, imputant ſummo Deo, tanquam ipſe, qui ſolus eſt bonus, auctor ſit malorum. Hæc blaſphemia verę cōfeſſioni oppoſita eſt, quæ mala ſua ſibiipſi, bona vero imputat Deo. Propterea de talibus blaſphemijs Io. ſubdit, Et ſuper ſeptē capita nomina blaſphemiæ. Nomen.n. ſignificat notitiam publicam: ſtatio autem ſuper caput nullū blaſphemiæ eſt mentis per verba manifeſta publicatio. ſ. de bonis ſibi aſcriptis, & malis Deo appropriatis. De talibus .n. Propheta ait: Fructum eorū de terra perdes, & ſemen eorum a filijs hominum, qm̄ declinauerunt in te mala. Ait.n. Fructus eorum. i. prēmium eorum de terra. ſ. viuentiū perdes, quia ibi nō prēmiabuntur. Iſa. 26. In terra Sanctorum iniqua geſſit. q.d. forefecit contra eam. Et ideo ſequitur, Et non videbit gloriam Dei & ſemen eorum a filijs hominum. i. a bonis nec cū eis fiāt hęredes. Hoc .n. quod dicit, & ſemen eorū a filijs hominum, eſt cauſa eius, ꝙ præmiſerat ante, fructum eorum de terra perdes: quia hic cū bonis non ſeminauerunt, illic nō metent æternos fructus. 2. Corin. 9. Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat ī benedictionibus, de benedictionib⁹ & metet. Hic profectò eſt rectus & neceſſarius ordo. Primo ſeminare, & poſtea colligere fructus. Vnde & alibi Propheta ait: Euntes ibant & flebāt mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Et addit, qm̄ declinauerunt in te mala. ſ. & ſibi bona, qđ eſt blaſphemia conſummata. G Septēpliciter Deum blaſphemat proprius amor. Septem quippe modis proprius amor in hominibus Deum blaſphemando in eum declinat mala, quę operatur & hoc fallaciter ſe excuſando. Primo per diuinam operationem, ſecundo per diuinam permiſſionem, tertio per diuinam diſpenſationem, quarto per diuinam retractionem, quinto per diuinam præuiſionem, ſexto per diuinam creationem, ſeptimo per diuinam iuſſionem. Primo quippe mala perpetrando excuſant ſe per diuinam operationem. Sic enim Gen. 3. fecit Adam, cum ſe excuſando contra Dominum ait: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi. H q.d. Tu es in cauſa, qui dediſti mihi hanc mulierem. Sunt enim plerique, qui dicunt: Quare fecit nos Deus quod poſſumus peccare? Sed aduertant tales, quod Deus eos fecit vt poſſent non peccare, ſi vellēt, ſaltem mortaliter. In arbitrio enim illorum eſt peccare, vel non peccare, teſte Eccleſiaſtico, qui 15. cap. ait: Appoſuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Secundo per diuinam permiſſionem. dicunt enim ꝙ Deus

Septēpliciter Deum blaſphemat proprius amor.

Primo.

Secundo.

A permiſit eos cadere in peccatum. ſed aduertant, ꝙ ipſi renuunt patrocinium dicentis, Prouer.1.Extendi manum meam.ſ.ad adiuuandum,& nõ fuit qui aſpiceret.

Tertio. Tertio per diuinam diſpenſationem. dicunt.n.ꝙ Deus permiſit eos cadere, vt reſurgerent fortiores. & ſic appareret miſericordia Dei in redimendo,vel reſurgendo, cõtra quos Ro.6. Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. & iterum 3.c.idẽ ait: Si iniquitas noſtra iuſtitiam Dei cõmendat,quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert irã? Secũdum hominem dico,abſit.

Quarto. Quarto per diuinam retractionem. Dicũt.n.ſe peccare, B eo ꝙ Dñs non dat eis gratiã, iuxta illud Ro. 9.Non volentis, neque currentis,ſed miſerentis eſt Dei. Sed aduertant tales ignari,ꝙ ipſi ſunt,q̃ deſunt gratię Dei,& nõ deeſt eis gratia ei⁹, quia Dei gratia ſemper parata eſt eis.Vnde 1.Pet.1.c.ſcrip.eſt,Sperate in eam, quæ vobis offertur,gratiam.

Quinto. Quinto per diuinam præuiſionem. Dicunt.n.ꝙ Deus ita præuidit vt peccent.Sed conſiderare debẽt, ꝙ præuidentia Dei nõ infert neceſſitatem. Nam licet Deus præuiderit, ꝙ ipſi facturi ſunt, tamẽ in eorum voluntate eſt peccare, vel nõ peccare,Ezech.2.Si forte vel ipſi audiant,& ſi forte quieſcant.

Sexto. Sexto per diuinam creationẽ. C Dicunt quidam ſe lapſos in pecc.tũ carnis, q̃a carnẽ vitare nõ poſſunt, aut non poſſe abſtinere a furtis, quia nati ſunt ſub conſtellatione, ſeu planeta eos taliter inclinante,quare cauere non valent. Siue quia non poſſunt eſſe non partiales,quia de tali parte.ſ.Guelſa,vel Gibellina ſunt orti,& ſic de conſimilibus. Quæ oĩa ſi attente conſiderentur,nihil aliud ſonant q̃ ſe excuſare,atq; Deum impie blaſphemare, eum.ſ. inculpando,qui oĩa in ſapientia fecit,ꝙ vel ignorauerat quod creauit,vel quod non bene creauerat, ſeu quod ad cõdemnationem eos fecerit,non ad ſalutẽ. D Quod nihil aliud eſt quam aut Deum ſtultum, aut impium iudicare,& aut condemnare.

Septimo. Septimo per diuinam iuſſionem. Sunt.n.qui dicunt ſe non poſſe a mendacijs abſtinere, alij non poſſe cauere abſtinere a periurijs, ſeu a blaſphemijs,Deo contumelioſis,aut a malis ponderibus,vel menſuris, ſiue ꝙ plus non vendãt pro dilatione temporis data,quam ſi ꝓ mercantia preciũ ſoluatur ſtatim: aut ꝙ fieri nõ poteſt, ꝙ ciuitas, vel caſtrum, ſiue villa ſtet abſq; vſurario publico, & ſic de ſimilibus, quę contra Dei pręcepta damnabiliter perpetrantur. Quæ omnia nihil aliud ſonãt intellectui ſano,quã blaſphemiã inferre pijſſimo pręceptori, quaſi neſciuerit quod iuſſerit,aut ꝙ impie mandata dederit,quæ impleri nõ poſſunt. E In primo.n.iudicant Deũ ſtultum, in ſecundo impium. O inſania obcęcata, fontem ſapientię de ignorantia inculpare, & de ſumma pietate crudelitatẽ ſentire. Hæc dici poſſunt, quę ſuper ſeptem capita huius beſtię nominãtur blaſphemię, quia Io.ait, Et ſuper ſeptem capita nomina blaſphemię.

Quomodo ex amore priuato homo tripliciter contra proximum impie agit. Cap. 2.

F

Secunda malignitas contra proximũ.

SEcunda vero malignitas, quæ eſt contra proximum, eſt proximi perſecutio. Eſt.n.amor iſte crudelis & luxurioſus, vorax & minabundus, impius & ſceleſtus, & omni flagitio plen⁹. Sic profecto inique diuidit impius amor, vt ſibi ſicut affectuoſiſſim⁹ eſt, & ob hoc delitijs carnis ſeipſum fouet: ſic & alios delitijs ſuis in aliquo aduerſantes verbis & operibus crudeliſſimus eſt.Vnde Iac.5.de talibus ait,Epulati eſtis ſuper terram & in luxurijs veſtris enutriſtis corda veſtra. Hoc dicit quãtum ad delitias, quas ſibiipſi præparat impius amor. G Quantum vero ad crudelitatem, quam operatur in aduerſantes ſceleribus ſuis adiungit, In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtũ & non reſtitit vobis. Propterea Chriſtus cum cæteris membris ſuis.i.cum matribus ſuis, occiſus eſt, quia aduerſabatur peccatis hominum ſeipſos amantium, non Deum. Ex quo patet, ꝙ a proprio amore Chriſtus cum matribus ſuis occiſus eſt,vt de eo conquerendo miſtice dicere poſſit æternus pater, Fera peſſima deuorauit filium meum. Proinde de hac beſtia Io.ſubdit, Beſtia quã vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes vrſi,& os eius ſicut os leonis. H

Trib⁹ modis ꝓprius amor contra proximũ impie agit.

Tribus quippe modis crudelitatem exercet in proximos proprius amor, videlicet malitijs, blanditijs & violentijs.Primo malitijs.Omnes quippe malitiæ & proditiones factę ad proximorum deceptiones ex proprio amore originem habent. Propterea hæc beſtia pardo aſſimilatur. Eſt ſiquidem pardus beſtia varijs reſperſa maculis ,proditoria,velociſſima atq; crudelis mens. Sic proprius amor omnium malitiarum maculis reſperſus , eſt promptiſſimus in malitiarum adinuentione ad lędẽdum iuſtos, crudeliſſimus ad inferandum pœnas innocentibus pro

ſua

A ſua commoditate, quod tamẽ aſtute & proditorie agit. Hi ſunt, de quib^9 Propheta ait: Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Secundo vero ſi non poteſt obtinere malitijs intentũ ſuum, quærit hoc efficere blanditijs, & de hoc Io. ſubdit, Et pedes eius pedes vrſi. Pedes quippe, quibus terrã tangimus, affectiones ſunt, quibus circa terrenas creaturas ad vſum noſtrum creatas afficimur. Vnde & de his, qui male vtuntur creaturis, Prouer. 1. c. ſcriptũ eſt, Pedes illorum in malum currunt. i. affectiones eorum ad abutendum creaturis veloces ſunt. Proprius igitur amor pedes in B modum vrſi habet, quia blanditijs ſuis quęrit tantummodo voluptatem more vrſi, qui mel diligere, & pedes ſuos lingere, atq; luxurioſum eſſe narratur. Proinde omnes inordinatę & fędę delectationes atque affectiones ex hoc amore originẽ habent, quas ſibi verſutis blanditijs blandisq; modis ſatagit procurare. Tertio vero hanc crudelitatẽ exercet violentijs: ſ. ſi malitijs & blanditijs ipſam voluntatem ſuam implere non põt. Et de hoc Io. ſubdit, Et os eius ſicut os leonis. Leo quippe terribilis eſt facie, voce, & opere. Primo. n. terribilis eſt in facie & fau C cibus ſuis & aſpectu ſuo. Et ad literã, quid aſpicientibus terribilius eſt, quã homo proprij amoris, quando ad violentiam aſſuetus ad prædam & necem promptus & paratus eſt, quem cum homo ſimplex & ouis Chriſti inſpexerit terrore concutitur, qui non quaſi hominem, ſed quaſi diabolum in homine aſpicit? De quorum vno, Ezech. 19. c. ſcriptum eſt: Leo factus eſt, didicit capere prædam hominemq; comedere. Secundo terribilis eſt in voce: nam & rugitu eius omnes beſtias terret, quãto amplius oues Chriſti ad vocem crudelis hominis quærẽtis nõ tantum ſua, ſed etiam aliena. De tali homine Amos 3. c. ait: Leo rugiet, quis non timebit? Rugit leo ſiquidem propter prędam: D & talis impius homo comminatur iuſtis rapinam bonorum temporalium atq; præſentis vitæ. Tertio terribilis eſt in opere, quia necat & deuorat prædam. In quo denotat ſæuitiam & crudelitatem huius amoris. De talibus quippe hominibus agniculi Chriſti nihil niſi mortem continue ſuſpicantur, vt quilibet eorum ob hoc dicere poſſit propheticum illud, Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam. Ferox eſt igitur iſte amor atq; crudelis, quia fertur more ferarum motu, omni ratione priuato, ab hominibus animo & moribus diſſidet, magis autem contradicit: Et, vt multas eius E crudelitates in breui comprehendam, hic ferus amor effrenato animo irruit contra inſontes, indulgere non nouit: fingit quandoque pacem vt exoſum, incautum infallibiliter trucidet, non placatur muneribus, nõ acquieſcit precibus, gaudet ſanguine in certamine fuſo, hilareſcit, cum audit homines in homines ſæuientes, ſemper noua machinatur tormenta, nec ſatiatur in aliorum pœnis, vilipendit hominum vitam, ſine lite cauſam inquirit, ferit, & contabeſcit animo ſi non ferit, & non cruciare cruciatus eſt, illi ad pericula ſe præuium fecit. Dolet, ſi ab ab homine mala cauentur: maledicit om- F nem percutientem incaſſum: benedicit autem qui ſignanter tranſuerberat, nunquam expedite niſi ad malum conſulit, eius ligatur lingua in conſilio bono, crudelibus benignus eſt, pijs vero animo crudelis, afflictionem afflicto, deſolationem deſolato delectatur inferre: viduarum, pupillorum, egenorum, ſpoliatorum, iniuſte paſſorum cauſam audire non poteſt: compati neſcit, & lachrymis placari atq; incuruari omnino non nouit, naturæ atque ſacramento contemnit deferre: fera verba fert in lingua amor iſte ferus, ſed interdum ſuauia vt ferius feriat. Ferus iſte & impius amor, dum G furit generis propinquitatem abhorret, nõ ſubuenit: horrea neceſſitatis tempore claudit, innocentiam odit, dilaniat, percutit, expoliat, & occidit. Denique huius feri amoris atque crudelis in veteri teſtamento & in hyſtorijs Gentilium multa reperiuntur exempla, ſed nulla profecto peiora quam quæ a Chriſtianis facta ſunt & fiunt. Conſideremus tyrannides, partialitates, ſectas, latrocinia, prædationes, ſaccomannos, incendia, homicidia, proditiones, puellarum & fœminarum deflorationes & violationes: ſacrilegia monacharum, incendia eccleſiarum, diſperſiones populorum & patriarum, & conſimilia, quæ noſtris tempo- H ribus facta ſunt, & intelligemus ꝙ hæc omnia feritate & atrocitate proprij amoris exorta ſunt, vt iam de Chriſtianitate, & maxime de Italia videat prę- uidiſſe Dauid cum ait, Singularis ferus. i. proprius, ſeu priuatus amor depaſtus eſt eam.

A *Quòd priuatus amor, cum ſit cęcus, ex opere diaboli ad mala miras malitias habet. Cap. 3.*

TErtia autem malignitas huius iniqui amoris, quæ eſt contra hominem ipſum, eſt in malitijs obcęcatio, ne dicam illuminatio: quia illuminatio ſociat magnitudinem luminis in bonum: exęcatio vero magnitudinem intellectus & malitiæ in malum. ſecundum enim Richar. de verbis Apoſtoli: Malitia eſt ex propoſito & deliberatione malo cognito, prono animo
B conſentire. Et Aug. in quadam Epiſtola ait: Malitia.n. per quã moribus deceptorijs veritate palliata, vel odium alterius, vel propriũ commodum attenditur. Quæ omnia proprius amor tam ex corrupta natura, quã ex conſuetudine mala, quam ẽt ex immiſſione diabolica in aĩa efficit amatorum ſuorũ. Cũ.n. talis amor cęcus ſit, modicum quippe valeret in opere ſuo, niſi aſtutia non ſolum naturaliter ingenita, & per malorũ experientiam cumulata, ſed maxime ab immundis ſpiritibus immiſſa cum opibus ſuis aſſiſtat, vt per oculum nequã aſtutię prudens hu-
C ius ſeculi videat, quid nequioris cordis appetitu concupiſcat. Sicut.n. diuinæ ſapientiæ in humana mẽte regnanti ſp̃ Deus per immiſſiones & inſpirationes ſuas aſſiſtit: ſic & humanæ aſtutiæ de his, quæ huius ſeculi ſunt, cogitanti immũdus ſpiritus cũ immiſſionibus ſuis ſe ſp̃ inſerit, & ad mala quantũ Deus permittit, auxiliũ & conſilium ſubminiſtrat. Et hoc eſt, quod Io. ſubdit, Et dedit illi draco virtutẽ ſuã & poteſtatem magnã. Virtus quoq; diaboli eſt cognitio occultorũ, quã ad hæc angelica cõditione retinet, qua nullum occultũ vere eum latet. Ratione quippe hui⁹ cognitionis, Ezech. 28. Che-
D rub. i. plenitudo ſcientiæ noĩatur, cui a Dño dictum eſt, Tu Cherub extẽtus. ſ. in naturali ſciẽtia. Poteſtas vero diaboli maxima eſt, ita vt de eo, Iob 41. c. ſcrip. ſit, Non eſt poteſtas ſuper terram. i. terrena, vel in terris exiſtens, quæ comparetur. i. coæquetur ei. Cui⁹ cauſam oſtendit ſubdens, qui factus eſt. ſ. a Dño in tanto culmine, vt nullũ. ſ. ſub Deo timeret. Per hoc ſiquidem denotatur, quod nulla corporalis virtus poteſtati dæmonis adæquari põt. Rõ huius eſt, quia poteſtas ei⁹ ſpiritualis vere eſt. Propter hoc etiã, Io. 14. a Dño princeps huius mundi denominatur. Hac ſiquidem poteſtate, quantum in ſe eſt, ſemper vtitur male: tamẽ Deus per ſapien-
tiam ſuam opus potentiæ eius ſic applicat, E quod nemini ſuorum nocere valet. Proinde Iob 40. c. ſcriptum eſt: Qui fecit eum. ſ. De⁹, applicabit gladium eius. i. noxiam operationem ipſius. Voluntas autem nocendi eſt in diabolo a ſeipſo, propter quod dicitur gladius eius: ſed effectum nocendi non habet, niſi ex voluntate, vel permiſſione diuina, quia a Deo poteſtas eius eſt, & a Deo regitur & gubernatur. Prædictam autem virtutem & poteſtatem tribuit Lucifer huic priuato amori ſecundum iudicium diuinę permiſſionis. Dicitur aũt magnã virtutẽ & poteſtatem huic beſtiæ cõicaſſe, quia diabolus nulli vitio, permittente Deo, tm̃ cõicat ſuã F virtutem & poteſtatem, ſicut amori priuato. Propterea nullum vitium vniuerſaliter tantum nocet mundo, quantũ iſte proprius amor, cum ſit radix vniuerſorum malorum. Vnde merito Phil. 2. Apoſt. ait: Omnes.n. quæ ſua ſunt quærunt, non quę Ieſu Chriſti.

ARTICVLVS TERTIVS.

De triplici deſperato opere, ad quod perducit priuatus amor.

G TErtium miſterium eſt deſperationis. Tria ſunt opera deſperata, ſeu deſperationis ſigna, quæ operatur in anima hic proprius amor. Primum eſt in proſperis & aduerſis deterioratio, vel in malis multiplicatio, ſecundum ſuiipſius deificatio, tertium contra Deum rebellio.

Tertium miſteriũ eſt deſperationis. Tria ſunt opera deſperata.

Quòd per proſpera & per aduerſa ſemper ad deteriora inducit proprius amor. Cap. 1.

PRimum deſperationis opus, ſeu ſignum eſt in proſperis & in aduerſis deterioratio, ſeu in malis multiplicatio. Sicut enim viri iu- H ſti ex eo, quod quandoq; ruere permittuntur fortiores reſurgunt, cum caſus electorũ ſit exaltatio eorum: ſic & mali, qui aut diuitias, aut luxurias, ſeu ſeculi glorias quærunt, ex eo, ꝙ qñq; cadũt, & deſiderata, atq; amata amittũt, eo in cupitis nequiores fiunt, & inde amor iſte nequiſſimus magis accẽdit, vñ magis extingui deberet. Sicut.n. magnus ignis ex flatu plus creſcit, & ſicut ignis in pice & ſulfure immiſſa aqua plus ardet: ſic amor iſte vſu diuitiarum, delitiarum,

Primum opus deſperatiõis.

atq;

A atq; magnificentiarum, atq; omniũ ſeptem
peccatorum plus exurit, & ex priuatione
eorum ad illa amplius inardeſcit, atq; inſa-
nit. Vnde a contrario ſenſu, Mat. 5. Dñs ait,
Beati, qui eſu. & ſi. iuſtitiã. i. opera contra-
ria prædictis vitijs, qm̃ ipſi ſaturabuntur. At
iſti amatores ſui amplius eſuriũt, quo plus
iniquitaté comedunt. vnde ſubdit Io. Et vi-
di vnũ de capitibꝰ ſuis, quaſi occiſum ĩ mor
té, & plaga mortis eiꝰ curata eſt. Quodcũq;
.n. ſepté vitiorũ huius proprij amoris quo-
cunq; caſu debilitatũ fuerit, amplioribus vi
ribus ad male viuendũ reconualeſcit. Proin
de Prouer. 6. c. ſcriptum eſt, Precium ſcorti,
B vix eſt vnius panis. i. vix tanto tempore du-
rãt ſcortando adepta quies, quanto vnus pa
nis comedi poſſit.

Quod ex amore priuato totus mundus periclitatur. Cap. 2.

Secundũ opus. SEcundũ deſperationis opus, ſiue ſignũ,
eſt ſuiipſius deificatio. Amor ſiquidem
ſui, vſq; ad cõtemptum Dei omnes ma
los motus in miniſterio habens in regno vi
tiorum iugiter dñatur, quaſi Deus. Proinde
C notanter aduertendum eſt, ꝙ peccator ho-
mo non ideo diabolo ſeruit, quia ipſum a-
met; ſed quia quæ ipſe proprius amor ſibiip
ſi cupit, promouet & procurat. Oẽs igitur
motus concupiſcentiæ, ſiue quos diabolus
in carne ſuſcitauerit, ſiue quos natura cor-
rupta cõmouerit, ſeu quos mala conſuetu-
do excitauerit, reſpiciunt ad amorem illũ,
quo homo bonum proprium concupiſcit.
Vnde & in homine malo non eſt reſiſtẽtia,
neq; lucta contra imperium huius amoris
mali. Propter quod Iere. 2. in perſona pecca
toris ſcriptum eſt, Adamaui quippe alienos
& poſt eos ambulabo. Alienos ſiquidẽ ho-
mo amat ẽt ſi ſeipſum amat, qñcunq; Deum
D ſuũ non amat: & poſt illos ambulat, dũ ſine
omni reſiſtentia, imo cum maximo impetu
quicquid ſuggerit iniquus amor adimplet.
Vnde ſequitur, Et admirata eſt vniuerſa ter
ra poſt beſtiã. Terra ſiquidem terrenos ho-
mines indicat, qm̃ 1. Gen. 3. dictum eſt, Pul-
uis es & ĩ puluerẽ reuerteris. Hæc terra vni
uerſa poſt beſtiã admirari dr̃, quia oẽs terre
ni hoĩes, quæ ſua ſunt quęrunt, non quę Ie-
ſu Chriſti. vñ Iob 21. c. miſtice ſcrip. eſt, Dul
cis fuit glareis cociti & poſt ſe oẽm hoĩem
trahit, & ante ſe innumerabiles. Cocitus
.n. luctus interpretatur. Vnde cũ infernalis
fluuius eſſe dicatur, æternã dãnationẽ me-
rito hẽt ſignare. glarea aũt arena cũ multi- E
tudine lapillorũ reſidẽs in fundo fluuiorũ,
& ſignificat innumerabilẽ multitudinẽ tam
angelorũ, q̃ hoĩum diuerſorũ ſtatuũ, pp a-
morẽ propriũ damnatorũ. Ait ergo, Dulcis
fuit. ſ. priuatus amor, glareis cociti. i. ſpiri-
tibꝰ immũdis, q de diuerſis hierarchijs tanq̃
glareis cociti ĩ inferno dãnati ſunt. Et poſt
ſe oẽm hoĩem. ſ. terrenũ in mundo, vſq; ad
Iob, a mũdi initio venientẽ, trahit. ſ. ad æter
nas pęnas: quia proprius amor tanq̃ radix
oium malorũ in quolibet dãnato principa-
liter cauſa eſt eius dãnationis. Et de alijs ad
hęc dãnandis ex hoc amore ſubiungit, & an
te ſe innumerabiles. ſ. ex ipſo amore vſq; ad F
mundi finem damnandi ſunt. Et hoc eſt,
ꝙ hic Io. ait, Et admirata. i. admiranti affe-
ctione ſecuta, eſt vniuerſa terra poſt beſtiã.
Et adorauerũt draconẽ, qui dedit poteſtatẽ
beſtię, & adorauerũt beſtiã. ſ. loco Dei: quia
opera diaboli propter amorẽ propriũ præ-
poſuerunt præceptis Dei dicẽtes, Quis ſimi
lis beſtię? & quis poterit pugnare cũ ea? Nã
motus praui habitãtes in terra carnis diabo
licę aſtutię & amori iniquo per omnia obe
diunt, cui nec in minimo contradicunt.

Quod per quatuor gradus, ſeu virtutum defectus deſcendit anima ad Dei rebellionem, atque contemptum ex priuato amore. Cap. 3. G

TErtium & vltimum opus, ſiue ſignũ *Tertium opus.*
deſperationis, eſt Dei contemptus &
cõtra Deum rebellio. Quando .n. cor
hominis hoc iniquo amore plenum eſt, in
verba impietatis prorumpit, dicente Domi
no, Mat. 12. Malus homo de malo theſauro
cordis ſui profert mala. Malus homo quip-
pe eſt adorator huius amoris, cuius cordis
theſaurus eſt iſte amor iniquus, de quo the
ſauro profert mala. De quibus Io. hic ſub- H
dit, Et datum eſt ei os loquens magna &
blaſphemias. Magna. i. magniloqua de ſeip-
ſo, contra quos propheta ait, Diſperdat Do
minus vniuerſa labia doloſa, & linguã ma-
gniloquam. Et blaſphemias, ſcilicet con-
tra Deum. Vel aliter dici poteſt, ꝙ talis im-
pius homo neſcit, aut conſiderare non vult,
quod os aliunde gratis accepit, de quo da-
tori ſic gratus eſſe deberet, vt non ſolum
non irreuerenter, ſed nec aliquid præter
rationem diceret. Multa enim loquitur, qui
præter rõnẽ loquitur. ille vero blaſphemat,
q debitã reuerẽtiã in verbis ſuis nõ ſeruat.

A Demum amor iſte omnes virtutũ defectus
adducit, vſq; dum caro ſpiritui ſine contra-
dictione aliqua dominetur. Sicut.n.amor
Dei in humana mente conualeſcens tandẽ
etiam carni perfectiones ſuas influit, vt ſpi-
ritui obediens, fiat ſicut ſpiritus per eius a-
morem obedit Deo: ita ecõtra iſte iniquus
amor in carne præualens eam ſic cõtra ſpi-
ritum roborat, vt qui Deo non obedit pro-
pter amorem ſui, de neceſſitate carni obe-
diat vſq; ad contemptum Dei, cuius dulce-
dinem prælegerat dulcedini Dei. Huiuſmo
di homines ſunt, de quibus ad Gal.6.Apoſ.
ait: Qui ſeminant in carne, de carne metẽt
B corruptionem. Et ideo Io.ſubdit, Et data eſt
ei poteſtas facere menſes 42. Menſis.n.a
mene, quod eſt defectus denominatur, quia
a defectu lunæ nomen accepit. Et myſtice
defectum virtutum ſignificare habet. Nume
rus.n.42.triplicẽ numerum in ſe hẽt. Duo,
qui ad dilectionẽ Dei & proximi referri ha
bent: quatuor, qui ad virtutem, ſpecialiter
ad prudentiam, qui quodam modo alias vir
tutes in ſe concludit: & decem, qui ad ope-
rationem refertur, ſicut patet in vlt.c.ſequẽ
tis ſermonis. Vt menſes 42.defectum dile-
ctionis in bonitate, quo non poteſt velle bo
C num: defectum prudentię in ratione, quo
neſcit diſcernere verum: defectum opera-
tionis in facultate, quo nõ poteſt facere iu-
ſtum, exprimant. De 42.menſibus.i.defe-
ctibus virtutum ſingillatim. Si autẽ ſingilla
tim hos 42.defectus attẽdere velimus, quos
in nobis per tẽtationes & motus carnis ex-
perimur, per quos caro eſt inobediens ſpiri
tui rõnali, ne ei in bono opere ſeruiat, poſſu
mus eos colligere ex oppoſito 42. profe-
ctuum, quibus ipſe ſpiritus proficit ad dñiũ
carnis. Qui profectus per 42.maſiones filio
rũ Iſrael de Ægypto ad terrã promiſſionis
D proficiſcentium figurantur. Filij.n.Iſrael.i.
motus rõnalis ſpiritus Deum videntis 42.
profectus in carne hẽre debent, donec vitio-
ſos eius motus poſſint exterminare, & in pa
cata carne ſic radicari, vt ſponte legi Dei
ſubijciat̃. Debet.n.rõnalis ſpiritus duo prin
cipaliter hẽre.ſ.primo ſcientiam bene agen-
di, ſecundo affectionẽ ad bene agendum, vt
tertio per ſciẽtiam veritatis & affectionem
bonitatis eliciatur in opere noſtro corpora
li iuſtitię ex zelo ad noſipſos, & proximos,
& Deum. Primo quidem ad ſcientiam be-
ne agendi 12.gradibus, ſeu luminib⁹ per-
fectionis proficit ſpiritus rationalis. Primo
per contritionem de peccato, ſecundo per
humiliationem pp peccatum, tertio actuali

Rationa lis ſpirit⁹ duo debet habere.

confeſſione peccati, quarto propoſito me- E
lioris vitæ, quinto pęnitentię amaritudine,
ſexto fomitis debilitatione, ſeptimo pecca
ti pudore, octauo odio peccati, nono adhę-
ſione Dei, decimo dilectione ei⁹, vndecimo
iudicio bene loquendi, duodecimo prę cõ-
ſideratione bene agendi. Hæ ſunt 12.maſio
nes ad montem Synai. Synai quippe, q̃ den-
tes mei, vel dentium meorum interpretat̃,
ſeruat rationalis ſpiritus perfectionem, qua
per inges meditationes peruenire põt ad
diſcretionẽ boni & mali in opere proprio.
Dentes.n.firmatæ meditationes ſunt, quib⁹
cibum ſuum ſpiritualem, qui eſt opus bonũ
ad minuta diſcutere debet: nec ſolũ, vt affe- F
ctionem ſapiat, ſed vt in circunſtantijs eius
quid reijciendum, quidue eligendum ſit, ſa
pienter attendat. Secundo vero ſpiritus rõ-
nalis hẽre debet affectionem ad bene agen-
dum. hęc autem affectio triplex eſt. Prima,
qua bene afficimur ad noſipſos: ſecunda,
qua bene afficimur ad proximum: tertia,
qua bene afficimur ad Deum. Prima.n.affe-
ctio eſt, qua bene afficimur ad nos. Sunt.n.
quatuor perfectiones, quæ diſponunt ſpiri-
tũ rõnalem in affectione ſua bene ad ſeip-
ſum. Prima eſt concupiſcentiarũ mortifica-
tio, ſecunda affectionis per delectationẽ in
bono dilatatio, tertia pronitas ad bene fa-
ciẽdum, & quarta iuge deſiderium virtutũ. G
Secũdo autem bene afficimur ad proximũ.
Nam 14.perfectiones ſunt, quę diſponunt
humanam mentem in carne ad ipſum pro-
ximum. Prima eſt charitas fraternitatis, ſe-
cũda beneficium fraternę correctionis, ter-
tia cura de eorum ſalute, quarta exẽpla bo-
næ vitę, quinta humilis ad infirmos conde-
ſcenſio: ſexta par ſocietas, quæ nouit oĩbus
bus oĩa fieri, ſeptima cõpaſſio ad afflictos,
octaua ſolicitudo ad ſubiectos, nona conſo
latio de proficientibus, decima zelus de nõ
proficere volentibus, vndecima diſciplina
adhibita inſolentibus, duodecima ꝙ illa fiat H
per comminationis terrorem, decimatertia
& per doctrinæ & exemplorum teſtificatio
nem, decimaquarta finaliter per manſuetam
ſupportationem. Secundo vero bene affi-
cimur ad Deum. Vnde duodecim ſunt per-
fectiones, quę diſponunt bene affectionem
ſpiritus rationalis in carne ad Deum. Prima
eſt contemptus temporalium, ſecunda deſi
derium cęleſtium, tertia intellectus ſecreto
rum ſpiritualium, quarta deſiderium diſſo-
lutionis & eſſe cum Chriſto, quinta cõtem-
ptus proprię facundię per rationale ſilen-
tium, ſexta contemptus propriorum operũ
quaſi

Quatuor pfectiões, quæ diſpo nũt ſpiritũ rõnalẽ in affectio ne ſua bene ad ſeipſum.

A quaſi inutilium, ſeptima vt per hoc quaſi mortuus & inſenſibilis fiat ad mundũ, octa ua ſequitur victoria tentationũ, nona ſecuritas aduerſitatum, decima transfuſio mentis in Deum per exultationem, vndecima obedientia ſpiritus ad ipſum Deum, duodecima obedićtia carnis ad ſpiritum. Hę ſunt duodecim perfectiones, in quibus per tentationes erudimur, quia ad nullã earum per nos ſufficimus. Sed data eſt poteſtas illi beſtię.i.amori priuato, facere menſes 42.quia 42.defectus virtutum habet ſpiritus in carne per hunc iniquum amorem oppoſitos 42.profectibus ſupradictis, per quos adeo B miſer fit, ꝙ neceſſe ſit ei carni in omnibus obedire. proinde Deum pro nullo bono, immo quaſi pro omni malo abijcit & contemnit, ac per hoc omnia opera ſua & motus bonos, qui ad Deum ſunt, mortificat & extinguit. O crudeliſſima beſtia, tu omnem bonitatem exterminas, & omne nefas perpetras, oïa maleficia patras, omnes virtutes corrumpis: tu vnica diuidis, diuiſa vniri nõ ſinis, fidem nemini ſeruas, nullum niſi per reciprocum diligis: tu tyrannos in ciuitatibus facis, ſeditiones excitas in vrbibus, omnium partialitatum tu es origo atque fo- C mentum: tu ſcandala ſeminas, regulares irregulas, neſcis ferre iniurias, eas facere noſcis, denegas petentibus indulgentiam, turbaris ſi non recipis: tu id, quod cõe eſt, tibi vſurpas; quod eſt proprium, nunquam cõe deducis, nunquam niſi proprijs vtilitatibus delectaris, oẽs vilipendis, tibiq; timens minui, neſcis alijs impartiri. O peſſima fera, tu in iudicijs peruertis iuſtum, in cauſis honeſtum contentionibus deſeris, vt appareas ſingularis tibi placens non curas alijs diſplicere, cõe poſtponis proprio, cõi proprium præfers, oïum deſolationum nõ curas ſi te non tangunt. O execrabilis amor, tu patientiam procul pellis, orationem, ab- D ſtinentiam, vigilias execraris, oẽs odis labores, præter illos, qui tuum peragunt finem: obedientiam trucidas, ſubdi neſcis, regulari non vis, propria voluntate delectaris, quæris gloriam, contentioſe agis & loqueris, cordis & corporis refugis diſciplinam. O impius amor, tu omnia tibi vſurpas, gratiæ vero nihil approprias: tu omnia ſenſualitati & proprię voluntati aduerſa, crucem reputas & tormentum: tu fœdera frangis, ſeparas amicos, multiplicas inimicos, diſſipas ciuitates, deſtruis regna, fidem extinguis, ſpemq; confringis, charitatem occidis, cæteraſque virtutes impia crudelitate perſequeris, oïaq; ſcelera viuificas & extollis. E quid plus? tu de regno cœlorum expulſus Angelos in dæmones conuertiſti, eosq; tecum ad inferos protraxiſti, vbi cum eis cruciaris cruciatibus ſempiternis: & per eos conaris humanum genus totum trahere ad ſupplicia infinita. A te igitur impietatis amore nos liberet amoroſus Ieſus per illum amorem, & cum illo amore, cum quo cum æterno Patre glorioſus viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

De Animæ dignitate.

SVſpiciens Ieſus in cœlum ingemuit, & ait illi: Epheta, q eſt aperire. Mar. 7 c. F & in euangelio hodierno. Creator ſumm⁹ ſic cõdidit hominẽ, ꝙ nullus quinq; ſenſuum corporis, niſi per alia ſe diſcernat. Verbi cauſa, nõ videt oculus, cuius ipſe ſit coloris, licet alia colorata cognoſcat: nec diiudicat guſtus, cuius ipſe ſit ſaporis, cum varietatem ſaporum diſcernat. Simile eſt de alijs. Sic anima cum multa videat, ſeipſam non videt. Viſus quoque per ſe alterum videt: ſe vero non niſi per alterum, vt puta per ſpeculum recognoſcit. Sic quoq; anima rationalis ſeipſam videre non poteſt, niſi alterius adiutorio fulciatur. G Proinde Propheta in perſona prædicatorũ, quibus beneficijs decorata ſit anima declamantis in pſal. 65.c. Narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Deus animę meæ. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone. In quibus ſacratiſſimis verbis circa animam tria conſideremus. Primo actum radioſiſſimum ibi, narrabo vobis. ſecundo ſubiectum conuenientiſſimum ibi, omnes qui timetis Deum. tertio obiectum amoroſiſſimum ibi, quanta fecit Deus animæ meæ. *Circa animam tria ſunt cõſideranda.* Primo conſideremus actum radioſiſſimum ad docendum, quia ait in perſona prędicatoris, narrabo vobis. nec dicit, *Primo.* H argumentis probabo, Eccl. 8.c. Non te prætereat narratio ſeniorum.ſ.cum de anima narrant. Ipſi.n. didicerunt a patribus ſuis.i. a Doctoribus ſanctis. Secundo conſiderem⁹ ſubiectum conuenientiſſimum ad dicendũ, *Secundo.* quia inquit, omnes. Et in hoc concordia audientium denotatur, Matth. 13. quod vni dico, omnibus dico: vigilate.i. vigilanter attendite.ſ.quæ vobis de aïa enarrantur, qui timetis Deum, Deũ.ſ.& qui timere debetis eũ, tanquam oïum beneficiorũ animæ amoroſiſſimum largitorẽ. Tertio conſideremus *Tertio.* obiectum amoroſiſſimum ad contemplandum,

A dum,& de hoc ſubdit, quanta Deus animæ meę. Tu igitur cõſidera anima mea. Primo, in quanta altitudine es creata: ſecundo, quã magnũ theſaurum es ęſtimata: tertio, cum quanta diligentia es cuſtodita: quarto, cum quanto dolore es deperdita: quinto, cũ q̃to labore es quæſita: ſexto, cũ quãto ſtupore es conſiderata: ſeptimo, cũ quãto precio es redempta: octauo, cũ quanto gaudio es reinuenta: nono, cũ quanto pręmio eris beata. Quod aiæ meę dico, oĩbus vobis dico. Pro: Dñica etiam 22. poſt Pentec. põt eſſe thema. Cui⁹ eſt imago hæc & ſupſcriptio, Mat. 22. Pro cuius introductione aduertendũ eſt

Cõſiderationes aiæ.

B q aia nr̃a, moneta regia eſt ęterni. ſ. regis, naturali imagine inſignita, & virtuali ſimilitudine ſuperſcripta. De cuius integritate, vel ſuperinducta peregrina deformitate characteris diaboli, Ieſus examinator aduenit & reprobator characteris dęmonis, quaſi imaginis Cęſaris, & reformator imaginis Dei. Proinde numiſma ſibi petit oſtendi dicens: Oſtendite mihi numiſma cenſus. quia quæ in facie aiæ ſunt per cõtritionem iubet examinari in oculis Dei, & inuenta deformitate inuectiue redarguit eam, cum ex quæſtione mentẽ ad ſui confuſionẽ inducit di. Cui⁹ eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Q. d. ſi aia cõ-

C fuſa humili cõfeſſiõe ſe indicat pęccatricẽ, & dicat Cęſaris. i. dæmonis. Cæſar. n. interpretatur præſidens princeps, & põt ſignificare eũ, qui eſt princeps ſuper oẽs filios ſuperbiæ, vt dr̃ Iob 41. audit remediũ procurandę ſalutis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę ſunt Dei Deo. Cæſari q. pe reddere eſt diabolo peccata, & ſua tenta menta reſiſtendo refundere, & Deo puram reſeruando naturã, & ab eo oẽm gratiã humiliter recognoſcere, & ad illas indignũ ſe reputare. Tu vero prædicator ſuperiora & inferiora ad propoſitum tuũ adapta. Quib⁹ intellectis dicat quilibet noſtrũ, Fecit mihi

D magna &c. Lu. 1. Sed quia peccatoris aia eſt ſurda, & muta, ideo miſtice in verbo propoſito ait Marcus, Suſpiciens Ieſus in cęlũ ingemuit, & ait illi, Epheta, quod eſt adaperire. In quibus ſacratiſſimis verbis, ſi vis ſm illud thema diuidere in miſteriũ aię obcęcatę in peccatis, & ſurdę inſpirationib⁹ diuinis & pręedicationib⁹ ſanctis, triplex ſignũ Dñi Saluatoris conſideremus. Primũ eſt ſignũ admirationis, quod notatur ibi, Suſpiciens Ieſus in cęlum. Secundum eſt ſignũ compaſſionis, quia ſubditur, ingemuit. Tertium eſt ſignum apertionis, quod innuitur ibi, Epheta, quod eſt adaperire.

Trip'ex ſignũ Dñi in aiam.

Articulus Primus. E

Quomodo Deus admirari dicitur de ingratitudine animæ de beneficijs iam receptis.

Primum ſignum, quod oſtendit Chriſtus, eſt admirationis. Ait enim, Suſpiciẽs Ieſus in cęlum, quaſi admirans quanta fecerit Deus animæ rationali, & tamen ipſa ſurdeſcit per malitiam obſtinationis & rebellionis contra Deum, & obmuteſcit a confeſſione iniquitatum ſuarum. Porro de anima peccatrice atq; ingrata miratur Dominus, Eſa. 21. c. di. Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum. De tribus maxime circa animam ingratam admiratur Dominus. Primo de altitudine creationis, ſecundo de magnitudine æſtimationis, tertio de ſolicitudine cuſtoditionis. Et dici poſſunt tres admirationes.

Primũ ſignũ admirationis.

F *De tribus circa animã ingratã admiraĩ Dñs.*

Quomodo admirari dicitur Chriſtus de ingratitudine animę circa beneficium creationis. Cap. 1.

G Prima admiratio eſt de altitudine creationis. Admiratur ipſe, vt de hoc ipſe nos doceat admirari in quãta dignitatis altitudine aia ſit creata. Nam ſicut Bern. ſuper Cant. inquit: Quo anima mea melius cognoſcit ſuã originem, eo amplius erubeſcit vitam habere degenerem. Et Aug. 8. de ciui. Dei ait, omni corpori præfertur animæ natura. ſed quia pulchritudo animę corporeis oculis videri non poteſt, artificioſum modum docet Apoſtolus, quo ſaltem adiutorio aliarum creaturarum oculis mentis dignitatem & pulchritudinem ſuam anima recognoſcat. Proinde ad Ro. 1. c. ait, Inuiſibilia enim Dei. ſ. ſicut ſunt animæ a creatura mũdi. i. ab homine, q. eſt in mundo, per ea quæ facta ſunt. i. p corporeas creaturas, intellecta conſpiciuntur. Vt igiĩ aia conſcẽdere poſſit per corporeas creaturas, quaſi per ſcalã ad altitudinẽ dignitatis ſuę, & ad cognitionẽ ſuæ nobilitatis, cõſideret tria in corporalibus creaturis. Primo ordinẽ, ſecũdo magnitudinẽ, tertio pulchritudinẽ. Primo cõſidera creaturarũ corporaliũ ordinẽ, quẽ p te aia creator poſuit i creaturis. Cuilibet. n. dedit locũ ſibi cõuenientẽ. Imperfectiora locauit in infimis locis, atq; pfectiora in ſuperiorib⁹ ordinauit.

Primo ad miraĩ de altitudine creationis

H *Tria cõſideranda in corporalib. creaturis.*

Primũ ordo creaturarũ corporalium.

Primo

A Primo ſiquidem terra & terrena, viua & corruptibilia in domicilio ſuo quaſi ſtabulũ fimo plenum a paradiſo longinquũ, & inferno propinquum myſticè atq; ſapientiſſimè ordinauit. Secundo in ſuperiori loco tanquam leuiores locauit aquas, ſtatuẽs eis terminum, ne ſuperẽt terram, ſicut propheta inquit, Terminum poſuiſti, quẽ nõ tranſgredientur, neq; conuertentur operire terram. Tertiò adhuc excellentiori loco locauit aerem. Quarto ſuper aerem locauit ignem, elementum ſiquidem miræ actiuitatis & caliditatis, propterea illum elõgauit
B a nobis. Quinto eminentiori loco ſtatuit Lunam, ſexto Mercurium, ſeptimo Venerẽ, octauo Solem, nono Martem, decimo Iouẽ, vndecimo Saturnum, duodecimo cœlũ ſtellatum, quod dr̃ firmamentum, cum 12. ſignis, & quaſi 72. conſtellationibus & innumerabilibus ſtellis. Decimo tertio cœlũ criſtallinũ, decimo quarto cęlũ empireum nobiliſſimum corpus atq; conueniẽs tanto regi & filio ſuo & ſponſæ ſuæ, necnon & omni multitudini beatorũ. Ad hunc ſiquidem locũ in quo gloria frueret æterna, crea
C uit Deus aĩam, per hoc aperte demõſtrans ꝙ oĩbus ſe inferioribus nobilior atq; pſtantior eſſet: vt merito admirãdo cũ propheta ad eum clamet & dicat, Oĩa in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. Secũdo conſidera corporalium rerum magnitudinem. Magna profecto eſt terra: ſed ſecundũ quoſdam, in decuplo aqua excedit eam. Aer quoque tantundem ſuperat eã & tantundem ſuperatur ab igne. lunæ ẽt ſphera tantundẽ ſuperat ignem. Sphera Mercurij tñdem ſuperat ſpherã Lunæ. Sphera Veneris ſpheram Mercurij, ſphera Solis ſpheram Veneris, ſphera Martis ſpherã Solis, ſphera Iouis ſpheram Martis, ſphera Saturni ſphe-
D ram Iouis. Firmamentum in decuplo ſupat ſpheram Saturni, Criſtallinũ cęlum tantundem ſuperat firmamentum, empireũ cœlũ tantundem ſuperat criſtallinũ. Tanta ſiquidẽ eſt magnitudo empirei cœli, ꝙ ſi de nouo crearet Deus huiuſmodi magnitudinis tot terrarum orbes, quot ſunt genera arenæ maris, ad huc vix implerent illud. Tertio quoque conſidera creaturarum corporalium pulchritudinem & virtutẽ. Et vt ab inferioribus & vilioribus ad nobiliora gradato ordine conſcendamus, initium ſumamus a terra. Rimare terram & contẽplare, quanta virtute & pulchritudine decoratur. Niſi haberet ſecretas virtutes nobis ignotas, non producent tot colorũ & ſaporum

Secũdum corporaliũ rerum magnitudo.

Tertium creaturarũ corporaliũ pulchritudo.

varietates, ſicut patet in tot varietatibus roſarũ, liliorum atq; aliorũ florum, & in tanta fructuum varietate. Ex viſceribus ſuis egrediuntur oĩa genera metallorũ, ex quib⁹ fiunt tot mirabilia inſtrumenta, tãta ſuauitate ſonora, ſicut ſunt organa, tubæ, cimbala, cãpanæ & conſimilia ærea inſtrumenta. Ex ipſa egrediunt ligna, ex quibus fiũt fiſtulæ, cytharę, ſambucæ, ſimphoniæ, harpæ, liræ & conſimilia inſtrumenta. Et quis exprimere poſſet, quã ſuaui & admirabili armonia quodãmodo iubilat & iubilare facit humanas mentes infima & viliſſima terra? Quis
F quoq; exprimere poſſet odorũ fragrãtiam, quã reconditã in ſe tenens cõicat eã gariofolis, canellę, cynamomo, croco, gingibero, balſamo, muſcato; cæteriſq; odorib⁹ vnguẽtorum & aliorũ odoriferorũ? Quot genera producit mirabiliũ atq; virtuoſarum herbarũ, bladorũ, radicũ, arborũ ſilueſtriũ & domeſticarũ, lapidũ pcioſorũ & non precioſorum? Oĩum aĩalium terra eſt mr̃ & nutrix, oĩum auium ſolicita eſt adiutrix, oĩum hoĩum eſt ſeruatrix & conſolatrix. Magna profecto eſt virtus & nobilitas terræ vltra q̃ dici poſſit: & tñ vilior oĩbus alijs creatu-
G ris a Deo creata eſt. In tantum ꝙ eã pedibus conculcamus, omne corruptũ & putridum in terram proijcimus, ſtabulum eſt aĩaliũ Dei, ſentina omnium ſuperiorum. Et tñ infelix aĩa, quę nobilior corporalibus cunctis ad ſempiterna creata eſt: aliud q̃ terrena, vilia & caduca non quærit: illa deſiderat, in illis toto affectu quieſcit. O inſenſata mortalium cura, o cæcitas oĩum ſtupore digna: deſpicere cęlum & præeligere ſtabulũ atq; cænum. Deniq; ſi in hac viliſſima terra tanta eſt nobilitas atque delectatio multa nimis, quãta erit nobilitas aquæ, quæ in decuplo maior eſt: & ſic de alijs ſuperioribus,
H ſicut prædictum eſt, cum ſm̃ quoſdã tñ in nobilitate atque virtute ſuperare inferiora creduntur, quãtum in magnitudine illa excedunt. Nec tñ quiſquam ꝙ hoc non intelligat, mirari dẽt cũ ẽt manifeſtiſſima naturæ philoſophi maximi intelligere nequeant. Tanta quippe eſt nobilitas, ſeu virtus cuiuslibet viliſſimæ creaturæ, vt puta pili, vel paleæ, ꝙ tota philoſophorum peritia oẽm eius perfectionem, quã in illa creauit De⁹, compræhendere non valeret: Cum ſm̃ Ariſtotelem, etiã manifeſtiſſima naturæ ipſis quoque maximis philoſophis ſint ignota: Quod quidẽ in cauſa eſt ignorãtia, quã incurrimus ex primorũ parẽtũ nr̃orum lapſu. Si igitur tanta eſt nobilitas terræ, quanta

erit

A erit nobilitas aquæ: aeris, ignis, ſeptem pla
netarum cœli ſtellati, cœli criſtallini, cœli
empirei: quod quidem eſt ſedes Dei, ſicut
propheta inquit, Cęlum mihi ſedes eſt. Et
iterum Eccle. 24. Ego in altiſſimis habito.
Fides de cęlo tria docet. De hoc cœlo fides maximè tria docet, ſcili-
cet magnitudinem, virtutem, & pulchritu-
dinem. Primo quidem docet magnitudinẽ.
Primum. Cum enim ſecundum magnos Doctores,
minima ſtella maior ſit tota terra: quid erit
firmamentum, cum excedat quaſi in infini-
tum quamlibet ſtellam? Quid erit empireũ
cęlum, cum ſicut prædictum eſt, centies ſu-
B peret firmamentum? Hinc admiranter Ba-
ruch. 3. c. ait: O Iſrael, quam magna eſt do-
mus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius
Secundũ. magnus eſt & non habet finem. Secundo
docet fides eius virtutem, quia dicit illud
remotiſſimum a noſtro ſenſu, per hoc do-
cẽs incomprehenſibilitatem nobilitatis ei⁹.
Tertium. Tertio docet eius pulchritudinem. Nam ſe-
cundum Doctores, illud cœlum habet do-
tes & pulchritudinem ac quaſi cõditiones
corporis glorioſi. Proinde Eccl. 43. ait. Spe
cies cœli in viſione gloriæ, quia lucet qua-
ſi ſicut corpora beatorum, atque corporib⁹
beatorum poteſt ſecundum quoſdam quo-
dammodo intimari. Si igitur tanta eſt cœli
C empirei magnitudo, virtus & pulchritudo:
quantum in his excedit anima rationalis,
pro qua & corpore ſuo factum eſt habita-
culum illud? Primo enim quis poſſet expri
mere animæ magnitudinem? Secundũ quip
pe magnitudinem contenti, magnitudo va
ſis compræhendi poteſt. In immenſum ma
ior eſt ipſa anima, quam ipſum cœlum. Nã
ſicut 3. Reg. 8. Salomon ad Dominum ait:
Cœlum & cœli cęlorum capere te nõ poſ-
ſunt. Et tamen anima tantæ magnitudinis
eſt, vt quem mille millia cœlorum capere
non poſſunt: ipſa anima compræhẽdat. Vn-
D de Augu. in lib. de quantitate animæ inqt:
Omnia, quæ anima cogitat, infra quantita-
tem animæ continentur. Clarè etenim con
ſtat, ꝙ anima & Deum cogitare poteſt: &
quod in infinitum maius eſt, poteſt illũ to-
tum in ſempiterna gloria videre, poſſidere
& frui eo. Secundo quoque, quis poſſet
animæ naturales explicare virtutes, cũ quã-
tum in magnitudine excedit cœlum, tan-
tum illud ſuperat in virtute? Tertio inſup,
quantum illa ſuperat cœlum in magnitudi
ne & virtute, tantum etiam illud ſuperat in
pulchritudine ſua. Hæc omnia confirmãtur
per Auguſt. in ſermone. 73. ſuper Ioan. vbi
ait: Nihil potentius aut ſublimius mente ra

tionali, quicquid ſuper eam eſt, creator eſt. E
Per hoc manifeſte declarans, ꝙ ſi quaſi infi-
niti cœli empirei & illius nobilitatis crea-
rentur a Deo, adhuc anima eis nobilior at-
que celſior remaneret. Ratio ſiquidem ho-
rum eſt: quia ſicut prædiximus, anima po-
teſt Deum intelligere, Deum diligere, atq;
Deum æternaliter per gloriam poſſidere:
quod milia cęlorum facere nõ poſſent. Vn-
de. 1. Corint. 2. Apoſtolus ait: Quod oculus
non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
minis aſcendit, quæ præparauit Deus his,
qui diligunt eum. Confirmat hoc auctori-
tas ſcripturæ ſacræ, Gen. 1. vbi dicitur, ꝙ
creauit Deus hominem ad imaginem & ſi- F
militudinem ſuam. Quod dupliciter poteſt
intelligi. Primo ſecundum Bonau. in Cen-
tiloquio, qui ait, ꝙ imago nominat confor
mitatem in quantitate: ſimilitudo vero cõ-
uenientiam in qualitate. Secundo modo,
ſecundum Alex. de Ales, imago eſt in natu
ralibus, ſimilitudo ingratuitis. Ex quo pa-
tet ꝙ ſimilitudo perficit imaginem, ſicut
gratia ipſam naturam.

Quantum æſtimauit Deus animam rationalem, de quo ipſa ingrata eſt. Cap. 2. G

SEcũdo miratur Dominus. i. mirari nos
docet de magnitudine extimationis.
Non enim magnipẽditur a ſapiente res *Secundo admirati de magnitudine extimationis.*
vilis. Tantæ extimationis atque precij &
valoris eſt anima noſtra apud ſapientem
Deum, vt carnem aſſumere voluerit, ꝓpter
ſalutem eius. Proinde Bonauentura ait: Væ
mihi, ſi talentum mihi traditum negligen-
ter tractauero, precioſo ſanguine agni incõ
taminati magis appreciatum. Si enim ſtil-
las dicti ſanguinis in vaſe aliquo haberem, H
diligens cuſtos proculdubio exiſterem: quã
tomagis diligenter tractare debeo & ſerua-
re animam Chriſti ſanguine magis appre-
ciatam, quem dedit pro eius redemptione?
Tantę quoque extimationis eſt anima apud
diabolum, vt myſticè cum vellet diuiſionẽ
de regno inter ſe & Deum, popoſcit a Do-
mino dicens, Gen. 14. Da mihi animas, cę-
tera tolle tibi. Sed inſenſatus & ſtultus ho
mo nihil vilius habet quam animam ſuam.
Terguntur caligæ & ſotulares, cũ inquinati
ſunt, & anima multis ſceleribus inquinata
ſordeſcit. Omnia quæ corporalia ſunt ſeu
temporalia, ſi quærit homo: ſemper bona
eſſe cupit, bona illa poſtulat, ſiue panem, ſi-
ue vinum, aut indumentum, ſiue aſinum, ſi-

A ue equum,vel bouem,domum vel agnum, nec tamen curat ſi anima mala eſt. Ad hoc Auguſt.in quodam ſermone inquit: Quid eſt ꝙ vis habere malum?dices mihi, ꝙ nihil omnino. Non vxorem, non filium,non filiam,non ſeruum,non ſeruā, nō ancillam, non tunicam,poſtremo nō caligam: & vis habere vitam malam?Rogo te,præpone animam tuam caligæ tuæ. Si videt armiger homo equum vulneratum ad mortem, etiam ſi ſuus non ſit,compatiēs atq; dolens ait, O magnum peccatū.Nec tamen dolet,ſi multis mortalibus anima ſua, vel proximi vulnerata eſt. Cadit in foueam aſinus, nec tm̄
B Dominus eius, ſed etiam circunſtantes ſubito & præſto ſubueniunt ei. Ruit anima hominis in peccatorum profundum:nec ipſi,nec alij de illa curant.Tam vilem ęſtimat cupidus animam ſuā, ꝙ quandoq; pro vno denario dabit eam:immo quod nequi⁹ eſt, ſæpius pro minus denario,vel pronihilo dabit eam:verbi cauſa, Inter vēdentes & emētes, mendacia pernicioſa quandoque concurrunt,nulla emptione vel venditione cōpleta,pſal. Vendidiſti.i.vendi ꝓmiſiſti,Domine populum tuum ſine precio.i.pro nihilo. Merito ergo Eccleſi.10.ait: Nihil eſt
C iniquius quam amare pecuniam. hic enim animam ſuam venalē habet, qm̄ in vita ſua proiecit intima ſua. Contra quos Matt.16. Dominus ait:Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur,animæ vero ſuę detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?Luxurioſus vero commutat animam ſuam pro momentanea voluptate. Vnde Gregor.ait: Momentaneum eſt, quod delectat: æternū vero, quod cruciat. Superbus dat animam ſuam pro modico vento vel fumo. vnde ꝓpheta inquit,Et non fuit multitudo in cōmutationib⁹ eorum.quaſi dicat: Multa ſunt æterna, quæ amittunt: ſed pauca & vilia,
D quæ acquirunt.

Quanta diligentia cuſtodiat Deus animas electorum ſuorum. Cap. 3.

Tertio admiratur Dñs, de ſollicitudine cuſtoditionis.

TErtio miratꝰ Dominus, vt mirari nos faciat de ſollicitudine cuſtoditionis. Non cuſtoditur magna diligentia a ſapientibus res,quę vilis eſt: ſed precioſa & chara.In hoc profecto patet quam ſpecioſa ſit anima iuſtorum,quando ſolus Dominus illius vult eſſe cuſtos.Sapien.3. Iuſtorū autem animæ in manu Dei ſunt,& non tāget illos tormentum malitiæ.Et iterum propheta ait,pſal.96. Cuſtodit Dn̄s animas Sancto- E
rum ſuorum, de manu peccatorum liberabit eos. quaſi dicat, Nulla vis poteſt eas auferre ab eo. Licet enim quandoque corpora eorum trahantur ad ſupplicia,& ſubſtantia temporalis auferatur: nunquam tn̄ permittit Deus ꝙ anima ad crimina pertrahatur.Vnde Dominus ſubſtantiam & corpus Iob ſanctiſſimi aduerſario expoſuit, aīam vero ſeruauit dicens,Iob. 2. Ecce in manu tua eſt,verūtamen animam illius ſerua.Sæpe enim viliores merces in mari proijciuntur,vt corpora liberētur. Sic Deus exponit perditioni temporalia atque corporalia, vt animæ liberentur.In præſenti vita ſæpe tē- F
poralia cuſtodiæ malorum committit, animas vero propriæ ſuæ cuſtodiæ derelinquit. Diſce ergo a ſapientia Dei cuſtodire theſaurum animæ tuæ,ſicut Deu.4.c.admonet Deus,cum ait, Cuſtodi temetipſum & animam tuam ſollicite.Fatuus eſſet, qui optimum equum extra ad pluuiam poneret: & quadrigam optimè in ſtabulo cuſtodiret. Sic quippe fatuus eſt,qui diligēter cuſtodit corpus, & de anima ſua nihil curat.

ARTICVLVS SECVNDVS

Quod propter animam ex triplici cauſa ingemuit Chriſtus. G

Secūdū ſignū cōpaſſionis.

Ingemuit Chrs ꝓ tres cās.

SEcundum ſignum,quod in verbis propoſitis oſtendit Chriſtus, eſt ſignū cōpaſſionis,quia ingemuit. propter tres cauſas ingemuit Chriſtus. Primo propter dolorem amiſſionis,ſecundo propter laborem inquiſitionis, tertio propter ſtuporem admirationis.

Quod propter dolorem perditionis animæ ingemuit Chriſtus. Cap. 1. H

Primo īgemuit ꝓ dolorē amiſſionis.

PRimo quippe ingemuit Chriſtus propter dolorem amiſſionis. vir ſapiens non ingemiſcit propter paruæ rei amiſſionem.Magna ꝑfecto res eſt, propter quam Dei ſapientia plorat.Sed quia Deus propriè plorare non poteſt:aſſumpſit humanam naturam,vt plorare poſſit.Ac per id, quod in curatione huius ſurdi & muti ſemel exterius ſenſibiliter fecit:intelligi voluit id, quod ſemper interius faciebat. Semper enim, dum in mortali corpore fuit,doluit ſuper culpis & miſerijs animæ noſtræ, & pro eius curatione ſuſpirauit

A ſpirauit ad patrem. In huius quippe miſterium, Luc. 19. Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens, quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Hæc ciuitas animam myſticè præfigurat, & de illa propheta inquit, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Videns igitur Ieſus hanc ciuitatem in ſceleribus obſtinatā & ſurdam ex cōpaſſione & amiſſionis dolore, Fleuit ſuper illam.i.ſuper futura illi' perditione dicens, Si cognouiſſes & tu.i.ſi

B illa præſcires, & tu ſcilicet fleres, quia ad modum dolentis locutus eſt, dimittendo hanc dictionem fleres. Multi quippe & magni theſauri in mari & alibi amiſſi ſunt: milleque ciuitates & patriæ combuſtæ ſunt atque deſtructæ: & tamen non legimus pro eis Chriſtum fleuiſſe, ſed pro anima tantū. Et ſequitur, Et quidem ī hac die tua. ſcilicet qua modo tibi, non Deo viuis, fleres. quæ ad pacem tibi.i.in qua haberes ea, quæ ſūt ad pacem tuam, ſicut ſunt diuitię, deliciæ & magnitudines. Nūc autem, ſcilicet propter peccata tua, abſcondita ſunt ab oculis tuis, ſcilicet cæcis, ideo non fles. De talibus

C Propheta inquit. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. & Deuter. 32. vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

Quod propter laborem & dolorem, quem pro anima paſſus eſt Chriſtus amare fleuit. Cap. 2.

Secundo ingemuit ꝑ laborē inquiſitionis.

SEcundo autem ingemuit Chriſtus ꝓpter laborem inquiſitionis. homo ſapiens non multum & longo itinere atque tempore laboraret pro inuentione nō precioſæ rei. Quantum autem & quanto tē

D pore laborauerit ſapientia Dei, vt animam perditam reperiret, oſtendit ipſemet Dñs, Luc. 15. in parabola perditæ ouis, cum ait: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? ait enim. Quis ex vobis homo: quia ex nobis verus eſt homo Chriſtus, qui habet centum oues, ideſt Angelos & homines. Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius, Chriſtus enim paſtor, Ioann. 10. Ego ſum paſtor bonus. Et ſi perdiderit vnam.i.animam vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouē in deſerto.i. Angelos i cœlo ab apoſtaticis angelis derelicto, & vadit ad illam, ſ. animam, quæ perierat? Venit quippe, qũ verbum caro factum eſt, Ioā. 1. Magna profecto res eſt anima, pro qua requirenda Deus de ſummis celorū deſcendit, & humanam naturā aſſumpſit. Cōſidera, quanto labore atq; amore animam, q̃ſiuit amoroſus Ieſus, vix virginis vterū egreſſus eſt, & dilectam animam more infantiū vocat dicens, a, a, a, quaſi dicat anima mea te quæro, pro te venio, te iuenire deſidero, circunciditur puer, & iam ſacrum ſanguinē pro te anima fudit. Fugit in Ægyptum te longo itinere quærens. Rediensq; grauiori labore quærit te, factus annorum duodeci F ſedit in medio Doctorum, de te anima audiens atq; quærens. Triceſimo anno poſt baptiſmum, deſertum ingredit̄, poſt quadragenariū ieiunium contra animæ hoſtē pugnaturus atq; glorioſe triumphaturus. Et deſerta loca relinquens circuit ciuitates & caſtra ſollicite quærēs, quam ꝑdiderat ouē, vt eam inueniat operat̄ miranda, pellit demones & mundat leproſos, illuminat cæcos, erigit claudos, ſoluit mutos, apit ſurdos, curat idropicos, ſanat paraliticos, liberat lunaticos, erigit curuos, extēdit contra- G ctos, purgat ſanguifluos, ſuſcitat mortuos. Et cum his oībus patitur odia, improperia, detractiones & blaſphemias, atq; iniurias multas, vt ouem errantem valeat reperire.

E

Quod Chriſtus doloroſe plorauit admirans peccatricis animæ cæcitatem. Cap. 3.

Tertio ingemuit ꝑ ſtuporem admirationis.

TErtio ingemuit propter ſtuporē admirationis. In huius myſterium, Io. 11. in ſuſcitatione Lazari, per quem ſpūs peccatoris quatriduani in peccatis atque fetentis ſignificat̄. Scriptum eſt, ꝙ Ieſus infremuit ſpū.i.cum quodam fremitu H intra ſe gemuit, & turbauit ſemetipſum ſup ſpūi in criminibus obſtinatum. Et admirās & plorans dicit, Vbi poſuiſtis eum? quaſi dicat. O demones infernales, vbi veſtris tentationibus pernicioſis poſuiſtis eū? O mundani affectus, vbi per concupiſcentiam carnis & concupiſcentiā oculorum atq; ſuperbiam vitæ poſuiſtis eū? O pernicioſa peccata, vbi per conſenſum, operationem, conſummationem & obſtinationem poſuiſtis eum? Diuinam imaginem deformaſtis, de regno gloriæ & gratiæ cum priuaſtis, æternis cruciatibus obligaſtis. dicunt ei, Veni & vide, ideſt veni per illuminationem, &

fac

A ſac videre per veram cognitionem. Et lachrymatus eſt Ieſus, ſcilicet quia videt eum in terra deſerta & operta mortis caligine, vbi vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, Iob. 10. c. Nec igitur mirum, ſi lachrymatus eſt Ieſus. Fleuit quippe, vt myſticè nos doceret, cũ quãta pietate, ac cum quantis doloribus & fletibus anima ab eo reſuſcitanda erat. Quod quidem elegit nihil miraculo demonſtrare. Primo, quia fuit ſuæ paſſioni & in loco, in quo paſſurus erat propinquum. Secundo, quia ex ſingulari amicitia, hanc præ cæteris ſuſcitationibus fecit. Vnde ſubditur a Ioanne, B Dixerũt ergo Iudæi: ecce quomodo amabat eum, quia veri intelligentes confitendo admirantur admirandam circa animam Dei dilectionem.

Articvlvs Tertivs.

Quod anima intelligere debet tria beneficia, quæ contulit & confert ſibi Deus.

Tertiũ ſignũ & vis apparitionis.

TErtium ſignum in propoſitis verbis oſtendit Chriſtus vim apparitionis, ſeu illuminationis & cognitionis: quia ait illi Ieſus, Effeta, quod eſt aperire, C quaſi diceret, Aperi intellectum. O anima mortua in peccatis, cognoſce & vide maxima tria hæc beneficia Dei tibi indignè collata & præparata. Primum eſt precium redẽptionis, ſecundum eſt gaudium reinuentionis, tertium eſt prẽmium glorificationis.

Tria beneficia Dei aĩæ indignè collata.

Quod inæſtimabili precio mortis Chriſti anima noſtra redempta eſt. Cap. 1.

Primũ beneficium D.

PRimum beneficium eſt p̃cium redemptionis. Nam Luc. 15. in parabola de oue perdita ſequitur, Et cum eam inuenerit. ſ. ouem, imponit in humeros ſuos gaudens. ait eñ, Et cum inuenerit eam. ſ. errantẽ. i. aĩam in damnationis ſtatu periclitantẽ. Sed vbi q̃ſo inuenit eam? audi vbi quæſiuit, & ſcies, vbi inuenit eam. Per dies plures in vltima ſeptimana vitæ ſuæ in quærendo animã laborauerat. Et ecce ad vltimã cęnã, vbi poſt mirandæ humilitatis exẽplũ datum in pedum diſcipulorũ ablutione immenſæ charitatis dedit eduliũ, dũ tibi aĩæ ſeipſum dedit in cibum. Magnæ charitatis oſtẽdit ſignũ, dũ totus pro tua charitate euiſcerat⁹ fecit ſermonem vltimum. Demum egreſſus trans torrentem Cedron, animam quærens ingredit̃ hortum, orat, laborat, & ſudore ſanguineo madefactus in agonia ſuppliciter orat patrem animam inuenire ſine calice diræ mortis ſubijciens ſe tñ diuinæ voluntati. E Vallatur turba malorum & offerens ſemetipſum pro te anima mea capitur, ligatur, deluditur, conſpuitur, vultu velatur, colaphizatur & crudeli furore Scribæ & Phariſæi inſaniunt contra eum. Denique in domo Pilati pro te anima mea, propria veſte nudatus atque ligatus truculentis manibus, impiorum caro illa ſanctiſſima flagellatur & laniatur & vſque ad effuſionem ſacri ſanguinis crudeliſſimè flagellatur vel laceratur. Et F quod horribilius eſt, pro te anima mea, caput illud Angelis tremebundum duris ſpinarum aculeis coronatum, ſanguinem ſacrum ſudit, dum configitur ſpina crebra arundinum percuſſione vſq; ad cerebrum profundata. Sic vilificatus atque deluſus perducitur coram populo ſpineam coronam portans & purpureum veſtimentum, vultu velatus, ſputis deturpatus, genis atque tota facie tumefactus. Condemnatur ad mortem æterna vita, pro te viuificanda anima mea dilecta. Et baiulans ſibi crucem, venit in caluariæ locum. Ibique G inuenit, quam quærebat & deſiderabat ouem, & ſic imponit in humeros ſuos gaudens. Humeri quippe Chriſti crucis brachia ſunt, ſeu dolor & gaudium, quaſi duo crucis ligna clauo amoris confixa. Cõtẽplare anima mea q̀ in terra poſita cruce nudatus agnus immaculatus, vt imponerent ſuper humeros ſuos ouem, ſuper crucem extenditur mortem ſuſcepturus pro anima. Configit̃ diris clauis in cruce, vt inſeparabiles humeri eius ſint ab inuenta oue. Eleuatur a terra lignum taliter Deo inſignitum, fluit ſanguis pro te redimenda a cor H pore lacerato, apertæ ſunt catharactæ cęli, vt inundet diluuium precij precioſi pro anima redimenda. O quis tantæ duritiei eſt, quod ei cor non ſcindatur? Verè languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit in humeris ſuis. O anima ſanguine Chriſti redempta, expergiſcere ex tuo letargico ſomno: & vide quod ad orientem vertit faciem ſuam Chriſtus, ad meridiem dexteram manum, ad occidentem plantas ſanctorum pedum, ad ſeptẽtrionem ſiniſtram manum, omnes animas ad ſe vocat, omnes deſiderat, omnes inuitãs clamat, Venite ad me omnes, qui

laboratis

A laborati & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Ab oriente vocat adoleſcentes, a meridie diuites & magnates, ab occaſu ſenes, a ſeptentrione pauperes & infirmos dicens, Omnes ſitientes venite ad aquas. Tandem clamans voce magna Ieſus dixit: Pater, In manus tuas commendo ſpiritum meum. In quo inuentam ouem & animas omniũ electorum commendauit & reddidit Deo patri. In anima enim Chriſti vnita per omnia diuinitati certa notitia erant omnes animæ ſuo ſanguine precioſo redimendæ, B quas vt animam ſuam ad æternam gloriam diligebat. Has ſiquidem patri ſuo animam ſuam commendans in ipſa omnes alias cõmendauit atque omnes ſaluandas animas velut vnam ſuam animam fecit. Facit enim ardentiſſima charitas, quod eſt alterius eſſe ſuum, proinde ſupereminens charitas Chriſti omnem ſaluandam animam ſuam fecit. Orauit quippe pro corpore caput. Caput enim & corpus animam faciunt vnam, cuius eſt anima vna. Nam. 1. Corinth. 6. dicitur, Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Quaſi fuerit Chriſtus hamus piſcationis diuinæ & tanquam ſagena latiſſimæ charita- C tis in mari præſentis vitæ a diuinitate iacta ta, quæ nunc ad littus paterni pectoris reducitur, cum omnes intra paterna viſcera collocauit, quando inclinato capite emiſit ſpiritum. O anima precioſo ſanguine & morte Chriſti redempta, conſidera quanti precij te æſtimauit ſumma ſapientia Dei, ad hoc vt tu non deſpicias temetipſam. Proinde 1. Pet. 1. cap. omnibus nobis ait, Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: Sed precioſo ſanguine, quaſi agni & incontaminati immaculati Chriſti D Ieſu. Et iterum. 1. ad Corint. 6. Empti enim eſtis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Confiteatur ergo hodie quilibet noſtrum dicens cum Saul Dño noſtro Ieſu Chriſto illud. j. Corint. 26. Precioſa fuit anima mea in oculis tuis hodie, ſ. in die ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis.

De gaudio reinuentionis ouis perditę. Cap. 2.

SEcundum beneficium eſt gaudium reinuentionis. Et de hoc ſubditur ab Euangeliſta, Et veniens domum, ſcilicet in die Aſcenſionis, conuocat amicos & vicinos. i. Angelos vicinius ſibi coniunctos & in eius amore ardentes, dicens illis: Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem, quam

Secũdum bñficium.

perdideram, ſecundum Greg. non ait, Con E gratulamini oui, ſed mihi: quia vt ipſe ait, gaudium eius, eſt vita noſtra. Nam & cum nos ad cœlum reducimur, ſolennitatem illius implemus. Dicit etiam, mihi: quia totũ gaudium Angelorum & aliorum Beatorũ & tota materia gaudij eorum principaliter & finaliter refertur in Deum tanquam in finem vltimum & tanquam in primum principium. & ſubdit Dominus, Dico autẽ vobis quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non in- F digent pœnitentia. Profecto ſubditur maius gaudium poſt dolorem, quod ex re perdita ortum habet, vel conſona eſt moribus hominum locutio iſta, cum de modica re perdita exultent amplius cum illam reinuenerint quam de plurima reſeruata. Ratio eſt, quia non præceſſit dolor in illa, qui ſubſequens gaudium facit amplius apparere. Itẽ remunerationis ratio relata ad præeũtem perditionem affert quandam nouam & ſpecialem rationem gaudendi.

Glorificationis, præmiũ magna ſolertia, ardentia, ardentiſq; deſiderio acquirendũ, & expectandum eſt. Cap. 3. G

TErtium beneficium, quod magna ſolertia eſt acquirendum, & ardẽti deſiderio expectandũ eſt prẽmiũ glorificationis. Tanto enim amore dilexit ab æterno Deus animã noſtram, vt ei pararet gloriam ſempiternam. Vnde ad Ephe. 1. c. Apoſtolus ait: Elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. In cõſpectu eius eſſe, nihil aliud eſt ꝙ gaudijs æternis ꝑmlari. Vnde ſecundum Auguſtinum, cum anima erit H in conſpectu Dei, Deus ab ea ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Et Bernardus ait: Ibi Deus erit rõni oĩs plenitudo lucis, volũtati multitudo pacis, memorię cõtinuatio æternitatis. Et iterũ idẽ ait: Merces Sãctorũ tam magnã eſt, ꝙ non põt menſurari: tã multa, ꝙ non poteſt numerari: tã copioſa, ꝙ non põt finiri. Conſidera ergo anima dignitatẽ tuæ creationis, charitatem tuæ redẽptionis, atq; benignitatem tuæ glorificationis: vt grata de creatione, gratior de redemptione, gratiſſima fias de optanda glorificatione, quã nobis concedere dignetur dulciſſimus Ieſus Chriſtus, qui cũ patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Tertiũ beneficium.

A *De mundi amore & malis conditionibus eius.*

Sermo

Triplici-ter ſolet mundus denoĩari.

NOlite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. 1. Io. 2. Tripliciter quippe ſolet mũdus denominari. Primo enĩ mundus dicitur vniuerſitas creaturarum, quæ cõſtat ex quatuor elemẽtis. Et ſm Iſidorũ, mundus dr̃ a mouendo, quia in motu eſt. nulla enim requies elemẽ
B tis eius conceſſa eſt. Secundo enim homo dr̃ mũdus architypus. Nam ſecũdũ peritos Grãmaticos, Typus idem eſt ꝙ figura, & archos idem eſt ꝙ princeps. Vnde architypus mundus, dr̃ principalis figura ſenſibilis mũdi, quæ eſt homo: & corripit ly ty. Dr̃ & homo microcoſmus: nam coſmus, quod eſt mundus, componĩ cum megalon, ꝙ eſt lõgum vel magnum, & cum micron quod eſt minor vel breuis. Vnde hic megacoſmus. i. maior mundus, ſcilicet in quo viuimus: Et microcoſmus. i. minor mundus, ſ. homo, q̃ dr̃ minor mundus, quia non conſtat integra
C liter ex quatuor elementis, ſicut maior mũdus. Mundus tñ dicĩ propter expreſſam ſimilitudinem, quã habet cũ maiori mundo. Tertio modo dr̃ mundus amor mundanorum, ſeu mundi noĩe amatores mundi ſignificantur. ſ. propter mundanorum amorem, quo in mundialia trãsformantur. Quia ſi terram amas, terra es, ſm ſniam Auguſt. Vnde Io. 1. ſcriptum eſt: Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In primo loco deſignat hunc mundum, in ſecũdo ſignat amatores mundi. ſm ergo hũc
D tertium modum, ſ. ſecundum ꝙ mundus dicitur amor mũdi cum amatoribus ſuis, omnibus qui ſaluari deſiderant clamat beatus Ioannes in verbo propoſito, dicens: Nolite diligere mundum, neq; ea q̃ in mundo ſunt. Hunc mundi amorem Apoc. 13. c. miſticè deſcribit beatus Iõ. dicens: Vidi aliam beſtiã aſcendentẽ de terra & habebat cornua duo ſimilia agni, & loquebaĩ ſicut draco, & poteſtatem prioris beſtiæ oẽm faciebat in conſpectu eius, & fecit terrã & habitantes in ea adorare beſtiam primã, cuius curata eſt plaga mortis. Et fecit ſigna magna, vt ẽt ignem faceret deſcendere de cœlo in terram in conſpectu hominum. Et ſeduxit habitantes in terra propter ſigna, quę data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imagi E
nem beſtiæ quæ habet plagam gladij & vixit. Et datum eſt illi vt daret ſpm̃ imaginĩ beſtiæ & vt loquaĩ imago beſtiæ. Et faciet vt quicunq; non adorauerit imaginem beſtiæ occidatur. Et faciet omnes puſillos & magnos & diuites & pauperes & liberos & ſeruos habere caracterem in manu dextera, aut in frontibus ſuis. Et ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habeat caracterem beſtiæ aut nomen aut numerum noĩs eius. Hic eſt ſapiẽtia. Qui habet intellectũ, computet numerum beſtię. Numerus enim hominis eſt & numerus eius ſexcenti ſexa- F
ginta ſex. In quibus ſacratiſſimis verbis triplex miſterium declaratur de mũdi amore. Primum circa malum eius principium, ſecundum circa peius medium, tertium circa peſſimum eius terminum.

Triplex miſteriũ de mundi amore.

Articvlvs Primvs

De triplici nequitia mundani amoris, quam in anima operatur.

G *Primum miſteriũ circa malũ ei⁹ principiũ qđ nequã ẽ.*

PRimum miſterium de amore mũdi, eſt circa eius principiũ malũ: quia. ſ. corde, ore & opere neq̃ eſt. Nam primo eſt acutiſſimus ĩ cognitione, ſecũdo aſtutiſſimus in locutione, tertio peruerſiſſimus in operatione.

Quod mundi amor aſtutiſſimus vel acutiſſimus eſt ad mala temporalia euitanda & vtilia acquirenda. Cap. 1.

Primo corde.

PRimo enim eſt acutiſſimus in cognitione. Vnde Io. ait, Vidi aliã beſtiã aſcendẽtẽ de terra. Qui H
eñ terrena amat, terrenis eget: & ob hoc qui Deũ amant, nullius niſi ipſi⁹ ſe egere exiſtimãt, cũ in ipſo ſolo oĩa habeant. Habet igiĩ hic terren⁹ amor, ſm hoĩem agendorũ & ſinẽdorũ ſcientiã. Amatores qppe mũdi acutius & ſubtilius intelligunt & diſcernũt, quid ꝑ terreno lucro agendũ vel ſinendũ ſit, q̃ amatores Dei diſcernere poſſint, qđ ad Dei gloriã faciendũ ſit vel ſinendũ. Proinde Luc. 16. c. Dñs ait, Fili hui⁹ ſeculi prudẽtiores filijs lucis in generatiõe ſua ſunt. Et ideo đ hac beſtia dr̃, Et habebat cornua duo ſimilia agni. Duo ſiqdẽ cornua hæc duplex ſciẽtia eſt, qa ꝑ eo ſimilia agni dñr: quia ſicut ſimplices actiui ex doctrina Chriſti hac duplici ſciẽtia lucra ſpiritualia

quærunt:

A quærunt: ſic iſti ſcientes, ſed mundum ſimulata ſimplicitate lucra terrena adipiſci conatur. Sed de talibus. 1. Cor. 3. c. Apoſtol⁹ ait, Sapientia huius mundi. ſ. talis: ſtultitia eſt apud Deum. Quod declarans Dñs Mat. 16. c. ait: Quid prodeſt homini, ſi mundũ vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Vel duo cornua ſimilia agni ſunt manſuetudo & iuſtitia. Nam ſicut agnus Dei Chriſtus in veritate duas virtutes habuit, quæ ad præfatas duas recolligunt. ſ. manſuetudinem & iuſtitiam: quia de eo
B ꝓpheta ait, Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. ſic amor mundi ſimulatoriè & abſque veritate manſuetudinem, ſeu quandam pompaticam grauitatem & apparentem iuſtitiam in moribus ſimulatè prætendit.

De triplici lingua & ſimulata locutione mundani amoris. Cap. 2.

Secundo locutiõe.

SEcundo eſt aſtutiſſimus in locutione. Solent enim amatores mundi, qui ſecundum mundum ſapientes ſunt, aliud
C corde gerere, aliud ore loqui. In hoc conſiſtit tota ſapientia mundi, quæ veræ ſapietię aduerſaria eſt. Vera enim ſapientia Chriſti veritatem habet in mente, quam ſicut eſt, exprimit ore, licet prudenter quandoque pro meliori taceat veritatem. Vnde propheta ait: Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Ecce ꝙ non loquitur dolum, licet vt prædictum eſt taceat veritatem. At econtrario amatores mundi falſitatem in corde habentes in verbis ſimulant veritatem. proinde alibi propheta ait: Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Ideo de hac beſtia ſubdit, Et loquebatur ſicut draco. eo ꝙ ſic loquitur, ſicut per aſtutiam dia-
D boli eruditur. Diabolus quippe draconis nomine deſignatur, intentione fallendi mẽdacium loquitur ſub bonitatis ſpecie occultatum, ſicut Gene. 3. patet, vbi ſcriptum eſt, Serpens erat callidior cunctis animantib⁹ terræ. Et cum intentione fallendi Euæ ait, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui illa reſpondit. Ne forte moriamur, ad quam ſerpens inquit, Nequaquam moriemini. Ecce mendacium. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Ecce apparentia bonitatis & veritatis. In miſterium horum triũ, vt caueamus, ſerpens linguam triſulcatam habet, quæ triſurca denominatur in ſignum E ꝙ hunc triplicem modum fallendi habet, ſed quod in Geneſi ſerpens hic draco denominatur. Draco igitur iſte ad decipiendum animas ſemper auidus eſt. Loquitur quoq; mendacium ſub bonitatis & veritatis ſpecie latens. Veritatem ſiquidem neſcit loqui, a qua auerſus eſt & eam odit. Nudo vero mẽdacio neminem decipere poteſt. proinde ſemper fucatum mendacium eligit loqui. Vnde Ioan. 8. c. Dominus de diabolo ait: Cũ loquitur mendacium, ex proprijs loquitur F quia mendax eſt & pater eius, ſcilicet mendacij, ſicut ſupra patet in Eua. Sic & hæc beſtia, ideſt mundanus amor, loquitur ſicut draco, quia homines huius ſæculi amatores hac triplici lingua & modo loquendi vtuntur, cum hæc diabolus operetur in eis. Et quanto in his tribus loquendi modis calliores ſunt, tanto ſapientiores æſtimantur. Et quod deterius eſt talis, quandoque cum deceperit & proximum ſupplantauerit, lætatur & gloriatur. Ad talem propheta pſal. 51. ait: Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate: tota die iniuſtitiam cogita- G uit lingua tua, ideſt in cogitatam iniuſtitiã ſtatim prorumpit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum, ideſt quaſi inſenſibiliter lingua tua commiſiſti deceptionem. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, ideſt apta ad proximum præcipitandum in malũ lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem, ideſt irreuocabiliter te damnabit: euellet te, ſcilicet radicatum in mundo: & nihil feres tecum: & emigrabit te ex hac vita de tabernaculo tuo, ideſt de corpore, ſeu de domicilio vel palatio tam dilecto, & radicem tuam ſcilicet euellet de terra viuen- H tium, ideſt de gloria paradiſi.

Quomodo amor mundi proprio amori in omnibus malis fauet. Cap. 3.

Tertio operatiõe.

TErtio amor mundi peruerſiſſimus eſt in operatione. Nam amori proprio amor mundi robur & fiduciã præſtat. Adeo enim eſt egenus proprius amor, vt de ſe nullas vires habeat, niſi amor mundi facultatem ſibi præſtet. nam huius ſæculi bona mala quibus fouetur priuatus amor. Sicut enim ignis in lignis ardet, quibus ſubtractis extinguitur: ſic amor

ſui

A ſui vehementius incaleſcit, & conualeſcit, quandiu copiam habet mundanorum bonorum. Proinde cum apud inferos omnia hæc bona ſubtracta fuerint tam miſerabiliter, ignis huius priuati amoris extinguitur: vt in tantum odium ſui, quantus præceſſerit amor, conuertatur. Vnde Sapien. 5. cap. de ſeipſis damnati conqueruntur, dicentes: Quid nobis profuit ſuperbia aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquàm vmbra, quæ inſipientibus aliquid magnum eſſe videtur, ſed manu cum tangitur, vana penitus inuenitur. Nam tem-

B poralia bona, vmbra ſunt æternorum bonorum, non res. Et ideo Ioan. ait, Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius. quia ſine amore mundi nihil valet proprius amor. Ex quo communiter ſequitur, ſicut per experientiam patet, quòd vbi magis incalet, & proſperatur mundus, ibi magis regnat proprius amor, quia mundi amor amori priuato, & operibus eius malis auxilium præſtat. Vnde ad quoſdam dilectores mundi, Ioan. 7. cap. ait Dominus: Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de

C illo, quia opera illius mala ſunt, cum ſcilicet fauet proprio amori in omnibus malitijs ſuis. Quibus autem fomentis principaliter mundi amor faueat amori priuato, oſtendit Ioan. 1. Ioan. 2. cap. vbi ait: Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, vel ſuperbia vitæ. His potiſſimè amor mundi poteſtatem prioris beſtiæ omnem facit in conſpectu eius, id eſt dum prædicta bona principaliter amor proprius habet, quia ex abundantia mundanorum vires eius plurimum eneruantur, velit nolit.

D

ARTICVLVS SECVNDVS

De triplici impietate mundani amoris.

Secũdum miſteriũ circa mediũ illius.

SEcundum miſterium de mundi amore eſt circa peius illius medium, quia Deo, ſibiipſi, & proximo impius eſt: primo Deo per præſumptuoſiſſimam adorationem, ſecundo ſibiipſi per ardentiſſimam affectionem, tertio proximo per falſiſſimam oſtenſionem.

Quòd amor mundi ad adorationem proprij amoris, quaſi Dei inducit. Cap. 1. E

Primo eſt mundi amor impius Deo.

PRimo quippe mundi amor eſt impius Deo per præſumptuoſiſſimam adorationem. Nam amor iſte omnia corporalia bona cum omnibus operibus, & miniſterijs ſeculi ad amorem proprium, tanquàm ad ſummum bonum ordinat, atque conuertit. Sicut enim diligentes Deum omnia opera ſua cum facultatibus ſuis referunt ad ipſum Deum, tanquàm ad ſummum bonum: F ſic huius mundi amatores omnia cõcupiſcentiæ ſuæ impendunt tanquàm eis ſit ſummum bonum. Iuxta quod Luc. 16. c. ſcriptum eſt: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & biſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. Hic profectò omnia opera ſua, & ſtudia, atque conatus amori proprio impendebat. Primo diuitias, quia homo quidam erat diues. Secundo magnificentias, quia induebatur purpura, & biſſo. Tertio delitias, quia epulabatur quotidie ſplendidè. In primo impendebat concupiſcentiam oculorum, in ſecundo ſuperbiam vitæ, & in tertio concupiſcentiam carnis. G In his tribus proprio amori penè omnia mundialia impenduntur. Proinde de mundi amore Ioan. ſubdit, Et fecit terram, id eſt affectus terrenos: & habitantes in ea, id eſt cœleſtia in temporalia commutantes adorare beſtiam primam, id eſt amorem proprium. Illud ſiquidem adoramus, quod pro ſummo bono habemus. Vnde Philippen. 3. de corpore talium impiorum, in quo iacet proprius amor, tanquam Deus in cœlo, ſeu in templo ſuo, Apoſtolus ait: Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt, id eſt H ſicut vinarium vas dicitur ſapere vinum. Et hic eſt amor mundi. Et ad Roman. 8. Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. Et hic eſt amor ſui, & quædam adoratio eius, quod tamen efficit amor mũdi. Et quia qui in delitijs viuunt, quodammodo inſenſibiles facti mortẽ æternam nõ ſentiunt, ad quam quotidie currunt: ideo ſubditur a Ioanne, Cuius curata eſt plaga mortis. Hi ſimiles ſunt puero, qui dum eſt in ventre matris, ſemper dormit: ſed quãdo naſcitur, excitat̃ & flet. Sic qui in amore ꝓprio inuolutus eſt, quaſi i vtero ſuo in pecca-

A catis dormit, quia non perpendit quod lugendum ſit: & ſic videtur curata plaga mortis. Sed quando talis moritur, quaſi de vtero egreditur cum peccato, & tunc percipit æternas anguſtias, & dolores.

Quomodo amor mundi animam, & corpus per malas affectiones inflammat. Cap. 2.

Secundo amor mũdi eſt impius ſibi ipſi.

SEcundo amor mundi impius eſt ſibiipſi per ardentiſſimam affectionem. Poſtquàm enim amor iſte mẽtem corrupit per mali multiplicia incremẽta, etiam ipſam ſenſualitatem inflammat. Eſt enim B ſicut fermentum, quod ſapore inficit totam aſperſionem. Proinde 1. Corinth. 5. Apoſtolus ait, Modicum fermenti, id eſt paruus amor mundi, ſcilicet dummodo ſit mortalis: totam maſſam humanæ affectionis corrumpit. Expurgate ergo vetus fermentum, id eſt ne totum ſimul & animam & corpus inficiat; amouete mundi amorem, vt ſitis noua conſperſio. Eſt enim conſperſio farina per aquam conglutinata ſine fermento, ſecundum glo. quaſi dicat: Vt ſitis noua farina, alba & delicata ab amore mũdi purgata, ſed per aquam gratiæ conglutiC nata. Vt ſic ſitis renouati per vitæ remunerationem, dealbati per honeſtam conuerſationem, delicati per puram affectionem, conglutinati per veram dilectionem, atque depurati per mũdani amoris expulſionem. Hoc ſiquidem niſi fiat, ſequitur quod Ioan. addit, Et fecit ſigna magna, vt etiam ignẽ, ſcilicet ardentis affectionis, faceret de cœlo, ſcilicet mentis, deſcendere in terram, ſ. carnis, in conſpectu hominum, ſcilicet euidenter & manifeſtè, quia amor mundi per mala ſtudia mentis operatur manifeſtè ardorem malę affectionis. Contra igitur mũdi amatores iratus Dominus, Hierem. 15. D cap. ait: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ſuper vos ardebit. Furor ſiquidem Dei mũdi amatores permittit incendi affectionibus deprauatis, vt qui igne amoris illiciti intus ardent, foris etiam in terra carnis inordinatis affectionibus comburantur. Et de malo affectu talium ardentium affectionum, quo ad alios cum talibus conuerſantes, ſubiungit dicens, Et ſeducit, ſcilicet ſeducet: per præſens enim inſiſtentia, & ſtudium denotatur, quia ſeorſum a virtute diuini amoris ducet habitantes in terra, id eſt amatores terræ: quia ad maiorem mundi amorem inflammat eos, qui iam mundanis aliquo modo applicati ſunt: & hoc E propter ſigna, id eſt exempla, quæ permiſſiuè data ſunt illi facere in conſpectu beſtię, ſcilicet primæ, id eſt in conſpectu ſeipſos amantium.

Quòd mundana vanitas ornatus, & pompa proprij amoris fœditatem celat. Cap. 3.

Tertio eſt amor impius proximo.

TErtio amor mundi impius eſt proximo per falſiſſimam oſtenſionem. Exterior quippe cõpoſitio, in qua pompa, ſeu mundi gloria conſiſtit, oculos irritat circunſtantes. Cum enim, ſicut prædictum F eſt, Omne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis, & cõcup. oculorũ & ſuperbia vitæ. Et concupiſcentia carnis ſit propriè amor ſui, quem mali habent pro ſummo bono: Concupiſcentia oculorum ſit amor mũdi, quem mali proſequuntur tanquàm ea, quæ ſunt ad finem: Superbia vitæ in exteriori gloria eſt, per quam excitatur concupiſcentia miſerorum. Ornatus quippe auro & argẽto & coloribus varijs, atque lapidibus precioſis compoſitus, inſenſatis hominibus eſt libidinis incẽtiuum. Vnde Sapien. 15. ſcriptum eſt: Vmbra picturæ, labor ſine fructu, effigies picta per va G rios colores, cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam. Hi ſunt, de quibus Propheta ad Dominum ait, Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuẽ. Nam a Ioan. ſubditur dicẽte. ſcilicet præcipiendo habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ, ſcilicet primæ, quæ habet plagã gladij, quia ſcilicet amor priuatus transfigit mentes, & vixit, ſcilicet vt ſupra dictum eſt. Amor quippe priuatus, quia fœtidiſſimus eſt: exteriorem pulchritudinem quærit ad tegendam fęditatem ſuam. Et hæc eſt imago beſtiæ, id eſt exterioris gloriæ, vana pulchritudo. Ex his igitur patet, quòd quanto or- H natus exterior virorum, & mulierum in mundo magis abundat, tanto fęditas proprij amoris quaſi per nouæ idolatriæ cultum amplius veneratur, ac tanto magis ſignum eſt, quòd in talibus ſic ornatis amplius regnet proprius amor. Et licet imago huius gloriæ vanæ tota foris in ornatu ſit: tamen & mentem interius, & exterius ſermonem corrumpit. Porro ſuperbia, quæ ex gloria prouenit, cor interius inflat & ſermonem turgidum reddit. Et hoc eſt, quod ſequitur: Et datum eſt illi, ſcilicet permiſſiue, vt daret ſpiritum, ſcilicet ſuperbiæ,

A ſuperbiæ, imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ, ſcilicet ſermone inflato, atque faſtuoſis verbis. Sed de talibus Propheta inquit, Pſal. 11. Diſperdat Dominus, id eſt diſperdet vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam, qui dixerunt ſcilicet in corde ſuo, linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt.

ARTICVLVS TERTIVS

Quòd mundi amor omnes animæ vires iniquitatibus replet.

B *Tertium miſteriū circa peſſimum eius terminū.*

TErtium miſterium de amore mundi eſt circa peſſimum eius terminū, quia omnes vires animæ iniquitatibus replet. Primo quidem eſt plenus in intellectu crudeliſſima elatione, ſecundo in affectu propriiſſima affectione, tertio in conatu malitioſiſſima peruerſione.

Quanta ſuperbia mundi amor aduerſetur humilitati. Cap. 1.

Primo amor mundi eſt plenus in intellectu crudeliſſima elatione.

PRimo quippe mundi amor eſt plenus ĩ intellectu crudeliſſima elatione: proinde omnia opera piæ humilitatis euacuat. Nam qui pro magno bono gloriam mundi computant, humilitatem pro magno vitio habent. Vnde Eccleſiaſt. 13. Abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic & execratio diuitis pauper. Qui enim humilis corde eſt, & ſectatur humilia ex corde: nauſea & abominatio eſt ſuperbo, qui inhiat ad grandia, & quærit, ac ſectatur magna. Et qui pauper ſpiritu, id eſt humilis fuerit, diuitiaſque contempſerit, execratio eius eſt, qui per diuitias mundi glorioſus mundo apparere deſiderat. Et hoc eſt, quod Ioan. ſubdit: Et faciet,
D ſcilicet amor mundi, vt quicunq; non adorauerit imaginem beſtiæ, ſcilicet primæ, id eſt proprij amoris, occidatur. Et hoc dicitur, vel quia opera humilitatis, quæ ſuæ gloriæ aduerſantur, amor mundi exterminat; vel quia ipſos humiles a conſortio ſuperborum eliminat, ſeu perſequitur & condemnat. Sed econuerſo facit Deus. Proinde ad Deum Propheta inquit. Tu, ſcilicet Deus populum humilem ſaluū facies & oculos ſuperborum humiliabis. Primo notanter in ſingulari dicit, Populum, eo quòd in bono eſt veritas. De malis autem pluraliter dicit, oculos ſuperborum, eo quòd in ipſis diuiſio eſt. Secundo dè bonis dicit, humilem, & ſic innuit habitum humilitatis. E De malis vero ait, oculos ſuperborū, vt ſic innuat actum. Vnde Prouerb. 29. c. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Tertio ait, populum humilē ſaluum facies, ad innuendum quòd ſalus eorum ex duobus erit, ſ. a gratia & libero arbitrio. Sed quoniam malum tantum ab homine eſt, ideo ſub vnico verbo inquit, humiliabis. Quarto etiam ait oculos, quia ibi eſt ſuperbiæ ſignum. Proinde Gregor. ait: Niſi ſuperbia per oculos, quaſi per quaſdam feneſtras ſe demonſtraret, nunquam dixiſſet Dauid, oculos ſuperborum humiliabis. F Quinto quoque aduertendum eſt, quòd totaliter dicit, populum humilem ſaluum facies, & ſecundum partē corporis ait, oculos ſuperborum humiliabis: Vt miſticè innuat, quòd malos punit citra condignum, & bonos remunerat vltra meritum: quia, vt dicitur Roma. 8. Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Felix ergo humilitas, quia Dominus Matth. 19. c. ait: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium enim eſt regnū cœlorum. Et quia alibi etiam Propheta inquit, Excelſus Dominus, & humilia reſpicit G & alta a lōge cognoſcit. Semper enim oculus Dei ad humiles, ſed diaboli ad ſublimes. Vnde Iob 41. de illo inquit, Omne ſublime videt. Et Baſilius: Tanto eris apud Deum precioſior, quanto fueris ante oculos tuos deſpectior. Et Gregor. iterum ait dicens, Plus ſaltantem quàm pugnantem ſtupeo: pugnando enim hoſtes occidit, ſaltando coram Deo ſeipſum vincit.

Quomodo amatores mundi ſectantur propriam voluntatem. Cap. 2.

H *Secundus amor mūdi eſt plenus in affectu propriiſſima affectione.*

SEcundus autem amor mūdi eſt plenus in affectu propriiſſima affectione. Nā omnia opera ſua, & ſtudia & verba ſuę proprię voluntati conformat. Hęc enim differentia eſt inter habentes amorem Dei, & amorem ſeculi. Nam qui Dei amorem habent, omnia opera & ſtudia ſua, & etiam cogitatus diuinę applicant voluntati, vt ſecundum eam quaſi ſecundum regulam rectiſſimam omnes cogitationes, locutiones & operationes dirigant. Qui vero amorem ſeculi habent, propriam voluntatem attendunt, vt quicquid iſta quaſi domina exegerit, hi propriarum paſſionum ſerui adimpleant. Vnde & Beatus Petrus 1. Canon.

A cap. 4. præcipit à propria voluntate recedere, & voluntati diuinæ ſeruire, dicens: Non iam hominum deſiderijs, ſed volũtate Dei, quod reliquum eſt in carne viuat, temporis, ſ. qui finalis eſt. At econtra de amore ſeculi, Ioan. ſubdit, Et faciet omnes puſillos & magnos, diuites & pauperes, liberos & ſeruos habere caracterem in manu dextera aut in frontibus ſuis. Et ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habeat caracterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius. Caracter ſiquidem beſtiæ propria volũtas eſt, quæ ſola diſtinguit inter filios Dei, & filios diaboli. Omnes vero ſe- B quentes propriam voluntatẽ ex opere mũdani operis tripliciter deſcribit, quãtum ad potentiam, dicẽs: Et faciet omnes puſillos, i. paruos in poteſtate: & magnos, i. maiores. Et quantum ad fortunam, dicens: Et diuites & pauperes, in rebus. Et quantum ad perſonam, ſeu conditionem perſonæ, dicẽs & liberos & ſeruos. Dicit tamẽ omnes, faciẽs diſtributionẽ, nõ pro ſingulis generũ, ſed pro generibus ſingulorũ: quia de oibus ſupradictis ſequũtur propriã volũtatẽ occaſione mundani amoris. Caracterẽ igitur ꝓpriȩ volũtatis in dextera habẽt, qui oia ope- C rãtur ẜm propriã volũtatẽ. In frontibus vero habẽt, qui oia ſtudia ſua ꝓpriæ voluntati cõformant. Sine quo caractere nemo emit, cũ homo nihil ab hoie bono, vel malo credit, niſi quod ad propriũ tẽporale cõmodũ venit. Nemo quoq; vendit, cum homo erga proximum nihil facit vel dicit, niſi quod ſibijpſi tẽporaliter vtile fuerit. Et vt oſtendat diuerſos ſtatus, vel gradus ſequentiũ ꝓpriã voluntatẽ, & tẽporalem cõmoditatem ex amore priuato, poſuit tria verba. Primũ caracterẽ nominis eius. In noie notitia deſignatur. Ex noie cognoſcit homo, vt notet principiũ diſcretionis liberi arbitrij, quod in pueritia exordiũ ſumit. Secundũ verbũ D ſubiũgit, dicẽs: Aut nomen eius, vt notet iã intellectus diſcretionẽ. Tertium verbũ ſubdit cũ dicit, Aut numerũ nois eius. In numero maxima cognitio, ſeu intelligentia denotatur, quia per numerũ intelligimus numerata. Et in ſcriptura ſacra in diuerſis numeris diuerſa cognitio denotatur. Sicut aliqualiter in ſequenti cap. apparebit. Ponitur igitur hoc triplex verbum, vt miſticè innuat, ꝙ ab initio cognitionis & diſcretionis vſque ad eius ſummum in omni ſtatu, & conditione innumerabiles reperiuntur, qui ex mundi amore propter amorem priuatum propriam voluntatem ſectantur.

De malitioſiſſima peruerſione, quam facit mundanus amor ad amorem priuatum. Cap. 3. E

TErtio vero amor mundi eſt plenus in conatu malitioſiſſima peruerſione. De qua viri ſancti, & iuſti conſequuntur maximum lucrum ſpirituale. propterea ſubditur a Ioanne, Hic eſt ſapientia, i. ex his, quæ operatur mũdanus amor, quia operatur ſecundum ſapientiam, ſeu malitiã tranſitoriam & terrenam, viri iuſti poſſunt colligere ſapientiam cȩlicam & diuinam. Cum enim vident differẽtiam legis, inſtitutionis & ſapientiȩ mundi, de qua 1. Corin. F 3. Apoſtolus ait, Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum: ad legẽ & inſtitutionẽ amoris & ſapientiæ Dei: Iam intelligunt, ꝙ quicquid diuinus amor & ſapientia Chriſti fecit & docuit, hoc non humanæ, ſed diuinæ ordinationis & ſapiẽtiȩ eſt: quicquid vero ſapientia amoris mundi facit & docet, hoc non diuinæ, ſed humanæ & diabolicȩ malitiæ inuentio comprobatur. Proinde Ioan. ſubdit, Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Profecto omnis ſapientia diuina, ſeu humana ſub quodam numero certȩ rationis comprehendit, quȩ nouit. Aliter enim cognoſci non poſſunt. Numerus ergo beſtiæ eſt aſtutia mundani amoris, qua certa ratione comprehendit media G ordinata ad finem, quȩ elegit. Sicut ergo finis, quẽ eligit amor mũdi, ẽ alienus a Deo: ſic & ſapientia ſua non diuina, ſed tantum humana malitia eſt ad iniquũ finẽ ordinata. vnde Eccleſiaſt. 19. ſcriptum eſt: Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua, ſ. quia ad finẽ indebitum ordinata, quæ nec eſt, nec meretur dici ſapientia. Proinde dicitur ibidem, nõ eſt ſapientia nequitiæ diſciplina: cum tamẽ ſolertia certa ſit, vt dictum eſt: non diuina ſapientia, ſed humana malitia profecto erit. Vnde Ioan. ſubdit, Numerus enim hoĩs eſt. H In Dei enim & Chriſti amore totũ diuinũ eſt. vnde & Ioan. 14. c. ipſe Dñs ait: Pater in me manens, ipſe facit opera. At econtra in mundi amore nihil diuinum eſt, ſed totum per diaboli malitiã eſt inuentum. proinde ſubditur a Ioãne: Et numerus eius eſt *666.* per hunc numerũ proculdubio malitia humanorum operum deſignatur. Ad cuius intelligentiã notandũ eſt, ꝙ triplex denarius reperitur. Primus eſt operationis, ſecundus exercitationis, tertius cognitionis. Primus eſt denarius operationis. Circa hoc notandum eſt, quòd decem ſunt opera naturæ

Tertio eſt amor mũdi plenus in conatu malitioſiſſima perverſione.

Triplex denarius.

Primus.

A naturæ conditæ, i. quæ dedit Deus homini, *Decẽ opera naturæ condita.* quãdo creauit eum. primo dedit ei vt ſciret bonū, ſecūdo vellet illud, tertio poſſet operari illud, quarto diſcerneret ipſum, quinto præmeditaretur illud, ſexto ipſum operaretur, ſeptimo recognoſceret ſe inſufficiētem ad bene agēdū, octauo Deū timeret in defectib. ſuis, nono Deū ſe adiuuantē amaret, & decimo naturali iuſtitia oīa opera ſua ad ipſum tanq̃ ad finem vltimum ordinaret. Prima ſex pertinēt ad vitam actiuam, quatuor vero vltima ad vitam contemplatiuam, ſeu ad naturalem contemplationem. Sex igitur prima pertinēt ad actionem humanam. Se-

B cundus eſt denarius exercitationis. *Secundus* Decem ſunt exercitia actiuæ vitæ, quæ gradatim ad perfectionem actiuæ vitæ perducunt. Primum eſt parſimonia, quæ excludit gulam: *Decem ſunt exercitia actiuæ vitæ.* ſecundum caſtitas, quæ excludit luxuriam: tertium largitas, quę excludit auaritiam: quartum humilitas, quę excludit ſuperbiā: quintum lenitas, quę excludit iracundiam: ſextū maturitas, q̃ excludit ineptā lętitiam: ſeptimum iuſtitia, quę excludit iniquitatē: octauū miſericordia, q̃ excludit impietatē: nonū munditia mētis, quę excludit nō tm̃ immunditiā carnis, ſed ēt cogitationū vanitatem: decimum pax, quę mentis ſedi-

C tionem eliminat. Tunc quippe mens ſecum habet perfectam pacem, cum caro & ſpiritus concordiam virtutum habent, nec ad alios diſcordare nouit, qui carne & ſpiritu didicit in Deo tranquillus eſſe. Præcedentia ſex, ſi per hæc decem exercitia vitæ actiuæ compleantur, ita quòd quodlibet eorum per hæc decem opera multiplicetur, per quæ & perficiuntur, iam vtique ſola erunt, in quibus exercitium actionis *Tertius.* exiſtat. Tertius eſt denarius cognitionis. Decem ſunt, quæ per conſiderationem, ſeu contemplationem intellectui, ſeu rationi dant cognitionem, & noſſe. Primum eſt

D audire ſapientiam Dei, ſecundum ſedari mente a motibus paſſionum, tertium mentem leuare a ſenſibilibus ad inſenſibilia, quartum de inſenſibilibus ſeu ſpiritualibus meditari, quintum verum a falſo in eis diſcernere. Hæc quinque pertinent ad diſcretionem ſcientiæ fidei. Alia quinque, quę ſequuntur ſpectāt ad adhęſionem. primum delectari in vero, ſecundum perfici mente per veritatem, tertium quieſcere in complacentia eius, quartum admirari eam, quintum credere fide illuminata. Si autem ſex opera naturę conditę, & decem exercitia actiuę vitę, quantum ad ſingulas partes

E earum compleantur per prędictum denarium cōſiderationis, ſeu cognitionis, reſultabunt ſexcentum. Sex ergo ad actionem ſexaginta ad exercitium actionis, ſexcentū vero ad ſciētiam agēdorum pertinere probantur. Hęc quippe ſcientia, dum ad iniquū finem proprij amoris vſq; ad contemptum Dei peruertitur, quid aliud dignius dici poterit, q̃ humana peruerſitas, & malitia, qua ſibi vtilia ad ſuum intentum mundi amor prouidere nouit? Illuminati ergo a ſpiritu veritatis, intellectum habentes operum diuinorum, numerum beſtię computare poſſunt. Vnde Daniel. 11. cap. ſcriptum eſt, Po-

F pulus autē ſciens Deum ſuum obtinebit, ſ. intellectu veritatis de priuato amore, & faciet, ſ. ſecundum intellectum, quem habebit, & docti in populo docebunt plurimos, ſ. vt caueant prędictum amorem: quod eſt nominis eius numerum computare. A quo peruerſo amore nos miſericorditer liberet amor vniuerſalis, & magnus, atque aduerſarius huius amoris, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto in infinito & glorioſo amore viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

De exercitu ſpirituum malignorum.

G

Sermo.

S*Erpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, ſeducit vniuerſum orbem.* Apocal. 12. c. Iob quippe 7. cap. ſcriptum eſt, Militia, alia litera habet, tētatio, eſt vita hoīs ſuper terrā, ſ. vt pugnet a dextris & a ſiniſtris. Tres quippe ſunt animę huius pugnantis hominis vires, ſ. rationalis, cōcupiſcibilis & iraſcibilis, quę ſecūdum libertatē arbitrij ad bonum, & ad malū inclinabiles ſunt. *Tres ſunt aīæ huius pugnantis hominis vires, quæ ſecundum libertatē arbitrij, ad bonum, & ad malū inclinabiles ſunt.* Primo ad bonum. In cuius miſteriū tres Euangeliſtę de Spirituſancto erga Ieſū tripliciter locuti ſunt. primo Matth. 4. c. ait, Ductus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum. Secūdo aūt Luc. 4. ſcriptū eſt, Ieſus autē plenus Spirituſancto regreſſus eſt a Iordane, & agebatur in ſpiritu, videlicet ſancto, in deſerto. Tertio vero Matth. 1. c. ſcribit, Statim ſpiritus expulit eū in deſertū. *Primo ad bonum.* Et in hoc triplici actu miſticè demōſtratur, quòd ſicut in capite noſtro Chriſto Spirituſſanctus hoc egit: ſic in omnibus membris eius, vt membra capiti conformentur, conformiter ſatagit operari. Nam ad bona omnia triplicem habet ſpirandi modū. Primo ductiuum, ſecundo actiuum, tertio im- *Triplex modus.*

A pulſiuum. Ducit rationalem, agit concupiſcibilem, impellit iraſcibilem. vt ſ. ſm quálibet ſui partem liberum arbitrium noſtrū a ſpiritu moueatur. Ducit enim luminibus rationū, agit affectionib. promiſſionū, atq; impellit cominationibus punitionum. Primo igitur hēt modū ductiuū, quia ducit rationē, vt per lumē fidei cognoſcat Deum, atq; ſeipſum, & oēm neceſſariá veritatem. Proinde de populo Iſrael, i. de quolibet per fidē videntem Deum, Iſa. 63. c. ſcriptum eſt, Spiritus Dñi ductor eius fuit, ſ. ad prædictā triplicem cognitionem. Et Propheta etiam de his ait, In lumine tuo videbimus lumen, B i. in te videbimus nos & noſtra. Secúdo habet modum actiuum, ſ. quia agit voluntatē, vt per charitatis amorem omnia diligibilia diligamus, per quod homo efficitur filius Dei. Nam filius a filos, quod eſt amor, denominatur. Et de talibus ad Roma. 8. cap. Apoſtolus ait: Quicunq; ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Tertio vero habet modum impulſiuum, quia impellit facultatē, vt per ſpem æternorum bonorum impleat voluntatē Dei, & mãdata eius obſeruet. In huius miſterium Ezech. 1. cap. ſcriptum eſt: Vbi erat impetus ſpiritus, illuc aīalia gradiebantur. Et ſm hoc, ſ. ſpiritus vehemens C denominatur, Actuum 2. eo quòd mentem vehat ad diuinæ volūtatis adimpletionem. Ex his igitur patet, quomodo tres animæ vires a diuino ſpiritu inclinabiles ſunt ad bonum, iuxta liberi arbitrij voluntatem.

Secundo hæ triplicis potentiæ inclinabiles ſunt ad malū tribus modis.

Secundo autem hę tres potentiæ animæ noſtræ per dæmonum tentamenta inclinabiles ſunt ad malum, ſi libertas arbitrij hoc aſſentit. Per triplicem modum prædictis tribus contrarium ad mala inducunt animas dæmones infernales. Primo per modum ſeductiuum, ſecundo per modum intenſiuum, tertio per modum impulſiuum. Seu decipit, blanditur & violentat. Per D primum enim operatur, ne homo bene facere ſciat: per ſecundum, ne velit: per tertium, ne poſſit. Et licet hi modi tentandi in quolibet dæmone reperiant̄, tamē incomparabiliter excellentiori modo ſunt in Sathana Principe dæmoniorum. Nam ſicut Spirituſſanctus tres prædictos modos ſeruat inſpirando in omnia membra Chriſti: ſic Sathanas hos tres tentandi modos in ſe, & ſuis dæmonijs omni conamine ſeruat ad formandum caput, & membra impij Antichriſti. Vnde & Ioan. in verbo præallegato, contemplans per hos tres modos multitudinem damnandorum ait: Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, ſeducit vniuerſum orbem. E Quod verbum vtinam in diebus noſtris non verificetur. In quibus ſacris verbis propter tres prædictos tentandi modos Lucifer in prædicto verbo tripliciter nominatur, Serpēs, diabolus, & Sathanas. Primo enim quia habet modum ſeductiuum rationis, propterea dicitur ſerpens. Proinde Gen. 3. de illo Sathana tentante Euam ſcriptum eſt, Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Callidus quidem eſt, vt rationem ſeducat. Quod in alijs ſicut in Eua timens ſeductionem, atq; deceptionem, 2. Corint. 11. Apoſtolus ait, Timeo ne ſicut ſerpens F ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita & ſenſus veſtri corrumpantur, & excidant a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Secundo vero, quia habet modum incenſiuum voluntatis, diabolus nominatur, i. deorſum fluens. Et hoc in quantum tentat per fluidas voluptates. Carnalis enim concupiſcentia multos deiecit. Hinc Prouerb. 7. cap. de blanda meretrice Salomon ait, Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Tertio quoq;, quia habet modum impulſiuum facultatis, ideo Sathanas dictus eſt, qui aduerſarius interpretatur. De G quo 1. Pet. 5. Sobrij eſtote, &c. vſq; Deuoret, ſ. p ſe & per ſuos. Cui reſiſtite fortes in fide. Hos quidem tres modos ex admirãda infectione eius a principio mundi communicauit Sathanas alijs ſpiritibus malis, ita vt ad omnia mala omnes facti ſint ſeductores, incenſores & impulſores. Quod cernētes ſancti Angeli poſt caſum malorum ſpirituum de ſummis cœlorum in terrã, compaſſiuè ac lamentabiliter clamauerunt dicentes, Væ mari & terræ, i. væ in proſpetis & aduerſis, quia diabolus deſcēdit ad vos. Apocal. 12. c. Licet igitur malignus ſpiritus per ſe, & per ſuos quoſlibet ad ruinam tentare conetur, ſuper illos tamē ampliorem a H Dño ſuſcipit poteſtatē tentandi, qui inquinãtur grauioribus culpis. Et de talibus Propheta in Pſal. 34. inquit, Fiant viæ illorū tenebræ & lubricum, & Angelus Dñi perſequēs eos. Et pōt eſſe aliud thema. Et vbi in verbis Ioã. in Apocal. deſcribit̄ triplex tētãdi modus dęmoniorū, a Propheta exprimitur idē triplex ex parte mētiū peccatorum. Nã in eis a dęmonibus primo ſeducit̄ rōnalis p ignorãtiã. Vnde ait, Fiant viæ illorū tenebræ. Secūdo incēditur cōcupiſcibilis per malitiã. Et de hoc ſubdit, & lubricū. Tertio impellitur iraſcibilis per impotentiam, &

A de hoc addit, Et Angelus Dñi perſequens eos. Viator quippe, cui hęc tria concurrunt, non ruere quaſi impoſſibile eſt: Videlicet ſi incedit tẽpore tenebroſæ noctis per viã lubricam, & vltra hæc a perſequente forti impetu propulſatur. Hi ſiquidem tres ruendi modi nõ tñ in peccatoribus ſunt culpę, ſed etiã peccatoribus ſunt pœnæ. Proinde de talibus Hierem. 23. c. Dñs ait: Polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit Dñs. Ideo via illorum erit quaſi lubricũ, in tenebris impellentur, & corruent in ea.

Tres Sathanæ Vicarij.

Ad hæc ordinauit Sathanas tres vicarios ſuos, qui cum ſexdecim capitaneis ſuis ſeducant vniuerſum orbem.

B

ARTICVLVS PRIMVS.

De primo vicario Sathanæ, & tribus Capitaneis eius, qui hominum rationem per ignorantiam multipliciter cæcant & illudunt.

Primus Vicarius.

PRimo quippe a demonibus ſeducitur in peccatoribus rationalis per ignorãtiam, & de hoc Propheta ait, Fiant, i. fient, ſ. dęmonibus ſeducentibus, & peccatoribus conſentientibus.

C Vię illorum tenebrę. Sicut alibi de talibus idem Propheta ait, Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. quaſi dicat: Neſcierunt legem naturæ, neq; intellexerũt legem ſcripturę, in tenebris ambulãt ſine lege gratię. Ad hoc ordinauit Sathanas primũ vicariũ, & collateralẽ ſuum, qui ſpiritus mẽdax denoiatur. De quo 3. Reg. 22. c. ſcriptum eſt, ꝙ myſticè ait, Egrediar, ſ. ad ſeducẽdũ, & ero ſpiritus mẽdax in ore oĩum. Vnde ad hoc perficiendũ, & in adiutorium collateralis ſui, & vicarij, atq; ad has tenebras in anima generandas,

D tres ſpiritus de principalibus, i. tres capitaneos ordinauit ſerpens antiquus.

Tres Capitanei.

Primus dicit ſpiritus erroris, ſecundus ſpiritus vertiginis, tertius ſpiritus ſoporis. Et hi ad nocendum animabus concordes ſeducunt rationalem. Primus per ignorantiã credẽdorũ, ſecũdus per ignorãtiã operandorũ, tertius per ignorantiam vitandorum: Vt quodammodo diſtribuens eis officia primo Sathanas dicat, Tu tentando labora, ne homines recta credant: ſecundo vero, Tu inſta vt contra bene credita operentur: tertio autem, Tu in prædictis duobus eos omnino ſopora.

Quomodo ſpiritus erroris cum exercitu ſuo ſeducit intelligentiam per ignorantiam credendorum. Cap. 1. E

Primus Capitaneus eſt ſpiritus erroris.

PRimus Capitaneus eſt ſpiritus erroris. Hic cum exercitu ſuo ſeducit rationalem per ignorãtiã credẽdorum. Et de hoc ſpiritu 1. Ioã. 4. Ioã. ait: Qui nõ eſt ex Deo, nõ audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritũ veritatis, & ſpiritũ erroris. Hic quidẽ ſpiritus erroris tentando laborat, ne homo intelligat neceſſarię fidei veritatẽ, ſciẽs ꝙ 11. c. ad Hebrę. Apoſtolus ait, Sine fide, ſ. vera, impoſſibile eſt placere Deo. Circa hoc aduertendũ F eſt, ꝙ triplex eſt fides, quã iſte ſpiritus extirpare intẽdit.

Triplicẽ fidem iſte ſpiritus extirpare intendit. Prima.

Prima eſt explicita, ſecunda eſt implicita, tertia vero eſt mixta. Prima eſt explicita, & talis fides eſt credere omnes articulos fidei particulariter & expreſſe. Et ſecundum Bonauenturam in 3. diſtinct. 25. exigitur de neceſſitate ſalutis his, qui habent alios edocere: ſicut Doctores, Prælati, Prædicatores, & Confeſſores, ſecũdum tamen exigentiam ſui ſtatus. Nam ſi tales errant, non excuſantur in his, quæ pertinẽt ad ſtatum ſuum, ſicut patet extra de iniur. & dam. da. in cap. ſi culpa.

Secunda.

Secunda eſt fides implicita, quæ eſt credere omnes articulos fidei implicitè, & non in particulari, ſed in G generali. Et hoc ſecundum Bonauenturam vbi ſupra eſt fidei diminutę. Vnde habentibus vſum liberi arbitrij hęc non ſufficit ad ſalutem: quia omnino eſſe non poteſt, quòd conuerſatus inter fideles, niſi ſit negligens contemptor vitæ ſuę, id eſt ſalutis ſuę, quin habeat explicitam cognitionem de aliquibus articulis fidei.

Tertia.

Tertia eſt fides mixta, id eſt pars explicita, & pars implicita. Nam nullum genus hominum eſt in intellectu naturaliter adeo tardum, ꝙ ſaltem in vniuerſali, & generali credulitatem non poſſit capere quicquid ad funda- H mentum Chriſtianę religionis neceſſarium eſt. Nam ſecundum Bonauenturam vbi ſupra, hęc fides ſufficit ad ſalutem. Videlicet cum homo aliquos articulos fidei credit implicitè, aliquos vero explicitè, id eſt aliquos generaliter, & aliquos particulariter. Articuli autem, quos oportet credere explicitè, iſti pręcipuè ſunt, ſ. vnitas eſſentię, Trinitas perſonarum. Sed quia in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti ſe ſignant fideles, & conferuntur eccleſiaſtica ſacramenta: ideo ex ipſo conſignationis actu ſcire hoc fideles poſſunt. Similiter de Redẽptore oportet

A tet credere natiuitatem, paſſionem, reſurrectionem, peccatorum remiſſioné. Et hoc quidem cognoſcere poſſunt ex ipſis ſolennitatibus, quas eccleſia ſolennizat, atque ex actibus ſacerdotum. Propterea ab horum cognitione nullus excipitur, qui vtitur ratione. Similiter tenetur credere futurum iudicium. Alios vero articulos ſufficit credere implicitè, & in quadam generalitate: hoc modo, vt per hos teneat homo propoſitum credendi, quicquid Romana Eccleſia credit in particulari a nullo diſſentiendo: & cum a catholicis, & prælatis, ſeu Doctoribus, & Prędicatoribus explicantur, acquieſcendo. B Qui ſecundũ prędictũ modum nõ credit, a ſpiritu erroris illuſus eſt. Ex quo patet, ꝙ oés hæretici, & infideles, atq; oés errantes in fide, ab hoc ſpiritu ſeducti ſunt. Conſidera igitur, quanta mala effecerit ſpiritus iſte erroris. Et ad hoc optime facit, quod ponitur in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone 62. cap. vltimo.

Quomodo ſpiritus vertiginis cum exercitu ſuo ſeducit intelligentiam per ignorantiam agendorum. Cap. 2.

Secundus Capitaneus eſt ſpiritus vertiginis

SEcundus Capitaneus principalis, ſpiritus vertiginis dictus eſt. Et hic inſuper cum exercitu ſuo ſeducit rationalé per ignorantiam operandorum, ſiue agendorum. Et de hoc Eſa. 19. c. miſticè ait: Miſcuit Dominus in medio Ægypti ſpiritum vertiginis, & errare fecit eum in omni opere ſuo, ſicut erat ebrius, & vomens. ſecundũ enim Iſidorum in 4. Ethicorum, Vertigo eſt quotienſcunq; ventus ſurgit, & terram incircuitum mittit. Sic in vertice hominis arteriæ, & venæ ventoſitatem ex reſoluta humectatione gignunt, & in oculis girum faciunt. Vnde & vertigo nuncupata eſt: vt D miſticè innuatur, quòd hic ſpiritus vertiginis confundit intellectum hominis in operibus ſuis malis, ita vt ignoret quid agat, aut quid agere teneatur.

Quomodo ſpiritus ſoporis cum exercitu ſuo ſeducit rationalem per ignorantiam vitandorum. Cap. 3.

Tertius Capitaneus eſt ſpiritus ſoporis.

TErtius Capitaneus eſt ſpiritus ſoporis. Et hic cum exercitu ſuo ſeducit rationalem per ignorantiam vitandorum, id eſt eorum, quæ operantur damnationem ſicut ſunt mortales culpæ. De hoc enim ſpiritu, Eſa. 29. cap. ait, Inebriamini, & non à vino: mouemini, & non E in ebrietate: quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis. Claudet oculos veſtros, ſcilicet in ſopore, ne valeatis vitare mala culpæ, & effugere mala pœnæ. Sopor enim ad literam eſt ipſa quies, & ſuauitas, & quietudo ſomni. Vnde ſæpe contingit, ꝙ in aliquo eſt ſomnus, in quo non eſt ſopor: ſed in quocunque eſt ſopor, eſt ſomnus, ſm Catholicon. Miſticè vero in hoc ſignatur, ꝙ hic ſpiritus eſt, qui quandã tranquillã inſenſibilitaté in aĩa generat, per quã homo non cogitat, nec aduertit, quę ſibi dãna & pericula imminét, tã ſpiritualia, q̃ tẽporalia, ſiue ẽt ſẽpiterna. Et de tali hoie Prouerb. 23. F c. ſcriptum eſt, Eris ſicut dormiẽs in medio mari, i. magnis periculis huius mũdi, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, id eſt gubernaculo nauis. Quod cum fit, incurrit pericula ſcopulorum, & diſcrimina multa. Sic qui hoc ſpiritu ſeducuntur, & ſoporantur in intellectu, imminentia mala, & pericula non vident, & vitare non poſſunt. Et de talibus Deuteronom. 32. cap. ſcriptum eſt, Vtinam ſaperent, ſcilicet eorum damna ſpiritualia: & intelligerent, ſcilicet damna temporalia: ac nouiſſima prouiderent: hoc eſt eorum mala æterna- G lia. Ad talem ſoporatum, Epheſ. 5. cap. Apoſtolus ait: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et ad omnes ſimiles excitandos, 1. Corint. 15. iterum inquit, Euigilate iuſti, id eſt vos; qui reputatis vos iuſtos: & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Apocalyp. quoque 3. cap. tali ſoporàti Dominus terribiliter comminatur dicens: Si non vigilaueris, veniam ad te ſicut fur, & neſcies qua hora veniam ad te. Sed ſicut Ioan. 10. cap. Dominus ait: Fur non venit, niſi vt furetur, mactet & perdat. Furetur tempus, mactet vitam, H & finaliter perdat animam. Et addit, Et neſcies, ſcilicet tanquàm inſenſibiliter ſoporatus, qua hora veniam ad te. Vt qui longo tempore in ſopore amiſſo vixit, etiam horulam a Deo lucrari non poſſit viſitationis ſuæ. proinde Eccleſiaſt. 11. in fine, ſapiens ſoporatæ animæ cauet, cum ait: Attende tibi a peſtifero, ſcilicet a ſpiritu ſoporis, qui fur eſt: fabricat enim mala, ſcilicet culpæ, hoc eſt in te peccata multiplicat: & ideo dum tempus conceditur, euigilare feſtina, ne fortè vna hora inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum.

A **ARTICVLVS SECVNDVS.**

De ſecundo vicario Sathanæ a tribus capitaneis eius, qui hominum concupiſcibilem per malitiam incendunt, ſeu inflammant.

Secundus vicarius Sathanę.

SEcundo autem a dæmonibus in peccatoribus incenditur concupiſcibilis per malitiam. Et de hoc propheta ſubdit, & lubricum. Cum enim in hyeme congelata fuerit terra, aſcendẽte ſole lubrica efficitur via. Sic profecto terrena, & gelida mens hu-
B mana, aſcendente tẽtationis ſole facillimè lubricat in delectationẽ carnis & terrenorum. Vnde Tre. 4. ad tales propheta inquit, Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Et ad hoc ordinauit Sathanas ſecundum vicarium ſuum, qui ſpiritus igneus ſeu ardens denominatur, vt incendat ad malitiam cõcupiſcibilem noſtrã. Quomodo autem dęmon iſte intendat ad carnales illecebras, & tranſitorias voluptates atque deſideria mala, Eſa. 33. c. teſtatur, cum talibus ait: Concipietis ardorem & parietis ſtipulam, ſpiritus veſter, vt ignis vorabit vos. Dicitur autem noſter hic ſpiritus
C malus, qui ad exercitium nobis datur, ſicut etiam Angelus bonus dicitur noſter, quia ad noſtram cuſtodiam ordinatur. De primo quoque ſpiritu Iob 41. ſcriptum eſt. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur, & additur, Ferueſcere facit quaſi ollam profundum maris. Ad incendendum igitur animas ad quæcunque illicita, in mundum miſit Sathanas cum hoc vicario ſuo tres alios capitaneos infernales. Primus dicitur ſpiritus nequam, ſecundus ſpiritus diuinationis, tertius autem ſpiritus blaſphemiæ. Et hi voluntatem humanam incendunt. primus contra Dei potentiam,
D ſecundus contra Dei ſapientiã, tertius contra Dei clementiam.

Quomodo ſpiritus nequam cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem, contra Dei potentiam. Ca. 1.

Primus Capitane' eſt ſpiritus neq.

PRimus Capitaneus, ſpiritus nequam denominatur. Nequã profecto eſt, qui audet pluſquam queat: vel nequam eſt, qui nequit ſe a ſceleribus abſtinere: vel dicitur luxurioſus, quia incontinens eſt. Et communis generis eſt atque indeclinabile. De hoc ſpiritu, 1. Reg. 16. Spiritus Domini receſſit a E
Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam a Domino, hoc eſt permiſſione diuina. De hoc quoque ſpiritu, Act. 19. ſcriptum eſt: Virtutes non modicas quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli: ita vt etiam ſuper languidos deferrẽtur a corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Hic ſpiritus cum exercitu ſuo voluntatem incendit contra Dei potentiam, vt ſcilicet præſumat homo atque conetur, quantum in ſe eſt, contra Dei potentiam.

F

Quomodo ſpiritus diuinationis cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra Dei ſapientiam. Cap. 2.

Secundus capitane' eſt ſpiritus diuinationis.

SEcũdus Capitaneus, ſpiritus diuinationis dictus eſt. Diuinus eſt, qui diuinat, quaſi Deo plenus. Et vt dicitur, 26. q. 4. in c. igitur genus diuinationis. Diuinitate enim plenos ſe ſimulant, etiam aſtutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. verba ſunt Aug. Spiritus igitur iſte diuinus cum exercitu ſuo dominatur oibus his, quos nominamus diuinos. Vnde G
de hoc ſpiritu, Leuit. 20. c. Dominus ait, vir, ſiue mulier, in quibus phitonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur. Hic ſpiritus incendit contra Dei ſapientiã. Et vt 26. q. 4. in c. igitur. Auguſti. de natura dæmonum ait. Diuinatio primo a Perſis inuenta eſt. Et 37. diſtin. in c. viro. Diuini dicuntur, qui ex coniectura mentis ſuę incerta futurorum, quaſi vera pronunciant abſq; diuinorum auctoritate verborum. Multi modi ſunt & multa genera, per quæ diuinatores multa futura inueſtigant, quę ponuntur in dicto c. igitur. per totum. Et, vt dicitur 26. q. 5. nec mirum. in fine, Auguſti. de H
ciuitate Dei ait: Nec præter ſuam poteſtatẽ Deus oſtẽdit eſſe, cũ cõtingunt iſta: ſed quaſi quęreretur, cur talia permittat, cauſam tẽtationis expoſuit, ad cognoſcendũ vtriq; eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuũ, cognoſcendum vero ab ipſis potius, quàm ab illo qui ſcit omnia antequam fiant, Et Deuteron. 13. ſcriptum eſt. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portẽtum, & euenerit, quòd locutus eſt & dixerit tibi, eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras & ſeruiamus eis, non audias

A audias verba prophetę illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Deus veſter, vt palam faciat vtrum diligatis eum, an non in toto corde & in tota anima veſtra. ſecundū etiã Auguſt. in 2. de doctrina Chriſtiana, quod a principio homines in iſtis obſeruationibus experti ſunt, caſu accidit, ſed poſtmodū cum homines incipiunt huiuſmodi obſeruationibus animum applicare, multa ſecūdum huiuſmodi obſeruationes eueniunt p deceptionem dęmonum: vt his obſeruantijs homines implicati curioſiores fiãt, & ſe magis inſerant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris. Mira igitur inſania eorum,

B qui ab hoc dæmone ad diuinationem & ſimilia incenduntur. Nam cum futura, quæ ſolius ſunt Dei, homines per hoc inuenire laborēt, diuinitatis iura creaturis attribuūtur. Contra quod Iſa. 41. c. Annunciate, quę ventura ſunt in futurum & ſciemus, ꝙ dij eſtis vos. Et Leuit. 19. Non augurabimini, nec obſeruaueritis ſomnia. Et in eodem 20. c. ſcriptum eſt: Anima, quæ declinauerit ad magos, & ariolos & fornicata fuerit cum eis, ſcilicet fornicatione ſpirituali: Ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Propter grauita-

C tem huius ſceleris ſancitum eſt, ſecundum leges imperiales, ꝙ omnes diuinatores atque malefici, capite debent plecti. Et ſi accedunt ad alterius domum, cremari debent & omnia bona eorum publicari. C. de maleſi. l. nullus, & l. nemo, & l. culpa. ſecūdum verò canones ſi peccatum occultum eſt, imponitur pœnitentia quadraginta dierum, extra de ſorti. c. j. ſi notorium, euchariſtia denegatur. De conſe. di. 2. pro dilectione. Item ſi clericus eſt, debet deponi, atque in monaſterio detrudi. Si vero laicus, excommunicandus eſt, 26. q. 5. non oportet, & c. ſiquis epiſcopus, & c. aliquanti, & q. 7. ad-

D moneant. Sed creſcente contumacia, debet creſcere & pęna: ſcilicet vt incarceretur & huiuſmodi. Item ſi ſeruus eſt, debet verberibus caſtigari. 26. q. 5. contra idolorum. Epiſcopus quoque omnes turpiter dehoneſtatos de parochia ſua eijcere debet, vt patet 26. q. 5. Epiſcopi. Tales ſiquidem infames ſunt. Similiter hi, qui ad eos concurrunt. Vnde nec ad accuſationem admitti debent. 2. quæſtio. 8. quiſquis, nec ad teſtimonium, extra de teſtibus, teſtimonium.

De ſpiritu blaſphemiæ, & quomodo cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra clementiam Dei: & de ſex peccatis in Spiritumſanctum, & ſufficientia eorundem. Cap. 3. E

TErtius Capitaneus ſpiritus blaſphemiæ nuncupatur. De hoc ſpiritu, Matth. 12. c. ſcriptum eſt: Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Quicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. ſecundum enim Alex. de Al. in q. Blaſphemia aliquando fit ex coactione, aliquādo ex deceptione, aliquando ex malignitate. Cum autem fit ex coactione, tunc peccatur in patrem: cum ex deceptione, tunc peccatur in filium. Vtroq; autem modo habet in ſe aliquo modo cauſam excuſationis, licet inſufficientiſſime. Cum autem peccatur ex malignitate, vel ex certa ſcientia, & amore blaſphemiæ Dei, ſpiritus blaſphemię nuncupatur. quod non remittitur in hoc ſæculo, neque in futuro. Non quia remitti non poſſit, ſed quia non gerit ſecum cauſam motiuam ad remiſſionem. Nico. quoque de Lyra ſuper hoc verbum, Matth. ait: Omne peccatum procedens, ſcilicet ex infirmitate, & ex ignorãtia & blaſphemia, ſcilicet ex talibus ortum habens, remittetur hominibus, id eſt de ſe remiſſibile peccatum eſt, quia non obuiat directè principio, per quod fit remiſſio peccatorum, ſicut obuiat peccatum in Spiritum ſanctum. Huius peccati ſex ſunt ſpecies, deſperatio, pręſumptio de miſericordia Dei, impugnatio agnitæ veritatis, inuidentia ſupernæ gratię, obſtinatio, & finalis impęnitentia. Horum enim ſufficientia ſic accipi poteſt, ſed ꝙ remouetur ab homine principium, per quod fit remiſſio peccatorum. Et hoc tripliciter contingere poteſt. Primo modo ex parte ipſius Dei, ſecundo autem modo ex parte donorum eius, tertio vero modo ex parte ipſius culpæ. Primo enim ex parte Dei duplex eſt principium, primum eſt Dei miſericordia, ſecundum Dei iuſtitia. Primum principium, per quod remittitur peccatum, eſt ipſa miſericordia Dei, & hoc tollitur per deſperationem, ſicut Gen. 4. fecit Caym. Secundum autem eſt Dei iuſtitia, hoc eſt timor iudiciorum Dei eſt principium, per quod

Tertius capitane' eſt ſpiritus blaſphemiæ.

F

G

Septem ſpẽs huius pcti.

H

quod

A quod etiam aliquis reſilit a peccato, & hoc tollitur per præſumptionem de miſericordia Dei, per quam homo pręſumit cõſequi gloriam ſine meritis, quantuncunque operetur malum. Secundo autem ex parte donorum duo principia ſunt, quæ maximè faciunt hominem retrahi a peccato. Primum eſt veritatis cognitio, ſecundum eſt gratiæ diuinæ collatio. Primum eſt veritatis cognitio, & hoc tollitur per hoc, ꝙ aliquis impugnat agnitam veritatem, & ſic viam ſalutis ſcienter a ſe repellit. Secundum eſt diuinæ gratiæ collatio: & hoc repellitur ab homine,

B quantum in ſe eſt, per inuidentiã fraternæ gratiæ, non tamen accipit inuidentia fraternæ gratiæ, prout aliquis inuidet fratri ſuo, vel alicui ſingulari perſonæ: Sed quando eſt tanta malitia in eo, ꝙ diſplicet ſibi de gratia Dei creſcente in mundo. Tertio vero ex parte peccati duo alia principia ſunt, quæ retrahunt hominem a peccato. Primũ eſt breuitas delectationis, ſecũdum eſt turpitudo affectionis. Primum eſt breuitas delectationis, quæ in peccato eſt, ex cuius cõſideratione ſolet homo, ſecundum electionem peccatum refugere. Et hoc tollitur ꝑ

C obſtinationem, quando. ſ. homo firmat propoſitum inhærẽdi omnino peccato. Secundum eſt turpitudo offenſionis. Ex huius cõſideratione homo pęnitere ſolet, & hoc tollitur hic per finalem impęnitentiam. Nec accipitur hic finalis impęnitentia, prout eſt peccati circunſtantia, ſ. qua aliquis in peccato moritur: ſed cum homo tantæ malitiæ eſt, ꝙ eligit de peccato ſuo nunquam pœnitere, ita ꝙ non vellet, ꝙ Deus daret ſibi gratiam pœnitendi. ſecundum vero alios aliter & breuius dici poteſt, ſcilicet, ꝙ in remiſſione tria ſunt. Primo ipſe remittens, ſecundo diſpoſitio remittendi in eo, cui remittitur: tertio ille, cui remittitur. Primo

D in remittente duo vtiq; ſunt, ſcilicet miſericordia & iuſtitia. Contra primum eſt deſperatio, contra ſecundum præſumptio. ſecũdo vero diſpoſitio in eo, cui remittitur, duplex eſt, ſcilicet cognitio veri, & amor boni. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitæ, contra ſecundum eſt inuidentia fraternæ gratiæ: tertio etiam in eo, cui remittitur duo etiam ſunt, ſcilicet dolor de commiſſo, & propoſitum de non committendo. Contra primum eſt obſtinatio, contra ſecundum eſt finalis impęnitentia, id eſt propoſitum non pęnitẽdi, ſicut dictum eſt. Ex his igitur patet, ꝙ peccatum in Spiritũ ſanctum mere procedit ex impia voluntate, hoc eſt quando voluntas poteſt, & ſcit E

reſiſtere alicui malo, & tamen ex ſola malitia eligit illud, & directè impugnat gratiam Spirituſſancti, & ideo nõ habet excuſationis colorem: quia quantum de ſe eſt directè impugnatiuum medici & remedij, ꝑ quod remiſſio peccati fieri debet. Multiplici ratione irremiſſibile dicitur peccatum in Spiritum ſanctum, non quia remitti nõ poſſit, vt dictum eſt: ſed primo, quia raro remitti ſolet, aut vix quantum ad culpam: Secundo, quia remiſſum aliquando in ſcriptura non reperitur, ſicut Melchiſedech abſque patre dicitur eſſe, quia non legitur in ſcri- F

ptura de eius patre: Tertio, quia aduerſatur fonti remiſſionis, ſcilicet Spirituiſancto: Quarto propter impotẽtiam hominis, quia vix præparare ſe poteſt ad gratiam, quam tanta moles peccati grauat.

ARTICVLVS TERTIVS.

De tertio Vicario Sathanæ, qui cum ſeptem ſpiritibus malis impellit ad ſeptem capitalia peccata, & mala.

Tertio vero in peccatoribus impellitur a dæmonibus iraſcibilis per impotentiam. Et de hoc propheta ſubdit, Et Angelus Domini perſequens eos. G *Tertius Sathanæ Vicarius.*

Quis vero angelus iſte, niſi diabolus aduerſarius noſter? Hic merito angelus Domini nuncupatur, quia velit nolit, Deo ſubiectus eſt, & ei parere cogitur & ſeruire. Proinde Iob 4.c. ait: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatẽ. Principaliter Sathanas, qui conatur ſeducere totum orbem, Domino permittente, per ſe & ſuos perſequitur peccatores, infeſtans atque impellens, vt eos trahat ad tartarea regna. Vnde Iſa. 19. Dominus ait: Cõcurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios, H

id eſt Dęmones aduerſus impios peccatores, vt lubrificantes ad inferos trahant eos. Sicut enim paſtor perſequi ſolet oues atq; importunè impellere, vt ad caulas ducat eas: ſic diabolus ad caulas infernales nititur deducere peccatores, in quorum perſona Tren. 3. ſcriptum eſt: Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem: tantum in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die. Ad hoc ordinauit Sathanas tertium nunciũ ſuum fortitudinis mirę, qui dicitur ſpiritus robuſtorum, ſeu furoris, & de hoc Iſa. 25. ſcriptũ eſt, Spiritus robuſtorũ quaſi turbo impellens

A impellens parietem. Hic habet ſeptem capitaneos, qui cum exercitibus ſuis per violentiam ad mala conantur impellere fragilitatem noſtram. Et hoc quo ad ſeptem genera capitalium vitiorum. Primus enim impellit ad ſuperbiam, ſecundus ad inuidiam, tertius ad iracũdiam, quartus ad auaritiam, quintus ad accidiam, ſextus ad gulã, ſeptimus ad luxuriam. Ad diſſeminanda atque multiplicanda, hæc ſeptem mortalia peccata in mundo, ſeptem ſpiritus infernales, qui ſunt ſeptem capitanei a Sathana tertio vicario ſuo. i. ſpiritui robuſtorum cum exercitibus traditi ſunt. Primus capitaneus ſpiritus tumoris denominatur, ſecũdus ſpi-

Septem capitanea Sathanæ, iuxta ſeptem peccata capitalia.

B ritus malus, tertius ſpiritus peſſimus, quartus ſpiritus mutus & ſurdus, quintus ſpiritus infirmitatis, ſextus ſpiritus immundus, ſeptimus ſpiritus fornicationis. Hos tamen duos vltimos capitaneos impartitur collaterali ſuo, quem a Sathana poſtulauit, qui ſpiritus dulcoris denominatur, vt infra patebit.

De ſpiritu ſuperbiæ & tumoris, & quæ mala operatur cum exercitu ſuo. Cap. 1.

C PRimus Capitaneus, ſpiritus tumoris vocatur. Et hic cum exercitu ſuo impellit ad ſuperbiam, de quo Iudicum 8. c. dictũ eſt, ꝙ ad reſponſionem humilem Gedeonis requieuit ſpiritus filiorũ Effrayn, quo tumebant contra Gedeonem. Propriè enim, ſm Auguſti. ſuperbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus. proinde, ſicut & idem ait: Superbia omnibus inuidet, ſcilicet ſuperioribus, quia illis nõ æquatur: paribus, quia ei ęquãtur: inferioribus, ne ei æquẽtur. Hic tumoris ſpiritus impellit ad ſeptẽ filias ſuperbiæ, ſeu inanis gloriæ, ſ. Ad inobedientiam, ne homo in aliquo videri velit inferior & ſubiectus, quod fieret ſi obediret. Ad contentionem, vt velit vincere cum clamore, vt poſſit amplius apparere. Ad iactantiam, vt enumeret bona ſua, & ſic laudabilior videatur. Ad hypocriſim, qua quærat hominibus in exterioribus apparere. Ad pertinaciam, qua factum, vel dictum ſuum malũ defendat, ne videatur erraſſe. Ad diſcordiã, qua propter vanam gloriam omne dictum in contrarium ſumat. Ad nouitatum præſumptionem, qua propter noua quæ dicit, vel inuenit, laudetur. Impellit quoque ad 12. ſuperbiæ gradus, de quibus Bernar. Ad

Primus Capitaneꝰ ẽ ſpiritus tumoris.

Spiritus tumoris ĩpellit ad ſeptem filias ſuperbiæ, ſeu inanis gloriæ.

curioſitatem, ad mentis leuitatẽ, ad ineptã lætitiam, ad iactantiam, ad ſingularitatem, ad arrogãtiam, ad præſumptionem, ad peccatorum defenſionem, ad ſimulatam cõfeſſionem, ad rebellionem, ad libertatem peccandi, & ad conſuetudinem peccatorum. Sed audi ſuperbe, audi Dominum, Lu. 14. dicentem; Omnis, qui ſe exaltat humiliabitur. Hic eſt ille Angelus, qui Apoc. 18. cap. clamans in fortitudine ait: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi. Nam Iob 40. cap. ad Dominum ait, Reſpice cunctos ſuperbos, & cõfunde eos. Ait enim, Reſpice, non oculo miſericordiæ confirmando illos, ſed oculo iuſtitiæ, & ſolo intuitu deijciendo illos, & ſic confunde eos: & addit, Et cõtere impios in loco ſuo, id eſt in ſtatu, quem ſibijpſi ſtatuerunt, non Deus. Et etiam ſuperaddit, Et abſcõde eos in puluere ſimul, ſcilicet per mortem, & facies eorum demerge in foueam. Per faciẽ anima deſignatur, eo ꝙ in facie omnes relucent ſenſus, & in anima omnes ſunt notitiæ intellectiuæ. Et has facies demerge in foueam, ſcilicet in profundum inferni.

E B

F

Quomodo ſpiritus inuidiæ, qui dicitur ſpiritus malus, cum exercitu ſuo impia operatur. Cap. 2.

G

SEcundus capitaneus, dicitur ſpiritus malus. Et hic ſpiritus cum exercitu ſuo impellit ad inuidiam. ſecundum. n. Augu. Inuidia eſt odium alienæ felicitatis. Et Damaſcenus ait. Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. Dicitur autem inuidia a non videndo, quia non poteſt videre aliorum bona. vnde inuidere, quaſi non poſſe videre. Nam odium boni, quod latet in corde, etiã inaduertenter mõſtratur in facie. Proinde Sen. inquit: Quicquid mente fugimus ingeſtum oculis vix videmus. 1. Reg. 16. de hoc ſpiritu ſcriptum eſt: Spiritus Domini receſſit a Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam a Domino, ideſt permiſſione Domini. Contra quẽ autem exagitaretur Saul a ſpiritu, in ſequenti 18. c. claret: vbi dicitur, Inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, nec rectis oculis aſpiciebat Dauid a die illa, & deinceps, ſcilicet poſtquam mulieres cantauerunt, Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia. Vt in textu pauloante patet. Hic ſpiritus cum exercitu ſuo exagitat, atq; impellit aĩas ad quinq; inuidię filias, videlicet ad odium, vt inuicẽ homines velint malũ,

Secundus Capitaneꝰ dicitur ſpiritus malus.

H

Hic ſpiritus ĩpellit ad quinq; inuidię filias.

A & nolint bonũ, ad exaltationẽ in proximorum aduerſis, ad afflictionem in proſperis proximorum, ad ſuſurrationem latentem, ad detractionem patentem. Ad tantam.n. contrarietatem hic ſpiritus nequam deducit ſuos ſequaces, vt ita Deo aduerſarij ſint, ꝙ ſicut Deus tam bonus eſt, ꝙ etiam de malis elicit bonum: ſic econuerſo iſti tam mali ſunt, ꝙ de bonis eliciunt malum. Et ſicut bonis etiam mala cooperantur in bonum, ita inuidis omnia bona cooperãtur in malum. Hic ſimilatur cani, qui blanditur in facie, & a tergo mordet crudeli ore.

B

De ſpiritu iracundiæ, qui dicitur ſpiritus peſſimus, à qua cum exercitu ſuo operatur mala. Cap. 3.

Tertius Capitaneus ẽ ſpiritus peſſimus.

TErtius Capitaneus, ſpiritus peſſimus nũcupatur. hic cum exercitu ſuo impellit ad iracundiam, ſeu iram & inimicitiã, diuiſiones & guerras. dicitur autẽ ira ab vr, quod eſt ignis, quaſi vra: quia vrit atque inflammat. Inde iracundus, quia faciliter iraſcitur. Hic eſt, qui accenſo ſanguine in furorem conuertitur vel compellitur. Et de hoc ſpiritu iracundiæ Iud.9.c. circa medium,
C ſcriptum eſt: Immiſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichen. De hoc quidem ſpiritu atq; de exercitu ſuo, Apoc.16.c.ſcriptũ eſt: Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium. Signa, quæ iſti ſpiritus faciunt, ſunt inſignia diſtinguẽtia partiales, & maximè Guelſos & Gebellinos. De hoc ſpiritu peſſimo, qui in partialibus regnat, Prouer.18.c.ſcriptum eſt: Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? Atque de talibus, qui delectantur in partialitatibus, & in guerris, Iob 4. c. ait: Vidi eos, qui operantur iniquitatem & ſeminãt
D dolores & metũt eos flante Deo periiſſe & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Hic ſpiritus peſſimus, qui eſt ſpiritus iræ, cõcitat animas ad ſex filias iræ: videlicet ad rixã, hoc eſt ad audacem voluntatem vindicandi iniuriam præcedentis facti. Incitat ad tumorem mentis: hoc eſt ad voluntatem vindicandi fugiẽtem, tamen aduerſantem propter inimicitias extimatas. Impellit ad contumelias. hoc eſt ad voluntatem ſe vindicandi per exprobrationem malorum. Compellit ad clamorem, id eſt ad voluntatem ſe vindicantem in exaltando vocem. Solicitat ad vituperium, perueniens ad aures aliorum per ſignum moleſtiæ exterius declaratiuũ. Infeſtat ad blaſphemiam, hoc eſt ad volnntatem ſe vindicandi per opprobrium Deo, ſeu ſanctis illatum. Quanta autem mala in mundo operetur hic ſpiritus peſſimus, plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermo.25.per totum.

Hic ſpiritus concitat aias ad ſex filias iræ.

De ſpiritu auaritiæ, qui dicitur ſpiritus ſurdus & mutus, à qua cum ſuo exercitu operatur iniqua. Cap. 4.

Quartus Capitaneus eſt ſpiritus ſurdus.

F QVartus Capitaneus, eſt ſpiritus ſurdus & mutus, qui cum exercitu ſuo impellit ad auaritiã. Auaritia enim dicitur a genitiuo auari, addito tia: inde dicitur auaritia. Auarus vero ab aueo, aues, deſcendit. vel auarus dicitur, quaſi varas habẽs manus, ideſt curuas. Aut auarus, quaſi habens aurum. & etymologia eſt, non compoſitio. Et eſt auarus proprie, qui diuitijs non ſatiatur, ſed cupidus, qui aliena deſiderat. vel auarus eſt in retinendo, & cupidus in acquirendo: vnde merito hic ſpiritus binomius eſt a duplici ſuo effectu. Nam in quantum impellit ad aliorum cupiditatem, ſurdus denominatur: in quantum vero per auaritiam retinet acquiſita, dictus eſt mutus. Et de hoc ſpiritu G
Mar.9.ſcriptum eſt, ꝙ quidam Domino ait: Magiſter, attuli filium meum ad te, habentẽ ſpiritum mutum, qui vbicunque apprehenderit eum, allidit & ſpumat & ſtridet dentibus & areſcit. Et ſequitur, quod Dominus ait illi: Surde & mute ſpiritus, præcipio tibi, exi ab eo. Primo ab hoc profecto ſpiritu ſurdi efficiuntur cupidi, ſi arguuntur, cum per rapinas furta & vſuras, ſymonias & contractus illicitos ditari quærunt. Vnde de talibus propheta inquit, Sicut aſpidis ſurdæ & obturãtis aures ſuas, ſcilicet ſunt, quæ non exaudiet vocem incantantium, & H
venefici, ideſt prædicatoris incantantis ſapicnter. Veneficus a conficiendo dictus eſt. Habet enim venenum duplex ſignificatum. vno modo, idem eſt ꝙ virus: alio modo idem eſt, quòd tinctura, iuxta Virgilianum illud, Fucatur lana veneno. Veneficus ergo iſte, Chriſtus eſt, qui veſtes ſuas proprio ſanguine tinxit, ſicut patet Iſa.63. Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Ipſe igitur Chriſtus in ore prædicatoris eſt incantantis ſapienter. ſcilicet dum auaritiam deteſtatur ſapientia ſcripturarum. Secundo ab hoc ſpiritu muti efficiuntur auari, non confitentes

A fitentes illicita lucra ſua, nolentes reſtituere, ſicut neceſſario obligantur. proinde Eccleſiaſt. 20. ſcriptum eſt: Exenia & dona excęcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum. Ad ſeptē auaritiæ filias animas impellit ſpiritus iſte ſurdus & mutus cum exercitu ſuo: videlicet, ad cordis obdurationem atque inhumanitatem, ad violentiam ſeu rapacitatem, ad inquietationem propter appetitum lucri, ad periurium in emptione & venditione, ſeu pro indemnitate ſeruanda: ad fallaciā quæ fit per verba decipientia in occulto: ad

Et hic ad ſeptē auaritię filias animas impellit.

B fraudem, hoc eſt ad deceptionem perfectā in præſentia illius, qui decipitur: ad perditionem, quæ eſt idem ꝙ deceptio, quæ fit in abſentia ipſius decepti. Et cum omnibus his, vt dicitur Eccleſ. 5. c. Auarus non implebitur pecunia. Propterea meritò Eccle. 10. c. ſcriptum eſt, Auaro autem nihil eſt ſceleſtius, ſcilicet propter hæc & alia mala, quæ ex auaritia ſubſequuntur.

De ſpiritu accidiæ, qui ſpiritus infirmitatis eſt dictus, & quomodo cum exercitu ſuo hominibus nocet. *Cap.* 5.

C

Quintus capitaneus ē ſpiritus infirmitatis.

QVintus Capitaneus, eſt ſpiritus infirmitatis. Et hic cum exercitu ſuo ad accidiam conatur animas propulſare, flectere & inclinare. Eſt enim accidia, quædam triſtitia vel moleſtia ſeu anxietas, aut tædium mentis. Et de hac Eccleſ. 30. c. in fine ſcriptum eſt, Multos. n. occidit triſtitia. Et iterum. 2. Corint. 7. Seculi autem triſtitia mortem operatur. Et propheta etiam inquit, Dormitauit anima mea præ tædio. De ſpiritu huius criminis, Lucæ 13. ſcriptum eſt: Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem

D & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Merito ergo accidia ſic magiſtraliter diffinitur. Accidia eſt de virtutum laudabili exercitio vtriuſq; hominis languida deiectio. Vel aliter. Accidia eſt diffidētia de proprijs viribus & auxilio Dei implendi ardua. Dupliciter hoc vitium nominatur: ſcilicet triſtitia & accidia. Ratio huius eſt, quia in hoc vitio eſt auerſio a ſpirituali bono, quod extimatur graue: ſicut ieiunare, prædicare, vigilare, & ſimilia. Et ratione huius triſtitia nominatur. Inſuper eſt ibi conuerſio ad creaturam: ſcilicet ad quietem, quæ leuis exiſtimatur: & ratione huius accidia nuncupatur. Ex his igitur pa- E

tet, ꝙ hoc vitium prout triſtitia nominatur, opponitur lætitiæ ſpirituali, quæ habetur in exercitio ſpirituali. Sed prout accidia dicitur fortitudini oppoſita, eſt quæ conſiſtit in aggrediendis arduis, & in ſuſtinēdis aduerſis. Ad huius vitij filias conatur hic ſpiritus infirmitatis animas inclinare. Videlicet ad malitiam, quæ ſecundum Auguſt. eſt voluntas machinandi alicui malum. Cumq; homo alicui iniuriam facit, tunc iraſcitur, poſtea contriſtatur. Inclinat ad deſperationem. nam diffidentia meritorum mater eſt

Conatur hic ſpūs ad huius vitij filias infirmitatis aīas inclinare.

diffidentiæ præmiorum, & ex hoc triſtitia F

oriri ſolet. Inclinat ad puſillanimitatē, quæ eſt diffidentia, quæ prouenit ex conſideratione proprię infirmitatis, vel operis ardui: & hinc originem habet. Inclinat ad rancorem, quæ inueteratum odium eſt. ſicut enim ex charitate ſunt opera bona, ex quibus eſt confirmatio charitatis: ita ex ira eſt accidia, atque ex accidia vetuſtas iræ. Inclinat ad torporem circa præcepta iniuncta. i. ad quandam inſenſibilitatem. propter quā homo non poteſt duci ad executionē mandatorum Dei. Inclinat ad euagationē mentis circa ea, quæ illicita ſunt. hæc tamē eua- G

gatio quandoque eſt particularis, & certam naturam habet, & ſic omnibus vitijs conueniens eſt: quandoque vero eſt incerta, & generalis, & hæc eſt propriè euagatio accidiæ. Qui enim a triſtitia abſorbet, & vnde in ſe delectetur non habet, ad omnia euagatur delectationem exquirens. Accidia profectò in periculoſo ſtatu animā ponit. Porrò quiete corrumpitur aqua, atque rubiginem contrahit ferrum. Porcus quoque mactādus permittitur pingueſcere in quiete. Ocioſus profectò quaſi diaboli puluinar dici poteſt, in quo præparat ſibi locum. Meritò igitur Eccleſ. 33. c. ait, Multā enim malitiam docuit ocioſitas. Nan ſecundū Bern. Omniū tentationum ſentina eſt ociū. Præ- H

dicta quinq; peccata ſunt ſpiritualia: Duo verò ſequentia carnalia ſunt, quibus præeſt ſpiritus dulcoris, qui permittente Deo ſpiritui furoris a Sathana collatus eſt. Hic Behemoth alias nominatur. De quo Iob 40. c. ſcriptū eſt, ꝙ Dominus ſpiritui furoris ait: Ecce Behemoth, quem feci tecum, i. permiſi, ꝙ in tui adiutorium eſſet tecum. Fœnum, ideſt iuuenilem ætatem, quaſi bos comedet: fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Quia ſecundum Gregor. viris luxuria in lumbis eſt, fœminis in vmbilico.

De

A *De ſpiritu gulæ, qui immundus ſpiritus nominatur, & quantitate malorum, quæ operatur cum exercitu ſuo. Cap. 6.*

Sextus capitaneus ſpūs immūdus dictus eſt.

SExtus Capitaneus, immundus ſpiritus dictus eſt. Et hic cum exercitu ſuo obediens collaterali ſpiritus furoris inclinat ad gulam. Eſt enim gula, ſecūdum Auguſt. immoderata cibi auiditas: vel gula eſt vorax edacitas naturæ finibus non contenta. De hoc ſpiritu habetur, Matth. 8. & Lu. 8. Mar. autem 5. dicitur, ꝙ exeunte Ieſu de
B naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, cui nomen legio. Et ſequitur, ꝙ Dominus dixit illi, Exi ſpiritus immunde ab homine. Et additur: Erat ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens: & deprecabantur eum ſpiritus dicētes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeūtes ſpiritus immundi introierunt in porcos & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Apoc. quoque, 16. c. ſcriptum eſt: Vidi de ore beſtiæ exire tres ſpiritus immundos in modum ranarum. Beſtia crudelis & ſęua
C eſt ſupradictus ſpiritus infirmitatis, & alij ſex Capitanei ſpiritus robuſtorum. A quibus orabat Dominum vt liberarentur iuſti, propheta dicens, Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. De ore igitur huius beſtiæ egrediebantur tres ſpiritus immundi, ideſt tres de principalibus ſatellitibus ſuis ad eius imperium currebant per mundum. In modum ranarum dicit propter garrulitatē, quæ eſt filia gulæ. Hic ſpiritus immundus cum exercitu ſuo infeſtationibus multis impellit animas ad quinque filias gulæ, ſcilicet ad ſcurrilitatem, ad multiloquium, &
D detractionē & vituperia & alia inania verba, ad ineptam lætitiam, ad laſciuiam carnis & inordinatos corporis geſtus demonſtrantes laſciuiam mentis, ſicut ſunt choreę. ad immunditiam, quæ ſcilicet prouenire ſolet ex gula, vt eſt vomitus, eructationes fœdæ & fœtidæ, atque luxuria, ad ebetudinem mentis, ideſt rationis ſubuerſionem. Impellit quoque ad quinque modos peccandi in gula. Videlicet propter impatientiam ad præueniendum comedēdi horam, ad quęrendum cibaria delicata & precioſa, ad excedendum menſuram & quantitatem in comedendo vltra comedentis qualitatem, ad comedendum nimis ardenter atq; feſtinè, ad præparandum cibaria nimis ſtudioſè. E
Quoſdam quoque infeſtant ad nimiam abſtinentiam cibi: Sed vt Eccleſiaſt. 37. c. ſcriptum eſt, Propter crapulam multi obierūt.

Ad quinque filias gulæ, hic ſpūs aiās impellit.

De ſpiritu luxuriæ, qui fornicationis ſpiritus dictus eſt & malis, quæ cum ſuo exercitu faciat. Cap. 7.

Septimus capitane' ſpūs fornicationis dictus eſt.

SEptimus Capitaneus, ſpiritus fornicationis dictus eſt, ſeu denominatur. Et hic parens collaterali ſpiritus furoris imperio cum exercitu ſuo impellit ad omnem luxuriam, & ſpurcitiam carnis. De hoc ſpiritu Oſeæ 5. c. ſcriptum eſt: Non dabunt F
cogitationes ſuas, vt reuertantur, ſcilicet ꝑ pœnitentiam ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationis in medio eorum. Et in c. 4. iterum ait, Spiritus fornicationum decepit eos. hinc Tob. 6. dicit Angelus ad filiū Tobiæ: Oſtendam tibi qnę ſunt, quibus præua lere poteſt dęmonium. Nanque qui coniugiū ita ſuſcipiunt, vt Deū a ſe, & ſua mente excutiant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus nō eſt intellectus: habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Eſt enim luxuria ex immūdis deſiderijs vehemens lubrica mentis & carnis proſtitutio. vel dici poteſt, ꝙ eſt libidinoſæ volupta G
tis appetitus. Et intelligitur de appetitu, qui eſt cum conſenſu rationis, quia talis appetitus eſt mortalis culpa, quando ratio nō cohibet hunc appetitum, cum poteſt. Hic ſiquidē ſpiritus cum exercitu ſuo ad octo luxuriæ differentias per opera, vel conſenſum impellere elaborat atque contaminare, videlicet ad fornicationem, quæ eſt ſoluti cum ſoluta: Ad meretricium concubēdo cum publicè venali, vel ſectādo vagam libidinem cum diuerſis: Ad adulteriū, quo violatur coniugalis thorus: Ad ſtuprum, quo corrumpitur integritas virginalis: Ad H
ſacrilegium, quod eſt cum læditur continētia Deo ſacratā, vt in religioſis & clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, & in his qui emiſerunt continentiæ votum. Ad inceſtū, quo vinculum conſanguinitatis, vel affinitatis, vel paternitatis cōtaminatur. Ad horrendum peccatum cōtra naturam: quo peruertitur naturalis vſus. Et etiam ad impetuoſum vſum coitus coniugalis, & hoc ad ſatiandam libidinem per meretricia blandimenta, vel cōtra naturalem modum, vel tempore & loco prohibito, vel in mēſtruo fluxu. Nec tantum ad ſcelera hæc, verum ēt ad filias luxuriæ quæ ſunt octo, conatur impellere.

Laborat impellere aīas ad 8. luxuriæ d. tas hic ſpiritus.

A impellete. Hoc eſt ad mentis cecitatem, ſciens ꝙ in opere luxuriæ tota ratio abſorbetur, ad inconſidetationem, ſ. mortis atq; inſerni. Ad inconſtantiam, i. ad cogitãdum & deſiderandum nunc iſtud, nunc illud. Ad amoré ſui, ſcilicet quo homo deſideret longam vitam ad complendum voluptaté ſuã. Ad præcipitationem, qua quis præcipitãter ad peccatum currit exponens ſe periculo mortis propter luxuriam adimplendã. Ad odium Dei, quod in anima generatur, quãdo Deus abſtrahit atque punit eos, qui ſequuntur delicias carnis, ad quas luxuria ipſa inclinat. Ad affectum præſentis vitæ, i.
B ad affectum honorum, deliciarum, diuitiarum, ſanitatis, fortitudinis & huiuſmodi, per quæ luxurioſus conſequitut finem ſuũ. Ad futuri ſeculi deſperationé, quę eſt diffidentia veniæ vel gratiæ, vel glotiæ conſequendæ. Et ad hunc finem, tanquam ad finé luxuriæ conſummatæ, toto conatu ſpiritus iſte laborat. Tres pręfatos principales, quos Sathanas ſeruat per ſe & per ſuos, ad periclitandum humanum genus, ſeruauit, Matt. 4. cum in deſerto tentauit Chriſtum. Primo enim conatus eſt ſeducere eius rationalem per ignorantiam, cum ait: Hæc omnia tibi
C dabo, ſi cadens adoraueris me. Secũdo conatus eſt accendere eius cõcupiſcibilem per malitiam, di. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Tertio conatus eſt impellere ſuam iraſcibilem per impotentiam, cum ait: Si filius Dei es, mitte te deorſum.

DOMINICA DVODECIMA, vel decimaſeptima poſt Pentec.

De diuina dilectione, & quare & quomodo diligendus eſt Deus.

Sermo.

D Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et in tota mẽte tua. Matth. 22. ſecũdum enim Nic. de Lyra ſuper hunc locum Matth. hoc præceptum in quatuor locis traditur ſcripturæ. Primo Deuter. 6. vbi ponũtur tria: ſcilicet, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota fortitudine tua. Secũdo Mat. 22. vt patet in propoſito verbo, vbi patet, ꝙ dimittitur fortitudo & additur vnum, ſ. & tota mente tua. Tertio vero Mar. 12. ponũtur iſta tria, & additur, & ex tota virtute E
tua, quod idem eſt, quod dicitur Deuter. 6. & ex tota fortitudine tua. Quarto autem Lu. 10. eodem modo habetur, niſi ꝙ ibi dicitur, Et ex omnibus viribus tuis, quod idẽ eſt ꝙ ex virtute vel fortitudine tua. Ex his patet, ꝙ quatuor ſunt de neceſſitate huius præcepti: ſcilicet, Diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Cuius ratio eſt, quia diligere eſt actus voluntatis. Duplex ſiquidem voluntatis eſt actus. Vnus eſt elicitus, alius eſt imperatus. Actus elicitus eſt, qui immediatè egreditur ab ipſa voluntate. & hic F
actus tangitur, cum dicitut, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, hoc eſt ex tota voluntate. Nam ſicut ex corde otitur motus ad alias corporis partes, ſic voluntas alias potentias animæ mouet. Actus autem imperatus ipſius volũtatis, eſt actus alterius potentiæ mouentis ad ſuum actum per ipſam voluntatem. & ex hoc triplex amor in anima generatur. Primus eſt intellectualis, ſecũdus eſt ſenſualis, tertius effectualis. Nam primo per ipſam voluntatem per charitatem informatam intellectus mouetur ad aſſentiendum his, quæ fidei ſunt, & ad meditandum de Deo dilectio. Et hic G
actus denotatur, cum dicitur, ex tota mẽte. Ibi enim mẽs, ſumitur pro ipſo intellectu, & ſic eſt amor intellectualis. Secundo per voluntatem mouetur appetitus ſenſitiuus, vt conformetur parti ſuperiori: quia ſicut ſpera ſuperior ſuo motu mouet inferiores: ita voluntas mouet appetitum ſenſitiuum, vt habetur 3. de anima. Et hic actus notatut, cum dicitur, ex tota anima. Per animã quippe intelligitur hic pars ſenſitiua, ſecũdũ ꝙ ſcribitur Gen. 1. vbi dicitur, Et factus eſt homo in animam viuentem, i. vitam animalem & ſenſibilem corpori dantem, vt dicit glo. Et hic dicitur amor ſenſualis. Ter- H
tio per voluntatem mouentut potentiæ motiuæ & executiuæ ad operandum ex dilectione. & de hoc ſubditut, Et ex tota fortitudine tua, ſeu ex omnibus viribus tuis, quod idem eſt. hæc ille. Et in hoc denotatur amor effectualis. Ait igitur, Diliges Dominum Deum tutum ex toto corde tuo, & in tota anima tua & in tota mente tua. In quibus ſacratiſſimis verbis tria contemplemur de diuina dilectione. Primo dilectionis actum ibi, Diliges. ſecundo dilectionis obiectum ibi, Dominum Deum tuum. tertio dilectionis modũ ibi, ex toto corde, &c. In primo intelliges actum meritorium, in ſecundo

Rō dilectionis.

Triplex amor in anima.

Tria cõtẽplanda de diuina dilectione.

A ſecundo obiectum glorioſum, in tertio modum fructuoſum. Seu aduertes in ſupradictis verbis, actum nobiliſſimum, obiectum digniſſimum, & modum perfectiſſimum.

Articvlvs Primvs.

Quòd ſuper omnia Deus à nobis quærit dilectionem.

Primo dilectionis actus. PRimo inquam circa diuinam dilectionem contemplemur dilectionis actum nobiliſſimum, qui eſt diligere. Diliges, inquit B Dominus. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ non præcepit Dominus Deum cognoſcere, nec inſuper Deum timere, nec etiam diligi: ſed præcepit eum diligere.

Quare potius præcepit nobis Deus eum diligere, quàm cognoſcere. Cap. I.

Non præcepit Dominus Deũ intelligere, ſed diligere. PRimo inquam non præcepit Dñs Deum intelligere ſed diligere dicens, Diliges. Ratio eſt, quia quadruplex eſt differentia inter intelligere & amare. Prima eſt ex parte boni vel mali, ſecunda ex parte meriti, tertia ex parte doni impenſi, quarta ex parte præmij. *Nã quadruplex ẽ dĩta ĩter diligere et amare.* Prima differentia eſt ex parte boni vel mali. Nam ex cognitione boni vel mali, per ſe homo non eſt bonus vel malus: ſed ex amore boni vel mali eſt homo bonus vel malus. C Ratio eſt, quia ille eſt bonus vel malus, qui gaudet vel triſtatur bene vel male, ſecundum Philoſophum 2. Ethicorum. Sed amor eſt cauſa gaudij vel triſtitiæ non cognitio: ergo amor rectus vel non rectus cauſa eſt, ꝙ aliquis bonus vel malus ſit, & non cognitio. Auctoritate etiam confirmatur. vnde Auguſt. in lib. retract. ait: Voluntas eſt, qua peccatur. Poteſt tamen per accidens in cognitione peccati & vitium rerum etiam eſſe peccatum: & hoc duplici ratione. D Primo propter abſtractionem, ſecundo propter affectionem. Primo propter abſtractionẽ, videlicet dum quis peccata mala vel aliqua vilia conſiderat, vel cognoſcit a nobilioribus & vtilioribus cognoſcendis, vel cogitandis abſtrahitur vel impeditur. Secundo propter affectionem, ſ. dum ex conſideratione vel meditatione peccatorũ vel aliorũ vilium in affectiones indebitas inclinatur, ſecundum Tho. contra Gentiles, lib. 3. c. 7. Secunda differẽtia eſt ex parte meriti, quia diligere Deum in præſenti vita, maioris eſt meriti, quàm cognoſcere eum. Ratio eſt, E quia ex hoc, ꝙ homo diligit Deum amore amicitiæ, ſicut Dominum & creatorem ſuũ magis facit Deum quaſi debitorem ſuum, vt benefaciat ei, quàm ex hoc ꝙ cognoſcit eum. Vnde licet intelligere vel cognoſcere ſimpliciter & abſolutè actus nobilior ſit, atque nobilioris potentiæ, quàm ſit diligere: tamen quantum ad meriti rationẽ diligere magis neceſſarium eſt. Quia quod nõ ſit ex amore Dei vel ſaltẽ cũ amore eius, bene fieri non poteſt, ſaltẽ bonitate perfecta: ſicut ſi conſideretur ꝙ inter alia condimenta ſal melius eſt. Non quia ſimpliciter melius ſit, ſed quia magis neceſſarium, eo ꝙ abſq; illo non eſt bonus ſapor. Tertia differentia eſt F ex parte doni impenſi. Nam ſummum donũ, quod homo in hac vita Deo impẽdere põt, eſt Deũ amare amore amicitię. Cuius ratio eſt, quia ex quo dat ſibi amorẽ ſuum, ſi perfectè dat, conſequens eſt, ꝙ paratus ſit dare omne, quod poteſt. Et quãtum ad hoc Deum amare excedit cognoſcere Deũ. In alia vero vita ſummũ, quod creatura rationalis poterit impẽdere Deo, erit videre eũ, quod eſt ſummè manifeſtatiuũ ſuæ perfectionis. Ratio huius eſt, quia tota ſubſtãtialis gloria attribuitur viſioni. Vñ ſuper propheticũ illud, Oſtendã illi ſalutare meum, Glo. inquit, ꝙ viſio eſt tota merces. Et eſt verbũ Aug. 3. de tri. c. penul. Ad hoc ẽt Ioã. 14. Oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis. G Et Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ Deum. ſm enim Bona. in 4. iſti tres actus, ſ. viſio, dilectio & poſſeſſio Dei in patria, ſunt in anima omnino coniuncti atq; connexi. Vnde qui perfectè videt, perfectè amat & habet. proinde in ſanctorũ verbis propter connexionẽ, quod eſt omniũ, attribuitur vni. Magis aũt viſioni appropriatur, quia in viſione diſtinguitur ſtatus patriæ a ſtatu viç: nõ ſic aũt in dilectione, quia vtrobiq; dilectio eſt. Sed in patria eſt viſio, non in via. Nam in via credulitas eſt de nõ viſo. H hæc ille. Quarta differentia eſt a parte præmij. Nam perfectius eſt amare Deum amore amicitiæ, quàm amare eum amore concupiſcẽtiæ, aut videre Deum ſm quod eſt commodum hominis. Sed videre Deũ ſm quod eſt manifeſtatiuum diuinæ bonitatis, eſt perfectius quàm amare Deũ quocunq; mõ, vel q̃ videre Deũ, ſm ꝙ eſt proprium commodũ hominis. Sicut verbi gratia: Qui dat ouum alicui, plus dat ei virtualiter, q̃ ſi daret ei gallinã, quia in ouo cõtinet virtualiter bon⁹ gallus, vel bon⁹ capo.

A Et hoc modo qui dat voluntatem ſuam, ſiue amorem ſuum Deo vel alteri, ſi perfectè dat, conſequens eſt ꝙ paratus ſit dare ſibi quicquid poteſt. Sed actualiter & formaliter ſicut plus dat, qui dat gallinã q̃ ouum, ſic pluſquã poteſt creatura rationalis impẽdere ad honorem Dei eſt ipſum videre, eo ꝙ inter omnia ſummè manifeſtatiuum eſt ipſius diuinæ bonitatis. Et hoc modo actus intellectus, qui eſt intelligere, nobilior & perfectior eſt actu voluntatis, qui eſt ipſum amare. Hæc magiſter Henricus ordinis Prædicatorum, in lib. de quatuor materijs, materia 4. 10. q. ſm vero Tho. in 3. diſt. 27.

B ar. 4. Amor Dei in via melior eſt, quàm cognitio Dei. Primo, quia amor Dei habet rationem meriti, non autem cognitio. Secũdo, quia cognitio Dei in patria euacuatur propter hoc qđ habetur mediantibus creaturis: Amor autem Dei nunquam euacuatur, quia charitas nunquam excidit, vt dicitur j. Corin. 13. Immo perficitur, ſ. in gloria ſempiterna. Tertio, quia in via Deus immediatè amatur: non autem immediatè cognoſcitur. Quarto, quia amor pertingit vſq; ad intima, non autem cognitio. Vnde Hug. de ſancto Vict. ſuper illud Dyoniſij 7. c. de di-

Amor Dei ĩ via melior eſt quã cognitio.

C uinis nominibus. Mobile & acutum dicit, ꝙ dilectio ſupereminet ſciẽtię, & maior eſt ſcientia intelligentia: plus enim diligit, q̃ intelligit: & intrat dilectio, vbi ſcientia foris ſtat. In patria vero viſio Dei nõ erit ſine amore in pręmio, ſicut nec in via amor fuit ſine cognitione in merito: tamen præmium magis attribuitur cognitioni in patria, meritum autẽ magis attribuitur amori in via. Cuius ratio eſt, quia præmium non eſt ſm operationem, ſed ſecundum receptionem, qua quis in ſeipſo perficitur. Meritum autẽ eſt ſm operationem, qua quis in remuneratorem ſe extendit & ei ſe coniungit.

D

Quare præcepit nobis Dominus potius ipſum diligere, quàm timere. Cap. 2.

Non præcepit Dñs Deũ timere, ſed diligere.

SEcundo non præcepit Dominus Deum timere, ſed diligere. Diliges inquit. Ratio eſt, quia diligere maius eſt, quàm timere. Et hoc propter quatuor rationes. Prima eſt, quia timere eſt ſeruorum: ſecunda eſt, quia timor ſub neceſſitate eſt; dilectio vero in libertate: tertia eſt, quia timor pœnam habet, dilectio vero non ſentit pęnam, ſed gaudium & lætitiam: quarta ratio eſt, quia qui in timore ſeruit Deo, pęnam quidem euadit, mercedem vero iuſtitiæ nõ acquirit, quia bonum inuitus propter timorẽ facit. Nõ vult igitur Deus ꝙ timeatur quaſi Dominus, ſed vt diligatur quaſi pater pius, qui adoptionis ſpiritum hominibus largitus eſt. Has rationes ponit Chryſoſt. ſuper prædictum verbum Matth. E

Diligere enim maius ẽ, quã timere.

Quare præcepit Deus potius diligere, quàm diligi. Cap. 3.

Non pcepit Dñs Deũ diligi, ſed diligere. actꝰ enim charitatis nõ conſiſtit in amari, ſed ĩ amare pp quatuor rationes.

TErtio non præcepit nobis Dominus diligi, ſed diligere: ad denotandum ꝙ actus charitatis, ſeu amicitiæ vel amoris nõ cõſiſtit in amari, ſed in amare, quod probatur quadruplici ratione. Primo ratione cognitionis, ſecundo ratione commendationis, tertio ratione obligationis, quarto ratione præmiationis. Primo ratione cognitionis. Nam nobilius & certius eſt quod ſcitur, quàm quod creditur, ſed quod amemus alios ſcimus: ꝙ autem amamur, non ſcimus ſed credimus. Secundo ratione commendationis: patet enim ꝙ amici laudantur ex hoc, ꝙ amant, non ex hoc ꝙ amantur. hæc enim laus amantium eſt: ſcilicet ꝙ amant. Pręterea vnuſquiſque laudatur ſecundum propriam virtutem, ſed G virtus amicorum attenditur ſecũdum hoc, quod eſt amare. Quod enim amamus alios, eſt propriæ virtutis, ſecundum ꝙ amamur ab aliis alienæ virtutis eſt. Tertio ratione obligationis. Nam melius eſt ꝙ alij obligẽtur nobis, quàm nos alijs: ſed cum amamus nobis alios obligamus: cum vero amamur alijs obligamur. Quarto ratione præmiationis. Nam illud quo meremur & præmiamur, eſt melius eo quo nec meremur, nec præmiamur: ſed cũ amamus, meremur nobis & præmiamur: cum vero amamur, alij merentur ſibi & præmiantur. Hoc quoque atteſtatur etiam Auguſt. in lib. de cate- H chizãdis rudibus, di. Nulla maior eſt inuitatio ad amorem, quàm pręuenire amando, vel amantem. Et nimis durus eſt animus, qui ſi dilectionem nolebat impendere, nolit rependere. Seneca quoque in epiſtola de amicitia ad Lucillum ait: Si quæris quomodo ſis facturus amicitiam, vel amicum: mõſtrabo amatorium ſine medicamento herbarum, ſine vllius veneficij carmine. Si vis amari, ama. Et ſubdens cauſam ait: Iucundius eſt amatum facere, quàm habere: quomodo artifici eſt iucundius pingere, quàm pinxiſſe. Idem etiam poteſt ſimilitudine demonſtrari. Nam matres, quarum vehemẽs eſt

A eſt amor ad filios, magis gaudent & delectantur in hoc ꝙ filios amant, quàm quòd amentur ab eis. Sunt enim pleręq; matres, quæ nutricibus ad nutriendū filios tradūt, & ſcientes eos eſſe filios ſuos diligunt eos, nec tunc multum curant ꝙ reamentur ab eis: quia infantes & ignorantes ſunt. Et ſic filios amant, licet non poſſint retribuere eis conuenientem dilectionem, quia eas ſuas eſſe matres ignorant.

Quare præcepit nobis Dominus tantum diligere. Cap. 4.

Principaliter Dñs nō ꝑcepit aliud, q̄ diligere ꝑꝑ quatuor rationes.

B QVarto autem nō præcepit Dominus principaliter aliud, quàm diligere, & hoc maximè propter quatuor rationes. Primo propter facilitatem, ſecundo propter ſuauitatem, tertio propter gratioſitatem, quarto propter vnitatem. Primo inquam propter facilitatem. Nam nihil eſt tam facile, tam liberum & tā in hominis poteſtate, ſicut diligere. proinde nemo ſe poterit excuſare de mandato dilectionis. Nam qui diligit, non laborat, imò amor cuncta leuia reddit: voluntas enim eſt, quæ diligere habet, ipſa libera eſt. Sola C cum amore ſufficiens eſt, forinſeco adiutorio non eget. Merito ergo Dominus Deuteron. 30.c. ait: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, hodie non ſupra te eſt, neque procul poſitum, neq; in cœlo, &c. ſed q.d. In te eſt locus & poteſtas dilectionis, ideſt in corde tuo. proinde Lu. 17. Dominus ait: Regnum Dei, ideſt libera voluntas, vnde ꝑ dilectionem acquiritur regnum cœlorum, intra vos eſt. Secundo propter ſuauitatem, quia amor omnia ſuauia reddit, vnde Bern. ait, Amanti nihil difficile eſt. Merito ergo ad hanc ſuauitatē dilectionis hortatur Dominus, Matth. 11.c.d. Tollite iugum meum ſuper vos. & ſequitur, Iugum enim meum D ſuaue eſt & onus meū leue. Eſt enim amor ſuauiſſimum manna, quod ſecundum diuerſas diſpoſitiones & ſtatus hominum diuerſimodè animæ guſtui ſapit. Quod cum propheta guſtaſſet, alios adhortatur dicēs, Delectare in Domino, ideſt in amore Dei, & dabit tibi petitiones cordis tui. Tertio propter gratioſitatem, quia amor Dei omnia opera noſtra gratuita reddit ei. Non enim coacta ſeruitia amat Deus, ſed gratuita tantum. Vnde j. Corinth. 13. Apoſtolus ait: Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodeſt. Quarto propter vnitatem, ideſt vt vnus ſpiritus fiat anima noſtra per dilectionem cum Deo. Nam, vt 1. Corinth. 6. Paulus atteſtatur: Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Hæc autem adhæſio non fit, niſi per dilectionem & charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis, quo membra ſuo capiti Chriſto per omnes coniuncturas connectuntur in vnum corpus, hoc vinculo cum Chriſto ligatus erat Apoſtolus: proinde audenter ad Rom. 8. c. ait, Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? F Validum profecto vinculum eſt, cui nulla violentia pręualet inſeparabiliter continens amantem pariter cum amato. Hæc ſiquidem charitas eſt, qua homo ſecundum cor Dei totis votis vnitur Deo glutino, quod non diſſipatur, & vinculo quod non diſrumpitur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De quadruplici ſenſu, vel intellectu obiecti diuinæ dilectionis.

SEcundo circa diuinam dilectionē conſideremus dilectionis obiectum digniſſimum, de quo ſubditur, Dominum Deum tuum. Quod tripliciter exponi poteſt, ſecundum quadruplicem ſenſum. G

Primus ſenſus, & Cap. primum.

Deus ſuper oīa ē diligēdus ꝑpter triplici.

PRimus ſenſus eſt, ꝙ Deus ſuper omnia eſt diligendus, & hoc triplici ratione. Primo ratione potentiæ, ſecundo ratione ſapientiæ, tertio ratione clementiæ. Primo quidem ratione potētiæ. Et de hoc ait: Diliges Dominum, qui eſt creator ad eſſe, recreator ad bene eſſe, glorificator ī optimo eſſe. H proinde Ioſue 23. ſcriptum eſt: Diligentiſſimè pręcauete, vt diligatis Dominum Deū veſtrum. Secundo eſt ſuper omnia diligendus ratione ſapientiæ. Propterea ſubdit, Deum. Nam, vt dicitur Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, quod patet ex tribus diffinitionibus Dei. Prima hęc eſt: Deus eſt, quo nihil melius cogitari poteſt. Secunda eſt, Deus eſt amor, qui plus habitus, plus placet. Tertia eſt, Deus eſt cuius poſſe non numeratur, cuius eſſe non clauditur, cuius bonitas non terminatur. Tertia eſt ſuper omnia diligēdus

A ratione clementiæ: propterea ſubdit, tuum: & de hoc propheta inquit, Ipſe eſt Dominus Deus noſter. Et iterum Deuteron. 30. Conſidera vt diligas Dominum Deum tuũ.

Secundus ſenſus, & Cap. ſecundum.

SEcundus ſenſus eſt iſte. Primo inquit, Diliges Dominum, qui eſt principium creationis & gubernationis creaturæ: Secundo diliges Deum, in quo eſt exẽplar diſpoſitionis, & cauſa regiminis, Deutero. 32. Nonne ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit & creauit te? Tertio diliges tuum,
B in quo eſt finis & conſummatio gloriæ ſempiternæ. j. Ioan. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in ea, in Deo manet, & Deus in eo.

Tertius ſenſus, & Cap. tertium.

TErtius ſenſus eſt ſuperaddendus: ait enim primo, Diliges Dominum, ſ. vt creatorem in eſſe, quia ad eum diligendum inducit natura. Secundo diliges Deum, ſ. vt redemptorem in bene eſſe. Vnde ad dilectionem eius inducit gratia. Tertio diliges tuum glorificatorem in optimo eſſe: ſic enim fit tuus. Et ideo ad eum diligendum inducit gloria, quam expectando iuſti deſiderant. Pſal. Quemadmodum deſi
C derat ceruus ad fontes aquarum, &c.

ARTICVLVS TERTIVS.

De modo diuinæ dilectionis, qui viginti modis exponi poteſt.

In Dei dilectione Dñs ante præmiſit duo.

TErtio circa diuinam dilectionem cõtemplemur dilectionis modum perfectiſſimum. Et de hoc Dominus ſubdit, Ex toto corde, &c. Vbi aduertendũ eſt, ꝙ in dilectione Dei Dñs duo ante præmiſit. Primo integritatẽ, ſecundo quantitatem. Primo inquam præmiſit integritatem,
D cum dicit, toto. Nã totum dicitur illud, cui nulla ſuarũ partiũ deeſt, ſfm Philoſophũ. 5. Metha. Sic ſpiritualiter in Dei dilectione nulla ſubtractio, ſeu diminutio debet eſſe. vnde ſuper illud verbũ Deuter. 6. Diliges Dñm Deum tuũ, &c. ait glo. ꝙ triplicis naturæ eſt anima, ideo tripliciter iubetur diligere. Non vult Deus amorẽ ſuũ partiri, vt ſimul diligamus Dñm & aurũ, vel vxorẽ, & filios. Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Matth. 6. Ipſe ſuper omnia eſt diligendus, ideo eius dilectioni præponitur totũ, cum dicitur, Diliges Dñm Deum tuum ex toto E corde tuo. Secundo præmittit quantitatem ſeu magnitudinẽ amoris Dei, cum ẽt dicit totum: Nam totum, & perfectũ idem penitus ſunt, ſfm Philo. 3. phiſic. per quod intelligit plenitudinẽ & perfectionem diuini amoris. Vnde ſuper illud verbũ, Lu. 10. Diliges Dñm Deum tuum ex toto cor. tuo, &c. Baſilius ait: Quantuncunque dilectionis in infimis expẽderis, hoc tibi neceſſario deficiet a toto. Quod per exemplum oſtẽdit dicens: Sicut. n. in vaſe aliquo pleno liquore quantum emanat foras, tantum neceſſe eſt plenitudinẽ derogare: ſic & in anima quãtum emanauerit, vel defecerit a Dei dilectione & deflexerit ad illicita, tanto neceſ- F ſarium eſt minui amorem Dei. Modũ autem perfectiſſimum diuinæ dilectionis diuerſi Doctores diuerſe expoſuerunt, vnde de hoc quinq; quaternarios ſubiungamus.

Quod quadrupliciter exponitur modus diligendi Deum. Cap. 1.

Modus diligendi Deũ quadrupliciter exponitur.

PRimo autem modo exponitur ſfm intelligentiam naturalem. porro dilectio eſt voluntatis actus, qui hic per cor denotatur. Cuius ratio eſt, quia ſicut corporale cor eſt principiũ omnium corporalium motuũ, ſic ẽt volun- G tas eſt principium omnium ſpiritualiũ motuum. Tria quidem ſunt principia, quæ mouentur a voluntate, ſ. intellectus, qui ſignatur per mentem. Vis appetitiua, quæ ſignatur per animã, & eius executiua exterior, ꝙ per fortitudinẽ ſeu virtutẽ ſignatur, aut per vires. Secũdo modo ſic. Diliges Dñm Deũ tuũ ex to. cor. tuo. i. ex tota tua intentione, vt tota intentio noſtra feratur in Deum. Ex tota mente. i. ex toto intellectu, ita ꝙ totus intellectus noſter ipſi Deo ſubijciatur. Et ex tota anima, i. appetitu interiori, ita ꝙ totus noſter appetitus reguletur ſecundum Deũ. H Et ex tota fortitudine, vel virtute, ſeu viribus, hoc eſt ex omni actu exteriori, ita ꝙ omnis actus noſter exterior obediat ſummo Deo. Hæc ſecundum Thomam. Tertio modo exponitur ſecundum Chryſoſt. ſuper illud Matt. 22. hoc modo. Diligere Deũ ex toto corde eſt, ꝙ cor tuum non ſit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quàm Dei. Diligere Deum ex tota anima eſt certiſſimum animum, vel intellectum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Qui enim credit apud Deum eſſe omne bonum, & nihil boni eſſe extra ipſum:

A ipſum: hic diligit Deum in tota anima. Diligere vero Deum in tota mente eſt, vt omnes ſenſus tui Deo vacent. Cuius enim intellectus Deo monſtrat, cuius ſapientia omne donum, cuius cogitatio ea quæ Dei ſunt tractat: cuins memoria ea, qnæ Dei ſunt recordatur, tota mente diligit Deum. Quarto autem modo exponit Auguſti. lib. 1. de doctrina Chriſtiana, vbi refert cor ad cogitationem, animam ad vitam, mentem ad intellectum. Vnde ſic ait: Deum ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima tua, vt omnem vitã tuam: ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in illum conferas, a quo habes
B ea, quæ confers. Nullam ergo vitæ noſtræ partem reliquit, quę vacare debeat, & quaſi locum dare, vt alia re velit frui. Et ſubdit: Tũc eſt enim optimus homo, cum tota vita ſua pergit in incommutabile bonum.

Secundo addantur quatuor alij modi diligendi Deum. Cap. 3.

Aliter & quatuor modis exponitur.

SEcundo addantur quatuor alij modi. Primo modo exponit glo. di. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, i. intellectu, vt deſit error. Ex tota aĩa, id eſt voluntate, vt tollatur omnis contraria
C affectio. Ex tota mente. i. memoria, vt abſit obliuio, vt nihil ei contrarium ſentias, velis, vel recorderis. Secũdo modo exponit Origenes dicens, Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, i. ſecundum totam recordationem, & cogitationem & operationem. Ex tota anima, vt paratus ſis eã ponere pro pietate Dei. In tota mente, vt nihil aliud proferas niſi quæ Dei ſunt. Tertio modo exponit Grego. Nicenus ſuper 10. c. Lu. di. In terra autem quædam animæ vis diſcernitur. Vna eſt vegetabilis, & hæc eſt augmentatiua & nutritiua ſolum, quæ etiã
D in plantis reperitur. Alia eſt anima ſenſibilis, quæ ſaluatur in natura irrationabilium animalium. Alia eſt anima perfecta, ſcilicet rationalis, quæ in natura humana inſpicitur. Dicendo ergo cor, ſignat animam vegetabilem: dicendo vero animam ſignificat animam mediocrem: dicendo autem mentem, ſignificat animam altiorem, ſcilicet rationalem, ſeu intellectiuam. Ergo dilige ex toto corde, quantum ad animam vegetabilem: ex tota anima, quantum ad ſenſibilem: ex tota mente, quantum ad rationalem: quia hoc quod nutrimur, ſentimus & intelligimus, debemus ad Deum referre.

Quarto modo exponit Bernard. in lib. de diligendo Deum. Dilige toto corde prudenter, tota anima dulciter, tota virtute tua fortiter. Et ſubdit, Diſce Chriſtiane homo amare Chriſtum. Sed quomodo? ama dulciter, ne illectus: ama prudenter, ne deceptus: ama fortiter, ne depreſſus ab amore Domini auertaris. Dilige eum ſapienter, ne deceptus ab errore diaboli: dilige dulciter, ne illectus ab amore carnis: dilige fortiter, ne abſtractus ab amore mundi. Et ſubdit: Non abduci blandicijs, nec ſeduci fallacijs, nec frangi iniurijs: eſt Deũ toto corde, tota anima & tota fortitudine diligere. Hæc autem expoſitio ſumitur penes impedientia Dei dilectionem. E F

Tertio ſubdantur alij quatuor modi diligendi Deum. Cap. 3.

Alij quatuor modi diligendi Deum.

TErtio quatuor modi alij ſubdantur. Primo modo exponit Hugo de ſancto Victo. di. Dilige Dominum Deũ tuum ex toto corde, id eſt ex deuotione, quo ad virgines: ex tota anima, id eſt diſcretione, quo ad confeſſores: ex tota virtute, id eſt perſeuerantia & fortitudine, quo ad martires. Secundo modo Auguſti. exponit dicens, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, id eſt ex toto intellectu ſine errore. Ex tota anima, id eſt ex tota voluntate G ſine contradictione: ex tota mente, id eſt memoria ſine obliuione. Hæc expoſitio ſumitur penes diligens, quod eſt anima quam tota dilectio diuina requirit. Tertio modo exponitur ſecundum G ego. Ex toto corde, ex tota anima & ex tota mente diligere Deum, eſt ſuper omnia diligere eum. Et eſt conculcatio verborum, quæ ſignificat excellẽtiam amoris, vt ſit eiuſdem crebra ingeminatio ad fortius exprimendum, & H imprimendum altitudinem, & vehementiam mandati Dei. Quarto modo exponitur, ſecundum Alexan. de Ales ſuper 10. c. Luc. qui ait, quòd iſta quatuor reducuntur ad tria. Vt hoc membrum, ex totis viribus tuis, referatur ad quodlibet aliorum trium, quaſi modus, vt ſit ſenſus:

Diliges Dominum Deum
tuum ex totis viribus
totius cordis tui,
& ex totis
viribus
totius animæ tuæ, &
ex totis viribus
mentis tuæ.

A *Quarto addantur quatuor alij modi diligendi Deum. Cap. 4.*

Alij quatuor modi.

QVarto exponitur hoc præceptum alijs quatuor modis. Primo modo ſecundum Alexand. de Ales, ſuper 12. cap. Mar. vbi ait, quòd ad determinationem modi dilectionis ponuntur quatuor modi. Cum enim Deus, qui diligendus eſt: vna ſit eſſentia in tribus perſonis, & anima rationalis ſit eius imago: quia vna ſubſtantia eſt in tribus potentijs, ſcilicet memoria, intelligentia & voluntate: ideo intentio amoris in Deum perfectè
B ab ipſa eſſentia animæ ſignatur. Dicitur ergo, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ideſt ex tota diligentia, vt omnis intellectus tuus ſit ſubditus intellectui Dei, iuxta propheticum illud, In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me a mandatis tuis. Ex tota anima, ideſt ex tota voluntate, vt omnis voluntas tua voluntati diuinæ ſubdita ſit, iuxta illud Deuteron. 11. Diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra. Ex tota mente tua, ideſt tota memoria. Et de hoc Tob. 4. ait. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente
C habeto Deum, & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri. Et iterum Prouerb. 15. c. ſcriptum eſt, Mens iuſti meditabitur obedientiam. Et ex tota virtute tua: hoc eſt ex tota vi rationalis ſubſtantiæ. vnde Tob. 14. ait Tob. filio ſuo & nepotibus ſuis. Filijs veſtris mandate, vt faciant iuſtitias & elemoſinas, vt ſint memores Dei, & benedicant Deum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua. Secundo modo poteſt exponi, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ideſt intelligētia cognoſce ſummam veritatem, Sapiē. 7. Super ſalutem &
D ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Ex tota anima, ideſt voluntate ama ſummam bonitatem, Eccleſiaſt. 7. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes. Ex tota mente tua, id eſt memoria recole creatricem poteſtatem. Eccleſiaſti. 12. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ. Ex tota virtute tua, ſcilicet exhibendo illi tuæ perpetuitatis æternitatem. Tertio modo poteſt exponi, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quia Dominus: ex tota anima tua, quia Deus: & ex tota mente tua, quia tuus.

Quarto modo, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ſcilicet cogitando, in pſal. 118. In corde meo abſcōdi eloquia tua, vt non peccem tibi. Ex tota anima tua, deſiderando. Eſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis mane vigilabo ad te. Ex tota mente tua, ideſt recordando. Eſa. 63. Miſerationum Deum recordabor, laudem Deū ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus. Ex tota virtute tua, ideſt operando ſecundum quòd miſticè. 2. Reg. 6. ſcriptum eſt, quòd Dauid ſaltabat totis viribus ante Deum. E

Quinto ſubduntur alij quatuor modi diligendi Deum. Cap. 5. F

Aliæ quatuor expoſitiones.

QVinto addantur quatuor aliæ expoſitiones. Prima eſt Nico. de Lyra exponentis illud Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Vbi ait, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ideſt ex toto motu voluntatis tuæ, quæ hic cordis nomine deſignatur. Nam ſicut cor alia membra mouet: ſic & voluntas mouet potentias animæ & actus ſuos. Et ex tota anima tua, ideſt ex toto intellectu, ac ſenſitiuo appetitu, vt ex motu dilectionis Deo G
ſit ſubditus intellectus, maximè in his quæ pertinent ad ipſam fidem. Et appetitus ſenſitiuus ſit, ſecundum ordinem diuinæ dilectionis regulatus. Et ex tota fortitudine tua. Per hanc deſignatur vis exterior executiua. Quod fit cum exterior noſter actus cum diuina dilectione exequitur imperiū voluntatis promptè & expeditè. Secunda expoſitio eſt, vt dicatur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, hoc eſt omnes cogitationes tuas in Deum dirige. Ex tota anima tua, ideſt affectionis in Deum retorque. Ex tota mente tua, hoc eſt omnes cogitationes altiſſimo Deo ſubde. Et ex tota H
fortitudine tua, ideſt omnes operationes propter Deum exerce. Tertia expoſitio eſt Ioan. de Pictiano ſuper Cantica Canti. qui ait, ꝙ amor ſeu affectus hominis ad tria diuidi, ſeu affici poteſt. Primo ad res exteriores, ſecundo ad res interiores, tertio ad res ſuperiores. Primo quidem amor afficitur ad res exteriores, cuiuſmodi omnia ſenſibilia dici poſſunt, vt puta omnes diuitiæ, omnes delitiæ, omnes magnificentiæ. Et hic amor ſeu affectus in corde deſignatur. Eſt enim cor domicilium vitæ, principium motus & ſenſus. Eſt inſuper organum concupi-

Affectus hominis ad tria affici poteſt.

A ſcibilis & iraſcibilis. Intelligitur ergo in
toto corde amor & affectio ab omnibus
ſenſibilibus & tráſitorijs eleuata in Deum,
vt humana mens nullo affectu, hoc eſt nul-
la complacentia, ſeu diſplicẽtia ob rem ſen-
ſibilem de diuino amore quomodolibet di-
ſtrahatur, ſed potius per hæc ſenſibilia in
eorum opificem eleuetur, exemplo pro-
phetæ, qui de ſe ait, Cor meum & caro
mea exultauerunt in Deum viuum, ſcilicet
non in hæc tranſitoria bona, & alibi, idem
ad Deum ait: In toto corde meo exqui. te,
ne re. me a mandatis tuis. Secundus amor
afficitur ad res interiores; vtpote ad pro-
B priam corporalem vitam, & talis affectus
in anima denotatur. Anima quippe ab ani-
mando denominatur, quia animat corpus
quodam naturali affectu. Igitur ex tota ani-
ma Deum diligere, eſt propter diuinum
amorem deſpicere etiam propriam vitam.
Nam ſicut Dominus Ioan. 12. inquit; Qui
amat animam ſuam, perdet eam. Tertio in-
ſuper afficitur homo ad res ſuperiores, vt-
puta ad res ſpirituales & intellectuales. Et
talis affectus in mente ſignatur. Mens enim
ab eminendo dicitur. In mentis ergo no-
mine ſuperior pars ſpiritualis animæ, quæ
in homine eminet, denotatur. Proinde 2.
Corinth. 5. Apoſtolus ait: Siue mente ex-
C cedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis: cha-
ritas enim Chriſti vrget nos. Tota igitur
mente Deum diligere nihil aliud eſt, quàm
omnia intelligibilia deſpicere reſpectu di-
uini amoris. Et in hoc philoſophorum cu-
rioſitas conuincitur & condemnatur, nec-
non & quicunque alij qui anteponũt quã-
cunque ſcientiam diuino amori; ad quem
omnibus præponendum quilibet neceſſa-
rio obligatur. Quarto exponitur ſecũdum
Thomam in lib. de perfectione vitæ ſpiri-
tualis, c. 6. vbi ait, quòd modus perfectionis
dilectionis Dei, quæ conuenit viatori, eſt
vt totum cor hominis habitualiter feratur
D in Deum, ita quòd contra Dei dilectionem
cor hominis recipiat. Et hæc eſt perfectio
vię cui non contrariatur veniale peccatum:
quia non tollit habitum charitatis, cum nõ
tendat in oppoſitum obiectum, ſed ſolum
impedit charitatis vſum. Vnde vt homo
ita Deum diligat in hac vita, quòd cor eius
nihil acciperet, quod ſit contrarium diuinę
dilectioni: talis perfectè diligit Deum. Et
talis diuinæ dilectionis perfectio eſt de ne-
ceſſitate præcepti. Quod autem talis diui-
næ dilectionis perfectio detur homini in
præceptum, patet quantum ad quatuor,
quæ continentur in præcepto diuinæ dile- E
ctionis. Oportet enim quòd ille, qui vult
in hac vita perfectè diligere Deum, qua-
tuor ſeruet. Primum eſt, quòd omnia in
Deum tanquam in vltimum finem referat.
Secundum eſt, quòd intellectum ſuum Deo
ſubijciat. Tertium, quòd omnia quæ amat,
in Deum dirigat. Quartum, quòd omnia
exteriora noſtra ex diuina charitate proce-
dant. Primo enim oportet quòd homo
omnia, quæ agit in Deum, tanquam in vl-
timum finem referat, iuxta illud Apoſt. 1.
Corinthio. 10. Siue manducatis, ſiue bibi-
tis, ſiue aliquid aliud facitis, omnia in glo-
riam Dei facite. Quod quidem impletur, F
cum aliquis vitam ſuam ordinat ad ſerui-
tium Dei, & per conſequens omnia, quæ
propter ſeipſum agit, virtualiter ordinat
in ipſum Deum, niſi ſint talia, quòd a Deo
abducant, quemadmodum ſunt peccata.
Et ſic diligit homo Deum ex toto corde.
Secundo oportet de neceſſitate præcepti,
vt intellectum ſuum homo Deo ſubijciat,
ea credens quæ diuinitus traduntur, iuxta
illud Apoſt. 2. Corinth. 10. In captiuitatem
redigentes omnem intellectum in obſe-
quium Chriſti. Omnis quippe intellectus
quantumcunque ſapientia eleuatus, ſubijci
debet doctrinæ Chriſti; & ſic diligit homo
Deum ex tota mente. Tertio oportet de G
neceſſitate præcepti, vt quæcunque homo
amat in Deo, diligat ea & vniuerſaliter om
nem ſuam affectionem ad Dei dilectionem
referat. proinde dicebat Apoſt. 1. Corinth.
5. Sicut enim mente excedimus Deo: vel
contemplando, ſicut ſit in raptu, ſiue ſobrij
ſumus vobis, vel verba humilia vel ædifica-
toria proferendo, totum ſit Deo, ideſt ad
honorem & gloriam Dei. Et de hoc reddit
rationem dicens, Charitas enim Chiſti, id
eſt charitas, qua dilexit nos Chriſtus, & quã
nobis exhibuit, vrget nos vt omnia pro-
pter Dei gloriam faciamus. Et ſic diligit H
homo Deum ex tota anima. Quarto opor-
tet vt omnia exteriora noſtra verba, & ope
ra ex diuina charitate procedant, ſci-
licet illud Apoſt. 1. Corinth. 45.
Omnia veſtra in charitate
fiant. glo. interlinearis.
Non cauſa inanis
gloriæ, ſed
in chari-
tate, eo q ea quę ſine chari-
tate facimus, non ſunt
meritoria vitæ
æternæ.

Qui perfecte in hac vita vult diligere Deũ quatuor debet ſeruare.

A

DOMINICA DECIMA poſt Pentecoſten.

Contra confidentiam ſuijpſius, & de humiliatione ſuperborum, & exaltatione humilium in Euangelio Phariſæi & Publicani.

Sermo.

B Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Lu. 18. & in Euang. hodierno. ſecúdum Beatum Greg. Mora. 18. & c. 20. ſuper illud Iob 28. Omne precioſum vidit oculus eius. ſciendum magnopere eſt, ꝙ tantum vnaquæque anima ſit precioſior ante oculos Dei, quanto pro amore veritatis deſpectior fuerit ante oculos ſuos, hinc 1. Reg. 15. ad Saul dicitur: Nōne cū paruulus eſſes in oculis tuis, caput te conſtitui in tribubus Iſrael? Ac ſi apertè diceret: Magnus mihi fuiſti, quia deſpectus tibi: ſed nūc quia magnus tibi es factus, es deſpectus mihi. vnde per prophetam Iſa. in c. 5. dicitur: Væ C qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & corá vobiſmetipſis prudentes. Tanto ergo fit quiſque vilior Deo, quanto precioſior ſibi: tanto precioſior Deo, quanto propter eum fit vilior, ſcilicet quia humilia reſpicit & alta à longe cognoſcit. proinde 11. q. 3. c. iniuſtum, ſcriptum eſt: Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. Hanc ſententiam veriſſimam eſſe oſtēdit Dominus, cum in verbo propoſito ait, Omnis qui ſe exal. &c. Quod verbum quædā regula diuina dici poteſt, qui initio creationis rationali naturę. i. Angelis & ho D minibus, tradita eſt a Deo, vt iuxta eā quęlibet creatura ſaluanda, ſeu damnanda eſſet. Vñ de angelica natura, Lu. j. c. glorioſa Virgo hoc manifeſtauit, di. Fecit potentiam in brachio ſuo. i. in filio ſuo Chriſto, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Nomine quippe mentis, oſtendit ſuperbiā Angelorū reproborū præſumptuoſiſſimā extitiſſe, quæ filio Dei Chriſto ſe ſubdere contēpſerūt. Oſtēdit quoq; illā fuiſſe affectuoſiſſimā, ac per hoc malitioſiſſimā, quia ex præcordiali affectu proprię dignitatis contra Dei voluntatē ſe extulerunt: propterea inquit, cordis ſui. In corde quippe ſedes ſanguinis eſt, & affectualis amoris. Ac per hoc manifeſtè oſtendit, ꝙ fuerunt propriæ excellentiæ maximi E amatores, vnde merito ſubdit, Depoſuit potētes de ſede, &c. De quibus plenius dictū eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana Relig. ſerm. 59. ar. 2. quaſi per totum. Hanc quoq; regulā a Deo eſſe ſeruandā in hoībus oſtēdit Dñs in Euang. hodierno, in quo parabolā ponit de phariſęo & publicano, de quibus triplicem differentiam in triplici myſterio ordinatè deſcribit. Nam fuit inter eos primo differens ſtatus, secundo differens actus, tertio differens fructus.

Inter Phariſæū & Publicanū triplicē differentia ſtatū Deus ponit.

Articvlvs Primvs.

De differentia ſtatus phariſæi & publicani.

F

Primum myſteriū ī quo duo inſinuat.

Primum miſterium continet phariſęi & publicani differentiam ſtatus. In quo miſterio duo inſinuantur. Primo quorundā confidentia, ſecundo contra eos parabola.

De quorundam confidentia arroganti, & vitioſa. Cap. 1.

Primo inſinuatur quorundam cōfidentia. Vnde Luc. ait, dixit Ieſus ad quoſdā, qui in ſe, ideſt in ſuis meritis confidebant tanquā G iuſti. i. non verè iuſti, cum non haberent humilitatem, quę eſt fundamētum omnis ędificij virtuoſi. proinde Greg. ait, Eam quippe quam non inuenit humilem veritas, fugit mentem. Talis quippe præſumptio de ſeipſo ſemper proximi contemptum parit. Vnde Grego. ait, Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa vero dedignationē. hinc cōtra tales ad Rom. 14. c. Apoſt. ait: Qui non mānducat, manducantem non iudicet. huiuſmodi erant, de quibus Dominus ſubdit, & H aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam, ſcilicet in deteſtationem ſuperbiæ & commendationem humilitatis.

De differenti ſtatu phariſæi, & publicani. Cap. 2.

Secundo inſinuatur cōtra eos parabola, cū Dñs ſubdit, Duo homines, ſ. vterq; fidelis, vnus verbis, alius factis, aſcēderūt in templū, quod. ſ. erat in mōte vt orarent. Laudatur quippe aſcenſus: ſed beatus, qui aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarū. laudatur aſcenſus ſi non fiat

ſumo

A fumo ſuperbiæ, ſi fiat ab imis ad ſuperiorã, ſi a carne in ſpiritum, ſi a ſpiritu in Deum, ſi de mundana conuerſatione in orationis & contemplationis locum. Ac de diſpari ſtatu illorũ merito ſubinfertur. Vnde Phariſæus, ſ. apparentia iuſtus, ſed ſibimetipſi placens. Alter Publicanus, ſ. apparẽtia malus, ſed ſibi diſplicẽs. Aſcenſio quippe communis fuit, ſed oratio differens, vt patebit.

Articvlvs Secvndvs

De differenti actu Phariſæi, & Publicani.

B

SEcundum miſterium continet Phariſęi & Publicani differentiam actus. Primo ponit Dominus actum Phariſæi arrogantis, ſecundnm actum Publicani ſe humiliantis.

De duplici parte iuſtitiæ, quam ſibi arrogabat Phariſæus. Cap. 1.

PRimo inquàm ponit Dominus actum Phariſæi arrogantis. Arrogat enim ſibi Phariſæus duplicem iuſtitiæ partem. Primo
C declinare malum, ſecundo facere bonum. Primo quippe arrogat ſibi declinare malum, cum tamen triplex interim perpetret malum. Primum contra Deum, ſecundum contra ſeipſum, tertium contra proximum. Primo quidẽ offendit Deũ, & hoc cũ toto ſuo eſſe, videlicet, Irreuerẽtia corporis, arrogãtia mẽtis & iactãtia oris. Primo quippe irreuerẽtia corporis. vnde de modo ſuę orationis Dñs ſubdit, Phariſæus ſtans, ſ. ante Deũ irreuerenter, cum oraret, cũ in oratione corporalis reuerẽtia maximè neceſſaria ſit, vt a Deo gratia impetretur, ſicut Eccleſiaſt. 32. ſcriptũ eſt, Pro reuerentia acce-
D det tibi bona gratia. In hoc quippe quod dicit, ſtans, manifeſtè oſtenditur, quòd ſibijpſi placendo orabat. Proinde oratio eius Deo grata non erat. Nam teſte Gregor. Oratio hominis placentis ſibi non aſcendit ad Deum. Secundo quidem offendit Deum arrogantia mentis. vnde ſubditur, Hæc apud ſe orabat, ſ. non apud Deũ, quia arrogantia & complacẽtia ſui, obliuio Dei ſunt. Vnde de talibus Oſe. 13. c. ait, Eleuauerũt cor ſuũ, & obliti ſunt mei. Tertio offendit Deũ iactantia oris. Et de hoc ſubdit, Deus gratias ago tibi. Non enim reprehenſibilis erat hic Phariſæus, quia gratias Deo agebat, ſed quia illud ſuperbo modo agebat. Incępit quippe a magnificatione bonorum, quæ acceperat, cum a ſui cognitione & accuſatione incipere debuiſſet, vt ab infimis perueniret ad ſumma. Teſte enim Hierony. humilitas eſt prima virtus Chriſtianorum. proinde ipſa prætermiſſa laboratur in vanum. Secundo vero offendit ſeipſum, & maxime in tribus, ſ. in inculpabilitate, in ſingularitate, in impietate. Primo inculpabilitatẽ habere ſe dicit, cum ait, qa non ſum ſicut cæteri. quaſi dicat, quia innocens ego ſum, neſciens quod 1. Ioã. 1. cap. ſcriptum eſt: Si dixerimus, qm̃ quia peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veri- F
tas in nobis nõ eſt. Proinde non rectè agit, dum ſeipſum commendat. Nam bona, quæ agimus, commendatione non indigent: nec quoq; expedit ad memoriã reducere eius, qui antequam fiant, omnia nouit. Nec tamẽ cõmemoratio ſuorum bonorum fuiſſet ad culpã ſibi, ſi ex humilitate feciſſet. Nam hoc idem fecit Zacheus, Luc. 19. & Paulus. 2. Corinth. 11. Ille, vt aduerſus Chriſtũ murmurãtes reprimeret: Paulus vero, vt inaniter gloriãtes humiliaret. Secundo ſingularitatẽ quoq; oſtẽdit, cũ addit, hominũ qui. ſ. ſunt peccatores. ego vero tãtummodo iuſtus. profecto periculoſa res eſt etiã in ani- G
ma virtutibus plena ipſe ſingularitatis affectuoſus ſenſus, cum in mente omnes depaſcat virtutes, quemadmodum Propheta teſtatur, dicẽs: Singularis ferus depaſtus ẽ eã. Tertio ẽt impietatẽ ſe habere monſtrauit, cum etiam addit, raptores, iniuſti, adulteri: quia in his tribus oẽs radicatas iniquitatea in omnibus alijs hominibus eẽ inſinuauit, iuxta quod 1. Io. 2. ſcriptũ eſt: Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Concupiſcẽtiam oculorum expreſſit, cum ait, raptores: ſuperbiã notauit, cum ſubdit, iniuſti: concupiſcentiã carnis ſubiunxit, cũ H
inquit, adulteri. Ecce q̃ impiè aggrauat cęterorum culpas, quod quidem eſt ſignũ temerariæ crudelitatis. Tertio quoq; offendit proximum. Nã ne videretur loqui, quaſi victus in exẽplum poſuit Publicanũ, dicẽs velut etiã Publicanus iſte, vel hic Publicanus, quod nõ dixit cõpatiẽdo, ſed deſpiciẽdo cõtra illud Eccleſ. 7. Ne irrideas hoiem i amaritudine aię ſuę. Nõ eſt ergo iſta oro, ſed iudiciũ temeritatis: nõ ſupplicatio, ſed ſuplatio temeritatis: nõ gratiarũ actio, ſed p̃ſumptio fatuitatis. Nã teſte Gregorio, Incendiũ elationis ẽ cõſideratio deterioris, ſicut cau-

tela

A tela humilitatis eſt conſideratio melioris. Vide inſuper miram fatuitatem huius Phariſæi, quia in oratione ſua, ac ſi nihil indigeat, nihil petit. Vnde merito ei Apocal. 3. cap. a veritatis ſpiritu dictum eſt: Et dicis, quia diues ſum & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer & pauper, cæcus & nudus. Ad intellectum arrogantiæ huius Phariſæi aduertendum eſt: quia ſecundum Gregor. quatuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium ſe demõſtrat, cum bonum a ſemetipſis habere ſe exiſtimat: aut ſi ſibi datum deſuper credũt, pro ſuis meritis ſe hoc accepiſſe putant:
B aut certè cum iactant ſe habere quod non habent, aut deſpectis cęteris ſingulariter videri appetunt quod habent. Qua Phariſæus illę iactantiæ peſte manifeſtè deprehenditur laboraſſe. Secundo Phariſæus iſte arrogat ſibi ſecundam iuſtitiæ partem, quæ eſt facere bonum: & hoc dupliciter. Primo quantum ad ſeipſum, ſecundo quantũ ad Deum. Primo quantum ad ſeipſum, & hoc in corporis afflictione. Vnde ait, Ieiuno bis in ſabbato, id eſt ſeptimana, quam a ſabbato tanquàm a die feſto, & principali Iudæi denominabant. Secundo quantum ad Deum, & de hoc ſubdit, Decimas do
C omnium quæ poſſideo. Nam ſecundum quoſdam Phariſæus iſte erat de Phariſæis illis, qui decimas minimorũ, vt rutæ, mentæ, & cimini, & ſimilium, ad quas minime tenebantur dabant, vt apparerent cæteris iuſtiores. De prædictis quippe duobus Phariſæus iſte ſe iactat, de quibus conſueuit ſuperbia naſci, id eſt de ſe & de ſuis. Hoc eſt de abſtinentia & eleemoſina, quæ ſine charitate nullius valoris ſunt. proinde 1. Corinth. 13. Apoſtolus ait: Si tradidero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatẽ aũt non habuero: nihil mihi prodeſt.

D

De digna præparatione humilis Publicani ad conuerſionis orationem. Cap. 2.

Secundo ponit Dominus actum Publicani. Vbi primo cõſidera actum præparationis, cũ tribus Publicanus ſe præparauit.

SEcundo ponit Dominus actum Publicani ſe humiliantis. Vbi conſidera duplicem actum. Primum præparationis, ſecundum orationis. Primo inquàm conſidera actum præparationis. Cum tribus quippe Publicanus ſe præparauit. Primo cum timore, ſecundo cum pudore, tertio cum dolore. Primo præparauit ſe cum timore. Et de hoc Dominus ait. Et Publicanus a longe ſtans. Non appropinquans ad ſancta ſanctorum, non ad propitiatorium, non ad ſecreta velamina, longè ſiquidem ſtabat, quia a longe ſe exiſtere cognoſcebat. quia ille Deus, ipſe homo: ille creator, ipſe creatura: ille immortalis, ipſe mortalis: ille iuſtus, ipſe iniuſtus & iniquus: ille pius, ipſe impius & ſceleſtus. Pro ſignis equidem ſunt oſtenſiones qualeſcunque forinſecæ, cuiuſmodi exiſtant inuiſibiles animæ qualitates. Nam ipſe a longe non tantum humili reputatione, & ſtudio mentis, ſed etiam corporis exercitio factus. Merito ergo a longe ſtat, vt iudicet ſe abiiſſe in regionem longinquam. Secundo præparauit ſe cum pudore, & de
E hoc Dominus ſubdit. Nolebat nec oculos ad cœlum leuare, quia cognoſcebat ſe Deũ cœli offendiſſe multum. proinde cordis clamore dicebat cum filio prodigo, Luc. 15. Pater, peccaui in cœlum, & coram te. Sed dic mihi, Publicane: nunquid aliquid ibi noſti, quia nõ audes ad cœlum oculos tuos leuare? Ignoro quid ibi noueris, niſi fortè vt Deum placens erubeſcis pro vili delectatione te ſic offendiſſe Deum, quòd amiſeris cœlum, cum Propheta deplorans & dicens: Quid enim mihi eſt in cœlo, ſcilicet vnde ſuſpiciam cœlum, cum inde exul effectus ſim? Tertio præparauit ſe cum do-
G lore, quia ſubditur, Sed percutiebat pectus ſuum. glo. pręmebat conſcientiam, ſed ſpes ſubleuabat eum. In pectoris tonſione oſtendebat cor introrſum ſupplicio dignum. In cuius miſterium 2. Reg. vlti. dicit Dauid ad Dominum, cum vidiſſet Angelum cędentem populum: Ego ſum, qui peccaui, & ego iniqua egi. Et ſic in pectoris tonſione indicatur culpæ reflexio in ſeipſum, non in alium. Contra quoſdam, qui inculpant diabolum, aut mundum, ſeu fragilem carnẽ, ſiue fatum, vel ſtellas, aut aliquem proximum ſuum, aut neceſſitatem, ſeu conſuetudinem, & ſimilia. Et hi omnes
H nõ tondunt pectus ſuum, ſed illorum quos falſo inculpant. Contra quod Propheta Pſal. 140. orabat Dominum, dicens: Non declines, id eſt non declinare permittas cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. In pectoris etiam tonſione omnes partes pœnitentiæ denotantur. Nam in pectoris læſione contritio, in ſono confeſſio, in manu virtutis operatio, & ſatisfactio denotatur. In pectore quoque diſcretio indicatur, quia pœnitentia in qualibet ſui parte debet eſſe diſcreta, iuxta illud Apoſtoli Roma. 12. Rationa-

A tionabile obſequium veſtrum. Gens autem Chriſtianorum ad huius Publicani exemplum ad eleuationem Dominici ſacramenti, vel aliàs in pœnitentiæ ſignum tondere ſolet pectus. quod ſi vera pœnitentia fit, meretur cum Publicano omnium peccatorum remiſſionem: ſi vero fictè vel ex conſuetudine hoc agitur, potius huiuſmodi tonſionibus peccata perpetrata firmantur, quàm veraciter deleantur. Secundo conſidera actum eius orationis, cum ſubdit, Deus propitius eſto mihi peccatori. Vide diligenter quàm breuiſſimè, quàmque perfectiſſimè orat. Nam orando ſeipſum

Secundo conſidera actu eius orationis.

B humiliat, Deumque magnificat, ſciens quod Eccleſiaſt. 35. ſcriptum eſt, Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Magnificat ergo Deum, dum illum nominat Deum. Primo enim Deus nomen eſt ſummæ maieſtatis, ſicut Propheta teſtatur, dicens: Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos. Secundo eſt nomen ſummæ veritatis. Nume. 23. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Tertio eſt nomen ſummæ charitatis. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt. Quarto eſt inſuper nomen ſummæ pietatis. 2. Corint. 1. Benedictus Deus,

C & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Eleuato igitur corde & inclinato capite, humili oratione ac ſupplicatione poſtulat, dicens: Deus ſummæ maieſtatis, ad tuam manifeſtandam poteſtatem, propitius eſto mihi peccatori, Sapien. 11. Misereris omnium, quoniam omnia potes &. diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Deus ſummæ veritatis, ad inſinuandam iuſtitiam tuam propitius eſto mihi peccatori. Pſal. In veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. Deus ſummæ cha-

D ritatis, ad declarandam charitatem tuam propitius eſto mihi peccatori. Sapientiæ 11. Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas. Deus ſummæ pietatis, ad magnificandam tuam miſericordiam, & pietatem propitius eſto mihi peccatori, quaſi dicat cum Propheta: Miſerere mei Deus, &c. Ac ſi apertius dicat: Te Deum verum, & Dominum meum inuoco, atque oro eſſe propitium: propono, quod feciſti & quod ego feci. Tu feciſti me nobilem, ego me feci peccatorem. Ergo pro te remitte quod feci, propter id, quod creando feciſti, & ſic propitius eſto mihi

peccatori. quaſi dicat: Si peccatorem ſolum aſpicis, quem ego feci pereo. ſi vero me, quem tu creando feciſti conſideras, propitius eris iniquitatibus meis. Non ergo deroges creaturę tuę. Non enim tantum allego, quod feciſti, quia culpa excuſatione caret: nihil enim maculatum facere potuiſti. Propitiatione non indiget, quod culpa non habet: nec duntaxat allego quod feci, quia dignum eſt a propitiatione repelli. Vtrunque connecto petens & poſtulans. Deus propitius eſto mihi peccatori, fidelis ſermo & omni acceptione dignus veritatem confiteri exiſtentem, ſcilicet creatum & peccatum. Creatum Dei, & peccatum hominis. Creatum mihi, & peccatum peccatori: vt ex humili cōfeſſione gratia exauditionis obueniat. Quid eſt homo, niſi creatura quædam digna, ſancta, ſummè dotata pro eo, quòd in ſua editione imaginē ſui creatoris accepit, non in viſibili, ſed in inuiſibili parte, vt eſſet ſpiritus inuiſibilis, incorruptibilis, immortalis, libera arbitrio, & quædam eluxio diuinæ bonitatis in terris, prout ſeparata ſubſtātia erat in cęlis apta vnioni diuinæ, quam in fine ſeculorum accepit: receptaculum cariſmatum diuinorum, cui dæmones ad exercitium, Angeli ad cuſtodiam deputati ſunt: ſuſceptibilis ex demeritis pęnæ pro merito gloriæ: tantumque a Deo diligi potuit, vt pro ſua redemptione illum aſcripſerit ſuæ pęnæ. Quid autem peccator, niſi omnium horum, vt in ſe eſt, deſtructor & diſſipator, auertens ſe a potioribus ſe ad minora conuertens? Propria delectatus poteſtate, ſui abijciens legem Dei. Propter ſe contemnens Deum, propter quem contemnere debet ſemetipſum. Proinde vide me factum tam dignum a te, & peccatorem a me pro quo tibi porrigo præces, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dicat igitur ſecundum Bernar. Anima mea ſuppliciter, & ſubmiſſa, & obſecret. Deus omnipotens miſerere ſupplici tuo, quia non ſum ſicut innumeri ſerui tui, contemptu ſeculi ſublimes, iuſtitiæ merito glorioſi, caſtitatis laude Angeli, veluti etiam multi illorum, qui poſt flagitia publica pęnitendo meruerūt eſſe deuoti. Qui etiam ſi quid boni tua gratia largiente fecero, ſine hoc faciam qua ne a te diſtrictione penſetur, ignoro. Hæc ille.

E F G H

ARTI-

A ARTICVLVS TERTIVS

De Phariſæi, & Publicani differenti fructu & ratione.

TErtium miſterium cõtinet Phariſei, & Publicani differentiam fructus: Vbi ponuntur duo. Primum fructuũ variatio, ſecundum fructuum ratio.

Quod fuit uarius fructus ſuperbi Phariſæi, & humilis Publicani. Cap. 1.

Primo ponitur fructuũ variatio.

PRimo ponitur a Domino fructuũ variatio. Vnde ſubdit dicens, Amen: id eſt fideliter dico vobis, deſcendit hic, ſcilicet Publicanus de templo Dei, quod erat in monte, iuſtificatus in domum ſuam ab illo. id eſt Phariſæo. hoc eſt pluſquàm ille, quia Phariſæus deſcēdit iuſtificatus ſecundum ſuam opinionem: ſed iſte ſecundum Deum veritatem. vel ab illo, ſcilicet Phariſæo remanente in altitudine cordis ſui, vel iuſtificatus ab illo, id eſt reſpectu illius. Et eſt modus loquendi, ac ſi homo coloris fuſci nigerrimo diceret, Tu me facis album: quia licet non ſim abſolutè albus, ſum tamen reſpectu tui. Similem autem loquendi mo-
C dum habes Ezech. 16. vbi ipſi Hieruſalem dictum eſt, Iuſtificaſti ſorores tuas, ſcilicet Sodomam & Samariam in omnibus abominationibus tuis, & poſt iuſtificatæ ſunt a te. Merito ergo Auguſtinus ſcribens ad Dioſcorum, in epiſtola ait: Non aliam tibi ad capeſcendam & obtinendam veritatis viam inuenies, quàm quæ inuenta eſt ab illo, qui greſſuum noſtrorum, tanquàm Deus vidit infirmitatem. Ea autem eſt prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas: & quotiens interrogares, hoc dicerem. Alludens dicto cuiuſdam petentis a quodam Phariſæo, quid eēt melius in rhetorica. Reſpondit, Prima eſt pronunciatio, ſecunda eſt pronunciatio, tertia pronũciatio. quaſi dicat, ſic dicere poſſumus de vera humilitate. proinde cõſulit Beatus Bernar. quemlibet peccatorem, & Publicanum in quadam epiſtola, dicens: Fode in te fundamentum humilitatis, & perueniens ad faſtigium charitatis. Vis capere celſitudinem Dei, cape prius humilitatem Chriſti. Sola enim virtus humilitas læſæ charitatis reparatio.

Dictum cuiuſdam Phariſæi.

Ratio regularis, quare vnus humiliatur, alter exaltatur. Cap. 2. B

Secundo ponitur fructuũ prædictorum ratio.

SEcundo ſubditur a Domino fructuũ, ſcilicet prædictorum ratio. Vnde quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. Nam ſicut in ſtatera materiali vna parte depreſſa altera eleuatur, & econuerſo: Sic in ſtatera diuinæ iuſtitiæ decretum eſt, vt qui in præſenti eleuatur per ſuperbiam, in futuro deprimatur per confuſibilem pœnam. Et ecõuerſo qui ſe humiliat in præſenti propter Deum, in futuro ab eo eleuabitur in gloria ſempiterna. Sed quare Dominus non ait F
ſimpliciter, Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur, ſed cum additamento, Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Dicendum eſt, quòd varijs modis homines in hoc ſeculo, & in futuro exaltantur, & humiliantur, ſecundum Bedam. Nam aliqui hic & in futuro exaltantur: aliqui hic & in futuro humiliantur: aliqui hic exaltantur, & in futuro humiliantur: aliqui hic humiliantur, & in futuro exaltantur. Primo ſunt aliqui, qui hic & in futuro exaltantur: ſicut Rex Dauid, & Iob, & Ezechias, & Ioſias: & cæteri tales, qui glorioſi in hoc ſeculo fuerunt, & glorioſiores in futuro. Se- G
cundo ſunt aliqui, qui hic & in futuro humiliantur, ſicut ſunt ſuperbi pauperes: vel certè illi, qui in hoc ſeculo de peccatis vindictas recipiunt, & in futuro ad pœnam perpetuam tranſeunt: qualis fuit Herodes, Antiochus, Nabuchodonoſor, & Pilatus: & multi tales, de quibus Hierem. 17. ſcriptum eſt, duplici contritione contere eos. Tertio non nulli alij hic exaltantur, ſed in futuro humiliantur: ſicut ſunt ſuperbi diuites, qui iuxta ſcripturæ vocem, Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, &c. Quarto vero ſunt alij, qui hic humiliantur, & in futuro exaltantur: ſicut ſunt ſancti pauperes & illi, qui prę H
cipuè propter Deum omnia relinquentes ſemetipſos ſpontanea humilitate humiliãt, vt in futuro a Domino exaltari mereantur. Et iterum Bernar. in ſermone 3. ſuper Cantica ait. Aliqui humiliantur, qui humiles nõ ſunt: alij cum rancore humiliantur: alij patienter, alij libenter. Primi rei ſunt, ſequentes innoxij, vltimi iuſti. Qui autem poteſt dicere, bonum mihi, quia humiliaſti me, is vere humilis eſt. Non poteſt hoc dicere, qui inuitus tolerat: eſt autem humilis, qui humiliationem conuertit in humilitatem, ipſe eſt qui dicit Deo: bonũ mihi, quia humiliaſti

[A] miliaſti me. Quæſtio. Sed cum hæc eadem ſententia, videlicet, Omnis qui ſe exaltat, &c. ponatur Luc. 14. ad nuptias inuitatis, quare hoc iterum iteratur? Dicendum quòd duplex humilitas reperitur. Vna charitatis, alia veritatis. Prima eſt charitatis, qua quis voluntariè ſe humiliat ex feruenti dilectione, atque affectu. Sicut enim patiens dolorem dentium æſtimat ſe præ alijs pati, non quia per rationem iudicet ſuum eſſe maiorem, ſed quia intimius, & fortius, & certius ſentit dolorem ſuum, quàm aliorum. Et ideo ſecundum primum ſenſum, maiorem æſtimationem habet de

Duplex humilitas

[B] ſuo dolore, quàm aliorum. Et de hoc patet exemplum in epiſtola Panli, qui 1. Timoth. 1. ait: Chriſtus Ieſus venit in hunc mūdum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego, id eſt maximus ſum. Secunda eſt humilitas veritatis, qua quis parua, & humilia ex lumine intellectus de ſe cognoſcit, & ſentit, ſcilicet comparando id, quod homo habet proprium ad alia, ſecundum ꝙ ſunt opera Dei. Hominis quippe propriè proprium eſt eſſe de nihilo, & quantū ex ipſo eſt redire in nihilum, & ſemper etiā eſſe nihil. Peccata quoque, & omnes hominis actus proprij ſunt. Reliqua vero in quan

[C] tum ſunt opera Dei participantia ipſum, nō habent proprium niſi ratione entis, & boni. Si igitur homo hoc modo ſe comparat illis, inuenit ſe in infinitum viliorem illis: & hanc viam docet Anſelmus. Ad propoſitum ergo Luc. 14. inuitatis ad nuptias hoc verbum dicit, vt eos incitaret ad charitatis humilitatem, hic vero idipſum repetit vt incitet ad humilitatem luminis veritatis. Quod maximè neceſſarium eſt in confidentibus in ſeipſis, & ſimilibus Phariſæo. Ad hoc inducit Baſilius in Exameron, dicens: Tria ſunt quæ radicatam nutriūt humilitatem, ſ. Aſſiduitas ſubiectionis, conſideratio

[D] propriæ fragilitatis, & conſideratio rei melioris. Contra quæ omnia Phariſçus operatus eſt. Vnde merito fuit humiliatus, & publicanus fuit non immerito exaltatus, vt ſic ſemper appareat infallibilis hæc regula Saluatoris, qua dicitur, Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur, hic per gratiam & in futuro per gloriam: quam nobis tanquàm Publicanis hic miſericorditer largiatur amator humiliū, humilimus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritusſancto humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

[E]

DOMINICA xi. vel xxij. poſt Pentecoſtes.

Quanta fecerit Dominus animæ rationali.

Sermo.

SVſpiciens Ieſus in cœlum ingemuit, & ait illi, Ephata, quod eſt aperire. Mar. 7. cap. & in Euangelio hodierno. Creator ſummus ſic condidit hominem, quòd nullus quinque ſenſuum corporis, niſi per [F] alia ſe diſcernat: verbi cauſa, non videt oculus, cuius ipſe ſit coloris: licet alia colorata cognoſcat. Nec diuidit. Require ſuperius.

DOMINICA xvj. poſt Pentecoſtes.

De calamitatibus, & miſerijs humanæ vitæ, & maximè ſenectutis.

AMice, aſcende ſuperius. Luc. 14. cap. & in Euangelio hodierno. Scriptum eſt enim. 1. Ioā. 2. c. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, [G] & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Vbi totum peruerſum amorem mundi, & mundanorum in tres vitioſos amores diſtinguit atq; cōprehēdit, ſ. in amorē carnaliū delitiarū, & viſibiliū ſeu tēporaliū diuitiarū, & ſuperborū honorū ſeu excellētiarū. Seu in delitias, diuitias, & magnificētias. Aut in appetitū delectādi, & in appetitū inexperta curioſè experiēdi, & in appetitum dominādi, ſiue ſe ſuper alios efferēdi. Sed ꝗ ſapiēs eſt, cōſiderat ꝙ delitię decipiūt, faſtidiūt, & trāſeūt. Aduertit ꝙ diuitię cū labore acquirūtur, cū timore cuſtodiuntur, & cū dolore amittuntur vel relinquuntur. [H] Intelligit, ꝙ excellentiæ habent ſeruitutem, dolorem, atque timorem: & ꝙ omnium prædictorum tēporalium bonorum finis extremus eſt tranſitus breuis, & varius. 1. Corin. 7. Apoſtolus ait: Fratres, tempus breue eſt, reliquū eſt. ſequitur, Qui vtūtur hoc mūdo tanꝗ nō vtantur, ſ. ſic: præterit enim figura huius mundi. Et iterum 1. Ioan. 2. Spiritusſanctus omnes, & maximè ſenes cautos reddit. Mundus tranſit in concupiſcentia eius: quia tam ex parte ipſius mundi, ꝗ ex parte corrupti amoris omnium mundanorum delectabilia fugiunt, tanꝗ vmbra. In quo

A quo manifeſtè oſtendit calamitatem huius vitæ. Merito ergo ſenibus in verbo propoſito Dominus ait: Amice, aſcende ſuperius, ſcilicet ad ſtudium ſupernorum. quòd ſecundum Hierony. Iuuenis cito poteſt mori, & diu non poteſt viuere ſenex. Hoc tamen ſerioſius & miſticè ſcribit Eccleſiaſtes, c.12.dicens: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis tuæ,& appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent. antequàm tenebreſcat Sol, & lumen, & Luna, & ſtellæ, & reuertātur nubes poſt pluuiam, aliàs mutabunt.quando commo-
B uebuntur cuſtodes domus,& nutabunt viri fortiſſimi, & otioſe erunt molētes in minuto numero,& tenebreſcent videntes per foramina, & claudentur oſtia in plateis in humilitate vocis molentis, & conſurgent ad vocem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amigdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis,quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ,& circuibunt in platea plangentes. In quibus ſacris verbis tria genera calamitatum humanæ vitę,& maxime ſenum per ordinem deſcribuntur. Primæ ſunt ca-
C lamitates ſpirituales, ſecundæ corporales, tertiæ experimentales. Vel ſunt tria genera laborum, quia vt dicitur Iob 5. Homo naſcitur ad laborem. Quod verbum poteſt eſſe ad thema.

Articvlvs Primvs.

De ſeptem calamitatibus,ſeu miſeriis ſpiritualibus humanæ vitæ, & maxime malorum ſenum.

Primę ſūt calamitates ſpirituales.

PRimæ ſunt calamitates, & miſerię ſpirituales, & maximè in ſenibus malis. Et ſunt ſeptem. Prima eſt impatientia, ſecunda triſtitia, tertia ignorantia, quarta tenebroſitas,quinta prauitas,ſexta inſenſibilitas, ſeptima cæcitas.

Quanta impatientia cruciantur hi, qui in vitiis nutriti ſeneſcunt. Cap. 1.

Prima calamitas ē impatientia.

PRima calamitas,ſeu miſeria humanæ vitæ, & maximè prauorum ſenum,eſt impatientia.Ait enim, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis tuæ. Aduertendum eſt autem, E quòd licet gratia iuſtificans ſubito, & tota ſimul auertēte ſe honore a Deo auferatur, gratiæ tamen & dona gratis data non omnes ſtatim, ſed paulatim minuuntur, atque decreſcunt. Nam ſecundum Alex.de Ales, gratia gratificans aufertur a Deo ex conſenſu mortalis culpæ: gratiæ vero gratis datæ paulatim auferuntur ex operibus prauis.Fit autem hoc ex euidenti diſpenſatione miſericordiæ Dei, vt ex ea parte qua gratiæ minuuntur, homo ad pœnitentiam moueatur:& ex alia parte,qua gratię nondum omnino ablatæ ſunt, iuuetur ad pœnitentiam peragendam,cui maximè iuuentus conue- F niens eſt: & hoc eſt, quod hortatur Eccleſiaſt.dicens, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Periculoſiſſimum quidem eſt in malo ſeneſcere, ſicut exemplum patet de Salomone: qui cum ſapientiſſimus fuit in iuuentute, perſeuerando in peccatis ſic paulatim infatuatus eſt, vt idola ſequeretur, vt patet 3.Reg.11.cap.Iuuentus profecto ad conuerſionem aptior eſt, ſcilicet cum vigent gratiæ naturales, & gratuita dona non ſunt adhuc diminuta, nec omnino ablata. Cum vero iam ſeneſcente ætate ſuccreſcunt infirmitates, niſi tunc virtutibus anima plena ſit, fert cuncta aduerſa G impatienter. Et hoc eſt, quod ſapiens admonet dicens, Antequàm veniat tempus afflictionis tuæ.Ad hoc hortatur Eccleſiaſt. 18. Ante languorem adhibe medicinā,quæ eſt vita virtutibus plena, qua medicina homo reſiſtit cuilibet paſſioni. Sanè ergo.2. Corint.6. Apoſtolus nos hortatur,cum ait: Exhortamur vos,ne in vanum gratiam Dei recipiatis: quæ eſt iuuentus virtutibus plena, vel apta. In vanum profectò gratiam Dei recipit,qui ſe in bono opere non exercet per iuuentutis gratiam, quam recepit. Cum vero venerit tempus afflictionis, id eſt anguſtiarum mundi,curæ rei familiaris, filiorum & filiarum, infirmitatum, & alio- H rum, quæ mentem affligunt, qui tunc non eſt virtutibus aſſuetus, cum magna difficultate euadet pericula mundi ſine graui offenſione.

Periculoſiſſimū in malo ſeneſcere.

De tædio præſentis vitæ, quo cruciantur vitioſi ſenes. Cap. 2.

Secunda calamitas eſt triſtitia.

SEcunda calamitas eſt triſtitia.Et de hac ſubdit:Supple,memento creatoris tui, antequàm appropinquent anni, ſcilicet ſenectutis, de quibus dicas, non mihi placent.

A cent. Hi profecto ſunt anni, in quibus natura humana propter innumeras moleſtias ſpirituales, corporales, & temporales in ſenectute inquietatur: & tam ex operibus præteritis, quæ fuerunt infructuoſa, quàm ex præſentibus, quæ ſunt ęrumnoſa, dicit cum Iob 10. c. Tædet animam meam vitæ meæ. Licet enim viuere, naturaliter delectabile ſit: tamen in ſenectute, & in multis anguſtijs viuere, tædioſum eſt. Hoc maximè euenit illi, qui iam ſenex & in vitijs aſſuetus conſiderat tempus præteritum malè ab eo expenſum, & in futurum ad deteriora ſe conſpicit inclinatum. Ad emen-

B dationem tamen anni præteriti recogitandi ſunt, iuxta illud Propheticum, Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Paſſiuè legatur. Aranea telam texendo multum laborat: ſe euiſcerat, atque tabeſcit. Primo multum laborat, & tamen opus ſuum citius diſſipatur. Sic conſideret homo, quot labores, & ęrumnas tulerit in diuitijs congregandis, & ſæpius perituræ ſunt, vel pereunt ſtatim: In delitijs proſequendis, & citius faſtidiunt: In magnificentijs aſſequendis, & citius derelinquunt. Et de tali Iob 8. cap. ait, Sicut tela aranearum fiducia eius. Secundo autem euiſcerat ſe. Sic conſide-

Meditatio de Aranea.

C ret homo, quòd ſe euiſcerauit in congregatione terrenorum inutilium. Et de talibus Iſa. 59. ait, Telas araneæ texuerunt. Proinde Iob 8. cap. ait: Non placebit Deo vecordia ſua. Vecors enim dicitur ſine corde, quia in terrenis proiecit cor ſuum. Vnde Eccleſiaſt. 10. ait: Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuā venalem habet, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Tertio vero tabeſcit, cum tela ſua aliqualiter laceratur. Sic talis homo, cum diſſipantur labores ſui, tabeſcit. Tabeſcere enim eſt pigere, tædere. Et de eo etiā Propheta alibi inquit, Tabeſcere feciſti ſi-

D cut araneam animam eius, id eſt tabeſcere permiſiſti. Et tunc appropinquauerunt anni, de quibus hic homo dicit, Non mihi placent: id eſt mihi tædium vita eſt.

De periculoſa ignorantia diuinorum, quæ in vitioſis ſenibus regnat. Cap. 3.

Tertia calamitas ē ignorātia

Tertia calamitas, ignorantia nominatur. Cum enim homo iam ſenex effectus, quia in iuuentute diuinis nō extitit aſſuetus, reperit ſe plenum ignorantia diuinorum, & intellectū ſe habere obtuſum in his, quæ pertinent ad ſalutem animæ ſuæ. Hinc profecto obſcuratus eſt Sol. E Proinde Sapiens ſubdit, Antequàm tenebreſcat Sol. id eſt, antequàm in ſenectute reperiat ſe homo plenum ignorantia diuinorum. Nam de huiuſmodi ſenibus plenis ignorātia Dei, Propheta ait, Pſal. 27. Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius deſtrues illos, & nō ædificabis eos. ait enim, Deſtrues illos: ſcilicet tu iudicium, ſeu iuſtitia Dei. Et non quacunque deſtructione, ſed irreuocabili, id eſt æterna. Et de hoc addit, Et non ædificabis eos. Vnde Hierem. 30. Inſanabilis fractura tua. ſcilicet æterna, peſſima plaga tua. Non eſt qui iudicet iudicium tuum, ad F alligandam curationem tuā vtilitas non eſt tibi. Et rationem prædictorum Propheta præmiſit, dicens: Quoniam non intellexerunt opera Domini, ſcilicet vt tenebantur in minori ætate, & in opera manuum eius, ſcilicet non poſuerunt attentionem, & intellectum. quaſi dicat: Hi non cognouerūt opera creationis, nec opera redemptionis, nec glorificationis, quia ſcilicet omnem intellectum in mundanis, & tranſitorijs poſuerunt. Nam oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Ideo obtenebratus eſt eis Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Et de talibus Amos 8. cap. ait: Occidet eis Sol meridie, id eſt quādo magis debuerunt eſſe de G diuinis illuminati. Sol quippe non tantum illuminat, ſed etiam inflammat. Et ſic gratia gratificans cum cæteris virtutibus eſt in anima Sol cum radijs ſuis. Et de hoc Iob 11. cap. ait, meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, id eſt in ſenectute tua. Sed hominibus in malis inueteratis Sol iuſtitiæ tenebreſcit, & obſcuratur per opera mala.

Quomodo in prauis ſenibus periculoſè tenebreſcit lumen intellectus, & rationis. Cap. 4.

H

Quarta calamitas eſt tenebroſitas.

Qvarta calamitas tenebroſitas dicta eſt, quæ in hominibus malis, & inueteratis oriri ſolet. Et de hoc ſubdit, Et lumen. Supple, memento creatoris tui, antequàm tenebreſcat lumen. Hoc eſt lumen, de quo Propheta ait, Signatū eſt ſup nos lumē vultus tui Domine. Super nos, id eſt in ſuperiori parte noſtri: hoc eſt in anima: lumen vultus tui, id eſt luminoſus vultus tuus, id eſt ratio. De quo Eccleſiaſt. 17. cap. ait: Poſuit oculos ipſorum ſuper corda illorum. Dicitur autem ratio vultus Dei: quia ſicut per vultum ho-

mo

A mo homini aſſimilatur, & homo hominem cognoſcit: ita per rationem ſimiles ſumus Deo. Similes enim ſumus ei, quantum ad eſſentiam: quia ſicut Deus æternus eſt, ſic nos perpetui ſumus. Et quantum ad Trinitatem perſonarum, quia ſimiles ſumus Patri per memoriam, Filio per intellectũ, & Spirituiſancto per voluntatem. Et hæc eſt ſignatio vultus Dei ſuper nos. Aduertẽdum eſt etiam, ſecundum Tho.2.2.q.86. quòd triplex eſt bonum. Primum naturæ, ſecundum gratiæ, tertium habilitatis ad actum, ſeu aptitudinis ad bene faciendum. Primum eſt bonum naturæ, vtputa intellectus, atque voluntas: & hoc bonum per B quodcunque peccatum, nec tollitur, nec minuitur: ſicut nec per tenebras aer tollitur, nec ſubſtantia aeris minuitur. Secundum eſt bonum gratiæ, & hoc per peccatum omnino ab anima remouetur. Vnde ſicut lumen per tenebras, & per cęcitatem: ſic per culpam gratia amouetur. Tertium eſt bonum habilitatis ad actum, & hoc non tollitur, ſed per peccatum diminuitur. Sicut enim per multiplicationem nebularum inter corpus luminoſum, & aerem diminuitur habilitas aeris ad ſuſceptionẽ luminis: nunquàm tamen manente aere inclinatio, & habilitas eius ad lumen totaliter remo- C uetur: Sic quàmuis in infinitum poſſit fieri additio in peccatis, nunquàm tamen inclinatio animæ ad gratiam totaliter remouetur. Sed ſicut nebulæ ſunt obſtaculum inter lucem & aerem: ſic peccata inter Deum & mentem. Et hoc eſt, quod Sapiens ait, Memento creatoris tui, antequàm obtenebreſcat lumen, ſcilicet intellectus, & rationis. Et non dixit, antequàm amoueatur lumen, quia nunquàm vt dictum eſt, amouetur. Poſſunt tamen tantum in ſene nebulæ peccatorum multiplicari, quòd lumen intellectus, & rationis tenebreſcit ita, vt virtutum iter non cognoſcatur, & via perdi- D tionis pro via ſaluationis ſumatur. Tales erant, qui dolendo inutiliter tamen, Sapiẽ. 5. dicebant, Errauimus a via veritatis & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Porro ſi malum eſt deuiare in mane, peius eſt deuiare in veſpere a tramite veritatis. Et iterum de eis Iſa.5. ait: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Triplex eſt bonũ.

De triplici prauitate vitioſorum ſenum, quam incurrunt ex longa mala vita. Cap. 5. E

QVinta calamitas, prauitas nuncupatur. Et de hac Sapiens ſubdit, Antequàm tenebreſcat Luna. ſecũdum naturales Luna nõ habet lumen, niſi a Sole: ſed quando Soli propinqua eſt, non illuminatur ex parte noſtra: propterea non apparet nobis. Quando vero recedit a Sole, tunc nobis corniculata incipit apparere. Et hoc congruit animæ virtuoſæ, atque fideli, quæ totum lumen ſpi F rituale recipit ab ipſo Sole Ieſu Chriſto, qui Ioan.8. de ſe ait, Ego ſum lux mundi, ſcilicet qui ſolus poſſum de anima tenebras effugare: qui ſequitur me, ſcilicet per fidem formatam, non ambulat in tenebris, ſcilicet ignorantiæ culpæ, ac per conſequens non veniet ad tenebras gehennæ, quæ quidem ſunt terminus prædictarum tenebrarum. propterea hæc autem, Math.8. Tenebræ exteriores denominantur. id eſt vltimæ. Sed per Chriſtum facta eſt veritas cõtra tenebras ignorãtię, & gratia cõtra tenebras culpę, iuxta illud Io.1. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et gloria ab G eo miſericorditer largitur contra tenebras gehennæ. Et ſequitur, ſed habebit lumen vitæ, ſcilicet gratiæ & gloriæ. Et merito: quoniam ſicut Propheta ait, Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Tripliciter tenebreſcit Luna. Et licèt Luna a Sole illuminetur, tamen tripliciter ſaltem a noſtris oculis tenebreſcit. Primò per nubium interpoſitionem, & tunc apparet lutoſa, ſecundo per reuolutionẽ, & tunc videtur obſcura, tertio per eclipſationem, & tunc oſtenditur cruentata. Vt in his tribus triplex prauitas mali, & inueterati ſenis inſinuetur, videlicet. Prima eſt H augmentatio culpæ, ſecunda defectus naturæ, tertia induratio conſuetudinis prauæ. Primo quidem tenebreſcit Luna per nubiũ interpoſitionem, & tunc apparet lutoſa, & ſignat culpæ multiplicationem, quæ maximè a ſuperbia principium ſumit, iuxta illud Eccleſiaſt.10. Initium omnis peccati, eſt ſuperbia. Sed audiant, quid de talibus, Iob 20. ait: Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit. per multiplicationem peccatorum, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Et ſic merito Luna ex nubibus apparet lutoſa: vel lutoſa apparet

Quinta calamitas eſt prauitas.

A tet propter auaritiam terrenorum, quæ lutea ſunt: & tamen in eis quanto ſenex prauus in annis antiquior eſt, tanto magis inſanit. Sunt tales ſibi, & alijs inquieti. Prouerb. 15. c. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. Et tamen Eccleſiaſt. 5. ait: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et Propheta iterum ait, Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea. Et iterũ inquit, Dormierunt ſomnum, ſ. & nihil inue. oẽs vi. di. in ma. ſuis. Non dicit diuitiæ virorũ, ſed viri diuitiarũ: vt indicet diuitias dominari ſuper auaros, & non e cõuerſo, ſicut fit in iuſtis qui diuitijs dominantur. Secundo
B tenebreſcit Luna per reuolutionem, & hoc propriè tenebreſcere eius eſt, quia deficit, & tũc nõ apparet nobis. Et ſignat defectionẽ naturæ, quia deficiũt oẽs vires prauę mẽtis, & creſcũt multę infirmitates in ſenectute, vt infra patebit. Si aũt ſenex eſt in virtutibus aſſuetus, & virtutibus augmentantur vires gratiæ, dũ deficiũt vires naturæ. Vnde Iob 12. In antiquis eſt ſapiẽtia, & in multo tẽpore prudentia. At e contra ſi ſunt in vitijs aſſueti, quãto ſunt antiquiores, tãto ſũt ſtultiores. Proinde Eccleſiaſt. 25. ait: Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde aĩæ, i. pro aĩa illorum. Pauperem ſuper-
C bum, diuitẽ mendacẽ, & ſenẽ fatuũ, & inſenſatũ. Quæ in iuuentute tua non congregaſti, in ſenectute tua quõ inuenies? Quam ſpecioſum canicij iudiciũ, ſ. verũ. Si aũt ſenex eſt fatuus, & inſenſatus, tũc Luna videt obſcura, quia reuoluta eſt ſapientia eius, & intelligẽtia, iuxta illud Iſa. 13. Luna nõ ſplẽdebit in lumine ſuo. Hi ſunt, de quibus Innocentius de vilitate conditionis humanæ ait: Senex facile prouocatur, & difficilè reuocatur: citò credit, & tardè diſcredit: tenax & cupidus triſtis, & queruloſus: velox ad loquendum, & tardus ad audiendum: laudat antiquos, & ſpernit moder-
D nos: vituperat præſentia, & commendat præterita: ſuſpirat & anxiatur, torpet & infirmatur. Tertio etiam tenebreſcit Luna propter eclipſationem, & tũc ſignat indurationem conſuetudinis prauæ, quia tũc cruentata videtur. Ex longa enim conſuetudine talia corda praua crudeſcũt & indureſcunt, vt non tm̃ cõtra Deum, ſed ẽt contra proximũ corde, ore, & opere crudeles & ſæui fiant. De tali inuetcrato dierum malorum, Hierem. 6. ait: Crudelis eſt, ſ. corde, & non miſerebitur, ſ. ore detrahendo & murmurando, & opere non miſerendo. Et iterum Propheta ait, Filij hominum, i. dæmonum, dentes eorum arma & ſagittæ, & E
lingua eorum gladius acutus. Et ad tales. Hierem. 13. ait: Si poteſt mutare Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Ecce color rufus & cruentatus conſuetudinis duræ, atque crudelis. Hi ſunt, qui Thren. 3. dicunt: Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, & contriuit omnia oſſa mea. Vetuſta pellis præ nimia vetuſtate putrefacta durare nõ poteſt, nec aliquam futuram tenere. Sic tales inueterati ad veram pœnitentiam redire non poſſunt. Contritio enim eſt quaſi acus pungentis: filũ verò quod introducitur per hãc F
acũ, & diſſoluta reſarcit, ſatisfactionis vincula ſunt, quę iniunguntur a ſacerdote. Sed in his inueteratis talis ſutura tenere non poteſt. Et hoc eſt, quod ait: Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, ſcilicet inueterata conſuetudo. & contriuit omnia oſſa mea, i. naturalem virtutem meam, ſiue naturales virtutes.

Ad quantam diuinorum inſenſibilitatem perducat ſenem longior mala vita. Cap. 6.

SExta calamitas, inſenſibilitas dici poteſt. Quinque ſunt corporis ſenſus: videlicet viſus, guſtus, auditus, odoratus, & tactus. Quinque igitur ſunt ſenſus animæ, ex quibus ſenſus corporis naturaliter virtutem ſumunt, ſcilicet guſtus, & viſus. De quibus Propheta inquit, Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. De auditu etiam ait Propheta: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. De odoratu Canti. 1. cap. ait ſponſa ad ſponſum. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. De tactu etiam Propheta inquit, mihi autem adhærere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meã. H
Hi ſenſus cum de diuinis rebus imbuti ſunt in ſenibus virtutibus, & bonis moribus antiquatis efficiuntur quaſi ſtellæ cęli in ornamentum animæ virtuoſæ. In huius miſterium Eccleſiaſt. 43. cap. ſcriptum eſt. Species. cœli gloria ſtellarum mundum illuminans, quia tales ſunt ſibi lumen, & alijs in animarum ſalutem. At econtra cum inſenſibilitas omnium diuinorum ex antiqua malitia repleuerit mentem, omnes mentis ſenſus neceſſariò tenebreſcunt. Et hoc eſt, quod Sapiens ait, An-

G *Sexta calamitas ē inſenſibilitas.*

Quinque ſunt corporis ſenſus, & quinque animæ.

A teroquàm tenebreſcant ſtellæ. Proinde de obtenebratis ex cauſis ſupradictis, Ioel. 2. cap. ait. Stellæ retraxerunt ſplendorem. & Eſa. 13. iterum ait, Stellæ cœli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum. Et efficitur ſenex de diuinis, tanquàm animal inſenſatum. Et verificatur de eo, quod Propheta ait: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

De mentis cæcitate, quam incurrunt mali ſenes, & de eorumlibet ſera conuerſione. Cap. 7.

B *Septima calamitas eſt cæcitas mẽtis.* SEptima calamitas ſenectutis eſt cæcitas, ſcilicet mentis. Sicut enim ex præcedẽtibus patet, varia ſunt genera gratiarum, quæ gratis dantur. Hæ paulatim tenebreſcunt, cum exigentibus culpis diuino iudicio minuuntur, vt tanto maior in mente contemptoris cæcitas fiat, quanto magis præcedentium gratiarum fuerit in humana mente data claritas. Hanc cæcitatem Sapiens in obſcura nube demonſtrat, cum ſubdit: Et antequàm reuertatur nubes poſt pluuiam, ſ. merito creatoris tui. In iugibus enim imbribus nubes ſemper ſpiſſior eẽ ſolet, quæ poſterior eſt. Sic profectò quanto C imber diuinę gratiæ iugior mentẽ irrogauerit, & maius ingenium nobiliorque natura data fuerit, & diu malè vixerit, tanto cęcitatis nubes, quæ cõtemptã gratiã ſubſequitur, ſpiſſior erit. Sanè ergo & iuuenes & ſenes admonet ſpiritus veritatis, Apocal. 3. Eſto vigilans, & confirma cętera, quæ moritura erant. Maiora quippe opera, ſ. theologicarum, atq; cardinalium virtutum iam mortua ſunt in homine vitioſo. Minora vero, vt ſunt gratiæ gratis datæ, licet ſalutem animę nõ cõtineãt, nihilominus ad ſalutẽ iuuant, quia ad principalia & neceſſaria bona auxi D lium præſtant. Iuſto quippe Dei iudicio fit, vt qui maiora quæ ad ſalutẽ ſunt neceſſaria per prauitatẽ vitæ contemnit, minora ad ſalutem vtilia funditus tandem amittat, atq; ad tantam neceſſitatem deueniat, vt in profundo ſcelerũ inquietè quieſcat. Et de talibus Sapien. 2. ait, Excęcauit enim illos malitia eorum. Poſſunt tamẽ per miſericordiã Dei tales ipſis ſe iuuantibus ad pęnitentiã, & ſalutis ſtatum redire. Nam de his Matth. 20. miſticè Dominus ait. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios ſtãtes, ſ. otioſos, & dixit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineam meam. Hæc eſt E enim ætas illa, quæ veterana, ſeu decrepitas nõ minatur. Et vocati in iſta ætate, quãdoq; prius remunerantur. Propterea a Dño ſubinſertur. Cum ſero aũt factũ eẽt, dicit Dñs vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens a nouiſſimis. Quod põt eſſe thema in præſenti articulo pro Dñica in Septuageſima. Non immerito hi prius remunerantur, quia plerunq; feruẽtiores, & humiliores ſunt, qui poſt multa tẽpora, & peccata, quaſi poſt multũ otiũ vocãtur ad ſanctã vitã. Sicut ego in aliquibus per experientiã vidi. Proinde licet minori tpe in bono laborauerint, tñ propter F maiorẽ charitatẽ, & humilitatẽ maius præmiũ cõſequũtur, qa Deus plus intẽdit quãtitatẽ interni amoris, q̃ quantitatem tpis, & exterioris operis. Poſuit aũt hãc parabolã Chriſtus, vt ad ſpiritus erigeret veritatis, & deſperationis in antiquis aculeum remoueret. & de hac ſera vocatione etiã Propheta in Pſal. 134. ait, Educens nubes ab extremo terræ, i. amouẽs præfatas 7. calamitates ſpirituales ab his, quæ iam ſunt quaſi in vltima ſenectute. Et poteſt eſſe etiam aliud thema. Porrò filius impius eſſet, qui patri vel matri poſtulantibus potum, ſaltem fęces vini ſui non daret. vinum bonũ naturalia iuuẽ- G tutis ſunt: fęces enim ætas decrepita, vel ſenectus. Filius quilibet homo, pater Chriſtus, mater Eccleſia ſancta eſt. Illi vni bono ſtabili in iuuẽtute inſiſtendũ erat, ſi neglectum fuit difficilius ad extremũ, fateor, peruenitur ad illud, ſed virtutis ſtudium nulla reſpicit ætas: immo quo difficilior, eo clarior virtus multi noſſe ſeipſos, ac ſapere vix tandem in ſenio cępere. Serum quidem, ac intempeſtiuum minimè. Nam nec fruſtra naſcitur, qui bene moritur: nec inutiliter vixit, qui feliciter terminauit. ideo, Amice, aſcende ſuperius.

H

Articvlvs Secvndvs

De admiratione inſperata ſupernæ mentis ſenectutis, & de ſeptem calamitatibus corporis ſenum.

SEcundæ ſenum calamitates & miſerię ſunt corporales. Mira res, viuere optat homo: & cum ſenex eſt, vixiſſe ſe pęnitet. Ibat aſſidue, & perueniſſe ſe ſtupet. Iuuenis quippe ante oculos ætatem habens longiſſimam, opinatur hanc ipſam, ſenex a tergo reſpiciens videlicet eẽ breuiſſimam. *Secunda ſunt calamitates corporales.*

Iam

A Iam iam terram aſpice ſenex, vnde venis, & quo pergis cogita. Hinc egreſſus huc rediſti nam principium te ſimulq; finis admonent, poteras aberrare, publicum tibi iter oſtendit. Quòd ſi ſubito ſenuiſſe re doles, in ſingulis diebus præteritæ tuæ vitæ dolere debebas. Iſtis enim paſſibus ad hunc terminum veniebas. O votorum inſtabilitas, huc maxime anhelabas, huc peruenire optabas, huc non poſſe pertingere formidabas: quo cum perueneris, ingemiſcis. Monſtrum profectò incredibile, niſi tam crebrũ eſſet. Senes fieri volunt omnes, ſenex eſſe vult nemo. Stultum profectò eſt ſenectu-
B tem non cogitare, niſi cum venerit. Nam qui venturam, ſeu aſſiduè venientem proſpiceret, præſentem cum tolerantia ſupportaret. Amico ſuo ait quidem: Compatior tibi: nam vt video iam ſeneſcis: eſſes vtinam qualis eras, quando te primum noui. Subito ille reſpondit. Noli quæſo mihi compati, quia ſum ſenex: ſed compatere, quia iuuenis fui. Sed ad Sapientis verba iterum redeamus, qui admonet iuuenes, atque ſenes dicens, Memento creatoris tui, &c. Et ſubdit ſeptem corporales calamitates, vt cum prudentia expectentur, & cum patientia tolerentur. Prima cala-
C mitas eſt commotio oſſium, ſecunda debilitatio crurium, tertia diminutio dentium, quarta obſcuratio oculorũ, quinta immobilitas labiorum, ſexta lenitas dormiẽtium, ſeptima obturatio aurium.

Quòd in ſene omnia corporis oſſa per iuncturarum laxationem mouentur. Cap. 1.

Prima calamitas corporalis ſenum eſt cõmotio oſſium.

PRima calamitas corporalis ſenũ, eſt commotio oſſium, quæ ſunt ad corpus protegendum. Et de hoc Sapiẽ. dicit, Quando commouebuntur cuſtodes domus. Domus quippe machina humani corporis eſt, quę quia fragilitatibus plena eſt, ideo cuſtodes illi neceſſarij ſunt. Proinde Philoſophus ait, quòd natura fecit oſſa dura ad membra mollia cuſtodiendum, & conſeruandum. Sicut ſunt coſtæ ad ventrem, & teſta ad caput, & ſic de cæteris corporis membris, quæ per oſſa cuſtodiuntur. Hæc quippe mouentur, quando eorum iuncturæ laxantur, & tunc curuatur homo, & tota forma corporis deformatur, vt homo iam formam animæ ſit ſollicitus amare.

De crurium debilitate. Cap. 2. E

Secunda eſt debilitas.

SEcunda calamitas, eſt debilitas cruriũ, ſcilicet ad pondus corporis ſuſtinendum. In omni ædificio periculoſiſſimum illud eſt vitium, quod fundamentis inſidet. Cætera enim vtcunque corriges, hoc ruinam trahit. qua inſtante quid eſt reliquum, niſi vt q̃ primum a ruinanti migrẽt hoſpitio? Et de hoc corporis fundamento Sapiẽ. ait, Et nutabût viri fortiſſimi. Hi viri fortiſſimi ſunt crura. Nã ſicut fortiores portãt pôdus totius belli, ſic crura pondus totius corporis humani. Hi fortiſſimi viri tũc nutant, quando crura tremulant, & vacil- F
lant, & non ſecurè ſuſtentant: ſed tamen vani diſcurſus ſaltem occaſio amputatur.

De dentium diminutione. Cap. 3.

Tertia eſt diminutio dentiũ

TErtia calamitas, eſt diminutio dentium, ſ. ad cibaria maſticãdum. Et de hac ſubdit, Et otioſè erunt molẽtes imminuto numero. Molæ duæ, maxillę sũt, quia cibũ conterere nequeunt, vt iam inermis cum voluptate luctetur homo, minus comedat, parcius rideat, lentius mordeat, alienam famam loquacitate fracta ſæpe frę- G
net, atque mendacia & ſimilia.

De caligine oculorum. Cap. 4.

Quarta eſt obſcuratio oculorum.

QVarta calamitas, eſt obſcuratio oculorum, ſcilicet ad videndum. Et de hoc addit, Et obtenebreſcent videntes per foramina. Per foramina quippe vidẽt oculi, qui quaſi ſunt duo foramina ad videndum. Iſti tenebreſcunt, quando ſenes lumen videre non poſſunt. Sicut Hely. 1. Reg. 3. qui non poterat videre lucernam Dei, antequàm extingueretur. H
Sicut etiam Iſaac, de quo Geneſ. 27. ſcriptum eſt. Senuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Nec tamen quiſquàm de hoc contriſtari debet, cum obſcuratur multis vitijs iter, ſcilicet auaritia, gula, luxuria: peſteſq; aliæ ſatellites ſuos, atque miniſtros amittunt. Debilitanrur duces mali, qui in præcipitium animam ducunt. Mirum dictu. Sæpe quidam lucidiſſima pars corporis totam animam in tenebris trahit. Solent qui alterum amiſerunt oculum, alrero (vt aiunt) acutius videre. Quod ſi ita eſt, quid rear niſi vt duobus oculis debilitatis duobus-

A alijs acutius homo videre poſſit? Ideo exteriores pereuntibus interiores purgandi, & illuminandi ſunt. Hoc poſtulabat Propheta dicens, Pſal. 12. Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum.

De immobilitate labiorum. *Cap. 5.*

Quinta è immobilitas labiorum.

QVinta calamitas, immobilitas labiorum eſt, ſcilicet ad verba pronunciandum. Et de hoc ait, Et claudentur oſtia in plateis. Oſtia B quidem ſunt labia, per quæ clauditur porta oris: hæc oſtia in plateis clauduntur, quādo propter ſenectutem homo altè non poteſt loqui, & exclamare, vt audiatur a multis. Proinde ſubdit, in humilitate vocis molentes. id eſt planè loquentes. Molere dicit loqui: quia ſicut homo mouet maxillas ad cibaria, ſic & labia ad verba formata pronuncianda.

De lenitate ſomni. *Cap. 6.*

Sexta eſt lenitas dormientium.

SExta calamitas, eſt lenitas dormientium, quia modicum dormiunt, & cito excitantur in nocte, quaſi in galli cantu. Vnde ſubdit, Et conſurgent ad vo- C cem volucris. id eſt galli, quia ab eius voce læduntur, & excitantur. Vt quodammodo etiam ab animalibus excitentur vigilare ad ſalutem animarum ſuarum. Proinde talibus comminatur Dominus Apocal. 3. cap. dicente: Si non vigilaueris, ſcilicet prædicto modo: veniam ad te tāquàm fur, & neſcies qua hora veniam. Benigne profectò & iuſtè vult Dominus horam viſitationis ſuæ hominem ignorare. vt vel ex parte vna ſemper in bono ſollicitus ſit, qui præmium a Domino ſemper attendit. Vel D ex parte alia, qui Deum & ea quæ ſua ſunt, diu in ſenectute neglexerit, horam viſitationis ſuæ præuidere non poſſit: vt qui vſque ad ſenectutem tempore amiſſo fruſtra vixerat, etiam horam viſitationis ſuæ a Deo lucrari non queat. Proinde cauet nobis Sapien. Eccleſiaſt. 11. cap. dicens, Attende tibi a peſtifero: id eſt a diabolo, qui fur eſt auferens ab anima gratiæ ſanitatem. fabricat enim mala, ſcilicet culpæ, ne vna hora, ſcilicet inſperata inducat ſuper nos ſubſannationem imperpetuū, qui totum tempus vſque ad ſenectutem in vanum impendimus.

De auditus amiſſione. *Cap. 7.* E

Septima eſt obſcuratio aurium.

SEptima calamitas, eſt obturatio aurium: quia non poſſunt audire conſonantia, & ſonora. propterea inquit, Et obſurdeſcent omnes filiæ carminis. filiæ quippe carminis, quæ conſonantiam audiunt, aures ſunt. Hæ in ſenibus obſurdeſcunt, vt etiam voces ſonoras audire nō poſſint. Philomenam credo, vel cytharam, tibiaſque non audiret ſurdus, ſed nec rudentes aſellos: nec grunientes ſues, nec vlulantes lupos, nec latrantes canes, nec rugientes leones, nec gementes pueros, nec altercantes ancillas, nec poſtremo his F omnibus grauiores vndique perſonantes ineptiſſimos riſus, & inconditos fletus, & confuſas rumorum voces, quo nullus vſquàm ſonus inamœnior eſt. Porrò ſurdus multiplicibus ereptus eſt fraudibus, atque malis. Nulla re crebrius falluntur homines, quàm verbis ei nihil. Hinc periculi res eſt adulantium, ſuſurronum, detrahentium & ſimilium pœnas euaſit. Colloqui quoque ſurdo permiſſum eſt, legendo videlicet & ſcribendo. Cum antiquis profectò loquitur, qui legit: atque cum poſteris ille, qui ſcribit: Ad hæc cœleſtis philoſophiæ libros, qui legit, Deum G audit, & alloquitur ille, qui orat. In hoc profectò gemino colloquio, nec lingua, nec auribus, ſed oculis digitisque, & animo Deo deuoto opus eſt. Si non poteſt ſurdus homines audire, ſcriptos ab hominibus libros legat, & legendos ab hominibus libros ſcribat. Cœlum præterea, ac terras & maria reſpiciat, horumque omnium creatorem in ſilentio contempletur. Nil ad hoc ſurditas iſta nocuerit, multum fortaſſe profuerit. Ideo Amice, aſcende ſuperius.

ARTICVLVS TERTIVS H

De ſeptem experimentalibus calamitatibus ſenectutis.

Tertia ſenum calamitates experimentales.

TErtiæ ſenum calamitates, ſunt experimentales. Durum ac difficile ſtadium cucurriſti ſenex iam feſſus, & quietis appetens læte proximam metam ſpectes. Vtere iam animæ delitijs, quæ multo maiores, atque ſtabiliores ſunt, quàm corporeæ voluptates. Hæ venientes culpam ferunt, abeuntes pœnitentiam pudoris, & doloris materiam derelinquunt.

A relinquunt. His te explicitum ac liberum gaudere debes, & liberatrici tuæ, ſcilicet ſenectuti gratiam exhibere, quæ te de manibus hoſtium tuorum liberauit. De his autem delitijs, Hieron. ad Nepotianum ait: Senectus eorum, qui adoleſcentiam ſuam honeſtibus artibus inſtruxerunt, & in lege Domini meditati ſunt die ac nocte, ætate fit doctior, vſu certior, proceſſu temporis ſapientior, & veterum ſtudiorum fructus dulciſſimos metit. Et Ambroſius in Exameron lib. 1. iterum ait: Senectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſilijs ſubtilior, ad conſtantiam ſubeundam mortis B promptior, ad reprimendas libidines fortior, infirmitas corporis ſobrietas mentis eſt. Cyprianus quoque de duodecim abuſionibus inquit: Plus omnibus religionum operam dare ſenibus conuenit, quos præſentis ſeculi florida ætas tranſacta deſerit. Et Auguſtinus etiam ait: Cum ſibi homines optant ſenectutem, quid aliud optant niſi longam infirmitatem? Et iterum Hierony. ait: Omnes penè virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cæteræ virtutes. Proinde ſeptem alias calamitates Sapiens ſubdit. Prima eſt tremor capi- C tis, ſecunda eſt mutatio corporis, tertia canicies verticis, quarta tumor ventris, quinta infrigidatio, ſeu remiſſio libidinis, ſexta mors ſenis, ſeptima luctus, & mœror hæredis.

De tremore capitis in ſene. Cap. 1.

Prima calamitas tremor capitis.

PRima calamitas ſenum, eſt tremor capitis. Et de hoc Sapien. ait, Excelſa quoque timebunt. Excelſa quoque hominis, caput illius eſt, in quo ſunt principaliter D quinque corporis ſenſus, qui quia excelſi, id eſt præcellentes, & in excelſo capite ſunt, excelſa denominantur. Excelſa tunc profecto timent, cum caput cum omnibus ſenſibus agitatur, quaſi agitatione capitis continuè inſinuant de vita præſenti receſſum: vel ſi male vixerint, quaſi capite negant ſe non poſſe, tunc faciliter emendare. At ſi bene, iam non faciliter a bonis moribus declinare. Vtrique licet vario intellectu dicere poſſunt propheticum illud, Timor & tremor venerunt ſuper me, quia & ſenex peccator timet iam mortem, & ſenex iuſtus etiam timet, ſcilicet Deum, dubitans ne in puncto mortis E coram Deo peccator inueniatur. Et de tali Propheta iterum ait, Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Ad peccatorem ſenem Iob 11.c. ait: Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris a te: & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia: tunc leuare poteris faciem tuam abſq; macula, & eris ſtabilis, ſ. in mēte, licet videaris agitare caput, & nō timebis mortem. miſeriæ quoq;, ſ. quæ eſt in ſenectute, obliuiſceris: & quaſi aquarum, quæ prætereunt non recordaberis: & quaſi meridianus fulgor, i. lumē ſpirituale, & manū cōſurget tibi ad veſperam in ſenectute, & cū te conſumptum putaue- F ris, ſ. propter ſenectutem, orieris vt Lucifer, id eſt totus in mente illuminatus eris.

De tremore membrorum ſenis. Cap. 2.

Secunda calamitas eſt nutatio corporis.

SEcunda calamitas ſenum eſt nutatio corporis. Et de hoc Sapiens ſubdit, Et formidabunt in via, ſ. omnia corporis membra, quia tremula efficiuntur, quod eſt ſignū reſolutionis, ac debilitationis virtutis contentiuæ membrorum, quæ membra continere nō valet, propterea compellitur corpus cōtinuè agitare. Talis cum Propheta orare debet ad Dominum, & ab eo hu- G militer poſtulare, ac dicere: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Et iterum, & vſq; in ſenectam, & ſenium Deus, ne derelinquas me, ſ. ſicut promiſiſti amicis tuis. Matth. vlti. Ecce ego vobiſcum ſum oibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

De canicie capitis ſenum. Cap. 3.

Tertia eſt canicies.

TErtia eorum calamitas, eſt canicies verticis. boni ſenis veneranda canicies plus habet, nō modo auctoritatis, ſed & honeſtę voluptatis, q̄ fędę omnes iuuenū illecebrę. Neq; enim mutati coloris H pęniteat ſenē. Nā quis tāto corrupto ſēſu, tanq̄ obliquo pōt eē iudicis, vt nō candidorū calatos liliorū, q̄ nigrantiū carbonū malit ciſtas inſpicere? Aut ſi transformandus ſit, nō potius ſe velit ſimilē eē cygno, q̄ coruo? Et de hac canicie ſupra inquit. Florebit amigdalus, i. caneſcet caput. Nā & amigdalus albeſcit, cum floret. Ad literam canicies eſt ſignū debilitatę virtutis. Quia enim virtus contentiua humorum debilitatur in ſene: ideo putreſcūt humores, ac frigeſcūt. In cuius ſignū ſuperfluitates de corpore ſenis albæ procedunt. proinde caneſcunt. De

A hac enim canicie Ioan. Chryſoſt. in ſermone 7. ſuper epiſtolam ad Hebr. ait: Canicies tunc venerabilis eſt, quando ea gerit, quę caniciem decent: cum vero ſenex iuuenilirer conuerſatur, plus iuuenibus ridiculus eſt. Canicies tamen communiter veneranda eſt. Vnde Leuit. 19. ſcriptum eſt, Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.

Quomodo in ſene tumeſcunt membra. Cap. 4.

Quarta eſt tumor ventris. QVarta calamitas, eſt tumor ventris, vel aliorum membrorum. Et de hoc dicitur, Impinguabitur locuſta. Impinguatio locuſtę circa ſeniũ, eſt potius tumor, quàm vera pinguedo. Et per hunc modum eſt impinguatio ſenum, quod eſt ſignum debilitati caloris digerentis. Quia enim calor digerens deficit, abundat flegmaticus humor, & aquoſus, atque indigerens, qui corpus ſenis implet, & impinguare videtur. Hæc profectò pinguedo grauitatẽ corporis gignit, quàmuis interdum non ætatis, ſed naturæ comes inueniatur. Vnde fit vt iuuenes, quandoq; graues, & ſeniculos agiles videamus. Cæte- C rum, & ſi graui ſunt corpore, ſæpe animus leuis, & ſub leui habitet grauis. Et de talibus Propheta ait, In populo graui laudabo te. Corporis tamen, atque animi proportio quędam, ſi obuenerit, non aſpernanda eſt.

Quomodo in ſene frigeſcit virtus generatiua. Cap. 5.

Quinta eſt infrigidatio. QVinta calamitas, eſt infrigidatio, ſeu remiſſio libidinis. Et de hoc ait, Diſſipabitur capparis. eſt enim capparis quædam herba, vel fru- D tex, qui ſecundum Dioſcor. eſt ſpinoſus, & expanſus ſuper terram, & habet in ſummitatibus rotunda ſeminum capula, quæ duriciei ſplenis ſuper omnia medicamenta valet. prodeſt quoque renibus, vt dicit glo. & conſortat actum virtutis generatiuæ. & ſecundum Hierony. in Hebræo commune nomen habet ad herbam, & ad amorem libidinoſum. In quacunque igitur ſignificatione ſumatur, eſt ſenſus: Diſſipabitur capparis, id eſt remittetur feruor libidinis. In actu enim generationis mouet calor, & materiam miniſtrat humor. Quia igitur ſenectus eſt frigida, & ſicca, deficit calor & humor, & ideo libidinis minuitur feruor. De talibus Sapiẽ. 4. E O quàm pulchra eſt caſta generatio cũ claritate, ſcilicet intellectus diuinorũ. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.

De morte ſenis. Cap. 6.

SExta vero eorum calamitas, eſt mors ſenis. & de hac Sapiens ſubdit, Quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ. Domus enim poſt mortem æterna eſt, quia Eccleſiaſt. 11. cap. ait: Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in F quocunque loco ceciderit, ibi erit. Lignum iſtud eſt homo, de quo Iob 14. cap. ait: Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit. Auſter ſignat charitatis calorem, & gloriæ ſtatum, Cantic. 4. Veni auſter & perfla hortum meum. Lignum igitur cadere ad auſtrum, eſt hominem in morte reduci in gloriam. Et erit ibi, quia nunquàm poterit demereri. Si ceciderit ad aquilonem, ibi erit. id eſt ſi ad pœnam infernalem ierit, nunquàm egredietur, Iob 7. Qui deſcendit ad inferos, non aſcendet. Infernus quidem per aquilonem ſignificatur, Hierem. 1. Ab aquilone pandetur om- G ne malum. In quocunque loco ceciderit, ſcilicet ſiue bono, ſiue malo, ibi erit. quia ſicut Galat. 6. Apoſtolus ait, Quæ enim ſeminauerit homo, & metet. O ſenex, audi Apoſtolum 8. c. ad Hebr. in fine dicentem: Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Iuuenis cito mori poteſt, ſenex autem diu viuere non poteſt. Et ſicut Cyprianus de duodecim abuſionibus ait: Quid ſtolidius fieri poteſt, ſi mens ad perfectionem feſtinare non contendat, quando totius corporis habitu ſenectute confectus homo ad interitum properat, dum caligant oculi, aures grauiter audiunt, capil- H li fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapſi numero minuuntur, cutis areſcit, flatus non ſuauiter olet, pectus ſuffocatur, tuſſis crachinat, genua trepidant, tales ac pedes tumor inflat, homo interior qui ſeneſcit his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruituram iam, itaque domum corporis cito pronunciant. Et tamen, ſicut Hieroñ. in quadam epiſtola ait: Nemo tam fractis viribus, & decrepitæ ſenectutis eſt, vt non ſe putet vnum adhuc annum eſſe victurum. & Hugo de Sancto Victore in lib. de clauſtro animæ, lib. 2. etiam ait: Inter abuſiones

Sexta eſt mors ſenis.

ſeculi

A ſeculi huius mundi ſola maior eſt ſenis obſtinatio, qui morti proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quaſi ad oſtium mundi huius poſitus foris expectat: nec tamen vitæ præſentis attendit egreſſum. Audit nuncios mortis, & credere non vult eis. Tres enim ſunt nuncij mortis, caſus, infirmitas, & ſenectus. Caſus dubia, infirmitas grauia, ſenectus certa nunciat. Caſus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, ſenectus præſentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate dolor, ex certitudine ſenectutis non obſtinatio, ſed afflictio, & humilitas ſequi deberet. Senex enim, aut peccator, aut moritur iuſtus. Si peccator, audiat Bern. qui in quadam epiſtola ait, Mors peccatorum peſſima. Mala quidem in mundi amiſſione, peior in carnis ſeparatione, peſſima in vermis ignisque duplici contritione. At econtra bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem. Precioſa mors Sanctorum: precioſa planè tanquàm finis laborum, tanquàm victoriæ conſummatio, tanquàm vitæ ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus. Et tunc ſiue malè moriens, ſiue bene, ibit homo in domum æternitatis ſuę.

Tres ſunt nūcij mortis.

B

C *De lachrymis veris, & fictis in morte ſenum.* Cap. 7.

SEptima vero calamitas, licet propriè non ſit ſenum, tamen ad hæredes, & conſanguineos ortum habet. Et hæc eſt luctus, & mœror hæredis. Et de hoc Sapiens ſubdit, Et circuibunt in platea plangentes, ſcilicet quando funus ad ſepulturam feretur. Quod fit maximè magnatibus, quando equi & famuli prædictorum cooperti, & induti funereis veſtimentis in plateis, & veris gemitibus, clamoribus, & lamentis, quandoque veris, ſed ſæpius fictis defunctum plangunt. Et de hoc Propheta ait, Caput circuitus eorum labor labiorum ipſorum, id eſt dolor, quem ſentiétes in corde de mortuo ſene verbis, quæ continent, non poſſunt oſtendunt. eſt caput, id eſt cauſa circuitus eorum. Vel de fictè plangentibus poteſt dici, Caput: id eſt ſuperbia, quæ initium eſt omnis peccati, vt dicitur Eccleſiaſt. 10. Circuitus eorū, ſcilicet cauſa eſt. Hoc eſt circuineunt in plateis plangentes ad ſeculi pompam. Et quia non ex corde planctus ille procedit, ſubdit, labor labiorum: & non cordis ipſorum operiet eos vel quia fingunt a doloroſis clamoribus ſe ſuperari: vel quia dolor, quem fictè oſtendunt, diuino iudicio ſuperueniens opprimit, & occupat eos. Et ſubdit, Cadent ſuper eos carbones, quia diuitiæ, quæ a defuncto relictæ ſunt, ſcilicet propter quas hæredes flent: quia ſcilicet tandiu defunctus vixit, carbones fiunt ſcilicet tam temporaliter, quàm æternaliter his, quibus relictæ ſunt, quia ſæpe inter hæredes oriuntur ex tali hæreditate odia, & inimicitiæ, atque deſolatio eorum, & tandem ignis, & deſolatio ſempiterna. Vnde ſubditur, In ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent: ſcilicet, ſed deficient, quandoque temporaliter, & ſæpius æternaliter: quia ſicut Propheta ait, Sicut oues in inferno poſiti ſunt, id eſt ponentur, mors depaſcet eos. Et vt dicitur 13. q. 2. in cap. animæ defunctorum, Curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt viuorum ſolatia, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa: oberit pio vilis, autem nulla. Age igitur iam ſenex, qui ad naturæ maturitatem veniſti. Poma igitur cum maturuerint, ſi ſenſus, atque ſermo daretur illis, gratularentur ſe ad id perueniſſe, ad quod nata ſunt. Et vt cæterarum rerum, ſic ætatis maturitas quædam eſt, quæ ſenectus denominatur, quod vt ita eſt videas, & ætas, & mors iuuenum acerba quidem dicitur, & acerba eſt. Matureſcit homo, ſicut & poma & fruges, quæ cum in eis maturitas bona ſit, quanto melior in homine, propter quem omnia maturabilia matureſcūt. Maturuiſſe iam debes, ſi quid in te ſucci nobilis fuerit. iam melioris tui manum ſecurus expecta. Non mors illa, quam metuis, ſed laborum finis ac principium vitæ eſt. Quia igitur in te mundus tranſit, & concupiſcentia eius: ideo, Amice aſcende ſuperius. Age iam, ſic denique reliquum vitæ viue, vt feſſa iam puppis ad portum tranquillitatis veniens æternaliter requieſcat in gloria ſempiterna: ad quam nos perducat Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto eſt portus, & tranquillitas omnium Beatorum per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Septima calamitas eſt mœror hæredis.

D E F G H

A ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd propter tria veritas eſt viriliter erigenda.

Veritas eſt erigēda ꝓpter tria.

PRimo inquam eſt veritas viriliter erigenda, quia veritas corruit. Erigenda ſiquidem eſt propter tres rationes. Primo quia eius diminutio ſeu defectio eſt criminoſa, ſecundo, quia eius abſconſio eſt periculoſa: tertio, quia eius manifeſtatio eſt fructuoſa.

Quantum defecit, vel ſaltem minuta veritas eſt in mundo. Cap. 1.

B

PRimo quidem viriliter erigenda eſt veritas, quia eius diminutio ſeu defectio eſt criminoſa. Nimis profectò damnoſum atque criminoſum eſt in mūdo & in qualibet ciuitate, inſuper & in qualibet anima defectio, & diminutio veritatis. Quod intelligens Propheta in perſona cuiuſlibet iuſti zelatoris veritatis orat ad dominum, & clamans dicit, Pſal. 11. Saluum fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutę ſunt veritates a filijs hominum. In quibus verbis

Declaratio dicti prophetæ.

C tria gradatim oſtendit. Primo humilitatē, ſecundo defectibilitatem, tertio neceſſitatem. Primo oſtendit ſuam humilitatem, cū ait, Saluum me fac Domine. q. d. non poſſum ex me, non ex homine, non ex mūdo. Primo non poſſum ex me ſaluum facere, Pſal. Spiritus vadens & non rediens. Oſeæ 13. Perditio tua Iſrael eſt ex te, ſupple tantummodo in me auxilium tuum. Secundo non poſſum ex homine: ideo ait, Domine. ſcilicet quia Deus es, homo me ſaluum facere non poteſt, Pſalm. Frater nō redimit, redimet homo. Frater profectò

D Chriſtus non redimit inquātum homo, qui inquantum homo frater eſt. Et purus homo redimet, quaſi dicat: non. Quod eſt contra Iudæos, qui ſperant inaniter in ſuo venturo Meſſia, quem expectant vt purum hominem, contra quos Hiere. 17. c. ait: Maledictus homo, qui confidit in homine. Tertio non poſſum ex mundo, Pſal. Fallax equus ad ſalutem. hic equus eſt mundus, qui propriè dicitur fallax: quia in neceſſitate deficere comprobatur. Hic eſt baculus arundineus confractus Ægyptus, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit manum eius, & perforabit eam, vt dicitur Eſa. 36. Tu ergo Domine, qui ſolus potes, ſaluum me fac, ſcilicet ſalute exteriori corporis, & interiori E animæ, ſcilicet gratia: & ſuperiori ſcilicet gloria ſempiterna. Secundo oſtēdit in mūdo omnis boni defectibilitatem dicens, quoniam defecit ſanctus. quod tripliciter intelligi poteſt. Primo quo ad opinionem, ſecūdo quo ad gratificationem, tertio quo ad paucitatem ſeu diminutionem. Primo enim defecit ſanctus quo ad opinionem, ſ. quorundam, qui dicunt ꝙ in mundo nullus eſt ſanctus. In cuius miſterium. 3. Reg. 19. dicit Helyas. Domine altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & ego relictus ſum ſolus. Et dicit Dominus, Non quia ego derelinquam reſeruaui mihi in Iſ- F rael ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Secundo defecit ſanctus quo ad gratificationem: quia Spiritusſanctus, qui per eſſentiam vbiq; eſt, defecit quo ad eſſe per gratiam, quia modo in paucis reperitur voluntas bona. Pſal. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Tertio quo ad paucitatem & diminutionem. Vnde inquit, quoniam defecit ſanctus, ſcilicet qui increpet aſperis, deterreat minis, conſulat blandis, inuitet promiſſis, informet exemplis, inſtruat doctrinis, defendat ſanctis, adiuuet mori- G bus bonis. Tertio autem oſtendit neceſſitatem. Vnde ait, Quoniam diminutæ ſunt veritates a filijs hominum. Pluraliter loquitur, vt comprehendat triplicem veritatem, ſcilicet, veritatem iuſtitiæ, quæ defecit per auaritiam: veritatem vitæ, quæ defecit per luxuriam: & veritatem doctrinæ, quæ defecit per ſuperbiam. De hac triplici veritate Ioan. 16. Dominus ait: Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Hæ autem veritates modo diminutę ſunt, aut penitus defecerunt propter abundantiam contrarię falſitatis. Oſeę H 4. c. ſcriptum eſt, non eſt ſcientia Dei in terra, veritas iuſtitiæ miſericordia vitæ, ſcientia doctrinæ modo diminutæ ſunt in mundo. Et iterum de his tribus veritatibus, Micheę 3. c. ait, Princeps eius in muneribus iudicabant. Et hoc eſt contra veritatem iuſtitiæ, & ſacerdotes eius in mercede docebant. & hoc eſt contra veritatem doctrinæ, & prophetę eius in pecunia diuinabāt, & hoc eſt contra veritatem vitæ.

Quan-

A *Quantum & quibus pernicioſa ſit hodiernis temporibus veritas a prædicatoribus occultata.* Cap. 2.

Secundo eſt erigenda veritas.

SEcundo autem viriliter erigenda eſt veritas, quia eius abſconſio eſt periculoſa. Tribus quippe generibus hominum periculoſa eſt abſconſio veritatis. primo prædicatoribus, ſecundo non audientibus, tertio eorum ſucceſſoribus. Primo periculoſa eſt prædicatoribus. Tria enim impediunt eos, ne prædicent veritatem. Primũ eſt negligentia ſeu tepiditas, ſecundum falſa humilitas, tertium eſt timiditas. Primum eſt negligentia ſeu tepiditas, quia hodie pleriq; prædicatores nõ curant de animarum ſalute. O quot ſunt hodie propter ſitientes audire diuinum verbum, qui in mortali relinquuntur ſiti, & quotidie prædicatur his, qui de prędicatoribus faſtiditi ſunt. Talibus

Tribus generib' hominũ periculoſa ẽ abſconſio.

Tria impediũt ne prędicatores prędicent veritatem.

B negligentibus prædicatoribus per Eſa. 21. c. Dominus ait, Occurrentes ſitienti ferte aquam. Non dicit ebrio, ſed ſitienti. Nam vt Grego. ait: Vecordem ſe aſſerit, qui hortis ſitientibus in flumine aquas ſpargit. Tales quodammodo prędicant conſuetudinẽ, non veritatem. Secũdum eſt humilitas falſa. Eſt enim quædam humilitas indiſcreta, qua homo ſic indiſcretè cauet ſuperbiam, vt non intendat in ſe ſuſceptam a Chriſto gratiam. Ad huiuſmodi animam ait ſpõſus Canti.j. Si ignoras te, o pulcherrima inter

C mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Pulcherrima mulierũ eſt humilis anima, quæ ſeipſam ignorat, quãdo per indeſcretam humilitatem acceptam gratiam diſſimulat. Et tunc optimum ei erit a ſe quodammodo egredi, & poſt veſtigia gregum abire, ideſt ſe a communium hominum comparatione conſiderare, vt ſic Chriſti gratiam in ſe conſideret, qua ipſam communium hominum ſtatui prætule-

D rat, vt ſic talentum Domini ſui in lucrũ ponat, cum gratiam quam communes homines non habere proſpexerit, cęteros in hac gratia ſe inferiores lucrifacere quærat. Et hoc eſt hædos ſuos iuxta tabernacula paſtorum paſcere, officium prædicationis ſuæ in gratia ſibi data, circa populos & peccatores in hac gratia exercere. Hoc idem Grego. in paſtorali teſtatur, di. Qui magnis muneribus ditati parere vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt, ſi diſtrictè iudicẽtur: ex tantis procuidubio rei ſunt quantis ad publicum venientes prodeſſe potuerũt.

E Proinde veritatis prædicator per prophetã ait, Pſal. 39. Iuſtitiam tuam nõ abſcondi in corde meo. q.d. Iuſtitiam, quam cognoui, non per negligentiam, aut falſam humilitatem prædicare diſſimulaui. Conſiderans, ꝙ Prouerbio. 11. c. ſcriptum eſt: Qui abſcõdit frumenta, maledicetur in populis. Veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi. Nam prædicator predicare debet iuſtitiã, vt opere compleatur: veritatẽ, vt populus inſtruatur: & ſalutare, vt bene viuere diligatur. Primum reſpicit ſpem, ſecundum fidem, tertiũ charitatem. Iuſtitia prędicanda eſt iniuſtis, veritas ignorantibus cęcis, ſalutare impijs deſperatis. Tertium eſt timiditas ſeu timoroſitas. Sunt quoq; plerique, qui non propter negligentiam, neque propter falſam humilitatem, ſed propter timorem inãnem veritatem prædicare deſiſtunt. Quod idem

Quæ ſit prædicare debeat.

F prædicator per prophetam excludit, di. Nõ abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam a concilio multo, hoc eſt timore concilij multi non ceſſaui prædicare miſericordiam tuam & veritatem tuam, vt docerem homines venire ad te per vias tuas, quia vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. In miſericordia venit Chriſtus quærere & ſaluum facere, quod perierat. Lu. 19. In veritate veniet ad iudicium, Eſa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui. i. cum Apoſtolis & Euangelicis viris. Et merito hęc duo coniungit, ſ. miſericordiam

G & veritatem, quia ſimul non cum eorum altero prædicandum eſt. ſ. ne aut reſpectus ſolius miſericordiæ mentem extollat in præſumptionem, aut reſpectus ſolius veritatis præcipitet in deſperationem: ſed cum vinũ pungit, & oleum leniter vngit, ſanãtur vulnera animarum, ſicut Lu. 10. miſticè deſignatur. Et alibi per prophetam etiam prædicator ait, Memor ero Raab & Babilonis, ideſt memorabor & reducam ad memoriam audientium Raab, quæ miſericordiam conſe-

H cuta eſt: in quo notatur miſericordia, & Babilone, in quo notatur punitio peccatorũ. Et ſubdit in primo verbo propheta, Tu autem Domine ne longe facias miſerationes tuas a me. q.d. Merito longè facere deberes miſerationes tuas a me, ſi abſcondiſſem veritatem tuam a concilio multo ſecundum veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Non ergo longè facias miſerationes tuas a me. Secundo talis abſconſio veritatis periculoſa eſt non audientibus. Nam populi, qui in mũdialibus ſunt immerſi, ſine veritatis prædicatione ignorant quæ Dei ſunt: nec quæ

teneantur

A teneantur vitare intelligunt, nec quæ operari tenentur agnoſcunt. proinde de talibus propheta ait: Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Neſcierũt, ſcilicet ſupradicta, & hoc ex natura corrupta: neque intellexerunt, ſcilicet peccata omiſſionis & commiſſionis: & hoc ex veritate non audita. In tenebris, ſcilicet ignorãtiæ ambulant, per abrupta ſcilicet, & præcipitia vitiorum. proinde diſt. 3. 8. c. ignorantia. Ignorantia mater eſt cunctorum errorum. Et Richar. in quodam ſermone ait: Portæ inferi duæ ſunt, quæ ingredientes ad omne malum inducunt. Vna eſt ignorãtia boni, alia eſt concupiſcentia mali. Hæ portæ quantum ſint in mundo apertæ ſine
B veritatis doctrina, patet his qui oculos habẽt. Tertio talis abſcõſio veritatis periculoſa eſt etiam ſucceſſoribus. Nam parentes ignorãtes ea, quæ Dei ſunt, docere non poſſunt ea filios ſuos & familias ſuas. At econtra cum veritas Chriſtianæ vitæ a veritatis prædicatoribus populis nunciatur, verificatur quod in Pſal. Attendite popule meus ſcriptum eſt: Quanta audiuimus. q. d. multa & magna, & cognouimus ea, ſcilicet fuiſſe vera, & patres noſtri ſcilicet ſpirituales atque carnales narrauerunt nobis. Non ſunt oc-
C cultata a filijs eorum in generatione altera, ſcilicet ſubſequente. Narrantes laudes Domini, ideſt ea quibus Deus eſt laudãdus, & virtutes eius & mirabilia eius, quæ fecit. laudes ad Spiritum ſanctum referuntur: quia ſola bonitas laudabilis eſt, ideſt Spiritusſanctus per approbationem. Quod dicit virtutes, refertur ad patrem, quia ſola potẽtia eſt virtuoſa, quæ attribuitur patri. Quod dicit mirabilia, ad filium referri debet, quia ſolus filius admirabilis nominatur. Iſa. 9. Paruulus natus eſt nobis, & ſequitur, Et vocabitur nomen eius admirabilis. Ex omnibus his clareſcere poteſt, quanta bona ſe-
D quuntur, & quanta mala vitantur ex manifeſtatione veritatis. At econtra, quanta bona ceſſant, & quãta mala & peccata ſequũtur ex occultatione illius, & hoc non ſolũ ad veritatis auditores, verum etiam ad ſucceſſores eorũ a generatione in generationem, ſecundum hunc modũ multa ab Apoſtolis peruenerunt ad nos per generationum ſucceſſiones, quæ verbo & moribus in populis fidelibus inſtituentes in ſuis ſcriptis minimè reliquerunt, ſicut patet de forma conſecrationis corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, extra de cele. miſ. in cap. cum Marthæ.

Quantum ſit fructifera veritas prædicata, & quòd duodecim generet fructus. Cap. 3. B

Tertio veritas eſt viriliter erigenda, quia eius manifeſtatio eſt fructuoſa. Aduertendum eſt autem, ꝙ verbum Dei, verbum veritatis denominatur. Et maximè propter quatuor rationes. Et primo, quia eſt a veritate originaliter: ſecũdo, quia eſt de veritate materialiter: tertio quia eſt in veritate formaliter: quarto, quia eſt pro veritate finaliter. Primo enim dicitur verbum Dei, verbum veritatis, quia eſt a veritate originaliter, Ioan. 14. Ego ſum F via, veritas & vita. & c. 17. Sermo tuus veritas eſt. Secundo, quia eſt de veritate materialiter, Act. 26. ait Paulus: Non inſanio optime Feſte, ſed ſobrietatis & veritatis verba loquor. Tertio, quia eſt in veritate formaliter. 2. Corinth. 9. ſicut in veritate omnia locuti ſunt. Quarto, quia eſt pro veritate finaliter, Ioan. 18. c. Ego in hoc natus & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Si igitur prædicator prædicat verbum Dei, prædicat veritatem. Et tunc aut cum effectu non auditur, aut humiliter auditur. Primo quidem ſicut effectu non auditur: tũc ſibi fit veritas fructuoſa. G Vnde Eccleſiaſt. 27. ſcriptum eſt, volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad eos qui operantur illam reuertetur. Quid enim profuit Herodi prædicatio veritatis, quã ei ꝓdicauit Io. Baptiſta? Profecto nihil. tamen & ſi non conuertit audientem, coronauit nihilominus confitentem. Secundo vero ſi deuotè & humiliter auditur, nũquam ſine fructu verbi Dei veritas ad Deũ redit. proinde Iſa. 55. Dominus ait: Verbũ meum, quod egredietur de ore meo, ideſt de ore prædicatoris, qui eſt os patris, per quem annunciat populis veritatem filij ſui, non reuertetur ad me vacuum. Et merito H quidem, quia veritas per verbum Dei quaſi lignum vitæ, Apoc. 22. duodecim in anima generat fructus. Primo enim ſi mortuus es, eſt viuificatiua: ſecundo ſi cęcus es, eſt illuminatiua: tertio ſi animalis es, eſt diſcretiua: quarto ſi frigidus es, eſt inflammatiua: quinto ſi famelicus es, eſt cibatiua: ſexto ſi tentatus es, eſt defenſiua: ſeptimo ſi induratus es, eſt mollificatiua & confractiua: octauo ſi deſperatus es, eſt confortatiua: nono ſi inquinatus es, eſt mundificatiua, decimo ſi infirmus es, eſt ſanatiua: vndecimo ſi debilis es, eſt confirmatiua, duodecimo

Tertio veritas ẽ viriliter erigenda.

Veritas per verbum Dei duodecim in aĩa generat fructus.

A mo ſi ſaluari deſideras eſt glorificatiua. Primo quidem ſi mortuus es, eſt viuificatiua & ſuſcitatiua. Nam veritas prædicata habet virtutem ſpiraculi vitam influentis. Proinde Io. 6. ſumma veritas ait, Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita, ideſt ſpiritualis vita ſunt. Et iterum Io. 8. c. inquit. Amen, ideſt in veritate dico vobis. Si quis ſermonem meũ ſeruauerit, ſcilicet corde, ore, & opere, mortem non videbit in æternum, ideſt non experietur, ſecundum Aug. Sumitur enim hic videre, pro experiri eo modo & genere loquendi, quo videre plerunque ſumitur pro forti & certa experien-

B tia omnium ſenſuum, tam exteriorũ, quàm interiorum. Vnde Exo. 20. ſcriptum eſt: Cũctus autem populus videbat voces, &c. viſus etiam, quia in ſenſibus primatum tenet, omnibus alijs intermiſcetur. Sic enim dicere ſolemus. Audi & vide, palpa & vide, &c. Ait igitur, Mortem non videbit in æternum. Huius enim ratio eſt, quia ſemen eſt verbum Dei, vt dicitur Lu. 8. Conſiſtit autem vita æterna in verbo Dei, ſicut in quodam principio ſeminali, quia finaliter perducit ad beatam vitã, ſicut virtute ſeminis

In quibus conſiſtat vita æterna.

C producitur fructus. Proinde ſicut ille, qui ſeruat ſemen a corruptione ad fructus peruenit: ſic qui ſeruat diuinum verbum, quod eſt veritas, peruenit ad beatitudinis ſtatum, quam beatitudinem deſignat cum ait, Mortem non videbit in æternum. Sed quia beata vita conſiſtit in viſione & fruitione Dei: ideo per excluſionem æternæ mortis, quæ huic viſioni oppoſita eſt, conſecutio beatitudinis denotatur. Secundo autem ſi cęcus es, veritas verbi Dei eſt irradiatiua: quia habet virtutẽ radij dirigentis, vnde Propheta inquit, Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis. Et iterum ait, Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & in

D tellectum dat paruulis. Tertio vero ſi animalis es, eſt diſcretiua, quia virtutem habet gladij diuidentis. Ad Hebr. 4. Vnius eſt.n. ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Quod ſic breuiter intelligi poteſt. Ait enim, Viuus, ſ. in ſe eſt ſermo Dei, ideſt per quem Deus manifeſtat ſeipſum, ſicut homo manifeſtat ſe per ſermonem & efficax, ſcilicet per potẽtiam quo ad alios, quia magna per eum, & in eum operari poſſunt, & penetrabilior. i. perſpicatior omni gladio ancipiti, i. ſubtiliſſimo ingenio carnalia & ſpiritualia penetrante, pertingens vſq; ad diuiſionem, ideſt

E diſcretam cogitationem animæ ac ſpiritus, ideſt carnalium & ſpiritualium cogitationum, & eſt diſcretor compagum. i. diſcretat ſubtiles iuncturas cogitationum, quæ ſibiinuicem connectuntur, ac medullarum, i. intimarum intentionum. quod autem ſequitur, & diſcretor cogitationum, & intẽtionum cordis, expoſitio præcedẽtium eſt. & iterum Eph. 6. Apoſt. ait: Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Dicitur autem hic veritas verbi Dei gladius ſpiritus, maxime propter quatuor. Primo quia tale verbũ Spirituſſanctus fabricauit. 2. Reg. 23. Spiritus Dñi locutus eſt per me, & ſermo eius p linguam meam. Secundo, quia ſpirituales hoſtes interficit. Iſa. 11. ſpiritu labiorũ ſuorum interficiet impium. Tertio, quia ſpiritum a carne diuidit, vt ſupra dictum eſt. Vnius eſt ſermo, &c. Quarto, quia interiora vulnerat & pungit, vnde ſagittis acutis aſſimilatur, Pſal. Sagittæ potentis acu. cum carboſo. Quarto ſi frigidus es, eſt inflammatiua, quia habet virtutem clibani incẽdentis, Lu. 24. Nonne cor noſtrum ardens erat in

Veritas verbi Dei gladius ſpiritus maxime pp quatuor.

G nobis, dũ loqueretur in via & aperiret nobis ſcripturas? Hęc enim ad literam dicebãt illi duo diſcipuli tãquàm admirantes, quomodo in tanta accenſione ardoris & ſcripturarum apertione non cognouerunt eũ. Sicut ſi miraretur homo, ſi ſolem in claræ meridie videns, & eius æſtum ſentiens, nõ recognouiſſet ipſum eſſe ſolem. & Eccleſ. 48. iterum ſcriptum eſt: Surrexit Helyas propheta, quaſi ignis, & verbum illius quaſi facula ardebat. Pſal. Ignitum eloquium t. vehe. & ſer. t. d. illud. Quinto ſi famelicus es, eſt cibatiua, quia habet virtutem pabuli reficientis, Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de

H ore Dei. Quod verificatur non ſolum de vita ſpirituali, ſed etiam de corporali. Sicut patet de Moyſe, qui ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹, verbo ſummæ veritatis ſpiritualiter & corporaliter ſuſtentatus. Hanc etiam quandoque participant plurimi, quãdo delectabiliter audiunt in prædicatione luciſſimas & ſuauiſſimas veritates. proinde in perſona talis animæ Propheta ad ſummam veritatem ait, Quã dulcia faucibus. m. e. t. ſuper mel ori meo. Sexto ſi tentatus es, eſt defenſiua, quia habet virtutem clipei munientis. Nam, vt dicitur Ephe. 6. c. In eo extinguuntur omnia tela nequiſſimi ignea. Et Prouer. 30. ſcriptũ eſt,

A eſt, Omnis ſermo Dei ignitus clipeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Et iterum propheta ait, Et in verbo tuo ſuperſperaui. Et iterum, Si populus meus audiſſet me, Iſrael, ſi in vijs meis ambulaſſet: pro nihilo forſitan, id eſt reuera inimicos eorum, ſcilicet infernales vel mūdiales humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam. Et Grego. Omnis autem, qui rectè prædicat, ſi audiatur, iram irati creatoris ſuper præuaricatorem populum placat. Septimo ſi induratus, & obſtinatus es, eſt mollificatiua & confractiua, quia habet virtutem mallei conterentis. proinde Hierem. 23. c. Dominus ait, Verba mea ſunt quaſi B ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram. Octauo ſi deſperatus es, eſt exhortatiua, quia habet virtutem ſuffragij confortantis. Pſalm. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Nono ſi inquinatus es, eſt mundificatiua, quia habet virtutem purificantis, Ioan. 5. Dominus diſcipulis ſuis ait: Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Decimo ſi infirmus es, eſt ſanatiua, quia habet virtutem remedij ſanificantis, Pſalm. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Vndecimo ſi debilis es, eſt roboratiua, C quia habet virtutem adiutorij confirmantis & perſeuerantis, Pſal. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Hebr. j. Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Duodecimo ſi ſaluari deſideras, eſt glorificatiua, quia habet virtutem præmij glorificantis, Iac. j. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Et Ioan. 6. Verba vitæ æternæ habes. Non ergo immerito Lucæ 11. Dominus ait. Beati qui audiūt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et poteſt eſſe thema in præſenti capitulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

D

De tribus propter quæ veritas expugnatur.

Tria sūt pp q̄ veritas impugnatur.

SEcundo eſt veritas viriliter amplectenda, ſcilicet publicè in platea. Porrò tria ſunt, propter quæ veritas impugnatur. Primo propter manifeſtationem, ſecundo propter directionem, tertio propter diſſimilitudinem.

Quòd ſceleſti peccatores veritatis correctiones ſuſtinere non poſſunt. Cap. 1. E

PRimo enim veritas impugnatur propter manifeſtationem. Eſt. n. veritas manifeſtatiua in modum lucis, ac per conſequens eſt turpium demonſtratiua, vituperatiua, & confuſiua. Proinde Ioan. 3. Dominus ait. Omnis enim qui male agit, odit lucem, ſicut patet de adultero & de fure: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt F facta. & virtute diuina, ſine qua virtute opus meritorium fieri non poteſt. Et iterū Ioan. 18. ait Pilato, Ego in hoc natus ſum: ſcilicet temporaliter: & ad hoc veni in mūdum: ſcilicet per carnis aſſumptionem, vt teſtimonium perhibeam veritati. ſ. manifeſtando errores hominum, & perditionem eorum, & indicando, atque docendo veritatem de diuinis, vt per eā ſaluent. Pro hac veritate Chriſtus a populo Iudæorum crucifixus eſt, & multi alij veritatis prædicatores perſecutiones & mortem ſæpius paſſi ſunt. Nam, ſicut Ambr. ſuper Epiſt. ad Cor. G ait, Liberè & ſine adulatione veritatē prædicantes, & geſta prauæ vitę arguentes gratiam apud homines non habent. Quod tamen de hominibus ſceleratis & obſtinatis maximè verum eſt. Nam & ego pleroſque noui, qui veritatem audacter atq; viriliter, & tamen diſcretè prædicantes populo maiorem gratiam apud homines imcōparabiliter habuerunt, quàm adulantes. Apud igitur omnino ſceleſtos veritas odium parit. Nā ſi veritas eſt manifeſtatiua, oſtendendo: erit & reuerberatiua, & impugnatiua arguēdo & reprehendendo. Et quia ſceleſtus homo arguentis punitiones ſuſtinere non H poteſt, vt patet in Herode a Ioanne reprehenſo, ſtatim machinatur in maleficia arguentis. Proinde Io. 8. c. Dominus ait: Nūc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatē locutus ſum vobis. hinc Bern. ait. Mirabilis inſania, iraſcimur ſananti, & non iraſcimur vulneranti. Sanans eſt prædicator, ſed vulnerans eſt diabolus & adulator. Et Greg. iterum ait. Ægra mens prædicationem veritatis non ſuſtinet, quia tacto vulnere dolet. Tacto vulnere dorſi, recalcitrat equus, quod quidem magnæ inſipientiæ indicium eſt. Vnde Prouer. 12. Salomon ait: Qui odit increpationes, inſipiens

A piens eſt. De talibus erãt hi, de quibus Gala.4. Apoſtolus ait: Ego inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis. quaſi dicat: Si vobis adulatus eſſem, factus eſſem vobis amicus. Quãtũ maximè inter amicos fugiẽda adulatio ſit, etiam paganus Tullius in libro de amicitia inquit. Sic habendum eſt in amicitia, nullam peſtem eſſe maiorẽ, quàm adulationem, blãditiam, & aſſentationem. Hoc vitium hominum leuium eſt loquentium ad voluntatem, & nunquam ad veritatem. Refert quoque Seneca, ꝙ cum magnus Alexander in bello vulneratus eſſet, & tandem repreſſo ſanguine vulneris dolo

Seneca.

B rem ſentiret, ait: Omnes iurant eſſe me filium Iouis, ſed vulnus hoc me eſſe hominẽ clamat. Non ſunt igitur palpanda a prædicatore veritatis vitia populorum, & adulationibus conſouenda: quia ſic impiè decipiuntur & in vitia grauiora præcipitantur, teſte Iſa. qui cap.3. ait: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Nec tamẽ in populis ſunt omnes ignari & cæci, qui nõ diſcernant inter adulatores & veritatis prædicatores. Si qui enim ęgrè ferunt veritatis correptiones, compatiendum eſt eis tanquam ſtultis atque infirmis, & de indignationibus atq; murmurationibus eorum curandum non eſt. Audiant omnes, qui correptionem moleſtè ferunt, quod Prouerb.

C 29. ſcriptum eſt: Viro, qui corripientem ſe dura ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet ei interitus, & eum ſanitas non ſequetur, & 19.c. Eccleſ. Qui inquit, odit correptionem, minuetur vita. Et c.32. iterum inquit: Peccator homo vitabit correptionem. Et Prouerb.15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. De his quoq;, qui ex veritatis corruptione proficiunt, Prouerb. 17. ſcriptũ eſt: Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagę apud ſtultum. Et 28.c. iterum ait: Qui corripit hominem prudentem, gratiam poſtea inueniet

D apud eum, & Eccl. 10. Vir prudens, & diſciplinatus non murmurabit correptus.

Quòd animabis diſtortis, & ſceleratis dura eſt directio veritatis. Cap. 2.

Secundo veritas impugnatur ꝑ directionem.

Secundo veritatis impugnatur propter directionem. Natura ſiquidem veritatis eſt in bonum dirigere, & mouere & peccator diſtortus eſt per errores & impias affectiones & operationes a veritatis via. Et quia homo non poteſt dirigere in bonũ exiſtẽs, niſi relinquere faciat bonum apparens, & niſi tollat carnis illecebras, & mũdi E delicias, ideo peruerſus homo nimis exiſtimans q̃ relicturus eſt, & nimis difficilia q̃ aggreſſurus eſt, & ad quæ dirigendus eſt, veritatem odit, quia non vult perdere vanitatem & voluptates. proinde Eccleſ. j. Peruerſi difficilè corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Ad tales Seneca inquit: Vides vbi poſita ſit felicitas, ſed ad illã peruenire non audes, quid te impediat, dicam: Magna hęc exiſtimas, q̃ relicturus es. Multos quoque hæc duo retrahunt a religionis ingreſſu. Et quia talis peruerſio peccatori, quandoq; per quoddam diuinum ſpiraculum innoteſcit, tunc vt illam a ſe amouere F poſſit, debet cum propheta a Domino poſtulare atque orando dicere, Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Saluator meus. Sciebat profectò, ꝙ alia eſt directio veritatis apud homines, & alia eſt apud Deum, quia quandoque quod videtur recta veritas apud hominem atq; mundũ, eſt falſa tortuoſitas apud Deum. Quod ipſemet innuit per prophetam dicens, Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo, i. ea quæ apud hominẽ videntur iuſta & verè recta. vnde peccator humiliter orat dicens, dirige me in veritate tua, ideſt veritatem iudicij tui inſere cordi meo, & ſic non incuruabitur ad infima & terrena, ſed dirigetur G ad tua ſumma. Sic ergo petit dirigi voluntatem & affectum ſuum. Sed quia quandoque dirigitur affectus ad bonum aliquod appetendum, nec tamen propter hoc intellectus illuminatur ad illud inueniẽdum: propterea addit, Et doce me, ꝑſal. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu, qui me creaſti: Saluator meus, qui me recreaſti. Ad hoc ſiquidem me creaſti, vt ad æternam vitam me induceres, ad hoc etiam me recreaſti, vt ad illam me reduceres, & ſaluares.

H

Quòd diſſimiles virtuoſis in vita, in eis odiunt veritatem. Cap. 3.

Tertio veritas impugnatur propter diſſimilitudinem. Sicut enim naturaliter ſimilitudo amorem conciliat, ita diſſimilitudo odiũ parit. Hinc profectò eſt, ꝙ homo vanitatis & carnalitatis, hominẽ veritatis perſequitur & impugnat. proinde Sapien. 2. contra hominem veritatis impij dicunt: Circumueniamus iuſtum, quoniã inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris. & ſequitur, grauis eſt nobis

etiam

A etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & in veritate alias, & immutatę ſunt viæ eius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a vijs noſtris tanquam ab immunditijs. Mira & non mira res, ſecundum Bernar. vitioſus vitioſorú conſortia non fugit. Et vbi omnes fętent, vnius fętor minimè ſentitur. Quis enim auarus auarum, luxurioſus luxurioſum erubuit? At vero in bonis non placet vox, vbi facies diſplicere probatur. Nec propter hoc relinquere debent iuſti veritatis viam. Non enim in prælio virilis eſt miles, qui tantum propter verba, ſeu cla-
B mores aduerſariorum fugit. Sta in acie, aduerſarijs armatus obſiſte: vt poſtquàm viceris, coroneris, & oppugnator tuus digna vltione plectatur. Ad hoc quidem hortatur propheta dicens, Diligite Dominum omnes ſancti eius, quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. In quibus ſacratis verbis de tribus admonet. Primo de dilectione, ſecundo de examinatione, ſeu requiſitione: tertio de retributione. Prima admonitio eſt de dilectione. Ait enim, Diligite Dominum omnes ſancti eius, ſcilicet nullo excepto, ſicut nullus exceptus eſt
C a beneficijs Dei, Pſalm. Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Ait enim, ſancti, id eſt ſine terra. Ad Dei quippe amorem exigitur, quòd nulla terrena & tranſitoria ſupra Deum diligantur. Iaco. 4. Amicitia huius mundi, inimica eſt Dei. Nec dicit ſancti, ſimpliciter: ſed addit, eius, quia philoſophi ſancti fuerunt, ideſt ſine terra: ſed non fuerunt eius. 2. Timo. 2. Cognouit Dominus, ſcilicet per approbationem, qui ſunt eius. Secunda vero admonitio eſt de examinatione ſeu requiſitione: vnde ſubdit, quoniam veritatem requiret Dominus, ſcilicet
D qualiter audita, qualiter ſuſcepta, & qualiter opere adimpleta, quæ omnia reducuntur ad hoc, quod requiret dominus, vtrum, ſcilicet verè dilexerimus eum. Quid autem ſit dilectio vera. Apoſtolus docet Epheſ. 5. c. vbi ait: Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis: & hæc eſt vera dilectio, vt diligamus eum, ſicut ipſe dilexit nos. Sed quomodo? Quomodo tradidit ſemetipſum pro nobis: ergo debemus pro ipſo noſmetipſos exponere morti, ſi opus fuerit. Alioquin non diligimus eum

De tribus nos admonet prophetę.

verè. Sed rogo te, qui modo leni pœnitentiæ pro Deo ſe ſubijcere nolunt, quomodo tempus ſæuæ perſecutionis ſe exponerent gladijs impiorum. Quod eſt contra ſuperfluè delicatos. Vnde Grego. in Homil. ſuper, Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, loquens de quadam virgine martyre inquit: Neque enim ſancta hæc mori pro Domino potuiſſet in corpore, ſi prius a terrenis deſiderijs mortua non fuiſſet in mente. Et addit: Quid inter hæc nos barbati & debiles dicimus, qui ire ad regna cœleſtia puellas per ferrum videmus? Quos ira ſuperat, ſuperbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat. Qui ſi adipiſci cœleſtia regna per bella perſecutionum non poſſumus, hoc ipſum nobis F
turpe eſt, quòd Deum nolumus ſaltem per pacem ſequi. Ecce nulli noſtrum hoc tempus dicit Deus, pro me morere: ſed illicita tantummodo in te deſideria occide. Qui ergo in pace ſubijcere carnis deſideria nolumus, quando in bello pro Deo carnem ipſam daremus. Hæc Grego. Qui ergo carnis deſideria non occidunt, ſed amant diuitias, delicias & honores: quid dicent Domino in illo ſtricto examine, vbi veritatem requiret Dominus? Diligamus ergo Dominum etiam ſicut dilexit nos, & in tempore pacis ſimus imitatores dilectionis il- G
lius, ſicut Apoſtolus ait, ita vt noſmetipſos tradamus propter eius amorem pœnitentiæ. Secunda autem admonitio eſt de retributione: vnde ſubdit, Et retribuet abúdanter pœnam infligendo facientibus ſuperbiam. Hi profectò ſuperbiam faciunt, qui propter diſſimilitudinem vitę veritatem impugnant in iuſtis: quia in hoc Deum & proximum ipſi contemnunt. Et poteſt legi hæc dictio, abundanter, cum reduplicatione hoc modo: Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam abundanter. De H
abundantia autem retributionis huius, Apoc. 18. ſcriptum eſt: Reddite illi, ſicut illa reddidit vobis: & duplicate ſupplicia ſecundum opera eius, quantum glorificat ſe, & in delicijs fuit tantum date illi tormentum & luctum. Et ad Rom. 1. Apoſtolus ait. Reuelatur enim ira Dei de cęlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem in iniuſtitiam detinét.

ARTI-

A ARTICVLVS TERTIVS.

Quòd propter tria peccata veritas in mundo non defenſatur.

Propter tria veritas nõ defenditur.

TErtio eſt veritas viriliter defenſanda, quia æquitas non potuit ingredi. Porrò tria ſunt, quæ non ſinunt defendere veritatem. Primum eſt timiditas, ſecundum carnalitas, tertium eſt cupiditas. De quibus habetur. 3.q.5.i c.accuſatores. 2.

Quanti criminis ſit propter timorem non defendere veritatem. Cap. 1.

B

Primum ĩpedimẽtum eſt timiditas.

PRimum impedimentum eſt timiditas, ideſt metus terrenæ poteſtatis. contra quod 11.q.3: in c. quiſquis. Auguſt.ait, Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum. Et poſt pauca. Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendaciũ dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. Et 83. diſt. in c. error. Innocentius ait: Error cui non reſiſtitur, approbatur: & veritas cũ minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe cum poſſis perturbare peruerſos, ni
C hil aliud eſt quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Hæc illæ. Et 11.q.3.in c.nolite timere. Chryſo.ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis, quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus quod in aure ſoli audiſtis. Sicut enim ex his verbis oſtenditur, nõ ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palàm pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam ille qui non liberè pronũciat
D veritatem, quam liberè pronunciare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quã liberè defendere conuenit. Proditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt vt veritatem, quam audiuit a Deo liberè prædicet: ſic laicus debitor eſt, vt veritatẽ quã audiuit a ſacerdotibus probatã quidem in ſcripturis, defendat fiducialiter, quod ſi nõ fecerit, prodit veritatem. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Talis timor fuit in parentibus cæci nati. De quo Ioan.9. ſcriptum eſt. Iam enim conſpirauerunt iudæi.i.per quandam conſpirationem ordinauerunt, vt ſi quis eũ ſcilicet Ieſum confiteretur Chriſtum, extra ſinagogam fieret, i. tanquàm anathematizatus, ſeu excommunicatus, vel ſeparatus ab omni legitimo actu, ſeu conuictu & cõſortio Iudæorum haberetur. Propterea parẽtes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate. Non ſic autem virilis Petrus, qui vt dicitur Act.5. in medio concilij conſtitutus magiſtratibus templi, & principibus ſacerdotum reſpondit: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Nã, vt dicitur Prouerb. 28. Fugit impius nemine perſequente: iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. E

Quòd luxurioſi propter tria deficiunt defendere veritatem. Cap. 2.

F

Secundũ eſt carnalitas.

Tria ſũt pp quæ a carnalib⁹ veritas nõ defendi:

SEcundum impedimentum, ne veritas defenſet, eſt carnalitas, ideſt appetitus carnalis voluptatis. Tria quippe ſunt, propter quæ a carnalibus veritas non defenſatur. Primo propter defectũ rectæ rationis, ſecundo propter defectum bonæ operationis, tertio propter defectum ſpiritualis conſeruationis. Primo propter defectũ rectæ rationis. Nam carnalitas de homine rationali beſtialem facit, quod ſic clareſcere poteſt. Quælibet enim res habet eſſe a ſua forma, ſicut cultellus per formam cultelli, qua deſtructa iam cultellus non eſt, ſed G ferrum. Et ſimiliter conſtat in veſte, quia forma veſtis deſtructa remanet tantum pãnus. Sed formæ numeris comparantur, in quibus vnitate remota, vel addita mutatur ſpecies numeri. Sicut ſi ſumamus ternariũ, ſi auferatur ab eo vnitas, remanet binarius, qui a ternario differt, ſicut differunt bos & equus: & ſi addatur vnitas, fit quaternarius. Et ſecundum hunc modum ſunt aliqua, quę habent vnitatem, ſ. illa quæ habent eſſe, ſicut ſunt lapides. Sunt alia, quæ habent dualitatem, ſicut plantæ quæ eſſe & viuere habent: ſunt quæ habent ternitatem, ſicut be- H ſtiæ & animalia, quæ habent eſſe viuere & ſentire. Sunt quoque alia, quæ habent quaternitatem, quia habẽt eſſe, viuere, ſentire, & rationem, ſicut homo. Sed ſi auferatur ratio, remanent tantum tria, quæ faciunt beſtiam vel animal. Ratio enim maximè propter luxuriam aufertur, quia in actibus venereis, ſecundum Auguſti. ratio a delectatione carnali taliter abſorbetur, ꝙ impoſſibile eſt aliquid intelligere. De hoc patet exemplum Dan. 13. de inueteratis ſenibus, qui in Suſannæ concupiſcentiam exarſerunt. Et ſic ablata ratione remanet in homine

A mine tantum, quod eſt beſtiale : & inde eſt, quod non poteſt defendere veritatem. Et de talibus propheta inquit, Homo cum in honore eſſet, non intellexit. Nã factus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei. ſ. ſm rationem & intellectum, cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus, & ſimilis factus eſt illis, ſm enim Chryſoſt. Peius eſt iumẽtis cõparari, quàm eſſe iumentum. Nam naturaliter non habere rationem, tolerabile eſt: verum ratione decoratum irrationabili naturæ comparari voluntatis eſt crimen. Roma. 8. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt, ſcilicet ſolum.
B Propterea veritas non defenſatur ab eis, quia non ſapit eis. Secundo propter defectum bonæ operationis. Ad hoc enim quòd aliquod bonum fiat, requirũtur tria, ſ. operans, imperans & dirigẽs. Operãs ſunt membra exteriora, imperans eſt voluntas, dirigens vero ſapientia eſt. Nam ſapientia dirigit voluntatem, voluntas imperat membris, membra vero procedunt in opera. Sed deſtructa ſapientia, quæ principiũ eſt: opera omnia neceſſe eſt perire. Sicut abſtracto corde, totum deſtruitur corpus: & ſubfoſſo fundamento, totum ædificium ruit: & præciſa radice, ſuffocatur arbor. Sed ſapientia
C tota per luxuriam diſſipatur: quia irę & cõcupiſcentiæ venereorum hominem faciunt inſanire, ſicut etiam in ethicis patet. Proinde propheta inquit, Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem. Et quia tales communiter perdunt veri & boni cognitionẽ, ideo veritatem defenſare non poſſunt. Tertio propter defectum ſpiritualis conſeruationis. Res quippe, niſi in loco ſuo proprio conſeruari non poteſt, ſicut aqua in fonte, & in vegete vinũ: ſed locus animæ eſt ipſe Deus, iuxta illud Auguſti. Non inueni locũ animæ meæ niſi te Deus. Sed per luxuriam homo impeditur redire ad Deum. Proinde
D Oſeæ 5. ſcriptum eſt: Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum eſt & Dominum non cognouerunt. Sed homo ad Deum redire non poteſt, niſi per diuinum amorem. Nam ipſe eſt pondus, quo anima in Deum tendit, iuxta illud Auguſti. Amor meus, pondus meum, eo feror quocunque feror. Sed anima ſine cognitione amare non poteſt: & luxuria ita obnubilat intellectum, ſicut nebula claritatem ſolis. Inſuper ſicut fumus ab igne reſoluitur & obtenebrat totam domum, & denigrat eam: ſic ab igne concupiſcentiæ reſoluitur fumus, qui ita obnubilat rationem, quòd veritatem non cognoſcit, nec per zelum acceditur ad eius defenſionem, ſed potius ad eius impugnationem. Vnde 2. Pet. 2. ſcriptum eſt: Multi ſequentur eorum luxurijs, per quos via veritatis blaſphemabitur. E

Quòd propter auaritiam multi non defendunt veritatem, ſicut ex debito obligantur. Cap. 3.

Tertium impedimentum eſt cupiditas, ideſt quæ ſunt mundanæ auiditatis. F Et de talibus. 1. Tim. 6. Apoſtolus ait: Qui à veritate priuati ſunt, æſtimantes quæſtum eſſe pietatem. Hinc eſt, quòd Mar. 6. cap. Quæſito a ſaltatrice capite Ioãnnis Baptiſtæ petitione nefanda, principes & tribuni & primi Galileæ, eo quòd ſub ipſo Herode habebant officia lucratiua & quæſtuoſa, maluerunt ſtudere cupiditati, quàm aſſiſtere veritati. Hi quippe his temporibus multos complices habent in ſcelere ſuo, qui ne a lucro decidant, non fauent vt tenentur ex debito veritati. G Quibus miſticè Apoſtolus Galathæ 3. cap. ait. O inſenſati Galathæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus. Galathæ interpretatur tranſlati, quia tales tranſlati ſunt per cupiditatem a veritate ad temporale lucrum. Inſenſati quippe ſunt, quia ſenſum non veritatis, ſed cupiditatis habent. O, interiectio eſt dolentis, non aduerbium euocantis. Quis vos faſcinauit, ideſt ludificauit, non obedire veritati, ſcilicet vt veritati patenti fauere, vt debitum eſt, nolitis. Sicut enim qui ludificatur magica arte, rem ante H ſe poſitam videre non poteſt: ſic qui ludificatur cupiditate veritatem patentem ad illius tuitionem non videt. Vel quis vos faſcinauit, ideſt oculos veſtros muneribus & donarijs a veritatis defenſione ludificando auertit. Ad literam, ſecundum glo. quidam ſunt, qui habentes oculos vrentes, dum reſpiciunt paruulos tenellos, lædunt eos ita vt cibum ex ſtomacho emittant, & nauſeam patiantur. Quod ſecundum naturam, vt quidam aiunt, poſſibile eſt. Anima enim vehementer affecta immutat oculum: oculus autem immutatus immutat aerẽ: aer vero immutatus immutat

Tertium ipedimẽtũ eſt cupiditas.

A mutat teneram carnē paruuli, & ſic paruulum lædit, vt cibum per nauſeam vomat. Et ſecundum hunc ſenſum Apoſtolus ait. Quis vos faſcinauit, ideſt oculos mentis veſtræ per lucra veritatem in nauſeam prouocando a defenſione illius auertit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus. Ait enim. Ante quorum oculos, ideſt in præſentia veſtra Ieſus Chriſtus, ideſt veritas Ieſu Chriſti, proſcriptus eſt, ideſt debito adiutorio priuatus eſt & fauore, & in vobis crucifixus. Hoc eſt, veritas mortua eſt. Ex his patet, ꝙ tum propter timiditatem, B tum propter carnalitatem, tum propter cupiditatem æquitas non potuit ingredi. Et hæc tria impedimenta miſticè figurantur. 2. Eſdræ, c. 3. & 4. Vbi tres iuuenes ad literam cuſtodes corporis regis Darij diſputantes, ſeu philoſophantes de his, qui in fortitudine præualerent, tandem vnuſquiſque ſententiam ſuam ſcripſit. Primus inquit, fortè eſt vinum: alius ſcripſit, fortior eſt rex: tertius ſcripſit, fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas. Tandem, vt teſtatur hiſtoria, vocati iuuenes in conſpectu regis, & omnium magnatorum eius, rationes dederunt ſuarum C ſententiarum. Moraliter autem præferre veritati vinum abundantiæ temporalis, indicat impedimentum cupiditatis. Præferre vero regem veritati, indicat impedimētum timiditatis. Sed pręferre veritati mulieres, indicat impedimentum carnalitatis. Quibus ad literam audit rex Darius, & purpurati ſui intuebantur alterutrum. Et ille tertius inchoauit loqui de veritate. O viri, nonne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum, & velox curſus ſolis, cum vertit in giro cœlum in locum ſuum in vna die. Nonne magnificus eſt, qui D hæc fecit? Et veritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & non eſt cum ea quicquam iniquū. Iniquus rex, iniquæ mulieres, & iniqui omnes filij hominum, & iniqua omnia illorum opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt, & veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſæcula ſęculorum. Nec eſt apud eam recipere perſonas, neq; differentias, ſed quæ iuſta ſunt facit omnibus iniuſtis & malignis, & omnes benignantur in operibus eius, & non eſt in iudicio eius iniquum. Et fortitudo & regnum & poteſtas & maieſtas omniū æuorum. E Benedictus Deus veritatis. Et deſijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt. Magna eſt & præualet. Hanc igitur veritatē viriliter deſiderare, infatigabiliter quærere, infallibiliter inuenire, & inamiſſibiliter apprehendere, & tenere concedat nobis ille, qui eſt via, veritas, & vita: qui cum Patre & Spiritu ſancto vnum exiſtens in eſſentia & ab eis diſtinctus in perſona viuit & regnat glorioſus per infinita ſęcula ſęculorum, Amen.

DOMINICA XXII. F
poſt Pentecoſtes.

De multiplici veritate.

Sermo.

Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Matth. 22. & in Euāgelio hodierno. Diſcipulorum phariſæorum, qui ab eis miſſi ſunt ad Ieſum, vt caperent eum in ſermone, verba ſunt iſta. Aiunt enim, Magiſter. hoc nomen deſignat plenitudinem ſcientiæ verā, G & integritatem affectus, atq; cōſuetudinis ad dicendum verum. Prætendunt enim reuerētiam & honorem erga Chriſtum, necnon & docibilitatem & credulitatem, atq; ſimplicitatem ipſorum ad doctrinam Chriſti humiliter ſuſcipiendam. Vnde & addūt, Scimus quia verax es, & viā Dei in ve. &c. ſm Chryſoſt. hoc dicunt, vt quaſi honoratus & laudatus miſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, tanquam volens eos habere diſcipulos. Hæc eſt hipocritarum prima prudentia, laudatio ſimulata. Laudant enim H quos prodere volunt, vt per dilectionē laudis paulatim corda hominum ad ſimplicitatē benignæ confeſſionis inclinent: veluti ſi quis taurum validum viribus ſubiugare nō poteſt, vinculo & viribus flectere, mollibus manibus nodoſam eius fricat ceruicem: vt quem virtute tenere non potuit, blandimenta comprehendat. Sic & iſti cathenā ſubdolę laudis portantes in ore, malitiæ gladiū abſcondentes, in corde taurum eccleſiaſtici gregis doloſa laude cōprehendere feſtinabant. De quo prophetauit Iob, Et in furore ſuo ſubneruauerūt taurum, & adhuc ſubdunt, Et viam Dei in veritate doces. q.d. Nō doces vana, ſed ſolū quomodo

A ſeruiatur Deo & credatur in Deum, & hoc in pura veritate ſine falſitatis & duplicitatis admixtione. Proinde tria de veritate cõſideremus. Primo veritatis adhæſionem, ſecundo veritatis diſtinctionem, tertio veritatis confeſſionem.

Tria de veritate ſunt conſideranda.

Articvlvs Primvs.

De triplici veritate, ſcilicet cordis, oris, & operis.

Primo adhæſio veritatis.

Tribus n. adhærere poteſt.

Primo cõſideremus veritatis adhæſionem. Porrò veritas tribus adhærere poteſt, videlicet cordi, ori & operi. Proinde merito triplex veritas reperitur. Prima eſt cordis, ſecunda eſt oris, tertia eſt operis, ſ. ſm ꝙ habet eſſe in mente, in ſermone, atq; in ipſa re. Primo in mente, tanquam in ſubiecto cognitio. Secundo in ſermone, tãquam in ſigno repræſentatiuo. Tertio in re, tanquam in principio effectiuo, eo ꝙ veritas & falſitas rei cauſa eſt veritatis & falſitatis, quæ eſt in ſermone, ſeu in mente.

Quòd veritati cordis, tria neceſſaria ſunt. Cap. 1.

C

Prima cordis.

Prima eſt veritas cordis. Nam veritas habet eſſe in mẽte, vt in cognoſcente. Cum enim intellectus indicat rem eſſe, quæ eſt: vel rem non eſſe, quæ non eſt, alias indicat: tũc ſiquidem verus eſt, quia adęquatur rei quę eſt. Cum vero a re diſſonat & diſcordat: puta cum dicit eſſe quod non eſt, vel non eſſe quod eſt: tunc ſiquidem falſus eſt. Proinde ſm etymologiam, veritas dicitur quaſi vera entitas: vnde veritas a quodam philoſopho diffinitur. Veritas eſt adæquatio rei ad intellectũ, & Augu. de vera religio-
D ne, iterũ ait: Veritas eſt rectitudo ſola mẽte perceptibilis. Ad veritatem igitur, quæ eſt in mente, tria neceſſaria requiruntur. Primum eſt cognitio, ſecundum dilectio, tertium eſt intentio. Primo enim mẽti neceſſarium eſt cognitio veritatis. Nam in ſe habere aliquam veritatem, ſeu virtutem, & nõ cognoſcere eam, nihilhomini prodeſt. Propterea Ioã. 8. ſcriptum eſt, Cognoſcetis veritatem & veritas liberabit vos. Vbi Auguſti. ait: Fortè aliquis dicit, Et quid mihi prodeſt cognoſcere veritatem? Ideo ſubdit, Et veritas liberabit vos. q. d. ſi non delectat veritas, delectat libertas, liberari quip-

Ad veritatẽ ĩ mẽte tria neceſſaria requiritur.

pe dicitur liberum fieri, quo ſanari ſanum E
fieri, & ſubdit, Vnde veritas liberabit, valet a morte, a corruptione, a mutabilitate, veritas quippe immortalis, incorruptibilis, incommutabilis permanet. Vera aũt incommutabilis eſt ipſa æternitas. Secundo menti neceſſarium eſt veritatis dilectio. i, vt diligat veritatem, vt dici valeat ei Propheticũ illud, Ecce enim veritatem dilexiſti. Sed vę miſero & miſerabili mundo, quia hodie multi ſunt, in quibus verificatur, quod ad Galat. 4. c. Apoſt. ait, Inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis. Vbi glo. inquit, quod verbum Terentij eſt, Obſequiũ ami- F
cos, veritas odium parit. Porrò verũ, prout eſt contrarium volũtati, quo ad tria oditur. Primo quo ad entitatem, ſecundo quo ad cognoſcibilitatem, tertio quo ad prauitatẽ. Primo enim verum quandoque repugnat voluntati quo ad ſui entitatem. Proinde volens aliquis aliquam veritatem non eſſe, odit eam: Verbi cauſa, Nolent quidam eſſe infernum, nollent alij argui de ſceleribus ſuis. Sunt & alij, qui de morte, ſeu de iudicijs Dei prædicationem audire nollent. Cũ igitur de talibus & ſimilibus ſermo fit, talis veritas diſplicet eis. Et de talibus. 2. Timo. 4. Apoſtolus ait: Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros G
prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Et iterum, Eccleſiaſti. 21. ſcriptum eſt: Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, ideſt ſciens & ſapiens, laudabit, & ad ſe adijciet. Audiuit verbum luxurioſus, ſcilicet contra luxuriam ſuam, & diſplicebit illi, & proijciet illud poſt dorſum ſuum. Secundo aliquod verum repugnat voluntati quo ad ſui cognoſcibilitatem, & inquantum aliquis in peccato ſuo H
aliquo latere cupit veritatem peccati ſui, odit quam alius nouit. Proinde Dominus Ioan. 3. c. ait. Qui malè agit, odit lucem, ſcilicet veritatis: & non venit ad lucem, ideſt recuſat veritatis lumen, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, i. opera conformia altiſſimæ veritati, qui eſt Deus, venit ad lucem, ideſt in palam: vel ad Chriſtum, qui eſt lux vera, vt manifeſtentur opera eius, non ad propriam laudem, ſed ad gloriam Dei & proximi ædificationem, quia in Deo ſunt facta, ideſt diuina virtute, ſine qua bona opera non valent. Secundo aliquod verum repugnat alicuius voluntati quo ad eius prauitatem,

Ad tria oditur.

A inquantum aliquis malè diſpoſitus vellet aliquam non cognoſcere veritatem, vt liberius peccare valeret. Et de tali Propheta ait, Noluit intelligere vt bene ageret. Tertio ad veritatem mentis requiritur, ꝙ mens veritatem intendat. Si quis enim diceret veritatem, & tamen non intenderet verum loqui, talis mendacium loqueretur. Nam mẽtiri, iuxta etymologiam vocabuli, eſt contra mentem ire. Licet etiam homo diceret veritatem, vt puta ſi quis contra mentem diceret, Petrus eſt in domo: quod quidem credit, & tamen eſt ibi: talis autem ſemper peccat, ſecundum Auguſti. 22.q.2.c. Is autem, ſecundum etiam Bern. ſuper Cant. ſermone 17. eſt qui dubiè profert mendaciũ, nec tamen mentitur: & eſt qui veritatem
B affirmat, quam neſcit & mentitur. Nam & ille non quidem quod nõ eſt eſſe, ſed quod credit credere ſe dicit, & verum dicit, & ſi hoc ipſum verum non eſt. Verum non dicit, etiam ſi verum ſit, qui quod neſcit aſſerit. Igitur nec manifeſta debent adduci in dubium, nec dubia temere affirmari.

C *Quòd veritati oris tria oppoſita ſunt, ſcilicet iactantia, yronia, & duplicitas.*

Cap. 2.

Secunda veritas oris; cui tria ſunt oppoſita.

SEcunda eſt verites oris. Et de hac Zach. 8. ſcriptum eſt, Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Porrò veritati oris tria maximè oppoſita ſunt, quę omnia contra veritatem militare probantur. Primum eſt iactantia, ſecundum yronia, tertium duplicitas. Nam iactantia veritati addit. Yronia veritatem diminuit, ſed duplicitas mendaciter fallit. Primo enim iactantia veritatem impugnat: nam ſpecies mendacij eſt. Quod poteſt probari triplici ratione. Primo ratione ſimula-
D tionis, ſecundo ratione intentionis, tertio ratione oppoſitionis. Primo ratione ſimulationis. Nam qui ſimulat ſe habere quod non habet, vel ſi ſimulat in ſe eſſe maiora quàm ſint, profectò mentitur. Et hoc in iactatore reperiuntur. Vnde Lu. 18. patet exemplum in phariſęo, qui iactanter ſimulans ſe habere quod non habebat, ad Dominum ait: Domine gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Inſuper ſimulans in ſe eſſe maiora, quàm ſin addit, Ieiuno bis in ſabbato. Et hoc pertinet ad declinationem mali. Decimas do omnium, quæ poſſideo: & hoc pertinet ad operationem boni, in quibus duplex pars E iuſtitiæ cõtinetur, ſcilicet declinare a malo, & facere bonum. Secundo probatur eſſe mendacium ratione intentionis. profectò id quod homo loquitur contra id, ſeu ſupra quod in ſe eſt, vel in ſe ſentit, mendacium eſt, quod in iactantia contingit eſſe. Porrò & ipſa vocabuli ſignificatio manifeſtat: nã iactantia propriè importare videtur, ꝙ homo ſe verbis extollat. Vnde ſicut corporaliter illa, quæ homo vult longè iactare, in altum eleuat: ita propriè tunc aliquis ſe extollit, cum ſupra ſe aliquid dicit contra ta- F les. Prouerb. 28. c. ſcriptum eſt, qui ſe iactat & dilatat, iurgia concitat. Tertio probatur eſſe mendacium etiam ratione oppoſitionis. Nam id, quod opponitur veritati, mendacium eſt: ſed iactantia veritati oppoſita eſt, vt patet per Philoſophum in 4. Etic. vnde Prouerbio. 30. ſcriptum eſt. Ne addas quicquàm verbis illius & arguaris, inueniariſque mendax. Hæc ſecundum Tho. 2.2.q. 112. Secundo autem yronia veritatem im- G pugnat. Eſt enim yronia, ſecundum Huguitionem, ſententia pronuntiationi contrarium habens intellectũ, ſcilicet ſic laudans, vt vituperare videatur & intelligatur. Hęc ſiquidem veritatem diminuit. Fit etiam cũ aliquis de ſe dicit minora bona quàm ſint. Quod duobus modis cõtingere poteſt. Primo ſalua veritate. ſ. dum homo maiora bona, quæ in ſe intelligit tacet: & minora bona, quę habere ſe nouit, humiliter cõfitetur. Et hoc non eſt peccatũ, ſed potius pertinet ad virtutem prudentiæ & humilitatis. Secũdo modo dicit aliquis de ſe minora q̃ ſint, declinans a veritate: vtputa cũ in ſe aſſerit aliquid vile, quod tamẽ in ſe nõ cognoſcit: aut cũ negat de ſe aliquid magnũ, quod ta- H men habere ſe nouit. & hoc ptinet ad yroniam, atq; ſemper peccatũ eſt, quia veritatẽ impugnat, ſm Tho. 2.2.q. 112. Pſal. Diminutæ ſunt veritates a filijs hominũ. Tertio vero impugnat veritatẽ duplicitas oris. proinde notandũ eſt, ꝙ duplicitas de ſe ſemper in malum ſonat. Nã includit in ſe mẽdaciũ cum quadã doloſitate, ac cum quadã imagine veritatis prolatum. vtitur enim homo verbis multiplicis ſenſus cũ intentione fallendi, ita ꝙ plus intendit falſum ſenſum, quàm verum, quæ communiter cadit in cõceptionem audientium. Contra talẽ: propheta ait. Tota die iniuſtitiã cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum. In quibus verbis oſtẽdit tria, q̃ talẽ oris duplicitatẽ, mendacẽ & pnicioſam efficiunt.

Tria talẽ oris duplicitatis mẽdacẽ efficiunt.

Primum

A Primum eſt aſſiduitas, ſecũdum eſt lenitas, tertium eſt doloſitas. Primũ eſt aſſiduitas, hoc eſt ſi conſuetudinariè talia verba dupli cia frequentat. Et de hoc ait, tota die.i.con ſuetudinariè & frequenter. Secundum eſt leuitas.hoc eſt, ſi fit ex leui cauſa. Et de hoc propheta ſubdit, Iniuſtitiam cogitauit lingua tua. Sed cum cordis, non linguæ ſit co gitare: quid eſt, ꝙ hunc modum loquendi ſeruat, niſi vt oſtendat promptitudinem & leuitatem, ac pronitatẽ talis hominis ad du plicitatẽ verborum? Ait.n.Iniuſtitia cogitauit lingua tua: vt ex coniunctione horum duorum, ſ.cordis & oris apertius exprimatur, ꝙ quãcitò in corde cogitatio oritur, tãcitò ore euomitur & profertur. Et de talibus Eccl. 21. ſcriptum eſt, In ore fatuorum cor illorũ. Et iterum 19. ait, A facie verbi parturit fatuus. Tertiũ eſt doloſitas, hoc eſt ſi duplicitas ſit ex dolo. & de hoc ẽt ſubdit, Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Porrò nouacula inter alia tria habet. Primo abſcõ dit aciem in manubrio, ſecundo acuitur ſuper lapidem oleo vnctum, tertio leniter ſecat, & radit. Hęc operatur ſpiritualiter lingua doloſa. Primo.n.occultat malitiã prauæ intentionis. In cuius miſterium. 2. Reg. 20. Ioab, qui inimicus interpretatur, tenuit manu dextera mentũ Amaſe, quaſi oſculãs eum. Porrò Amaſa non obſeruauit gladiũ, quẽ habebat, & effudit inteſtina eius i terrã & mortuus eſt. Secundo acuitur ſuper lapidem oleo vnctum, cum ante dolum præcedit adulatio quędam, iuxta propheticum illud, Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula. Tertio leniter ſecat & radit pilos, ſcilicet temporalia bona. proinde quaſi continuè malitia cordis ſuggerit homini prauo illud Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos.

Vacula inter alia tria hẽt.

B C

D *Quòd neceſſe eſt hominem non ſolum corde & ore, ſed etiam opere eſſe veracem.* Cap. 3.

Tertia eſt ueritas operis.

TErtia eſt veritas operis. Hæc quippe requirit, ꝙ homo non tantum ſit verax in verbo, ſed etiã ꝙ ſit verus & rectus in facto. Non ſolum diligat, intendat ac veritatem doceat, ſed neceſſe eſt, ꝙ eam opere adimpleat, ne ſit de his, de quibus Matt. 23. Dominus ait, Dicunt enim & nõ faciunt. Immo quod deterius eſt, ſæpe contraria operantur. hinc Eph. 4. Apoſt. ait: Veritatẽ autem facientes non ſimulantes ſicut hipocritæ, vel non negligẽtes ſicut deſides: vel non impugnantes, ſicut homines peſtilentes. Et ſubdit, creſcamus in charitate, ſ. vt ſicut veritas eſt in opere, ſic charitas ſit in corde. Io. quoq; 3. c. Dñs ait: Qui facit veritatẽ, venit ad lucẽ. Quod verbum exponens Chryſoſt. ait: Nihil veritate apertius, neq; fortius: quæ neq; latere vult, neq; periculum formidat, neq; in inſidijs tremit, neq; gloriã quæ a multis eſt, deſiderat, nulli humanorum obnoxia. In huius quoq; miſterium. 2. Eſdræ. 3. c. Dixerunt tres iuuenes cuſtodes regis Darij, qui cuſtodiebant corpus eius: Dicamus vnuſquiſq; noſtrũ ſermonem, quod pręcellat, & cuiuſq; apparuerit ſermo ſapientior, dabit illi rex Darius dona magna. Et ſequitur, vnus ſcripſit. Forte eſt vinum: alter ſcripſit, fortior eſt rex: alius ſcripſit, fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veritas. Sed heu, quia infelici tempore noſtro verificatur, quod Iſa. 59. ſcriptum eſt: Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit, quia corruit in platea. veritas, & æquitas nõ potuit ingredi, & facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſſit a malo, prædę parauit. Et Oſeæ 4. c. iterum ait. Non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Quod tripliciter exponi poteſt. Primo modo, quia nõ eſt veritas, ideo mundus eſt falſus, quia non eſt miſericordia, ideo mundus eſt ferus: quia nõ eſt ſciẽtia, ideo mundus eſt factus. Secundo modo exponi poteſt, ſecundum glo. Hierony. qui ait: Vult Dñs ſuum populum iudicare, & aperire cauſas indignationis ſuę, & reddit cauſam dicens: quia non eſt veritas in ore, nec miſericordia in opere, nec ſcientia in corde. Primum eſt in iudicijs exequendis, ſecundum in miſerijs ſubleuandis, tertium eſt in periculis euitãdis. Tertio modo exponi poteſt, Non eſt veritas in effectu, ſicut in fictis. Non eſt miſericordia in affectu, ſicut in impijs. Nõ eſt ſcientia in intellectu, ſicut in fatuis. Quartus modus ẽt addi põt. Non eſt veritas, quantũ ad ſe: non eſt miſericordia, quantũ ad proximum: non eſt ſcientia, quo ad Deũ, ſ. in his quæ credẽda ſunt. Cõtra hãc operis veritatem omne opus duplicitatis, ſimulationis, hipocriſis pugnat. Et de talibus Matt. 23. Dñs ait: Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Et iterũ in eodẽ c. ait, Vę vobis Scribę & Phariſæi hipocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parẽt hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Et Iob 8. c. iterũ ait,

E F G H

A Spes hypocritæ peribit. Non placebit Deo vecordia ſua: ſicut tela aranearum fiducia eius innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit, & fulciet eam & non conſurget. Porrò de veris & rectis corde, ore & opere, Cantic.j. Salomon ait, Recti diligunt te. Quod poteſt eſſe thema in articulo præcedenti, vt triplex veritas triplex ſit rectitudo: ſcilicet cordis, oris, & operis, ſicut prudens orator ſeu pdicator poterit adaptare.

Articvlvs Secvndvs.

B *De triplici veritate, ſcilicet vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ.*

Secundū cōſiderandū eſt veritatis diſtinctio.

SEcundo conſideremus veritatis diſtinctionem: ſecundum enim Hieron. triplex eſt veritas. Prima eſt veritas vitę, ſecūda eſt veritas iuſtitiæ, tertia eſt veritas doctrinæ. Prima eſt veritas vitæ, & hæc eſt ſecundum quam homo rectè in ſe viuit. Comprehēdit enim in ſe præcepta affirmatiua & negatiua, & hęc veritas ad omnes pertinet. Secunda eſt veritas iuſtitiæ, ſecūdum quam homo rectitudinē legis in his,
C quæ ſunt ad alterum, ſeruat: & hæc pertinet ad prælatos & rectores. In cuius miſteriū Exo. 18. dicit Ietro cognatus Moyſi ad Moyſen inſpiratus a Deo. Proinde de omni plebe viros potentes, alia tranſlatio habet ſapientes: & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiam. quaſi dicat, Proinde cum magna deliberatione de omni plebe, ſcilicet ſine perſonarum acceptione, potentes ad culparum punitionem, alias ſapientes ad culparum cognitionem, & timentes Deum, ſcilicet vt ſint cum magna ſolicitudine. quia, vt dicitur Eccleſiaſt. 7. qui timet Deum, nihil negligit. In quibus ſit veritas, ſcilicet in iuſtitiæ executione, & qui oderunt auaritiam, quæ peruertit iudi-
D cium. Nam, ſicut Eccleſ. 20. c. ſcriptum eſt, Exenia & dona excęcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum. Tertia eſt veritas doctrinæ, quæ cōſiſtit in quadam recta manifeſtatione verborum, de quibus ſcientia eſt, & hæc pertinet ad Doctores. Vnde Exo. 28. c. miſticè dictū eſt Moyſi, Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem. Hæc triplex veritas, ſm Alex. de Al. diſtinguitur ſecūdum tres animæ vires. Nam veritas vitæ concupiſcibilē ordinat in bonum, veritas iuſtitiæ iraſcibilem compeſcit a malo, veritas doctrinæ rationalem informat ad bonum.

Quid eſt veritas vitæ, & quibus neceſſaria eſt. Cap. 1. E

Prima eſt veritas vitæ.

PRima enim veritas vitæ denominatur. Et hoc nihil aliud eſt, quàm quædam adæquatio conuerſationis, vel vitæ ad regulas rectè viuendi, hoc eſt ad diuinam legem, ſecundum quòd eſt de neceſſitate ſalutis. Hæc quippe veritas tantæ neceſſitatis eſt, ꝙ pro nullius ſcandalo dimitti debet. Reſpectu tamen conſiliorum, & ſupererogationum euangelicæ perfectionis nō eſt ſimpliciter deſerenda, ſed diſtinguendum eſt, ſecundum Thom. & Alexan. de Ales, quia F
aut talis veritatis ſcandalum oritur ex malitia, aut ex ignorantia. Primo oriri poteſt ex malitia, videlicet quando aliqui impedire volunt aliqua bona, ſcandalum ſuſcitando. Et hoc eſt ſcandalum phariſæorum, qui de doctrina Chriſti ſcādalizabantur. Quod Dominus, Matth. 15. cap. manifeſtè docuit contemnendum. Secundo autem poteſt oriri ſcandalum ex infirmitate vel ignorantia, & hoc eſt ſcandalum puſillorum, propter quod ſpiritualia opera aliquando ſunt occultanda, aliquando differenda, vbi non G
immunet periculum, quouſque reddita ratione tale ſcandalum ceſſet. Si autem poſt redditam rationem perduret, iam apertè clareſcit, quòd qui inde ſcandalum ſumit, non ex ignorantia, ſed ex malitia ſumat, & peccat. QVÆSTIO. Sed quid ſi aliquis bonam vitam & bonam conſcientiam habet apud Deum, & tamen aliqui malum ſuſpicantur de illo propter aliquam ſpeciem exteriorem mali, atque de illo ſcandalum ſumunt? Dicendum, ſecundum Auguſtinum, quòd nobis eſt neceſſaria bona vita & bona conſcientia quo ad Deum, ac etiam bona fama quo ad proximum. Proinde quantum in ſe eſt, ſatisfacere de- H
bet eis, qui de illo ſuſpicantur malum, excuſando ſe, & oſtendendo intentionem ſuam. Sed ſuper omnia remouere debet ſpeciem mali, & ſcandali occaſionem: vt puta conuerſationem ſuſpectam. Quo facto ſi non poteſt ſatisfacere eis, dolendum eſt de peccato eorum. Vnde Gregorius ait: Vocandi ſunt, & tranquillè arguendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet. Si autem eis ſatisfieri ex neceſſitate noluerunt, vel ex ratione, habes conſolationem Domini in Euangelio Matth. 15. dicentis, Sinite illos, cęci ſunt, & duces cęcorum. Et tunc faciat, ſicut Iob

qui

A qui 16. cap. dicebat. Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.

De veritate iuſtitiæ, & in quibus regnare debet. Cap. 2.

Secunda ē veritas iuſtitiæ, q̄ in duobus conſiſtit. SEcunda eſt veritas iuſtitiæ, quæ in iudicibus & iudicantibus eſſe debet, & maximè in prælatis, & hęc quidem in duobus conſiſtit. Primo in reddendo vnicuique quod ſuum eſt, ſecundo in puniendo & infligendo pœnas. Primo in reddendo vnicuique quod ſuum eſt, & in hoc veritas iuſtitiæ, nunquam deſerenda eſt. Quilibet enim iudex hoc in voluntate habere B debet, & ad hoc conari tenetur, vt vnuſquiſque habeat quod ſuum eſt: atque intantum tenetur dare ſententias veras & iuſtas, quòd pro nullius ſcandalo euitando debet ſententias falſas promulgare. Secundo in puniendo ſeu infligendo pœnas, idem dicendum eſt: nec etiam poteſt iudex pro alterius paſſiuo ſcandalo euitando intermittere eam, niſi iuſtitia illa diſpenſabilis ſit ſimpliciter vel ad tempus: verbi cauſa, ſecundum Tho. Cum pœnarum inflictio intantum habet iuſtitiæ rationem, inquantū per eas crimina prohibentur. Si igitur per C inflictionem pœnarum manifeſtè apparet, plura, & grauiora peccata ſequi, tunc pœnarum inflictio minimè ſub iuſtitia continetur. Et in tali caſu a peccati punitione ceſſandum eſt. Idem quoque dicendum eſt, ſi id contingit, quando iudex iudicare vellet reddi, ſeu dari homini, quod ſibi de iure competit, vel dari debet.

De veritate doctrinæ, & quibus neceſſaria eſt. Cap. 3.

D *Tertia ē veritas doctrinæ, circa quā duo ſunt conſideranda.* TErtia eſt veritas doctrinæ, quæ ad magiſtros pertinet. Circa quam duo conſideranda ſunt. Primum eſt veritas, quæ docetur: ſecundum eſt actus ipſe docendi. Primum inquam eſt veritas, quæ docetur: & hæc nunquam dimittenda eſt. Nunquam enim licet propter ſcandalum euitandum veritate prætermiſſa falſitatem docere. Secundum vero eſt ipſe actus docendi, qui inter eleemoſinas ſpirituales connumerandus eſt. Propterea pro loco & tempore a tali docendi actu homo ceſſare poteſt, & debet pro ſcandalo euitando, niſi in tribus caſibus, ſecundum quoſdam. Primo enim non eſt ceſſandum, vbi imminet periculum communis erroris, niſi antea veritas doceatur. Secundo E non eſt ceſſandum, vbi ex hoc notabilis profectus electis finaliter ſperatur. Tertio etiam non eſt ceſſandum, vbi notabile ſalutis damnum ex ipſa taciturnitate ipſis electis veriſimiliter timeatur. De his tribus veritatibus hoc modo diſtinctis intelligi debet, quod ponitur extra de reg. iur. in c. qui ſcandalizauerit. Vbi dicitur, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. Hæc ſecundum Tho. 2. 2. q. 43. aliosque Doctores.

ARTICVLVS TERTIVS. F

De veritatis confeſſione, circa quam tria conſideranda ſunt.

TErtio conſideremus veritatis confeſſionem. Vbi aduertendum eſt, q̄ aliud eſt a veritate declinare, aliud eſt veritatem tacere, atque aliud eſt veritatem negare. *Tertium conſiderā dū eſt veritatis cōfeſſio.*

Quòd duobus modis homo a veritate declinat. Cap. 1.

PRimo enim ſunt quidam, qui a veritate declinant, & hoc duobus modis. Primo affirmando, ſecundo vero negando. Primo affirmando, vt cum quis moderatè manifeſtat bonum, quod habet ita q̄ maius bonū quod in ſe habet, tacet: & aperit bonum, quod minus eſt. Et hoc licet, cum actus humilitatis & prudentiæ ſit, ſicut 2. Corinth. 12. c. Apoſtolus ait. Si gloriari voluero, nō ero inſipiens. veritatem enim dicam: parco autem ne quis exiſtimet me ſupra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Ait. n. H parco, ideſt parcere volo, in me laudando: vel ſecundum glo. Parce glorior, ſeu parce refero laudes meas. Parco inquam, & hoc ne quis infirmus exiſtimet me eſſe ſuper id, quod videt me eſſe vel audit, ſcilicet ab alijs aliquid ex me. Nam quidam putabant eum immortalem, alij vero Angelum Dei. Proinde ſe parce laudabat, ne aliqui dicerent eum eſſe, quod non erat. Aliter dici poteſt, ſecundum glo. q. d. Ratio autem, quare parco eſt, ne quis ſcilicet detractor exiſtimet me tendere, vel iactare elationis tumore ſupra, vel vltra id, quod limites meritorum meorum admittunt. Secundo vero quidam a veritate declinant negando, vt cum quis negat ſibi ineſſe, quod ineſt. Et G *Aliqui à veritate declinant & hoc duobus modis.*

A hoc non licet, quia ex hoc incurrit homo mendatium virtuti veritatis contrarium, ſecundum Thom. ſecunda 2. q. 109. Sunt namque pleriq;, qui nõ vt humiles ſint, ſed vt humiles videantur, vel vt imitentur conſuetudinem communem ſeruorum Dei: nõ quia peccatores ſe ſentiant ſatentur ſe maximos peccatores, negando ſe habere virtutes, quas habent. Et tales mendaces fiunt. Proinde Auguſti. de verbis Apoſtoli ait: Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequàm mentireris, mentiendo efficieris.

B *Quòd in tribus caſibus licet veritatem tacere. Cap. 2.*

Aliqui veritatẽ tacent.

SEcundo ſunt aliqui, qui veritatem tacent. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ veritatem tacere non eſt ſemper mentiri. vnde Auguſt. in lib. contra mendacium ait: Non eſt occultare veritatem, quod eſt proferre mendacium. Quamuis enim omnis qui mentitur, velit cęlare verum, nõ tamen omnis qui vult cęlare quod verum eſt, mentitur. Plerunque enim vera non mentiendo occultamus, ſed tacendo. Neque enim mentitus eſt Dominus dicendo, Ioan.
C 16. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Neque enim mentitus eſt, cum Ioan. 18. non reſpondit Pilato interroganti, Quid eſt veritas? Vera tacuit, non falſa locutus eſt. Vnde affirmatio veritatis obligat ſemper, ſed non ad ſemper, ſed pro loco & tempore. Proinde taciturnitas veritatis licita eſſe poteſt. Vnde aduertendum eſt, quòd in tribus caſibus licitum eſt veritatem tacere. Primo in caſu confeſſionis, ſecundo in caſu condemnationis, tertio in caſu abuſionis. Primo in caſu confeſſionis. Nam veritatem commiſſam ſub ſigillo confeſſionis modis om-
D nibus occultare tenemur: tum quia ſacerdos talia neſcit vt homo, ſed vt Dei miniſter: tum quia maius eſt vinculum ſacramenti, quàm cuiuſcunque hominis præceptum. Si autem illa ſub ſecreto commiſſa ſunt: tunc ſi illa pertinent ad corruptionem multitudinis ſpiritualem vel corporalem, aut redundat in graue damnum alicuius perſonæ: tunc ille, cui talia ſunt ſub ſecreto commiſſa, manifeſtare tenetur, vel teſtificando, vel denunciando. In talibus quippe promiſſis, ſiue ſecretis frangenda eſt fides ad vitandum maius vel grauius damnum. Si vero talia ſub ſecreto

In tribus caſibus licet veritatem tacere.

commiſſa non ſunt, qui talia ſub ſecreto recipit, omnino cęlare tenetur: quia de naturali iure eſt proximo ſuo ſeruare fidem. E
Secundo vero licet veritatem tacere in caſu condemnationis, ſecundum Tho. ſecunda 2. q. 69. arti. 2. Cum enim quis condemnatur etiam iuſtè, tunc veritatem ſciens non tamen a iudice requiſitus, veritatem manifeſtare non debet, ſed potius occultare. Cum autem quis condemnatur iniuſtè, ſiue in perſona, ſiue in fama, ſiue in pecunia, ſiue in bono aliquo temporali: tunc qui veritatem nouit, etiam non requiſitus teſtimonium dicere obligatur, & manifeſtare veritatem ei, qui poteſt prodeſſe, & F
facere quod in ſe eſt, vt innocens liberetur a ſupradictis, iuxta propheticum illud, Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et Prouerbio. 24. cap. etiam præceptum eſt: Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes. In tali ſiquidem caſu tacens veritatem conſentit, iuxta id, quod ſcriptum eſt, extra de homicidio, in cap. ſicut dignum. vbi dicitur: Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori non deſinit obuiare. Et talis dignus eſt morte, ſicut ille qui occidit iniuſtè. Quod & Apoſtolus j. cap. ad Rom. teſtatur G
dicens: Qui talia agunt, digni ſunt morte non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui cõſentiunt facientibus. hæc Thom. Tertio etiam licet veritatem tacere in caſu abuſionis, ſeu violentationis. Cum enim iudex abutitur iure ſuo, & ab alio exigit veritatem contra ordinem iuris, puta de occultis, & de quibus infamia non præceſſit: tunc cuilibet licet veritatem cęlare &, teſtimonium nõ perhibere vel prębere. Hæc Thomas, vbi ſupra. Quartus caſus etiam addi poteſt, quòd licet veritatem tacere in caſu turbationis. Cum enim pędicatio veritatis ſcandalum parit, tunc non eſt veritas H
omittenda, nec falſitas prædicanda, ſed actus prædicandi ad vitandum ſcandalum omittendus eſt, ſecundum diſtinctionem poſitam ſupra, articulo ſecundo, cap. vlti. Proinde Auguſti. in libro contra mendacium ait. Licet prædicatori rerum æternarum ad ædificationem pertinentiũ occultare quicquid occultandum videtur, mentiri autem nunquam licet.

Quòd

A *Quòd nunquàm licet veritatem negare, vel falſitatem firmare.* Cap. 3.

Aliqui veritatē negant. TErtio quoque ſunt quidam, qui veritatem negant, vel falſitatem affirmant, quod vtique nunquàm licet. Vnde Auguſt. ad Caſſianum ait: Vterque reus eſt, & ille qui veritatem occultat, & ille qui mendacium pronunciat, quia ille non vult prodeſſe, & iſte deſiderat nocere. *Tria notanda.* Ad huius clariorem intelligentiam tria notanda ſunt. Primò notandum eſt, quòd nullus etiam venialiter mentiri debet, vt alium liberet a mortali culpa. Cuius ratio eſt, quia ſi veniale peccatum eligi debet, ſeu committi, tunc non eſt malum, neque peccatum, quod ſalſum eſt. Licèt enim omnis pœna eligenda ſit, vt euitetur culpa: nunquàm tamen aliqua culpa eligenda eſt, ſecundum Tho. 2. 2. q. Secundò notandum eſt, quòd nullus a iudice requiſitus ſecundum ordinem & formam iuris, debet veritatem negare, vel falſitatem firmare, vt alium a morte liberet, quam meretur. Cuius ratio eſt, quia cum quibuſlibet plus teneatur diligere ſemetipſum, q̃ alium, pro nullo peccare debet, non ſolum mortaliter, ſed nec etiam venialiter, ſecundum Tho. vbi ſupra. Tertiò inſuper notandum eſt, quòd iuſtè condemnatus ad mortem, non debet veritatem negare, vel falſitatem ſateri, quia nullus debet aliquod peccatum committere, vt mortem corporalem euadat, ſecũdum Tho. etiam vbi ſupra. Vnde Auguſt. ad Caſſulanum, & habetur 11. q. 3. c. quiſquis metu. inquit: Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatē occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: quia ſcilicet magis hominem timet, quàm Deum. Et poſt pauca. Vterq; reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.

De multiplici mendacio.

TRactaturi igitur de mendacio primò cõſideremus eius diffinitionem. ſecundum enim Auguſti. in lib. de mendacio. Eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione, aliàs voluntate fallendi. Et hoc idem habetur in glo. ſuper illud, Pſal. Perdes omnes omnes, qui loquuntur mendacium. & 22. quæſtio. 2. Beatus Paulus. Ex nomine tamen vocis, tanquàm ex principali, intelligi debet omne ſignum, vt ſcripturæ, ſiue etiam nutus, vel aliud ſignum, vel factum. ſecundum enim Auguſti. duo requiruntur in mendacio ſimpliciter dicto. Primum, quòd proferens dicat falſum: ſecundum, quòd intendat dicere falſum. Ex qua diſpoſitione eſt, vt poſſit aliquis falli, vt ſic ſit falſitas ex parte intendentis, & ex parte ſigni. Sed quæri poteſt, quæ differentia ſit inter falſitatem, mentiri, & mendacium. *Quæſtio.* Sed de hoc plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermone 31. in princip. Tantæ quippe malitiæ eſt mendacium, quòd nullo modo, nulla occaſione poteſt bene dici, vel fieri. 22. quæſtio. 2. cap. mihi autem. Furtum & homicidium poſſunt aliquando bene fieri, mendacium autem nunquàm. Ratio eſt, ſecundum Alexand. de Ales in 4. quæſtio. 40. articu. quia furtum & homicidium determinant inordinationem actus reſpectu materiæ, non determinando deordinationem ex parte finis, ſeu intentionis. Mendacium autem dicit inordinationem in comparatione actus ad materiam, & comparationem ad finem. Proinde Auguſti. ait, quòd mendacium non poteſt bene fieri: furtum autem & homicidium poſſunt bene fieri. Tamen ſi furtum & homicidium importarent de ſe inordinationem ex parte finis, vel intentionis, tunc etiam illa non poſſunt bene fieri. Præterea inordinatio illa, quæ eſt a parte materiæ in furto & homicidio propter aliquam conditionem aduenientem ex parte materiæ, ratione cuius poteſt eſſe inordinatio, tollitur: quia maius eſt bonum ſuperueniens, quàm illud ſit malum. In mendacio autem eſt defectus veritatis, cui non poteſt addi aliqua conditio, per quam fiat maius bonum, quàm defectus veritatis. eſt malum, & ideo ſormabile. non eſt ad bonum, nec illo poteſt aliquid mereri. Hæc Alexand. Et nihilominus aduertendum, quòd magiſtraliter triplex dicitur eſſe mendacium. Primum officioſum, ſecundum iocoſum, tertium pernicioſum. 22. quæſtio. 2. cap. ne quis. Vel aliter dici poteſt, quòd primum eſt mendacium pietatis, ſecundum leuitatis, tertium malignitatis. Primum prodeſt, ſecundum placet, tertium nocet: & de his Magiſter ſententiarum in 3. diſtinctio. 38. cap. 1. At de his exponi poteſt verbum Prophetæ in Pſal. 61. vbi ait, Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in

A in idipſum. Officioſum tangit, cum ait, Mendaces filij hominum in ſtateris: Iocoſum, cum ait, De vanitate in idipſum: Pernicioſum, cum ſubdit, vt decipiât. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia.

ARTICVLVS PRIMVS.

De mendacio officioſo. Et quòd tripliciter committi ſolet.

Primum mẽdaciũ officioſum
Mẽdaciũ tripliciter dicitur.

PRimum eſt mendacium officioſum, & hoc eſt quod nulli nocet, & alicui prodeſt. Et hoc modo cõtingit mendacium tripliciter dici, ſcilicet ad conſeruandum primò rem temporalem, ſecundò rem corpo-
B ralem, tertiò rem ſpiritualem. Et omnes iſti nihilominus ſunt, de quibus Propheta ait, Mendaces filij hominum in ſtateris: quia mendacium ſemper peccatum eſt. Vnde Auguſt. in lib. de mendacio ait: Qui aliquod genus mendacij peccatum eſſe non prædicauerit, ſeipſum decipit. Ad hæc 22. q. 2. c. mihi autem. & c. primum, in fine.

C *Quando in mendacio officioſo pro conſeruanda re temporali eſt peccatum mortale, vel veniale.* Cap. 1.

Primo.

PRimò quidem dicitur mendacium officioſum pro conſeruanda re temporali. Et hoc dicitur primò pro conſeruanda ſubſtantia ſua, ſecundò pro conſeruanda aliena ſubſtantia. Primò inquàm pro conſeruanda ſubſtantia ſua, ſcilicet ne ſibi pecunia auferatur, vel conſimile temporale: vt cum a prædone interrogatur de pecunia ſua, denegat veritatem, & hoc peccatum eſt veniale. Secundò ſi fit pro conſeruanda ſub-
D ſtantia aliena: vt puta, cum quis ad euadendam pecuniam alienam iniuſtè a fure, vel a prædone tollendam mentiatur, dicendo ſe neſcire illam, & hoc eſt etiam veniale peccatum. Poteſt tamen eſſe mortale in hoc duplici caſu, vt cum in vtroque caſu interuenit iuramentum, quod de facili contingere ſolet: quia iurando contra veritatem pro ſe, vel pro alio, periurus eſt: quia veritas eſt vnum de tribus, quę requiruntur in iuramento. vnde Hierem. 4. ſcriptum eſt: Iurabis viuit Dominus in veritate, & iudicio, & in iuſtitia. 22. q. 1. Et iurabunt. Proinde ſemper in iuramento veritas debet eſſe, ſcilicet vt ſciat homo firmiter, quòd verum eſt, quod iurat. Aliàs E
ſi tantum credit, de ſcientia iurare non debet, ſed de credulitate.

Quando & quibus modis in mendacio officioſo cum conſeruanda corporali vita ſit peccatum veniale, vel mortale. Cap. 2.

Secundo.

SEcundo dicit homo mendacium officioſum ad conſeruandum rem corporalem. Et hoc etiam dupliciter dici poteſt. Primò pro conſeruanda vita propria, ſecundò pro conſeruanda vita aliena. Primò inquàm pro conſeruanda vita propria: F
verbi gratia, ſecundum Sco. in 4. diſt. 15. Cum verum crimen, ſed occultum, in publico ſibi impoſitum homo negat. Nam negans veritatem in hoc, notat de calumnia imponentem, eo quòd accuſator, vel denunciator falſi criminis eſt infamis, vt patet per ea quæ dicuntur extra de calum. cap. 1. & 2. Tamen talis veritatem negans non tenetur retractare negationem ſuam, quia nullus tenetur in iudicio confiteri ſe reum nondum conuictus, vt in cap. qui aliquando. §. non tibi dico. de pœniten. diſt. 1. Et ſecundum Landulfum addentem Scoto, talis accuſatus in nullo tenetur ad re- G
ſtitutionem accuſanti. Sed circa hoc tria dubia remanere videntur, ſecundum Scotum. Primum, an qui tale crimen in publico ſibi impoſitum negat, mortaliter peccet? Et videtur quòd ſic. Primò, quia mentitur mendacio rei publicæ pernicioſo: vnde reſpublica propter eius mendacium publicum a iuſta punitione impeditur. Secundò nocet perſonæ accuſanti, cum per hoc de calumnia infametur. Ad primum dicendum eſt, quòd ſicut Deuteronom. 16. cap. ſcriptum eſt: Iuſte, quod iuſtum eſt proſequeris. Nequaquàm enim reſpublica omnia mala punire debet, ſed quæ conuicta H
ſunt, punienda ſunt: & talia officialis poteſt iuſtè punire. Et hæc illa ſunt, quæ coram officiali reipublicæ ſufficienter probari poſſunt. Præterea non lædit reſpublica, ſi diuinum iudicium excedit iudiciũ eius, vt ſcilicet aliqua reſeruentur iudicio Dei, ſuper quo non poteſt reipublicæ iuſtum iudicium eſſe: quia 1. Reg. 16. ſcriptum eſt: Homo videt ea, quæ patent: Dominus autem intuetur cor. Et per hoc patet ad primum. Secundò autem, cum dicitur, quòd tale mendacium eſt pernicioſum contra accuſantem. Dicendum, quòd non eſt pernicioſum

Primum dubium.

A niciosum contra eum, ſed ipſe ſibijpſi perniciosus eſt. Vnde eo modo proponit, quo minime proponere debet: quia cum deberet non proponere, ſibi imputet ſi aliqua ei infamia ſubſequatur, cum ipſe de hoc in cauſa ſit, non autem ille negans. Nam defendit innocentiam ſuam in publico, vbi equidem non eſt nocens, ſed habendus pro innocente, donec fuerit ipſe conuictus. Secundum dubium eſt, ſi talis mortaliter peccat mentiendo pro ſe. Primò enim videtur durum, quòd quilibet ab vno in publico infamatus teneatur de neceſſitate ſalutis id, de quo accuſatus eſt, ſtatim

Secundū dubium.

B in publico confiteri, & ſic ſtatim in iudicio ſanguinis patibulo ſe exponere. Secundò quoque habendo oculum non tantum ad pœnam, ſed etiam ad honeſtum, & inhoneſtum, non videtur quòd ita honeſtè. & ſecundum etiam rationem rectam debeat coram tali iudice confiteri: quia ipſe pluſquàm quicunque alius ſingularis accuſans ſibijpſi aufert famam, quia in iudicio creditur contra ſe. Nec tamen mentiri videtur, ſecundum Landulfum, quia reſponſiones accipiendæ ſunt ſecundum præmiſſas interrogationes. Non enim quælibet reſponſio eſt cuiuſlibet interrogationis. nā

C duplex eſt forum, in quo quis reſpondere poteſt, ſcilicet conſcientiale & iudiciabile: Ad interrogationem factam in foro conſcientiali, non eſt reſponſio in foro iudiciali: nec ad illam iudicialem eſt reſponſio in foro conſcientiali. Cum igitur iſte neget in foro iudiciali crimen, quod non eſt notum, niſi in foro conſcientiali, vtique non mentitur. Quid ergo faciendum? Reſpondet Scotus, quòd tunc danda eſt reſponſio Iuriſtarum. Nego propoſita, vt proponuntur. Et hæc quidem ſine mendacio dici poſſunt: quia proponuntur in publico, & vt publica, & vt publicè proban-

D da. Sic autem negare poteſt, qui ſcit eam in publico non poſſe probari. Sed ſi iudex vrgeat eum, vt propoſitum fateatur, vel vt publicè neget: Reſpondere poteſt, quòd ipſe ad accuſationem ſufficienter reſpōdit, & ſicut eſt moris reſpondere Iuriſperitis, nec declinare vult ab illa, faciat iudex erga accuſatorem, quod iuris eſt. Tertium quoque dubium eſt, ſi talis prædicta negans intendit tantum negare illud, vt ibi propoſitum eſt, videlicet vt publicum, ſicut facit ſacerdos de confeſſione dicens: Nihil mali ſcio iſtum feciſſe, quia loquitur vt in publico, audiuit autem vt in alio foro. Nū-

Tertium dubium.

E quid iſte negans de illa negatione pœnitere tenetur? Dicendum quòd bonarum mentium eſt etiam ibi culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt, ſicut ait Gregorius 5. diſtinct. c. ad eius. Multo quidem amplius, vbi dubitatur, an ibi ſit culpa, & qualis etiam culpa bonæ mentis eſt culpam agnoſcere. Proinde in tali caſu tutum eſt poſt talem negationem de hoc indiſtinctè pœnitere, tanquàm de tali, quale eſt: vtputa ſub tali diſtinctione. Si mortale eſt, tanquàm de mortali: ſi veniale, tanquàm de veniali. Secundò contingit dicere mendacium pro conſeruanda vita aliena, vt cum ad necem

F quæritur homo latitans in aliquo loco. Tūc quidem prudenter aduertat homo, quòd ex tali perplexitate non faciat, aut contra charitatem, aut contra veritatem. Ad huiuſmodi autem intelligentiam aduertendū eſt, ſecundum Alexand. de Ales, in 2. q. 43. artic. vbi quærit, vtrum viris perfectis liceat mentiri, quod mendacium tripliciter poteſt ſumi. Primo modo falſa ſignificatio vocis cum voluntate falſum enunciandi, ſecundo modo enunciatio falſum enunciare volentis, vt fallat, tertio modo libido perſeuerans mentiendi. Et has intentiones ponit Auguſtinus. Primò ergo ſi

Mēdaciū tripliciter poteſt ſumi.

G accipiatur illa intentio, & dicatur perfectus religioſus, qui non ex profeſſione habet non dicendi mendacium, nō eſt ei prohibitum, nec peccat mortaliter ſic perpetrando mendacium. Secundo autem ſi accipiatur, & dicatur perfectus ille, qui habet perfectam charitatem, & ex charitate perfecta cognitionem, vt hæreat totaliter Deo ſecundum intellectum, & ſecundum affectum, prout eſt poſſibile in via, ſi talis peccat hoc genere mendacij, licèt ſit benignitatis, mortaliter peccat. Qui enim perfectè adhærebat Deo, nullā habebat rationem retrahentem, quare mentiri deberet.

H Et ſicut de Adam dicitur, quòd ratione ſtatus ſui primo, id eſt in principio peccauit mortaliter, ita & iſte ratione ſtatus in hoc genere peccat mortaliter. Et hoc eſt, quod Auguſt. ait Exo. 1. Benefecit Deus obſtetricibus. Quorum conuerſatio iam in cœlis eſt, eos non exiſtimo linguæ modum circa veritatem, ſalſitatem exemplo obſtetricum debere formari. Sanctus vir, vt perfectè adhæreat veritati, prohibetur, nec ſtudioſe, nec præcipitatione mentiri. Summoperè enim cauendum eſt omne mēdacium, quāuis nonnunquàm leuioris culpæ, ſi quiſquā præſtando mentiatur. Sed quia ſcriptum eſt

A eſt Sapien. 1. Os autem, quod mentitur, occidit animam. Et perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Hoc quoque mendacium perfecti viri ſummoperè fugiunt, vt nec vita cuiuſlibet per eorum fallaciam defendatur, ne ſuæ animæ noceant, dum præſtare carni nituntur alienæ. Dicit etiam Auguſt. in lib. contra mendacium. Ille filius, qui verbum patris ſuſcipiens, aliàs cuſtodiens, a perditione longe aberit. Prouerb. 29. ſecundum aliam literam, Et nihil falſi ex eius ore procedit, aliàs extra perditionem erit: tam ſibi clauſum deputat ſi ad ſubueniendum homini per mendacium,
B quàm ſi per ſtuprum tranſire cogatur. Et alibi: Filij ſupernæ ciuitatis, ſunt filij veritatis. Eius ciuitatis ſunt, de quibus ſcriptum eſt, Verbum ſuſcipiens filius a perditione longe aberit. Excipiens autem excipit illud ſibi, & nihil falſi ex eius ore procedit. His filijs ſupernæ Hieruſalem, ſi quãdo vt hominibus obrepit qualecunq; mendacium poſcunt humiliter veniam non inde quærunt gloriam. Tertiò autem ſi accipiatur mendacium tertio modo, erit mendacium mortale peccatum. & ſecundum hoc Eccleſiaſt. 7. ſcriptum eſt, Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitas enim
C illius non eſt bona. Et iterum Auguſt. ait, Quis integrum dixerit animum eſſe mentientis? Etenim libido ipſa rectè diffinitur appetitus animi, quo æternis bonis quælibet temporalia præponuntur. Nemo itaque poteſt conuincere eſſe mentiendum, niſi qui poſuerit eſſe æternum aliquod bonum obtineri poſſe mendacio. Sed cum tanto quiſque ab æternitate diſcedat, quanto a veritate diſcordat. Qui autem mentitur a veritate diſcedit: abſurdiſſimum eſt dicere diſcedendo inde poſſe ad bonum aliquod aliquem peruenire. Aut ſi aliquod bonum æternum eſt, quod non complecti-
D tur veritas, non erit verum, & ideo nec erit bonum. Vt autem animus ipſi corpori, ita veritas ipſi animo præponenda eſt: vt eam non ſolum magis, quàm corpus, ſed magis, quàm ſemetipſum appetat animus. Et iterum 22.q.2.in cap.ne quis. Auguſt.ait: Ne quis arbitretur perfectum, & ſpiritualem hominem pro iſta temporali vita morte cuius ſua, vel alterius non occidatur anima debere mentiri. Et poteſt eſſe ratio: quia ſi perfectis liceret mentiri, vel mendacium dicere, quibus crederetur? Iam igitur nulli credi poſſet, quia nec perfectis, ſi non præſumeretur quòd ipſi non deberent mentiri, & multo fortius nec imperfectis. Ad E
hoc ergo, vt ſtet credulitas veritatis, non videtur perfectis licitum mentiri, ſiue mendacium dicere. Hæc Alexand. de Ales, vbi ſupra. Ex his igitur, quæ ſupra per Doctorem irrefragabilem dicta ſunt, clareſcere poſſunt multæ auctoritates ſcripturæ ſacræ, atque Doctorum loquentium, quòd per mendacium non debemus hominem liberare a morte, & quando & in quibus tale peccatum ſit mortale, vel veniale. Sic intelligi debet, quod ponitur 22.q.2. cap.ſi quis. Vbi Auguſt. ait: Si quis ad te confugerit, qui de mẽdacio tuo a te poſſit a morte liberari, non es mentiturus. Os enim, F
quod mentitur, occidit animam, ſcilicet ſi dicat mendacium ſecundo, vel tertio modo dictum. Et in cap. faciat. idem ſentire videtur cum ait, Faciat homo etiam pro temporali ſalute hominum, quod poteſt. Cum autem ad hoc ventum fuerit, vt tali ſaluti niſi peccando, ſcilicet mortaliter, conſulere non poſſit: iam ſe exiſtimet non habere quid faciat. Et eandem ſententiam replicat in cap.ne quis. Et iterum 22.q.2.in cap.omne. Iſidorus ait, Omne genus mendacij ſummopere fuge. & ſequitur, nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus. huius quoque ſen G
tentiæ eſt Gregor. 14. Moral. cap. 2. exponens illud Pſal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Rationem huius aſſignat Apoſtolus 3. c. ad Rom. dicens, quòd non ſunt facienda mala, vt veniant bona.

Quòd pro conſeruanda re ſpirituali mendacium officioſum ſit mortale, vel veniale. Cap. 3.

TErtio contingit dicere mendacium officioſum ad cõſeruandum rem ſpiritualem. Et hoc etiam dupliciter. Primò pro ſe, ſecundò pro proximo. Pri- H
mò quidem pro ſe. ſecundum enim Alexan. de Ales vbi ſupra, duplex eſt immunditia. Vna eſt corporalis, alia ſpiritualis. Prima eſt corporalis, & pro hac vitanda neminem oportet mentiri: quia ſicut Auguſt. in lib. de mendacio ait, Nullus rectè agens immundus fieri poteſt quolibet contagio corporali. Secunda immunditia eſt ſpiritualis: & hæc dupliciter fieri poteſt. Primò reſpectu perfecti, ſecundò reſpectu imperfecti. Et tunc dicimus quòd perfectus ita fortis debet eſſe, vt confidat ſe nulli tentationi ſuccumbere. Vnde & ſi violentia infertur

Duplex immunditia.

A ſertur illi, ſperare debet quòd ipſe nullo modo conſentiet corruptioni violenter illatæ, ſed ſuſtinebit meritoriè tantnm. Et ideo talis mentiri non debet in tali caſu. Vnde Beata Lucia inquit: Si me inuitam violaueris, caſtitas duplicabitur ad coronam. Secundò reſpectu imperfecti. Nam imperfectus, vtpote infirmus, timere debet, ne ſuccumberet, ſi ad ſtatum illum veniret. Et ideo tali propter infirmitatem conceditur redimere periculũ maioris peccati per minus peccatum. Vnde ſanius conſilium eſt illi falſum dicere, quàm paſſionem illam cum manifeſto periculo ſuſtine-
B re. Et hoc eſt, quod ait Auguſti. in libro de mendacio. Illa peccata, quæ ita committuntur in homine, vt eum faciant immundum in peccatis noſtris, euitare debemus, ac per hoc nec ipſa peccata dicenda, quæ propterea fiunt, vt illa immunditia euitetur. Quod intelligi debet non quòd ſint peccata ſimpliciter, ſed ꝙ non ſunt grauia. Et iterum in libro contra mendacium, circa finem, probato & concluſo, quòd nunquàm mentiendum ſit, ſubdit: Sed perfectorum eſt aliquis ſolidus cibus. Multa enim ſecundum veniam relaxantur infirmitati, quàmuis ſinceriſſi-
C mæ nequaquàm placeant veritati. Et iterum idem ait. Quiſquis aliquod genus mendacij putauerit non eſſe peccatum, decipit turpiter ſemetipſum, cum honeſtum eſſe deceptorem aliorum arbitretur. Hæc ſecundum Alexand. de Ales vbi ſupra, & Bonauenturam. Secundò autem ad conſeruandum rem ſpiritualem pro proximo, vtputa etiam ad conſeruandam caſtitatem proximi. Et de hoc ſecundum Bonauenturam vbi ſupra: dicendum eſt de viro imperfecto reſpectu alterius imperfecti, ſicut de viro imperfecto reſpectu ſui.

D ARTICVLVS SECVNDVS

De mendacio iocoſo, & quòd tripliciter dici contingit.

Secundũ eſt mẽdacium iocoſum. Quod tripliciter dici ſolet.

Secundum eſt mẽdaciũ iocoſum, quod fit libidine mentiendi, & ex delectatione inani. Et de hoc Propheta inquit, de vanitate in idipſum. Et hoc mendacium contingit tripliciter dici. Aut cum delectatione propria, aut cum aliena, aut cum varia culpa.

E *Quòd mendacium iocoſum pro delectatione propria tripliciter dici ſolet, & quando ſit mortale, vel veniale. Cap. I.*

Primo delectatione.

Primo quidem contingit iocoſum mendacium dici pro delectatione propria, vt homo delectetur in ſemetipſo. Et hoc ex ſola mentiendi fallendique libidine, hoc eſt ſine cauſa, & vtilitate. Et hoc tripliciter committi ſolet. Primò fingendo, ſecundò componendo, tertiò iactando. Primò fingendo, vt cum quis ſtudioſè, & accuratè fabulas fingit, & delectatur in illo. F Fabula enim propriè eſt res, quæ nihil in ſe veritatis habet, & illa fabula falſa eſt, quæ aliquid continet veritatis admixtum. Sicut eſt in amore, modus non habuiſſe modum, ſic in fabula veritas omnino veritate carere. Et dicitur fabula a fando, eo quòd in ſolo fatu conſiſtat. Si autem talis fictio habet aliquid myſticè, vel moralis ſignificationis, parabola dici poteſt. Græcè enim parabolæ, Latinè prouerbia nuncupantur, eo quòd ipſis ſub comparatiua ſimilitudine figuræ verborum, & veritatis imagines oſtenduntur: G ſicut patet in fabulis Æſopi, quæ verius parabolæ dici poſſunt. Et talia fingere non eſt peccatum: ſed fingere fabulas ſecundum ſuum proprium ſignificatum abſque peccato non eſt. Secundò committuntur componendo. Sunt enim plerique, qui delectantur in aſtutia, & palliata arte mendacia componendi, atque noua in vulgo inueniendi, quod quidem etiam ſine peccato non eſt, cum fiat libidine mentiendi, non tamen decipiendi. Nihil tamen habet hoc mendacinm, neque in ſe, neque in cauſa extra illum, in quo eſt libido, niſi mentientem propter quod Auguſti. vocat ipſum merum mendacium. H Non autem ſic in alijs mendacijs, quia habent cauſam extra mentientem, ſcilicet nocendi, vt in mendacio pernicioſo: & iuuandi, vt inofficioſo: vel placendi, vt in ſenectuti iocoſo. Tertiò committitur iactando, ſecundum Alexand. de Ales. Iactantia quidem in aliquo conuenit cum mendacio, & in aliquo differt. Cõueniũt quidẽ, quia in vtroq; eſt falſa ſignificatio vocis. Differt aũt in intentione, quia intẽtio mẽdacij eſt, vt credatẽ id, quod non eſt, & terminatur in cognitiua ſpeculatiua.

Secundo componendo.

Tertio iactando.

Intentio

A Intentio verò iactantiæ eſt propter aliquid in affectiua, licèt credatur ibi aliquid quòd non eſt. Hæc ſecundum Alexand. de Ales, in 2. q. 10. artic. 3. Et ſecundum Tho. 2. 2. q. 112. Iactantia propriè importat, quòd homo verbis inaniter ſe extollat, dicendo de ſe aliquid, quod ſupra ſe eſt. Et hoc dupliciter contingere poteſt. Primò, quando aliquis loquitur de ſe, non quidem ſupra illud quod in ſe eſt, ſed ſupra id, quod de eo homines opinantur. Secundò, quando loquitur de ſe ſupra id, quod in ſe eſt, ſecundum rei veritatem. Et in hoc ſecundo modo magis iactantia conſiſtit, quàmuis
B vtroq; valeat dici. Quando autem iactantia ſit mortale, vel veniale, diſtinguit Tho. vbi ſupra. Dicendum, quòd iactantia dupliciter conſiderari poteſt. Primo modo ſecundum ſe, ſecundo modo ſecundum cauſam. Primò inquàm ſecundum ſe, & ſic mortale peccatum eſt, quando homo iactanter profert, quod eſt contra gloriam Dei. Ezech. 28. Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum. vel contra charitatem proximi, ſicut cum quis iactando prorumpit in contumelias aliorum. Vnde Luc. 18. cap. Phariſæus iactanter ait, Non ſum ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti, adul-
C teri, velut etiam hic publicanus iſte. Sed ſi non ſit contra gloriam Dei, vel charitatem proximi, veniale peccatum eſt. Secundo modo conſideratur iactantia ſecundum cauſam. Nam ſi procedit ex ſuperbia, vel inani gloria, quæ mortale peccatum ſit, & ipſa etiam mortalis erit. Aliàs erit venialis. Si verò ſit propter appetitum lucri, ad proximi deceptionem pertinere videtur, ſeu ad eius damnum, & ſic magis mortalis eſt culpa: tamen non ſemper, quia poteſt eſſe tale lucrum, ex quo proximus non recipit damnum.

D *Quòd mendacium iocoſum pro delectatione aliena tripliciter dici ſolet, & quando ſit mortale, vel veniale.*

Cap. 2.

SEcundò dicitur mendacium iocoſum cum delectatione aliena, quod fit per mẽdacem adulationẽ, ſecundum enim Alexand. de Ales, in 2. diſtinct. 43. artic. triplex eſt adulatio. Prima, quæ bonum non habitum attribuit: ſecunda, quæ habitum bonum extollit: tertia verò, quæ malum nutrit. Prima quippe bonum non habitum

Triplex adulatio.

attribuit, videlicet bonum temporale, ſeu corporale, vel ſpirituale. ſecundum enim Policratum: Adulator clauum figit in oculo eius, cum quo conſurgit. Communiter quippe adulatio habet odium & fraudem, proditionem & notam mẽdacij, ſequelam ſeruitutis, & excæcationem proximi, atque totius honeſtatis exterminium. De adulationibus Ignatius ait: Heu, qui me laudant, potius me flagellant. Si enim laudibus lætamur, & vituperijs frangimur, gloriam noſtram in ore hominum ponimus, non in Deo. Proinde Propheta dicebat, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. vbi glo. inquit, Falſa laus adulatoris, & ſimulata dilectio mentes a rigore veritatis emollit ad noxia. Secunda adulatio eſt, quæ bonum habitum extollit plus quàm ſit. De nocumento eius Hierony. ait: Nihil eſt, quòd tam facilè corrumpat mentes hominum, nihilque tam dulciter animum ferit, ſicut adulatio. Vnde Prouerb. 26. Verba adulatoris, vbi litera noſtra habet, verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia & ipſa perueniunt ad intima cordis. Et Gregor. ait: Quid per ſignificationem locuſtæ, quæ plus quàm cætera minuta animãtia humanis frugibus nocet, niſi lingua adulantis, quæ terrenorum hominum mentes, ſi quando bona aliqua conſpicit, profectò immoderatius laudando corrumpit. hæc duo genera adulationum, ſecundum Alexand. de Ales vbi ſupra, tripliciter variari poſſunt. Nam quælibet earum, aut fit intentione, vt alicui proſit, & nulli obſit, & tunc peccatum eſt veniale. Si autem intentione nocendi alteri, licèt alijs proſit, mortalis eſt culpa. Videtur enim fieri ex libidine mortali. Si autem nec prodeſt, nec nocet, ſed contemptum Dei generat, per aſſiduitatem etiam mortale eſt. Tertia adulatio eſt, quæ malum nutrit cum ſit, & dicit eſſe bonum, cum malum ſit. Et de talibus Propheta ait, Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. vbi glo. ait, Adulantium linguæ alligant animas in peccatis. Delectat enim hominem ea facere, in quibus non ſolum non metuitur repreheuſor, ſed etiam auditur laudator. Et dicitur etiam ibidem, magna ira Dei, vt deſit correptio, & adſit adulatio. Sed aduertendum eſt, quòd licet maius ſit in opere, quàm in voluntate peccare: tamẽ maius peccatum eſt laudare hominem in voluntate peccandi, quàm in ipſo facto peccati. Vnde aggrauando ait, Laudatur peccator

E F G H

A cator in deſiderijs animæ ſuæ. Porrò hoc eſt lac, de quo admonens Sapiens, Prouer. 1. cap. ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Et ſubdit Propheta dicens: Exacerbauit Dominum peccator, ſcilicet propter adulationes audacius peccando. Talis adulator dicitur cauda, quia operit turpitudinem culpæ. Vnde Iſa. 9. cap. Propheta docens mendacium, Ipſe eſt cauda. Cauda quippe teguntur poſteriora, & turpia, atque immunda. Et hoc propriè eſt officium adulationis. Tales adulatores præcipitant homines in peccata ſuperbiæ, in peccata luxuriæ, & in peccata auaritiæ. Vn-
B de & ipſi cum eis præcipitabuntur. Proinde Iſa. 9. cap. Erunt qui beatificant populum iſtum, ſcilicet ſceleratum, ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati, ſcilicet in præcipitium infernale. De his 46. diſtinct. in cap. ſunt nonnulli. Gregor. ait: Sunt nonnulli, qui dum male facta hominũ laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur, Ezech. 13. Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus, vel ceruical ſub capite iacentis ponitur: vt qui corripi
C ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus mollitie quieſcat. Hinc rurſum eodem c. ſcriptum eſt: Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quæpiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur. Vt quod illi peruersè agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus vir, ſcilicet Iob 27. ſicut de bonis malè non æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſat dicens: Abſit hoc a me, vt iuſtos vos eſſe iudicem, donec deficiam, nõ
D recedam ab innocentia mea. Hæc ille. Et 11. q. 3. in cap. nemo peritorum. Auguſt. ait: Nemo peritorum, aut prudentium putet, quòd minus ſit periculum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Hæc tertia adulatio ſemper mortale peccatum eſt, ſecundum Alexan. vbi ſupra: ſecundum verò Thomam 2. 2. q. 115. Adulatio tripliciter poteſt eſſe mortalis culpa. Primò propter peruerſionem, ſecundò propter intentionem, tertiò propter occaſionem. Primo modo propter peruerſionem: quia peruertit hominem, & hoc eſt ratione materiæ, id eſt cum quis laudat

Adulatio tripliciter poteſt eſſe mortalis culpa.

alicuius peccatum, ſcilicet ſicut patet de tertia prædicta adulatione. Hæc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iuſtitiam homo loquitur: & dilectioni proximi, quem in peccato fouet: vnde peccatum mortale eſt. Secundo modo propter intentionem: puta cum quis adulatur alicui ad hoc, vt fraudulenter noceat ei temporaliter, corporaliter, vel ſpiritualiter: & hoc etiam eſt mortale. Tertio modo propter occaſionem, ſicut cum laus adulatoris ſit alteri occaſio delinquendi, & hoc præter adulatoris intentionem. Et tunc conſiderandum eſt, vtrum occaſio ſit data, ſeu accepta, vel qualis ruina ex hoc ſequatur, ſcilicet venialis, ſeu mortalis: & ſecundum hoc iudicandum eſt. E F

De quolibet mendacio, quando ſit veniale, vel mortale a quocunque dicatur.

Cap. 3.

Tertio dicitur mendacium iocoſum, cum varia culpa, ſcilicet quandoque mortali, & quandoque veniali. Ad intelligentiam tamen cuiuſcunque mendacij, quando ſcilicet ſit veniale, vel mortale, aduertendum eſt, quòd dupliciter contingit mendacium eſſe mortale. Primò per ſe ratione ſuæ ſpeciei, ſecundò per accidẽs, ſcilicet ratione ſuæ circunſtantiæ. Primò quidem per ſe ratione ſuæ ſpeciei. Nam illud mendacium eſt mortale, quod eſt ſecundum ſuam ſpeciem contra charitatem, ſicut ſunt tres ſpecies mendacij pernicioſi. de quibus in ſequenti tertio artic. dicturi ſumus. Et de talibus intelligitur propheticum illud, Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et illud Sapien. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Illud verò mendacium, quod ſecundum ſuam ſpeciem nõ eſt contra charitatem, non eſt ſecundum ſuam ſpeciem mortalis culpa, ſed venialis. Et hoc eſt mendacium, in quo non ſupra, ſed infra Deum intenditur aliqua delectatio leuis, ſicut in mendacio iocoſo: vel cauſa vtilitatis proximi, ſicut in mendacio officioſo. Vnde Auguſtinus ſuper illud, Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, ait: Duo ſunt genera mendaciorum, in quibus non eſt magna culpa, ſed non ſunt ſine culpa, ſcilicet cum iocamus, aut proximo conſulendo mentimur. Secundò verò eſt aliud mendacium mortale per accidens, ſcilicet ratione ſuæ circunſtantiæ: & hoc modo mendacium officioſum, G H

Dupliciter contingit mendacium eſſe mortale.

A ſum, atque iocoſum poteſt eſſe mortale, & hoc ratione quadruplicis circunſtantię. Primò propter affectum, ſecundò propter nocumentum, tertiò propter contemptum, quartò propter ſcandalum. Primò inquàm propter affectum, quia ſcilicet nimia libido & complacentia, atque delectatio contingit in mẽdacio iocoſo: puta ſecundum Rodonenſem, cum homo ſuam, vel alterius complacentiam, ſeu delectationem in mendacio ſuo diuinæ dilectioni, atque mandatis Dei præponit: quia tunc tale mendaciũ mortale eſt. Vnde Auguſt. Nullum peccatum eſt adeo veniale, quin fiat mortale, ſeu

Mẽdaciũ iocoſũ pōt eē mortale ratione quadruplicis circunſtantiæ.

B criminale, dum placet. Secus ſi talis delectatio eſſet ſub Deo. Argumentum ad hoc 25. diſtinct. cap. vnum orarium. §. criminis. Secundò propter nocumentũ, vt cum mentiens probabiliter ex mendacio ſuo imminere alicui periculum aliquod videt, vel notabile nocumẽtum: licet illud mendacium ad hoc non eſſet ordinatum: vt puta, cum prædicator dicit mendacium officioſum in prædicatione. Nam ſecundum Scotum, mortaliter peccat. Item ſi quis timore mortis, ſeu iocosè, & veriſimile eſt quòd credatur ſe, dicat Guelfum vel Ghibellinum, mortaliter videtur peccare, quia tranſit in men-

C dacium pernicioſum. Tertiò propter contemptum etiam in mẽdacio iocoſo: vt cum quis pro indifferenti, & pro nihilo habet tota dicere mendacia iocoſa ſicut vera, ſicut faciunt mimi, & ioculatores, & conſimiles, ſecundum Hoſtien. Secus in alijs, in quibus hoc accidit ex euentu, vel raro. Quartò propter ſcandalum. Ex multis quippe cauſis ſcandalum contingere poteſt: & ſæpe contingit ratione circunſtantiæ perſonæ, vt cum mẽtiens eſt perfectus, & quo ad vitæ ſtatum, & quo ad famam, & reputationem hominum. In tali ſiquidem caſu, ſi conſcientia probabiliter dictat, quòd

D ex mendacio ſuo ſcandalum ſubſequatur, tunc ſuum mendacium mortale erit: ſecus ſi ſit perfectus nõ in reputatione hominũ. Licet enim in tali grauius ſit peccatũ, quàm in homine imperfecto: non tamen mortale eſt, quia non ſequitur ſcandalum. Et ſic intelligi poteſt, quod Auguſt. ait ſuper illud Pſal. Perdes omnes, qui loquuntur mẽdacium. Si quis non vult hominem manifeſtare ad mortem, veritatem taceat, ſed falſum non dicat: ne pro corpore alterius animam ſuam occidat. in his concord. Thomas, Bonauentura, Ricardus de Mediauilla, & Scotus.

ARTICVLVS TERTIVS E

De mendacio pernicioſo, & quomodo tripliciter committi ſolet.

TErtium eſt mendacium pernicioſum, & malignitatis. & de hoc Propheta inquit, vt decipiant ipſi. Triplex quidem deceptio contingit in mendacio pernicioſo. Prima in rebus temporalibus, ſecunda in rebus corporalibus, tertia in rebus ſpiritualibus.

Tertium eſt mẽdacium pernicioſum. Triplex deceptio contingit in mendacio pernicioſo.

Quòd dupliciter committi ſolet mendacium pernicioſum in temporalibus rebus, & de his, qui promiſſa non ſeruant. Cap. 1.

F

PRima deceptio mendacij pernicioſi committitur in rebus temporalibus. & licet quandoque alicui tale mendacium proſit, tamen alicui nocet. Dupliciter tamen committi poteſt. Primò pro ſe, ſecundò pro alio. Primo quidem pro ſe. Sicut quotidie fit inter vendentes, & ementes, inter quos tam ex conſuetudine longa, quàm etiam ex puttida corruptela, innumerabilia mendacia multiplicantur. Vnde tales, G ſecundum Tho. & Richar. mortaliter peccant. Et vltra hoc quandoque decipiunt proximum, vel vtra iuſtum pretium vendunt, reſtituere obligantur. Cum autem ex tali mendacio proximus non decipitur, ſecundum Ray. veniale eſt: ſed ſecundum Hoſtien. propter aſſiduitatem, & conſuetudinem mortale fit. Sicut de ebrietate contingit: nam ſine conſuetudine eſt veniale, ſed propter conſuetudinem fit mortale. 25. diſtinct. cap. qui in aliud. §. alias. Inſuper eſt notandum, quòd ſi pro euadenda pecunia, vel re alia temporali, quæ a prædonibus poſtulatur ad prædam, non tantum homo H mentiatur pro illa, ſed mendacio iuramentum ſuperaddat, tranſit in mendacium pernicioſum, atque periurium, & graue mortale peccatum eſt. Sed ſi abſque iuramento mentiretur, eſſet mẽdacium officioſum, & veniale. Simile contingit de eo, qui denegat veritatem, & quandoque iuramento confirmat, ne iuſtè in pecunia condemnetur: quia in vtroque caſu mortaliter peccat, ſed grauius cum addit iuramentum. Sed quid de illo, q̃ aliquid promittit, quod tamen non ſeruat? Dicendum quòd hoc dupliciter cõtingere poteſt. Primò, quãdo promittit

Prima deceptio, & dupliciter committi poteſt.

A promittit aliquid alicuius ponderis, & ta-
men non intendit, vel non credit poſſe ſer-
uare illud: tunc pernicioſum mendacium
eſt & mortale. Et in hæc offendunt pluri-
mi artifices & mercantes. Poteſt tamen res
promiſſa tam vilis, atque innocua eſſe ſil-
li, cui promiſſa eſt, quòd non ſeruãdo pro-
miſſum, non erit mortale, ſed veniale. Se-
cundò verò contingit, quando promittens
hoc agere intendebat: ſed tamen promiſ-
ſum non ſeruat. Et tunc, ſecundum Tho.
2.2.q.111. talis non mentitur, quia non lo-
quitur contra illud, quod gerit in mente: ſi
autem quod promiſit non facit, tunc infi-
B deliter agit, per hoc ſcilicet quòd animum
mutauit: poteſt tamen dupliciter excuſari.
Primò ſi promiſit id, quod manifeſtum eſt
malum: quia tunc etiam promittendo pec-
cauit. vnde 22.q.4. in c. in malis. Iſidorus
ait, in malis promiſſis reſcinde fidem: in tur
pi voto muta decretum: quod incautè, id
eſt illicitè vouiſti, nõ facias. Impia eſt pro-
miſſio, quæ ſcelere adimpletur. Et in c. non
eſt obſeruandum. Idem Iſidorus ait: Non
eſt obſeruandum ſacramẽtum, quo malum
incautè promittitur. Veluti ſi quiſpiã adul-
teræ perpetuam fidem cum ea permanendi
polliceatur. Tolerabilius eſt enim non im-
C plere ſacramentũ, quàm permanere in ſtu-
pri flagitio. Et in c. vnuſquiſque. Ambr. po-
nit exẽplum de Herode & ſaltatrice, quod
habetur Mar. 6. Secundo modo, ſi cum pro-
miſit hoc agere intẽdebat, ſed mutatæ ſunt
conditiones: nam ſicut Seneca in lib. de be-
neficijs ait, Ad hoc ꝙ homo teneatur face-
re quod promiſit, reqritur ꝙ oĩa immutata
permaneant. Vnde nec Apoſtolus mentitus
eſt, cũ quod. 2. Corint. 1. ꝓmiſerat, non ſer-
uat, qa nõ ad illos iuit. Et de hoc 22.q.2. in
c. Beatus Paulus. vbi dicitur: Beatus Paulus
Apoſtolus nõ ideo, ꝙ abſit, ſe fefelliſſe cre-
D dendus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius: qm̃
cum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, di-
ſpoſitione diuina maioribus occupatus ex
cauſis implere nõ potuit, quod ꝓmiſit &c.
Secundò committi poteſt mendacium pro
alio, vt patet in mẽdacio falſi teſtis in cauſa
pecuniaria: quia talis mortaliter peccat, &
læſo ſatisfacere obligatur, ſi ſuum teſtimo-
nium fuit efficax cauſa illius damni: quia q
occaſionẽ damni dat, damnum dediſſe vi-
detur. extra de iniur. & dam. da. c. ſi culpa.
14.q.5. non ſane. q.6. ſi res. 1.q.1. notum.
Item talis grauiter peccauit, quia fecit con-
tra octauum præceptum, quo dicitur, Non
falſum teſtimonium dices.

Quòd in rebus corporalibus etiam dupliciter committi ſolet mendacium pernicioſum. Cap. 2. E

SEcunda deceptio pernicioſi mendacij
committitur in rebus corporalibus: &
licet alicui proſit, tamen alicui nocet.
Dupliciter etiam committi hoc mẽdacium
ſolet. Primò pro ſe, ſecundò pro proxi-
mo ſuo. Primò committitur pro ſeipſo,
puta cum quis accuſatur ad mortem: ſecũ-
dum enim Tho. 2.2.q.68. accuſatus tenetur
veritatẽ exponere iudici, quam ab eo exi-
git ſecundum formam iuris: proinde ſi cõ- F
fiteri noluerit, vel ſi mendaciter negauerit,
mortaliter peccat. Si verò iudex exquirat,
quod non poteſt ſecundum ordinem iuris:
accuſatus ei reſpõdere nõ obligatur, ſed po
teſt per appellationẽ, vel aliter ſubterfuge-
re, mẽdaciũ tamẽ nõ licet dicere. Nec tamẽ
licet accuſato calumnioſè ſe defendere, ſe-
cundũ Tho. vbi ſupra. Nã in cauſa criminali
de calumnia iuramentũ prꝯſtandũ eſt, extra
de iuramẽ. calum. inhęrẽtes. Porrò accuſa-
to licet ſe defendere veritatẽ occultando,
quem confiteri nõ obligatur. & hoc per ali-
quẽ modũ cõuenientẽ, dũmodò nõ reſpõ- G
deat cõtra veritatẽ: hoc enim nõ eſt calum-
nioſè ſe defendere, ſed prudenter euadere.
Non aũt licet ei falſitatẽ dicere, aut verita-
tem illam tacere, quam cõfiteri tenetur. Nec
etiam aliquam fraudem, ſeu dolum adhibe-
re; nam fraus & dolus vim mendacij habẽt.
Et hoc eſt defendere ſe calumnioſè. Simi- H
liter credo mortale peccatum eſſe, cum ho-
mo amore, ſeu timore pœnæ, vel mortis
dicit ſe eſſe Guelfum, vel Ghibellinũ, quia
contra charitatem ſunt tales diuiſiones. Se-
cundò committi ſolet hoc mendacium pro
liberatione corporis ſui proximi: vt cum
quis falſum teſtimonium dicit in cauſa cri-
minali: ad hæc 11.q.3. in c. nemo peritorũ.
vbi Auguſt. ait: Nemo peritorum, aut pru-
dentium putet, quòd minus ſit periculum
in verbis lingua mentiendo, quàm mani-
bus ſanguinem fundendo. Hæc ille.

Secunda deceptio, quæ dupliciter committi ſolet.

Quòd etiam dupliciter contingit mendacium pernicioſum dici in rebus ſpiritualibus. Cap. 3.

TErtia deceptio mendacij pernicioſi
committitur in rebus ſpiritualibus,
vt puta in doctrina religionis, vt ait
Auguſt. 22.q.2. in c. primum. ꝙ exponens
Alex. vbi ſupra, ait: Religio cõmuniter ſu-

Tertia deceptio.

A mitur ibi, ſecundum quòd nos religat ad tenendum non tantum ea; quæ ſunt circa fidem, ſed etiā ea, quæ ſunt circa bonos mores. In his enim duobus conſiſtit ſumma Chriſtianæ religionis, ſicut Iac. 2. ſcriptum eſt: Fides in ſemetipſa mortua eſt, niſi ſint opera. In huius miſterium Exo. 17. cum Amalech pugnaret contra Iſrael, i. mundus contra fidelem animam; ſuppoſuerunt Moyſi lapidem, vt ſederet, & ex vtraque parte manus eius ſuſtentabant, ſcilicet & tunc præualebat populus Iſrael. Nam, vt dicitur 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra, ſcilicet operoſa.

B Dupliciter etiam circa hoc contingit dicere mendacium pernicioſum. Primò reſpectu ſui, ſecundò reſpectu proximi. Primò reſpectu ſui, & hoc fit cum homo malè intelligendo ſcripturas ſacras, erroneè exponit eas, ſicut faciunt hæretici. Item qui malè ſentit, & id ore fatetur de eccleſiæ ſacramentis, vel de articulis fidei. extra de verborū ſignific. cap. ſuper quibuſdam. in prin. Atque omnino cenſetur hæreticus, qui non tenet id, quod docet ſancta Romana eccleſia, vt 2. diſtin. cap. ſi. & cap. nolite. extra, de ſumma Trinit. & fide cathol. c. 1. lib. 6. facit quoque ad hoc, quod notatur per Bern. ex- C tra, de ſumma Trinita. & fide cathol. in glo. magna. vbi articuli fidei, qui in ſymbolo continentur, ſerioſè enumerantur. Secundò reſpectu proximi mendacium pernicioſum dicit, qui falſam de fide catholica opinionem gignendo docet, atque pertinaciter defendit, vt patet 24. q. 3. qui aliorum. & c. hæreticus. & c. hæreſis. & c. ſeq. Et talis propriè hęreſiarcha denominatur. Non tantum autem tales pernicioſi Doctores, qui in cathedra peſtilentię ſedent: verum etiam largo modo ſumēdo mendacium ſpirituale, & pernicioſum contra proximum, ſeu pro proximo dicūt, omnes vitioſum, & vi- D tioſorum excuſatores, defenſores, & fautores, & maximè qui vergit, ſeu redundat in multarum animarum perniciem, & dn̄i honoris detrimentum, atque confuſionem.

Adulantium, & adducentorum multiplices modi.

SVnt enim plerique, qui impudentius irruūt ſine diſſimulatione ambitionis, quos neque ratio, neque auctoritas reprimere poteſt. Fruſtra enim oppones aliquem titulum, quia clamore conductitio præualente delebitur cōcurrentibus exemplis, & ſanctionibus patrum. Opponitur E eligendo, ignobilis eſt: ſed nec Petrus patritius extitit, aut alicubi de claritate ſanguinis gloriatur. Minor eſt, Hieremiam, & præcurſorem Domini habet auctores. Puer eſt. En ſeniores monſtrat a Daniele puero condemnatos, Daniel. 13. Illiteratus eſt, nec ſcholas frequentaſſe leguntur Apoſtoli. Coniugatus eſt, & Apoſtolus ad Titum 1. vnius vxoris virum præcipit eligendum. In iniuriam matrimonij ſuam reliquit vxorem. Et Ioannes a nuptijs ad Euangeliū traditur euocatus. Opicus, aut potius elinguis eſt. ſed & Aaron vices Moyſi, qui erat impeditioris linguæ, F & ſacerdotium legitur miniſtraſſe. Exo. 4. Si moderniora conſiderantur, aliter conſiderantur exempla. Inſipiens eſt; ſed per inſipientiam mundi decreuit Deus ſaluare credentes. Percuſſor eſt, ſed & Petrus gladium eximens, ſerui Principis Sacerdotum auriculam amputauit, Matth. 26. Menticuloſus eſt: ſed & Ionas ad Niniuitas veritus eſt accedere, Ionæ 1. & Tho. ad Indos. Tenetur functionibus publicis alligatus, ſed & Matthæus de Theloneo aſſumptus eſt. Matth. 9. Vinolentus eſt: ſed & Dominus ipſe dictus eſt potator vini, & vorator carnium. Contentioſus eſt, & G inter diſcipulos Chriſti facta eſt contentio. Lucæ 22. Garrulus eſt & linguoſus, facundus habebitur, quoniam Apoſtolus ſic etiā dictus eſt. Non acquieſcit maioribus: ſed & Paulus etiam in faciem reſtitit Petro. Ad Galat. 2. Scorta ſectatus eſt: ſed & Oſea mandante Domino amplexibus meretricis adhæſit. Oſeæ 1. Militiam armatam exercuit, ſed & Martinus Iuliano legitur militaſſe. Vir ſanguinum eſt: ſed & Moyſes Ægyptium interfecit, & abſcondit Sabulo. Exo. 2. Manifeſtum homicidium egit, ſed & Samuel præſente populo Agag Regem pinguiſſimum interfecit. 1. Reg. 15. H Perfidus eſt, & periurus, ſed & Petrus perfidiam periurio cumulauit. Matth. 26. Mutus eſt, ſed hoc Zachariam a ſacerdotio non excluſit, Luc. 1. Cæcus eſt, ſed & Paulus videre non poterat, quando eum Ananias Domino conſecrauit, Act. 9. Exigentibus culpis depoſitus eſt, ſed & multi tales reſtituti ſunt, & poſtmodum eccleſiæ Dei plurimum profuerunt. Surdus eſt: ſed & hoc præconari legem Dei non prohibet. Prædicator enim quæritur, non auditor. Leproſus eſt, ſed de paſtore paſtorum eccleſia recolit: quia nec ſpeciem, neque

A neque decorem habuit, qui excludendus videretur tanquàm leproſus, & nec humano dignus aſpectu. Iſa. 53. Perſona deſpicabilis eſt, ſed & in ſimili repulſo titulo aduerſus Martinum non audiuit eccleſia defenſorem. Errat in fide, hæc dicitur feciſſe Ciprianus. Valitudinarius eſt, ſed & Gregor. in ſummo languore Romanam optime gubernauit eccleſiam. Podagras, & cyrogras patitur, ſed non pedes, nec manus imperant, ſed ipſum caput. Superbus & vanus eſt, ſed talis fuit Briccius Turonenſis Epiſcopus, Martini diſcipulus. Corpore & membris debilitatus eſt: ſed
B hoc egregio confeſſori Pannucio legitur accidiſſe. Condemnationem ambitus tulit: ſed & filiorum Zebedęi petentium primatum eſt petitio reprobata. Matt. 20. Hereſim quandoque docuit: ſed & Auguſt. ſe Manichæum fuiſſe fatetur. Coluit idola: ſed & Marcellinus martyr inſignis in Papatu idolis thurificare compulſus eſt: Fortè non eſt Chriſtianus: ſed & dum cathecumenus eſſet, Beati Ambroſij fuit electio celebrata. Perſecutus eſt eccleſiã Dei, ſed & Paulus ex perſecutore effectus eſt prædicator. Electio deeſt. ſed & Apoſtoli non petentibus populis miſſi ſunt. Non
C vacat ſedes, in quam poſſit intrudi, accedat præſidenti. Nam, & Auguſt. Valerio Hypponenſi non tam ſucceſſiſſe, quàm acceſſiſſe deſcribitur. Auarus eſt, diſperſa poterit congregare, & inutiliter non diſtrahet congregata. vt paucis vniuerſa complectar: ad omnia ineptus eſt, ſed & Sanſon mandibula aſini Philiſtim expugnauit. Potens eſt & nunc Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Ex his, & alijs mendacibus, de quibus mundus eſt plenus, ad hoc deuenimus, quòd quaſi nullus proximo ſuo credit, in nullo confidit, in nullo eſſe veritatem credit, teſte Hieronymo, qui
D hæc veriſſima atteſtatione teſtatur dicens: Mendaces faciunt, vt vera dicentibus non credatur.

Apoſtrophe contra mendacium.

O Igitur mendacium pernicioſum, & nequam: tu mutuam inter homines credulitatem extinguis: tu quoque innumerabilium ſcelerum, tu radix omnium illegalitatum, tu mater omnium fraudum, tu nutrix omnium duplicitatum: tu fomentum omnium detractionum, tu cauſa omnium proditionum, omnium falſorum teſtimoniorum, omnium periuriorũ: E
tu fędera frangis, hypocriſim nutris, in falſas accuſationes prorumpis. O maledictum mendacium, per te nulla eſt fida ſocietas, nulla in aliquo fides, nulla ſpes vel confidentia firma. Per te nulla amicitia vera, nulla pietas, nullum fędus. Per te nulla concordia recta, nulla pax, nulla denique in aliquo bono firmitas eſſe poteſt. O mendacij peſtiferum virus, o peſſima lepra: tu diſcordias ſeminas, ſcandala ponis, diffamas viduas, ſacras religiones confundis, conculcas iuſtos, diffamas rectos. ſcandala ſuſcitas, punis inſontes: inter coniuges ſcandala ponis, ſimplices con- F
ſcientias turbas: tu rancores, tu iurgia, tu liuores & iras, contumelias, ſciſſuras, diuiſiones, partialitates, & ſectas ſuſcitare non ceſſas. Quid plura? Tu illius progenies, qui mendax eſt & pater eius, Ioan. 8. Per te primos parentes noſtros, & cum eis totum humanum genus ad temporales, & æternas miſerias Lucifer ille mendax proſtrauit. Tolle de terra mendacium, & ceſſabunt omnia ſcelera ſupradicta, & regnabit in mundo veritas, pura fides, clara ſpes, firma charitas, mutua ſimplicitas, ſancta ſocietas, bona amicitia, vera concordia, certa pax, & tranquillitas inconcuſſa, atque inter homines vita immaculata. Ex quibus G
omnibus clareſcere poteſt, quòd mendacium facit de mundo Dei, mundum diaboli, a quo nos liberet ipſa ſumma veritas, Dominus Ieſus Chriſtus, cui cũ Patre, & Spirituſancto ſit omnis honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

De Confeſſione peccatorum.

SERMO IN TERTIO OPERE Sancti Bernardini. xxvij. H

Sermo de Confeſsione.

COgitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diẽ feſtum agent tibi. Pſalm. 75. qui incipit, Notus in Iudæa Deus. Triplici prudentia in confeſſione opus eſt, vt homo bene confiteatur, quæ tanguntur per Pſalmiſtam in præallegato verſu. Quarum prima dicitur præcedens ibi, cogitatio hominis: ſecunda conſequens ibi, confitebitur tibi:

A tertia ſubſequens ibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Prima prudentia dicitur præcedens, cum ait Pſal. Cogitatio hominis. Septem namque cogitationes præparatiuas debet homo habere ante confeſſionem, quæ a Pſal. ponuntur in Pſal. 31. cum inquit, Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam nō abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Harum ſeptem præparationum, Prima dicitur integra ibi, delictum meum, &c. ſecunda præmeditata ibi, dixi: tertia vera ibi, confitebor: B quarta accuſatoria ibi, aduerſum me: quinta propria ibi, iniuſtitiam meam: ſexta ſatisfactoria ibi, Domino: ſeptima confidentia ibi, & tu remiſiſti, &c.

Septē præparationes.

Articulus Primus.

Prima præparatio.

Prima præparatio integra, & hæc tripliciter.

PRima præparatio dicitur integra. Tripliciter enim integra debet eſſe præcogitatio cōfitentis. Primò ſecūdum præallegatum ſenſum Pſalmiſtæ, qui inquit, delictum meum C cognitum tibi feci, id eſt faciam: ecce peccatum omiſſionis. & iniuſtitiam meam non abſcondi, id eſt non abſcondam. Ecce peccatum commiſſionis. hoc eſt quòd peccator generaliter omne genus peccati confiteatur, quia omne peccati genus in omiſſione, & commiſſione perpetratur. Debet enim confitens cognitum facere omiſſum, & non abſcondere commiſſum, ſed reuelare, iuxta ſententiam Boetij: Si opera medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. & Iob 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam: ſupple, malè mihi acD cidat. Per omiſſionem peccat quis in præceptis affirmatiuis, & per commiſſionem in præceptis negatiuis. Secūdò debet eſſe integra, aliquod peccatum non abſcondendo. vnde Oſeæ 13. Abſconditum eſt peccatum eius, dolores parturientis venièt ei: ſcilicet torquente & remordente conſcientia mala. Nam, vt ait Beda: Quid prodeſt ſi tota ciuitas cuſtodiatur, & vnū foramen per quod intrent hoſtes relinquitur? Ferrum quamdiu in vulnere eſt, non proſunt vnguenta. Vnde Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Peccatum celare eſt ignem in ſinu abſcondere. Si autem quæratur, quare non dimittit Dominus alia peccata, cum aliquod retinetur? E dicendum quòd de hoc poteſt triplex ratio dari, ſeu reddi. Primò ratione diuinæ bonitatis.

Mira enim Dei bonitas veniam non dimidiat:

Nam totum, aut nihil propitiādo donat.

Et quidem ſumma iniquitas eſt, ab eo qui ſummè bonus eſt, dimidiam ſperare veniam. Secundò ratione diuinæ puritatis. Non enim dimittitur peccatum mortale, niſi per infuſionem Spiritusſancti, qui be- F ne condignè vniuerſalem munditiam requirit in hoſpitio ſuo, licèt diabolus tanquàm cupidus porcus participari immunditia contentus ſit. Tertiò ratione diuinæ veritatis. Retinere enim aliquod mortale peccatum in conſcientia ſua, qui eum tradat inſperato in manibus inimicorum, eſt retinere mendacem proditorem in domo ſua. Deus autem non contentatur habitare cum proditore amicorum ſuorum. Vnde de peccatis occultè retentis ſcriptum eſt, Sapientiæ 3. Traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. Confeſſio enim G dicitur, quaſi ſimul faſſio: & confiteri, quaſi ſimul omnia fateri. Qui enim ſcienter aliqua abſconderit fatetur, ſed non confitetur. Tertiò debet eſſe integra, aliquam grauem circunſtantiam peccati non retinendo. Sic enim poteſt fieri ignis ex arboris ramis, ſicut ex longo trunco. Sic etiam poteſt quis in futuro igne cremari propter circunſtantias peccati graues, ſicut propter ipſum peccatum. Ait enim Iſidorus, quòd nullum prodeſt fiſtulæ medicamentum, niſi foras educatur totum os putridum. Nec vulneri valet quodcunque remedium, quamdiu non educitur fo- H ras ferrum. Ad hæc etiam Auguſtinus optimè de pœniten. diſtinctio. 5. §. primo. Ex illo autem textu tres verſus a Doctoribus trahuntur, videlicet.

Aggrauat ordo, locus, perſona, ſcientia, tempus,
Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa:
Et modus in culpa, ſtatus altus, lucta puſilla.

Horum expoſitionem. Vide in Quadrageſimali de ſacra Religione Chriſtiana, ſermone 15. Articulo tertio. Cap. 2.

Secunda

A *Secunda præparatio.*

SEcunda præparatio dicitur præmeditata. Difficile eſt ſubitò recolere omnia commiſſa & omiſſa, & ſpecialiter hominem diu multipliciter intricatum. Vnde inquit Pſal. Dixi, ſcilicet in corde meo præmeditando. vnde Iſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Tres enim gradus ponit hic Iſidor. præmeditationis propriorum peccatorum, quorum vnus per ordinem ab altero generatur. Primus eſt recogitatio: ibi, recogitabo tibi, ſcilicet o Domine. Ex hoc
B conuenienter generatur ſecundus, ſcilicet recordatio: ibi, omnes annos meos: tertius ſuboritur inde, qui eſt amaricatio: ibi, in amaritudine animæ meæ. Primus gradus eſt recogitatio, ideo Iſa. notanter inquit, Recogitabo tibi, id eſt iterum & iterum cogitabo contra illos, qui veniunt ad confeſſionem impræmeditati; quia de peccatis nullam, vel modicam videntur habere ſollicitudinem, cum tamen hæc ſint maiora debita, & maiora negocia, quæ homo poſſit habere in hac vita. Iſta ſunt negocia, pro quibus filius Dei mortuus eſt in cruce. Iſta ſunt negocia, pro quibus in
C die iudicij congregabit ad videndum negocia conſcientiæ, & animæ de cœlo Angelos & Sanctos, de mundo bonos & malos, & de inferno dæmones, & damnatos. vnde Matth. 25. ſcriptum eſt: Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo: tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. O inſenſata mortalium cura in vanis. Cum quanta diligentia annuatim rationes ſuas reuident prouidi mercatores, animæ verò per quadraginta annos in peccatis obrutæ & ſubmerſæ, rationes tam periculosè negliguntur. Duo ſiquidem deberet recogita-
D re quotidie, qui vellet in Dei, & virtutum amorem, & ſui, & vitiorum deuenire. Primum eſt recogitare in mane, quando a ſomno ſurgit, omnes gratias a Deo receptas, ſaltem generaliter, ſicut eſt beneficium creationis, redemptionis, reconciliationis: beneficia temporalia, corporalia, & ſpiritualia, ſecundum diuerſas vocationes, & ſtatus. Naturale etenim eſt, quòd recordatio & recogitatio boni, generat in intellectu lumen veri. Ex quibus duobus producitur amor ipſius boni, & multo magis dantis ipſum bonum, qui Deus eſt. Et hoc modo mens recolendo illuminatur, & illuminata inflammatur ad E
Deum diligendum, & virtutes ſequendum. Secundò in ſero ante dormitionem debet recogitare, ſaltem in generali, ſuas iniquitates, videlicet, omnia commiſſa & omiſſa, & ſpecialius grauiora. Exceptis peccatis carnalibus, in quorum cogitationibus nequaquàm diu immorãdum eſt, ne mentem ſuam labefaciant, ſed curſim percurrenda ſunt illa. Nam, vt dicitur Eccleſiaſt. 13. Qui tetigerit picem, ſ. per tactũ moroſæ cogitationis, inquinabitur ab ea. Ex hac igitur recogitatione malorum ſuorum quotidie maius lumẽ generatur in intellectu de malitijs peccatorum, dæmonũ, F
& omnium mũdanorum. Ex horum cogitatione facilè producitur in mente odium peccatorũ. Vnde Hierem. 2. Vide vias tuas in conualle, & ſcito quid feceris curſor leuis. Secundus gradus pręmeditationis eſt recordatio. Ideo inquit Iſa. omnes annos meos. In quibus verbis perhibet modum omnium peccatorum, maxime qui diu ſteterunt in tot ſceleribus inuoluti: quia de eis abſque ſtudioſo ingenio recordari nõ poſſunt. Ad hoc autem, vt homo oĩum peccatorũ ſuorũ valeat recordari, debet vti hoc ingenio, ſm Tho. Primò diſcutiat totã vitã G
ſuam, & diſcurrat per diuerſas ætates pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis, & ſic de alijs. Secundò per diuerſos ſtatus, ſ. in virginalem, matrimonialem, & vidualem. Tertiò per diuerſas fortunas, ſcilicet proſperitatis & aduerſitatis, ſanitatis & infirmitatis. Quartò per diuerſa officia, quæ exercuit. Quintò per diuerſas ſocietates, in quibus fuit. Sextò per diuerſas ciuitates, & domos, & loca. Septimò per diuerſas offenſas, quibus Deum offendit cogitando, loquendo, & operando. Vnde Eccleſiaſt. 3. Eſt tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Lapides peccata deſi- H
gnant, qui tunc ſperguntur, cum ante ſacerdotem per pęnitentiam, & confeſſionẽ reuoluuntur. Tunc etiam colligũtur, cum ante in corde ſollicitè recolũtur. Tertius gradus bene ex præcedenti ſubſequitur amaricatio, cum etiam in mente præceſſerit recogitatio, & recordatio, ſuboritur cordialis amaritudo de commiſſis, & omiſſis. Vnde addit Iſaias: In amaritudine animæ meæ. Vnde Hierem. 31. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. Quam amaritudinem ſentiebat Pſal. qui dicebat, Rugiebam a gemitu cordis mei. In horum perſona,

A inquit Iſaias 38. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. In pace namque eſt amaritudo, cum mens de ſuis ſceleribus in pace conſcientiæ cruciatur, & in doloroſo gaudio amaricatur: quæ quidem amara eſt ex afflictione æternæ pœnæ: amarior de amiſſione æternæ gloriæ: ſed amariſſima ex perpetratione diuinæ offenſæ. Quantum autem ſit neceſſaria ad ſalutem prædictam ante confeſſionem præmeditatio: oſtēdit Richar. de Mediauilla in 4. diſtinctio. 17. artic. 2. quæſtio. 6. quærens, vtrum obliuiſcens aliquod peccatum in confeſſione, & ad tempus recolit, teneatur de neceſſitate iterum confiteri? Et reſpondit, quòd aut confitens fuit ignorans ignorantia affectata, vel craſſa, aut tempore confeſſionis adhibuit debitam diligentiam, prout de lege communi humana permittit fragilitas, vt memoriam haberet omnium ſuorum peccatorum mortalium. Si primo modo obliuiſcitur, credo ꝙ primo ſacerdoti teneatur tentione neceſſitatis illud peccatum confiteri, ſi illum commodè poteſt inuenire, & non ſit ab illo ſacerdote interdicta poſtea abſoluendi poteſtas. Aut prædictum peccatum, & omnia mortalia peccata priori ſacerdoti confeſſa, prout poteſt recolere, cōfiteatur alteri ſacerdoti. Et addit in diſtin. 9. artic. 2. q. 1. ꝙ talis per talem negligentiam ſuam obliuiſcens peccatum ſuum, ſi taliter ſuſcipit corpus Chriſti, mortaliter peccat. Si autem ſecundo modo in cōfeſſione ſuū peccatum oblitus eſt, non credo ꝙ priori ſacerdoti tentione neceſſitatis teneatur illud peccatum confiteri: tenetur tamen illud confiteri alteri ſacerdoti, vel eidem.

B (margin)

C (margin)

Tertia præparatio.

D TErtia præparatio eſt, quòd ſit vera, ibi, Confitebor, id eſt ſimul corde, & ore fatebor: nequaquàm enim eſt mentiendum in confeſſione. Nam, vt dicitur Sapiē. 1. Os, quod mentitur, occidit animam. Plurimi enim mentiuntur in confeſſione ex falſa humilitate dicentes: Ego ſum maximus peccator, vel ego ſum maior peccator mundi. Et nihilominus hæc non ſentiunt, nec credunt. Ecce mendacium in ſacramēto. Si quæratur, quomodo homo veraciter poteſt ſe reputare maximum peccatorem, & omnibus viliorem, & hæc confiteri corde, & ore ſimul fateri, dicendum ꝙ hoc habet fieri tripliciter. Primò ſm Anſelmū, cōparādo, ſ. id, quod tibi eſt propriū ad alia, ſm ꝙ ſunt opera Dei. tibi enim eſt ꝓpriè propriū eſſe de nihilo, & quantū eſt ex te redire in nihilū, & ſemper eſſe nihil. Peccata ēt, & oēs tui defectus sūt tibi proprij, reliqua verò in quantū ſunt opera Dei participātia ipſi, nō habēt propriū, niſi rōne entis & boni. Si hæc mēte cōparas alijs, inuenies te in infinitū viliorem illis. Secūdò fit hoc per fortè affectationē, & guſtum. Sicut enim patiens dolorē dentiū æſtimat ſe præ alijs pati: nō quia probet ſuū dolorē eē maiorē, ſed quia intimius, & fortius, & certius ſentit dolorē ſuū, ꝗ aliorū. & ideo ſm illū ſenſum maiorē æſtimationem habet de ſuo dolore, ꝗ de aliorū. Sic & in propoſito eſſe debet. Et hoc modo Paulus. 1. Timoth. 1. c. inquit: Chriſtus venit peccatores ſaluos facere, quorum ego ſum primus, i. maximus. Tertio modo cōſiderata ignorātia, qua vndiq; circundati ſumus. Scire enim nō poſſumus ēt bene viuētes, vtrū ſimus digni odio vel amore, iuxta illud Iob 9. Etiā ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit aīa mea. Pſal. ēt de ſe inquit, Ab occultis meis munda me Dñe, ſ. quæ ex ignorātia mea intelligere nō valeo, & ab alienis, i. ab illis, qui per contritionem facti ſunt alieni. Parce ſeruo tuo. Et Apoſtolus 1. Corinth. 4. inquit: Nihil mihi conſcius ſum, & nō in hoc iuſtificatus ſum. quaſi dicat: Aliud eſt iudiciū meū, & aliud eſt iudiciū Dei. Oculus licet multa videat, aliquando tamē ſeipſum non videt, neque etiā oculum conſocium ſibi. Sed dices, nōne mentitur homo, ſi aliquo trium prædictorum modorum ſe dixit maximum peccatorum, cum in rei veritate ita non ſit? Dicendum, ꝙ talis non mentitur, licēt falſum dicat. Nam ſm Bonauent. in 4. diſt. 22. q. 2. Mentiri eſt, quando aliud exprimit vox, ꝗ ſentiat mens, etiam ſi per vocem verum dicatur in re. Falſum dicere eſt, quando vox diſcordat a re ſignificata. Mentiri etiam ſemper eſt malum, falſum autem dicere aliquando eſt meritorium, quia etiam impius ſe credit grauiter offendiſſe, & ſic confitetur, quaſi grauiter offenderit, multum abſque dubio proficit.

E F G H (margin)

Quarta præparatio.

QVarta præparatio eſt accuſatoria, ſ. ſui, & non aliorum, Prouerb. 18. Iuſtus prior accuſator eſt ſui. Et ideo ait Pſal. Aduerſum me. Vix enim homo proſperatur, qui dimiſſis negocijs proprijs ſollicitus eſt de alienis. Vnde

A de Luc. 23. inquit Saluator: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, docens ꝙ nunquàm debemus flere ſuam benedictam mortẽ, quouſq; planxerimus culpam noſtram. Quantominus igitur habet gratum, ꝙ nos iudicemus conſcientiam alienam. Sed ſicut vulgo dicitur, quilibet habet ad oſtium ſuſpenſum ſuum. Et illud, quilibet plangat damnũ ſuum, iuxta illud Apoſtoli Galat. 6. Vnuſquiſq; onus ſuum portabit. vnde ait Pſal. Deus vitã meã annunciaui tibi, non alienam. Tripliciter enim homo in cõfeſſione ſe accuſando accuſat alios. Primò aliqui excuſando ſe, ac-
B cuſant Deum, ſicut fecit Adam, Gen. 3. dicens: Mulier, quam dediſti mihi sociã, dedit mihi de ligno & comedi. quaſi dicat: Si talé ſociam mihi non dediſſes, ego a meipſo nõ peccaſſem, & ſic Deum accuſauit, & ſe excuſauit. Similis cõfeſſio eſt illorũ, qui dicũt ſe lapſos in peccatũ carnis, ſed cauere non potuiſſe. Itẽ cõfeſſio eorũ, qui dicunt ꝙ homo non põt ſibi cauere a mendacijs, a iuramẽtis Deo cõtumelioſis, a periurijs, a blaſphemijs, a partialitatibus, ab eũdo ad proſtibulum, vel ad alias mulieres. Non põt fieri, ꝙ homo non accipiat de alieno, vel ꝙ nõ faciat mala pondera, & malas menſuras, &
C ꝙ mercator nõ vendat plus ad terminum, quàm ad denarios ſtatim ſoluendos. Alius inquit, Non poſſum facere quòd non furer, quia natus ſum ſub tali conſtellatione, vel puncto planetæ. Quæ omnia ſi conſiderentur attentius, nil aliud ſonant, niſi ſe excuſando Deum blaſphemare, & illum qui omnia in ſapientia fecit inculpare, ꝙ vel neſcierit quid creauerit, vel neſciat quid iuſſerit, ſcilicet dando mandata, quæ impleri non poſſint. In primo iudicio Deũ ſtultum, in ſecundo Deum impium. O veſanorum inſania obcæcata. Deum omnis ſapientiæ, & ſcientiæ fontem, ignoran-
D tiæ duplicis condemnatis (proh nefas) iniquitatem impoſitis iuſto, quòd male creauit, aut crudelitatem pio, ſi male præcepit, quaſi nos, quod ſuſpicari ſacrilegium eſt, ad ſalutem non fecerit, ſed ad pœnam. Hos omnes ſi quis conuincere vellet, faciliter poſſet. Reſpondeant mihi primi, qui dicunt ſe cauere non potuiſſe a carnis lapſu. Dicant mihi, ſi in præſentia populi hæc egiſſent. Reſpondebunt, nequaquàm. Tunc inferam eis. Nonne oportet plus verecundari de Dei præſentia, & Beatæ Virginis, & Angelorum, & omnium Sanctorum, q̃ de præſentia totius mundi? O ſi mendacibus malè iurantibus, periuris, & blaſphemis, & his qui nominarent ſe partiales lingua præſcinderetur, ſtatim quam faciliter abſtinerent. Secundò ſe homo excuſando accuſat proximum, ſicut & ipſe Adam fecit, vbi ſupra dicens: Mulier, quam &c. Sic maximè ſolent facere mulieres accuſando maritum ſuum, vicinam, filios ſuos, &c. Dicendo, Maritus meus, vel filij mei faciunt me ſæpe conturbare, blaſphemare, &c. Sed infœlices animæ, dum credunt confiteri, & ſe mundare, proximis detrahendo, & eos prodendo, ſe inficiunt, & amplius in conſcientia aggrauantur. Si autem quæratur, ſi in aliquo E
caſu liceat proximum accuſare. Reſpondet Richardus de Mediauilla, in 4. diſtinct. quòd pœnitens tenetur celare perſonam, cum qua peccauit, niſi propter tres cauſas. Prima, quando hoc eſt neceſſarium, ſcilicet propter neceſſitatem ad exprimendum proprium peccatum: tunc enim tenetur eam exprimere confeſſori: vtputa ſi peccauit cum matre, cum patre, cum ſorore, cum fratre, cum cognato, cum commatre, cum ſacerdote, cum religioſo, cum moniali, & ſic de alijs. Tamen ſecundum Bonauenturam, ſufficit aliquando dicere in generali. Vt ſi mulier ſit cognita ab Epiſcopo, quod abſit, debet dicere quòd ſit cognita ab aliquo magno prælato, &c. Si autem confitens deſcendit ad perſonã propriam, debet increpari, nec etiam confeſſor debet inquirere de perſona curioſè. Itẽ ſi mulier inordinatè ſit cognita a ſuo marito, tunc ſi de viro dicat, non peccat, quia aliter confiteri non poteſt. Hæc ponit Bonauentura. Petrus etiam addit, quòd ſi ex hoc imminet diffamatio periculoſa illi perſonæ, quæ manifeſtatur, manifeſtari non debet, ſed ſufficit ſine huiuſmodi circunſtantia peccatum dicere. Ait etiam Bonauen. in 4. diſt. 21. q. 3. quòd confeſſores, qui quærunt, & audiunt de alijs malum, & ſuſtinent, vix aut nunquàm a peccato detractionis excuſari poſſunt, & neſciunt mederi animabus, dum patiuntur eos, qui veniũt ad medicinam, alios accuſando, ſibi infligere vulnus graue. Secunda cauſa eſt, ſecundũ Richardum, propter charitatem: quia hoc reuelare perſonam, cum qua pœnitens peccauit, ſ. quando eſt vtile ad correptionẽ, vel præſeruationẽ illius, cũ quo peccauit a recidiuo, tũc pœnitens bene facit, ſi dicit hoc extra cõfeſſionẽ alicui perſonæ, quę velit & poſſit, & ſciat illi prodeſſe, & nõ obeſſe: tñ hac

F *Dubium. Solutio.*

G

H

A hac de cauſa non expedit eam in confeſſione nominare, quia confeſſor nō poſſet per hæc ad illius correptionem procedere propter confeſſionis ſigillum. Tertia cauſa eſt, quando eſt vtile ad præſeruandum pęnitentem a recidiuo: tunc enim expedit confitēti illam perſonam, cum qua peccauit, exprimere confeſſori. Poteſt enim contingere, ꝙ confeſſor propter illius perſonæ cognitionem monita dabit, per quæ ſa recidiuo melius poterit præſeruari. Tertiò excuſando ſe, homo inculpat diabolum, ſicut fecit Eua, dicēs Gen. 3. Serpens decepit me, quæ in hoc verbo mendaciter ſe excuſando, mē-
B daciter diabolum accuſat. Mendaciter namque excuſat ſe, cum ipſa poſſet ex ſua libera voluntate, & abſque diabolo venire contra obedientiam Dei. Inſuper mendosè diabolum accuſauit, cum ipſa creata foret in tanta libera voluntate, quòd diabolus licet poſſet ipſam tentare: eam tamen non poterat ad conſenſum arctare. Similiter etiam nos, cum in noſtris criminibus diabolum inculpamus, duplicis mendacij labem incurrimus: quia & arbitrij libertatem mēdaciter coarctamus, & poteſtatē diaboli in tentando contra veritatem dilatamus. Et licèt Iob 41. ſcriptum ſit, Non eſt pote-
C ſtas ſuper terram, quæ comparetur ei: nihilominus 40. c. de eodem inquit, Qui fecit eum applicabit gladium eius, id eſt terminū ponet poteſtati ſuæ: ſcilicet ne poſſit liberum arbitrium ſuperare, Sicut etiam ſcriptum eſt per Pſalmiſtam: Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram, id eſt mentem in terram corporis concluſam. ſcilicet ipſam ad conſenſum violenter præcipitando. Propterea Eccleſiaſt. 21. ſcriptum eſt: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. Ex prædictis igitur patet, quòd confeſſio accuſatoria de-
D bet eſſe, ſcilicet ſuiipſius, nō Dei, non proximi, non diaboli, non inſuper alterius creaturæ: ſed confitens cum Dauid. 2. Regum 24. dicere debet, Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi. Aliter in iudicio talis mendoſus pœnitens, quia ſe excuſauit, habebit omnes in iudicio aſtantes accuſatores, ſcilicet Deum, cōſcientiam propriam, Angelos, dæmones, beatos, damnatos, bonos, & malos, peccata, & quodammodo vniuerſas inſenſibiles, & irrationabiles creaturas, ſicut Sapientiæ 5. ſcriptum eſt, Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Prudens autem cōfeſſor, ſi viderit quòd peccator in ſua con- E
feſſione inculpet Deum, proximum, aut diabolum, ſiue quamlibet aliam creaturam: in abſolutione dicat, Ego abſoluo Deum, vel dicet vxori inculpanti ſtultè maritum ſuum: Ego abſoluo maritum tuū, vel ego abſoluo diabolum, ſiue alias inculpatas creaturas.

Quinta præparatio.

QVinta præparatio dicitur propria, id eſt de ſuis proprijs. Nihil enim habet homo proprium, niſi culpā. Propterea Pſal. inquit, Iniu- F
ſtitiam meam. Non virtutes, quas ſi quas habet, non fecit ipſe, ſed Deus in eo: ſed iniuſtitiam verè meam. Sunt nempe plerique, qui in confeſſione ſe commendant, & alijs ſe iniuſtè præferunt. Qualis vtique fuit arrogans Phariſæus, qui in confeſſione ſua Lucæ 18. inquit, Domine, tibi gratias ago, quia non ſum ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti, adulteri, velut &c. quia melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis factis ſuperba gloriatio. 11. quæſtio. 3. iniuſtum. Si autem quæratur, cur hic & ſibi conſimiles, cum ſint peccatores, ſine pec- G
cato ſe eſſe putent? poteſt triplex ratio, ſiue cauſa aſſignari. Prima cauſa eſt arrogantia. Ad hos hac oculorum albugine excæcatos. Hierem. 49. cap. inquit, Arrogantia tua decepit tē, & ſuperbia cordis tui. Et ad Roman. 1. hinc Apoſtolus inquit: Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et ad arrogantem dicitur, Apocal. 3. in ſeptima eccleſia dicis, Diues ego ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ait enim, Di- H
ues ſum: ſcilicet in diuitijs naturalibus, ſicut ſunt in mente naturalis prudentia, in corpore libertas humana, in terrena ſubſtantia diuitiarum abundantia. Et ſubdit, & locupletatus. Hoc eſt multis loculis moralium virtutum ditatus, & nullius egeo: quia tribus theologicis virtutibus, ſcilicet, Fide, Spe, & Charitate abundo. Hinc etenim eſt, quòd arrogantia ſpiritualis amentia eſt. Vnde ſicut amentia cæteris infirmitatibus eſt periculoſior, eo quòd cum corporali ſalute etiam ſenſum amittit, qui hoc morbo laborat: ſic & arrogantia cæteris peccatis periculoſior eſt, eo quòd

cum

Triplici arrogãtiæ tres reprę henſiones appoſitæ.

A cum peccator ſceleribus plenus ſit, iniquitates ſuas tamen attendere neſcit. Triplici tamen arrogantiæ, tres repręhẽſiones appoſuit. Vnde ait, Et neſcis quia tu es miſer, ſ. quo ad primas diuitias naturales. Miſer etiã diuitijs naturalibus caret. Vnde Rom. j. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Secundam repręhenſionem addit, ſ. quo ad diuitias morales, quibus caret. Et miſerabilis. Miſerabilis enim eſt ille, cui tanta miſeriã eſt, vt merito ei cęteri condoleant. Tertiam addit repręhenſionem, ſ. quo ad diuitias ſpirituales, Et pauper, ſ. ſpe. Et cęcus, ſcilicet in fide. Et nudus, ſcilicet ſpoliatus charita-

B te. Et ſicut pauper perit fame, & cęcus periculis, & nudus frigore: ſic infelix arrogans a Deo miſericordiam non meretur, qui non Deo, ſed ſibijpſi innititur. Hinc etenim eſt, ꝙ arrogans propriè Deum impugnat: quia in hoc vult ſibijpſi ſufficere, quod ſolius eſt Dei præſtare. Vnde & ipſum Deum facit, qui ex ſeipſo abundare quærit. Iuſtus autem Deus per hunc arrogantiæ tumorem auxilium gratię ſuæ retrahit: vt ſ. non excitet hominem ad opus bonum, non adiuuet, nõ teneat. Et ſic per hęc peccator de peccato in peccatum ruat: & tanto periculoſius, quãto iniquitatibus ple-

C nus ſit ignorat. Melior eſt in malis humilis cõfeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. 11. q. 3. iniuſtum. Secunda cauſa huius ignorantiæ eſt affectio propria, cui facilè ſe inclinat erronea conſcientia, illecta, tracta, & irretita paſſione inordinata. Vnde & Seneca inquit: Perit omne iudicium, cum res trãſit in affectum. Et Pſalmiſta: Repleti ſunt, qui obſcu ati ſunt terræ domibus iniquitatum. Hoc eſt, qui obſcurati ſunt, ſ. tali obcęcata ignorantia. Repleti ſunt domibus iniquitatum terræ, quæ domus ſunt inordinatæ, & terrenę affectionis terrenum obcęcãtes in-

D tellectum. Huius rei & ignorantiæ ego in pluribus experiẽtiã didici. Tertia cauſa ignorantiæ huius eſt negligentia. Nam ſi peccator negligit exquirere & diſcutere conſcientiam ſuam, omnia peccata ſua & ſcelera ſibi apparebunt aut parua, aut nulla. Si negligit etiam verbum Dei auſcultare, ſi inſuper negligens eſt peccator fideliter conſilia a peritis, & maxime a timentibus Deũ de ſuis negocijs quærere. Confiteatur ergo iniuſtitiam ſuam, non vt hipocritæ faciunt, qui in confeſſione cęlant peccata, & dicunt ſua bona ſignati per Iacob, Gen. 27. Cuius mater pelliculas hædorum circundedit manibus eius, & colli nuda contexit. Sic eorũ

E mater hypocriſis & gloria vana, quæ paſcit eos, opera pœnitentiæ prætendit exterius. talibus autem qui ad confeſſionem veniũt, confeſſor poteſt dicere, ſi bene palpauerit eos. Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Exemplum de ſacerdote, qui cum ſciret mulierem valde iniquam & in confeſſione ſe diceret nullum habere peccatum, recludens eam in cãcello capellæ, cępit pulſare omnes campanas eccleſiæ. Populo autem ad hoc concurrẽte & interrogante, quid hoc eſſet? inquit, ꝙ Deus dederat ei reliquias vnius ſanctæ, quæ nunquàm de alia ſancta inuentæ fuerant,

F excepta beata Virgine. Toto autem populo congregato, & quærẽte vbi hæ reliquiæ eſſent, oſtẽdit mulierem in capella dicens, ꝙ facerent ei capſam argenteam, & ponerent in ſacro loco: quia excepta beata Virgine, nunquàm talis Sancta inuenta eſt, quæ cum eſſet ab omnibus iniqua cognita, confuſa ad pœnitentiam veram reducta eſt.

Sexta præparatio.

Sexta præparatio dicitur ſatisfactoria. Vnde ſubditur, Domino, ſcilicet ad honorem Domini, ſcilicet vt ſeruiã ei de G cętero. Vnde Ioſue 7. Da gloriam Dño Deo Iſrael, & confitere atq; indica mihi, quid feceris. Debet ergo confeſſio eſſe ſatisfactoria: quia quicquid imponit diſcretus cõfeſſor loco Domini, debet pœnitens fideliter ſe diſponere, adimplere, & nõ minus equidẽ pro percipienda vita animæ, quàm pro procuranda vita corporis morte. Et maiori inſuper deſiderio, & longè feruẽtiori: quia in confeſſione homo recuperat vitam æternam. Si enim infirmus cõſilio medici multis diebus a vino abſtinet, recluſus ĩ domo H quieſcit, multã ſubſtantiã in medicinis expẽdit, longingua balnea quærit, multas inſuper moleſtias ſuſtinet, & omnia hæc pro ſanitate, & commodo corporali: Quanto magis debet abſtinere pro ſalute animæ ſuę a procacitate quieſcere, aliena reſtituere, indulgẽtias quærere, & omnes labores & pęnitentias ſibi impoſitas adimplere. Ad conſilium medici pro corporis, & capitis ſanitate mulier capillos ſuos remouet, & pro ſalute animæ ad conſilium, & præceptum confeſſoris nõ vult deponere alienos: Abſtinet a tripudiando pro corporis ſanitate, a quo non vult abſtinere pro euaſione æternæ pœnæ. Totũ enim ſe ponere debet pęnitens in manibus confeſſoris, & eius arbitrium

A trium ſequi, vt Augu. de pę. diſt. 5. conſideret, dicit. Ponat ſe omnino pœnitens in poteſtate iudicis in iudicio ſacerdotis, nihil ſibi reſeruans ſui: vt paratus ſit facere pro recuperanda vita animæ quæcunque eſſet paratus facere pro euitanda corporis morte, & hoc cum deſiderio, quia vitam recuperat infinitam, vt Deus. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Hæc ille. Si autem pęnitens contemnit pœnitentiam facere, & adimplere quæ ſibi iniuncta eſt a ſacerdote confeſſore, confeſſio illa ſibi nõ valet, de pęn. diſt. 3. ſi Apoſtolus.

B Diſtinguunt tamen Doctores, ꝙ ſi pœnités ſatisfactionem nõ fecit, & oblitus eſt eam, debet iterum confiteri: ſecus ſi adhuc ſciret eam, quia tunc poſſet adhuc explere eã, nec oporteret illam iterare. De hoc etiam diſtingue: Aut confeſſorem mutat, & tunc iterabit: aut non mutat, & tunc ſi confeſſor memoriam illorum delictorum habet, poteſt eandem pœnitentiam vel aliam imponere, ſi autem non habet, tunc iterabit.

Septima præparatio.

C Septima præparatio dicitur cõfidentia, quam Propheta ſubinſert dicens, Et tu remiſiſti impietatem peccati mei. Remiſiſti, inquit, loquens de futuro propter confidentiam firmam, quaſi iam factum ſit, quaſi dicat: Tantam fiduciam habeo in te Deus meus, ꝙ niſi obſiſtat ex me impedimentum, tua immenſa clementia, ita ſemper parata eſt mihi reuertere impietatem peccati mei, ꝙ iam ſentio remiſſam. Vnde 2. Reg. 12. dicit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino, & reſpondit Nathan, Dominus tranſtulit peccatum tuum a te. Niſi enim facta eſſet confeſſio, ſub nemine ſpe non valet. De pœnit. diſt. j. quem pœnitet: &

D diſt. 6. qui vult.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Secunda prudẽtia.

Secunda principalis prudentia in cõfeſſione habenda, quæ tangitur a Pſal. eſt prudentia conſequens, vnde ſubditur, Confitebitur tibi. Conſiſtit autem hæc prudentia in modo confitendi. Prudẽs autem confitendi modus ponitur etiam a Pſal. in Pſalm. 11. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. in conſilio iuſtorum & congregatione. In quibus verbis ſeptem modi prudentis confeſſionis deſcribuntur. Primus

Conſiſtit hæc prudentia in modo confitendi.

modus eſt apertus ibi, Confitebor. Secundus ſecretus ibi, tui. Tertius verecundus ibi, Domine. Quartus contritus ibi, in toto corde meo. Quintus diſcretus ibi, in conſilio. Sextus iuſtus ibi, iuſtorum. Septimus ſecurus ibi, & congregatione.

Primus modus.

Primus modus debet eſſe apertus. De quo dicit, confitebor, ideſt ſimul omnia peccata cordis ſatebor ore, ideſt manifeſta faciam: ſecundum ꝙ alibi propheta inquit, Effundite corã illo corda veſtra. Et Tre. 2. Effunde ſicut aquam cor tuum. Non enim debet inuoluere obſcuritates verborum, ſed clarè & manifeſtè ſiue obſcuritate dicat, & F etiam manifeſtet horribiles circunſtantias, dicens cum Iob c. 7. Non parcam ori meo. Et Eſa. 14. Perdam Babilonis nomen & reliquias, & germen & progeniem. Perdã, ſ. manifeſtando, confitendo & condemnando Babilonis, ideſt animæ confuſionis plenæ propter peccatum. nomen: quia nõ palliabo nomen peccati, immo exprimam ſpecialiter ſine aliqua palliatione, ꝙ ſit illud peccatum, pandendo nomen illius. Et reliquias, ideſt dulcẽ memoriam, frequentiã, G tactum, confabulationem, nunciorum miſſionem, receptionem, deambulationem, ornamenti aptationem, oſtentationem & ſimilia, & germen, ideſt initium peccati, ſcilicet quando incępi primo habere voluntatem peccandi: & progeniem, i. ſequelam. q. d. A principio vſque ad finem, ſm ꝙ potero recordari, omnia hæc inquam perdã. Aperiendum eſt ergo os. Nam per foramen arctum nõ ſit eductio putredinum, ſiue emundatio fiſtularum.

Secundus modus.

Secundus modus eſt ſecretus, de quo H ſubditur, tibi infirmus, & maximè capite fractus non conſueuit ſtare in platea, ſed in camera, & conſilia ſiue negocia ardua in publico non tractantur. Sic quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conſcientiæ agitur, confeſſio debet eſſe ſecreta. Ideo inquit Pſalm. tibi, o Domine Deus. Circa ſigillum confeſſionis poſſent plura quæri. Primo, vtrum ſacerdos in omni caſu teneatur cęlare confeſſionem? Reſpondeo ſecundum Tho. & Pe. in 4. di. 21. ꝙ ſic: Nam in ſacramentis illud quod geritur

A ritur exterius, eſt ſignum eius quod geritur.
interius. Vnde ſicut Deus peccatum homi-
nis tegit, ſic confeſſor debet tegere exte-
rius: & ideo tanquam violator ſacramenti,
peccat qui reuelat. Per cęlationem etiam
confeſſionis magis homines attrahũtur ad
confeſſionem, & ſimplicius confitentur.
Vnde ſi aliquid futurum immineret pericu
culum, & hoc ſciretur ſolum per confeſſio-
nem: vt de hæretico qui corrumperet fide-
les, vel de matrimonio illicito, quod aliqui
facere vellent, vel aliquo magno dãno cor-
porali, non propter hoc confeſſionem re-
uelare debet, ſed potius eos qui confiten-
B tur monere, ꝙ obuient, vel diſſuadeant & prę-
lato dicere, ꝙ vigilet ſuper gregem, & hu-
iuſmodi ſine vlla reuelatione. de pęn. diſt.
6. ſacerdos. Et extra de pę. & remiſ. omnis.
Nam Augu. inquit: Quod per confeſſionẽ
ſcio, minus ſcio quàm id, quod neſcio. Et
2. q. 1. ſi peccauerit, ſecundum Bonauen. in
4. diſt. 21. Non licet confeſſionem reuelare
in aliquo caſu, & hæc oſtẽdunt tria, ſcilicet,
fidelitas ſecreti, reuerentia ſacramenti, &
obligatio præcepti. Primo fidelitas ſecreti
obligat, vt non poſſit dicere pari. Vnde de
forma fidelitatis eſt, ſecretum non denuda-
re, quia illi qui produnt ſecreta alterius, ſe-
C cundum leges capite puniuntur, ergo me-
ritò plus hic. Secundo reuerentia ſacramẽ-
ti facit, vt non poſſit dicere ſuperiori. Nam
ea, quæ in ſacramentis geruntur exterius,
debent ſignare quæ geruntur interius: quia
ergo Deus interius operit, oportet ꝙ apud
homines omnino ſepultum ſit. Tertio obli
gatio præcepti facit, vt ab ordine poſſit de-
gradari, vt patet de pœni. & remiſ. omnis
vtriuſque ſexus. Vnde pro nulla vtilitate,
pro nullius auctoritate, pro nulla neceſſita-
te eſt confeſſio reuelanda. Alioquin eſt prę
uaricator promiſſi, violator ſacramenti, &
tranſgreſſor præcepti. Quæritur, vtrum cõ-
D fitens poſſit ſacerdotem licentiare? Reſpon
Quæſtio. dit Bonauen. & Alex. & Sco. Dicendum, ꝙ
non: tum quia non eſt ſuper ſacramẽtum,
vt ſuum ſit violare ſigillum: tum quia non
poteſt reuocare præceptum, quod datum
eſt in fauorem omnium confitentium: tum
quia ſuum non eſt ſedare ſcandalum, quod
poſſet oriri ex confeſſionis reuelatione. Po
teſt tamen facere, ꝙ ſacerdos ſciat alio mo-
do, quàm per cõfeſſionem, ſcilicet vt dicat
illi peccatum ſuum, tanquam puro homini
extra forum confeſſionis. Et tunc poteſt ſa
cerdos dicere ei, qui poteſt prodeſſe & ve-
lit prodeſſe, ita ꝙ ſic faciat ſecretè & di-
ſcretè, ꝙ ſcandalum nõ oriatur. Tunc ſcã- E
dalum orietur, quando poſſet conuinci, ꝙ
ſacerdos confeſſionem reuelauerit: niſi au-
tem adſint cõditiones prædictę, quantum-
cunque peccator licentiet, non debet ſacer
dos reuelare. Secundo quæritur, quid ſi iu- *Quæſtio.*
dex inſtet vel inquirat, an confeſſor aliquid
ſciat de hoc, ſiue per cõfeſſionem, ſiue alio
modo? Reſpon. ſecundum Vber. Si enim ſa
cerdos non poteſt alio modo iudicem ini-
quum declinare, reſpõdere poteſt, nihil in-
de ſcio: quia ſubintelligitur, nihil ſcio tibi
reuelandum. Sic dicitur Mar. 13. De die au-
tem illo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli
in cœlo, neque filius, niſi pater, ſcilicet reue F
landum nobis. Tertio quæritur, quæ ſit pę- *Quæſtio.*
na confeſſionem reuelantis? Reſpondeo, de
iure antiquo debet deponi, & omnibus die *Solutio.*
bus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinari. de
pęn. diſt. 6. ſacerdos. Sed ſecundum decre-
talem, omnis vtriuſque ſexus. de pęnitẽ. &
remiſ. debet deponi, & in arctum monaſte-
rium ad agendum perpetuam pœnitẽtiam
detrudi. Circa autem pęnitentem ẽt quæri
poteſt, vtrum teneatur cęlare pœnitentiam
ſibi a confeſſorę iniunctam? Reſpondeo ſe-
cundum Richar. in 4. diſt. Quòd autem pę-
nitens manifeſtando pęnam, vel pœniten- G
tiam ſibi iniunctã a confeſſore faceret præ-
iudicium famæ propriæ abſque alia vtilita-
te. Aut faceret præiudicium cõfeſſori, quia
fortè talem iniunxit pœnam, pro qua ſi ſci-
retur ab aliquibus, poſſet eorum maliuolen
tiam incurrere: vtpote quia iniunxit mulie
ri, quòd abſtineat a familiaritate alicuius vi
ri, cuius familiaritas erat ſuæ caſtitati peri-
culoſa, vel aliquid aliud iniunxit, pro quo
aliqui offenderent confeſſorem, ſi hoc ſci-
rent. Aut pęnitens in manifeſtando ſuam
pœnam, vel pęnitentiã, nec famæ propriæ,
nec confeſſori, nec alicui præiudicium ge-
neraret. In primo caſu pœnitens tenetur H
ſuam pęnitentiam cęlare. Quilibet enim te
netur ſuam famam ſcienter nõ lędere, ſine
aliqua vtilitate, ſecundum illud Eccleſ. 41.
Curam habete de bono nomine. Et Pro-
uerb. 22. Melius eſt nomen bonum, quàm
diuitię multę. In ſecundo etiam caſu tene-
tur eam cęlare. Si enim illud, quod cõfeſ-
ſor ſibi iniunxit, vel conſuluit bona fide, &
ſecretè pro ſalute animæ ſuę alij reuelaret
in præiudicium confeſſoris, crimen prodi-
tionis incurreret, & ſigilli ſecreti fractio-
nem. In tertio caſu non tenetur eam cęla-
re, nec tenetur dicere, ſed de hoc poteſt fa-
cere, quod iſtorum duorum magis ſibi pla-
cuerit.

A cuerit. Ergo ex his tribus caſibus plura notanda ſunt. Primum ſcilicet ex primo caſu, ꝙ ſicut infirmum membrum oſtendirur ſolum medico, & alijs abſconditur: ſic peccatum oſtendi debet ſacerdoti per confeſſionem, ſed alijs cęlari. Contra quod faciunt plures inſipientes, ſimijs & canibus facti ſimiles, qui omnia turpia ſua omnibus indifferenter oſtendunt. Secũdum quod pertinet ad ſecũdum caſum dure & aſpere repręhendendi ſunt, maxime quædam impiæ mulieres, quæ ſi examinatæ fuerint circa quædam negotia carnis, de quibus propter B verecundiam nunquam confitentur, & tamen ſunt grauiſſima peccata mortalia, inſamãt eos apud adulteros, ſiue apud maritos ſuos. Mariti etiam hæc proclamãt in circulis platearum & in rabernis, & ſic ſcandalizatus remanet confeſſor pius, qui hæc agebat, vt mulier de manibus diaboli extraheretur. Nonne hæc eſt impia crudelitas, & crudelis iniquitas, & iniqua peruerſitas illum confundere, qui te iuuabat: illum diffamare, qui te illuminabat: illum exſcandalizare, qui te de diaboli manibus extrahebat? O proditio infernalis, illum prodere qui tibi proficit, te dirigir: qui vicarius Dei, C immo Deus in terra tibi aſſiſtit. Magna tamen diſcretione per confeſſorem vtẽdum eſt, ne videlicet ex temeritate id interroget, quod tacendum eſt, vel ex repiditate id taceat, quod examinandum eſt. Maximè autem cum ad negocia vitioſa ventum fuerit, caueat confeſſor ne erret in modo loquendi, & verbis inhoneſtis & inquinatis, & potius reſonantibus horroſitatem, quàm religioſam pietatem & honeſtatem. Multa nęq; inhoneſta poſſunr dici honeſtè, videlicet per honeſtum loquẽdi modum, & honeſta verba. Prudens autem confeſſor & prædi- D cator omnia immunda rractabir in confeſſione & ſermone honeſtis modis, & verbis examinatis vtendo: quæ omnia docet vnctio, prudentia, & animarum zelus. Hinc etenim eſt, ꝙ huiuſmodi confeſſor & prædicator, Apoc.j. deſcriptus eſt in ore habere gladium ex vtraque parte acutum propter prudentem modum loquendi, & honeſta verba in materia turpi: quia tunc, & tacetur, quod dicendum non eſt: & dicitur, quod non eſt tacendum. Ecce gladium diuini verbi ex vtraque parte acutum. Sed, teſte Iaco.3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt. Non autem omnes perfecti ſunt. Igitur compatiendum eſt confeſſori, ſi nõ ex malitia, ſed ex animarum zelo: & ſi aliqualiter inſulſo contingeret aliquantulum ſemirã huius circũſpectionis exire. E

Tertius modus.

Tertius modus eſt verecundus, qui exprimitur in hoc verbo, Domine. In quo notatur humilis verecundia pęnitentis, ſicut patuir in filio prodigo, Lu. 15. qui humili verecundia, & inclinatis oculis, & demiſſo vultu ad patrem air, Nõ ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis. Ecce ꝙ verecundatur ſe vocare filium, ſed vocat ſe ſeruum. Eſt nempe triplex verecundia. Prima eſt iuſta, F ſecunda eſt nulla, tertia nimia. Prima eſt iuſta: iuſtum vtique eſt, vt qui in verecundia facie mentis & corporis Deum peccando deſpexit: ſic per confuſiuam ſui verecundiã Deum placet. Eſt enim verecundia magna pars pęnitentiæ, ſecundum Auguſti. de pę. diſt.j.c. quem pęnit. circa medium. Et hæc eſt vna cauſa, quare cõfeſſio inſtituta eſt, vt ſcilicet dũ de culpa peccator erubeſceret, a Deo miſericordiã impetraret. Hinc etenim eſt, ꝙ Magdalena tam ciro cum publicano miſericordiam impetrauit: quia quilbet eorum, vt Lu.7. & 18. cap. patet, de peccato ſuo erubuit. Vnde Augu. in lib. de pęniten. G Multum ſatiſfactionis obtulit, qui erubeſcenrię dominans, nihil eorum quę commiſit, nuncio Dei denegauit. Secunda verecundia eſt nulla. Sunt namque plerique, qui propter quandam ſæculi vanitatem in confeſſione ſe iactant, non erubeſcẽtes ſcelera ſua. Et vt dicitur Prouerb. 2. Lætãtur, cum malè fecerint, & exultãt in rebus peſſimis. Contra quos increpatio eſt, Pſal. inquit: Quid gloriaris in malitia, qui potes in iniquitare? Et Phili.3. Gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Facies ſiquidem meretricis facta eſt illi, qui de ſe narrans enormia, & Deo ſunt odioſa, ſibi noxia, & proximo deteſtanda, nullam induit verecundiam faciei. Dicũt naturales, ꝙ vrſus pro opere carnis tantam verecundiam induit, ꝙ videri etiam a ſuo cõpari renuit: immo poſt factum vterque ab altero ſe abſcondir. Quantum ergo verecundari debet rationalis anima, cum aliquid agir ſuæ naturæ non dignum, proximo deteſtandum, & ſuo crearori exoſum? Tertia verecundia eſt nimia: quia quidam, & maxime de operibus carnis mulieres intantum verecundantur & confunduntur, ꝙ ſcelera ſua non cõfitentur, & vnum vel plura grauiora nũ- H quàm

A quam reuelabunt in confeſſione: & tamen
cum tali conſcientia infernali omni anno,
vel ſæpius communicabunt. O conſcientia
Iudæ innouata, vel indemoniata, quis doce-
bit te fugere a ventura ira? Contra quos
Hierem. 6. Confuſi ſunt, quia abomihatio-
nem fecerunt: Quinimmo cõfuſi non ſunt,
& erubeſcere neſcierunt. Hæc enim inor-
dinata verecundia facit confeſſionem di-
uidere. Contra quod Auguſt. de pœniten.
diſt. 5. c. j. Cautus ſit pœnitens, ne verecun-
dia ductus diuidat apud ſe confeſſionem.
Habet enim hæc nimia verecundia ſeptem
malas conditiones. Quarum prima eſt ſtul-
B ta, cum ſcilicet peccator erubeſcit dicere,
quod non erubuit agere. Contra quos Ber-
nar. O inſana, non pudet inquinari, & pu-
det ablui? Tales timent Ægiptios iam mor
tuos, & exercitum Pharaonis iam ſubmer-
ſum in mari rubro. Hoc eſt, multitudinem
peccatorum iam deletam in amaritudinẽ
contritionis. Mira quidem talium ſtulta ti-
miditas, quę etiã de inimicis ſuis mortuis
non audet loqui. Sufficit ad verecundiam
conuincẽdam ratio naturalis, quæ dicat vel
dictat; Non erubuiſti peccare, non erube-
ſcas purgare. Secunda eſt fatua; tales enim
timent, ꝙ ſacerdos peccata ſua abhorreat,
C minimè attẽdentes, ꝙ ſacerdos aliàs aſſue-
tus talia audire, & fortè maiora ea, quàm
non reputet, ex quo videt confitentis volũ-
tatem bene diſpoſitam; ſicut Balaam, qui
monſtris aſſuetus, ad vocem aſinæ non ex-
pauit. Tertia eſt indiſcreta: tales. n. timent,
ne ſacerdos reputet eos valde malos, ſi ei
confitentur horribilia peccata ſua, cũ econ-
uerſo ſacerdos reputare poſſet bonos. Scit
enim confeſſor diſcretus, quoniam in vera
cõfeſſione omnia peccata mortalia remit-
tuntur. Inſuper ſacerdos præſumere poteſt
de talibus, qui peccata horribilia confiten-
D tur, ꝙ alia confiterentur etiam ſi haberent.
Vnde veriſimiliter credere poteſt, ꝙ oĩa
eorum mortalia per confeſſionem receſſe-
rint purificati & iuſti. Quarta cauſa eſt cę-
ca. Cæcus equidem nimis eſt, qui plus timet
erubeſcere in cõfeſſione coram vno, quàm
timeat erubeſcere in iudicio coram toto
mundo, ſicut Naum 3. ſcriptum eſt. Reuela-
bo pudentia tua in facie tua, & gentibus nu
ditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.
Et Hierem. 2. Confundentur vehementer,
quia non intellexerunt opprobrium ſempi
ternum, quod nunquàm delebitur. Vnde
Apoc. 14. de damnatis confuſis loquens in-
quit. Cruciabuntur igne & ſulphure in cõ-
ſpectu Angelorum ſanctorum, & ante con E
ſpectum agni. Quinta eſt inſana, ſiue abſq;
memoria. Si enim timent hi confuſionem
adducentem gloriam, quare non potius ti-
ment confuſionem adducentem ignomi-
niam? Confuſio enim adducens gloriam,
eſt in confeſſione confuſio peccatorũ. Con
fuſio autem adducens ignominiam, eſt cõ-
fuſio reproborũ. De qua duplici confuſio-
ne, Eccl. 4. c. ſcriptum eſt, Pro anima tua ne
confundaris dicere verum: eſt enim confu-
ſio adducens peccatum, & eſt confuſio ad-
ducẽns gloriam & gratiam. Præterea non-
ne etiam nunc deberet confundi corã Deo
& Angelis eius, cum omnia nuda, & aper- F
ta ſint oculis eius? Sexta eſt inſenſata, Po-
namus, ꝙ ſacerdos indiſcretus ſiniſtram opi
nionem habeat de pęnitente. Quid mihi?
nunquid propter hoc pęnitens minus vale-
bit? nunquid habet ſe vendere ſacerdoti,
quare tantum deſideret appretiari a cõfeſ-
ſore? Videtur nẽpe in ſacerdotis opinione
ſuã beatitudinem poſuiſſe, cum eum fęlici-
tati præponat ęternæ. Septima ſuperbia nũ
cupatur, contra quam ſcribitur de pę. di. j. c.
quis aliquando. §. taciturnitas peccati ex ſu
perbia naſcitur cordis. Ideo enim quiſque G
peccatum ſuũ cęlare deſiderat, ne iniquitas
ſua alijs manifeſta fiat, ne talis reputetur
apud homines foris, qualem ſe iam dudum
exhibuit diuino conſpectui, quod ex fonte
ſuperbiæ naſci nulli dubium eſt. Et quod
nullus propter verecundiam confeſſionem
diuidere debet, vt diuerſis ſacerdotib⁹ poſt-
modum diuerſa dicat, de pę. di. 5. c. j. Semel
redijt ad conſcientiam diabolus, licèt de-
ceptorio modo. Nã cum quidã Dei ſeruus
in quadam eccleſia moraretur, vidit diabo-
lum per eccleſiam ambulantem. Quem vir
Dei inter rogans ait: Quid hic agis, cruen-
ta belua? Qui reſpondit: Reddo, quod ab-
ſtuli. Cui Dei ſeruus: Quid eſt, quod red- H
dis? inquit, verecundiam. At ille, cui⁹ ait,
confitentibus. Nam verecundiam, quam
eis abſtuli dum peccabant, vt multiplicius
in peccatis inuoluerentur, nunc ſatisfacio
ablatum, ne vnquam propter verecun-
diam a ſuis ſceleribus exterreantur. Et
hoc eſt verè illud dęmonium, de quo Lu-
cæ 11. ſcriptum eſt, Erat Ieſus eijciens dæ-
monium, & illud erat mutum. Mutum vti-
que ab effectu, quia peccatorem propter
verecundiam mutum facit, & ſpecialiter
mulierem circa opera carnis. Sunt enim
quædam, ſicut ancilla pigra, quæ ſor-
des congregatas cum ſcopa reponit in an-
gulo,

A gulo, & ibi putreſcunt & fędāt domum, & multiplicantur in domo muſcæ. Sic quidā poſtquàm diligenter recogitauerunt peccata ſua, non audent illa præ verecundia cō fiteri: ſed dimittunt totū vel partem in conſcientia ſua, & ibi multiplicantur pungentes muſcæ, ideſt remorſus, & demurmuratio conſcientiæ malæ. Quidam autem, ſicut bona ancilla, cōgregat per recogitationem ſordes peccatorum ad oſtium, vel feneſtrā oris, demum cum pala linguę foras proijciunt confitendo, nec verecundantur purgare animam ſuam.

B

Quartus modus.

QVartus modus debet eſſe contritus, quia ex contrito corde procedere debet. vnde ſubdit propheta, in toto corde meo. q.d. non in dimidio. Item non tantum ore, ſed corde cōtrito. Vnde Iob 10. ſcriptum eſt: Dimittam aduerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare, & c. 7. loquar in tribulatione ſpiritus mei. Confeſſio enim abſque contritione, ſalutaris non eſt: ideo nemo confiteri debet, niſi prius ſaltem probabili-
C ter ſit contritus. Contingit tamen quandoque, licet in hoc confitendum non ſit, quòd propter confitentis humilitatem Deus tūc infundit eis contritionem. Sed tutior pars eſt eligenda, ſcilicet aliquando conteri, quàm confiteri. Sicut enim purgādum per medicinam ad monendum humores præparationes ſyruporum, vt facilius dum ſunt in motu eijciantur: ſic homo preparatoriū cōtritionis debet accipere, videlicet ad medicinam confeſſionis. Vera enim præparatio medicinam præcedens, contritio eſt peccatorum, quæ mouet conſcientię malos humores, vt per medicinam confeſſionis de
D corde eijciantur. Vel contritio eſt ſicut emplaſtrum ſuper durum cōtumefactum apoſtema impoſitum, vt prius mollificatum, & pungenti lanceola vulneratum, totum mortale virus eijciatur. vnde Grego. inquit: Contritio apoſtema pungit, confeſſio aperit, & ſaniem eijcit, ſatisfactio cathaplaſma apponit. Et iterum expoſitor ſuper illud Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, ait: Confeſſio peccati reuelatio eſt, manifeſtatio in actione. Ponit autem tria: cōpunctio, confeſſio, ſatisfactio. Compunctio pungit, confeſſio accuſat, ſatisfactio confortat. Contritio vulnus inueſtigat, confeſſio aperit, ſatisfactio ſanitatem tribuit. Contritio mala enumerat, confeſſio condemnat, ſatisfactio emendat. Contritio apoſtema pungit, confeſſio exprimit, ſatisfactio cathaplaſma apponit. Hæc illæ. E

Quintus modus.

QVintus modus eſt diſcretus. vnde addit Propheta, in conſilio, hoc eſt ꝙ confeſſor ſciat, velit, & poſſit de negocijs animæ, & factis cōſcientiæ bene conſulere, ideſt ꝙ ſit peritus, bonus, & habeat auctoritatem. Non enim cuilibet confitendum eſt. Vnde Eccleſiaſti. F
11. Non omnem hominem inducas in domum tuam, quia multæ ſunt inſidiæ doloſi, ideſt diaboli, quo & ſi peccatorem a cōfeſſione impedire non poteſt, ſaltem conatur, quòd confeſſio ignoranti, vt nihil valeat ſibi confeſſio, vel confiteatur confeſſori, qui non curet de anima, ſed de pecunia, vel cōfiteatur ei, qui auctoritatem non habeat, vt ſaltem ſacramentaliter peccator non ſit abſolutus. Debet ergo primo eligi confeſſor doctus, qui conſulere ſciat peccatori. Vnde Auguſt. de pę. diſt. j. quem pęnitet. & diſt. 6. c. 1. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem liga- G
re & ſoluere: necnon pęnitens negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. Vnde cum Saluatore concordat, qui Matth. 15. ait: Cęcus autem ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt: & extra de pœniten. & remiſ. c. omnis. §. ſacerdos autem. dicitur ꝙ confeſſor debet eſſe cautus in inquirendo, diſcretus in conſulendo, miſericors pœnitentiam imponēdo: quæ omnia hominem prudentem & peritum requirūt. Et maximè debet eſſe cau-
tus & doctus, ſecundum Hoſti. quo ad diſpenſationes & abſolutiones & reſtitutiones illicitè acquiſitorum faciendas, de bellis principum & communitatum, de tallijs, ex actionibus, & de contractibus mercatorum. Nam quotiens confeſſor ſe ingerit ad confeſſiones audiendas, totiens ſe offert reſpondere de quolibet, & interdum de caſibus inopinatis, & alijs inauditis, & de quæſtionibus valde perplexis & multiplicibus, & in paruo tempore. Et tamē confeſſor talis non auderet in ſcolis reſpondere de minima quæſtione, vbi ſi minus bene reſpōderet, nec ſibi, nec auditoribus, nec ani- H

A marum, nec corporum periculum imminet. Si vero in confeſſionibus audiendis nõ recte iudicat, & doceat, ſeipſum & confitentem in foueam perditionis inducit. Vnde de pœnit.diſt.6.c.1.caueat iudex ſpiritualis, vt ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Oportet enim ꝙ ſciat cognoſcere id, quod debet iudicare, ꝙ ſi ex ignorãtia errat, damnum inde proueniens reſtituere tenetur. de iniur. & dam.da.c. vlt. Secundo eligi debet confeſſor bonus, ideſt qui veraciter velit animę peccatoris prodeſſe, qui talis tunc erit, cũ animæ ſuæ prius ſollicitus erit. Quomodo
B diligenter de anima aliena curam habebit, qui de anima ſua negligens erit? Periculoſum quidem bonum ars confitendi eſt: cui non ſufficit tantilla voluntas bona, & maxime iuuenili ætate, ſed neceſſario opus eſt approbata ſoliditate. Si enim non eſt confeſſor rectus & fortis, excitantur ex auditis motus concupiſcentiæ. Nam ſicut Gregorius inquit, Difficile eſt fontem non turbari, vbi ſordes lauantur. Sed in bonis & fortibus ſacerdotibus, ſecundum Alex. de Ales, hæc ipſa turbatio meritoria eſt, dum fortiter reſiſtunt: in malis autem mortifera, dum conſentiunt concupiſcentijs ſuis. Ideo cauendum eſt maximè mu-
C lieribus, ne ſacerdotibus malis & laſciuis & fragilibus iuuenibus confiteantur, & maximè cum in fędas luxurias ſunt lapſæ: quia, vt dicitur Eccleſiaſti. 13. c. qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. propterea Eccleſiaſti.4. ſcriptum eſt. Non confundaris confiteri peccata tua. hic confeſſio ſuadetur, & ne te ſubijcias omni homini pro peccato, ideſt non confitearis indifferenter omni ſacerdoti. Hic cautela indicatur, Eccleſiaſti.37. etiam ſcriptum eſt, A conſiliario malo ſerua animam tuam. Et de pœniten.diſtinctio.j.cap. quem pœnitet, circa
D finem, ait Auguſti. Qui ergo omnino confitetur, & ſacerdoti meliori, quàm poteſt confiteatur. Sed vt dicitur. 1. Corinth. 4. Iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Fidelis nempe & ſanctus eſſe debet confeſſor, cuius miniſterio ſanctificantur impij, reconciliantur rei, curantur infirmi, illuminãtur cęci, mũdantur leproſi, & mortui denique ſuſcitantur. Tertio eligi debet confeſſor, qui habeat auctoritatem. Et de hoc in Quadrageſimali de Religione Chriſtiana, ſermone 15.

Sextus modus.

E SExtus modus eſt iuſtus. Ideo ſubditur, iuſtorum. Modus enim in confitendo tunc iuſtus eſt, qui non ad complacentiam, ſed ad iuſtitiam dantur remedia confeſſoris. Sunt nempe plerique, qui dum Deum fallere credunt, ſeipſos decipiunt: & dum bonum forum de miſericordia Dei volũt, idipſum quod cupiunt & cupit a iam habere ſe credũt, & ideo confeſſores quęrunt, qui non ſecundum iuſtitiam veritatis, ſed ſecundum miſericordiam falſitatis eis complacentia dicant. Sed econtra, iuſtorũ, inquit, Pſalm. Qui non trahuntur amore F
carnis, & complacentię ſæcularis ad dandũ conſilium ſecundum voluntatem petentis, ſed ſecundum iuſtitiam rectitudinis. Ad quod Eccleſ.6. cum inducebat dicens, Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille. Vere vnus de mille eſt, qui etiam ſi bonus & peritus ſit in confeſſionibus, propter amicitiam, & antiquam notitiam, & elemoſynarum largitionem a iuſtitia non declinet, & minus debito non debeat complacere. Audiant hi tales Apoſtolum de ſe dicentem, ad Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et Pet. Act. 5. inquit, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. G

Septimus modus.

SEptimus modus eſt ſecurus. De quo ſubdit, Et congregatione: quia licet confeſſio ſecreta debeat eſſe: non tamen facienda eſt in loco ſuſpecto, ſed in cõgregatione: ideſt in eccleſia coram oculis omnium. Vnde in Pſal. 34. ſcriptum eſt, Confitebor tibi in eccleſia magna.

De Rectoribus & Prelatis, vel pro ſynodo. H

PAſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei. 1. Pet. vlt. c. habentur hæc verba. proinde Eccl. 32. c. ad prælatum, ſeu dominũ, vel rectorem ait: Rectorem te poſuerunt, noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis curam illorum habe. In quibus ſacratis verbis ſeptem, quæ in quolibet bono paſtore neceſſaria ſunt, exprimuntur. Primum eſt dignitas, ſecundum idoneitas, tertium auctoritas, quartum humilitas, quintum communitas, ſextum benignitas, ſeptimum

Septem neceſſaria i bono paſtore.

A ſeptimum vtilitas. Primum inquàm eſt dignitas,& de hoc ait,rectorem . Et merito quidem ait rectorem , non raptorem . Rectorem inquit,non deſtructorem,quaſi patrem non carnificem,quaſi miniſtrum, non tyrannum,quaſi diſpenſatorem , non diſſipatorem vel vſurpatorem:vt paſtorem,non mercennarium & corruptorem: vt tutoré, non deuoratorem. Proinde.j.Pet. vlt. cum beatus Petrus dixiſſet prælatis . Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei , immediatè ſubiunxit. Prouidentes non coactè , ſed ſpontaneè , ſecundum Deum : neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie : neque vt domi-
B nantes in cleris , ſed formefacti gregis ex animo. Secundum eſt idoneitas. ſ. eius,qui electus eſt : ;& de hoc ſubdit , te , videlicet non tuas diuitias: te,non tua: te,non tuam nobilitatem: te,non tuam progeniem : ſed te , i. tuam perſonam . Vnde ad quemlibet electorem Deuteron.26.c.Dictum eſt: Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus. ideſt in terra loco Dei , & ambules in vijs eius , & cuſtodias ceremonias illius , & mandata atque iudicia , & obedias eius imperio . Et ad electum immediate ſubiungit dicens,Et Dominus elegit te.hodie . Sed hodie tota parentela epiſcopatur. Vnde & tota progenies nomen ſuum amittit:& qui prius fabri
C filius dicebatur,vel Petri, iam nepos epiſcopi nuncupatur. Vnde Iſa.49. Admirans eccleſia ait, Quis genuit mihi iſtos? Et ſibijpſi reſpondens inquit. Ego ſterilis,& non pariens. Tertium eſt auctoritas,ſcilicet eligentis. Et de hoc addit, poſuerunt. i. canonice elegerunt , ſcilicet non datum coactè, nec ingerentem ſe inuerecundum , ſed poſuerunt eum canonicè, iuxta illud Hebr. 5.Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo,ſcilicet per electioné, tanquam
D Aaron . Et Iob 5. c. de Domino ait . Ponit humiles in ſublime . Quartum eſt humilitas,& de hoc addit,noli extolli, ideſt extra alios tolli,vel contra ſtatum tuum tolli.Nec dicit,non extollaris,ſed noli extolli:vt non tantum extollentiam exteriorem,ſed etiam interiorem fugere doceret . Nam non immerito Greg.ait: Vnuſquiſque ſuperbus rector totiens ad culpam apoſtaſiæ dilabitur , quotiens præferri hominibus delectatur . Et iterum Bern. ait : Quotiens hominibus præeſſe deſidero , totiens Deum meú præire contendo,& tunc vere nô ſapio quæ Dei ſunt . Proinde Apoſtolus 9. c. ad Rom. tali prælato ait:Noli altum ſapere,ſed time.q.d. Conſidera tui côditionem , & gregis infirmitatem,vt compati ſcias. Ad Gal.6. Conſiderans teipſum,ne & tu tenteris. Quintû E
eſt communitas,& de hoc addit : Eſto in illis,non ſupra illos:quaſi in poteſtatis throno : nec extra illos in priuatis cameris , dimittendo communitatem extra neceſſitatem,ſed in illis, ideſt inter illos , ſ. tãquàm communis homo communitatem tenendo in choro, in refectorio , atque in dormitorio. In cuius miſterium 2. Machab. 11. Ipſe primus Machabeus ſumptis armis cęteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire,& ferre auxilium fratribus ſuis . Contra autem eos, qui non ſeruant talem communitatem, Zach. 11.c. ait, O paſtor , & idolû F
derelinquens gregem,quaſi dicat. O paſtor ſolo nomine,ſed & idolum veneratione de relinquens gregem , ideſt communitatem non ſequendo in congregatione . De tali paſtore Ioan. 10.c. ait. Mercennarius fugit, ſcilicet a communitate: quia mercennarius eſt,& non pertinet ad eum de ouibus. Sextum eſt benignitas. Eſt enim benignitas bono igne ignita,ſecûdum etymologiam. Eſt quippe benignitas,virtus ſponte ad benefaciendum expoſita,lenis,blanda , colloquio dulcis , & ſua cunctos inuitans dulcedine ; quæ omnia prælato maximè côuenire probantur. Et de hoc ſubditur , quaſi vnus ex G
ipſis,ſcilicet ex virtute benignitatis. Nam, vt Apoſtolus j.Cor.12.ait: Charitas , ſcilicet quæ in prælatis eſſe debet , patiens eſt ; benigna eſt . Septimum eſt vtilitas , & de hoc ſubditur, Curam illorum habe . quaſi dicat: Habe curam non tantum multiplicatarum poſſeſſionum, nec tantum tuijpſius, ſed & illorum exemplo,& verbo inſtruendo illos , diſſolutos corrigendo , infirmis compatiendo, neceſſaria prouidendo , mores vniuſcuiuſque conſiderando.vnde Act. 20.prælatis dictum eſt: Attendite vobis,& H
vniuerſo gregi , in quo vos Spirituſſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei quâ acquiſiuit ſanguine ſuo . Notâter ſiquidem ait, Attendite vobis. Deinde ſubdit,Et vniuerſo gregi : ad miſticè innuendum , ꝙ qui ſeipſum curare neſcit , quam curam ſubditorum habebit? Proinde. 1.Timo.c.3.Apoſtolus ait: Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit , quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit ? Et iterum Bernardus inquit : Rectus ordo requirit,vt prius proprias, deinde alienas ſtudeas curare conſcientias , Sicut Prouerbio.27.c. ſcriptum eſt: Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq; greges conſidera : nam qui pro eis ſanguinem ſuum

A ſuum fudit, de ſingulis à te requiret rationem, ſicut Hieremiæ 33. ſcriptum eſt: Ad hæc trãſibunt greges ad manum minantis, ait Domin9. Proinde omnes vos admonet Apoſtolus Petrus in verbo propoſito dicens, Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei. Tripliciter quidẽ paſcere debet paſtor ouiculas, ſeu animas ſibi commiſſas. Primo exemplo, ſecundo verbo, tertio ſubſidio: ſeu vita exẽplari, verbo doctrinali, & ſubſidio temporali.

Articvlvs Primvs.

B *De triplici exemplo, quo prælatus debet paſcere oues ſuas.*

Primo quidẽ prælatus paſcere debet animas ſibi commiſſas exemplo, ſeu vita exemplari. Ad imitandum ſummum paſtorem Dominum Ieſum Chriſtum, de quo Actuum 1. ſcriptum eſt, Cœpit Ieſus facere & docere: triplici enim exemplo paſcere debet eas. Primo exemplo charitatis, ſecundo exemplo ſobrietatis, tertio exemplo honeſtatis.

Quòd prælatus debet paſcere oues ſuas exemplo dilectionis. Cap. 1.

C *Primo exemplo charitatis.* Primo exemplo charitatis. Si enim mater diligit filium ſuum carnalem, quantum feruentius debet paſtor filium ſuum diligere ſpiritualem? In huius myſterium Ioan. 21. Dominus Petro ait: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, etiam Domine: tu ſcis, quia amo te, Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi, etiam Domine: tu ſcis, quia amo te: Paſce, inquit, agnos meos. Dixit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? Et dixit ei, Domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. D Dixit ei, Paſce oues meas. Circa quæ verba tria notanda ſunt. Primo notandum eſt, quòd Chriſtus curam & auctoritatem paſtoralem Petro iniungere volens, prius de dilectione ſui interrogat eum, & hoc maximè propter tria. Primo vt monſtret quòd charitatiua cura & dilectio proximorum ex Dei charitate originem habet, atque dependet. Secundo vt oſtendat, quòd non ex priuato ſuijpſius amore, ſed ex ſola Chriſt charitate ad hoc ferri, & moueri debet. Tertio vt doceat, quòd nullus tali auctoritate eſt dignus, aut ad talem curam idoneus, niſi in charitate Dei præcellat. E Vnde Bernar. ait: Non ocioſè in commiſſione ouium dicitur, amas me. quaſi dicat Dominus: Niſi ames me, & valde perfectè. ideſt pluſquàm tua, & pluſquàm tuos, & pluſquàm te, non te intromittas de ouibus meis. Secundo notandum, quòd ter de dilectione interrogat, vt oſtendat quòd dilectio Dei ſe habet ad paſtoralem curam in triplici ratione cauſæ. Primo vt ex ſola ipſius inclinatione, & motu ſuſcipiatur, ſecundo vt ſecundum ipſam, & in ipſa exerceatur, tertio vt ad ipſam tanquam ad finem vltimum totaliter ordinetur. F Tertio notandum eſt, quòd Chriſtus primo dicit bis, Paſce agnos meos, & vltimo dicit ſemel, Paſce oues meas: vt oſtendat ꝙ maior cura ſpiritualis nutrimenti, & paſtus circa tenellos & nouellos habenda eſt, quàm circa grandæuos, atque prouectos: quamuis idem poſſit per oues & agnos ſignari, & econuerſo. Proinde Lu. 2. c. Myſticè ſcriptum eſt, Paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregẽ ſuum. Vigilantes, ſcilicet pro ſe quo ad Deum, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, ideſt præſentis ſeculi per bonum exemplum quo ad proximum. G Væ igitur ijs, qui exemplum charitatis verterunt in exemplum cupiditatis, qui dormiunt ad animam, & vigilant ad ſubſtantiam. De dormientibus ad animam, Naum 3. c. ſcriptum eſt, Dormitauerũt paſtores tui Rex Aſſur. Aſſur enim factura vigilans ad tentandũ interpretetur; & ſignificat diabolum, qui Dei factura eſt. Licet Deus eum fecerit Angelum, & ipſe ſe fecit diabolum. Huiuſmodi enim paſtores ad ſolicitudinem animarum dormire & dormitare probantur. H Quomodo ij vigilent ad ſubſtantiã, Greg. 22. moral. c. 1. teſtatur dicens: Exigimus quod noſtro debetur corpori: ſed non impendimus, quod ſubditorum debetur cordi. Quidam enim vendunt ſepulchra, in quibus alij ſepulti ſunt, quod prohibetur 13. q. 2. poſtquàm. Quidã exercent vſuras, contra id quod ſcribitur 47. di. epiſcopus, & c. ſeq. quidam ludũt ad taxillos, qui beneficio priuãdi ſunt. extra de exceſ. præla. inter dilectos. de vita & hone. cle. ſi quis. & c. omnis. Quidam promouent̃ tur per ſimoniã, proinde eſt eis prohibitũ celebrare. extra de ſimo. tãta. 1. q. 1. quiſquis. Quidam pro pœnitentia imponunt miſſas, quod

A quod quidem habet ſpeciẽ mali. de vita, & hone. cle. ſi quis. & c. omnis. Quidam quoque celebrant pro pecunia, dantes pro 12. denarijs miſſam: cõtra quos extra de ſimo. ſi eſt in eccleſiæ corpore, & c. nullus. immo, ſecundum Hoſt. ſi ſacerdos eſt eccleſiæ deſponſatus, non debet aliquid ex pacto recipere etiam obtentu ſumptuum. de conſe. diſt. 1. c. ſufficit. Quidam quoque non orant pro offerentibus oblationes, cum comedát peccata populi, ideſt oblata pro peccatis. 1. q. 1. ipſi ſacerdotes. Ars quoque negociationis, & mercaturæ clericis interdicta eſt, extra ne cleri. vel mona. c. 1. per totum. 88.
B diſtin. fornicari.

Quòd prælatus debet paſcere oues ſuas, exemplo ſobrietatis. Cap. 2.

Secundo exemplo ſobrietatis.

SEcũdo quidem prelatus paſcere debet animas exẽplo ſobrietatis. Vnde beatus Petrus. 1. Pet. 5. maximè animarum paſtores hortatur dicẽs, Fratres ſobrij eſtote, &c. vſque, cui reſiſtite, &c. Sex præcipuè debent eſſe in conuiuijs clericorum, vt habetur 44. diſtin. c. conuiuia. Primo, vt vitam abſentium non mordeant, ſecundo vt præſentes non irrideãtur, tertio vt inania ſæcu-

Sex præcipue debẽt eſſe in conuiuijs clericorũ.

C larium non recitentur, quarto vt verba ſacræ lectionis legantur, quinto vt cibi non niſi ad ſuſtentationem ſumantur, ſexto, & vt in principio, & in fine laudes Deo reddantur: hæc ibi. & in c. pro reuerentia. Sed quidam exemplum ſobrietatis vertunt in exemplum, immo in ſcandalum voracitatis & ebrietatis. Proinde ad quoſdam, Iaco. 5. veritas ait, Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra. Nam ſunt plerique, qui crapulantur, contra quos de vi. & hone. cle. a crapula. Alij quidam interſunt conuiuijs, in quibus credunt intereſſe ioculatores, quod prohibetur. extra
D de vi. & hone. cle. clerici. 23. diſtin. His igitur. Quidam alij frequentant tabernas, & ebrietates, contra quos dicitur. 44. diſtinct. non oportet, & duobus c. ſeq. 23. di. cap. his igitur. Lege, vbi præcipit, ꝙ ſacerdotes omnia fugiant conſortia laicorum, eorumque conuiuia publica omnino non appetant. Quantum ſint fugienda conſortia laicorum, patet per exemplum cuiuſdam Magiſtri in Theologia, quem ego noui, qui epiſcopari deſiderans, vt id perficere poſſet cum auxilio, & pecunijs aliquorum Magiſtrorum, cœpit in camera ſua conuiuia frequentare ciuibus ſupradictis. Continuabat cœnas & prandia, poſt cœnas potus, E poſt potus ludos, poſt ludos clamores & riſus. Quid plura? Ad tantam dementiam denique peruenerunt, tantumque domeſtici facti ſunt, quòd oblita memoria religionis, ſcientiæ, atque gradus, more puerorum quando in ſcolis in poſterioribus verberantur iuuenes, illi diſſoluti, & vani equeſtrem illum eleuauerunt, poſteriora eius inuerecunde plectentes. Et hoc modo epiſcopatus, vel potius ſcopatus eſt. Noſtris quoque temporibus alius quidam magiſter prudens, & doctus volens experiri amicitiam quorundam ciuium, qui ad eum multum affici videbantur: fecit eis F prandium pingue, optimè præparatum vinis, ferculis, & dapibus varijs plenum. Ordinauitque cum ſocio ſuo, quòd cum in medio prandij eſſent, vocaret a prandio eum dicens, quòd ob inſtantẽ neceſſitatem poſtulabatur, & interim eo abſente, quaſi inaduertenter diligentius obſeruaret, quid ciues, & amici ſui remanentes in prandio loquerentur. Vix aberat magiſter prudẽs: & vnus aſtantium & conuiuantium cœpit dicere, Hem, iſti fratres in maioribus delicijs viuunt, quàm nos, alius cœpit extollendo laudare vina, alius ciborum varietates, alter multitudinem ferculorum, & multipliciter murmurabant, ſocio magiſtri omnia obſeruante. Tandem magiſtro redeunte ad menſam, prandioque completo, cum abijſſent amici, qui fuerant in prandio, cœpit magiſter a ſocio diſcere, quæ ipſo abſente in prandio dicta ſunt. Quibus intellectis propoſuit firmiter omnia prandia, & conuerſationes ſæcularium euitare. G

Quanto honeſtatis exemplo debet paſtor paſcere oues ſuas. Cap. 3.

TErtio paſcere debet exemplo honeſtatis. Vnde maximè paſtoribus animarum, Matth. 5. Dominus ait. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant, &c. Et iterum paulò ante ait, Vos eſtis ſal terræ. Ad nihilum, &c. vſq; hominibus. Et Hierony. 13. c. iterum vobis ait, Exemplum enim dedi vobis, &c. Sed heu, heu me miſerum, quia exemplum honeſtatis verſum eſt in exemplum, immo in ſcandalum carnalitatis. Proinde Zach. 10. cap. iratus Dominus ait, Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hyrcos viſitabo. Eſt igitur hyrcus, animal petulans atque fœtidum. Vnde merito ſignat paſtorem luxurioſum H

Tertio exemplo honeſtatis.

A rioſum atque infamem. Merito ergo Hiero. ait: Clericus aut honeſtior cæteris, aut eſt fabula populi, Nihil eſt quod magis eccleſiã Dei denigret meliores eſſe laicos, quàm clericos. 8. q. 1. qualis. 6. q. j. beatus. Et iterum Hiero. ait: Quid tibi cum mulieribus? quid ad altare Dei fabularis? Dic ſacerdos, dic clerice, qualiter cum eiſdem labijs oſcularis filium Virginis, qui paulò ante oſculatus es labia meretricis? O Iuda, oſculo filium hominis tradis? Et quod ſceleſtius eſt in nefando crimine contra naturam: contra quos clamat. c. vt clericorum. extra de vita & hone. cle. Prohibentur clerici habitare cum mulieribus. 32. diſtin. hoſpitiolũ.
B extra de cohabi. cle. & mu. per totum. Pœna clerici continentiam non ſeruantis eſt, quòd conuictus deponi debet. diſtin. 81. ſi quis clericus. 15. q. 5. c. presbyter. Quidam quoque non portant habitum clericalem, neque tonſuram: contra quos habetur de vita & hone. cle. c. clerici. & c. vlti. Quidam etiam nutriunt comam: contra id quod habetur. 23. diſtinctio. in c. clerici. de vita & hone. cle. in c. clericis. Quidam etiam portant arma offenſiua ſine iuſta cauſa: contra quos habetur de vita & hone. cleri. c. clerici. 23. q. 8. clerici, & c. conuenior.

C

Articvlvs Secvndvs.

Quòd prælatus debet paſcere oues ſuas verbo Dei tripliciter.

Secundo principaliter dêt paſcere animas uerbo doctrinali, & triplici verbo.

SEcundo principaliter paſcere debet prelatus animas ſibi cõmiſſas verbo, ſcilicet doctrinali. Simon quippe prælatus inſtituendus, & paſtor a Chriſto cognominatus eſt Petrus, qui interpretatur agnoſcens. Vnde Mar. 3. ſcriptum eſt, Et impoſuit Simoni nomen Petrus. Triplici quidem verbo debet paſtor illuminatus, atque illuminans paſcere oues ſuas. Primo
D verbo illuminationis, ſecundo verbo conſolationis, tertio verbo correctionis.

Quòd prælatus debet docendo illuminare animas ſibi commiſſas. Cap. 1.

Primo verbo illuminationis.

PRimo enim paſcere debet eas verbo illuminationis. Vnde Eccleſiaſti. 18. ſcriptum eſt: Qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Sicut enim diues homo diuerſi generis greges habet, quos vna proprietate poſſidet, & diuerſis pabulis eos nutrit & replet: ſic E eccleſiaſticus paſtor diuerſi generis homines habet regere & docere, & vnus innatus in ſeipſo perſiſtens modificare debet doctrinam pro diſcreta auditorum conuenientia: cum paruulis lacte opus ſit, & ſolido cibo grandæuis. Debet enim docere ſimplices præcepta communia, ſymbolum, ideſt fidem, & orationem Dominicam. extra de vi. & hone. cleri. in c. vt quiſque, Similiter, & Aue Maria, pro reuerentia matris Dei. Mediocres vero docendi ſunt decem Dei præcepta eccleſiaſtica inſtituta, vt ſunt ieiunia ordinata ab eccleſia, feſta quæ ſunt in præceptum. Auditio miſſæ in die- F bus præceptis: confeſſio & ſacra communio, & ſimilia. Perfectiores vero ad alta cõſimilia Chriſti animandi ſunt. Væ, væ inquàm eccleſiæ Dei: & iterum dico væ: nam verbum illuminans in ignorantiam verſum eſt: in cuius myſterium Apoc. 8. ſcriptum eſt: Et quartus Angelus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum: ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret tertia pars, & noctis ſimiliter. Ad intelligentiam prædictorum aduertendum eſt, quòd triplex eſt ſtatus eccleſiaſticus. Quidam ſunt ſummi, vt Papa, Cardinales & Epiſcopi. Quidam ſunt medij, ſcilicet me- G dias dignitates habentes. Quidam vero infimi, Primi comparantur ſoli, medij lunæ, infimi vero ſtellis. Cum ergo ait, percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum: quid autem ſignanter exprimit, niſi quòd ſtatus prelatorum tam maiorum, quàm mediocrium, quàm etiã minorum in hoc corruptus eſt, quòd in omni eccleſiaſtico ſtatu ignorantia multiplicata eſt? Non quòd omnino ſapientia & ſcientia defecerit, ſed tantum ignorantia creuit, quòd obſcurata eſt tertia pars eorũ: ita vt diei non luceat tertia pars, & noctis H ſimiliter: Nam nec clericalis ſtatus, qui per diem: nec laicalis, qui per noctem ſignatur, lucem doctrinæ, & exemplorum ſanctorum ab eis recipiunt, quam ipſi non habent. Nec etiam diem cognitionis diuinæ in vita contemplatiua: nec noctem cognitionis humanorum operum in vita actiua, illuminare poſſunt, deficiente in eis ſcientia, & ſapientia Dei. Vnde de talibus Eſa. 56. ſcriptum eſt: Speculatores eius cęci omnes, neſcierunt vniuerſi, hoc quantum ad ſcientiam: canes muti non valentes latrare, hoc quantum ad doctrinam. Et poſtea

 ſubdit,

A ſubdit, Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerunt vnuſquiſque ad auaritiam ſuam a ſummo vſque ad nouiſſimũ. Debent enim eſſe periti in ſcripturis ſacris, & eccleſiaſticis ſacramentis. extra de æta. & quali. ordi. c. fin. Vnde huiuſmodi eſſent excommucandi, & eijciendi. Quid enim tales ignorantes poſſunt intelligere de caſibus conſcientiarum? O graue & importabile onus talium ſacerdotum, & epiſcoporum tales approbantium, cum de talibus Matth. 15. c. Dominus dicat: Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Ex quo
B patet, ꝙ cęcus ſacerdos cęcum populum ſuper ſe ad inferos ducit. Quidam faciunt breuia contra varias infirmitates, alij incantationibus ſuis inueniunt furta, alij diuerſas incantationes frequentant & magicas artes, propter quod debet deponi. 24. q. 5. non oportet, cum duobus ca. ſe. Multi non faciunt ſibi conſcientiam ſepelire excommunicatos, & eos qui ſemel in anno non ſuſcipiunt corpus Chriſti. extra de pęniten. & remiſ. omnis vtriuſq; ſexus. Quidam abſoluunt excommunicatos, contra quod extra de vſur. c. j. Et quòd horrendum eſt audire, quidam dant criſma, & corpus
C Chriſti pro conficiendis maleficijs.

Quòd prælatus debet maximè verbo Dei conſolari animas mœſtas, & deſolatas. Cap. 2.

Secundo verbo cõſolationis.

SEcundo debet paſcere animas verbo conſolationis, & maximè de gratia & gloria aſſequenda. In huius myſterium Exo. 3. ſcriptum eſt, quòd Moyſes paſcebat oues Ietro ſoceri ſui ſacerdotis Madian. Cunque minaſſet gregem ad interiora
D deſerti, venit ad montem Dei Oreb. Moyſis manſuetudo, paſtorum conſolatio eſt. Ductio enim ad interiora deſerti, excitatio vel exhortatio eſt ſubditorum ad contemplanda paſcua virtutum & gratiarum, atq; gaudia paradiſi. Peruentio enim vſque ad montem Dei Oreb, qui menſa interpretatur, eſt refectio quæ in futuro parata eſt, ſcilicet in ipſa ſuperexcelſa diuinitatis, & humanitatis natura. Proinde Ioan. 10. c. Dominus ait: Ego ſum oſtinm, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur & paſcua inueniet. Nam ingredietur ad contemplandam diuinitatem, & exibit, vel egredietur ad contemplandum Chriſti humanitatem, & vtrobique E
paſcua inueniet, ſcilicet ineffabilium conſolationum, & delectationum. Prouidet. n. diſcretus paſtor ouibus ſuis quandoque vmbroſa, atque ſecreta loca ad refrigerium, quandoque herboſa, & mollia ad recubitum, quandoque melodioſa & ſuauia ad remouendum faſtidium, dum ſuauitate fiſtulæ gregem quaſi alloquitur cantans aliquid ſuauitatis atque amoris: vnde quandoque oues ludnnt & ſaltant. Vt moraliter inſtruantur animarum paſtores, quandoque ouibus ſuis de ſpiritualibus cõſolationibus & iucunditatibus prouidere: & hoc maximè, quando viſitant infirmos. Porrò nec F
obliuioni tradendum eſt, ꝙ quando portãt ad infirmum, ſanctiſſimum Sacramentum, portare debent duas hoſtias conſecratas, vt notat Hoſtien. extra de celebra. miſ. c. ſanè. Sed videamus, quomodo verbum conſolationis verſum eſt in verbnm ariditatis & cõfuſionis, atque nullius deuotionis. Quibus, rogo, exhortationibus inducet paſtor ad reuerentiam diuinorum, quando tanta negligentia apparet in eo circa diuina & ſacra? Quanta negligentia, obſecro, habetur circa ſanctiſſimum Sacramentum non mutando hoſtias, quouſque a vermibus ſunt G
corroſæ? Quidam non tenent in eccleſia corpus Chriſti: vel ſi tenent, abſque lumine tenent, contra eccleſiaſtica inſtituta. de con ſecr. diſt. 2. in c. presbyter. Cum quanta autem cuſtodia debeat ſancta eucariſtia cuſtodiri, patet de cele. miſſa. c. ſanè. Cum quanta negligentia quidam celebrant, ꝙ quandoque inter corporalia, ſeu in calice pars hoſtiæ reperitur. O heu, cum quot quantiſque horribilibus peccatis quidam celebrãt miſſas, nec verentur maledictiones, & iudicia Dei. De quibus in pſal. Saluum me fac Deus. Vbi ſubdit, fiat, id eſt fiet menſa eorum in laqueum, & in retributiones & in H
ſcandalum, &c. Quidam non dicunt miſſam de die. contra id, quod habetur extra de celebra. miſ. cum creatura. O quanta negligentia circa altaria: nam quia, teſte Bernar. plus fulgent calcaria, quàm altaria. Alij negligunt habete breuiarium, vel miſſale. Habent corporalia horrida & immunda: & tamen fulgent candore niueo tobaliæ & lintheamina. Offerunt hoſtiam fractam, & quandoque putrefactam. Ponunt in calice ſine aqua vinum, vel econuerſo: vel ponunt plus de aqua, quàm de vino: non lauant calices, neque ſacratas veſtes. Quidam non dicunt officium,

A officium, contra quos 21. diſtinctio.c.vlti. extra de celebra. miſ. cap. dolentes. Vel ſi dicunt, ſæpius faciunt officium ſanctæ Claræ, vel vtinam ſic dicerent. Et quod horribile eſt, non dicentes officium, audent miſeri, & miſerabiles celebrare. Quidam quoque ex auaritia fiunt ſacerdotes, vel vt parentes ditent: contra quos 23. diſtin. qui epiſcopus. in fine. Alij quoque infames celebrant, contra id quod habetur 50. diſtin. de ijs. Aut nunquam, ſeu raro celebrant, propter conſcientiam læſam: aliqui propter ignorantiam, contra quos habetur extra de celebra.miſ.c.dolentes. Sunt alij negligentes ad baptizandum. Nota exemplum de beato Marcello. B Ad hoc 1. quæſt. 1. baptizandis. Non viſitant infirmum, ad hoc de celeb. miſſa.c. 1. Quanta in quibuſdam ſit irreuerentia circa diuina, clarius manifeſtant diſſolutiones, & riſus in officio, interruptiones in choro, mulierum aſpectus: contra quos extra de immuni. eccleſia.c.decet domum Dei, lib. 6. Cantus quoque ad laſciuiam prouocantes. Tantum placet Deo cantus luxurioſorum, quantum cantus aſinorum, ex quibus omnibus manifeſte clareſcit, quòd ſicut dicitur de pœniten.diſtin.2.in c.quis aliquando, huiuſmodi clerici vix, aut nunquam ad pœnitentiam reducuntur. C

Quòd prælatus debet iuxta poſſe corrigere delinquentes. Cap. 3.

Tertio verbo & exemplo correptionis.

TErtio paſcere debet oues verbo, & exemplo correptionis. Cum manſuetudine tamen correptio fieri debet, ne verbum correptionis ex nimia auſteritate exulceret, nec etiam ex nimia leuitate reſoluat. Nam ſi taces, approbare videris. extra de homici. in c. ſicut dignum. §.3. vbi dicitur: D non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, item 86.diſt.in c. facientis culpam, & 83.diſtin.c.error: vbi dicitur error cui non reſiſtitur, approbatur. In correptione igitur temperari debet rigor exterior animi pietate. Vnde in perſona populi ſic correpti propheta ait, Virga tua, &c. Quid per virgam, niſi iuſtitiæ rigor, quo per ordinariam poteſtatem notorij, & incorrigibiles compellendi ſunt. Proinde Micheæ vltimo. Paſtori a Domino dictum eſt, Paſce populum tuum in virga tua gregem hæreditatis tuæ. Tamen, vt dictum eſt, rigorem ſuę correptionis ſemper temperare debet lenimento internæ pietatis: E vt quantumcunque foris riguerit per iuſtitiæ ſeueritatem, intus tamen ſeruet piæ compaſſionis lenitatem: vt licet virgam teneat in manu paternæ diſcretionis, vbera tamen habeat maternæ compaſſionis. Et hic eſt baculus ſuſtentationis cum virga correptionis, quæ animas conſolantur. Sunt tamen plerique, qui ſub pallio zeli atque feruoris excedunt, & agitantur ſpiritu indignationis atque furoris, & tamen arbitrantur obſequium ſe præſtare Deo. Hodierno tamen tempore verbum correptionis verſum eſt in verbum taciturnæ permiſſionis. F Proinde Zach. 11. cap. inutili negligenti, & taciturno paſtori yronicè dictum eſt: Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego ſuſcitabo, id eſt, ſuſcitari permittam, paſtorem in terra, qui delicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & virgulas eorum diſſoluet. Vaſa quippe paſtoris, ſunt panis in pera, canis in fune, baculus cum virga, cornu cum fiſtula. Panis in pera, eſt verbum prædicationis in memoria. Canis in fune, zelus eſt cum diſcretione. Baculus cum virga, G eſt auctoritas grauis, & correptio diſcreta. Cornu cum fiſtula, eſt timor diuini examinis cum ſpe diuinæ miſerationis. Hæc ſunt vaſa paſtoris boni, quæ auferuntur a paſtore ſtulto, & ignorante. Hic profecto eſt, qui delicta non viſitat, diſperſum non quærit, contritum non ſanat: quod ſtat, non enutrit: carnes pinguium comedit, & virgulas eorum diſſoluit, quia corda vinculo charitatis prius vnita, vt poſſit regnare, diuidit & diſpergit. Vnde impletur hodie quod Geneſis 46. in fine, H c. ſcriptum eſt. Deteſtantur Ægiptij, ideſt homines ſæculares, omnes paſtores ouium. Quis quæſo, eſt hodie ſecularium, qui pro ſalute animæ ſuæ adire velit epiſcopum ſuum, aut pro confeſſione velit ire ad proprium ſacerdotem.

Sermo incompletus.

A DOMINICA PRIMA poſt Pentecoſten.

De duodecim fructibus eleemoſinæ ſanctæ.

Sermo de Eleemoſina.

DAte & dabitur vobis. Lu.c.6. & in Euāgelio hodierno. Ad pleniorem intelligentiam dicendorum quærūt Doctores, per quæ opera poteſt dignè
B peccatorum ſatisfactio fieri. Ad quod dicendum, ꝙ cum ſatisfactio fiat per contrariam ſatisfactionem ad culpam, ideo ſicut culpa fuit cum delectatione propria, ſic ſatisfactio fieri debet per opera ardua & pœnoſa, & maximè per illa, in quibus maximè propria concupiſcentia punitur, & caſtigatur. Et quia culpa fuit in contemptum Dei, & quandoq; in damnum & iniuriā proximi: ideo debet per talia ſatisfactio fieri, in quibus, & Deo honor reddatur, & iniuria & damnū proximi reparetur. Sed quia inter cætera oratio, ieiunium, & eleemoſina
C in his conditionibus primatū tenent: propterea ſingulariter per iſta tria opera ſatisfactio fieri debet. Hæc quidem in ſacris literis ſingulariter commendantur, & vt opera maximè ſatisfactoria recitantur. Proinde Tob. 12. c. Angelus ait, Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſina. Quod verbum etiā poteſt eſſe thema in præſenti ſermone. Attendendum tamen, ꝙ ſecūdum varias culpas & infirmitates, & perſonales conditiones, eſt iſtorum vnum, vel alterum, plus minuſue aſſumendum, & imponendum, ſm tamē appropriationem oratio ſingulariter mentem in Deum eleuat, & vnit Deo. Ieiunium vero ſingulariter vitia exterminat, &
D propulſat vitia carnis. Eleemoſina vero ſingulariter ſubuenire proximo cōprobatur, ſecundum vero proprietatem oratio fit reſpectu Dei, ieiuniū reſpectu ſui, & eleemoſina reſpectu proximi. Et ſic fit ſatisfactio Deo de rebus ſuperioribus, i. de anima, ſ. ꝑ orationē. Et de rebus interioribus, ſcilicet de corpore per ieiunium. Et de rebus exterioribus. i. de ſubſtantia huius mundi per eleemoſinam. Hi tres actus maximè ſatiſfactorij ſunt, ſi ſumantur cōmuniter, prout oratio pro omni actu contēplatiuo in Deū relato. Ieiunium ſi ſumitur pro quacunque carnis afflictione, ſiue fiat per vigilias, aut per diſciplinas, ſeu per ciborum abſtinentiam, aut quocunq; alio modo. Si etiā eleemoſina ſumitur pro omni opere pietatis, ſiue corporali, ſiue ſpirituali. Notandū eſt tamen, ꝙ licet oratio & ieiunium habeant prærogatiuas in ratione ſatisfactionis, ſm vitiorū, & ſpiritualium morborū varietatē: tamen eleemoſina oēs duas præfatas quodammodo præcellit propter tria. Primo propter ſuſtentationē, ſecundo propter obligationē, tertio propter oblationē. Primo inꝗ ꝑꝑ ſuſtentationē, inquantū per eam fit ꝗdā elargitio literalis ad ſuſtentationē perſonę, E
& oīum bonorum, ꝗ in proximo ſunt. ſ. tā bonorū naturæ, ꝗ gratiæ: quæ quidē inſtrumenta ſunt gloriæ ſempiternæ. Secūdo ꝑꝑ obligationē, quia ſm Tho. illū, cui eleemoſina datur, conſtituit debitorē ad orandū, & ieiunandū, & ad alia bona, ꝗ poteſt facere ſaciendū pro eo, qui dedit. Tertio ꝑꝑ oblationē, quia eleemoſina data propter Deum, eſt quaſi quædā oblatio Deo facta. Oblatio autē facta Deo, virtutē orationis habet: continet quoq; ieiuniū, quo maceratur corpus, inquantū per eleemoſinā ſubtrahuntur bona exteriora, quę ad cōſeruationē corporis F
ordinantur. Præterea eleemoſina immediatius ſe habet ad charitatē, ꝗ ieiunium. Itē non eſt ſingulare bonum, ſed commune, ſ. facienti & recipienti: ideo magis eſt ſatisfactoria ꝗ ieiunium: propter hoc eleemoſina magis indicit, vt vniuerſalis medicina peccati, ꝗ oratio & ieiunium, ſicut patet Lu. 11. c. Date eleemoſinam, & ecce omnia mūda ſunt vobis. Et Dan. 4. peccata tua eleemoſinis redime. Et Tob. 4. Eleemoſina ab omni peccato & morte liberat. Huius ſententiæ eſt etiam Tho. in 4. di. 15. & Richar. de media villa, eadem diſt. art. 2. q. 3. Merito ergo Dn̄s in verbo propoſito ait, Date, & dabitur vobis. Date, ſ. eleemoſinas proximo: & dabitur vobis, ſcilicet a Deo multiplex bo- G
num. Denique de eleemoſina tantum ad H
præſens, hoc eſt de eius fructibus, qui propter eam a Deo dātur, plenius diſſeramus. Vnde 12. eleemoſinæ fructus, quaſi ligni vitæ per ordinem ſubiungamus, iuxta illud Prouerbio. 3. quod etiam poteſt eſſe thema. Lignum vitæ eſt, ſ. eleemoſina hominis, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, ſcilicet perſeueranter, beati. ſ. erunt. Vel poſſunt dici 12. gradus ſcalæ, quam vidit Iacob, Gen. 28. c. Horum autem fructuum primi quatuor pertinent ad incipientes, ſecundi quatuor ad continuantes, tertij quatuor ad perſeuerantes.

ARTI-

A **Articvlvs Primvs.**

De quatuor primis eleemoſinæ fructibus, qui pertinent ad incipientes.

Quatuor fruct' ad bene viuendum.

PRimo ponamus quatuor fructus, qui pertinẽt ad incipientes bene viuere,& eleemoſinas diſpenſare. Primus fructus dicitur mortificatio,ſecundus ſupplicatio,tertius illuminatio,quartus viuificatio.

Quòd duæ generales peccatorum radices per eleemoſinas mortificantur. Cap. 1.

B

PRimus fructus dicitur mortificatio, eo ꝙ eleemoſina mortificet radices omnium peccatorum, ſcḿ enim Alex.de Ales,in 4.di. Vtilitas eleemoſinæ magna eſt,& quodammodo vniuerſalis. Eſt enim efficax contra duas peccatorum radices, vt habet per Auguſti. ſuper illud pſal. 79. Incenſa igni, & ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribũt. Prima radix eſt amor ardens, cauſans commiſſiones malorum: ſecunda eſt timor frigens,cauſans omiſſiones bonorum. Prima inquam eſt amor ardens cupiditatis, qui ve-
C luti ignis eſt ad omnem peccatorum commiſſionẽ,& malorum operationem incendens,de quo Iob 31.c.Ignis eſt vſq; ad perditionẽ deuorans,& omnia eradicans germina. Contra hunc ignem eſt eleemoſina, velut aqua. Vnde Eccl.3.c.ſcriptũ eſt: Ignẽ ardẽtem extinguit aqua, & eleemoſina reſiſtit peccatis,ſ.commiſſionis, ne multiplicentur,& creſcant. Nam ſicut propheta ait, Abyſſus abyſſum inuocat.i. peccatũ ad peccatum trahit, cui eleemoſina impetum pręſtat. Secũda radix eſt timor frigens,& male iniacens,qui veluti frigus eſt ad omnẽ pręceptorum omiſſionem frigens, & algens.
D Contra hoc malum frigus eſt eleemoſina velut ignis. Proinde Prouerb.25.ſcriptum eſt: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit,da ei aquã bibere: primas enim cõgregabis ſuper caput eius. Et ſic patet, ꝙ per elemoſinam mortificantur radices vniuerſales peccatorum cõmiſſionis, & omiſſionis, propter hæc omnia. Lu. 11. c. ſicut prædictum eſt Dominus ait: Date eleemoſinã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Sed quæritur,ſecundum Tho. vbi ſupra: Vnde eſt, ꝙ magis dicitur de eleemoſina, ꝙ oĩa peccata emundet, quàm de alijs virtutum operibus quibuſcunq;. Dicẽdum ꝙ hoc eſt E
ex triplici ratione. Primo, quia eſt opus pietatis,quæ ſecundum Apo.1.Tim. 4. ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Secundo,quia ſicut prædictum eſt, ordinatur contra duas radices omnium peccatorum. Tertio,quia acquirit ſibi omnia adiutoria,ſ.cœli,mundi, & purgatorij. Primo cęli, i. Dei. Nam Matth.25. Dominus ait, Quod vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Secundo mũdi.i.pauperum,qui ſunt in mundo, quibus eleemoſina erogatur. Proinde Eccl. 29. Conclude eleemoſinam in ſinu pauperis, & hæc pro te orabit. Tertio purgatorij, quia animæ F
pro quibus dantur, poſtquàm fuerint liberatæ, pro anima dantis in cœlo orant.

De duplici oratione, quæ ex eleemoſina ſurgit. Cap. 2.

SEcundus fructus, oratio ſeu ſupplicatio nũcupatur. Duplex quodammodò oratio pro dante eleemoſinam ad Deũ ſurgit. Prima ab ipſa eleemoſina data, ſecunda ex illo cui eleemoſina eſt data. Prima oratio ſincera & pura conſurgit ad Deum ex ipſa eleemoſina data, non quidem oratione mentali ſeu vocali, cum talia efficere nequaquam poſſit:ſed orat eleemoſinã pro G
illa diſtribuente euidentia grati doni. Quẽadmodum in malum ad Deum clamabat ſanguis Abel iuſti ex euidentia patrati ſceleris fratricidij. Proinde Gen. 4. Dominus ait ad Chain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. De tali eleemoſina hoc modo pro datore orante, atque clamante, Eccl.29.c.ſicut prædictum eſt,inquit: Conclude eleemoſinam in corde pauperis, & hæc pro te orabit,i.Deum oratione miſericorditer flectet tibi. Act. 10. c. Angelus ad Cornelium ait. Orationes tuæ, & eleemoſinæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Et iterum Chryſoſt. ſuper Mat. H
9.ſermone, mirè deſcribens eleemoſinam ait: Eleemoſina amica Dei conſiſtit,& ſemper ei propinqua eſt,pro quibuſcunque voluerit facile mun' gratiæ impetrabit:vincula peccatorũ ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem: huic cum multa fiducia portæ cęli aperiuntur, & veluti regina intrante nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui aſſiſtunt, audet dicere: Quæ tu es: vel vnde? Sed omnes eam e regione ſuſcipiũt. Et deſcribens eam ſubdit: Virgo eſt habens alas aureas, circumſpecta per omnia vel

A circumſpecta. Venuſteque ſuccincta, vultum habens candidum atque manſuetum: pennata eſt & leuis, & ſemper ante ſolium regale conſiſtit. Hæc ille. Quomodo eleemoſina pingi poteſt. Poſſet etiã eleemoſina prædicto modo depingi. Quod ſi fit, ponantur in dextera ala 7. pennæ cum operibus miſericordiæ ſpiritualis: in ſiniſtra ala 7. aliæ pennæ cum ſeptem operibus miſericordiæ corporalis. Cætera pingantur, ſecundum Chryſoſt. deſcriptionem. Ex his autẽ colligi poteſt, ꝙ ſi ſuſcipiens eleemoſinã ingratus eſſet & malus, nec Deum ſicuti obligatus eſt pro dante oraret: oratio tamen pro eleemoſina largiente nullo mo-
B do deerit. Secundo vero oratio conſurgit ad Deum ex illo, cui eleemoſina data eſt. Cum enim per eleemoſinam fiat quædam largitio liberalis ad ſuſtentationem perſonæ, & omnium bonorum, quę in proximo ſunt, & ab eo fiunt ſicut prædictum eſt: ideo valet ad ſingulariter participandum omnia bona, & omnia merita ipſorum iuſtorum, atque ſanctorum. Proinde ad hanc orationem, id eſt ad hanc participationem, & ad multos interceſſores per eleemoſinam acquirendus hortatur Dominus, Lu. 16. c. di. Facite vobis amicos de mammona iniqui-
C tatis: vt cum defeceritis, ſcilicet in meritis, vel in morte recipiant vos in æterna tabernacula. Tunc ſiquidem ſancti pauperes atque iuſti recipiunt eleemoſinas, eis dantes in tabernacula ſempiterna, cum per orationes illorum coram Deo receptibiles fiunt. Dicuntur autem diuitiæ mammona iniquitatis, ſecundum Theophilum: quia cum ſint ad ſolam neceſſitatem datæ, ſi cætera non impartiuntur pauperibus, cum iniquitate tenentur. Ex his quidem clareſcere poteſt, ꝙ quanto cæteris paribus eleemoſinæ melioribus diſpenſantur, tanto dantes gratijs copioſioribus cumulantur. Proinde Eccleſ.
D 12. c. ſcriptũ eſt, Bene fac iuſto, & inuenies retributionem magnam. Et iterum, Matth. 10. Dominus ait: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunq; potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Solet tamen ex auaritia in quibuſdam tanta diligentia in dandis eleemoſinis ſuboriri, vt prius velint in paupere miracula cernere, quàm ei eleemoſinas diſpenſare. Contra quos Chryſoſto. 42. diſtin. in c. quieſcamus, ait. Quieſcamus ab hac abſurda curioſitate & diabolica, & peremptoria. Et ſequitur. Si pro nutrimento poſtulat, ne in his examines. Quomodo Abrahã hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat: ſi ſcrutator eſſet circa refugientes ad ſe, nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſſis enim non putaſſet eos Angelos, ſed cum reliquis repelleret: ſed quoniam omnes recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Nõ enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus, ſed ex volnntate, & honorificentia multa ex miſericordia & bonitate. Ad hoc etiam glo. in dicto c. quieſcamus ait: Quandocun- F
que quis eleemoſinam petit pro nutrimento, tunc ſemper indiſtinctè eleemoſina eſt danda. 1. quæſtio. 2. quam pio. 11. quæſtio. 3. quoniam. Si autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quàm malo, & conſanguineo, quàm extraneo.

Quòd ex eleemoſinarum largitione illuminatur homo ad cognoſcenda vitia, & virtutes. *Cap. 3.*

Tertius fructus, illuminatio dictus eſt. G
Duplex quidem illuminatio oritur in anima ex eleemoſinarum largitione. prima quidem præſtat cognitionem vitiorum, ſecunda cognitionẽ virtutum. Prima inquàm pręſtat cognitionẽ vitiorum, quæ quiſq; declinare tenetur, & hæc eſt quaſi illuminatio auroræ tenebras peccatorum effugans. De qua Canti. 6. ſcriptum eſt: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna? Secunda vero præſtat cognitionem virtutũ, in quibus homo exercere ſe debet. Et talis illuminatio H
eſt quaſi meridianus fulgor, de quo Iob 11. c. ait. Meridianus fulgor cõſurgit tibi, ſ. pro eleemoſinarum largitione. Per has duas illuminationes poteſt anima obſeruare, qđ Dñs per prophetam præcepit dicens, Declina a malo, & fac bonum. De his quoque illuminationibus ex meritis eleemoſinæ a Dño miſericorditer datis, Iſa. 58. c. ſcriptũ eſt: Cum effunderis eſuriẽti animam tuã, i. cum manifeſtaueris per opera miſericordię affectionem tuã, & animã afflictam repleueris, i. recreaueris per miſericordiæ opus: tũc orietur in tenebris lux tua, ſ. quaſi aurora conſurgens ad peccatorũ tenebras effugãdas. Ecce illuminatio ad vitia cognoſcẽda

A da. Atque de illuminatione, ſecunda etiam ſubinfertur: Et tenebræ tuæ, id eſt virtutes tuæ intellectuales primitus tenebroſæ erűt, ſicut meridies. Ecce lux clara, id eſt clara intelligentia virtutum, & morum.

Quòd vita gratiæ, & gloriæ per eleemoſinam acquiri poteſt. Cap. 4.

Quartus fructus. Retributio duplex.

QVartus fructus viuificatio dici poteſt. De tali viuificatione Eccleſiaſt. 20. cap. ait: Eſt datum, ſcilicet eleemoſina, cuius retributio duplex: quia homo duplici vita per eleemo-
B ſinam præmiatur in præſenti vita primò vita gratiæ, ſecundò vita gloriæ. Primò enim præmiatur vita gratiæ. Proinde Dani. 4. cap. Nabuchodonoſor ipſe Daniel conſuluit ſalubriter dicens, Peccata tua eleemoſinis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Quod quia facere noluit, in beſtiam mutatus eſt. Ad hoc idem Prouerb. 13. cap. ſcriptum eſt. Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ, ſcilicet in eleemoſinam datæ: propriæ diuitiæ, inquit, non alienæ. Nam, vt ſcribitur Eccleſiaſt. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpe-
C ctu patris ſui. Quod verbum exponitur. 1. q. 1. in cap. non eſt putanda, vbi dicitur: Quantus etiam ſit dolor patris, perpendamus ſi in eius conſpectu filius victimetur: & hinc facilè cognoſcitur quantum apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur. Ad hoc etiam 14. q. 5. per totum. immo onus peccati augetur, ſi de rebus alienis improuidè eleemoſina datur. extra de iureiuran. ea te. & de deci. tua nobis. 2. in fine. Et de homicid. cap. ſicut dignum. §. eos inſuper. in fine. Sed aduertendum eſt, quòd Gregor. ait: Quotiens pro culpis eleemoſinam fa-
D cimus, quaſi facimus pro prauis actibus, pretium damus: ſed tunc ſolum pretium a culpis nos liberat, cum perpetrata plangimus, & abdicamus. in huius quidem miſterium. 4. Regum 4. cap. Pauper vidua de oleo ſibi dato redemit a debito ſe, & filios ſuos. Secundò etiam remuneratur, & præmiatur in præſenti vita, vita gloriæ. Vnde Prouerbio. 22. Salomon ait: Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. victoriam & honorem acquiret, qui dat munera, ſcilicet pauperibus, verecundis, & alijs indigentibus.

ARTICVLVS SECVNDVS E

De alijs quatuor fructibus eleemoſinæ, qui pertinent ad continuantes.

Alij fructus.

SEcundo ſubdamus quatuor alios fructus, qui pertinent ad continuantes, ſ. eleemoſinas, & bonam vitam. Primus liberatio dictus eſt, ſecundus ſanatio, tertius defenſio, quartus multiplicatio.

Quòd eleemoſina liberat a duplici malo, ſcilicet temporali, & æternali. Cap. 1.

Primo.

PRimus enim fructus, liberatio nuncupatur. Liberat enim a duplici malo, ſcilicet temporali, & æternali. Primò quidem a temporali. Proinde Propheta Pſal. 40. inquit; Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperē, in die mala liberabit eű Dñs. Ait enim, Beatus qui intelligit ſuper egenű, & pauperē, i. ſuper indigentē occultè, & manifeſtè. Notāter enim ait, Intelligit, ſ. ex ardenti cōpaſſione, quia maius eſt animā dare cōpatiendo, quàm pecuniam ipſam. Proinde Iſa. 58. c. ſcriptű eſt: Cű effunderis animā tuā eſurienti, & animā afflictā repleueris, ſicut ſuperius dictum eſt. Qui enim hoc G
modo intelligit ſuper eum, intelligēdo cōſiderat, quòd eſt eiuſdem naturę cum eo, & eiuſdem conditionis, atque de eodem luto cum eo. In die mala liberabit eű Dñs. Dies enim mala, dies ſubitaneæ mortis eſt, aut cuiuſcunq; fortunæ grauis. Pro huiuſmodi profectò die mala per eleemoſinam præcauenda. Eccleſiaſt. 7. c. ait, Diem malam præcaue, ſ. eleemoſinas diſpenſando. Et conuerſus tantus Propheta ad orādum pro huiuſmodi viro pio petit, quod impetrandum firmā fide tenebat, dicēs: Dñs cōſeruet eű, & viuificet eum, & beatű faciat eű in terra, H
& non tradat eum in animam inimicorum eius. In quibus verbis quatuor gratias temporales prænunciauit Propheta, daturű ſe Deum eleemoſinario pio. Prima eſt gratia conſeruans, ſecunda eſt gratia viuificans, tertia eſt gratia beatificans, quarta eſt gratia liberans. Prima inquàm eſt gratia conſeruans. Et de hac dicit Dominus, conſeruet eum, ſcilicet qui pius eſt proximo propter Chriſtum. Vnde Propheta alibi inquit, Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe. vel conſeruet, i. cum alijs ſeruet. quaſi dicat eű cű tota familia ſua ſeruet. Proinde Auguſt. in Regula clericorum ait: Deus, qui

A qui habitat in nobis, etiam iſto modo cuſtodiat vos ex vobis, id eſt ſi alter ſollicitus eſt ex altero. Secunda gratia dicitur viuificans: vnde ſubditur, & viuificet eum, ſcilicet de quo eſt ſermo. viuificet inquàm, id eſt tribuat longam vitam ad bene operãdum, iuxta illud Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Et ad malum declinandum. Eccleſiaſt. 4. Fili mi conſerua tempus, & deuita a malo. Tertia gratia dicitur beatificans: propterea ſubdit, & beatum faciat eum in terra, id eſt in præſenti vita. Sed quomodo poteſt homo eſſe beatus in vita iſta? Dicendum, quòd per B ſpem. Vnde ad Rom. 8. Spe ſalui facti ſumus. Quarta eſt gratia liberans. Et de hac ſubditur, Et non tradat eum in animã inimicorum eius, id eſt in deſiderium & voluntatem eorum. Licèt enim quandoq; tradat eos, ſeu permittat tradi in manus illorum ad probationem: non tamen tradit eos in voluntatem eorum, quæ ſcilicet eſt, vt in crimina ruant ad damnationem. Vnde Iob cap. 1. ipſi dæmoni de Iob Dominus ait: Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt. Et in 2. cap. inquit, Ecce in manu tua eſt: & non dicit in voluntate. Vnde & reprimẽs diaboli voluntatem, ſtatim ſubiun- C xit dicens, Veruntamen animam illius ſerua. Secundò liberat eleemoſina a malo æternali. Vnde Tob. 4. Eleemoſina ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras, ſcilicet æternales. Angelus etiam Tob 12. addit dicens: Eleemoſina a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.

Quòd per eleemoſinam acquiritur ſanitas corporalis, & ſpiritualis. Cap. 2.

Secundus fructus.

SEcundus fructus, ſanatio dictus eſt. Duplex enim ſanitas acqritur per elee- D moſinarum largitionem. Prima eſt corporalis, ſecunda eſt ſpiritualis. Prima quidem eſt corporalis. Sanatur enim etiam corpus per eleemoſinæ pietatem. vnde Matth. 12. cap. miſticè homini habenti aridam manum Dominus ait, Extende manum tuam, id eſt pauperibus eleemoſinas diſtribue. & extendit, id eſt eleemoſinas diſpenſauit, & reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera. Super quo verbo Rabanus in glo. inquit: Nil plus valet curationi, quàm eleemoſinarum largitas, quia fruſtra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes non extendit. Iſa. quoque 58. c. ait: Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris: tũc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Fertur enim, quòd cum quædam mulier cæca veniſſet ad Beatum Hilarionem, atq; in medicos & medicinas omnem ſuã ſubſtantiam expendiſſet: ait illi prouidus ille Sanctus. Si hæc omnia pauperibus elargita fuiſſes, a vero medico Domino Ieſu Chriſto fuiſſes a cæcitate tua curata. Et ad teſtificandum, quòd verum erat quod dixerat, ſputo ſuo liniens oculos eius, illam a cæcitate curauit. Meritò ergo Hugo de Sancto Victore ait: Pietas de alienis ſordibus ſe abluit, de alienis vulneribus ſibi medicinas cõficit, de alieno veneno thiriacam ſibi efficit, dum malis compatitur, & ſubuenit alienis. Secunda verò eſt ſanitas ſpiritualis, quia per eleemoſinas anima ſpirituali reſtituitur ſanitati. Vnde Ambroſius in quodam ſermone, ait: Magna eſt eleemoſina, quæ ardentium criminum globos beniuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & irriguo largitatis obruit incendia delictorum. Et Auguſtinus in ſermone de diuite Epulone inquit: Eleemoſina emundat peccata, & ipſa interpellat pro nobis ad Dominum. Maximè tamen eſt grata eleemoſina illa, quam homo ex ſuo labore, atque ſuis manibus operatur. Proinde Hierony. in quadam epiſtola ait: Quamuis omnem cenſum tuũ pauperibus diſtribuas, nihil apud Chriſtum erit pretioſius, quàm quod manibus tuis ipſa confeceris. Multo amplius etiam grata eſt eleemoſina, quæ de ſibi neceſſarijs fit, ſicut patet exemplum Mar. 12. de paupercula vidua, quæ in gazofilatium obtulit duo minuta, de qua Dominus diſcipulis ſuis ait: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazofilatium: quia ex maiori affectione, & deuotione obtulit ea. Item mercator prudens vendit, quando eſt cariſtia. Sic danda eſt eleemoſina, quando eſt cariſtia: quia tunc magis grata eſt Deo. Plerunque enim ex ira Dei patria fame, & penuria prę mitur: quia pauperibus eleemoſina denegatur, vt patet 16. q. 1. in c. reuertimini, in medio cap.

Quòd

A *Quòd duplex adiutorium, ſcilicet defenſiuum, & impugnatiuum eleemoſina præſtat.* Cap. 3.

Tertius fructus. Tertius fructus, defenſio nuncupatur. Animam quippe iam liberatam, & ſanam, necnon & totam ciuitatem & patriam defenſat eleemoſina ſancta. proinde Tob. 4. cap. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſina omnibus facientibus eam. Duplices ſiquidem præſtat vires contra omnes iniuſtè patrias offendentes, vel opprimentes. Primò ad defendendum, ſecundò ad expugnandum, & triumphandum.
B De his duobus Eccleſiaſt. 29. cap. de eleemoſina ait, Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicũ tuum pugnabit. Scutum quippe valet ad defendendum, lancea verò ad expugnandum: vt in his duobus omne adiutorium neceſſarium prouenire ex eleemoſina comprehẽdatur. vel aliter, & melius dici poteſt, quòd eleemoſina defenſat a bello inteſtino, atque forenſi, vt primum per ſcutum, & ſecundum per lanceam exprimatur.

C *Quòd per eleemoſinam multiplicantur diuitiæ temporales, & gratiæ ſpirituales.* Cap. 4.

Quartus fructus. Quartus fructus eleemoſinæ, multiplicatio dici poteſt: Nam per illam duo bona multiplicantur. Primò diuitiæ, ſecundò gratiæ. Primò quippe multiplicantur diuitiæ, ſcilicet temporales. Et de hoc Auguſt. de verbis Domini ait: Fecundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum, ſcilicet tẽporalem. Et iterum Prouerb. 3. cap. ſcriptum eſt, Honora Dominum de tua ſubſtantia. Et ſequitur, Et replebuntur horrea
D tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Et 11. c. Iterum ait, Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. In huius quippe miſterium Ioan. 6. cap. dum Chriſtus frangendo panem turbis copioſius diſpẽſaret, copioſè multiplicabatur: fimus cumulatus ſterilem, diſperſus verò fertilem reddit agrum. Sic & diuitiæ congregatæ, ſeu occultatæ in muro, vel humo, non ferunt fructum, ſed vario modo diſperſæ. proinde Caſſiodorus in quadam epiſtola ait: Semina enim ſparſa in ſegetem conualeſcunt, & in vnum coarcta depereunt. Et Prouerb. 28. cap. Salomon ait: Qui dat pauperi, non indigebit. & Luc. 6. Dominus ait, date, & dabitur vobis. vnde Matth. 6. Dominus admonet dicens, Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra. Quod exponens Chryſoſt. ait: Quæ ſtultitia eſt, illic relinquere vnde, exiturus es? & illuc non præmittere, quo iturus es? Illuc ergo ſubſtantiam tuam colloca, vbi patriam habes. Secundò multiplicantur gratiæ. Nec mirum, ſi gratiæ creſcũt ex eleemoſynarum largitione, cum etiam ad literam hoc promittat Dominus, Mar. 4. c. dicens: Nemo eſt qui relinquat domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum, nec in hoc tempore F domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agnos cum perſecutionibus, id eſt etiam cum perſequuntur, & in ſeculo futuro vitam æternam. Patet etiam hoc experientia clara in renunciantibus ſeculo per religionis ingreſſum, qui amplius recipiũt, quàm in verbis præfatis eius repromiſit Chriſtus. Conſidera diligenter, quot domos, & conuentus, & monaſteria, quot ſpirituales fratres, quot ſorores, quot patres, quot matres, quot filios ſpirituales, quot vineas, atque agros, quot etiam alia temporalia bona, quotidie recipiunt ſerui Dei. Quocunque enim pergunt, reperiunt ſupradicta ſatis communiter ampliora, quàm eis ſupra promiſerit Chriſtus. G Poſſunt etiam ſecundo modo prædicta verba Dominica ſpiritualiter ſumi, videlicet quòd qui per eleemoſinas indigentibus ſubminiſtrant, etiam in præſenti pro temporalibus recipiunt ſpiritualia bona, quæ tantum excedunt temporalia bona, quantum centenarius vnitatem.

Articvlvs Tertivs

De vltimis quatuor fructibus eleemoſinæ, pertinentibus ad perſeuerantes. H

Alij quatuor fructus. Tertiò ſubiungamus quatuor alios fructus, qui pertinent ad eos, qui perſeuerant in eleemoſinas diſpenſando. Primus fructus dicitur triumphatio, ſecundus conſeruatio, tertius perfectio, quartus glorificatio.

Quòd

A *Quòd tanta eſt eleemoſinæ efficacia, atque virtus, quòd ſuperat diabolum, & quodammodo etiam Deum.*

Cap. 1.

Primus. PRimus fructus eleemoſinæ triũphatio, ſeu ſuperatio nominatur. profectò admirandam victoriam, & triumphum acquirit eleemoſina ſancta. Primò enim ſuperat diabolum, ſecundò vincit etiam quodammodo Deum. Primò enim per eleemoſinam diabolus ſuperatur: hinc Bernar.
B ait: O homo, ſi ieiunas, in hoc a diabolo non diſcrepas, quia ipſe nunquàm manducat: ſi vigilas, in hoc a diabolo non diſtas, quia nunquàm dormit: ſi continens es, ille nullam cognouit: ſi ſilentium tenes, ille in verba non defluit. in hæc autem diabolum ſuperas, ſi eleemoſinis dandis operam præſtas. Glo. inſuper ſuper illud Pſal. Miſericordia mea, & refugium meum, ait: De nullo alio ſic vincitur diabolus, vt de miſericordia. Diabolo igitur ſimilis erat Iudas, qui Ioan. 12. ſuſtinere non poterat odorem vnguenti, quo Magdalena caput Domini vngebat. Cui vtinam hodie mul-
C ti ſimiles non reperiantur. Contra quos Pet. Rau. in quadam epiſtola ait: Sibi apud Deum pietatis ianuam claudit, qui viſcera miſericordiæ pximo mendicanti non aperit. Et Propheta in perſona Domini ait: Factus ſum tanquàm vas perditum, quoniam audiui vituperationẽ multorum cõmorantium in circuitu. Ait enim, Factus ſum tanquàm vas perditum, id eſt perforatum. In tali vaſe nullus vult aliquid ponere, quia ab eo effluit liquor: hoc autem dicit, quia diuites nihil in eo ponere volunt pauperibus largiendo: tunc quippe bona noſtra Domino cõmendamus, cum ea pau-
D peribus erogamus: vnde Pet. Rau. Manus pauperis eſt gazofilatium Chriſti, & quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Vnde & in ſignum prædictorum ſubiungit dicens: Quoniam audiui vituperationem actiuè multorum, ſcilicet pauperum commorantium in circuitu, ſcilicet domus diuitis, vel id eſt circumeuntium domos diuitum, & quærentiũ eleemoſinas, qui quoniam ab omnibus repelluntur, clamant ad Dominum in anguſtia ſua, & maledicunt diuites. Et Dominus audit hunc clamorem, & quandoque etiam in vita præſenti punit, vel in die iudicij reſeruat. Secundò autem eleemoſina videtur etiam quodammodo vincere Deum, quia facit Deum E
quodammodo eleemoſinarij ſeruũ: vnde Prouerbio. 19. cap. ſcriptum eſt, Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi. Sed qui accipit munus, ſeruus efficitur fœnerantis. Ergo ex ſua benignitate fit Dominus eleemoſinarij ſeruus quodammodo: vnde Prouerb. 22. ſcriptum eſt, victoriam & honorem acquirit, qui dat munera ſua, ſcilicet pauperi. Victoriam videlicet contra diabolum, & honorem a Deo, ſicut prædictũ eſt.

Quòd per eleemoſinam bona temporalia, & ſpiritualia conſeruantur.

Cap. 2. F

Secundus fructus. SEcundus fructus, conſeruatio dictus eſt. Conſeruantur enim per eam temporalia, & ſpiritualia bona. Item quippe per eam conſeruantur temporalia bona: vnde Chryſoſt. ſuper Matth. ait: Melius ſeruatur pecunia, quæ manu dextera collocatur: hanc calumniator non extorquet, inuidus non criminatur, latro non aufert, fur nocturnus non diſtrahit, ſeruus fugam meditans non inuadit: ſed ſemper eſt tuta, ſemper integra, ſemper ſalua. Hæc profectò taliter conſeruata, cuncta alia temporalia bona conſeruat. Sæpe enim ſilueſtres G
arbores propter inhærentem ſibi vitem cõſeruantur. Sic ſæpe diuites, ac eorum diuitias conſeruat Deus, vt egenos valeãt ſuſtẽtare in vita. Meritò quippe quidam ait:

Nec pietas opes, nec miſſa minuit iter.

De hoc manifeſtè ſignum eſt, quia propter eleemoſinarum largitionem nullum legimus, vel vidimus pauperiorem effectum, niſi fortè qui renuncians ſeculo, pauperibus omnia bona ſua diſpenſat, ſequens cõſilium Ieſu Chriſti, qui Matth. 19. cap. ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia H
quæ habes, & da pauperibus. Sed & his ſubſtantia augmentatur, ſicut ſupra in fine 2. artic. dictum eſt. Secundò conſeruat bona ſpiritualia. Vnde Eccleſiaſt. 17. & 29. ſcriptum eſt: Eleemoſina viri, quaſi ſacculus cum ipſo: & gratiam hominis, quaſi pupillam conſeruabit. In quibus verbis tria de eleemoſina exprimuntur, ſcilicet quòd eſt gratiæ conſeruatiua, aſſociatiua, & protectiua. Primò quòd eſt gratiæ conſeruatiua, ideo inquit: Eleemoſina viri, quaſi ſacculus. Sicut enim in ſacculo theſauri conſeruantur, ne homo quando in neceſſitate ad eum recurrit, patiatur defectum: ſic eleemoſina gratiam Dei conſeruat,

A uat, & fiduciam præſtat tempore neceſſitatis recurrẽdi ad Deũ. Vnde Thob. 4. ſcriptũ eſt: Fiducia magna corã ſummo Deo eleemoſina omnibus facientibus eam. Et ibidẽ præmittitur: Primũ enim bonũ tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Secundò eſt gratiæ aſſociatiua: propterea ſubditur: Cũ ipſo, nõ contra ipſum, vt eſt eleemoſina hypocritarum. Non poſt ipſum, vt eleemoſina eorũ, qui poſt obitũ ſuũ relinquunt dandũ, quod in vita noluerũt dare. Cuius cõtrariũ Beata Lucia fecit, dicens matri: Non ſatis Deo carus eſt, qui illi hoc dat, quo ipſe perfui non põt: ſed ſi tibi vis eſſe gratum Deum, hoc
B illi da, quo tu poteris vti. Nam quod tu das moriens: ideo das, quia tu tecum ferre non præuales. Meritò ergo ait, Cũ ipſo, ſ. vt ipſemet eleemoſinam tribuens ad eam in neceſſitate, hoc eſt in die mortis, ſeu iudicij habeat ipſe recurſum. Et Ambroſ. ait, Sola miſericordia comes eſt defunctorum. Proinde quidam Sapiens ait:

Quas dederis ſolas, ſemper habebis opes.

Tertiò eſt gratiæ protectiua: vnde ſubdit, Et gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit. Sicut enim ſollicitudine quadam omnia membra apponimus pro conſeruanda pupilla: ſic meretur eleemoſina quãdam
C ſollicitudinem conſeruandi gratiam. & omnia exponendi pro gratia conſeruanda. Quod intelligens Propheta de iuſto, qui hoc obſeruat ait: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius, ſcilicet conſeruata manet in ſeculum ſeculi.

Quòd perfectiones præceptorum, & conſiliorum per eleemoſinam adimplentur. Cap. 3.

Tertius fructus.

TErtius verò eleemoſinę fructus, perfectio nominatur. Duplicem quidẽ perfectionem, ſeu perfectam obſer-
D uationem affert eleemoſina ſancta. Prima eſt præceptorum, ſecunda cõſiliorum. Prima inquam eſt præceptorum. Non enim Matt. 25. Dominus improperaturum ſe diceret opera pietatis, niſi illa caderent ſub præcepto. Præcipitur enim Matth. 22. cum dicitur, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Et Rom. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Dilectio quippe proximi, maximè per opera miſericordiæ innoteſcit. quare qui illam impleuerit, omnia pręcepta impleſſe probatur. At econtra, quãdo pro ſalute proximi dabit homo vitã ſuã, q̃ nõ vult dare indigẽti eleemoſinã paruam?

Sed quid dicemus de ijs, quibus a parentibus ad buccam, ſeu in teſtamẽtis aliquid ad pias cauſas diſtribuendũ relictũ eſt, qui vel diu differũt, vel nunq̃ perficiunt. Cõtra hos terribiliter loquũtur tria conſilia. 13. q. 2. in c. qui oblationes, & in c. pręcedenti, & in c. clerici. De quibus in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone 66. artic. 3. & c. 1. dictum eſt. Proinde Eccleſiaſt. 3. c. admonet, dicens: Eleemoſina enim patris, nõ erit in obliuione. Hãc tamen eleemoſinam apertius pręcipit Dominus, Deuter. 15. dicens, Præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi, id eſt patienti E
neceſſitatẽ in occulto, & in manifeſto. Secundò verò eleemoſina affert perfectionẽ, ſeu perfectam obſeruationem cõſiliorum. Eſt enim ſingulare fundamentum euangelicæ perfectionis, ſicut Matth. 19. Dominus ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni & ſequere me. Et Luc. 12. c. iterum ait: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum: vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſinam, ſcilicet ad illud iam perfectè adipiſcendum. F

Quòd duplex gloria per eleemoſinam acquiri poteſt in præſenti, & in futuro. Cap. 4. G

Quartus fructus.

QVartus fructus, glorificatio nuncupatur: duplicem profectò gloriam acquirit eleemoſina animæ piæ. Prima dr̃ cõſcientialis, ſecunda ęternalis. Prima inquã eſt conſcientialis, de qua 2. Corin. 1. Apoſtolus ait: Gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ cõſcientię nr̃ę. Et de hac gloria Iſa. 58. c. ait, Frãge eſuriẽti panẽ tuũ. Et ſubdit, Et anteibit faciẽ tuã, i. notitiã tui iuſtitia tua, & gloria Dñi colliget te, i. gloria, quę eſt a Dño in cõſcientia tua colliget H
te, i. apprehẽdet te, tanq̃ maturũ fructũ, nõ per ſiniſtrã intentionẽ, aut per errorẽ acerbũ. Hinc Beatus Ambr. 1 lib. de offi. ait: Beatus plane hõ, de cuius domo nunq̃ vacuo ſinu paup exiuit. Neque. n. quiſq̃ magis beatus, q̃ qui intelligit ſup pauperis neceſſitatẽ, & infirmi, atq; inopis ęrumnã. Secundò aũt eleemoſina acquirit gloriam in futuro. In cuius myſteriũ, Math. 25. quinq; prudẽtes virgines, q̃ habebãt oleum in lampadibus, venientes obuiam ſponſo & ſponſę ad æternas nuptias intromiſſę ſunt. lampas ſiquidẽ eſt opus bonũ. vitrum, de quo lampas

A pas ſit, ſolidum eſt, & lucens: vt miſticè innuatur quòd eleemoſinæ opus debet ſolidum eſſe Deo per firmum affectum, & lucens coram proximo per bonum exemplũ. Per oleum quoque pietas, per ignem verò charitas deſignatur: quæ omnia in eleemoſina grata inſinuantur. Meritò ergo Pet. Rauen. in quodam ſermone ait: Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cœlum: da minimum, vt accipias regnum: da micam, vt accipias totum: da pauperi, vt det tibi: quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter. Et iterum Auguſt. in quadam epi-
B ſtola ait: Si vis eſſe mercator optimus, fœnerator egregius: da quod retinere nõ potes, vt recipias quod non poteris amittere. Da modicum, vt accipias centuplum: da temporalem poſſeſſionem, vt conſequaris æternam hæreditatem. Et iterum de verbis Domini ait: Dicit tibi Chriſtus, Da mihi ex eo, quod dedi tibi, de meo quæro: da & reddo. Habuiſti me largitorem, fac me debitorem: habeam te fœneratorem. tẽporalia mihi des, æterna tibi reſtituam: teipſum tibi reddam, quando te mihi reddidero, ſcilicet ſempiternum. Meritò ergo Dominus ait, Matth. 6. Theſaurizate vobis
C theſauros in cœlo. Legitur in vitis Patrum, quòd quidam de ſanctis Patribus ait, quòd homo quidam habuit tres amicos, quos rogauit, vt ducerent eum vſque ad Imperatorem. Reſpondit vnus, quòd duceret eum vſque ad mediam viam, ſed vltra non poſſet. Secundus inquit, quòd duceret eum vſque ad portam, ſed vlterius ducere non valebat. Tertius verò ait, quòd introduceret eum ad Imperatorem, & eius negocium ageret apud illum: tandem exponens parabolam ait, quòd primus amicus eſt abſtinentia, ſecundus caſtitas, tertius eleemoſina & miſericordia, quæ Deum placat,
D & vitam æternam donat. Proinde 1. Tim. 4. Apoſtolus ait: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, quod verbum etiam poſſet eſſe thema, & ponitur diſtinct. 41. §. 1. O igitur eleemoſina amoroſa, gratioſa, & fructuoſa. Tu cuncta mala mortificas, tu feruenti oratione cœlum pulſas, tu mentem illuminas, tu conuerſionem impetras: liberas ab vniuerſis malis, cum corpore animas ſanas, ab inimicis defenſas, multiplicas diuitias vniuerſas. Immenſas potentias ſuperas, conſeruas lucra, animas omni perfectione decoras, & eas ad æternam gloriam introducis. Ad quam nos perducat E
eleemoſinarius magnus, & cunctorum largitor bonorum Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat glorioſus, magnus, & pius, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DOMINICA iij. poſt Pentecoſtes.

Quantæ efficaciæ ſit in bonum, atque in malum ſocietas bona, vel mala. F

Sermo

MVrmurabant Phariſæi, & Scribæ dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, Lucæ 15. cap. & in Euangelio hodierno. Omnis quippe vox Chriſti, quæ mundo tanto ardore inſonuit, reuocationis extitit ab errore pro malis cauendis, & ne a dæmonibus, vel ab hoſtibus malis omnis ſimplicitas falleretur. Proinde Matth. 10. cap. omnes admonuit, dicens: Eſtote prudentes G
ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete etiam ab hoſtibus. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone. Prudentia ſerpentina neceſſaria eſt in cognoſcendo, & fugiendo tentationem dæmonum: ſimplicitas columbina in cognitione, & exercitatione virtutum. Sed maximè cautio neceſſaria eſt, vt euitentur deceptiones hominum. Vnde & Chryſoſt. ait: Præ omnibus malis homo eſt peſſimum malũ. Beſtia habet vnum proprium malum: homo autem omnia. Diabolus enim ad iuſtum accedere non audet, ſed malus homo non timet, ſed contemnit. Et ex hoc pa- H
tet quãti periculi ſit ſocietas peruerſorum. Vnde omnes admonet Propheta in Pſal. 17. dicens: Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris: quoniam tu populum humilem ſaluum facies. & poteſt eſſe etiam aliud thema. Sed quia falſa iuſtitia indignationem habet, vera autem compaſſionem: ideo dicitur in propoſito verbo, Murmurabant Scribæ, & Phariſæi dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Ideo dicebant, Matth. 9. cum aiunt diſcipulis Chriſti. Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat magiſter

A giſter veſter. Circa autem conuerſationem humanam triplicem poſſumus diſtinguere ſocietatem. In qua omnis ſocietas,& conuerſatio hominum comprehendi poteſt. Prima eſt bonorum cum bonis, ſecunda fragilium cum peruerſis, tertia malorum cum bonis. Prima eſt optima,ſecunda peſſima, tertia verò quandoque eſt inutilis, quandoque damnoſa. Et de his Propheta in verbo propoſito ait: Primò enim de ſocietate bonorum cum bonis ait, Cum electo electus eris. Secundò de ſocietate fragilium cum peruerſis ſubiungit, dicens: Et cum peruerſo peruerteris. Tertiò de ſocie-

Tripliciter diſtinguitur ſocietas.

B tate malorum cum bonis cōcludit, dicens: Quoniam tu populū humilem ſaluū facies.

Articvlvs Primvs

De multiplici lucro ſpirituali, quod oritur ex ſocietate bonorum cum bonis.

Prima eſt bonorum cū bonis.

PRima quippe ſocietas,ſeu conuerſatio eſt bonorum cum bonis, & de hac Propheta ait,Cum electo electus eris. Et hæc ſocietas optima eſt. Et poteſt eſſe thema in præſenti articulo. Tria quippe bona oriuntur bonis, ſi conuerſantur cum bonis. Primum

C eſt intellectus illuminatio, ſecundum affectus inflammatio, tertium iconatus roboratio. Et quodlibet iſtorum trium affert duplex lucrum.

Quòd ex ſocietate bonorum cum bonis melius cognoſcuntur bona, & mala.

Cap. 1.

Primū bonum.

PRimum bonum, quod oritur ex bona ſocietate, eſt intellectus illuminatio: Nam dum bonum additur bono, totum fit magis

D bonum, & amplius virtuoſum: dumque virtus virtuti adiungitur, ex vnione magis corroboratur. Hoc quippe bonum illuminationis intellectus duplex affert lucrum. Primum eſt cognitio malorum,ſecundum eſt cognitio bonorum. Primum lucrum eſt cognitio malorum, ſcilicet ad euitandum. Nam vbi plures virtuoſi ſimul congregati ſunt habentes plures ſpirituales oculos,plura vident,perſpicacioresque ſunt, atque amplius oculati ad euitandum mala. Nam quod vnus non cognoſcit,alius intelligit: & cautius vnus per alium incedere noſcit. Hoc autem docet nos Deus

Intellectus duplex affert lucrū

per naturam,quam ipſe creauit. Nam omnes quinque corporis ſenſus,videlicet oculos, nares,aures,& quaſi omnia eius membra,& venas,& oſſa, & neruos multiplicauit:vt quod vnum non poſſet,aliud ſuppleret: ac per hoc virtus ſingulorum fortior in omnibus redderetur, dum vnum alteri vnitum eſſet. Nullum profectò in humano corpore membrum eſt, quod non egeat altero. patet de corde, quod cum nobiliſſimum membrum ſit,minimè viuere poſſet, niſi ei pulmo de aere ſubueniret. Nec etiam ipſe pulmo aerem attrahere poſſet, niſi ei cor vitam & motum adminiſtraret. Et ſic E

de cæteris membris conſiderandum eſt: F
Nullum enim ſibi ſatis eſt, niſi altero adiuuetur. Sic profectò in hominibus manifeſtè contingit: quia vnus alteri neceſſarius eſt, ne deuiet a via virtutum. Nam ſicuti quidam ait:

Nemo ſibi ſatis eſt, eget omnis amicus amico.

Seruo enim Dei tria maximè neceſſaria ſunt, ſcilicet feruoris voluntas, loci congruitas,& bonorum ſocietas,ſcilicet a quibus dirigatur, ne erret. Secundum verò lucrum eſt cognitio bonorum. Plures diuerſas gratias, & diuerſas intelligentias habent: vnde quod vnus homo non intelligit, alter intellectu melius capit: & ex hoc G
inter plures melius veritas innoteſcit. proinde 16.q.1. in cap. ſi clericatus. Hierony. ad Ruſticum ait: Primum tractandum eſt, vtrum ſolus,an cum alijs in monaſterio viuere debeas. mihi placet,vt habeas Sanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque Doctore, ſeu ductore gradiaris viā, quam nunquàm ingreſſus es. Candela ſi ſola eſt, paruo vento extinguitur. ſic lumen in homine ſolo facilè obumbratur: quia facilè a mundo, vel a carne, ſeu a diabolo decipitur,& illaqueatur. Horum deceptiones melius intelligunt plures, quàm vnus ſolus. Ex mutua ſocietate bonorum H
cōtra malū, & erga bonū excreſcit feruor.

Capitulum ſecundum.

Secundū bonum.

SEcundum bonum, quod oritur ex bonorum ſocietate, eſt affectus inflammatio, quæ etiam duplex lucrum afferre ſolet. Primum eſt feruor contra malum, ſecundum eſt feruor erga bonum. Primum eſt feruor contra malum, quia iuuatur homo a ſocijs contra inſurgentes tentationes conſilijs, & exhortationibus ſanctis. Miles extra exercitum faciliter ſuperatur. Vnde

A Propheta inquit, Cum ſancto ſanctus eris, id eſt firmus contra impugnatores tuos, ſcilicet propter auxilium prædictorum. Et iterum Ambroſ. in ſermone de moribus, & honeſta vita, inquit: Socios tibi bonos, & honeſtos cõiunge: quia ſi fueris ſocius cõuerſationis eorum, eris & virtutis illorum. Hugo quoque lib. 1. de anima, iterum ait: Amabilis ſocius omnibus erit officioſus, & nulli oneroſus, quia deuotus ad Deum, benignus ad proximum, ſobrius ad mũdum: Domini ſeruus, proximi ſocius: mũdi Dominus ſuperiora habet ad gaudium, æqualia ad conſortium, inferiora ad ſeruitium. Secũdum verò lucrum eſt feruor. erga bonum.
B Titiones igniti alterutrum ſe incendunt, atque comburunt: plures candelæ accenſæ fortius ardent. Equi euntes ſimul leuius, & feruentius gradiuntur, quia vnus ex altero animatur. De diſcipulis Domini, Actuum 2. ſcriptum eſt, Dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et ſubditur, Repleti ſunt omnes Spirituſancto, & cœperũt loqui varijs linguis, prout Spirituſſanctus dabat eloqui illis. Ecce quòd congregatis in vnum Spirituſſanctus cęlitus datus eſt. Nã & minori numero hoc promiſerat Dominus,
C Matth. 18. cap. dicens: Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, id eſt in fide, & veritate nominis mei, ſeu in affectuoſa notitia mei: ibi ſum in medio eorum. Hoc quidem ex aggregatione, vel exaggeratiuè inquit, quia ſi veritas, & concordia, ſeu ſocietas duorum, vel trium facta in charitate tantæ virtutis, & efficaciæ eſt, quanto magis congregatio, & ſocietas in charitate multorum?

Societas bonorum contra malum, & erga bonum robuſtior eſt. Cap. 3.

D *Tertium bonum.* Tertium bonum, oriens ex bonorum ſocietate, eſt conatus roboratio, quę etiam affert duplex lucrum. Primum eſt conatus contra malum, ſecundum eſt conatus ad bonum. Primum lucrum eſt conatus contra malum: quia homo in bonorum ſocietate fortius poteſt reſiſtere, & impugnare malum, quàm ſi ſolus eſſet. Proinde Eccleſiaſt. 4. cap. ait: Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus, quomodo calefiet: & ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei.
E Funiculus triplex difficile rumpitur. Homo fortis plures virgas non poteſt frangere, quas ſeparatas homo debilis confringere poſſet. De tali ſocietate bonorum, & maximè virorum religioſorum, Canti. 6. miſticè in perſona expaueſcẽtium dæmonum ſcriptum eſt: Quæ eſt iſta, quæ progreditur, id eſt procul a mundo graditur, quaſi aurora conſurgens, ſcilicet quantum ad incipientes. Pulchra vt Luna, quantum ad proficientes: electa vt Sol, quantum ad perfectos: terribilis vt caſtrorum acies ordinata, quantum ad vnitatem totius ſocietatis.
F Porrò talis congregatio, vel conuerſatio aduerſarijs Dei, & ſuis terribilis eſt maxime propter tria, quæ faciunt militem formidandum: quę ſunt exercitium, robur, & prudentia. Exercitium exprimitur in caſtrorum. quaſi dicat, ſecundum glo. Non ſubitò militans, ſed in caſtris hæc congregatio eſt, iugiter conſummata, id eſt multum exercitata in militia ſpirituali. Robur autem ſonat aciei nomen, quod dicitur ab aciendo: nam acies eſt exercitus, qui acutis armis ad bellum incedit. Pro prudentia ſubdit, ordinata. In ordine præcipuè attenditur connexio & indiuiſio, atque veritas præliantium, in quo vnitas ſocietatis inſinuatur.
G Vnde glo. ordinata, id eſt per charitatem vnita, & nunquàm interrupta. Secundum autem lucrum eſt conatus ad bonum, quia in omni exercitio virtuoſo amplius proficere poteſt, atque in bono perſeuerare vnita ſocietas, quàm quilibet per ſe ſolus. Melius enim poteſt ieiunare, melius orare, melius vigilare, melius laborare, & ſic de ſimilibus: melius quoque ſeruantur tria principalia religionum vota. Quod exprimere volens Propheta inquit in Pſal. 132. Ecce quàm bonũ, ſcilicet quantum ad obedientiam. & quàm iucundum,
H quantum ad caſtitatem, habitare fratres in vnum, quantum ad paupertatem. Hoc quoque exprimit Bernar. exponens illud, Matthæi 17. Bonum eſt nos hic eſſe. vbi ait: Bonum eſt nos hic eſſe, ſcilicet in ſocietate bona: quia in ea homo viuit purius, cadit rarius, reſurgit velocius. Incedit cautius, quieſcit ſecurius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius, & præmiatur copioſius. Quæ verba ſerioſius exponuntur in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermone 16. quaſi per totum.

A **ARTICVLVS SECVNDVS**

De multis modis, per quos a peruerſis hominibus fragiles ſeducuntur.

SEcunda ſocietas eſt fragilium cum peruerſis, & hęc peſſima eſt. & de hac Propheta ſubdit, Et cum peruerſo peruerteris, ſ. ſi fragilis es: & poteſt eſſe thema in præſenti articulo. Tribus modis peruerſi peruertunt fragiles conuerſantes cum eis. Primò malitijs, ſecundò blanditijs, tertiò violentijs.

B *De triplici malitia, per quam peruerſi ſeducunt fragiles.* Cap. I.

PRimò quidem peruertunt peruerſi fragiles malitijs ſuis. Tribus quippe malitijs a talibus ꝑuertuntur. Primò malitia naturali, ſecundò malitia criminali, tertiò malitia infernali.

Prima malitia.

PRimò enim peruerſi peruertunt fragiles malitia naturali. Sunt nempe pleri-
C que naturali aſtutia præditi, & in peccatis multipliciter irretiti, qui quoſdã ſimpliciores conuerſantes cum eis decipiunt, & ſeducunt, & in multis vitijs, & criminibus coinquinant. Et de tali decepto Oſeæ 7. c. ait: Et factus eſt Effraim, quaſi columba ſeducta, non habẽs cor, ſ. prudẽs ad vitandũ conſortia. Facit enim diabolus ſicut auceps, qui ponit columbam, quæ conſuetos oculos hẽt in decipula ſua: ad quã aliç accedẽtes nõ intelligũt eam captã: & quod mirũ eſt, cũ illa quç nõ videt, capiunt aliç, quç oculos habẽt. Sic diabolus per vnũ excecatũ capit alios oculatos. Nam ſicut Chryſoſt.
D ſuper Matth. ait: Bonus malo ſi cõnectitur, aut pares reddũtur, aut citò ab inuicẽ ſeparãtur. Amicitię enim partes, aut quęrũt, aut faciũt. Et iterũ ibidẽ ait: Rerũ natura ſic eſt, vt quotiẽs bonus malo coniungitur: nõ ex bono malus melioratur, ſed ex malo bonus cõtaminat. Diuerſitas enim rerũ, nunq̃ põt hẽre cõcordiã, & multos ſolicitat ſocietas ad nefanda. Fugiat igit̃ iuuenis ętas, fragilis & imprudẽs talia conſortia mala: quia ſicut Iſidorus in ſoliloquijs ait, Melius eſt habere malorũ odiũ, q̃ cõſortiũ. Sicut multa hẽt bona cõis vita Sanctorũ: ſic plurima mala ſocietas affert malorũ. Proinde ſequẽdũ eſt conſiliũ Caſſiodori, qui exponẽs illud Pſal. E
Declinate a me maligni, ait: Remediũ enim eſt, quẽ conuerti velle non videris, vitare ſi poſſis. Prouerb. quoq; 13. c. Salomon ait, Qui cũ ſapiẽtibus graditur ſapiẽs erit, amicus ſtultorũ ſimilis efficietur. Volũt tamen diuidi ab hominibus malis quidã ex ſuperbia, quidã ex miſericordia, quidã ex cautela. Primò enim volũt quidã diuidi a malis ex ſuperbia, ſicut faciũt hypocritæ, & ſuperſtitioſi. Tales erãt Phariſæi, qui Matth. 9. dicebãt Apoſtolis, Quare cũ Publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? Et de talibus Iſa. 65. c. ait: Qui dicũt, recede a me, ne appropinques mihi, quia immundus es. F
Iſti fumus erũt in furore meo, ignis ardens tota die. Secundò verò fugiũt quidam malos ex miſericordia, videlicet qñ recedunt ne illi peiores fiant, ſ. eos perſequendo, vel blaſphemãdo. Sic & Ioan. 8. c. Dñs fugit: nã tulerunt Iudæi lapides, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Tertiò fugiunt quidam malos ex cautela, vel ad cautelam, videlicet ne ex conſortio malorum mali fiant. Sicut Ioan. Bapt. Luc. 1. de quo dicitur: Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Et in hymno Eccleſia cantat: G

Antra deſerti teneris ſub annis,
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

Malitia ſecunda.

SEcundò quidem peruertuntur fragiles a malis malitia criminali. Nam ſunt plerique homines tam ſceleſti, quòd vix poſſibile eſt aliquo modo conuerſari cum eis, quin homo inuoluatur in ſceleribus ſuis, aut in pœnis ſuis. Et de talibus 2. Timoth. 3. cap. admonet Apoſtolus dicens: H
Scito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incõtinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatũ amatores magis, quàm Dei. Et cõcludit, hos deuita. Meritò enim tales, & cõſimiles euitari debent, & maximè propter duo. Primò vt euitemus eorum culpam, ſecũdò vt euitemus eorum pœnam. Primò inquàm euitemus eorum culpam, id eſt ne contaminemur ab illis; aut per malũ participium, aut

A per ſuum colloquium. aut per damnoſum conſenſum. Primò ne contaminemur per malum participium. Nam Eccleſiaſt. 13. c. ait: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Secundò ne contaminemur per prauum colloquium. 1. Corin. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Tertiò, ne contaminemur per damnoſum conſenſum, quod fit vel non arguẽdo cum poſſumus, & tenemur illis fauorem, aut cõſiliũ, ſiue auxilium prębẽdo. Nã, ſicut Apoſtolus ad Rom. 1. c. ait: Qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed ẽt qui
B conſentiunt facientibus. Propter hanc triplicem contaminationem Iſa. 52. c. ait: Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tãgere. Ter dicit, recedite, vel exite: quia recedendum eſt, vel exeundum, ne polluamur in corpore per conſenſum. In ore per colloquium, & in opere per malum participium. Secundò fugere debemus malos, & ſceleratos, vt euitemus eorum pœnam. Vnde Geneſ. 19. dicit Loth ad ſocios ſuos: Surgite, & egredimini de loco iſto: qa delebit Dominus ciuitatem hanc, & viſus eſt quaſi ludens loqui. Et ſequitur, quòd Angeli dixerunt ad Loth Exurge, & tolle
C vxorem, & duas filias: quas habes, ne tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Numeri quoque 16. cum terra deglutiuit Dathan, & Abiron, & omnia quæ ad illos pertinebant: quia blaſphemauerunt Deum, & omnis Iſrael, qui ſtabat per girum, fugit a clamore pereuntium dicentes, ne fortè & nos terra deglutiat.

Malitia tertia.

Tertiò autem peruertuntur fragiles a peruerſis malitia infernali. Mira res. tanta eſt malitia, quam docente dia-
D bolo quidam peruerſi diſcunt, vt multas nequitias per eos in mundo dæmones operentur, quas operari quodammodo nequirent per ſeipſos. Maioremq́ue poteſtatem habent ſancti viri ſuper dæmones, quàm ſuper hos peruerſos homines. In huius myſterium Matth. 10. Dominus conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerẽt eos: & non dedit eis poteſtatem ſuper homines malos. Per Euam quippe Adam a diabolo ſeductus eſt. Meritò ergo draconi, & ſtrutioni tales peruerſi aſſimilantur. Proinde Iob 30. c. in fine, ait: Frater ſui draconum, & ſocius ſtrutionum. Dracones enim, E
ſecundum Iſidorum, cum flammiuomi ſint, ex hoc aer concitatur; virus in caudis habent. Vnde quos caudis ligant, occidunt. Crura profectò elephantium circuncingendo ſtringunt oculos eorum, impetunt, atque eos ſuffocando perimunt. In his notantur homines peruerſi, & peruerſores, qui profectò dracones ſunt igniuomi, ſeu flammiuomi. Ideo ex eis concitatur aer, quia peruerſi verbis peſtifera malitia plenis corrumpunt illos, qui conuerſantur cum eis. Nam draco occulte inſidiatur. Caudę, in quibus habent virus, ſunt infernales, & circunuentiuæ malitiæ, quibus homines cir F
cunueniendo perimunt trahẽtes ad malam vitam. Inter quos intereunt elephantes exoculati, id eſt hi, qui quandoq; videntur gratijs, & virtutibus magni, & illuminati. Strutio quidem, ſecundum Iſidorum animal eſt in ſimilitudinem auis, habẽſq́ue alas, a terra tamen non eleuatur. Oua fouere negligit, ſed proiecta tantummodo fatu pulueris animantur. De ouorum ſuorum frigore minimè dolet, atque induratur ad filios quaſi non ſuos. Per ſtrutiones miſticè deſignantur parentes, qui de mala ſocietate filiorum ſuorum, atque de ipſorum fœtu non curan- G
tes, tantum corpora nutriunt, moreſque in eis negligunt & contemnunt, vnde ſceleſti fiunt. Cuius profectò ratio, & cauſa eſt, quia licèt videantur habere alas Chriſtiani cultus: a terra tamẽ non eleuantur, nec volant curarum ſecularium, & criminum ponderè prægrauati: ſicque ad filios indurantur, atque eorum frigore, & vita ſcelerata modicum curant, quaſi non ſint filij ſui. Meritò ergo in perſona fragilium lamentatur ſanctiſſimus Iob dicens, Frater fui draconum, & ſocius ſtrutionum. quaſi dicat: Non mirum ſi cum peruerſis conuerſatus, peruerſus effectus ſum. Nec inſuper mi- H
rum eſt, ſi fragilis peruerſi ſotius peruerſus efficitur, cùm in terra, & in cœlo peruerſa ſocietas peruerſi Sathanæ peruerſam fecerit tertiam partem ſtellarum, id eſt Angelorum cœli, & miſit eas in terram. Vnde Apocalyp. 12. cap. myſticè ſcriptum eſt, quòd draco, id eſt Sathanas cauda ſua, id eſt circunuentiua malitia ſua, trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram. Prima pars fuit, quæ diuinæ voluntati adhæſit: ſecunda quæ vacillauit, ſed tandem Deo coniuncta eſt: tertia verò, quæ ex ſeductione Luciferi peruerſi ſocij a Deo peruerſa fuit, Et miſit eas in terram: quia iam

A iam creatorem contemplari non poſſunt, ſed ad ſolam creaturam conſiderandã, prolapſi ſunt. Tanta quippe eſt in quibuſdam ciuitatibus, ſeu terris, vel nationibus horribilitas, abominabilitas, ac petulantia peccatorum ſceleratorum: vt cohabitationum eorum abominentur, & horreant, & fugiãt etiam ipſi Angeli Dei. Nec mirum, cum & ipſe creator benedictus, Ezech. 22. cap. dixerit, Coinquinabar in medio eorum. Admirabile verbum, & omni ſtupore dignum. Coinquinabar, inquit, non quòd vlla inquinationis via ſit inquinamentis ad ipſum Deum: ſed quoniam ſe abſtulit ab eis, ac ſe- B parauit, & longè fecit, quemadmodum facere conſueuerunt coinquinari timentes. Fugiunt etiam beati Angeli a ſordibus, & ſordidatis. Et adiuuatur iſte ſermo ex eo, quod accidit in ciuitatibus Hieruſalem imminẽte excidio eius, quod factum eſt per Imperatores Romanos, Titum & Veſpaſianũ. Audita namque fuit vox Angelorum ſanctorum, qui dicebant, Transeamus ab iſtis ſordibus. Quo ſermone euidentius oſtenderunt, ſordes illas indignas fuiſſe contubernio, & cohabitatione illorum. Similis vox audita eſt in quadam domo religioſa, imminente diſſipatione ipſius. Audita inquam C fuit ex perſona Beatæ Virginis, quæ patrona erat domus illius, cum ædificata eſſet in nomine ipſius, vel in honore nominis eius. Subſecuta autem diſſipatio clarius patefacit Beatam Virginem, iuxta verbum quod auditum fuerat, receſſiſſe a domo illa eidemque conſuetum patrocinium ſubtraxiſſe. Ex omnibus ſupradictis oſtenditur, ſanctos, ac beatos Principes, & eruditionẽ, & interpellationem, & defenſionem, & gubernationem, & liberationem, atque cuſtoditionem, & alia officiorum ſuorum beneficia hominibus propter antedictas cauſas D non immeritò ſubtrahere, & auferre. Si enim, iuxta illud Sapientiæ 1. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Quid mirum, ſi ſancti, atque beati Angeli ſequentes tantum ad talem ducem, effugiunt ſceleſtiſſimas nationes? Quid mirum, ſi creator benedictus dereliquit eas, quæ priores illum abiecerunt, ſi ſubtrahit eis præcipua beneficia ſua, quæ ſpiritualia ſunt? cum ipſe ſacræ, ac beatæ ſuæ ſeruitutis officia eidem ſubtrahere nec veriti ſunt, nec adhuc ſubtrahere expaueſcunt. Iuſtiſſimũ quippe eſt, vt hi qui Deo ſe ſubtrahunt, ſeipſe ſubtrahat ab eis: & ab his, qui ſe ab illo auertunt ſeipſe auertat: ſicut patet in E gente Saracenorum, & aliorum infideliũ, maximè in Ægypti partibus, in quibus olim fulſerunt tantæ multitudines ſanctorum Patrum. Quinimmò admirãda eſt benignitas Saluatoris, quòd talibus vitam & largitur, & conſeruat, aliaque multiplicia dona perfectiſſima largitate præſtare non ceſſat: qui non ſolum vita ipſa indigniſſimi ſunt: ſed etiam omni alio bono, præſertim cum ipſis bonis, quæ ab ipſo creatore accepiſſe illos manifeſtum eſt, non ſolum execrabiliter abutuntur: ſed etiam creatorem benigniſſimum nequiſſimè impugnãt, nõ ſolum in ſemetipſis ſeipſos nefariè pol- F luentes: ſed etiam in Dei cultoribus, quos a Dei cultu, & honorificentia per malam contagionem auertunt: atque non ſolum corruptis verbis, & nefarijs operibus: ſed etiam gladio, & igne fideles ad perfidiam infidelitatis eorum peruertere ſtudent. Vide igitur, maximè tu fragilis conditio iuuẽtutis, atque etiam tu fragilis virilisq; ætas, quanti periculi ſit malorum conſortium, cum non ſolum Angeli ſancti, & Beata Virgo: verum etiam ipſe Deus quodammodo inquinari pertimeſcat a ſordibus impiorum, & corruptorum.

G

De tribus blanditijs, quibus a peruerſis fragiles peruertuntur. Cap. 2.

SEcundo peruertunt peruerſi fragiles ſuis blanditijs, quibus tripliciter inquinant eos. Primò blanditijs auaritiæ, ſecundò blanditijs luxuriæ, tertiò blanditijs ſuperbiæ. Et hoc per ſeptem gradus, quibus inquinati deſcendunt in æternam damnationem. Primus gradus deſcendendi eſt per corruptionem, ſecundus per operationem, tertius per locutionem, quartus H per impulſionem, quintus per præcipitationem, ſextus per illaqueationem, ſeptimus per æternam damnationem. Primus gradus deſcendendi eſt per corruptionem. & de hoc 1. Ioan. 2. ſcriptum eſt: Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, vt ſuperbia vitæ. Et his inquinati corrumpunt fragiles conuerſantes cum eis. proinde Iſa. 45. cap. admonet eos, dicens: Labor Ægypti, & negociatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt: quaſi dicat, ſis cautus, quia aliàs te corrumpent in eiſdem. Per laborem, Ægy-

Secundo ſuis blanditijs peruerſi fragiles peruertunt.

A pti deſignatur labor, qui eſt in procurando peccatum luxuriæ, quod per Ægyptum ſignatur, quia obtenebrat intellectum, & rationem. Vnde Propheta inquit: Supercecidit ignis, & non viderunt Solem, ſcilicet iuſtitiæ Chriſtum. Per negociationem Æthiopiæ concupiſcentia oculorum, quæ ſemper vult negociari, atque lucrari. Per viros ſublimes Sabaim ſignantur ſuperbi. Sabaim enim interpretatur clamantes: nam ſecundum Gregorium ſuperbis ineſt clamor in locutione. hæc tria genera peruerſorum faciliter ad fragiles tranſeunt, vt eos ſibi per blanditias conformes efficiant. B Secundus gradus per operationem, ſcilicet trium prædictorum vitiorum. Sed hi a fragilibus fugiendi ſunt exemplo Prophetæ, qui de ſe ait, Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Et de luxurioſorum conſortio, Eccleſiaſt. 13. ſcriptum eſt: Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Et de hoc patet exemplum 3. Regum 11. vbi de Salomone ſcriptum eſt: Qui Salomon mulieribus alienigenis: ecce ſocietas mala contra præceptum Domini, copulatus erat ardentiſſimo amore: & ſequitur, quòd auerterunt cor eius mulieres. Cumque eſ- C ſet iam ſenex, propter mulieres ſecutus eſt deos alienos. Tertius gradus eſt per locutionem. Nam quia hę blanditiæ communiter fiunt verbis. Ideo de talibus Matthæi 12. cap. Dominus ait, Ex abundantia enim cordis os loquitur. Sequitur, malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Et 1. Corinth. 15. Apoſtolus ait: Corrumpunt bonos mores colloquia mala, ſcilicet tripliciter, blandiendo, & corrumpendo. Vnde Apocalyp. 9. cap. de talibus corruptoribus per has blãditias myſticè ſcriptum eſt: De ore eorum procedit ignis, fumus, & ſulphur: & ab his tribus D plagis occiſa eſt tertia pars hominum. In quibus ſacratiſſimis verbis tria genera blanditiarum denotantur. Primò in igne ſignantur blanditiæ cupiditatis. Nam ſicut ignis nunquàm ſatiatur lignis, ſic blanditiæ cupiditatis ad inſatiabilem cupiditatem perducunt: vnde Eccleſiaſt. 5. ſcriptum eſt: Auarus non implebitur pecunia: de ſocietate & conſortio talium, Eccleſiaſt. 21. ſcriptum eſt: Stuppa collecta ſynagoga peccantium, ſcilicet cupidorum, & conſummatio illorum flamma ignis: quia inuicem ex conſortio incenduntur, & comburuntur. Et iterum de talibus Propheta ait, Exarſit ignis in ſynagoga eorum. Ecce ſocietas mala, flamma combuſſit peccatores, E quia inuicem igniuntur. Secundò etiam in fumo blanditiæ vanitatis, & ſuperbiæ indicantur. Fumus quippe aſpicientibus blauum profert colorem. Ex quo pulchritudinẽ apparentiæ indicare poteſt. Qui verò in altum cõſurgens, citius euaneſcit, nihil melius, quàm ſuperbiam, & vanitatẽ deſignat. Et de hoc vanæ mulieres cum reſipiſcũt in ſenectute confunduntur, & erubeſcũt. Vnde ad tales Roma. 6. c. Apoſtolus ait: Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, ſ. vanitatibus, in quibus nunc erubeſcitis. Nam finis illorum mors eſt, ſ. corporalis, ſpiritualis, & ęternalis. F Tertiò verò in ſulphure denotantur blanditiæ luxurioſorum: quia per ſermones obſcœnos ad luxuriæ fętorẽ inducunt, quod ſulphur manifeſtè inſinuat, cum ſit terra ardens, & fętens. Et ad tales ſeductos, Hierem. 38. c. dictũ eſt: Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerunt te in cęno, ſ. luxuriæ, & in lubrico pedes tuos, i. affectus tuos. Quartus gradus eſt per impulſionem. Vnde Propheta talibus prænunciat, dicens: Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. In quibus verbis oſtendit tria, quæ ruinam innuunt fra- G gilium ex peruerſorum ſocietate. Primum eſt obſcuritas, ſecundum lubricitas, tertium eſt violentia. Primum propter auaritiam, ſecundum propter luxuriã, tertiũ propter ſuperbiã. Primum eſt obſcuritas. Vnde ait, fiat, i. fiet ex peruerſorum conſortio via illorũ, ſ. fragilium, tenebræ, iuxta propheticum illud, Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Secundum eſt lubricitas. & de hoc ſubdit, & lubricum, Threno. 4. Lubricauerũt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, id eſt publicè. Tertium eſt violentia. Vnde addit, Et Angelus Domini perſequens eos. Angelus iſte dia- H bolus eſt: qui ideo Angelus Domini nuncupatur: quia velit nolit, Deo ſubiectus eſt, Iob 4. Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles. Et hic Angelus perſequitur fragiles, atque impellit, vt in ſcelera deijciat eos. Viator quippe, cui hæc tria concurrunt, non corruere minimè poteſt. Nam qui incedit per noctem tenebroſam, per viam lubricam, & ad hæc impellitur: ſubſiſtere nequaquàm valet. Et de his tribus Hierem. 23. iterum ait, via eorum erit quaſi lubricum, in tenebris impellentur, & corruent in ea. Quintus per præcipitationem,

quod

A quod quidem ad hæc deterius eſt, quia fragiles ex vno peccato in aliud poſtea præcipitati ruent: nam ex auaritia ruent in ſuperbiam, & luxuriam: ex luxuria in auaritiam, & ſuperbiam: Ex ſuperbia in auaritiam, & luxuriam. Nam Iſa. 24. capit. ſcriptum eſt. Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui es habitator terræ: ſcilicet peruerſorum. Et erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicauerit de fouea tenebitur laqueo: per formidinem denotatur auaritia diuitiarum, quæ ſemper timet. Iob 15. Sonitus terroris ſemper in auribus illius: B & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur: proinde Seneca etiam ait: Videt pauperem, & ſuſpicatur: furem videt diuitem, & æſtimat prædonem. Per foueam, luxuriam deſignatur. Prouerb. 23. Fouea enim profunda eſt meretrix: & puteus anguſtus aliena, ſcilicet mulier. Per laqueum propriè ſuperbia indicatur, quæ aues id eſt pennatos virtutibus quandoque capit. Quia, vt ait Auguſt. ſuperbia bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Sextus per illaqueationem. Nam his tribus vitijs fragiles a peruerſis illaqueantur. De laqueo auaritiæ Propheta in perſona fragilis ait, C Laqueum parauerunt pedibus meis, ſcilicet homines ipſi peruerſi. & incuruauerunt, ſcilicet ad terram animam meam. 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. De laqueo luxuriæ, Eccleſiaſt. 7. Iuueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt. Prouerb. 6. Mulier autem viri pretioſam animam capit. Ecce laqueus malus. De laqueo ſuperbiæ Propheta ait: In via, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Septimus gradus per damnationem. Ideo ſubditur a Ioanne, Et ab his tribus plagis, ſcilicet ignis, fumi, & ſulphuris, occiſa eſt D tertia pars hominum. Sunt namque plerique, qui horrent ſceleratorum ſocietatem, & fugiunt eam, propterea non contaminantur ab eis. Sunt quoque viri ſolidi, & perfecti, qui non contaminantur ex conſortio impiorum, ſicut in ſequenti tertio artic. apparebit. Sunt inſuper quidam fragiles, qui ex conſortio iniquorum impenitenter inficiuntur, & hi ſunt tertia pars hominum, quæ occiſa eſt. Sunt tamen plerique, qui ſub pallio pietatis, & miſericordiæ vni ſcelerato viuēti inter multos fragiles parcunt. Sed audiant, quid Hierony. 45. diſtinct. in cap. ſed illud. in fine ait: E Quæ iſta bonitas? quæ iſta miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur.

De triplici violentia, qua a peruerſis fragiles contaminantur. Cap. 3.

TErtiò autem peruertunt peruerſi homines fragiles violentijs. Triplici quidem violentia corrumpunt eos. Prima eſt violentia exemplationis, ſecunda eſt violentia continuationis, tertia eſt F violentia infeſtationis.

Violentia exemplationis.

PRima inquàm eſt violentia exemplationis. Plus enim mouent exempla, quàm verba. Et vt Leo Papa in ſermone de ieiunio ait: Validiora ſunt exempla quàm verba: & plenius opere docetur, quàm voce: proinde Bern. de malo exemplo ait: Corrumpunt bonos mores colloquia praua, quanto magis opera. Et iterum in quodam ſermone inquit: Nonne tibi videtur grauiorem ab eo Chriſtus G ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione maligna exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione ab eo peruertit animas, quas redemit, quàm a Iudæo, qui ſanguinem ſuum fudit. Maximè tamen nocet eccleſiaſticorum exemplum malum. Vnde 83. diſtinct. in cap. nemo. Auguſt. ait: Nemo amplius in eccleſia nocet, quàm qui peruerſè agens nomen, vel ordine ſanctitatis, & ſacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Et de talibus Bern. etiam ait: Monſtruoſa res eſt gradus primus, animus H infimus, ſedes ſumma, vita ima, lingua magniloqua, manus otioſa, ſermo multus, fructus nullus, vultus grauis, actus leuis, ingens auctoritas, & nutans ſtabilitas: quantum talium malum exemplum noceat fragilibus animabus, oſtenditur 17. quæſtio. 1. in cap. qui bona. vbi Gregor. ait: Sunt qui cuncta relinquere, & Dei ſeruitio ſe ſubdere, & freno caſtitatis ſe reſtringere deliberant: ſed cum poſt caſtitatem alios cecidiſſe conſpiciunt, ſe retrahendo meritum perdunt.

A *Violentia continuationis.*

SEcunda eſt violentia continuationis,
quæ paulatim deuincit fragilem cum
peruerſo, & impio conuerſantem. Vn-
de Iſidorus lib. primo ſoliloquiorum, ait:
Ante ignem conſiſtens, etiam ſi ferreus ſis,
aliquando diſſolueris, proximus periculo
diu tutus non eris. Per aſſiduitatem citò
peccat homo, ſæpe familiaritas implica-
uit, ſæpe occaſionem peccandi dedit: ſæ-
pe quos voluntas non potuit, aſſiduitas ſu-
perauit. Et iterum Seneca ait, Conuictor
delicatus paulatim eneruat, & emollit. Ne-
B ceſſe eſt, aut imiteris, aut oderis. vtrunque
autem deuitandum eſt, ne autem ſimilis
malis fias: quia multi ſunt, vel inimicus
multis, quia diſſimiles ſunt. Cum his con-
uerſare, qui meliorem te facturi ſunt: illos
admitte, quos tu potes facere meliores.
Ex hoc 1. Corint. 5. cap. Apoſtolus ait: Mo-
dicum fermentum, ſcilicet per continua-
tionem, totam maſſam corrumpit. Et de
populo Iudæorum Propheta ait: Et com-
mixti ſunt inter gentes, ſcilicet non tan-
tum corpore, ſed etiam opere. Vnde ſub-
dit, Et didicerunt opera eorum, quia diſ-
ficile eſt tangere ſerpentem, & non vene-
C nari: & ſeruierunt ſculptilibus eorum, &
factum eſt illis in ſcandalum. Acetum mi-
xtum cum bono vino, illud in acetum ver-
tit. ſecundum Palladium, apes mellifica-
re, ſeu habitare non poſſunt, vbi genera-
tur echon. Sic nec homines virtuoſi, mel
virtutum congregantes inter rixoſos con-
uerſari non valent. Ex conuerſatione le-
proſi paulatim fit homo leproſus. Dicitur
quoque, quòd corda facta de inteſtinis lu-
pi, ſi apponatur cordis factis de inteſtinis
ouis, conſumit eas. Item pennæ aquilæ
ſi ponantur cum pennis gallinæ, conſumũt
D eas. Oſſa quoque gallinæ auro permixta,
ipſius ſunt conſumptiua: Inſuper vna cor-
da diſcordans in ſono, deſtruit melodiam.
Similiter contingit de diſcordãte voce in-
ter cantores. Omnia hæc exempla clamant
fragilibus fugienda eſſe conſortia prauo-
rum. Proinde Gregor. homilia 9. ſuper
Ezechielem. Infirmi prauorum debent ſo-
cietatem declinare, ne mala, quæ fre-
quenter aſpiciunt, & corrigere
non valent, delectentur imi
tari. Et Eccl. 7. Diſcede
ab iniquo, & de-
ficient mala
abs te.

Violentia infeſtationis. E

TErtia eſt violentia infeſtationis. Tan-
ta eſt quandoque erga fragiles infe-
ſtatio peruerſorum, vt tædio & im-
portunitate eos deijciant, & deuincant. Pa-
tet exemplum de Petro, Ioan. 18. Qui exi-
ſtens cum paſſionum Chriſti miniſtris Do-
minum denegauit, & in negando perſeue-
rauit: ſed, vt dicitur Luc. 22. Egreſſus foras,
id eſt ſeparatus ab eis, amarè fleuit. Et ite-
rum Seneca in quadam epiſtola ait: Salu-
tare eſt non conuerſari cum diſſimilibus,
& diuerſa cupientibus: turba & ſi non mu-
tat, te impedit tamen. Multum autem no- F
cet etiam, qui moratur in vitio alter alte-
rum erudimus. Quomodo autem reuo-
cari poſſunt ad ſalutem, quos nemo reti-
net, & populus impellit. Hoc maximè
contingit in eis, in quibus ex corrupta con-
ſuetudine vulgus currit. Plerique enim li-
cèt eſſent iuſti ſine conſortio peruerſorum,
tamen cum ſocietate eorum ſceleſti fiunt.
Nam ſicut naturales aiunt, venenum arti-
ficialiter factum conficitur ex commixtio-
ne plurium frigidorum, vt dum res frigi-
da frigidis copulatur, frigiditas augetur,
& ſic naturali calori fortius aduerſatur. G
Proinde contingit ſæpe quòd id, quod non
eſt per ſe nociuum, fit venenum ex noci-
uorum commixtione. Sic contingit ple-
riſque non peruerſis, quia dum impijs co-
pulantur, peruerſiſſimi fiunt. Sicut patet
diebus noſtris in partialitatibus, in ſtipen-
diarijs, & in guerris. Fugienda igitur ſunt
conſortia peruerſorum, quod vt frequen-
tius fiat, mala peruerſi hominis paucis ver-
bis tibi perſtringam.

Quid eſt homo peccator, atque peruerſus?

Eſt enim homo peruerſus inimicus Dei,
Angelorum æmulus, amicorum Dei actu,
& mente cõtrarius, inimicorum Dei ami- H
cus, dæmonum ſeruus, deformata Dei ima-
go, indignitas vitæ, turpator naturæ, cor-
ruptio morum, odium ſui, ſubſannatio
virtutum, virtuoſorum irriſor, contem-
ptor in mandatis Dei, truffator in ſacra-
mentis, deriſor in promiſſionibus, cœli
exul, inferni promiſſus ciuis, amator mun-
di, turpitudinis cultor, ſubſellium libidi-
nis, crudelis & amara vita, conſcientia
praua, voluntas iniqua, conſcientia cæca,
ratio corrupta, memoria ſterilis, infructuo-
ſus mons, organum & cythara, & inſtru-
mentum diaboli ex malitia, & voluntate,
non ex proprietate naturæ: materia infer-
nalis

A nalis ignis, cœnobium cogitationnm malarum, obſcuratus Sol, eclypſata Luna, ſtella de cœlo innocentiæ cadens, ignis in ſeipſo ardens, aqua maris amara ex feruore, mali quieſcere non valens: fluxibile flumen in mare damnationis, grauiſſima terra ex ponderibus peccatorum ſpinas, & tribulos malè germinans. Auis inconſtans, aquila per ſuperbiam altè volans, falco inſidiens innocentiæ, miluus ad viſcera putrefacta deſcendens, coruus procraſtinans pœnitentiam cadaueribus mortuis, videlicet operibus inſidiens. Vmbra luminis infernalis, nubes aquarum malarum, B obſcura nebula, tonitruum terrens, vapor percutiens. Quid plura? Ipſe eſt ventus ſemper contrarius eccleſiæ peregrinæ, & nauiganti. Quis igitur homo fragilis tam inſanus, tam temerarius, tamque ignorans, qui non fugiat, & horreat conſortia peruerſorum, niſi qui cum peruerſis vult eſſe peruerſus?

Articvlvs Tertivs.

De triplici varia ſocietate bonorum, & malorum virorum.

C

Tertia eſt ſocietas iuſtorum, ſeu perfectorum cum malis. Et de hoc Propheta ſubdit; Quoniam tu, ſcilicet Deus populum humilem ſaluum facies. Et poteſt eſſe in hoc articulo thema. Populus quippe humilis, quem Dominus ſaluum faciet: ſunt viri iuſti, atque perfecti, qui ex humili charitate, & ex condeſcenſiua benignitate conuerſantur cum malis, vt eos retrahant a peccatis. Neque inſuper abſque indicio humilitatis eſt, quòd homines mali côuerſantur cum iuſtis. Hoc D enim Paganus Seneca ſenſit, cum in ſexta epiſtola ait: Nulla res magis induit animos honeſtos, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio. Paulatim enim honeſtas deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri. Talis ſocietas eſt in viris perfectis, ſeu iuſtis, quandoque deſiderabilis, quandoque tolerabilis, quandoque euitabilis.

De mira vtilitate ſocietatis iuſtorum, & perfectorum cum malis. Cap. 1. E

Tertia ſocietas perfectorum cũ malis.

Primo eſt, quandoque deſiderabilis, pro peccatorum, ſcilicet conuerſione. Vnde Matth. 9. c. Iam Matthæo ad pœnitentiam vocato a Chriſto dicitur, quòd factum eſt diſcumbente Ieſu in domo: Ecce multi Publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius. Et videntes Phariſæi, dicebant diſcipulis eius: Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiens, ait: Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. F Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. In qua reſponſione tripliciter cõfutat Phariſæos, & ſimiles Phariſæis. Primò ratione, ſecundò auctoritate, tertiò verò exemplo. Primò ratione: Hoc ideo facio, quia non eſt opus, id eſt operoſus, hoc eſt neceſſarius valentibus, id eſt ſanis medicus, ſed malè habentibus. quaſi dicat: ſenſibiliter patet quòd familiarius ſe debet habere medicus ad infirmũ, qui eo indiget, quàm ad ſanum. G Ego ſum medicus animarum, ſicut de me Propheta inquit, Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Ideo debeo me ſic habere ad peccatores, qui ſunt infirmi ſpirituali infirmitate. Secundò ſubdit auctoritatem, dicens: Euntes diſcite, quid eſt, ſcilicet quòd Dominus Oſeæ 6. cap. ait, Miſericordiam volui. ſcilicet per peccatorum dimiſſionem, & non ſacrificium. quaſi dicat: Si hanc ſcripturam diligenter conſideretis, reperietis me facere ſecundum illam. Et merito, quia Prouerb. 21. etiam ſcriptum eſt, Facere miſericordiam, & iudicium magis placet Deo, quàm victimæ. H Tertiò addit exemplum de ſeipſo, dicens: Non enim veni vocare iuſtos, ſcilicet ad pœnitentiam: ſed vt proficiant de virtute in virtutem: ſed peccatores ad pœnitentiam, vt corrigantur, ſecundum Bedam, & Rabanum. Vel non veni vocare iuſtos, id eſt eos, qui ſe reputant iuſtos: quia ſi conuertantur, iam non ſibi iuſti videntur, vt Chryſoſt. ait: de Oſeæ Propheta etiam patet exemplum. de quo 32. q. 1. in cap. non eſt culpandus. vbi Hierony. inquit: Non eſt culpandus Oſeæ Propheta, ſi meretricem quam duxit, ad pudicitiam conuertit: ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit.

A fecit. Non enim qui bonus permanet polluitur, ſi ſocietur malo: ſed qui malus eſt, in bonum conuertitur, ſi boni exempla ſectetur. Ex quo intelligimus non Prophetam perdidiſſe pudicitiam fornicariæ copulatum: ſed fornicariam aſſumpſiſſe pudicitiam, quam antea non habebat. Meritò ergo Gregor. in 1. Moral. exponens illud 1. cap. Iob vir erat in terra Hus, ait: Non valde laudabile eſt bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. Sicut enim grauioris culpæ eſt inter bonos bonum non eſſe: ita immenſi eſt præconij bonum etiam inter malos extitiſſe. Ex quo patet, quòd
B intelligit de iam ſolidis iuſtis. Ipſa quoque natura in elementis docet hoc, vt perfectiora perficiant minus perfecta. Nam aqua perficit terram, aer aquam, ignis aerem. Sic neceſſe eſt homines perfectiores perficere imperfectos. Non enim pro ſe tantum largitur Deus iuſtis gratiæ largitatem, ſed vt ſalua ſalute ſua illam alijs habeant impartiri. Proinde Matth. 13. cap. de talibus Dominus ait: Fulgebunt iuſti, ſicut Sol in regno patris eorum, id eſt in ſtatu perfectionis virtutum, vbi Chriſtus in viris iuſtis perfectè regnat. Ecce quòd virum perfectum aſſimilat Soli. Et meri-
C tò quidem. Nam ſicut Sol ſine ſui pollutione effundit radios ſuos ſuper loca, & corpora non tantum munda, ſed etiam immunda, ac fœtentia, & ſordibus plena, ex quorum contactu, & homines, & plura alia inficiuntur, & tamen radij Solis ea contingentes remanent impolluti: ſic profectò ſolaris homo, & iuſtus iuxta gratiam a Domino ſibi datam, impartitur peccatoribus inquinatis ſine ſui pollutione radios ſolares, vel ſalutares ad gloriam ſummi Dei. Nam & hoc præcepit Dominus Matth. 5. cap. dicens: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera ve-
D ſtra bona: quæ quidam radij ſunt: & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Eſt enim vir iuſtus, & grauis, moralis & ſanctus, quaſi ſpeculum in tota ciuitate, vel regione, ad cuius præſentiam, & aſpectum & boni, & mali quadam reuerentia, ac timore pariter, & amore in ſe conſiſtunt, atque ſuſpenſa mente quaſi quoddam cęlicum numen, & admirantur, & venerantur. Proinde ſtellioni meritò ſimilatur. Eſt enim ſtellio, quidam ſerpens accipiens nomen, ſecundum Iſidorum, a colore ſuo. Eſt enim a tergo depictus, lucentibus oculis in modum ſtellarum, qui ſcorpionibus adeo contrarius eſt, vt eo viſo in pauorem, E & torporem veniant, in tantum vt ſudore frigido perfundatur. Per eum meritò deſignatur perfectus homo decoratus ſtellis, & radijs virtutum, & gratiarum: ad cuius aſpectum etiam qui malè viuunt, virtute cœleſtis gratiæ, & timent, & ſudore pœnitentiæ madeſcunt, & ad Dominum conuertuntur.

Quòd conuerſatio iuſtorum cum malis quandoque tolerabilis eſt. Cap. 2.

SEcundò ſocietas iuſtorum cum malis quandoque eſt tolerabilis. Et de hoc F 23. q. 4. in cap. tolerandi. Auguſtinus ſuper illud Iſa. 52. Recedite, &c. de quo dictum eſt ſupra, artic. 1. cap. 1. Malitia ſecunda ait: Tolerandi quidam ſunt mali pro pace, nec corporaliter ab eis diſcedendum, ſed ſpiritualiter. Spiritualiter autem exire eſt facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiuſcunque ſalua pace diſplicere eſt non tangere. Non enim Prophetæ, qui hoc dicebant, populum ſuum dimiſerunt: ſed inter eos habitabant, quos increpabant. Hoc ergo exire, eſt ore non parce- G re. Hoc eſt immundum non tangere, voluntati non conſentire. Et in ſequenti capit. idem ait: Tu bonus tolera malum. Nam Chriſtus Iudam, cum ſciret furem eſſe, tolerauit & ad prædicandum miſit, eique cum alijs euchariſtiam dedit, Matthæi 26. Hæc omnia Chriſtus fecit, quia peccatum Iudæ alijs diſcipulis occultum erat. Et hinc mos eccleſiæ eſt, quòd peccatori occulto euchariſtia non negatur. Prædicta duo capitula decreti, cum quatuor ſequentibus, ſecundum Archidiaconum, intelligenda ſunt, quòd tolerandi ſunt mali in communione publica & pri- H uata. Societatem tamen malorum tenetur quilibet euitare, ſicut in præced. 2. artic. dictum eſt. Et ad hoc facit, quod habetur 7. q. 1. ſuggeſtum. & duobus cap. ſequentibus. Item 2. q. 7. peruenit. 28. q. 1. ſæpe. Et iterum 23. q. 4. in c. hæc autem. Gregorius ait: Hæc autem vita, quæ inter cœlum, & infernum ſita eſt, ſicut in medio conſiſtit: ita in vtrarumq; partium ciues communiter recipit, quos tamen ſancta Eccleſia, & indiſcretè ſuſcipit, & poſtmodũ in egreſſione diſcernet. Si igitur boni eſtis, quandiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerate malos. Nam quiſque malos non tolerat, ipſe

Secundò eſt tolerabilis.

A ſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus nō eſt. Abel ſibi eſſe renuit, quē Chayn malitia non exercet. Qui autem ſint iſti taliter tolerandi, oſtendit Auguſtinus in eadem quæſt. in c. ecce. vbi ait: Ergo, fratres chariſſimi, quot quot habetis inter vos, qui adhuc amore ſeculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inſpectores nugarum, conſultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruſpicum, ebrioſos, luxurioſos, quicquid inter vos malorum eſſe noſtis, quantum poteſtis improbate, vt corde recedatis: redarguite vt corde exeatis inde, & nolite conſentire, immundum ne tangatis. Et idem de ſimilibus intelligendum eſt.
B Vt autem noſcamus quid ſit ſociari malis, vide, quid Augu. ait in quæſt. præalleg. in c. ita plane, vbi ait. Ita plane ſociatur quis malis, ſi mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: ſi autem neutrum facit, nullo modo ſociatur. Porrò ſi addat tertium, vt non ſit in vindicando piger: ſed vel corripiat iuſtus in miſericordia, id eſt arguat, vel etiam ſi eam perſonam gerit, & ratione ſeruandæ pacis admittit, & coram omnibus peccātes arguat, vt cæteri timeāt: remoueatur etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipſa communione ſacramentorum.
C Sed ſi hæc omnia cum dilectione corrigendi non cum odio perſequendi faciat, pleniſſimum officium non ſolum caſtiſſimæ innocentiæ, ſed etiam diligentiſſimæ ſeueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo ſemper retenta incorruptum caſtumque cuſtodiunt. Iſta ſunt, vt nec faciat malum, nec approbet factum. Et in c. a malis: iterū ait. A malis ſemper corde diſtinguimini: ad tempus cautè corpore copulamini. Duobus modis non te maculat malus; ſi ei non conſentias, & ſi redarguas: hoc eſt non communicare, non conſentire: Communicatur quippe, quando
D facto eius conſortio voluntatis, & approbationis adiungitur. Neque ergo conſentientes ſitis malis, vt approbetis: neq; negligentes, vt non arguatis: neq; ſuperbientes, vt inſultantem arguatis, ad hoc facit etiam c. quiſquis. 23. q. 4.

Quòd propter ſeptem vitandi ſunt mali. Cp. 3.

Tertio eſt q̄nq; euitabilis.

Tertio ſocietas iuſtorū cum malis eſt quandoque euitabilis. Vnde 24. q. 3. in c. ecce, Proſper ait. Ecce autem crimina quorūlibet, & ſi ipſius crimino ſis confiteri nolentibus vndecunq; claruerint, E quæcūq; non ſuerunt patientiæ leni medicamento ſanata, velut igne quodam piæ increpationis, vrenda ſunt & curanda. Quod ſi nec ſic quidē æquinamiter ſuſtinentis, ac pie increpantis medela proceſſerit in eis, q̄ diu portati & ſalubriter obiurgati corrigi noluerint, tanquàm putridæ corporis partes debent ferro excōicationis abſcindi, ne ſicut caro morbis eſt mortua, ſi abſciſſa nō fuerit, ſalutē reliquę carnis putredinis ſuæ contagione corrūpat. Ita iſti qui emendari deſpiciunt & in ſuo morbo perſiſtūt, ſi moribus deprauatis in ſanctorū ſocietate p̄mā ſerint, eos exēplo ſuę pditionis interficiāt: F inſuper hoc idē in ſex capitulis ſequentib. continetur. Et Greg. Homel. 9. ſuper Ezech. iterū ait. Vrū vero eſt, pro quo vitari ſocietas malorū debeat, ne ſi ſortaſſe corrigi nō valent ad imitationē trahant, & cū ipſa ſua malitia non mutātur, qui ſibi coniuncti fuerint peruertant. Et in pleriſq; contingit, q̄ Bern. in lib. de conſideratione ait. Vitioſus conſcientias vitioſorū non refugit, & vbi oēs ſordent, vnius minimè ſentitur ſętor. Porrò pp ſeptē a nobis vitandi ſunt mali. Primo, ne comprimamur ab eis, ſecūdo, ne ab eis impediamur: tertio, ne demus eis malignandi occaſionem: quarto, ne irritemus G eos: quinto, ne inuoluamur cum illis: ſexto, vt confundantur de malis: ſeptimo, ne bonorum auctoritas minuatur. Primo a nobis vitari debēt mali, ne comprimamus ab eis. Eccl. 13. c. ſi communicabit lupus agno alteri, ſic peccator iuſto. Secundo, ne ab eis impediamur. Pſalm. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Per ſalices enim mali & infructuoſi ſignificantur. Organa ſunt verba & opera bona, quę tūc ſuſpenduntur & non ligantur in ſalicibus, quando ſuſpenſo animo cauto & circūſpecto verbo & opere quādoq; conuerſantur H cū malis, ſi eos aliquādo vitare non poſſumus. Tertio ne demus eis malignādi occaſionē. ſic quoq; Apoſtoli fugiebant malos examinatione Dn̄i, qui Matt. 10. c. ait: Cum aūt perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliā. Quarto, ne irritemus eos, ſicut Gen. 28. Iſaac pręcepit filio ſuo Iacob, vt fugeret a facie Eſau. Quinto, ne inuoluamur cum illis. vnde Num. 16. c. ex præcepto Dn̄i dixit Moyſes ad turbā. recedite a tabernaculis hominū impiorū, & nolite tangere, q̄ ad eos ptinēt, ne inuoluamini in peccatis eorū. Sexto, vt cōfundātur de malis. Proinde j. Cor. 5. Apoſt. ait. Si is, q̄ ſuper nominatur inter

A inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum huiuſmodi nec cibum ſumere, ſcilicet debetis. Et hoc intelligitur, vt ſupra. Septimo ne bonorum auctoritas minuatur, quæ profectò minuitur, quando religioſi & alij eccleſiaſtici viri cum ſecularibus nimis intrinſecè & domeſticè côuerſantur. proinde Ezech. 42. c. præcipit Dominus, vt habitatio ſacerdotum a vulgo ſeparentur.

DOMINICA OCTAVA
B poſt Pentecoſten.

De multiplicibus rationibus, quare a Deo proſpera mundi dantur iuſtis.

Sermo.

Homo quidam erat diues. Lucę 16. c. & in Euangelio hodierno. Tria profectò ſunt, in quibus plerumque ſolent homines periclitari, ſcilicet honores, voluptates, & opes. Nam de honoribus
C vana, de voluptatibus fęda, atq; de opibus praua oriri ſolent. proinde .j. Ioan. 2. c. ſcriptum eſt. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Primum pertinet ad luxuriam, ſecundum ad auaritiam, tertiū ad ſuperbiam. Superbia eſt opus diaboli, luxuria opus carnis, & auaritia opus mundi. Sunt quippe plerìq;, qui virtutibus prędicti tanto virtuoſo atque victorioſo conatu diuina iuuante gratia ſe ſe ab huiuſmodi vitijs erigunt, tantoq; rigore ac vigore illa ſuppeditant, vt ab eis immunes fiant, & in magnificentijs, & delitijs atque diuitijs innocuè conuerſantur, & iuſtè viuunt. Et de hoc Dominus ait, Homo quidā erat diues. De tali quoque iuſto propheta in Pſal. 111.
D inquit, Gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. In quibus ſacratis verbis tres virtutes viri iuſti in proſperis innocuè conuerſantis per ordinem deſcribūtur. Prima dicitur gloria māſueta, & de hac ait, Gloria. Secunda abundantia temperata, & de hac addit, Et diuitiæ in domo eius. Tertia iuſtitia habituata, & de hoc ſubdit, Et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Cum prima dicitur ſuperbia, cum ſecunda conculcatur auaritia, cum tertia debellatur luxuria. Et pôt eſſe aliud

Tres virtutes viri iuſti.

thema. Et de talibus virtutibus exaltatis in E tali iuſto, propheta in Pſal. 74. inquit, Exaltabuntur cornua iuſti. Quod poteſt etiam eſſe aliud thema. Et tunc per cornua denotantur tres præfatæ virtutes, cum quibus deijciuntur, & debellantur præfati aduerſarij noſtri. Ex his patet, ꝙ mundi proſpera etiam dantur iuſtis ſecreto iudicio Dei. Quandoque enim dantur incipientibus, quandoque proficientibus, quandoque vero perfectis. Et poſſunt dari cauſę, vel rationes, quare eis diuinitus diſpenſantur, de quibus per ordinem ſubiungamus. F

ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd propter triplices cauſas principales mundi proſpera dantur incipientibus iuſtis.

Primo enim quandoque proſpera mundi diſtribuuntur a Deo incipientibus iuſtis. Et de hoc dari poſſunt tres cauſæ principales. Prima propter declarationem, ſecūda propter deſcenſionem, tertia propter diſcretionem. G

Propter triplices cās mūdi proſpera dantur in cipiēt. bus iuſtis.

Quòd iuſtis incipientibus proſpera dantur, vt palàm fiat, quòd a Deo creata, gubernata, & data ſunt. Ca. 1.

Primo dantur incipientibus iuſtis propter declarationem, hoc eſt vt manifeſtè clareſcat, ꝙ hæc temporalia primo ſunt a Deo creata, ſecundo a Deo gubernata, tertio a Deo diſpenſata. Primo, ꝙ ſunt a Deo creata contra errorem Manichęorum, qui ponebant creaturarum duo principia. Vnum, a quo ſunt omnia bona: ſecundum, a quo ſunt omnia mala: côtra quos Ioan. 1. c. ait: H Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ideſt peccatum. Et Iſa. 45. c. ſcriptum eſt: Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Dicitur autem Dominus creare malum, videlicet pęnæ, atque permittit in creatura ſua malum culpæ. Secundo, ꝙ ſunt a Deo gubernata, contra errorem dicentium, Deum non per ſeipſum gubernare mundum, ſed per quaſdam poteſtates ſibi ſubiectas. Contra quos Iob 34. c. ait,

Primo ꝑ declarationem.

Hæc tēporalia, primo ſunt a Deo creata.

A c.ait, Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt. Et iterum Greg. inquit, Mundum per ſeipſum regit, qui per ſeipſum cōdidit. Tertio ꝙ a Deo ſunt diſpenſata, contra errorem dicentium, ꝙ Deus ignorat hæc inferiora, vel ſi ea ſcit, de illis minimè curat. Contra autem hos duos errores propheta ait: Et dixerunt, quomodo ſcit Dominus, & ſi eſt ſcientia in excelſo. In quibus verbis duo vitia denotantur. Primum eſt curioſitas inquirendi, cum dicitur, quomodo ſcit Deus. Cum impoſſibile ſit homini ſcire modum ſcientiæ Dei. Secundum eſt

B blaſphemia Dei, quando dubitant an hęc inferiora noſcat. In horum perſona Iob 22. c. ait. Quid enim nouit Deus, & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, hoc quo ad curioſitatem. Et addit, Nec noſtra conſiderat. Circa cardines cœli perambulat. Ecce blaſphemia. Curioſitas eſt quærere, quomodo Deus ſcit: blaſphemia, ſi ſcit. Secundo contra eos, qui dicunt, ꝙ licet omnia ſcit Deus, hæc tamen inferiora non curat: ſubiungit dicens, & ſi eſt ſcientia in excelſo. quaſi dicat. Nunquid ipſe, qui habitat in excelſis, curat de his terrenis? De talibus etiam Ezech. 8. c. inquit: Dicunt. n. non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram, & in fine ibi ſubditur: Ergo &

Secundo ſūt a Deo guberna ta.

C ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miſerebor. Et cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. Contra hos errores propheta etiā ait: Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat & ſubleuat, & alibi. Hunc humiliat, & hūc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc. Et iterum Iob c. 1. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.

D

Quòd iuſtis incipientibus proſpera a Deo dantur, ſcilicet mundi propter condeſcenſionem. Cap. 2.

Secundo ꝑ condeſcenſionē.

SEcundo iuſtis incipientibus temporalia bona dantur a Deo propter condeſcenſionem. Hoc eſt, vt infirmis & imperfectis condeſcendatur. Non enim cogēdi ſunt oēs ad ſummæ paupertatis culmen, ſeu ſummæ humilitatis atque abiectionis. Contra hos fuerunt hæretici plures, maximè quidam, qui ſe arrogantiſſimè Apoſtolos vocauerunt, tenentes nullam ſpem veram ſalutis habere eos, qui vtuntur coniugio, aut poſſident propria temporalia bona. Conceduntur igitur hæc bona fragilibus & infirmis, qui forte periclitarentur in ſtatu perfectionis, ſ. vel in paupertate, vel in caſtitate, vel in abiectione & vilitate. Primo ſunt quidam, qui forte periclitarentur in paupertate, qui ſaluantur in proprietate. De non profeſſis in religione loquor. proinde Eccl. 27. c. propter inopiā multi deliquerunt. Cumque Matth. 19. Dominus ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurū in cœlo, & veni ſequere E

F me. De perfectione dedit conſilium, non præceptum. Secundo ſunt quidam, qui fortè damnarentur in virginitate, vel caſtitate, qui ſaluātur in coniugij honeſtate. hinc 1. Corinth. 7. c. Apoſtolus ait: propter fornicationem vnuſquiſque habeat vxorem ſuam, & vnaquæque vxor ſuum virum habeat: vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Quod tamen ſecundum Chriſtianam honeſtatem & religionem intelligi habet. Et 32. q. 2. in c. ſicut, in §. proximo, ſcriptū eſt. Prima inſtitutio coniugij in paradiſo

G facta eſt, vt eſſet immaculatus thorus & honorabiles nuptiæ, ex quibus ſine ardore cōciperent, parerēt ſine dolore. Secūda propter illicitum motum limitādum extra paradiſum facta eſt; vt infirmitas propria in ruinam turpitudinis honeſtate exciperetur coniugij. Matth. quoq; 19. c. Dominus ait: Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorū. Et oſtendens de hoc dare conſilium, nō præceptum ſubdit: Qui poteſt capere, capiat. Tertio quoque ſunt aliqui, qui perirent in obedientia regulari, qui ſaluantur in obedientia ſeculari, vel clericali. vnde Matth. 16. c. ait: Si quis vult H poſt me venire, abneget ſemetipſum, ſ. per obedientiæ votum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. De quo etiam conſilium dedit, non præceptum, quia ſupererogationis eſt, non neceſſitatis.

Quòd incipientibus iuſtis a Deo proſpera mundi dantur propter diſcretionem. Cap. 3.

TErtio etiam a Deo dantur iuſtis incipientibus temporalia bona propter diſcretionē. Sicut enim in qualibet repu- *Tertio ꝑ diſcretionem.*

A republica ciuitatis, caſtri vel villæ diuerſæ perſonæ, loca & gradus, diuerſa officia habere debent: ſic in præſenti ſeculo diuerſi ſunt ſtatus cum diuerſis officijs a ſummo diſpenſatore ordinati, videlicet tres. Primus ſtatus eſt, qui nihil habet in proprio, vel communi: Secundus vero ſtatus habet tantum in communi: Tertius autem eſt, in quo quilibet proprium habere poteſt. Primo quidem in eccleſia Dei eſt primus ſtatus, qui nihil habere poteſt in proprio, vel communi, ſicut patet in regula fratrum Minorum. Secundus eſt ſtatus monachorum, & aliarum religionum, quorum nullus in
B particulari poteſt habere proprium, vt patet extra de ſtatu mo. in c. cum ad monaſterium. Tertius vero ſtatus eſt ſecularium perſonarum vel clericorum: Et hic ſtatus licet præcedentibus inferior ſit, tamen vtilis eſt & neceſſarius vniuerſo, propterea merito debet habere perſonas, & loca, & gradus ſuos. Conſtat enim, quòd diſpenſare temporalia bona in eleemoſynam pauperibus & ſeruis Dei, & vti proſperitate & affluentia rerum diſcretè & moderatè, gradus eſt vtilis, & quodammodo neceſſarius vniuerſo. Nam, teſte Apoſtolo 1. Corint. 12. Non poteſt autem dicere oculus manui, opera
C tua non indigeo; aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, ſed multo magis, quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. Sic eſt de ſtatibus huius mundi.

Articvlvs Secvndvs.

Quòd propter tres cauſas principales mundi proſpera dantur proficientibus iuſtis.

D

Propter tres cauſas mũdi proſpera dant̃ proficiẽtibus iuſtis.

SEcundo autem dantur quandoq; Deo proſpera proficientibus in virtute. Et de hoc aſſignari poſſunt etiam tres cauſæ principales. Primo propter connexionem, ſecundo propter manifeſtationem, tertio propter magnificationem.

Quòd mundi proſpera a Deo donantur proficientibus iuſtis propter diuerſorum ſtatuum connexionem. Cap. 1.

E

Primo ꝑ connexionem.

PRimo enim datur proſpera proficiẽtibus propter connexionẽ ſeu coniunctionem, ſ. ſtatuum atque temporum, vt videlicet in ſe diſtincti inuicem ſeruiant ſibi: atque ordinantur vinculis, vt nexibus ſibi inuicẽ coniungantur. Sunt quippe tres ſtatus in eccleſia Dei. Primus eſt coniugalis, ſecundus eſt clericalis, tertius regularis. Status
F enim coniugalis ſeruit clericali, & vtrique regulari patrocinatus. Inſuper in omnibus tribus inferiores ſtatus de inferioribus officijs ſeruiunt ſtatui ſuperiorum. Item ſuperiores de ſuperioribus gratijs inferioribus ſubminiſtrant. Et hoc modo diſtinctus fuit ſtatus veteris teſtamenti a nouo, quaſi rota in medio rotæ, vt dicit Ezech. 1. cap. Ibi enim commendabantur, promittebantur atque dabantur temporalia bona, & ſub illis temporalibus ſpiritualia ſignabantur & figurabantur. Nam ſicut teſta ſeruit nucleo, ſic teſtamentum vetus ſeruit euangelio, & temporalia ſpiritualibus ſubminiſtrant, & G
Martha Mariæ dignoſcitur ſubſeruire.

Quòd a Deo mundi proſpera dantur proficientibus iuſtis propter manifeſtationem potentiæ, ſapientiæ, & clementiæ ſuæ. Cap. 2.

Secundo ꝑ manifeſtationem.

SEcundo dantur proficientibus propter manifeſtationem. Vult enim palàm facere Deus, ꝙ tales in ſeculo proſperantes: & tamen in ſuo timore & amore viuẽtes, eos eligat, eos diligat, eoſque benedicat. Primo, ꝙ eos eligat. Sicut de ſeipſo
H propheta inquit, Elegit Dauid ſeruum ſuũ, & ſuſtulit eum de gregibus ouium. Quia ex paſtorali officio pecorum ad regnum hominum tranſlatus eſt. De poſtfetantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam. Secundo, ꝙ eos diligat. Vnde Gen. 39. in fine de Ioſeph mirabiliter in temporalibus proſperante ſcriptum eſt, ꝙ Dominus erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat, & in principio, cui dictum eſt: Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens. Tertio, quòd eos benedicat, propterea in temporalibus proſpe-

A proſperantur. vnde Prouer. 10. c. ſcriptum
eſt: Benedictio Domini diuites facit; nec
ſociabitur eis afflictio. Tali diuiti iuſto Do
minus per prophetam ait: Intende, proſpe-
re, procede & regna: atque propter quæ ad
talem proſperitatem aſcendat, ſubiūgit di.
propter veritatem. ſ. oris, & manſuetudinē,
ſcilicet cordis, & iuſtitiam, ſcilicet operis:
& ſequitur, Et deducet te mirabiliter dex-
tera tua, id eſt, virtuoſa proſperitas tua.

Quòd mundi proſpera iuſtis proficientibus a Deo dantur, vt eorum magnificentiæ manifeſtentur. C. 3.

B

Tertio ꝓ magnificationē.

TErtio dantur a Deo proficientibus
propter magnificationem, i. vt ma-
gnifici fiant, atq; in exemplum alio-
rum appareant. Quis aūt magnus ſit, oſten-
dit Bern. in ſecunda ad Eugenium dicens.
Ille magnus eſt, qui blādientibus ſecundis
nō ſeducitur. Tres ſunt victoriæ, quæ in vi-
ro potenti in ſtatu proſperitatis cordis ma-
gnificentiam apertius monſtrant. Prima eſt
humilitas in magnificentijs, ſecunda ſobrie
tas in delitijs, tertia charitas in diuitijs. Pri-
ma quidem victoria eſt humilitas in magni
ficentijs, quæ quidem maxima virtus eſt, &
magni muneris Dei. vnde Iob c. 5. de Dn̄o

Tres victoriæ, q̄ mōſtrant magnificētiā in ſtatu proſperitatis viri potētis.

C dictum eſt, Ponit humiles in ſublime. Nec
victoria hæc poterit obtineri, niſi plene tria
deuicta ſint, videlicet amor dominādi, libi-
do vlciſcendi, & cupiditas honorandi. De
tali victoria Apoc. 2. c. myſticè ſcriptum eſt,
Qui vicerit omnia, ſ. ſupradicta, & qui cu-
ſtodierit vſque in finem opera mea, i. opera
virtuoſa in ſtatu proſperitatis: dabo illi po-
teſtatem ſuper gentes. i. ſuper vitia & pec-
cata, quæ ſtatum proſperitatis impugnant.
Sicut enim populus Iſraeliticus myſticè vir
tutes, ſic gentes deſignant multitudines vi-
tiorum. Hanc quippe homo in proſperita-
te per gratiam roborat, in flexibili iuſtitia
D ſic comprimit, vt ſine difficultate omnes vi
tiorum incurſus comprimere poſſit. Et de
hoc Ioan. ſubdit, Et reget eas in virga fer-
rea, ſ. inflexibilis rectitudinis, quantum ad
voluntatem iuſtam. Cùm enim voluntas in
ſtatu proſperitatis fuerit recta, & poteſtas
per gratiam Dei perfecta, non erit alicuius
momenti reſiſtentia vitiorum. propterea
ſubdit, Et tanquàm vas figuli confringen-
tur. Vas quidem figuli vile eſt, & faciliter
frangibile, atque fractura eius irrecupera-
bilis & inutilis eſt. Qui ergo in proſperita-
tis ſtatu in bello vitiorum viriliter exerci- E
tatus eſt, hic munus gratiæ Dei conſequi-
tur: vt vitia ei vilia fiant, faciliter cedant, &
nunquàm amplius conualeſcant. Secunda
victoria eſt ſobrietas in delitijs, vbi omni-
no neceſſarium eſt, ꝙ tria vitia deuicta ſint,
videlicet gula, luxuria, & vanagloria, exem
plo Apoſtoli, qui ad Philip. 4. cap. ait. Ego
enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe.
Scio humiliari, ſcio & abundare vbique, &
in omnibus inſtitutus ſum & ſatiari, & eſu-
rire, & abundare, & penuriam pati, omnia
poſſum in eo qui me confortat. De hoc vi-
ctorioſo Apoc. 2. c. Dominus ait, Vincenti
dabo edere de ligno vitæ. Lignum vitæ F
profecto eſt ſapientia, quæ ſimul hęc tria
includit, ſcientiam, iuſtitiam, & internam
mentis dulcedinem, ſeu ſuauitatem: de hoc
ligno ſcriptum eſt, Eccleſiaſt. 6. c. In eo exi-
guum laborabis, & cito edes de genera-
tionibus eius. Fructu huius ligni paſcitur
iuſtus, qui legitimè in ſtatu proſperitatis
pro iuſtitia ſemper perficiendo certat:
cum de modico labore in victoria de de-
litijs peruenit ad immenſam illam conſo-
lationem Dei pro delitijs mundi. De qua
propheta ait: Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti
timentibus te. Et ideo hoc lignum in
paradiſo Dei eſſe dicitur. quod eſt, in- G
quit Ioan. in paradiſo Dei mei. Paradi-
ſus quippe Dei, eſt conſcientia huius viri
victorioſi virtutibus plantata, amęna, iu-
cunda, atque fructibus plena. De qua 2a
Corinthio. 1. cap. Apoſtolus ait: Gloria
noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ
noſtræ. Tertia victoria, eſt Charitas in
diuitijs, vbi etiam neceſſe eſt, quòd alia
tria vitia ſint deuicta, ſcilicet amor acqui-
rendi, timor amittendi, & dolor relin-
quendi. Tali vincenti, Apocalipſi 3. cap.
promittit Dominus, dicens, Qui vice-
rit, ſcilicet prædicta tria: dabo ei ſedere
mecum in throno meo. Thronus ſiqui-
dem iſte eſt tranquillitas mentis, quam H
participant qui pauperes ſunt ſpiritu, ſi-
cut prædictus victorioſus. Hanc ſedem
vocat Chriſtus Matth. 5. regnum cœlo-
rum, cum ait: Beati pauperes ſpiritu, quo-
niam ipſorum eſt regnum cœlorum. In
hac ſede quieuit Chriſtus naſcens, viuens,
& moriens: quia pauper natus eſt, pauper
vixit, ac pauper in cruce, & nudus mor-
tuus eſt. Hanc participat in affectu, qui
prædicto modo pauper eſt. Proinde Hu-
go de clauſtro animæ ait: Sunt enim qui
rebus

A rebus abundant, ſunt tamen pauperes ſpiritu. Et hæc eſt etiam vera paupertas: quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere, iuxta propheticum conſilium: Diuitiæ ſi affluāt, nolite cor apponere. Hāc paupertatem habuerunt omnes ſancti patres, qui in veteri teſtamento diuites extiterunt, ſicut Abraham, Iob & conſimiles. In nouo etiam teſtamento reperti ſunt multi reges, & magni domini, & alij mirabilis ſanctitatis, ſicut patet de rege Ludouico, rege Francorum: de ſancto Elziario, de domino Roberto Arimini domino, in quo hanc admirandam paupertatem ſpiritus egomet per experientiam noui.

B

ARTICVLVS TERTIVS.

Quòd Deus quandoque dat perfectis proſpera huius mundi, vt iam in præſenti participent gloriam paradiſi.

Mundi proſpera a Deo perfectis miſericorditer diſpēſatur. TErtio inſuper mundi proſpera a Deo perfectis miſericorditer diſpēſantur. Pijſſimus Deus quibuſdā tribuit magnificentias aut delitias, ſeu diuitias: vt nō ſolum beatitudinem poſſideāt in futurum, ſed etiam illam participent in præſenti: vnde notādum eſt, ꝙ triplex eſt gloria beatorum, videlicet ſubſtantialis, conſubſtantialis, & accidentalis, de quibus propheta inquit, Ecce quàm bonum, hæc eſt prima: & quàm iucundum, hæc eſt ſecunda: habitare fratres in vnum: hæc eſt tertia. *Triplex eſt gloria beatorū.* Prima gloria ſubſtantialis, qua in Deo anima præmiatur. *Subſtantialis.* Nam ex merito fidei videt Deum, i. filium Dei & ſapientiam patris. Ex merito ſpei poſſidet potentiam Dei, idest æternū patrem. Ex merito charitatis fruitur Deo, i. ſuauitate Spiritus ſancti. Secunda eſt gloria conſubſtantialis, *Conſubſtātialis.* qua etiam ipſum corpus propter quatuor virtutes cardinales in

D æternum remuneratur. Nam ex prudentia obtinet ſubtilitatem, ex iuſtitia agilitatem, ex fortitudine impaſſibilitatem, ex temperantia luciditatem, ſicut in Quadrageſimali de Chriſtiana Rrligione, ſermone 63. art. 1. & c. 3. diffuſius dictum eſt. Tertia eſt gloria accidentalis, *Accidentalis.* quæ quidem eſt gaudium, quod de amore proprio & communi actiuo & paſſiuo, inter omnes Beatos mutuo generatur. Sic etiam in præſenti vita dat proſpera Deus propter triplicem huius gloriæ participationem. Primo vt participet

E gloriam ſubſtantialem, ſecundo vt participet gloriam conſubſtantialem, tertio vt participet gloriam accidentalem.

Quòd Deus mundi proſpera dat perfectis, vt eis participet gloriam ſubſtantialem. Cap. 1.

PRimo quidem dat Deus proſpera mundi perfectis; vt eis participet gloriam ſubſtātialem, quaſi dici poteſt, ꝙ gloria ſubſtantialis conſiſtit in fide, ſpe, & charitate. j. Corinth. 13. Fides, ſpes, charitas: tria hæc, ſcilicet ſunt F quaſi gloria ſubſtantialis. Maior autem horum eſt charitas. Proinde 2. Corinth. j. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ſcilicet in his tribus. Seu gloria hæc eſt illa, de qua 1. Tim. 1. Apoſt. ait, Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Primum pertinet ad charitatem, ſecūdum ad ſpem, tertium ad fidem.

Quòd Deus mundi proſpera dat perfectis, vt eis participet gloriam cæli conſubſtantialem. Cap. 2. G

SEcundo dat Deus proſpera perfectis, vt eis participet gloriam conſubſtātialem. Nam poteſt dici, ꝙ gloria conſubſtantialis conſiſtit in morali vita per exercitium quatuor cardinalium virtutum: videlicet prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, & tēperantiæ: Vnde Ezech. j. c. myſticè ſcriptum eſt, Facies hominis & facies leonis, a dextris ipſorum quatuor. Facies vituli a ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. H In facie quippe hominis temperantia deſignatur. Proprium hominis inter alia animantia eſt in operibus ſuis rationis ſeruare temperamentum. In facie leonis iuſtitia deſignatur. Proinde Prouerb. 28. c. ſcriptum eſt, Iuſtus quaſi leo confidens. In facie vituli, virtus fortitudinis indicatur. Vitulus enim ad laborem, & mortem paratus eſt, ſicut ſcriptum eſt, Pſal. 43. Propter te, ſcilicet Domine, mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. In facie aquilę prudentia demonſtratur, quæ cęteris virtutibus altius proſpicit, & prouidet, atque ſuperintendit. Porrò ad faciendum bonum, temperantia & iuſtitia requiruntur. Et hæ ſunt a dextris. Ad ſuſti-

A ſuſtinendum ſiniſtra, patientia operatur, & hæc eſt a ſiniſtris . Ad prouidendum alijs virtutibus, prudentia primatum tenet. Bene igitur facies aquilæ deſuper eſſe dicitur propter intelligentiæ viſionem.

Quòd Deus proſpera mundi dat perfectis, vt eis participet gloriam cœli accidentalem. Cap. 3.

TErtio dat Deus proſpera mundi perfectis, vt participet eis gloriam cœli accidentalem. Porrò hæc gloria accidentalis in præſenti vita quodam-
B modo triplicia bona in ſe comprehendit, videlicet ſpiritualia, corporalia, & temporalia. Bona ſpiritualia dici poſſunt ratio ſen ſata, ſcientia acquiſita, & multorum practica luminoſa & clara. Bona corporalia dici poſſunt corporis fortitudo, proſperitas ſenſuum, atque humana libertas. Bona temporalia conſiſtunt in creaturis, ſicut ſunt filij, conſanguinei, famuli, ſerui, atque amici. Conſiſtunt in honoribus, & maximè magiſtratuum, officiorum & dignitatum. Conſiſtunt in fama, ſcilicet virtutum & gratiarum. Conſiſtunt in ſubſtantia tem-
C porali. Horum omnium plura & varia quibuſdam communicantur iuſtis ſecreto iudicio Dei, ſicut Prouerbio.3.cap.ſcriptum eſt. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria. Deus enim duas perhibetur habere manus, dexteram videlicet & ſiniſtram. Longitudo quidem dierum in dextera æternitatis, gloriam iuſtis merito præparatam demonſtrat. Siniſtra vero temporalis proſperitas deſignatur, quæ etiam iuſtis quandoque diſpenſatur a Deo. De quo iubilans anima iuſti, Canti.2.cap.ait, Læua eius ſub capite meo,
D & dextera illius amplexabitur me. Vel aliter & breuius dici poteſt, quòd gloria ſubſtantialis eſt perfectio habitus charitatis, quæ in præſenti vita continuè creſcit ex actibus virtuoſis. Gloria vero conſubſtãtialis eſt quædam corporalium ſenſuum conſopitio, qui ad peccandum ſunt proni ex innata, & ex peccatis acquiſita mala diſpoſitione, ſeu infectione. Gloria autem accidentalis ſunt ſpiritualia ſentimenta, quæ animæ virtuoſæ diuino munere communicantur. Quandoque etiam ſimul animæ, & corpori a Deo miſericorditer diſpenſantur, ſicut factum eſt in ſanctiſſimo rege & propheta Dauid. Hæc triplex gloria eſt magna, maior & maxima in præſenti vita, ſecundum charitatis perfectionem. E

De tormentis carnalium.

DOMINICA SECVNDA de Aduentu.

De varijs iudicijs, & tormentis inflictis peccatoribus in Aduentu iuſti iudicis Ieſu Chriſti.

Sermo XXII. F

TV es, qui venturus es. Matth. 11. c. & in euangelio hodierno. Et de hoc Apoc.14.c. ſcriptũ eſt. Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatem ſuper ignẽ. Et clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniã maturæ ſunt vuæ eius. Et miſit Angelus falcem ſuam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum : & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum per ſtadia
mille ſexcẽta. In quibus ſacratis verbis tria G
genera tormentorum deſcribuntur peccatoribus, & potiſſimè carnalibus præparata. *Tria genera tormentorũ.* Primo tormenta corporalia, ſecundo tormenta temporalia, tertio tormẽta æternalia: & de his in Pſal.76.per ordinem ſcriptũ eſt. Etenim ſagittæ tuæ tranſeun,tvox tonitrui tui in rota. Primo enim ait, Etenim ſagittæ tuæ. Ecce tormenta corporalia: ſecũdo ſubiungit, tranſeunt. Ecce tormenta tẽporalia : tertio vero addit, vox tonitrui tui
in rota. Ecce tormenta æternalia. Et poteſt H
eſſe thema in præſenti materia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd contra carnales homines triplex officium exercet Chiſtus.

PRimum genus tormentorũ ſunt tormenta corporalia, & de his *Primum genus.* propheta ad Deum inquit, Etenim ſagittæ tuæ. Sagittę quippe Domini ſunt 7. naturalia tormenta, quæ in primis parentibus propter peccatum infixę ſunt, ſcilicet fames, ſitis, frigus, æſtas, laſſitudo,

A tudo, infirmitas atque mors. Et de his alibi propheta inquit, Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Nec tamen ait fixæ, ſed infixæ: vt miſticè exprimatur, ꝙ propter naturam in Adam corruptam ad quemlibet hominem tranſierunt. proinde Iob 6. cap. ait: Verba mea dolore ſunt plena, quia ſagittæ Domini in me ſunt. Hæ ſagittæ quanto homines carnaliores ſunt, tanto eis ſunt penetrabiliores & grauiores: & maximè ſi in vitijs delectantur, & de virtutibus gloriantur. Nam hæc duo efficiunt, vt hæ ſagittæ, & omnes aduerſitates omnino intolerabiles videantur. Contra hos carnales homines
B nes triplex officium habet Chriſtus. Primum eſt officium cognoſcendi, ſecundum eſt officium manifeſtandi, tertium eſt officium comminandi. Et hæc tria officia oſtẽdit Ioan. habere Chriſtum in principio huius textus.

Triplex officiũ habet Chrſtus cõtra carnales.

Quomodo ſecreta cordis cognoſcit Chriſtus. Cap. 1.

Primum officiũ cognoſcẽdi.

PRimo habet Chriſtus officium cognoſcendi: & de hoc Io. ait, Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatẽ ſuper
C ignem. Quid per hunc Angelum, niſi Chriſtus, qui per totam Apocalypſim in alteritate tot Angelorum deſcribitur, quot ſunt officia eius ſiue effectus gratiæ ſuæ? Inquantum igitur paterna ſecreta hominibus nunciat, Angelus, idest nuncius nominatur. Sed quia ipſe Chriſtus idem eſt in natura, & alter in officio eſt: ideo Io. alium Angelum eum vocat. De altari autẽ exiuit, quia mentis ſecreta ſcrutatus eſt. Templum ſiquidẽ mens eſt humana, iuxta illud Apoſt. j. Cor. 3. Templum Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Huius templi altare, eſt humana voluntas,
D quaſi alta res: quia profectò alta res eſt humana voluntas. Porrò tam alta, ꝙ neq; dæmones, neque homines, nec inſuper omnes cœleſtes Angeli: aut quęlibet alia creatura eius poſſent infringere voluntatem. Propterea ſicut altare continetur a templo, & ab eo vndique circundatur: ſic voluntas a mente, quæ per ipſam contiuetur & prouidetur. Nullius ſiquidẽ operis munus Deo poteſt eſſe acceptũ, niſi offeratur ſuper volũtatis altare. Proinde Eccl. 35. c. ait. Oblatio iuſti impugnat altare, idest voluntas iuſta, deuota efficitur ex opere bono. Et odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi, ſcilicet ꝙ bonum opus procedat ex volũtate iuſti.

Vnde ſicut Leuit. 6. præcepit Deus dicens, B
Ignis in altari ſemper ardebit. Sic in volũtate humana Dei amor ſemper ardere debet. Sed quia in cordibus noſtris huius amoris propagator eſt Chriſtus, ideo Io. ſubdit, qui habebat poteſtatem ſuper ignem. Hic ſiquidem eſt ille ignis, de quo Lu. 12. ipſe Dominus ait. Ignem veni mittere in terrã: & quid volo niſi vt ardeat? Angelus ergo iſte in altari voluntatis tunc præſens eſt, cũ illius ſecreta intrinſeca perſcrutatur, ſicut teſtatur Apoſt. 4. c. ad Hebræos, cum ait: Diſcretor eſt cogitationum, & intentionum cordis: & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Sed tunc de altari Angelus iſte egreditur, cum ſecreta voluntatis F
humanæ per incomprehenſibile iudicium eius manifeſtare intendit.

Quòd peccata cordium loco, & tempore Chriſtus manifeſtat. Cap. 2.

Secundũ eſt officiũ manifeſtandi.

SEcundo vero habet Chriſtus officium manifeſtandi, ſ. tempore ſuo omnium peccata, & maximè carnalium hominum, etiam ſi occulte fiant, iuxta illud Mat. 10. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non ſciatur. Et de G
hoc ſubditur. Et clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam. Secũdum enim ꝙ Chriſtus diuinam voluntatem in ſecreto mentis cognouerit, ſic executioni ſententiæ ex occultis humanarum mentiũ legem ponit, & manifeſtum reddit, quod prius occultum fuit. Et hic eſt clamor magnæ vocis ad alium Angelum, qui habebat falcem acutam. Sic enim Matth. 25. ſcriptũ eſt. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſpõſus venit, ſcilicet ad detegendum fornicationes occultas: quod valde a carnalibus timeri ſolet. Porrò manifeſtatio facta per H
Chriſtum, media nocte fieri dicitur: cum eo modo peccata carnalia manifeſtat, quo nunquam nullus ſuſpicatus fuerat. Sed in eius aduentu clamor fit, cum rumor infamiæ inſperato modo conualeſcit. Hunc tamen clamorem ad alium Angelum falcem tenentem, hoc eſt ad ſeipſum facit, cum ad honorem ſuum omnium etiam malorũ facta conuertit, & acumine iudicij ſui miſericordiam & iudicium carnalibus tribuit. Et de hoc ſubditur, Qui habebat falcem acutam. Quid enim per falcem acutam, niſi iudicium agendorum exprimitur? Proinde Deuteron. 23. c. prohibetur falcem mitti in alienam meſſem, idest temerario iudicio

aliena

A aliena opera iudicare. Et ſicut falx in præſcindendo partem incidit, partemq; terræ hærentem dimittit: ſic Dominus Ieſus Chriſtus iuſtus, & pius nunquàm iuſtitiam abſq; miſericordia facit, ſicut ipſe per prophetam ad patrem ait, Miſericordia, & iudicium cantabo tibi Domine.

Quòd terribiliter comminatur carnalibus Dominus Ieſus Chriſtus, Cap. 3.

Tertium comminandi.

TErtio habet Chriſtus officium comminandi. Vnde ſubditur, Mitte falcē tuam acutā, & vindemia botros vi-
B neæ terræ. Vinea quidē terræ, ſtudiū fruēdi carnalitatibus dici poteſt. Sicut.n. in vinea multæ ſunt vites, ſic in carnaliū ſtudio multæ ſunt concupiſcentes affectiones. Porrò luxurioſi, & carnales homines multipliciter quærunt, quomodo concupitis delectationibus frui poſſint, & turpioribus etiam contra naturā, & modis indicibilibus ſuum diabolicum appetitū perficere ſtagunt. De talibus Deuter. 32.c. ſcriptum eſt. De vinea Sodomorū vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorræ. Gomorra cæcitas interpretatur: & Sodoma pecus ſimiles, quia huiuſmodi homines in carnalibus ſtudijs, & abomina-
C bilibus excęcantur, ſicut de eis dicitur per pſalmiſtā, Corrupti ſunt, & abomina. facti ſunt in ſtu. ſ. non eſt qui faciat bonū, non eſt vſq; ad vnū. Demum pecus ſimiles efficiūtur: quia cū pecualiter, & beſtialiter viuant, muti fiunt in ſcelerū ſuorum cōfeſſione. De talibus Sapien. 3. ſcriptum eſt, Ab iniquo thoro exterminabitur ſemen. Et iterū Iob 15.c. ait. Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius. Cum enim mane floruerit vinea, ſuperueniente frigore pereunt botri eius, qui mane floridi erumpebant. Sic fit iuſto iudicio Dei, vbi cum oblito creatore ſuo mens tantum in carnalibus, & in filijs
D carnaliter dilectis oblectatur, ſuperueniente frigore peſtis, botri, ideſt filij, & vxores ſupra Deum dilecti lædantur. Et hæc eſt vindemia, de qua etiam ſubditur: & vindemia botros vineæ terræ, ideſt aufer cum maximo cruciatu a talibus omnes, quibus fruebantur delectationes. Seneſcunt interim huiuſmodi homines carnales, & mæſtitia cruciati ex amiſſione filiorum, quaſi amentes fiunt, & ſic filios, ſenſum, & animum quaſi irreuocabiliter perdunt. Et de talibus Eſa. 32. ſcriptum eſt, Conſummata eſt enim vindemia, ſcilicet omnium delectabilium, & etiam filiorum collectio, vltra non veniet, quod ſæpe operatur, ſeu B
permittit Deus propter illorum ſcelerum enormitatem. De qua ſub cauſa rationis ſubdit, quoniam maturę ſunt vuæ eius. Fructus quidem peccati ad hoc immaturus eſt, dum ad vindictam ſibi habet acrimoniam pœnitentiæ de perpetratione peccati: ergo congruè fructus peccati maturus dicitur, dum peccator non ſolum in peccando, ſed etiam poſt peccatum perſeuerando impiè delectatur. Sed væ huic infelici ſeculo nequàm: quia temporibus noſtris non ſolum maturæ ſunt vuæ, ſed verius dici poteſt, ꝙ execrabilium luxuriarum fęditates marceſcūt. F
Proinde iratus cōtra huiuſmodi Deus iuſto iudicio, & corpora eorum ſæpe in hac vita duris cruciatibus afficit, atque demum eorum animas in æternum punit. vnde Iſa. 28.c. ſcriptum eſt. Erit flos decidens glorię exultationis eorum, vel eius qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cū aſpexerit videns, ſtatim vt in manu tenuerit, deuorabit illud. Vallis pinguium, in quam carnales homines prolabuntur, vita carnalium eſt, in qua quaſi ex adipe iniquitas carnalium prodit. In cuius vertice ſunt G
Gomorræi, cum ad tantam inſaniam veniunt, ꝙ gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis ſodomiæ, vt dicitur Prouer. 2. Hi erunt flos gloriæ decidēs abſq; maturitate fructus pęnitentiæ terminando vitam. Et fiunt tales, ſicut temporanei, ideſt pręmaturi fructus, qui in horrea minimè reconduntur, ſed mox comeduntur. Quos cum per iuſtum iudicium aſpexerit Chriſtus, & manū ſuæ diſcretionis tenuerit, damnationis æternæ morſu deuorabit.

ARTICVLVS SECVNDVS.

H *De tribus flagellis, peccatoribus, & maxime carnalibus a Deo temporaliter datis.*

Secundū genus tormentorū.

SEcundum genus tormentorum, ſunt tormenta temporalia. Et de his propheta ſubdit, tranſeunt: quia ſcilicet temporalia ſunt, ſed quę futura ſunt, intranſibilia erunt. Tria quippe ſunt flagella, peccatoribus, & maximè carnalibus data. Primum eſt percuſſionis, ſecundum occiſionis, tertium damnationis, quæ a Ioan. per ordinem ſubiunguntur.

Tria sūt flagella carnalib.

A *Quomodo Chriſtus flagellat homines carnales per infirmitates, & maximè per peſtilentias. Cap. 1.*

Primum percuſſionis.

PRimum eſt flagellum percuſſionis. Et de hoc ſubditur a Ioan. Et miſit Angelus, i. Chriſtus, falcē ſuam in terram, ſ. per infirmitates, & peſtes flagellando luxurioſos. Tenet profectò Chriſtus falcem ſuam in manu, cū peccatores, atq; carnales ad tempus miſerationis ſuæ iudicio piè ac patienter tolerat. Interim comminationis ſupercilio per Pſal. talibus ait. Cum accepero tempus ego
B iuſtitias, ne dum nequitias, iudicabo. Tunc vero falcem in terram mittit, cum carnales concupitis delectationibus per infirmitates priuat, atque iuſto iudicio ſuo facit, ne amplius viuere liceat, quos ſemper peccare delectat, ſicut de talibus. Iſa. 24. c. ait. Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius.

Quòd carnales ſæpe per peſtes flagellat, & occidit Deus. Cap. .

Secūdum occiſionis.

SEcundum eſt flagellum occiſionis. Et de hoc ſubditur, Et vindemiauit vineā terræ. Sicut enim chriſtianus populus
C vinea Dei intelligi poteſt, in qua paterfamilias conduxit operarios: ita carnales homines vinea terræ merito dici poteſt in carne florentes, atq; fructificantes. Hanc quippe vineam Angelus cum falce vindemiat, cū Chriſtus acumine iudicij ſui omnia, quibus carnales frui diſponebāt, per mortem reſecat. Vnde & multitudo eorum, qui hęc vinea ſunt, doloroſa quęrimonia lamentatur. Tren. c. j. dicens, Vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die furoris ſui.

De æterna damnatione carnalium hominum, & peccatorum. Cap. 3.

D

Tertium damnationis.

TErtium eſt flagellum damnationis, quo ſcilicet tranſitorium gaudium conuertetur eis in æternam pęnam, quam in inferno miſerabiliter patientur. Et de hac Ioan. ſubdit, Et miſit in lacum iræ Dei magnum, hoc eſt in infernum: qui locus eſt damnatorum. Sicut enim electi in cumulum gaudij ſui etiam de loci claritate, & nobilitate dignè gaudere debent, ſic damnati etiam de loci aſperitate, & vilitate affligendi ſunt, teſte propheta qui ait, In lacu miſeriæ, & in luto fęcis, ideſt ſuarum ſpurcitiarum abominandarum voluptatum. Hic ſiquidem lacus dignè dicitur iræ Dei, quia in eo colliguntur, qui miſericordiæ ipſius tam blandienti, quàm terrenti in præſenti vita obedire contempſerunt. Et illic per iram franguntur, qui hic per miſericordiam flecti noluerūt. Dicitur quoque lacus magnus, non ſolum propter magnitudinem tormentorum, ſed etiam propter multitudinem eorum, qui illic dānati præcipitantur. Vnde Iſa. 24. ait, Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum. Hæc tria mala, quæ nunc prędicta ſunt, ideo tranſeunt, quia præſentis ſeculi tranſitoria ante æterna mala carnales cruciando præueniunt. E F

ARTICVLVS TERTIVS.

De æternis ſupplicijs carnalibus peccatoribus datis.

Tertium genus tormentorū.

TErtium tormentorū genus, tormēta ſunt æternalia. Et de his propheta ſubdit, Vox tonitrui tui in rota. Sagitta quidem metam attingit, rota autem finem neſcit: ſic cum mala præſentia carnalibus terminantur, ſuccedunt futura, quę finem nunquam attingunt, vel pertingunt. G
Rota quoque quantum retro conſurgit, tātum in anterioribus cadit: ſic quoque carnales quantū in carnalitatibus contra Deū aſcenderunt, tātum in vltimo fine profundius affligentur, iuxta illud Apoc. 18. Quātum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. De hoc tormento Iob 26. Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius, ideſt comminationis illius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? ſ. quando contra animā in puncto mortis, vel in die iudicij contra reprobos ſententiam promulgabit, di. Diſcedite a me maledicti in ignem æternū. H
Ecce vox tonitrui Dei in rota. Erunt enim cruciatus damnatorum. Primo deſperabiles, ſecundo horribiles, tertio interminabiles.

Quòd in inferno carnalibus peccatoribus cruciatus deſperabiles dantur. Ca. 1.

Primo cruciatus dānatorū erunt deſperabiles

PRimo erunt cruciatus eorum deſperabiles: & de hoc Io. ſubdit, Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem. Licet enim multi ſint, qui inibi ponuntur: nemo tamen ſciet, vel volet,

A let, ſeu poterit præſtare alteri auxilium, vel ſolamen. Proinde ciuitatem non faciunt, in qua ſcilicet (ſi verè ciuitas eſt) velle, ſcire, & poſſe alteri ſuo conciui ſubuenire, & mutuum auxilium, & ſolamen exhibere debet: cum ciuitas quaſi ciuium vnitas in ſupradictis denominetur. vnde Iob 10. de inferni loco, & quomodo ſicut prædictum eſt, extra ciuitatem ſit, dicitur, Vbi vmbra mortis. Ecce ꝙ auxilium mutuum ſibi exhibere neſciunt, & nullus ordo: & ſic confracto omni ordine, nullum auxilium præſtare poſſunt: ſed ſempiternus horror inhabitat. Et ideo nullum auxilium ſibi ex mu-

B tuo horrore perhibere volunt. Et ſic eorũ erunt deſperabiles cruciatus: tum quia mutuo auxilium infra ſe non habebunt: tum quia aliunde etiam habere non poterunt, cum ſubdatur, ꝙ calcatus eſt lacus. In quo etiam acerbitas æternæ damnationis exprimitur, eo ꝙ multipliciter calcantur, & conculcantur. Primo calcantur a Chriſto, ſecundo autem calcantur a ſanctis, tertio calcantur a dæmonibus, quarto etiam calcantur a ſeipſis. Primo calcantur a Chriſto. Vnde Iſa. 63. de ſe ait, Calcaui eos in furore meo, & de ſanctis in ſua perſona ſubdit, Et conculcaui eos, ſcilicet perfectos, & cum

C ſanctis meis in ira mea. De conculcatione quam a dæmonibus patiuntur, & de ea quæ inter eos mutuo fit, intelligi poteſt illud Iſa. 28. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ hebræorum Effraym. Effraym enim creſcens interpretatur. Nam quia tales in mundo iſto creuerunt in diuitijs, delectati ſunt in delitijs, coronati ſunt in honoribus: illic conculcantur paupertate, pœnalitate, & vtilitate: vt pro eo etiam extra ciuitatem cõculcari dicantur, exilium perpetuum patientes a conſortio beatorum, qui diuitijs, delitijs, & gloria æterna tunc perfruentur in Deo. Et de hac ciuitate propheta ait, Glo-

D rioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.

Quòd in inferno carnales patientur horribiles cruciatus. Cap. 2.

Secundo erunt horribiles.

SEcundo cruciatus eorum erunt horribiles, & violenti confugientes rebelles voluntates eorum. Et de hoc ſubditur. Et exiuit ſanguis de lacu, vſque ad fręnos equorum. Tanta enim illic damnatis adhibebitur pœna, quanta ſufficiet ad confringendum duritiam ſuperbiæ eorum: propter quam equis merito comparantur. Equus enim animoſum animal eſt, & erectę ceruicis. Vnde bene quemlibet damnatorum ſignificat. Ipſi proſecto equi dęmonum, ipſis propter ſuperbiam ſuam ſubiecti. Vnde de talibus dici poteſt illud, Zach. 12. Percutiam, dicit Dominus, omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam. Dęmones quippe, qui horum equorum aſcenſores ſunt, quaſi amentes denominantur: quia ſine moderamine ſunt in puniendo damnatos. Vnde & ipſi, ſcilicet qui patiuntur, ſtupeant de eorum inſania, a quibus tot terribilia pati neceſſe habent. Vnde & hæc pœna per ſanguinem denotatur.

F Sicut enim ſanguis in corpore delectationem, ſic extractus de corpore pœnam facit. Delectatione ſine pœna carere non poſſumus: immo quanto maior eſt delectatio rei, tanto maior pœna ſequitur ex carentia eius. Proinde vt expreſſius hic ſanguis ſignificet pœnam, dictus eſt exire de lacu. Vnde Exo. 7. c. Ægyptijs infantium interfectoribus Iſraeliticorum dedit Dominus ſanguinem in potum: ad clarius innuendum ꝙ homicidia, ſeu quęcunque mala, quæ damnati in præſenti ſeculo cum delectatione fecerunt, conuertet eis Deus in æternam pęnam. Vt ſcilicet quantum tem-

G poraliter delectabantur in peccando, tantum æternaliter doleant, & triſtentur de perpetrata culpa. Sicut intelligi poteſt illud Oſeæ 4. Et ſanguis ſanguinem tetigit, hoc eſt delectationi peccati pœna ſit. Sed quoniam nec damnatio impiorum abſque miſericordia eſt, idcirco eis Dominus maiorem non adhibet pœnam, quàm ad eorum refręnationem ſuperbiæ ſufficiens ſit, quæ ſignatur in fręnis. Sicut enim equis quo duriores ſunt, eo aſperiora eis adhibentur fręna: ſic damnati quanto duriores ſunt, tanto eorum pœnę aſperiores erunt. H

Proinde in pſal. ſcriptum eſt, In chamo, & fręno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te, ideſt maiore, & minori, iuxta voluntatis rebellionem eorum, pœnis conſtringe illos, qui ad te per voluntatis eorum conſenſum appropinquare ſe nolunt.

Quòd cruciatus peccatorum carnalium in inferno interminabiles erunt. Ca. 3.

TErtio cruciatus eorum erunt interminabiles, quod notatur per hoc, quod ſubinſertur, per ſtadia mille ſexcenta. Stadium a ſtando denominatur: *Tertio erunt interminabiles.*

A & eſt 8. pars milliarij, quo vtuntur Græci in metiendis viarum ſpatijs, Hercule auctore: qui cum fortiſſimus eſſet, fertur vno hanelitu centum vigintiquinque cucurriſſe paſſus, & ibi finem currendi fecit, & inde ſtadium dictum eſt: per quod pęnarum æternitas deſignatur, quia in æternum ibi ſtabunt. Porrò millenarius numerus ſcientiæ eſt, centenarius vero delectationis, & ſenarius actionis. Sicut alibi plenius eſt dictũ. Sanguis ergo, qui per ſtadia 1600. profluit, pęna æterna eſt, q̃ omne quod cogitatione, voluntate, & actione commiſſum fuerit, ſufficienter punit. Vnde Eccl. 7. conſulit ſa-
B piens, Fili neque alliges duplicia peccata. i. ne multiplices opera mala, Nec enim in vno eris immunis. i. in nullo eorũ eris expers a pęnis, a quibus nos liberet iudex miſericors, & iuſtus Dominus Ieſus, Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit, & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

IN EPIPHANIA Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Sermo XXIIII.

C *VIdimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum, ſcilicet Ieſum.* Matth. 2. & in Euangelio hodierno. Tribus quippe miraculis præſens ſolennitas decoratur. Primo adoratione paruuli, ſecundo cõſecratione baptiſmi, tertio operatione miraculi. Fatetur enim eccleſia, decimatertia die primi anni puerum Ieſum adoratum a Magis, decimatertia die 30. anni Ieſum iam virum effectum a Ioanne in Iordane baptizatum fuiſſe, ſicut Luc. 3. c. ait, Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum 30. Inſuper decimatertia die 31. anni
D ab ipſo Dño Ieſu primum miraculum factũ eſt, cum in nuptijs aquã in vinũ conuertit. Proinde Io. 2. c. ait. Hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus in Chana Galilęæ, & manifeſtauit gloriam ſuã. Nec tamen habetur ex ſacro textu, ꝙ hæc tria ſint talibus tẽporibus celebrata. Hęc tamen ab vniuerſali eccleſia per ſolennẽ celebrationẽ tradita ſunt. Sicut ꝙ Chriſtus natus ſit. 8. Kalẽ. Ianuarij, ꝙ hoc etiam non habetur ex textu. De huiuſmodi aũt dicit Augu. in lib. j. c. j. ad Ianuariũ. Illa inquit, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quę quidẽ toto orbe terrarũ ſeruãtur, datᷣ intelligi, vel ab ipſis Apoſt. vel cõſilijs plenarijs, quorũ eſt in eccleſia ſaluberrima

Tribus miraculis pſens ſolẽnitas decoratur.

auctoritas commendata atq; ſtatuta, retineri. B Sicut quia Dñi paſſio, & reſurrectio, & in cęlum aſcenſio: & Spiritus ſancti aduentus anniuerſaria ſolennitate celebrantur. Et ſi quid tale aliud occurrit, quod obſeruatur ab vniuerſa eccleſia, quacunq; ſe diffundit. De his igitur tribus hoc ordine, & tẽpore a Dño perpetratis ſolennia celebramus. Et ad hoc clarius innuendum hodie ſancta mater eccleſia agit de paruuli Ieſu adoratione: octauo vero die de baptiſmi eiꝰ cõſecratione: ſed & Dominica poſt Octauas Epiphaniæ de prædicti primi miraculi perpetratione: eodem videlicet ordine, quo hæc ab F ipſo Dño geſta traduntur. Propter hæc oĩa tripliciter hæc ſolẽnitas nuncupatur, ſ. Epiphania, Theophania, & Bethſania. Epiphania namq; dicitur ab epi, quod eſt ſupra, & phanos, quod eſt apparitio, vel manifeſtatio, quaſi deſuper per ſtellam facta magis apparitio, vel manifeſtatio, & pertinet ad miraculum primum. Pro ſecundo vero miraculo Theophania denominatur a Theos, quod eſt Deus, & phanos manifeſtatio, quaſi ſanctiſſima Trinitas in baptiſmo apparuit in extrinſeco ſigno. Pro tertio miraculo Bethſania appellata eſt a beth, quod eſt G domus, & phanos apparitio, quia in nuptiarum domo diuina potentia Chriſti manifeſtata eſt. Primum itaque miraculũ celebrat eccleſia in ſolẽnitate præſenti, agens de ſanctorum Magorum adoratione deuota. Magorum igitur diuinæ inſtructionis oraculo quærentium regem natum, cauſam, modũ, & finem, verba ſunt iſta: Vidimus ſtellam eius in Oriente, & ve. ado. eum. In quibus ſacratiſſimis verbis tres admirandi amores iſtorum Magorum per ordinem denotãtur. Primus eſt amor irradiatus, cum dicunt, Vidimus ſtellam eius in Oriente. Secundus amor inflammatus, cum addunt, & venimus. Tertius eſt amor quietatus, cum ſub- H dunt, adorare eum. Vt ſic tota eorum anima in hoc triplici commendetur amore. Intellectus in amore irradiato, affectus in amore inflammato, & memoria in amore quietato. De hoc quoq; triplici amore horum ſanctorum Magorum, Iſa. 49. prophetatum eſt, vbi dicitur, Reges videbunt, hoc quo ad primum: & conſurgent principes, quo ad ſecundum: & adorabunt, quo ad tertium. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone. Hi tres amores ſanctorum Magorum deſcribuntur ab Enangeliſta Matth. in 2. cap. & in euangelio præſentis ſolennitatis.

ARTI-

A ARTICVLVS PRIMVS.

De tribus, quæ admiratione ſunt digna in Magis; & in Scribis & in Herode.

Amor iſtorum Magorũ in hoc amore triplex medium.

PRimus quippe amor iſtorum Magorum, fuit amor irradiatus, ſ. in mente per fidem luminoſam, & in corpore per ſtellam radioſam. In hoc quippe amore cõprehẽditur triplex medium ſm prophetas, ad probandũ Chriſtũ eſſe regẽ Iudæorũ. Primũ eſt tẽpus, ſecũdũ eſt ſignũ. ſ. nouæ ſtellæ ortus, tertiũ eſt locus. Primum mediũ eſt tempus. Et de hoc Matt. in euangelio inquit. Cũ natus
B eſſet Ieſus in Bethlehẽ Iudæ in diebus Herodis regis. Ad literã, Prophetauerat. n. Patriarcha Iacob Gen. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fęmore eius, &c. Vbi Caldaica trãſlatio habet, donec veniat Meſſias. In quo manifeſte oſtenditur illo tẽpore Chriſtũ naſciturum eſſe, quando deficeret rex, & dux de populo Iudæorũ, quod impletũ eſt in Herode. Nam vſq; ad trãſmigratiõnẽ Babilonis habuerũt reges de tribu Iuda. & poſtea Duces, ſicut patet de Zorobabel. j. Eſdræ 2. c. & ſic vſq; ad Herodẽ habuerunt eos. Hic fuit natione Idumæus, &
C per conſequens alienigena. Fuitque ſibi datum regnũ Iudæorũ ab Imperatoribus Romanorum, & hnc cũ militibus ad acquirendum ipſum. Et ibidem capto Anthigono, & poſtea interfecto Herodes occupauit regnum, vt refert Ioſephus in lib. antiquitatũ. Hæc Nico. de Lira. Secundum medium, eſt ſignum, ſ. nouæ ſtellæ ortus. Et de hoc ſubditur a Matthæo, Ecce Magi ab Oriente: ſecundum enim glo. ſumptam a verbo ſuper Matth. quidam dicunt eos fuiſſe Caldęos, alij Perſas, vt Chryſoſt. alij de vltimis finibus terræ. Alij de terra Balaam,
D quæ ſecundum Remigium non diſtat a terra promiſſionis. Quodcunque iſtorum fuerit, bene dicitur ab Oriẽte: quia omnes iſtæ regiones ab Oriente ſunt reſpectu Iudææ, licet Caldea magis ſit ad aquilonem, ſecundum Hiero. Chriſoſto. quoque de hoc ait: Vnde dies naſcitur, initium fidei proceſſit, quia fides eſt animarum lumen. Venerunt Hieroſolimam dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Prophetauerat enim Balaam Numeri 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga ex Iſrael, &c. Vbi oſtenditur, ꝙ ortus nouæ ſtellæ apparentis, erat ſignum Chriſti naſcentis. Vnde in hora natiuitatis Domini apparuit ſtella noua in terra Oriẽtali reſpectu Hieruſalem, vt habetur Numeri 24. E
Hi reges dicti ſunt Magi, non a magica arte, ſed a ſcientiæ magnitudine. Quos enim Philoſophos Græci, Perſæ Magos, Iudæi Scribas, Latini magiſtros appellant, ſicut quidam dicunt. Reges inſuper dicti ſunt, quia illo tempore in partibus illis regnabant philoſophi ſapientes. Hi ſiquidem nouam ſtellam videntes, cognouerunt per reuelationem diuinam, quòd illa erat, de qua dixerat Balaam. Vnde ſtatim mouerunt ſe de locis ſuis, vt venientes adorarent puerum natum. Se- F
quentes ſtellam venerunt in Iudæam decimatertia die, quia terra quam habitauit Balaam, non multum a Iudęa diſtabat. Intrantibus autem ipſis Iudæam, ſtella ex diſpoſitione diuina diſparuit: vt neceſſe haberent recurrere ad regiam ciuitatem, quæ erat Hieruſalem, ibiq; requirere de Chriſto nato. Hoc quidem factum eſt a Deo triplici ratione. Primo propter ipſos Magos, vt qui prius admoniti fuerant cœleſti ſigno, confirmarentur etiam dicto prophetico ex Doctorum Hebraicorum reſponſo, ſicut infra patebit. Secundo autem propter Chriſtum, vt natiuitas eius nunciaretur in regia ciuitate, ac per conſequens Iudæi Chriſtum non recipientes, inexcuſabiles haberentur. Tertio propter myſterium, vt myſticè figuraretur, quòd fides Chriſti erat a gentibus deuotè ſuſcipienda, & a Iudæis pro maiori parte in ſua perfidia remanentibus reſpuenda: quia Magi, qui Gentiles erant, ipſum Chriſtum deuotè quæſierunt, & inuentum adorauerunt: ad quæ ſacerdotes Iudęorum Chriſtum audientes natum per cœleſte ſignum in nullo ſunt moti ad ipſum quærendum, ſeu etiam venerandum. Hæc ſecundum Nico. de Lyra. Tertium medium eſt locus, ſcilicet a Michęa determinatus. Et de hoc ſubditur a Matth. Audiens autem hæc Herodes rex, ſcilicet Chriſtum eſſe natum per manifeſtum cęli ſignum, turbatus eſt, ſcilicet timens priuari regno, & omnis Hieroſolima cum illo. Et hoc adulatoriè quidem: vel quia mali lętari non poſſunt de bono, nec carnales de facto ſpirituali, ſecundum Chryſoſt. aut nouitate miraculi, ſecũdum Magiſtrum hiſtoriarum. Et fortè propter hæc omnia ſm varietatem paſſionũ, & conditionum turbati ſunt. Et congregans omnes principes ſa-

Dñs fecit diſparere ſtellã triplici ratione.

G

H

A ſacerdotum, & ſcribas populi ſiſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur, ſ. ſecundum ſcripturas prophetarum. At illi dixerunt, in Bethlehem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam, ſcilicet Michæam 5. c. Et tu Bethlehẽ terra Iuda, ne quaquàm minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, ſcilicet propter Iudæos, quos ſuſpectos habebat in hoc, ſecundum Chryſoſt. diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et mittẽs eos in Bethlehem dicit, Ite & interrogate diligenter de puero. Non dicit de
B rege, ſed de puero. Et cum inueneritis, re: mihi, vt & ego veniens adorem eum. Falſum ſpondet obſequium, vt facilius decipiat eos, & vt ad redeundum per eum inducat. In ſerie huius textus triplex nobis admiratio demonſtratur. Prima, vnde fuit in Magis tanta intellectus illuminatio. Secunda, vnde fuit in Scribis tanta intellectus obcæcatio. Tertia, vnde fuit in Herode tanta intellectus obſcuratio.

Triplex admiratio.

De triplici ſtella, qua illuminati ſunt ſanctiſſimi Magi. Cap. 1.

C PRrima quippe admiratio eſt, vnde fuit in Magis tãta intellectus illuminatio. Quæramus hoc confidenter ab eis. Dicite nobis ſanctiſſimi Magi, vnde in vobis tanta illuſtratio intellectus? vnde in vobis tantum ortum eſt lumen? vnde in vobis tanta limpiditas virtutum? Reſpondent profectò. Vidimus ſtellam eius in Oriente. O cum quanto lumine reſponderunt: nam fatentur, quòd ſtellam videbant, ſtellam quærebant, & ſtellam habebant. Prima erat ſtella elementalis ſiue corporalis, ſecunda erat ſtella virginalis, tertia erat ſtella virtualis. Prima ſtella, quam videbant, erat elementalis. Et hanc tripliciter conſideremus. Primo eius formam, ſecundo
D eius cauſam, tertio eius horam. Primo inquàm conſideremus eius formam, differebat enim ab alijs ſtellis in quinque. Primo in quidditate, ſecundo in quantitate, tertio in qualitate, quarto in localitate, quinto in proceſſionalitate. Primo enim differebat in quidditate, quia erat elementaliter mixta. Aliter in aere non fuiſſet viſa. Secundo in quantitate, quia dimenſionaliter parua. Nam ſi parua non fuiſſet, non potuiſſet puerum particulariter demonſtrare, quia totam vnam magnam cooperuiſſet ciuitatem, ſi extitiſſet de illis, quæ ſunt in cœlo. Tertio in qualitate, quia interſcallariter viſa. Nam viciſſim latebat & lucebat. Vnde Magis Iudæam intrantibus latuit, & egredientibus ciuitatem patuit: vt prædicantis ſcripturæ, & apparentis ſtellæ duplex teſtimonium Magos lætificaret. Quarto in localitate, quia innaturaliter ſita. Aliter Magos non dirigeret rectè præcedendo ad locum, vbi erat puer, niſi in aere ſita. Quinto in proceſſionalitate, quia irregulariter mota. Vnde Auguſtinus. Vt plenum Chriſto præſtaret officium vel obſequium, temperauit gradum, donec Magos perduceret ad puerum: obſequium præbuit, non imperium, adduxit hoſpitium, irradiabat ampliſſimo lumine, tecta perfudit, ſicque diſceſſit. Hæc Auguſtinus, & Chryſoſt. o. ait, Stetit ſupra caput pueri, quaſi dicat, Hic eſt vt quia loquendo monſtrare non poterat, ſtando monſtraret. Et hæc ſufficiant quantum ad formam eius. Secundo conſideremus eius apparitionis cauſam. Circa quod aduertendum eſt, quòd ſtellæ quæ ſunt in cœlo, triplex officium habent. Primum diſtinguere tempore, ſecundum figurare naturalia, tertium influere in iſta inferiora, ſcilicet cauſando eorum generationem atque corruptionem: nihil tamen ſuper liberum arbitrium poſſunt, cum etiam ipſe Ptolemeus Aſtrologus dicat. Indicia, quæ ego tibi trado, ſunt inter neceſſarium, & contingens. Et iterum ait aſtrologus. Non debet dicere ratio ſpecialiter, ſed vniuerſaliter, quia ſapientis anima dominabitur aſtris. Hæc autem Magorum ſtella ad nihil ſupradictorum apparuit illis, ſed ſolum vt Saluatoris ortum viam, locumque oſtenderet: lumenque fidei, atque ſtatum credentium præmonſtraret. Nec tamen hora natalis, eſt hora fatalis. Naſcuntur enim ſub eodem conſtellationis puncto diſformes in naturalibus, vt perfectus, & monſtruoſus: In moralibus, vt reprobus & electus: In artificialibus, vt hebes & induſtrius: In conditionibus, vt liber & ſeruus. Et econtra ſub diuerſa conſtellatione conſimiles oriuntur. Nec enim hæc ſtella dat occaſionem erroris, ſcilicet quòd Chriſtus ſit natus ſub ſtellarum decreto, ſed magis oſtenditur, quòd ſtellæ ſunt ſub eius imperio conſtitutæ. proinde Gregorius. Dum non puer ad ſtellam, ſed ſtella ad puerum venit,

Prima, vnde fuit in Magis tanta illuminatio.

Tres ſtellæ.

Prima tripliciter cõſideratur.

Stellæ, quæ ſunt in cœlo triplex officium habent.

E F G H

A nit, non fatum pueri ſtella dici poteſt, ſed ſi dici liceat illius ſtellæ fatum, is qui apparuit, puer fuit. Licet autem quidam vocent fatum id, quod Deus facit concurrentibus omnibus cauſis in regimine vniuerſi: nullo tamen modo dici poteſt, quòd effectus fatalis ſit aliqua influentia ſtellæ ad coactionem voluntatis humanę. Et quia communiter errantes fatum appellant: ideo hoc nomen valde ſuſpectum eſt: licet a Boetio in quarto de conſolatione, ſub priori ſanè acceptum ſit. Tertio confiteremus eius apparitionis horam. Licet enim Chryſoſt. in Homel. 6. ſuper Matthæum dicat, quòd in forma pueri crucem in capite
B habentis Magis apparuit, & quòd de nato puero viam inſtruxit. Inſuper quòd biennium apparuit ante Chriſti natiuitatem: tamen hoc ab alijs communiter non tenetur. Hæc tamen Chryſoſt. recitat, non affirmat. Communiter tenetur, quòd apparuit hora natiuitatis. Vnde Auguſtinus. Eo naſcente lux noua in terra eſt reuelata, quo moriēte ſolis eſt claritas obſcurata. Hieronimus quoque in glo. ait. Stella dominicæ natiuitatis nuncia, nunquàm prius apparuit, ſed eam tunc puer creauit, & Magis
C præuiam deputauit, quæ peracto officio mox eſſe deſijt. Et hæc eſt de prima ſtella, quam Magi videbant, quæ erat elementalis. Secunda ſtella, quam quærebant, erat ſtella virginalis. vnde gloſ. noua ſtella, nouum hominem indicat. Stella profectò eſt ipſe Ieſus, qui de ſe Apoſtolus vlti. inquit, Ego ſum radix, & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina. In quibus ſacratis verbis oſtendit ſe Ieſus omnium ſequentium ſe, ſcilicet incipientium, proficientiū, & perfectorū pfectū ducē. Incipientiū, cū ait, Ego ſum radix. Non ait, Ego ſum de radice Dauid, quamuis & hoc etiam ſecundum carnem intelligatur: ſed ait, Ego ſum
D radix, ideſt radicale principium, & fundamentum, & nutrimentum totius regni Dauitici, & totius cultus Dei in ipſo fundati, & in alijs deriuati. Eſt ſiquidem radix propter influentia omnium gratiarum. Ioan. j. de plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Nam omnes incipientes, quaſi rami in hac radice viuificantur vita dilectionis. Per hanc radicem ornantur frondibus efficacis, & fructuoſæ locationis, & floribus redolentis conuerſationis. Per hanc radicem ſęcundantur fructibus ſtrenuæ operationis, & ſuauis deguſtationis. vnde propheta ait, Guſtate & vide-

Stella eſt ipſe Ieſus. Ieſus pfectus Dux incipientium.

te, quoniā ſuauis eſt Dominus, beatus vir, E
qui ſperat in eo. Secundo oſtendit ſe ducem proficientium, qui per luctam contra diabolum, peccatum, & mūdum manu fortí proficientes iuuat. Ideo ſubdit, genus Dauid. Et non dicit de genere Dauid, ſed genus Dauid, ideſt principale caput, & principiū totius generis, & generationis eius. Dauid manus fortis interpretatur. Nam iuuat proficientes forti manu contra ſpiritalia nequitiæ in cęleſtibus, Eph. 6. Iuuat etiā eos contra peccatum, vt vltra non régnet peccatum in eorum mortali corpore, ſed deſtruatur corpus peccati, Rom. 6. Iuuat inſuper contra mundum, contra concupiſcentiam oculorum, contra concupiſcentiā
F carnis, & contra ſuperbiam vitæ. proinde Apoſt. Ephe. 6. tales hortatur, dicens: Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Tertio oſtendit ſe ducem omnium perfectorum, dicens, ſtella ſplendida & matutina, ſtella dicitur propter puritatē innocentiæ: ſplendida propter claritatem refulgentiæ ad alios: ſed matutina propter ſplendorem gratiæ in præſenti, & glorię in futuro. Et hæc eſt ſtella, quam quærebant magi: ſcilicet filium Dei Ieſum. Tertia autē ſtella, quam iſti Magi habebant, erat ſtella G
virtualis, ſcilicet fides, quia Ieſum credebāt eſſe Dominum Deum ſuum. Quærebant quidem ſtellam humanitatis, & credebant ſtellam diuinitatis, & hanc ſecum gerebāt. De hac fidei ſtella, Eccleſ. 5. c. ſcriptum eſt: Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Eſt enim fides. Primo quaſi ſtella pura entitate, clara venuſtate, firma auctoritate. Secundo dicitur matutina, quia eſt ſcilicet virtus prima. vnde Hebr. 11. Apoſt. ait: Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparētium. Dicitur autem fides ſubſtantia, quaſi ſubſtans, ideſt fundamentale principium. Tertio dicitur in medio H
nebulæ, propter ſtatum præſentis miſeriæ inuolutæ caligine, tanquàm ſpeculum in ænigmate. Vnde 2. Pet. j. c. Quaſi lucerna ardens in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriat viſionis beatæ. Quarto dicitur luna lucens, dum non obtenebratur errore, non obliquatur intentione, ſed perficit opera in dilectione. Hæc lucet in diebus ſuis, ideſt durante ſtatu præſentis vitæ. Hanc ſtellam habebant ſanctiſſimi Magi, quæ intellectum eorum de filio Dei nato clarius illuſtrabat.

Proficientium.

Perfectorum.

A *De admiranda cæcitate ſcribarum circa ea, quæ in ſummo deſiderabant. Ca. 2.*

Secunda admiratio.

SEcunda admiratio eſt, vnde fuit in Scribis tanta intellectus obcæcatio. Valde profectò mirabile eſt, quò Scribæ & phariſæi, qui a Magis talia audiuerũt, & qui talia de Chriſto in prophetis ſibi promiſſa legebant, non curauerũt ſaltẽ per vnũ nunciũ pertingere ad indagationem tanti facti. Maximè cũ iudaicus populus nihil anxius, nihil deſiderabilius, nihil omnino concupiſcentius expectabat, q̃ ſuum Meſſiã & Regem, quẽ Magi apertè nunciabãt iam natũ.
B Huius aũt iudicij Dei hanc cæcitatẽ permittentes patens ratio poteſt eſſe: quia iam tũc temporis incraſſatum, impinguatũ, dilatatum, ingrauatum, & obtenebratum erat illorũ cor ad iſta inferiora, & ideo iuſto iudicio Dei, atq; occulto neglexerũt atq; deſpexerũt q̃rere Chriſtũ. Huius cõſimile reperies in cõſimilibus tẽporibus: quia ſemper hõies his cõſimiles, aut mẽtis lethargia oppreſſi, opera Dei negligunt attẽdere, & paruipendũt, aut illa oppreſſi furia pſequũtur.

De admiranda obſcuritate intellectus Herodis circa illa, de quibus tremebat, & expaueſcebat. Cap. 3. C

Tertia admiratio.

TErtia admiratio eſt, vnde fuit in Herode tãta intellectus obſcuratio. Cũ enim tanq̃ tyrãnus verus, ſemper de ſuo dominio trepidaret, & ob hoc de aduẽtu Magorum turbatus eſſet, atq; de venturo Rege a Scribis & Phariſæis ſciſcitatus a Magis diligẽter didicerit tẽpus ſtellæ: ideo mirabile eſt, quò vel cũ eis, vel poſt eos non miſerit aliquos pueri exploratores. Propterea notandũ eſt, ꝙ in his, & cõſimilibus mirè refulget occulta diſpẽſatio Dei, miris
D & occultis modis impediẽs eorũ intentũ, q̃ ſibi, & ſuis impiè aduerſant̃. Patet inſuper ĩ tanta cæcitate Iudaici populi, & Herodis, ꝙ cũ ſtatus clericalis & ſæcularis in odio Dei eſt, aufert illis ſenſum. ꝓinde Iſa. 6. c. De talibus Dñs ait. Vade, & dices populo huic. Audite audiẽtes, & nolite intelligere: videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi hui', & aures ei' aggraua, & oculos ei' claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & cõuertat̃, & ſanẽ eũ. Et dixi, vſquequo Dñe? Et dixit, Donec deſolẽtur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine hoie, & terra relinquat̃ deſerta, & lõgè ſciãt domus homines.

E ARTICVLVS SECVNDVS.

De admirando fidei feruore iſtorum ſanctorum Magorum erga Dominum Ieſum Chriſtum.

Secundus amor.

SEcundus amor iſtorum ſanctorũ Magorum eſt amor inflammatus, quia in themate ſubdunt. Et venimus, ſcilicet velocius currentes affectu, quàm greſſu. Vnde in Euangelio Matth. ſubdit, Qui cũ audiſſent regẽ, abierunt, ſ. recedentes de Hieruſalem, vt irent verſus Bethlehem de hoc per Michæam prophetam edocti. Et ecce ſtellam, quã viderant in Oriente, quæ prius diſparuerat, antecedebat eos, vſq; dum veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer. F Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Quod his verbis, & ex præcedẽtibus tres aliæ admirationes notari poſſunt. Prima eſt de Magorum aduentu, ſecunda de Magorum auſu, tertia de Magorum gaudioſo ſenſu.

Tres aliæ admirationes.

Quòd ex multis circunſtantijs aduentus Magorum, intelligi poteſt erga Chriſtum eorum feruor admirandus. Cap. 1. G

Prima de Magorũ aduentu.

PRima quippe admiratio eſt de Magorũ aduentu. Non. n. retardauit eos longitudo viarũ: quia de extremis terræ finibus, vel ſaltẽ de lõginqua regione venerũt ad Chriſtũ. Nõ eos retraxit difficultas temporũ: qa in hyeme. Non multitudo expenſarũ, quas ex regali comitiua ipſos facere neceſſe fuit. Nõ delicata teneritudo complexionũ: quia delicatè nutriti erant. Non periculũ perſonarũ: quia eis fieri poterant inſidiæ multæ. ſed accẽdit, & inflãmauit eos fidei feruor, H ſpei vigor, charitatis ardor, & extrinſeci luminis ſplẽdor, ac interna irradiatio, vel illuſtratio irradioſior: vt nec de tẽporis momẽto potuerint, vel timore pſonæ, vel amore patriæ cũ negligentia, ſeu deſidia aliqua retardari. Erubeſce chriſtiane infelix & miſer, nõ imitari ſanctorũ Magorũ exemplũ, ſaltẽ poſtquàm Ieſus dilectus, & amoroſus iam non vnica ſtella, ſed mille millibus miraculis, ſanctorum exemplis, martyrum victorijs. & triumphis tuam pigritiam excitat, & tuam cæcitatem illuſtrat. Præcipuè, quia ſtabulum iam mutauit in cæli palatiũ, præſepiũ in regni ſolium, Virginis gremiũ in patris

A tris ſinum, atque conſeſſum, paruulitatem in maieſtatem, panniculos & faſciā in glorioſam ſtolam, lachrymas & vagitus in cęleſtes concentus, mutitatem infantiæ in locutionem paternę ſubſtātię, ſocietatem beſtiarum in multitudinem Angelorum: vt piè timeas ad patris dextram iam ſedētem, quem Herodes timuit matris vbera lambētem? Saltem, quòd patefacta gloria te debet attrahere, ſi non vis benedictos Magos ad adorandum inſantiam ſociare.

De magna fiducia, quam Magis ſanctiſſimis præbuit fides Chriſti. Cap. 2.

B

Secunda de Magorũ auſu.

SEcunda admiratio eſt de Magorum auſu. Mirabile quippe eſt, ꝙ non timuerunt in præſentia Regis tyranni atque iniqui, confiteri dignitatem regalem pueri nati, ipſum in terra aliena coram Herodiana furia, atque ſæuitia, qui hoc ſentiebant tyrannum regem, & tyrānice regem, & iniuſta vſurpatione non ſucceſſione regnare. O ſanctiſſimi Magi, prius Chriſti confeſſores, quàm contemplatores. An neſcitis, quòd qui confitetur Regem in alterius regno, regnanti iniuriam facit? An creditis, C quòd vobis parcat crudelis Herodes, qui nec filijs ſuis ſua impietate pepercit, ſed plures trucidauit ex eis? Qui etiam paruulis innocentibus nefanda crudelitate, & diabolica compoſitione lac vberum cum ſanguine miſcuit puerorum. Sed puto, ꝙ vos iam illuminati de fide, & a paruulo illuſtrati, licèt nondum videretis eum, cum Apoſtolo Paulo alligari, & mori in Hieruſalem pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti parati eſtis, vt dicitur de Apoſtolo Paulo, Actuum 21.

De admirabili gaudio, quo repleti ſunt Magi in reapparitione iam viſæ ſtellæ. Cap. 3.

D

Tertio de Magorũ gaudioſo ſenſu.

TErtia admiratio eſt de Magorũ gaudioſo ſenſu: quia vidētes ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. ſecundum enim Rabanum hic inculcatio eſt verborum, ad deſignandum magnitudinē gaudij. Eſt enim triplex gaudij magnitudo, ſcilicet cogitatus, affectus, & effectus: puto ꝙ hoc dictum ſit tantis verbis, tāti gaudij expreſſiuis: vt intelligi poſſit, quantum gaudiū debuerunt habere, cum viderunt Ieſum lucem, quæ in tenebris lucet. Neque recolo me legiſſe alicubi in ſcriptura verbum tanti cumulati gaudij, ſicut iſtud, quaſi per hoc apertius exprimatur, quòd omnis potentia animarum eorum exuberanti gaudio exultauit, ita vt etiam in ſenſu corporis redundaret: per corporales namque oculos in reuiſione ſtellæ tanta materia gaudij abundauit in corde, ꝙ tota regio cordis ſuſtinere non valens in actualem corporis exultationem prorupit. Nam ait: Gauiſi ſunt, ſcilicet videndo ſtellam, gaudio, ſcilicet in intellectu, magno in affectu, valde, in effectu. E

ARTICVLVS TERTIVS.

De alijs tribus, per quæ admirandus apparuit ſanctorum Magorum feruor. F

Tertius amor Magorum.

TErtius eſt amor quietatus. In quo quidem ſanctiſſimi Magi quieuerūt: quia in themate ſubditur, Adorare eum, ſicut verbum Deum. In quo finaliter animæ per beatitudinem requieſcunt. Et de hoc hic ſubditur a Matth. Et intrantes domum, inuenerūt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eū, ſ. adoratione latriæ: & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirrham. In quibus ſacratiſſimis verbis eorum quietati, amoris triplex alia admiratio demonſtratur. G Prima, quia non ſcandalizantur: ſecunda de eo, quòd adorant, & venerantur: tertia de eo, quòd non loquuntur.

Quàm admirabile fuit, Magos non ſcandalizari in ſignis humilitatis Chriſti. Cap. 1.

Huius amoris triplex admiratio. Prima.

PRima quippe admiratio eſt, ꝙ hi ſancti Magi non ſcandalizātur. Nam intrātes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Chryſoſt. Non diademate coronata; H aut lecto aureo recumbente: ſed vix tunicā vnam habēte, nō ad ornatum corporis: ſed ad tegimentū nuditatis, qualē habere poterat carpētarij vxor peregrè cōſtituta. Et tū gaudebāt mētes Magorū, cōtemptibilē puerū aſpicere: quia ſpiritus in corde eorū terribilē eū mōſtrabat: Inuenerūt quippe puerū, quē veriſſimè credebāt Deū ſuum. Propterea nō offendūtur ſtabulo, nō præſepio, nō panniculis paupertatis, non ſolitudine Virginis matris: ſed potius attendentes ſuæ diuinitatis condeſcenſionem, diſcunt in paruulo profundam humilitatem, in ſtabulo abijcere pompoſitatem, in præſepio carnis auſteritatem, in panniculis amabilem pauper-

A paupertatem, in ſanctiſſima Virgine inuiolabilem puritatem.

De admirando myſterio adorationis, & oblationis ſanctorum Magorum.
Cap. 2.

Secunda. Tripliciter Magi adorant Deum.

SEcunda admiratio eſt de eo, quòd adorant, & venerantur. Nam tripliciter adorant eum. Primò vt creatorem, ſecundò vt redemptorem, tertiò vt glorificatorem. Et hæc triplex adoratio in eorum oblatione myſticè deſignatur. Primò quidem adorant eum, vt creatorem. Propterea B Euangeliſta inquit, Et procidentes adorauerunt eum. & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirrham. vbi ad literam conſidera, quòd de triplici ſubſtantia adorant Chriſtum. Primò de corporali, quia & procidentes: ſecundò de ſpirituali, quia adorauerunt eum: tertiò de temporali, quia obtulerunt ei munera. Plura quippe non habet homo, niſi animam, corpus, & temporalia bona. quaſi dicat Chriſto. Omnia noſtra tua ſunt, & a te habemus, & tanquàm tua offerimus verè tua. Rabanus. Adorauerunt eum in carne verbum, in infantia ſapientiam, in infirmitate virtutem, C in forma hominis Dominum maieſtatis. O ſapientes Magi, quid agitis? In faſcia puerum adorate? Adoramus, inquiunt, & ſapienter facimus: quia ſicut in aſſumpto verbo profitemur diuinitatem: ſic oportet adorari tanquàm principium noſtræ creationis. Scriptum eſt enim Deuteron. 6. Dominum Deum tuum adorabis. Hanc quippe adorationem ſecundum tropologicum intellectũ, in ſua oblatione myſticè præfigurant, noſque informant quid Chriſto debeamus offerre, tam in abijciendo vitium, quàm in accipiendo virtutis exercitium. Primò quidem in abij-

De triplici ſubſtantia adorãt Chriſtum.

D ciendo vitium. Nam aurum præcedit in diuitijs. Thus eſt excellens in ſacrificijs, & ſignificat ſublimitatem honoris. Mirrha adhibetur delitijs carnis, & multum præcedit in vnguentis. Hæc profectò paruulo noſtro offerimus, cum pro ſuo amore cum ſanctis Magis diuitias, magnificentias, atque delitias, quæ auaritiæ, luxuriæ, atque ſuperbiæ occaſionem præſtant, feruenter a cogitatione noſtra longè abicimus, & fugamus: ſecundò in accipiendo virtutis exercitium: vnde exẽplo ſuo ſancti Magi nos inſtruunt, vt Domino offeramus aurum ſplẽdentis cognitionis, thus ardentis deuotionis, & mirrham carnis mortificationis. E Secundò adorant eum, tanquàm Redemptorem, ſicut Propheta prædixit cum ait: Coram illo procident Æthiopes, id eſt culpa originali magni, ſecundum Chriſti ſanguinem candidati: proinde hoc profitendo, ſimulque nos inſtruendo, ſecundum allegoricum intellectum, offerunt ei munera proteſtando in auro regiam maieſtatem, in thure Dei immenſitatem, & in mirrha carnis mortalitatem. Tertiò adorant eum, tanquàm glorificatorem. Venerantur enim in aſſumpto homine ſummam diuinitatem: quia ille paruulus Rex erat æternus, & habebat ſcriptum in veſtimentis, & F in fœmore eius, Rex regum, & Dominus dominantium. Quid enim per veſtimentum, niſi aſſumpta humanitas deſignatur? Per fœmur, quod eſt generationis formale principium, quid aliud dignius, quàm æterna generatio demonſtratur? quaſi Beatus Euangeliſta oſtendere velit, quòd Dominus Ieſus ſit Rex ſecundum vtranque naturam. In quo quidem glorificabũtur omnes, qui diligunt nomen eius. Ad hoc igitur ſignandum, ſimulque ad nos inſtruendum, ſecundum anagogicum ſenſum, ſancti Magi oſferunt ei aurum, quod præfigurat in patria G ſplendorem viſionis, thus dulcorem fruitionis, & mirrham tenorem incorruptibilis poſſeſſionis.

Quòd admirabile eſt, quòd ab Euangeliſta non commemoratur, Virginem Magis fuiſſe aliquid locutam.
Cap. 3.

Tertia admiratio.

TErtia admiratio eſt, quòd iſti ſancti Magi non loquũtur. Cum enim Beata Virgo omnem linguam intelligeret, & loqui ſciret, eo quòd omni ſcientia poſt filij Dei conceptum plena eſſet, mirum H videtur quòd tam pia mater tam fidelibus, & deuotis filijs, qui tanto feruore, & fide, tantis periculis, & labore, atque expenſis venerunt adorare, tanquàm Deum filium ſuum, in aliquo non cõdeſcenderit per aliquem conſolatorium actum, vel ſaltem per aliquod dulce verbum. Sed profectò deuotè penſandum eſt, quòd Magi tanquàm peritiſſimi viri, vereque in fide illuminati, & in Dei magnalijs irradiati, cum deuotiſſima matre Chriſti aliqua ſingularia colloquia habuerunt de altiſſimis myſterijs incarnationis, & incarnati verbi, de altiſſimis contem-

A contemplationibus paradiſi, de admirandis gratijs, & beneficijs Dei, de moribus virtuoſis, & nobilitate virtutum: atque de his, per quæ poſſent eſſe perfectiſſima Chriſti membra, qui multas inſtructiones, & magnas conſolationes ab ipſa pijſſima Chriſti matre ſuſceperunt. Hęc & his ſimilia Euangeliſta Matthæus in præſenti hiſtoria credo, quòd ſcienter omiſit, atque ſummam huius myſterij ſecũdum ſuam extrinſecum corticem enarrando, reliqua intellectibus, atque deuotis mentibus perſcrutanda, & deuotè contemplanda dimiſit. Contemplemur igitur & nos, tanquàm huic adorationi præſentes horum ſanctorum Magorum magnalium Chriſti ſenſum, ac experimẽtalem intellectum, & guſtum. Quis enim deuotus dubitare queat, quòd mater pijſſima ita deuotis filijs de vnigenito ſuo in multis conſolationibus condeſcendit? Quis inſuper ambigere poteſt, quòd hoc quilibet ſanctorum Magorum ardentiſſimo animo concupiuit, qui tanto feruore, atque labore a terræ finibus ad hoc quodammodo volauerunt? Credo, quòd quilibet eorum à dulciſſima matre dilectũ filium poſt eius adorationem ſuſceperit in manibus ſuis, atque in vlnis ſuis amplexatus ſit eum, & ſuauiſſimè oſculatus, Necnon quòd Simeonis morẽ, aliquod mellifluum iubilando cantauerit. Quaſi primus Magus cum Ieſum in brachijs ſuis dulciſſimè poſſideret cantando iubilauerit, & quaſi tripudiando dixerit iſta dulciſſima verba. Quæ ſequũtur ſunt in lingua Italica exaratã, quæ omitto non intelligens linguam: quia nec ego ſcriptor plus reperi in exemplari, contra quod hæc ſcripſi.

D DOMINICA v. poſt Epiphaniam.

De regno cœlorum.

Sermo de regno cœlorum.

Tria notanda in hac parabola.

S*imile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo, &c.* Matth. 13. Tria notantur in iſta parabola. Primò diuina ſapientia in conditione creatorum, quod ſignificatur per ſemẽ ſeminatũ in agro, &c. Secundò diuina prouidentia in toleratione malorum, quod notatur cum dicitur, Sinite vtraque creſcere, &c. Tertiò diuina iuſtitia in retributione meritorum, quod notatur, cum dicitur, Colligite primum zizania, &c. Sed quia nobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: & mille rerũ ſimilitudines cognoſcuntur, niſi prius res ipſæ cognoſcantur. Sicut non poſſumus cognoſcere, quòd Petrus ſit ſimilis Paulo, niſi prius cognoſcamus vtrunque. Ideo de regno cœlorum videnda ſunt quædam abſolutè, & poſtmodum quomodo conueniat ei ſimilitudo.

Quid ſit regnum Dei. Cap. 1.

Quid ſit Regnum Dei.

SVnt autem hæc conſideranda de regno iſto, ſcilicet quid ſit, vbi ſit, quale ſit, quantũ ſit, & quorum ſit. Quid ſit, ſubtiliter diffinit Apoſtolus. Rom. 14. Non eſt enim regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spirituſancto. Quid eſt regnum Dei? Regnum Dei non eſt aliud, quàm influentia deiformis, vniuerſaliter rectificans, vel iuſtificans iudicia rationis, tranquillans vel pacificans imperia facultatis, adimplens ſiue iucundans deſideria voluntatis. Iuſtitia nihil aliud eſt, quàm iudiciorum rationis vniuerſalis rectificatio. Pax nihil aliud eſt, quàm imperiorum facultatis vniuerſalis tranquillitas. Gaudium nihil aliud eſt, quàm deſideriorum voluntatis vniuerſalis adimpletio. Et tunc regnum animæ totaliter eſt pacatum, quod impoſſibile eſt fieri in præſenti. Nam quòd omnia noſtra iudicia ſint directa, imperia tranquillata, deſideria conſummata, impoſſibile eſt dum ſumus in hac vita. De iudicijs patet in ſcientijs Medicorum, Iuriſtarum, Aſtrologorum, & Theologorum, per quas ferè omnia reguntur. Medicorum iudicia ſæpe ſunt obliqua, quia habent medium inter innatum, & accidens: & accidentia ſunt varia, & innumerabilia, & modicum temporis complexionem immutat, & propter hoc falluntur. Iuriſtarum iudicia ſæpe ſunt diſtorta, quia habent medium inter verum, & veriſimilem, & multotiens, quia veriſimile magis probatur, & quod Magis apparet verum dimittitur. Aſtrologorum iudicia ſæpe ſunt ſimiliter fallibilia, quia habẽt medium inter neceſſariũ, & poſſibile: quia enim cauſæ inferiores ſunt poſſibiles, & ideo variabiles, multotiens decipiuntur. Theologorum ſimiliter iudicia, quãdoque ſunt

De iudicijs. *Medicorum.* *Iuriſtarũ* *Aſtrologorum.* *Theologorum.*

A ſunt minus recta: quia habent medium inter æternum, ſiue æuiternum, & temporale. Temporale enim ſunt intentiones, affectiones, & circunſtantiæ innumerabiles; quæ multotiens variant peccata,& in aliud genus mutant. Et ideo: quia neſcitur, vtrum aliquis odio, vel amore dignus ſit, animarum iudices aliquando decipiuntur. Sic ergo patet, quòd humana iudicia non ſunt vniuerſaliter recta. De imperijs autem noſtræ facultatis ſimiliter certum eſt, quòd in præſenti non ſunt vniuerſaliter tranquillanda. Habemus enim pugnam quadruplicem, qua iugiter impugnamur, ſcilicet pugnam temporis, corporis, ſenſualitatis, &

Quadruplex pugna.

B voluntatis. Tempus impugnat nos mirabiliter, æſtas per nimiā caliditatem, hyems per nimiam frigiditatem, autumnus per nimiam ſiccitatem, ver per excedentem humiditatem. Tempus autem principium eſt corruptionis. Corpus nos impugnat modò fame, modò ſiti, modò nuditate, &c. De ſenſualitate quis dubitat, quin nobis faciat magnam pugnam, & voluntati multotiens contradicat? Vult enim comedere, bibere, dormire, & huiuſmodi. Ipſa etiam voluntas multipliciter nos impugnat. Sæpe naturam contradicit diuinis legibus, nec vult

C ſubijci rationi, ſed in ſemetipſa eſt contraria, & diuiſa. Nam velle habet ſæpe, quod non poteſt velle. Cum igitur nullus ſit in hac vita, qui non moleſtetur huiuſmodi pugna quadruplici: planum eſt, quòd nullus habet hic ſua imperia tranquillata: ſimiliter quis habeat in præſenti ſua deſideria cōſummata. Sunt autem quatuor deſideria in homine, quæ ſunt ferè ad omne malum radicalia, ſcilicet deſiderium principandi, ſciendi, oblectandi, & abundandi. Primum refertur ad ſuperbiam, ſecundum ad curioſitatem, tertium ad luxuriam, quartum ad

D cupiditatem. Primum non poteſt impleri: quia & ſi toti mundo principeris, mors tamen principabitur tibi, quaſi omnis potentatus breuis vita, vt dicit Sapiēs Eccleſiaſt. 10. Secundum ſimiliter non poteſt impleri: quia & ſi multos annos viueres, adhuc naturam vnius feſtucæ, ſiue muſcæ, ſeu minimæ creaturæ cognoſcere nō valeres. Tertium non pōt impleri: quia in eo vbi quæris delectamentum, poſtea inuenis cruciamentum. Omnis enim delectatio in præſenti reſperſa eſt amaritudine. Vnde poteſt homo tantum delectari in comedendo, vel bibēdo, vel alio actu, quòd neceſſarium eſt eum mori. Sed nec quartum poteſt impleri: quia auarus non implebitur pecunia. Eccleſiaſt. 5. Et eſt exemplum de Alexandro Magno, qui cum occupaſſet mūdum iſtum, & audiſſet a quibuſdam mundum alium eſſe: cogitabat eum occupare. Cum igitur regnum iſtud mundanum non habeat recta iudicia, nec tranquilla imperia, nec deſideria iucunda: ſummè deſiderare debemus illud regnum, in quo & recta erunt noſtra iudicia, & pacifica imperia, & deſideria tranquillata. E

Capitulum ſecundum.

SEd vbi eſt illud regnū, vt ſciamus quærere. Nota, quòd non in exterioribus, ſed in interioribus: quia ſpirituale. Nō in inferioribus, ſed in ſuperioribus: quia ſublime. Non in creatis rebus: ſed in rationibus cauſalibus: quia perpetuum, & incorruptibile. Non enim dico in exterioribus; ſed in interioribus: quia ſpirituale. Luc. 17. Non veniet regnum Dei cum obſeruatione, neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum Dei intra vos eſt. Sed quid ſibi vult hoc? Si intra nos eſt: videtur quòd ſit valde exiguum. Attende autem, quòd quadruplex virtus eſt in anima, ſcilicet Senſus, imaginatio, ratio, & intelligentia. Vide G enim quantum ſenſus capit. Oculus enim quaſi in puncto pupillæ totum apprehēderet mundum, ſi non haberet obſtaculum. Imaginatio verò multos tales poteſt apprehendere mundos. Ratio verò ſe extendit vltra ſenſum, & imaginationem. Abſtrahit verò vniuerſale, quod eſt ſemper, & vbique: in particulari, quod eſt hic, vel nūc. Si ergo ſenſus, & ratio tantæ ſunt capacitatis: quid eſt de intelligentia, quæ nata eſt apprehendere ſummum bonum? Ergo paruum non eſt, quod intra nos eſt: ſed incomprenſibile, & infinitum. Non eſt etiam re- H gnum Dei in inferioribus: ſed in ſuperioribus: quia ſublime, Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Non vult dicere, quòd hic mundus non ſit ſuus: ſed vult dicere, quòd regnum ſuum quæratur inferioribus: quia neceſſe eſt illud eē ibi. Eſt enim quadruplex agens, ſcilicet elemētale, æthereale, æuiternum & æternum. Primum eſt tranſmutabile ſecundum formam, ſecundum ſecundum ſitum, tertium ſecundum affectiones, quartum nullo modo. Cum ergo regnum Dei ſit omnino intranſmutabile: neceſſe eſt, quòd ſit in quarto agente, ſcilicet quòd non ſit mutabile, vel tranſmutabile.

Vbi eſt hoc regnū F

Quadruplex agēs.

A tabile. Et non eſt iterum iſtud regnum in creatis rebus: ſed in rationibus cauſalibus. Vnde ait Saluator diſcipulis ſuis, Luc. 22. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam. Iſta menſa non eſt materialis: ſed ſpiritualis, in qua tot ſunt fercula, quot vel quorum Dominum relucét in diuina ſapientia rationes. De hac menſa dicitur Prouerb. 9. Sapientia ædificauit ſibi domum, quando aſſumpſit humanam carnem: excidit columnas ſeptem, quando roborauit eccleſiam per ſpiritum ſeptiformé: poſuit menſam, quando rationes æternas
B omni in regno ſuo animæ regnanti præparauit, & poſuit contemplandas. Hæc eſt enim præparatio menſæ. Apparebunt vtiq; ſpiritibus glorioſitatis illæ rationes viuentes, tanquàm in ſpeculo, tanquàm in libro, & tanquàm in menſa. In ſpeculo: quia pulchriter. In libro: quia ſtabiliter, & indelebiliter. In menſa: quia delectabiliter. Et quia de interioribus ad exteriora egreſſi ſumus, de ſuperioribus ad inferiora cecidimus pro creatore creaturam dileximus. Ideo Dominus noſter venit de interioribus ad exteriora: quia trahitur autem ſapiétia de occultis, Iob 28. cap. Vt nos reuocaret de exterioribus ad interiora, de ſuperioribus ad
C inferiora. Ipſe enim habitabat in altiſſimis, & deſcendit ad infima: vt nos traheret ad ſuperiora: vlterius ipſe creator aſſumpſit creaturam: vt ab amore creaturæ nos ad ſuum reuocaret amorem.

Capitulum tertium.

Quale ſit iſtud regnum.

SEd quale eſt iſtud regnum? Dico quòd eſt glorioſum, ſpecioſum, & delitioſum. Et hoc propter Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum. Patri appropriatur celſitudo gloriæ, Filio pulchritudo ſapientiæ, Spirituiſancto dulcedo beniuolentiæ.
D Ecce ſublimitas, formoſitas, ſuauitas. Dico quòd illud regnum eſt glorioſum. Pſal. Gloriam regni tui dicent. Hoc autem eſt, quando ſpiritus glorificati quicquid boni habent, reſoluunt in primum principium. Et propter hoc Angeli ſunt in continua laude, & glorificatione: quia illud quod continuè accipiunt, in eum qui ſolus glorificare poteſt, reſoluunt: vnde anima quanto illa, quæ accipit ſuo attribuit principio, tanto eſt gloria cœleſti propinquior. Gloria verò æterni regni eſt, quando ſpiritus glorificati Dñm noſtrũ formatoré, reformatoré, gubernatorem, & glorificatoré laudant, & E
glorificát. Si ergo regnũ Dei é glorioſum. Eſt & regnũ Dei ſpecioſum, de quo Sapientiæ 5. Accipiét, ſ. Sancti, regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Dñi. Diadema ſpeciei, ſiue regnum decoris, nihil aliud eſt, quàm videre pulchritudiné ſenſibilium & inſenſibilium, rationalium & irrationaliũ, humanitatis Chriſti Dei vnius, & trini. Auguſt. 6. myſticè. Pulchritudo nihil aliud eſt, q̃ æqualitas numeroſa. Vnde vbi nõ eſt numerus, nõ eſt pulchritudo: vt patet in eo, q tãtum habet oculũ. Similiter vbi eſt numerus ſine æqualitate, non eſt pulchritudo: vt patet in eo, qui habet vnũ oculũ paruũ, & F
aliũ magnũ. Eſt iterũ iſtud regnũ delitioſũ, de quo Lucæ 14. Beatus qui mãducabit pané in regno Dei. Erunt ne ibi alia fercula, q̃ panis? Iſte panis ſufficiet: quia iſte eſt panis Angelorũ, panis qui de cęlo deſcendit. De quo Sapié. 16. c. Panem de cęlo præſtitiſti illis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Si ergo homines tantum delectãtur in pane materiali, pro eo quòd vitam continuat mortalem, quanta erit delectatio in pane illo, qui eſt vita per eſſentiam? De nullo alio poteſt anima ſatiari, quàm de iſto pane: quia ſolus eſt intimus, ſolus eſt conuenientiſſimus, ſolus G
ſufficiens, ſolus abundantiſſimus. Solus intimus eſt animæ: quia ſolus per eſſentiam intrat animam, & ideo ſolus reficere poteſt. Alia verò non intrant animam ſecundum eſſentiam: ſed ſolum ſecundum ſimilitudinem, & ideo reficere non poſſunt. Item ſolus conuenientiſſimus. Nam anima nulli melius conuenit, quàm illi ad cuius ſimilitudinem facta eſt, & ideo ſatiat animam, & delectat: quia delectatio eſt coniunctio conuenientis cum cõuenienti. Item ſolus ſufficiens: quia ſolus totam implet animam, & ideo ſecundum ſe totam poteſt reficere. Item ſolus abundantiſſimus: H
quia ipſius animæ etiam capacitatem excedit: quia infinitus eſt: Beatus ergo, qui panem manducabit in regno illo.

Capitulum quartum.

Quãtum ſit illud regnum.

SEquitur videre, quantum eſt illud regnum: hic deficit ſenſus, imaginatio, ratio, & intelligentia. Eſt enim magnum longitudine æternitatis interminabilis, latitudine capacitatis incoarctabilis, celſitudine ſublimitatis incomprehenſibilis. Eſt ergo illud regnum magnum longi-

A longitudinem,&c. Pſal. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generationẽ: quod probat Dani.7.cap. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ nõ auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Non enim corruptibile eſt in ſe, ſiue ab intra. Et ideo Beatus Petrus vocat illud regnum, gloriam immarceſſibilem. Illud enim eſt marceſſibile, quod habet corruptionem in ſe, vel a ſupra, vel ab intra, vel a iuxta. Sed illud nullo modo: quia poteſtas regni eius æterna eſt: quia nihil habet ſupra ſe: & cui nulla poteſt fieri violentia, nec aliquid tantum
B valet ad ſpernendum præſentem vanitatẽ, quàm cogitare iugiter æternitatem. Eſt etiã illud regnum magnum latitudine capacitatis incoarctabilis: quia licèt ibi ſit ex omni tribu, lingua, populo, & natione, ſicut dicitur Apocalyp.7.c. nihil tamen propter hoc anguſtabitur: ſed potius ampliabitur: quia inde cuilibet gloria ſua creſcet. Pſal. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,&c. Non ergo coarctatur multitudine exiſtentium, nec multitudine aduenientium, Matth.8. Multi venient ab oriente, & ab occidente, &c. Nec multitudine poſſidentium, nec etiam deſiderantium. Et hoc
C totum facit charitas, qua homo tantum gaudet de bono proximi, quantum de ſuo proprio. Eſt iterum illud regnum magnum celſitudine ſublimitatis incomprehenſibilis: a magnitudine enim regni corruptibilis, dicitur rex magnus. Sed a magnitudine regis æterni, dicitur illud regnum æternum, ſiue magnum. Quis enim magnitudinem potentiæ & ſapientiæ, clementiæ & iuſtitiæ eius poterit comprehendere, vel aliàs nunciare, vel numerare? Hierem. 10. Magnus es tu Domine,&c. Et ideo regnum illud eſt magnum, & magni illi, qui illud obtinebunt. Matth.11. Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Dicitur de
D Ioanne Baptiſta. de regno iſto eſt ſpeculatio. Illud verò, quod dictum eſt, ſecundum quod ſequitur, ſcilicet quorum eſt practica.

Capitulum quintum.

Quorũ ſit regnũ cœlorum.

SEd quorum eſt regnum cœlorum, non niſi habentium gratiam. Et ideo dicit Apoſtolus ad Rom.6. Stipendia peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna. Eſt autem gratia quadruplex, per quam homo poteſt ingredi regnum Dei, videlicet gratia baptiſmalis, pœnitentialis, perſeuerantialis, & ſapientialis. Gratia baptiſmalis E

Gratia quadruplex.

Prima.

neceſſaria eſt: quia cum naſcamur omnes natura filij iræ, & ob hoc iuſtè ſimus priuati hæreditate cœleſti, non poſſumus ad illam pertingere, niſi per gratiam renaſcamur. Et hoc eſt, quod dicit Dominus, Ioã, 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei, vel cœlorum. Ad hanc autem gratiam conſeruandam tria ſunt neceſſaria, ſcilicet credentia primæ veritatis, amor ſummæ bonitatis, exercitium virtuoſæ operationis. Et hæc tria comprehẽdit Apoſtolus ad Galat. 6. dicens: In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliud valet, neque præputium ſed F
noua creatura, id eſt fides, quę per dilectionem operatur. Et quia non omnes conſeruant gratiam baptiſmalem, neceſſaria eſt gratia pœnitentialis. Et ideo ait Dominus, & Ioannes, Matth.3.& 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Vbi oſtendit, quòd ſicut per peccatum regnum Dei elongatur a nobis, ita per pœnitentiam appropinquat. Hæc autem gratia conſiſtit in tribus, in abdicatione terrenæ cupiditatis, in reſcriptione concupiſcentiæ carnalis, in ſuppeditatione altitudinis mentalis, ſecundum illud 1. Ioan.2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo G
ſunt. Omne enim, quod eſt in mundo,&c. Ab his enim tribus, quæ in mundo ſunt, vel in regno mundi, oportet elongari pœnitentes, vt appropinquẽt regno Dei: quãuis aliter in via mandatorum, & aliter in ſemita cõſiliorum: quia in illa tenemur vitare peccata, in hac verò non ſolum peccata: ſed etiam occaſiones peccandi. Perfecta igitur pęnitentia eſt abdicare terrenam cupiditatem per altiſſimam paupertatem, reſtringere carnalem concupiſcentiam per integerrimam caſtitatem, ſuppeditare mẽtis ſuperbiam per profundiſſimam humilitatem. Altiſſima paupertas nobis neceſſaria eſt ad intrandum regnum contra diuitias temporales, quæ retrahunt ab ingreſſu. H
Et ideo dicit Dominus, Matth.5. Beati pauperes ſpiritu,&c. Item 19. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Et huius triplex eſt ratio. Prima eſt, quia regnum cœlorum eſt ſpiritualiſſimum, & ſimpliciſſimum: cor autem auari eſt terrenum, & compoſitum. Amor enim eſt vis vnitiua, quæ vnit amãtem cum amato, vt dicit Dionyſius. Quot ergo res auarus diligit, tot ſibi applicat, & coniungit. Cum ergo res terrenas

Secunda.

Difficillimũ eſt, diuitem intrare in regnum Dei propter tres rationes.

A terrenas diligat, illas ſibi vnit, & componit. Et ideo regnum cœlorum, quod ſimpliciſſimum eſt, intrare non poteſt. Exemplum in legenda Beati Antonij, de corde auari. Secunda eſt, quia regnum cœlorum eſt ſurſum, & cor auari deorſum. Amor enim eſt pondus inclinans animam ad rem amatam, quia quod eſt pondus in corporibus, hoc eſt amor in ſpiritibus, ſecundum Auguſtinum. Cum ergo cor auari ex eius amore, id eſt amor in ſuo corde, tendat ad res inferiores, inclinat animam inferius. Regnum autem cœlorum eſt ſurſum, & ita illud non poteſt intrare: ſed habentes pon-
B dus, immo alas diuini amoris, de quo dicit Dominus, Matth. 11. Tollite iugum meum ſuper vos, &c. quia talis amor eſt eleuatiuus, ideo hi poſſunt. Tertia ratio eſt: quia regnum cœlorum eſt gratuitum, liberale, communiſſimum. Cor autem auari, quod eſt gratuitum, vult facere ſeruile: quod eſt liberale, vult facere venale: quod eſt communiſſimum, vult ſibi appropriare: & ideo non poteſt regnum Dei intrare. Diues ergo amans diuitias propter cõditiones, quas habet contrarias, non poteſt ingredi regnũ Dei, & ideo ad intrandum nobis eſt neceſſaria paupertas ſpiritus. Integerrima au-
C tem caſtitas eſt nobis neceſſaria ad intrandum regnum Dei contra carnales delitias, quæ non permittunt intrare. Et hoc eſt, quod dicit Apoſtolus. 1. Corinth. 15. Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Et eſt triplex ratio. Prima: quia regnum Dei eſt mundiſſimum: carnalis autem immundus. Immunditias enim diligens immundus eſt: quia talis eſt quiſque, qualis eſt amor eius. Sicut enim immundus exiſtens nõ poteſt huius mundi habere munditias: ſic nec carnalis eo quòd immundus eſt, poteſt habere regnum Dei.

Caro, & ſanguis regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt ꝓpter tres rationes.

D Secunda ratio eſt: quia regnum Dei eſt incorruptibile, carnalis autem corruptibilis: quia amans corruptiones, corruptibilis eſt: ſed corruptio non poſſidet incorruptionẽ. Tertia ratio eſt: quia regnum illud eſt ordinatiſſimum: carnalis autem inordinatiſſimus eſt: ſicut patet, inferior enim potentia eſt ſenſualitas, ſuperior verò eſt intelligentia: ſed in illo actu intelligentia ſubijcitur ſenſualitati: quia vt dicitur, tota anima abſorbetur, & a carne quaſi a leone miſera anima deglutitur, & quaſi caro efficitur, & ſic totam ordinatur, & ideo regnum Dei non poteſt intrare. Munditia ergo, & caſtitas eſt neceſſaria, &c. Matth. 5. Beati mũdo corde, &c. Matth. 19. Sunt eunuchi, &c. E

Profundiſſima humilitas eſt nobis ſimiliter neceſſaria ad intrandum regnum Dei. Vnde Dominus Matth. 18. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Et hoc enim contra ſuperbiam vitæ. Superbus enim non poteſt regnum Dei intrare, Pſal. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Et ratio triplex eſt. Prima: quia in regno Dei eſt omnimoda ſubiectio, quo ad Deum. Superbus autem non vult ſubijci Deo, nec poteſt: quia ſubiectus eſt diabolo, qui eſt rex ſup omnes filios ſuperbiæ. Deuteron. 1. Locutus ſum, & non audiſtis, &c. F
Et ſicut veritas dicit, Matth. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Secunda ratio eſt: quia in regno Dei eſt omnimoda pax, & concordia, quo ad proximum. Pſal. Pax multa diligentibus legem tuam, &c. Superbus autem non poteſt eſſe in pace: ſed diſcordat ab alijs. Prouerb. 13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Tertia ratio: quia in regno Dei eſt omnimoda quietatio quo ad ſeipſum: quilibet enim eſt contentus eo, quod habet, ſcilicet proprio loco, propria manſione, proprijs finibus, nec amplius deſiderat: minimus enim paradiſi nollet effici, ſicut Beata Virgo, &c. ſuperbus G
verò non: ſed ſemper extendit ſe ſuper terminos per appetitum voluntatis. Vnde dicit Anſelmus in libro de ſimilitudinibus, quòd ſuperbia dicitur: quia ſuper ea, quàm debeat graditur, Iob 11. cap. Vir vanus in ſuperbiam erigitur. Pſal. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Et ideo in regno ſubiectionis omnimodę, pacis perpetuæ ſufficiẽtiæ plenæ nullo modo ſuperbia: ſed per contrarium profunda humilitas intrat. Matth. 18. cap. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, intrabit in regnum cœlorum. Tertia gratia, per H
quam debemus ingredi regnũ Dei, eſt gratia perſeuerantialis. Et ideo dicitur Matth. 10. Non qui inceperit: ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Eſt autem triplex gratia finalis, ſcilicet ſtabilis patientia, ſublimis confidentia, longanimis perſeuerantia. Stabilis patientia neceſſaria eſt: quia ſicut dicit Dominus Lucæ 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et eſt triplex ratio. Prima: quia Deus nullum recipit, niſi amicum. Non eſt autem amicus, niſi per patientiam in tribulatione, ſi adſit tempus in quo poſſit probari Et ideo dicit Iacobi 1. Beatus vir, qui ſuffert tentã-

Tertia gratia.

Neceſſaria eſt patiẽtia propter tres rationes.

tentà-

A tentationem, &c. Secunda ratio eſt: quia Deus nullum recipit, niſi ad coronam idoneum: ſed nemo eſt ad coronam idoneus, niſi ſtabilis in tribulatione, ſecundum illud Apoſtoli. 2. Timoth. 2. Nō coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Tertia ratio eſt: quia nullus poteſt intrare in regnū Dei, niſi tranſeat per flammeum gladium, atq; verſatilem, qui poſitus eſt ad cuſtodiam ligni vitæ. Geneſ. 3. Sed hoc nullus poteſt facere, niſi per patientiam in tribulatione: gladius autem flammeus, atque verſatilis, tribulatio eſt, affligens animam & corpus: & ideo dicit Apoſtolus, Actuum 14. per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum

B Dei. Sublimis confidentia ſimiliter eſt neceſſaria, Pſal. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & alibi. Qui confidunt, &c. & hoc prouenit ex triplici conſideratione: ex conſideratione ſummæ liberalitatis: quia gratis offert nobis regnum Dei, Matth. 6. Primum quęrite regnum Dei, ex conſideratione primæ veritatis, quę piè confortat nos, dicens: Luc. 12. Nolite timere puſillus grex, &c. Ex conſideratione ineffabilis pietatis, pro qua dicit Ioan. Apocalyp. 5. Dignus es Domine accipere librū, & ſoluere ſignacula eius. Sequitur, & feciſti nos Deo noſtro regnum. Similiter etiā

C longanimis perſeuerantia neceſſaria eſt. Apocalyp. 3. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hęc enim comparat æternitatem, perficit virtutem, & introducit in æuiternitatem. Ratio autem, quare perſeuerantia ad regnum obtinendū eſt neceſſaria, eſt æternitas voluntatis, punctualitas mortis, & impermutabilitas virtutis. Quarta inſuper gratia nobis neceſſaria ad introitum regni Dei, eſt gratia ſapientialis: quia ſicut dicitur Sapien. 7. Deus neminem diligit, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Hanc autem gratiam tria con-

Quarta gratia.

D ſtituunt, ſcilicet ſapientialia deſideria, ſapientialia ſpeculamina, ſapientialia exercitia. Sapientialia deſideria neceſſaria ſunt. Et ideo dicitur Sapientiæ 6. Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuū. Et in eodem, O reges populi, diligite ſapientiam: vt imperpetuum regnetis. Hæc autem deſideria eleuant animam, ſimplificant, & inflammant: vt patet in Daniele, qui propter concupiſcentiam ſecretorum ſapientiæ Dei, vir deſideriorum ab Angelo nuncupatur, qui eleuauit eum de terra propter deſiderium, quod habebat. Sapientialia ſpeculamina neceſſaria ſunt ad regnum,

Sapiētialia deſideria neceſſaria ſunt

Sapiētialia ſpeculamina.

Sapientię 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei: & dedit illi ſcietiam Sanctorum. Scientia Sāctorum, & ſplendores Sanctorum ſapientialia ſunt ſpeculamina: & hæc ſunt in triplici differentia. Sunt enim ſpeculamina realia, mentalia, & moralia. Prima ſunt in creaturis vniuerſis, ſecunda in ſcripturis diuinis, tertia in operibus redemptoris. Prima fiunt per verbum increatum, ſecunda per verbum inſpiratum, tertia per verbum incarnatum: & ideo bene dicitur Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Sapientialia exercitia ſunt neceſſaria ad regnum Dei. Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Debemus enim ſapientialibus exercitijs ſpiritum noſtrum informare, corpus regere, & proximū inſtruere: vt ad exemplum Chriſti incipiamus facere, & docere, Act. 1. cap. recapitulatio. Ex prędictis patet, quòd quatuor ſunt gratię; quaſi viæ ad intrandum regnum cœlorum, ſcilicet baptiſmalis, pęnitentialis, perſeuerentialis, & ſapientialis: & quælibet habet ſuum ternariū propter myſterium Trinitatis. Gratia baptiſmalis habet fidem, dilectionem, & operationem. Gratia pęnitentialis habet paupertatem, caſtitatem, & humilitatem. Gratia perſeuerentialis habet etiam tria, ſcilicet confidentiam, patientiam, & longanimitatem. Gratia ſapientialis habet deſideria ſpeculamina, & exercitia: & ſic ſunt in vniuerſo duodecim, quaſi duodecim portæ ad intrandum in ciuitatem ſummam, Apocalyp. 21. & ciuitas in quadro poſita eſt propter quatuor genera gratiarum. Gratia baptiſmalis ab oriente cum tribus portis: quia inde oritur nobis Sol iuſtitiæ. Gratia pęnitentialis ab occidente cum portis tribus: quia per illam reſurgimus a morte, ſiue ab occaſu peccati. Gratia perſeuerentialis ab aquilone cum portis tribus: quia per illam contra aduerſarios noſtros legitimè dimicamus. Vnde Hierem. 1. dicitur, Ab aquilone pandetur omne malum. Gratia ſapientialis a parte auſtrali cum ſuis portis tribus: quia per diuinam ſapientiam ad amorem Dei, & proximi inflammamur. Sic ergo patet, quid eſt regnum Dei, vbi eſt, quale eſt, quantum eſt, & quorum eſt.

Sapiētialia exercitia.

Quatuor viæ ad intrandum regnū cęlorum.

Secunda

A *Secunda pars.*

DIctum eſt de regno Dei, ſecundum ſuam proprietatem: nunc dicendum eſt de eodem ſecundum metaphoricam ſimilitudinem. Proponit autem Dominus in Euangelio duodecim nobiliſſimas parabolas regni Dei. In quibus eructat nobis abſcondita à conſtitutione mundi, ſecundum quòd promiſit per Prophetã in Pſal. Aperiã in parabolis os meũ, &c. Ad harum inueſtigationem quatuor operationes diligenter ſunt intuendæ, ſcilicet operatio creationis, operatio redemptio-B nis, operatio doni gratuiti, & cooperatio liberi arbitrij. Has enim operationes quatuor parabolæ comprehendunt.

De operatione creationis.

OPeratio creationis attẽditur in productione vniuerſi gubernatione, & conſummatione. Creator enim omnia potenter creat, ſapienter gubernat, & glorioſè conſummat. Eſt ergo creatio, gubernatio, & conſummatio. Primum ſub ratione præteriti, ſecundum ſub ratione præſentis, tertium ſub ratione futuri. Regnum C ergo cœlorum, quantum ad diuinam potẽtiã oĩa producẽtẽ, cõparatur homini ſeminãti, Matth. 13. Simile factũ eſt regnũ celorũ homini ſeminãti bonũ ſemẽ ĩ agro ſuo. Deus bonũ ſemẽ ſeminat in agro ſuo, qñ in agro machinę mũdialis fecit hoĩem ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ ſuã: imago nãq; attenditur quo ad naturalia bona, ſimilitudo aũt attenditur quo ad gratuita: & hoc dr̃ bonũ ſemen. Sed inimicus homo, i. diabolus, cũ dormirent homines, i. cum Adam, & Eua negligenter agerẽt in cuſtodia mãdatorũ, ſuperſeminauit zizania, i. vitia, & peccata, ex quibus naſcuntur filij nequã. Quantum H ad diuinam ſapientiam omnia gubernantẽ, D & diſponentem, comparatur homini patrifamilias in vineam operarios conducenti, Matth. 20. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane cõducere operarios in vineã ſuam, ſ. mane, hora tertia, ſexta, nona, & vndecima. Primò enim miſit operarios, quãdo dedit legẽ naturæ: ſecundò, quando dedit legẽ ſcripturę: tertiò, quando miſit Prophetas ad docendum legem ſupraſcriptam: quartò, quando dedit legẽ gratiæ, & miſit Apoſtolos prædicare: quintò, quãdo poſt Apoſtolos miſit Doctores, Prædicatores, & nõ ceſſat mittere vſq; ad finem mundi. Quãtum ad diuinã E bonitatem oĩa cõſummantem, comparatur homini regi, qui voluit rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis, Matth. 18. Et oſtenditur in illa parabola opus ſummæ miſericordiæ in dimiſſione debiti decem millium talẽtorum: & opus diuinæ iuſtitiæ in condemnatione ſerui nequàm, qui noluit dimittere conſeruo ſuo. Hæc autem duo, ſ. miſericordia, & iuſtitia, & ſi in omnibus operibus Dei reperiuntur: quia vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Potiſſimè tamen in conſummatione miſericordia in retributione bonorũ, & iuſtitia in retributione malorũ. F

De operatione redemptionis.

SEcundo conſideranda eſt operatio redemptionis, quæ attenditur quantũ ad aduentum in carnem, quantum ad aduentum ad iudicium, & quantum ad ſpatiũ intermedium, in quo Dei patris ſedet ad dexteram. Aduentus in carnem præteritus. Sedere ad dexterã patris præſens. Aduentus ad iudicium futurus eſt. Regnum ergo cœlorum, quantum ad aduentum in carnẽ, aſſimilatur homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, Matth. 22. Hic per hominem intelligitur Deus pater, qui tunc fecit nuptias G filio ſuo, quando naturam aſſumpſit humanam, & vniuit in vnitate perſonæ, & hæ nuptiæ factæ ſunt in vtero virginali. Et vlterius Chriſto Deo, & homini fecit nuptias; quãdo de latere eius dormiẽtis in cruce fecit, & formauit eccleſiam per emanationẽ aquæ, & ſanguinis, a quibus efficaciam habent omnia eccleſiaſtica ſacramenta, per quæ formatur eccleſia. Et ideo dicit Apoſtolus, ad Epheſ. 5. de myſterio matrimonij loquens. Hoc ſacramentum magnum eſt: ego aũt dico in Chriſto, & in eccleſia. Sicut enim de latere Adæ formata eſt Eua, & ei matrimonialiter copulata: ſic de latere Chriſti dormientis in cruce formata eſt eccleſia, H & ei ſpirituali matrimonio inſeparabiliter copulata. Regnum cœlorum, quantum ad ſeſſionẽ Chriſti in dextera patris, aſſimilatũ eſt cuidã viro nobili, qui abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnũ, & reuerti, Luc. 19. Hic homo nobilis Dñs Ieſus Chriſtus eſt, qui abijt in regionẽ longinquã accipere ſibi regnum, quando aſcendit in cęlum ad regnandum ſuprà naturã angelicã, & humanã: quia data eſt ei ptãs in cęlo, & in terra. Hic vocatis ſeruis ſuis, tradidit eis decẽ mnas: qa aſcẽdẽs Chriſtus ĩ altũ, dedit

A dona hominibus, dicens: Operamini dum venio, ſ. vſque ad tempus iudicij. Regnum cęlorum, quantum ad aduẽtum ad iudiciũ; aſſimilatur decem virginibus, per quas vniuerſitas Chriſtianorũ intelligitur. Matt. 25. Denarius enim vniuerſitatẽ ſignat: vñ oẽs numeros cõprehẽdit. Vltra aũt denariũ nõ eſt numerus: ſed replicatio numerorũ. Animæ Chriſtianorum dicuntur virgines: tum propter gratiã baptiſmalẽ, tum propter gratiã pęnitentialẽ, per quã reintegrãtur, quæ per peccatũ a diabolo corrũpuntur. Et ideo dicit Apoſtolus. 2. Corinth. 11. Deſpondi enim vos vni viro. ver. ca. ex. Chriſto. Sed hę
B ſunt fatuæ, & hæ prudentes: quia, ſicut dicit Gregor. 9. in homilia virginum.

De operatio boni gratuiti.

TErtio conſideranda eſt operatio boni gratuiti, quæ appropriatur Spiritui ſancto, ſecundum quòd dicit Apoſtolus. 1. Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis, prout vult. Dixerat enim parum ſupra, diuiſiones autem gratiarũ ſunt, idem autem ſpiritus. Hæc operatio diuiditur vel diſtinguitur ſecundum triplicem gratiã, ſ. præue-
C nientem, cooperantem, & cõſummantem: Præueniens ſe habet ſub ratione præteriti, cooperans ſub ratione præſentis, conſummans ſub ratione futuri. Hanc triplicẽ gratiã proponit nobis Saluator. Primã ſub metaphora ſagenæ ex omni genere piſciũ cõgregãtis, Matth. 13. Eſt autẽ hæc ſimilitudo valde conueniens. Sicut enim ſagena miſſa in mari congregat piſces bonos, & malos: ſic gratia præueniens includit reprobos, & electos. Omnibus enim offertur: vnde dictũ eſt, Mar. vlti. Prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Sed non oẽs eliguntur: quia ſicut dicit Dñs, Matth. 20. Multi ſunt vocati, &c. Et ideo dicitur in hac parabola, quòd
D elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autẽ foras miſerunt. Secundam ſub metaphora ſeminis paulatim creſcentis, Matth. 13. Sic eſt regnum Dei, quẽadmodum ſi homo iaciat ſemen, &c. & hæc pulchra ſimilitudo. Sicut enim ſemen iacitur in terram, & imperceptibiliter germinat, creſcit & fructificat, tã de die, quàm de nocte: ſic gratia cooperans imperceptibiliter creſcit, & fructificat die, ac nocte, i. in proſperis, & aduerſis: quia electis oĩa cooperantur in bonum. Tertiã ſub metaphora mulieris ſapientis, Matth. 13: Simile eſt, &c. Mulier hæc diuina ſapiẽtia eſt, de qua in alia parabola dicitur, Luc. 15. Quę E
mulier, habens dragmas decem, &c. Fermentum, & ſi ratione corruptionis aliquando accipiatur in mala parte: vt ibi, Expurgate vetus fermentum, &c. Ratione tamen caloris, quo mediante paſta diſponitur: vt fiat panis eſibilis, accipitur in bona parte, & ſeruat charitatem. Hæc enim diſponit nos: vt immediatè Chriſto incorporemur, & omnia opera noſtra proficit, & conſummat. Et ideo dicit Apoſtolus. 1. Timoth. 1. Finis præcepti, eſt charitas. Tria ſata farinæ, in quibus diuina ſapientia ponit fermẽtum charitatis, tria negocia ſunt, ſcilicet actuoſum, otioſum, & ex vtroque permixtum. F
Hæc enim competunt tribus electorum ordinibus. Actuoſum actiuis, otioſum, id eſt quietum contemplatiuis, ex vtroque permixtum prælatis.

De operatione liberi arbitrij.

QVarto conſideranda eſt cooperatio liberi arbitrij. Eſt enim neceſſaria ad noſtram iuſtificationem: quia ſicut dicit Auguſt. Qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Et ideo dicit Apoſtolus Hebr. 12. Videte, ne quis deſit gratiæ Dei. Eſt autem triplex opera- G
tio liberi arbitrij valde neceſſaria, ſcilicet ſimplicitas intentionis, ſtudioſitas ſolicitudinis, ſtrenuitas operationis. Et quantum ad hæc tria. Primò regnum cęlorum comparatur theſauro abſcondito in agro, Matthæi 13. Simplicitas autem intentionis ibi oſtenditur in duobus, ſcilicet in declinatione periculi, & in appretiatione regni. Vitatio periculi oſtẽditur in occultatione theſauri: quia, ſicut dicit Gregor. Theſaurus inuentus abſconditur, ne perdatur. Theſaurus ille deſiderium eſt regni cęleſtis, quod occultandum eſt propter periculum vanæ laudis. Nonne fatuus eſſet, qui haberet H
vnam candelam accenſam, & oporteret eũ ire in obſcura nocte contra ventum, ſi non occultaret eam, ne a vento extingueretur? In infinitum magis fatuus eſt, qui lumen gratiæ non cuſtodit. Appretiatio regni oſtenditur in hoc, quòd omnia ſua vendidit, & emit agrum illum: præponderauit enim theſaurum inuentum, id eſt deſideriũ regni, omnibus ſuis bonis: quia cõparatione cęleſtium terrena pro nihilo ſunt reputanda. Regnum cęlorum quantũ ad ſtudioſitatem virtutis, comparatur homini negociatori, Matth. 13. Duo ſunt neceſſaria ne-

gocia-

A gociatori, ſcilicet quærere, & emere. Vt oſtendatur ſtudioſitas, quam debemus habere in acquiſitione ipſius. Si negociator mundanus exponit ſe periculis maris, & terræ pro rebus tráſitorijs, & caducis: quãto ſtudioſius oportet hominẽ laborare pro rebus æternis? Si ille prudens eſt emendo res, de quibus poſſit temporaliter iucundari: quæ eſt illa pretioſa margarita, pro qua ſunt omnia vendenda, niſi regnum cęlorũ? Si diligitis vitam, da temporalem, & habebis æternam. Si diuitias, da temporales, & habebis æternas. Si honores, ſperne tranſitorios, & habebis æternos. Si delitias, fu-
B ge carnales, & habebis ſpirituales: fuge temporales, & habebis æternas. Regnum cęlorum quãtum ad ſtrenuitatem operis, cõparatur grano ſinapis, Matth. 13. Et eſt comparatio valde notabilis. Duo enim ſunt neceſſaria ad ſtrenuitatem operis, ſcilicet & humilitas, & virilitas. Nec ſufficit vnum ſine reliquo: quia humilitas ſine virilitate eſt puſillanimitas, & virilitas ſine humilitate eſt temeritas. Et ideo, vt hæc duo nobis neceſſaria eſſe oſtenderet ad obtinendum regnum cęlorum, comparauit illud grano ſinapis, quod inter omnia grana minutiſſimum eſt quantitate: ſed maximum
C virtutę. Deo gratias, Amen.

Sumptus eſt hic Sermo ab exemplari, de Dominica xx. poſt Pentecoſtes.

De triplici ſtatu animæ, ſcilicet offenſionis, illuminationis, & conuerſionis.

Sermo XIX.

D *Eri hora ſeptima reliquit eũ febris.* Ioan. 4. & in Euangelio hodierno. Triplex poteſt eſſe hominis ſtatus. Primus offenſionis, ſecundus illuminationis, tertius conuerſionis. Et de his Propheta Pſal. 134. ait: Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. Primò enim ante oculos mentis noſtræ peccatorum præteritorum memoria pręſentatur, ſecundò in recordatione eorum intelligentia illuſtratur, tertiò inter confuſionẽ, & illuſtrationẽ mens compunɛ̃ta fletu magno reſoluitur. Incipit enim primò caligo

Triplex hominis ſtatus.

confuſionis: Educẽs nubes ab extremo terræ: ſequitur ſecũdò, ſplẽdor cognitionis fulgura: Additur tertiò, fletus cõpunɛ̃tionis in pluuiã fecit. Nubẽ ſuper te profectò cõſpicis, quotieſcũq; vt dr̃ in Pſal. Cõfuſio faciei tuæ cooperuit te. Fulgura recipis, quãdo illuminãs Deus mirabiliter a montibus æternis, ſplẽdores eius militãt cõtra te. Pluuiam ſuper te excipis, quãdo ſecundũ Prophetã poculũ tuũ cum fletu miſces, & ſtatũ conſcientiæ tuæ lacbrymis tuis rigas. In primo eſt ſtatus nubiloſus, vel criminoſus: Educẽs nubes ab extremo terrę. In ſecũdo eſt ſtatus radioſus, vel luminoſus, fulgura. In tertio eſt ſtatus doloroſus, ſeu lachrymoſus, in pluuiam fecit. Et hi tres ſtatus in verbo propoſito comprehenduntur. Primus, ſ. criminoſus, tangitur ibi, febris: ſecundus, ſ. luminoſus, exprimitur ibi, Heri hora ſeptima: tertius, ſ. lachrymoſus, additur ibi, reliquit eum. Vt iſte ſit ordo textus: Febris heri hora ſeptima reliquit eum. E

Articvlvs Primvs.

Quomodo per ſeptem ruinoſos gradus peccator deſcendit in peccatorum profundum.

G Primus ſtatus eſt offenſionis, ſeu aliter criminoſus. Ait enim Io. febris. Dicitur enim febris a ferueo, es: quia facit hominem feruere: vel dicitur a frigeo, ges: quia facit hominem frigere. Et ad literam quandoq; venit febris cum frigore, quandoque cum calore: vt per febrem myſticè innuatur omnis culpa. Nam omnis culpæ origo eſt: aut timor male humilians. Ecce frigus: aut amor malè inflammans. Ecce calor: aut enim per timorem malè humiliantem frigeſcit anima cõtra Deum: aut per amorem malè inflammantem caleſcit anima erga mũdum. Et ſecundum hoc diffinit Auguſt. mortale peccatum, dicens: Peccatum mortale eſt ſpreto incommutabili bono, rebus cõmutabilibus adhærere. Septem ſunt peccatorum mortalium gradus, quibus anima ruit in peccatorũ profundum. Primus gradus eſt cõſenſio, ſecundus operatio, tertius continuatio, quartus publicatio, quintus defenſio, ſextus impugnatio, ſeptimus contaminatio. Et hi gradus dici poſſunt ſeptem nubes, de quibus Propheta ait: Educens, ſcilicet eſt Deus nubes ab extremo terræ, quod eſt vltimus gradus. H

Primus ſtatus.

Septẽ peccatorum mortaliũ gradus.

A *De peccato conſenſus, quando eſt veniale, ſeu mortale. Cap. 1.*

Primus gradus.

PRimus gradus eſt conſenſio, ſecũdum enim Bonauenturam in centiloquio, ſic diffinitur conſenſus. Conſenſus eſt ſpontaneus voluntatis motus: vel eſt conſenſus motus animi liber ſui. Et cum nihil ſit ita in poteſtate noſtra, ſicut conſentire vel diſſentire: hinc eſt ꝙ cõſummatur ibi omne peccatum. Initiatur enim in cogitatione, creſcit in delectatione: ſed perficitur in conſenſu. Hæc ille, ſecundum aũt Alex. de Ales, in ſecundo, q.
B 39. Tria cõſideranda ſunt circa hoc. Primò, ſi delectatio conſiſtit citra conſenſum, veniale peccatum eſt. Secundò, ſi procedit vlterius conſenſus: ita ꝙ vult interius voluptari, nec tamen vult in opus procedere: talis inquàm conſenſus eſt inter mortalia cõputandus, quod maximè de peccatis carnalibus intelligendum eſt: proinde Matth. 5. Dñs ait: Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, ſ. prædicto modo, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Tertiò autem, quando conſenſus proponit conſummare opus: tunc volũtas pro facto reputatur, etiã ſi perficiendi opus ipſum facultas deſit. Si-
C ne propoſito perficiendi opus comedit mulier: cũ propoſito perficiendi opus tunc comedit vir. Et de hoc plenius in 2. ſenté. diſt. 24. cap. 6. vbi agitur de ſenſualitate.

Quid addat conſenſui culpæ ſequens opus malum. Cap. 2.

Secundus gradus.

SEcundus gradus eſt operatio, ſecũdum Bonauẽturam, in ſecundo, diſt. 42. q. 2. Opus addit ad nequitiam voluntatis. Vnde Propheta ait: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem: vbi glo. ait: Qui opus addit voluntati, addit iniquitatem iniqui-
D tati. Et iterum Auguſt. ait: Vnuſquiſque efficitur miſer mala voluntate: ſed miſerior poteſtate, cum deſiderium malæ voluntatis impletur. Item qui peccat voluntate interiori ſolum, non peccat, niſi in Deum: qui verò peccat exterius opere frequenter, in proximum peccat: ſicut patet in adulterio, & homicidio. Vnde ſubdit Bonauent. dicẽs quòd vnum peccatum dicitur eſſe maius altero tripliciter. Aut ratione maioris contẽptus Dei, aut ratione maioris delectationis, aut ratione maioris dãnificationis. Primò modo opus non addit ad iniquitatẽ voluntatis: quia voluntas plena a Deo auertit per ſe: ſicut cum eſt operi coniuncta. Secun- E
dò quãtum ad delectationem, ſeu libidinẽ, addit & aggrauat: maximè quantum ad genus mortalis culpę, quo quidem peccat homo in ſeipſo. Tertiò quantum ad damnificationem addit: Et hoc maximè quãtum ad genus peccati, quo quis peccat in proximũ. Quantum enim velit aliquis fornicari, nũquàm tantũ delectatur, ſicut quando voluntas actui copulatur. Similiter quantũcunq; velit quis alterum occidere, non tamen tantum facit damnum, quantum ſi actu occideret: & qm̃ Deus eſt iuſtus iudex in puniendo, non conſiderat tantum in peccato magnitudinẽ contemptus: ſed ẽt magnitudinẽ F
delectationis, & magnitudinem damnificationis: hinc eſt ꝙ opus aliquo modo addit ad nequitiam voluntatis: ſecundum etiam Alex. de Ales, per cõſenſum amittit homo gratiam gratificãtẽ: ſed per additum opus, perdũtur gratiæ gratis datæ, ſcilicet & temporalia, & ſpiritualia: & hoc ſecundum multitudinem, & magnitudinem operationum prauarum, ſcilicet & ſuperbiæ, & luxuriæ, & auaritiæ, & ſimilium peccatorum.

Capitulum tertium.

G *Tertius gradus.*

TErtius gradus eſt continuatio: licẽt enim gratia iuſtificans ſubitò, & tota ſimul, homine ſe auertẽte a Deo, auferatur: gratiæ tamen, & dona gratis data, non ſubitò deficiunt: ſed paulatim decreſcunt. Et hoc ex euidentiſſima diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ diſpenſatione: vt ex ea parte, qua per condignã iuſtitiam gratiæ minuuntur, ad pœnitentiam moueatur, & ex alia parte, qua per miſericordiam gratiæ nondum omnino ablatæ ſunt, iuuetur ad pœnitentiam peragendam. Solent enim piſces, cum in flumine, ſiue lacu ſentiunt deficere aquam, ad maius pelagus properare. Vt ex hoc diſcat humana ſegnities, H
quòd quando propter continuationem ſentit ſibi deficere gratias gratis datas, recurrat ad latiſſimum pelagus miſericordiæ Dei per pœnitentiam veram, & euigilet ad iuſtitiam rectæ vitæ. Proinde ad talem operum malorum continuatorem: Apocal. 3. Dominus ait: Eſto vigilans, & confirma cętera, ſ. bona opera, quæ moritura erant, videlicet per malorum operum continuationem. Patet ad hoc exemplum de Salomone. Vnde 32. q. 4. in cap. Salomon. Salomon quippe immoderato vſu, atque aſſiduitate mulierũ ad hoc vſq; perductus eſt, vt templum

A plum idolis fabricaret, & qui prius Deo templum conſtruxerat aſſiduitate libidinis, & perfidiæ ſubtractus, idolis cõſtruere templa non metuit: de hoc quoque Hugo de Sancto Victore ſuper Regulam Auguſt. ait: Cogitatio praua parit delectationem, delectatio conſenſum, conſenſus operationem, operatio continuationem, continuatio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas cogit: ſed non excuſat. Continuatio quidem eſt illa beſtia, a qua Daniel. 7. dictũ eſt, ꝙ dentes, & vngues eius erant ferrei, comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus cõculcabat. Nam gratias gratis datas B comedit, gratias naturę comminuit, & gratias fortunæ conculcat. Tria ſunt, quæ rem difficilem reddunt, ſ. magnitudo rei, circunſtantiæ occaſionum, & continuatio longa. Exemplum de Philoſopho, qui cũ eſſet factus Dominus ciuitatis, & non valeret per doctrinã retrahere populũ a continuatione malorũ: fecit per famulos ſuos duos catulos ex optima matre nutriri, vnũ malis moribus ad ollas, & diſcos in coquina, & aliũ ad venandũ. At cũ poſt longã exhortationẽ populi ad cõſuetudinẽ bonã dimiſſis ambobus famelicis canibus, atq; ante illos pręparatis pinguedine coquinæ ollis, & lepo- C re viuo in prato, vnuſquiſque cucurrit ad ſolitum paſtum. Ac per hoc populum docuit, quid malorum continuatio operetur.

Quantum deterius eſt peccare publice, quàm occultè. *Cap. 4.*

Quartus gradus. Quartus gradus eſt publicatio. Duæ ſunt quaſi ripę fluuij humanæ mentis, quæ cõtinere debent peccatum, ne exeat proximis in exemplum, videlicet timor, & pudor. Timor coram Deo, pudor coram proximo. Cum igitur peccatum fit in occulto, nocet tantum- D modò peccatori, & peccatum tantum trãſgreditur vnam ripã, quæ eſt timor Dei. Cũ verò peccatum in ſcandalum proximi publicatur: tũc rumpitur pudoris ripa. De ruptione primæ ripæ Propheta ait: Non eſt timor Dei ante oculos eorum. De ruptione ſecundæ ſcriptum eſt, Hierem. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Sed væ infelici mundo a ſcandalis. Nam, vt dicitur Oſeæ 4. Maledictum, & mẽdacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: quia abſque verecundia perpetrantur. Ideo nunc verificat, quod Propheta ait: Gladium euaginauerunt peccatores. Gladius ſiquidem peccatoris, pec- E catum eſt: & qui publicãt peccatũ, gladium euaginãt, Iſa. 3. Peccatũ ſuũ quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Tales faciũt cõtra illud, quod Dñs Ioã. 18. c. ait Petro: Mitte gladiũ tuum in vaginam. Vagina enim, in qua peccatũ cõtineri debet, timor eſt Dei, & verecundia mundi, id eſt Time Deũ, & verecundare, cum ſis ſeruus Dei, & mei. In hac vagina debuiſſet Iudas gladium ſuum incluſiſſe, ſ. peccatum proditionis, qñ ei vaginam porrexit Dñs dicẽs, Matth. 26. Qui intingit mecũ manũ in parópſide, hic me tradet. Ecce vnde erubeſcere debuiſſet. Et ſubdit dicens: Veruntamen væ homini F illi, per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat illi, ſi natus non fuiſſet homo ille. Ecce vnde timere debuiſſet: meritò ergo Propheta nos admonet, dicens: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Equus enim fortis eſt, quæ tenetur, & inſuper luxurioſus, & ſuperbus: nec ſeſſorẽ ſuũ diſcernit. Et myſticè deſignat manifeſtè peccãtes diuerſis generibus peccatorũ. Per mulũ verò hypocrita ſignatur. Mulus enim ex nobili, & ignobili generatur. Sic in generatione hypocritæ cõueniũt nobile, ſ. opus de genere bonorũ, & ignobile, ſ. intentio corrupta, & praua: quia ſemper nobilitatẽ G oſtendit, & ignobilitatẽ abſcõdit. Vnde parabolicè recitatur, ꝙ cum vulpes obuiaret mulo, interrogauit eũ, de quo genere eſſet. Cui reſpondit mulus, ꝙ pronepos erat magni Equi Regis Francorum. Cui vulpes ait: Non quæro de matre: ſed de patre, qui illi amplius noluit reſpondere.

Quòd deterius eſt peccatum excuſare vel defenſare, quàm peccatum perpetrare. *Cap. 5.*

Quintus gradus eſt excuſatio. Dete- H *Quintus gradus.* rius ſignũ malę conſcientiæ eſt peccatũ excuſare vel defenſare, quàm peccatum perpetrare. Illud eſt ignorantiæ, vel fragilitatis: iſtud autem malignitatis, & peruerſitatis indicium eſt. Nam vbi in receptione correptionis eſt emendatio peccatorum, in excuſatione eſt eorum tuitio, defenſio, & obſtinatio illorum: hoc malum incępit a primis parentibus noſtris. Ait enim Adam, Geneſ. 3. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Vbi notanter aduertendum eſt, quòd qui verbis paucis excuſat ſe, in-

A culpat Deum, & proximũm ſuum accuſat. Eua verò ait: Serpens decepit me, & comedi. In qua reſponſione excuſando ſe, dæmonē inculpauit, quaſi vterq; parẽtes liberum arbitrium non haberẽt. Excuſatio eſt torax, ſeu coraza, qua ſe diabolus in peccatoribus a Deo in præſenti vita tuetur. De qua torace Iob pe.c. ſcriptum eſt, Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquammis ſeſe præmentibus, vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas, vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquàm ſeparabuntur. In quibus ſacris literis, vel verbis, ſeptẽ ponuntur verba denotãtia ſe-B ptemplicem defenſiuam diaboli munitionẽ propter ſeptẽ peccatorum defenſiones. Primò enim ſuperbus ait: Neceſſe eſt enim corpus bonum habere caput: vbi nõ eſt gubernator, multitudo ruit. Neceſſe eſt viros præeſſe bonos. Ordo in omnibus eẽ debet: dignum eſt, ꝙ qui præcellit nobilitate, ſciẽtia, vel bonitate: præcedat ẽt in honore, & dignitate. Nec eſt malum de bonis lætari, cum debeat mulier ornari, vt placeat viro ſuo. Secundò iracundus ait: Non eſt bonum iniurias pati, ne tales iniuriam inferre aſſueſcant. Malum non debet impunè agi. Et C illud Prouerb. 26. Reſpõde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Sed o frater, quis te fecit iudicem, ſeu iuſtitiarium Dei? Accidioſus ait: Caro fragilis eſt, non ferrea, vel ænea. Non poteſt homo continuè laborare. Melius eſt etiam valde parum facere, quàm deficere: & qui vadit planè, vadit ſanè. Tarditas eſt ſanioris conſilij. Et ſic tarditas videtur grauitas, & pigritia quies mentis. Quartò inquit homo auarus: Melius eſt congregare, & pauperibus benefacere, quàm egere, atque furari, vel alijs oneroſus eſſe. Item qui non prouidet ſibi in poſterum, ſtultus D eſt. Et melius eſt propria retinere propter fortuitos caſus, quàm cuncta diſpergere, deſtruere, & mendicare. Triſtis eſt, qui expectat ad ollam vicini ſui, & qui habebit bona in hoc ſeculo, habebit etiam in futuro, propter indiſcretos neceſſaria eſt vſura. Quintò inuidus dicit, non debent proſperari mali. Nullus indignis debet deſiderare bonum, aut in proprium detrimentum. Sextò guloſus dicit, Omnia munda mundis. Ad Titum 1. Et cuncta pro homine facta ſunt, teſte Auguſtino. Deus creauit omnia propter hominem, & hominem propter ſe. Tamen ſecundum tacet, & addit: Sine comeſtione non poteſt viuere homo, & melius eſt eleemoſynas facere, quã E ieiunare. Et illud Matth. 15. cap. Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod procedit ex ore. Et bonus homo deberet comedere aurum, & bibere balſamum. Et ſacerdotes, & fratres ſunt, qui ieiunare debent. Septimò luxurioſus ait: Breue eſt tempus, & neſcimus quid poſtea futurum eſt. Et ſtultus eſt, qui dimittit habita pro habendis. Quare fecit Dominus maſculum, & fœminam. Non poteſt eſſe homo, ſicut lignum aridum, vel eſſe hominem viuum, & plangere ſe mortuum. Et qui malum ſibi vult, non videat ſibi bonum. Et illud Geneſ. 1. Creſcite, & multiplicamini, & F replete terram. Et non credo, quòd aliquis ſit in mundo, qui teneat caſtitatem, niſi fortè qui luxuriari non poteſt: & ſi omnes eſſent fratres, mundus periret: & ſimilia, quæ inſani homines, & fatui contra diuina fatuè loquuntur ad excuſandas excuſationes in peccatis, & ad cooperiendum vitia ſub pallio virtutum, & honeſtatis. Sunt etiam plerique, qui in ſui excuſationem allegant Dei permiſſionem dicentes, quòd Deus permiſit eos cadere in peccatũ, & non cõſiderant, ꝙ ipſi renuunt auxilium Dei, qui Prouerb. 1. c. ait: Extendi manum meam, & G adiutorium: & non fuit, qui aſpiceret. Alij quoque dicunt, ꝙ peccant: quia Deus gratiam non porrigit eis, allegantes quod Apoſtolus ait, Rom. 9. Non eſt volentis, neq; currentis: ſed miſerentis eſt Dei. Sed non aduertunt, ꝙ non gratia Dei illis: ſed ipſi deſunt gratiæ Dei, quæ præſto eſt ſemper, ſicut Sol qui feneſtræ eſt præſens, & ad intrandum ſe offert, ſi ei aperiatur. Vnde 1. Pet. 1. Sperate in eam, quæ vobis offertur gratiam. Sunt quoque alij qui dicunt, quòd Deus ſic præuidit, quòd ſic peccare debebant. Nec aduertunt, quod præuidentia Dei neceſſitatem nõ infert: quia licèt Deus H præuiderit, quod facturi ſunt in voluntate, tamen eſt eorum non peccare, & peccare ſi volunt. Ezech. 2. Si fortè, vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant.

Septẽ verba ad defendendã ſeptemplicẽ diaboli munitionẽ propter ſeptẽ peccatorũ defenſiones.

De nequitia eorum, qui perſequuntur illos, qui corrigunt eos. Cap. 6.

Sextus gradus eſt impugnatio, ſeu perſecutio, ſcilicet ſancta, qua charitatiuè eos corrigentes. Et de talibus Propheta ait: Pſal. 35. Dixit iniuſtus, vt non delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos eius, &c. Vſque malitiam, aut nõ odiuit.

Sextus gradus.

A odiuit. In quibus ſacris verbis ponuntur ſeptem peruerſitates incorrigibilis peccatoris. Prima eſt iniuſtitia, ſecunda malitia, tertia nequitia, quarta pertinacia, quinta diligentia, ſexta ruina, ſeptima complacentia. Prima peruerſitas incorrigibilis hominis eſt iniuſtitia. Ait enim Propheta: Dixit, id eſt propoſuit iniuſtus, qui nec Deo, nec ſibi, nec proximo, nec carni, nec mundo, nec diabolo reddit, quod ſuum eſt, vt delinquat in ſemetipſo, id eſt dicit, quod ſi peccat, peccatum eſt ſuum, & ſibi nocet. Sic enim plerique dicere ſolent; Iob 19. ſi ignoraui, mecum erit ignorantia

Septẽ peruerſitates incorrigibiles peccatoris.

Prima.

B mea. Et hoc facit: quia non eſt timor Dei ante oculos eius: qui ſi eſſet, non peccaret. Eccleſiaſt. 1. Timor Domini expellit peccatum: & Pſal. Initium ſapientiæ timor Domini. Et qui caret initio, caret & fine.

Secunda. Secunda peruerſitas eſt malitia: vnde ſubdit, Quoniam doloſè egit in conſpectu eius, id eſt in conſcientia ſua, vbi reſpicit Deus. Et tunc fecit doloſè: quia decepit ſemetipſum, cum peccatum ſuũ defendit. Et hoc vt inueniatur iniqtas eius ad odiũ, ſcilicet corrigentium illos. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta.

Tertia. Tertia peruerſitas eſt nequitia, ſcilicet contra corripientes. C Et de hac ſubdit, Verba oris eius iniquitas, ſcilicet quo ad detractiones apertas: & dolus, ſcilicet quo ad ſuſurrationes occultas, Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorũ, dolum locuta eſt: & Pſal. Exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum, rem amaram: vt ſagittẽt in occultis immaculatum. In vtraq; auctoritatũ iſtarũ notantur mala linguæ, ſ. publicum, & occultũ.

Quarta. Quarta eſt pertinacia, ſ. neſciẽdi bonum & malum, aliud ad faciendum, & aliud ad declinandum. Et de hoc additur, noluit intelligere, ſ. corripientes, vt bene ageret. Zachar. 7. Noluerunt attendere, & auerterũt ſcapulam recedentes. Pſal. Furor D illis ſecundum ſimilitudinem ſerpẽtis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, &c.

Quinta. Quinta eſt diligẽtia, ſ. ſtudioſa in malis. Vnde ait, Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Ad literam, vel in cubili, id eſt in corde. Pſal. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.

Sexta. Sexta eſt ruina in omne malum. Et de hoc additur, Aſtitit, ſ. per promptitudinem voluntatis omni viæ non bone, i. omni generi peccatorum. Pſal. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. In hoc verbo, Aſtitit, non ſolũ notatur conſenſus per ad, præpoſitionem, quæ illud verbum cõponit: ſed & perſeuerantia, quæ notatur per ſtetit, quod eſt alterum cõponentium. E quaſi dicat: Ad alios malefaciẽtes, vel ipſum tentãtes per conſenſum, ſe faciliter inclinauit, & in illo cõſenſu perſeuerauit.

Septima. Septima peruerſitas eſt cõplacẽtia, ſ. peccatorum. Vnde ſubdit, Malitiã aũt non odiuit: ſed affectuoſè dilexit. Vnde in Pſal. Dilexiſti malitiã ſuper benignitatẽ. Porrò deterius eſt nolle carere vitijs, quàm vitijs cõſentire: aut perſeuerare in eis. Plerique enim quandoq; peccãt, vel peccato cõſentiunt, & perſeuerãt in eo: qui tamẽ peccato carere vellent, & in ſe & in alijs peccatum odio habent. Proinde in perſona talium Roma. 7. Apoſtolus ait: F Nõ quod volo, hoc ago: ſed quod odi, illud facio. At ecõntra verò iſte malitiam amat.

Deterius eſt nolle carere vitijs, quàm vitijs conſentire.

De peſtifera contagione quorundam hominum peruerſorum. Cap. 7.

Septimus gradus.

SEptimus gradus eſt contaminatio, ſcilicet peſtifera aliorum. Talis profectò omnino contrarius eſt illi, de quo in 1. Pſal. Propheta ait: Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Cathedra, ſecundum ꝙ eam deſcribit Caſſiodorus, eſt ex aliqua materia compoſita forma ſedibilis, quæ G nos curuatos molliter a dorſo ſuſcipit, ſuoque gremio dimiſſos complectitur. Et myſticè ſignat carnem, quæ prædicto modo ad animam doctrina, & moribus peſtilentem ſe habet. Sicut enim in corpore eſt pars anterior, & poſterior, quæ dicitur dorſum: ſic in anima eſt pars anterior, ſcilicet intellectus, & poſterior, quæ eſt affectus, quæ intellectum neceſſariò præſupponit. Tunc igitur dorſum animæ in hac cathedra molliter requieſcit, quando affectus animę in omnibus vitijs, & ſceleribus carnis perniciosiſſimè delectatur. Peſtilentia autem, ſecundum Iſidorum lib. 4. ethy. dicitur quaſi paſtulentia, eo ꝙ velut incendium depaſcat. H Et eſt cõtagium, qđ dum vnum apprehendit, ad plures celeriter tranſit. Sic anima peſtilentialis, & peſtilentiata ab erroribus, & vitijs ſecundum præfatos gradus contaminata, exemplo, doctrina, atq; incitamento contaminat conuerſantes cum eo. Ad tales loquitur Dñs per Hieremiã 51. c. dicẽs: Ecce ego ad te mõs peſtifer, qui corrumpis vniuerſam terrã, & extendã manũ meã ſuper te. Sicut in Pſal. dr, Extendit manũ ſuã in retribuendo. Huiuſmodi ſunt incantatores, dæmonũ inuocatores, ſodomitæ, luſores,

A res, partiales, lenones, mulieres capitaneæ vanitatum, hæretici, excommunicati, & cõſimiles animarum peſtilentes cõtaminatores. De quolibet talium admonere nos intendit. Eccleſiaſt. 11. c. dicens: Attende tibi a peſtifero. Iſta ſeptima febris peſtilẽtialis, & periculoſiſſima eſt, in qua laborat anima in extremis. Nam niſi a Chriſto admirando miraculo, atq; inuſitato ſanetur, nihil aliud reſtat, niſi inflictio ſempiternæ mortis. Hoc eſt profundum, de qua Prouer. 18. ſcriptum eſt: Impius cum in profundum peccatorum deuenerit, contemnit, ſ. reſurgere a ſceleribus ſuis: & de emendatione talis febricitan-
B tis. Propheta in verbo propoſito ait, Educens nubes ab extremo terræ: & hæc profectò eſt extremitas terræ, a qua ſine maxima miſericordia nos educit Deus has ſeptem nubes, & maximè hanc extremam, & ponit eas in pœnitentiæ ſtatu.

ARTICVLVS SECVNDVS

De ſeptemplici lumine, quo illuminatur a Deo anima peccatoris.

SEcundus ſtatus eſt luminoſus, ſeu mentalis illuminationis, & de hoc Ioã. ait:
C Heri hora ſeptima: & Propheta, fulgura. Fulgur enim dicitur a fulgeo, es, quod eſt ſplendere: ſecundum enim naturales, q̃n duo, vel tres, vel plures venti in aere intercipiũt aliquã nubẽ, collidũt & cõfringunt eã, & ex illa colliſione, fit in aere ſonus, & procreatur ignis. Sonus aũt ille propriè dr̃ tonitruũ, quaſi tonus terrẽs ſonus, eo ꝙ ſonando terreat. Splendor verò illius, ſiue iaculũ ex eo factũ, ſeu iaculi illius ictus, propriè fulgur, vel fulgor: aut fulmen a fulgendo, i. feriẽdo, vel percutiẽdo denominatur. Propriè tamẽ fulgor dr̃: quia percutit oculos: fulgur; quia incendit, & vrit: fulmen;
D quia findit. Sunt enim tria genera fulminis: vnum, quod afflat, atq; oculos intuentium percutit, ſeu tangit: ſed tamen non vrit. Secundum, quod vrit. Tertium, quod findit. Proinde cũ tribus radijs depingitur ipſum fulmen. Prædicta tamen nomina ſæpius cõfunduntur. Moraliter tamẽ omnia prædicta tria in conuerſione peccatorum concurrũt. Primò enim intellectus peccatoris ad ſui cognitionem illuminatur, & hic eſt fulgor percutiens, & illuminans oculos mẽtis. Secũdò verò affectus eius inflãmatur ad odiũ mali, & amorem boni: & hoc eſt fulgur, quod incendit, & vrit. Tertiò verò cor finditur, & opere pœnitentiæ, & efficacis a peccatis effectualiter ſeparatur, & hoc E eſt fulmen quod findit, Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, id eſt cum intellectu illuminato, affectu inflammato, & effectu ab omni crimine ſeparato: & ſequitur. Et ſcindite corda veſtra: ſcilicet in duas partes: vt amor detur Deo, & peccatum diabolo. Vel ſcindite corda: vt per confeſſionem apoſtema egrediatur: & hic eſt ſtatus luminoſus, de quo Ioã. Heri hora ſeptima, id eſt cum Sol mundanæ affectionis incipit declinare: & iterum de illo Propheta ait: Fulgura, id eſt ſtatus luminoſus, diuinitus illuſtratus, peccatori miſericorditer F
condonatur. Atque de hoc in Pſal. 47. Propheta ait: Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, tremor ap. eos. Ibi. do. vt pertu. in. ſ. ve. conteres naues Tharſis. In quibus ſacratis verbis ſeptem illuminationes, ſeu ſeptem lumina, quibus anima peccatoris illuſtratur, & ad ſtatum ſalutis reducitur, per ordinem deſcribuntur. Primum lumen dicitur recognitionis, ſecũdum admirationis, tertium contritionis, quartum mutationis, quintum tremoris, ſeu tremulationis, ſextum confeſſionis, ſeptimum feruentis diſſipationis.

G

Quòd ad peccatoris conuerſionem, primo eſt neceſſaria recognitio ſuæ præteritæ vitæ. Cap. 1.

PRimum lumen recognitionis dictum eſt, quo ſcilicet homo recogitando recognoſcit ſuã malam præteritam vitam. Nam etiam Paganus Seneca inquit: Initium ſalutis cognitio eſt peccati. Vnde & quidam alius ait: *Primum lumen.*

Non intellecti nulla eſt curatio morbi.

Et Aug. Nullus inſanabilior eo, qui ſibi ſanus vr̃: & iterũ Sene. Difficiliter ad ſanitatẽ H
peruenimus: quia nos ęgrotare neſcimus. At contra hic Propheta inquit: Ipſi vidẽtes ſic, ſ. præteritam vitam. Ad hanc ſui recognitionem hortatur Dominus peccatorẽ per Hierem. 3. c. dicens: Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc proſtrata ſis. Primò enim ait: Leua, ſ. oculos, qui de illis es, de quibus Propheta ait: Oculos, ſcilicet ſta declinare in terram. Secundò inquit oculos, non oculum vnũ ſolum: & hoc vt intelligas peccata tua commiſſionis, & omiſſionis. Tertiò addit tuos, nõ alienos, vt ſacerdotis, more quorũdã, q̃ nulla p̄meditatiõe ante- *Declaratio in Hierem.*

A antecedente dicunt in confeſſione, Domine interrogate me. Quarto ſubdit in directum, per quem ſcilicet modum res veraciter diſcernitur. Quidam enim in obliquũ, ſicut ſtrabo, reſpiciunt peccata ſua. Hi ſunt, qui dicũt: quæ peccata ſunt in me? ego nunquàm feci proditionem, hominem non occidi, eccleſiam non combuſſi, virginem nõ violaui, ad vſuram non accommodaui, cum moniali ſacrata non peccaui. Et poſtquàm non fecit palàm omnia ſcelera grauiora, nullum peccatum ſibi perpetraſſe videtur. Hoc etiam addit, & vide. Poteſt etiam homo ad literam obſeruare omnia, quæ dicta B ſunt, & nihilominus non videre. Proinde ait, vide, i. conſidera, pondera & examina, intellige & cognoſce peccatorum tuorum multitudinem & magnitudinem, turpitudinem & ingratitudinem. Vide inquàm, ꝙ peccata tua te diuina gratia priuauerunt, ſibi animam tuam ſubiugauerunt, diuinam imaginem deformauerunt, æterna gloria priuauerunt, atque ſupplicijs æternis obligauerunt. Et ſic vide, vbi nunc proſtrata ſis. Si hoc vides, cur infelix anima nõ reſurgis? Surge, ꝙ dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ad Eph. 5. Quis eſt, C qui ſi cerneret ſe cecidiſſe in lutum, & non ſurgeret?

Quantum de præterita mala vita admiratur peccator, cum cognoſcit ſeipſum. Cap. 2.

Secundũ lumen. Secundum lumen admirationis nominatur. Mirantur enim peccatores, quomodo ad tantam demẽtiam diabolus, caro, & mundus deduxerunt eos, ꝙ in tot ſceleribus deuoluti ſunt. Et de hoc prophe- D ta ſubdit, Admirati ſunt. Alia litera habet obſtupuerunt. Nam in perſona talis admirantis, alibi propheta ait. Cor meum conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea, & lu. ocu. meo. & ip. non eſt mecum. Admirãtur enim, ꝙ peccata abſtulerunt ei. *Declaratio in prophetam.* Velle bonum. Poſſe bonum: & noſſe bonum. Primo inquàm, ꝙ abſtulerunt ei velle bonũ. vnde ait: Cor meũ conturbatũ eſt in me: quia ſicut dicitur Sapien. 17. Semper enim præſumit ſæua perturbata conſciẽtia. Et merito ait in me. Nã licet quandoq; viri iuſti in exterioribus, i. in carne cõturbẽtur: tamen qñ in ſe reuertuntur, mẽtaliter quietantur. Impij vero in ſeipſis, i. in anima conturbantur. Exẽplum de duabus cõchis, quarum vna eſt plena aqua pura & clara, ſine E terra in fundo: alia etiã plena aqua clara, ſed cum luto in fundo. Iſa. 57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutum, & non eſt pax impijs, dicit Dñs Deus. Secundo ſubdit, ꝙ abſtulerunt ei poſſe bonũ, dicens, Dereliquit me virtus mea. Et Tren. 1. Vigilauit iugũ iniquitatũ mearum in manu eius, ſ. diaboli conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo. Infirmata, & virtus mea dedit me Dñs, ſ. permiſſiue, in manu de qua non potero ſurgere, ſ. ex meipſo. Tertio abſtulerunt ei noſſe bonũ. Vnde ſubdit, Et lumen oculorum meorum, & F ipſum non eſt mecũ. De talibus Sapien. 2. Excæcauit. n. illos malitia eorum. Quod maxime euenit ex longa conſuetudine mala. Vnde Aug. in Enchi. c. 79. ait. Peccata quãuis magna & horrenda, cũ in conſuetudine venerit, aut parua, aut nulla eſſe creduntur, vſq; adeo, vt non ſolũ non occultanda verũ etiã prædicanda diffamandaq; videãtur. Ecce cæcitas conſummata: & de his peccator, per hoc ſecundũ lumẽ illuminatus admiratur, G & obſtupeſcit. Et iterũ, in huiuſmodi perſona propheta ait. Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me a voce exprobrantis, & obloquẽtis a facie inimici, & perſequẽtis. A it. n. Tota die, ſ. poſtq̃ recognoui peccata mea, verecundia mea. i. ex proprijs meis exiens cõtra me eſt, ſ. propter enormitatem peccatorũ meorũ. De tali verecundia, quæ oritur ex peccatorũ cognitione. Eccl. 32. ait. Ante verecundiã præibit gratia, quæ. ſ. illuminat hominẽ ad ſui cognitionẽ. Et addit, & confuſio faciei meæ cooperuit me, ſ. conſiderãdo ſcelera mea patrata, & hoc. ſ. ortum habet. A voce exprobrãtis, & obloquenris, i. H ab accuſatione conſcientiæ meæ, quæ mihi exprobrat oſtendendo turpitudinem peccatorum meorũ, & obloquitur æterna ſupplicia comminando, Et addit. A facie inimici & perſequentis, i. ab inſtanti cognitione triplicis inimici: mũdi, carnis, & diaboli, qui me odio habent, nec odium ſatis eſt; ſed etiam perſequuntur propter dominium, quod ſuper me ſuſceperunt.

De veraci contritione, & quæ ad eam neceſſario requiruntur. Cap. 3.

Tertium lumen eſt contritionis, ſ. quæ orit ex peccatorũ cognitione. Et de hoc ꝓpheta ſubdit. Cõturbati ſũt, ſ. *Tertium lumen.* propter

A propter contritionem : De hac propheta
Pſal. 59. ait. Commouiſti terram, & contur
baſti eam: ſana contritiones eis, quoniam
cōmota eſt. In quibus ſacratis verbis oſtē-
ditur ordo conuerſionis animę peccatricis.
Primo incipit timoratio, ſecundo ſequitur
contritio, tertio ſequitur ſanatio. Primo
incipit timoratio, & de hoc dicit, commo-
uiſti terrā, i. terrena corda p minas tuas ti-
more concuſſiſti, Pſal. Illuſerūt coruſcatio-
nes tuę, orbi terrę: cōmota eſt, & cōtremuit
terra. Et alibi, Alluxerunt fulgura eius or-
bi terræ: commota eſt, & contremuit terra.
Coruſcationes quippe, & fulgura Dei ſunt
B luminoſe comminationes illius, quibus au
ditis contremiſcit terra cordium peccato-
rum. Proinde Ioan. Baptiſta prædicationē
ſuam a comminationibus cœpit dicens,
Matth. 3. Progenies viperarum, quis vobis
demonſtrauit fugere a ventura ira? Hoc au-
tem egit, vt incuteret eis timorem, quod
eſt principium conuertendi ad Deum, pſal.
Initium ſapientiæ timor Domini. Eccleſ. 1.
Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari:
Sed aduertendum eſt, ꝙ non dicit mouiſti,
ſed commouiſti: quia homo per ſe mouere
non poteſt, nec Deus vult eum ſine illo mo
C uere. Vnde Apoc. Rom. 9. Non volētis, ne-
que currentis, ſcilicet principaliter: ſed mi-
ſerentis eſt Dei. Et de filio prodigo, Hiero.
ait, Nec quidem bonam voluntatem reuer-
tendi habuiſſet: niſi prius pater in occulto
eam inſpiraſſet. Secundo ſequitur contri-
tio, ſcilicet poſt timorationem. vnde ſub-
dit: Et conturbaſti eam, Pſal. Anxiatus eſt
ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt
cor meum. Et bene poſt timorem ſequitur
dolor, quia timor generat eum. In cuius
myſterium, Ioan. 5. Angelus deſcendebat
in piſcinam, & mouebatur aqua. Per Ange
lum Domini, comminationis & timoratio-
D nis gratia a Deo per Angelum miſſa, myſti-
cè deſignatur. Ipſa annunciat homini, ꝙ di
gnus eſt morte, & tunc mouetur aqua com
punctionis, & prodeunt lacrymę compun-
ctionis, vel contritionis, Et dicit ibi, Ioan.
ꝙ qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt
motionem aquæ ſanus fiebat a quacunque
detinebatur infirmitate. Tertio vero, ex ve
ra contritione ſanatio ſequitur. Proinde
petit propheta, & allegat dicens. Sana o
Domine contritiones eius, ideſt vulnera
peccatorum quibus conteritur, & hoc quia
commota eſt. quaſi dicat. Deſcendit An-
gelus in piſcinam, & mouit aquam, igitur
ſana eam, Pſalmus. Qui ſanat contri-
tos corde; & alligat contritiones eorum; E
ſcilicet ne ex puſillanimitate deſperent.

Quomodo in tota vita ſua mutatur pec-
cator, cum veraciter eſt conuerſus.
Cap. 4.

QVartum lumen eſt mutationis, quia *Quartum lumen.*
ſcilicet peccator mutatur in aliam
vitam, Et de hoc propheta ſubdit:
commoti ſunt: nec ait moti
ſunt, vt perfectam & plenam, ideſt interio-
rem & exteriorem, in corde, ore, opere mu
tationem factam eſſe demonſtraret. Quod F
recognoſcens penitēs, diuinitus eſſe factū:
ait propheticum illud. Et dixi, nunc cœpi,
hęc mutatio dexteræ excelſi, quod triplici-
ter de tali mutatione exponi poteſt. Primo *Triplex expoſitio mutationis.*
modo, Et dixi, ideſt in conſcientia mea cō-
ſenſi, & determinate percepi; quia nūc cę-
pi, ſcilicet intelligere præteritā vitam meā,
tempus perditum bona omiſſa, & mala cō-
miſſa. Hæc mutatio vitæ meæ, eſt dexteræ
excelſi, ideſt diuini muneris, non mei meri-
ti. Philip. 2. Deus eſt enim, qui operatur vel-
le, & perficere pro bona voluntate. Et iterū
a Timo. 3. Apoſt. ait. Non ex operibus iu-
ſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecundum ſuā G
miſericordiam ſaluos nos fecit. Secundo
modo exponi poteſt. Et dixi nūc cępi, ideſt
incępi eſſe, quia ante non eram. Peccator
enim non eſt cum ſit ſeruus eius, quod ni-
hil eſt, quia eſt ſeruus peccati: teſte Domi-
no, qui Ioā. 8. ait: Qui facit peccatū, ſeruus
eſt peccati: immo tantum minor eſt pecca-
tor, quàm peccatum; quantum minor eſt
ſeruus, quàm Dominus ſuus. Cum ergo
peccatum nihil ſit, niſi priuatio boni: pec-
cator, ſcilicet ſeruus ſuus minus erit, quàm
nihil. Vnde Iob 18. ait: de his, qui ſunt in H
peccato. Socij eius, ſcilicet, ſunt qui nō eſt.
Et Matth. 2. c. ait. Rachel plorās filios ſuos,
& noluit conſolari, quia non ſunt. Vel cępi
a capio pis, ideſt nunc primo accepi, quia
antequàm homo cōuertatur ad Dominum
capit nihil. Ioan. 16. Vſque modo non peti-
ſtis, quicquam in nomine meo petite, & ac-
cipietis. Licet enim, ante tēporalia capiant
nihil tamen capiunt eo, ꝙ illa ſunt vmbra,
Eccl. 34. Sicut qui apprehendit vmbram, &
perſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa
mēdacia. Et hæc mutatio, ſcilicet, ꝙ homo
incipit eſſe, vel capere eſt dexteræ excelſi,
ſicut expoſitum eſt. Non enim eſt volētis,
neque currentis. Rom. 9. &c. Tertio modo
exponi

A exponi poteſt de eo, qui cũ magno feruore mutat ſtatum ſecularem in ſtatum religioſum, Ait enim. Et dixi, ideſt apud me cogitaui, nũc cępi. Licet enim omnia reliquerit propter Deum, & in ſumma paupertate, obedientia, & caſtitate, ſe ſacrificium obtulerit Deo, atque perfectiſſimę, & feruentiſſime perſeueret: tamen nihil ſibi feciſſe videtur, ſed de nouo quotidie incipere ſequẽs conſilium Chriſti, qui Lu. 17. ait: Cum omnia bene feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Eccl. 18. Cum conſummauerit homo, tunc incipiet, Et Grego. Neſcit mens per torporem veteraſcere, quæ ſemper ſtu- B det per deſiderium inchoare. Et ne forte etiam hoc initium boni, ſibi aſcribere videretur, ſubiungit dicens: Hæc mutatio dexteræ excelſi. 2. Corinth. 3. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, &c. Siniſtra quippe Domini temporalia mutat, & voluit fortunæ rotam ſicut Prouerbio. 3. ſcriptum eſt. In ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Dextera vero illius mutat ſpiritualia, & diſponit æterna. De qua ibidem dicitur. Lõgitudo dierum in dextera illius, Et Cãti. 2. Lęua eius ſub capite meo, ideſt non ſuper mentem, ſed ſub ad diſponenda temporalia bona, & dextera illius amplexabi- C tur me, ſcilicet vt me portet in paradiſum.

De tremore, qui peccatorem apprehendit, cum reliquerit peccata ſua. Cap. 5.

Quintum lumen.

QVintum lumen eſt tremulationis. Admirãda eſt diſpẽſatio Dei. Dum enim peccator in ſceleribus ſuis eſt, ita ſecurus viuit, quaſi apud Deum innocens ſit. Proinde Eccl. 8. ait: Sũt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeat. Ratio eſt, quia vt dicitur in pſal. Oculos habent, & non videbunt. At econ- D tra cum iuſtus depoſitis culpis, & ſquamis peccatorum, ab oculis mentis ablatis innocens factus eſt: tunc tremore concutitur, & quanto per innocentiam ſecurior eſt, tanto maiori formidine confirmatur: ſicut de tali iuſto ad Dominum propheta ait. Poſuiſti firmamentum eius formidinem, Et de hoc tremore propheta ſubdit. Tremor apprehendit eos: tremor, ſ. extremi iudicij, vel horæ mortis apprehendit eos. Fortiter apprehendere violentiam notat. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ aliud eſt apprehendere timorem, vel tremorem & aliud apprehendi a timore vel tremore. Qui n. tremorem apprehendit Dominus videtur eſſe tremoris, quaſi in ſua ſit poteſtate. Et E hic eſt tremor fictus, & ſimulatus, qui ſolet quandoque ab hypocritis demonſtrari. Vnde de talibus propheta ait. Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum, ait enim. Mendaces, ſ. mẽdacio ſimulatæ vitæ filij hominum, ideſt Adæ & Euæ, qui mendaces fuerunt, excuſantes ſe in ſtateris, quia fingunt ſe tremere, vbi non tremunt. Sed vt dicitur Prouer. 16. Spirituum põderator eſt Dominus. Vnde cuilibet eorum Dan. 5. dictum eſt, Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens, ſcilicet de tremore quàm fingas. Et F ad quid mendaces ſint in ſtateris, ſubiungit, d. Vt decipiant ipſi de vanitate, ideſt vt occultent vanitatem ſuam, quæ eſt fictus tremor in idipſum, ideſt in eo, quod fingũt ſe habere tremorem verum. Qui vero apprehenditur a tremore, ſub dominio & imperio tremoris eſt. Et de hoc propheta dicit, Tremor apprehendit eos. Et hos hortatur dicens, Seruite Domino in timore, quia ſicut Eccl. 7. ſcriptum eſt, Qui timet Deum, nihil negligit. Sed quia ex timore, niſi habeatur cum ſpe & gaudio, deſperatio naſcitur: ideo ſubditur, & exultate ei. Sed iterum ne ſpes, & exultatio præſumptionem generet: addidit, cum tremore. G Grego. Spes ſine timore luxuriat in præſumptionem: timor ſine ſpe degenerat in deſperationem. Et Zach. 9. Exulta ſatis filia Sion. Satis dicit, non parum vt deſperantes: non nimis vt præſumentes: ſed ſatis vt ſperantes & exultantes cũ tremore Dei.

Quid faciat confeſſio in homine veraciter confitente. Cap. 6.

Sextum lumen.

SExtum eſt lumen confeſſionis. Cum delectatione profectò cõcipit mulier, ſed parturit cum dolore: ſic quoque H peccator delectationibus peccatorum ingrauidatur, ſed cruciatur cum per confeſſionem parit peccata ſua. Hinc propheta ſubdit, Ibi dolores, vt parturientis. In quibus verbis oſtendit confeſſionis pęnalitatem, vtilitatem, & iucunditatem. Primo oſtendit confeſſionis pœnalitatem. Et de hoc ait ibi, ſcilicet in peccatorum cõfeſſione dolores, & non mediocres, ſed vt parturientis. Hiere. 13. Nunquid non dolores apprehenderunt te, quaſi parturientem mulierem. Ingrauidata, & aggrauata eſt conſcientia peccatoris, ſicut de ſe propheta teſtatur. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt

Cõfeſſionis pęnalitas.

caput

A caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Cum vero per os peccata in confeſſione ſua peccator parit, ex perpetratis ſceleribus erubeſcit, & ex contritione cruciatur & dolet. Ecce dolores, vt parturientis. Iuſtum profectò eſt, vt qui inuerecunda facie mentis, & corporis Deum deſpexit, per confuſiuam ſui erubeſcentiam Deũ placet. Eſt enim verecundia, pars magna pœnitentiæ, ſecundum Augu. de pœni. diſt. j. in c. quem pœnitet, circa medium. Et hæc eſt vna de cauſis, quare confeſſio inſtituta eſt, ſ. vt de culpa peccator erubeſcens a Deo miſericordiam côſequatur. Hinc pro- B ſectò eſt, ꝙ Magdalena Lucæ 7. cum publicano, Lu. 18. tam cito miſericordiam impetrauit: quia quilibet eorum de peccato ſuo erubuit. Proinde Augu. lib. de pœni. inquit: Multum ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcẽtiæ dominans nihil eorum, quæ commiſerit, Dei nuncio denegauit. Secundo oſtẽdit confeſſionis vtilitatem: quia dolores illi inutiles non fuerunt, ſed vt parturientis, quia fructum ſalutis afferunt. Nam confeſſio mentem illuminat, miſericordiam impetrat, a morte ſuſcitat, a diabolo liberat, animam purgat, cum Deo pacificat, conſcientiam alleuiat, confundit diabolum, remittit C peccatum, de præterito ſatisfacit, necnon & augmentat gratiam, & in æternam gloriam introducit. Tertio oſtendit confeſſionis iucunditatem, ſcilicet de fructifero partu, cum ſe ſperat in confeſſione ſuſcepiſſe veniam de commiſſis. Proinde Prouerb. 15. Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Et Ioan. 16. Dominus ait, Mulier cum parit. i. cum anima côfitetur, triſtitiam habet: quia venit hora eius, ſcilicet pariendi, i. manifeſtandi peccata ſua. Cum autẽ peperit puerum, ideſt confeſſionem perfectam fecerit, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum, D ideſt in gloriam ſempiternam.

Vtilitas.

Iucunditas.

De magnanimo contemptu peccatoris contra obloquentes de ſua conuerſione. Cap. 7.

Septimũ lumen.

SEptimum eſt lumen diſſipationis. Sæpe enim contingit, vt cum homo reliquerit malam vitam, mutauerit mores, deſpexerit mundum, & vitam in bonis moribus ſatagit reformare: tunc contra eũ fortiori pugna inſurgunt dæmones, bellũ mouent amici, conſanguinei & parentes. proinde in Pſal. 37. in perſona côuerſi hominis ait propheta: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt: & qui iuxta me erãt, de lõge ſteterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. In his verbis proponitur contra pœnitentes amicorum & parentum triplex impedimentum. Primũ eſt impugnatio, ſecũdum eſt deſtitutio, tertium eſt perſecutio. Primum eſt impugnatio. Vnde dicit, amici mei, ſcilicet ficti: & proximi mei, ſcilicet cognatione: aduerſum me appropinquaurunt & ſteterunt, ſcilicet perſeuerantes, cum me viderunt mutare vitam, volentes me retrahere a bono. Vnde Eccleſ. 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Tales ſunt amici hominis, quamdiu ſeculariter viuere cupit: ſed quãdo tribulantur ſpiritus eius, & ad pœnitentiam mouetur, nõ perdurant. Et ſubdit Eccleſiaſt. Ab inimicis tuis ſeparare, ideſt a dæmonibus, qbus iunctus es per peccatum, per pœnitentiam te elonga: & ab inimicis tuis attende, ſcilicet ne te impediant in tua conuerſione. Secũdum eſt deſtitutio, quod plus eſt, quàm impugnatio: quãdoq; enim homo impugnat, & tamen manet amicus. Et de hac deſtitutione ſubdit, Et qui iuxta me erant, i. mihi iuncti per amicitiam. De longe ſteterunt, ſ. ſeparati rupti, rupto vinculo prioris amoris. Et Iob 19. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me, dereliquerunt me propinqui mei: & ſequitur, Et quem maximè diligebam, aduerſatus eſt me. Talis non erat verus amicus. At contra Bernar. ſcribens ad Eugeniũ ait: Olim mihi inuiſceratus non mihi tam facile a medullis extraheris. Aſcende in cœlum, deſcende in abyſſum, non recedes a me, ſequar te quocunque ieris. Tertium eſt perſecutio: & de hoc addit, Et vim faciebant, ſicut faciunt quandoque his, qui pœnitentiam facere volunt. Cogunt enim eos infringere ieiunia, orationes omittere & ſimilia, qui quærebant animam: non ſibi ſed diabolo. Sibi enim quærunt temporale emolumentum, ſed venantur diabolo hominis ſpiritum. Sunt enim tales diaboli venatici canes, & quando cęperunt beſtiã, dat eis diabolus pellem, hoc eſt exteriora bona: interiora vero reſeruat ſibi: quia corpus & animã retinet aſſanda infernali igne. Et qđ etiã mirabilius eſt, dum homo ſceleratè viuebat, nedum ad vitæ correptionem, a talibus ei ſubſidium & auxiliũ præbebat,

E F G H

verum

A verum etiam in varias peccatorum ruinas
præcipitabatur: vt verificetur, quod Matth.
10.c.ait. Inimici hominis, domeſtici eius.
proinde Eccl. 2. admonet dicens, Fili acce-
dens ad ſeruitutem Dei, ideſt ſi diſponis vi
uere iuſtę, aut derelinquere mundum : ſta
in iuſtitia & timore, i. conſtanter & per-
ſeueranter: & præpara animam tuam ad tẽ-
tationem. Quod maxime fit, cum homo ſpi
ritu magno deſpicit omnes contra eum de-
tractiones, murmurationes, ſuſurrationes,
infamationes, perſecutiones, & ſimilia. Et
tunc, ſicut propheta ſubdit, In ſpiritu ve-
hementi conteres naues Tharſis. Tharſis
B enim interpretatur plorans gaudium, ſeu
diſſipans ſpecula. In nauibus ſæpius ferun-
tur multitudines virorum, & mulierum. Vt
per naues Tharſis myſticè deſignentur mul
titudines peccatorum, qui explorant p con
ſuetudinem malam gaudia trãſitoria huius
mundi. Et merito nauibus cõparantur: quia
inſtabiles ſunt omni vento cedentes : quia
quotidie mutantur veſtium & ornamento-
rum vanorum, atque aliorũ delectabilium
mundi varietates. Has qui non ſequitur,
deteſtabilis fit in his nauibus nauigantibus
per hoc mare magnum & ſpatioſum mũdi
C huius, in quo reptilia, quorum non eſt nu-
merus, animalia puſilla cum magnis. Quæ-
libet enim multitudo ſequentium conſue-
tudines delectabilium huius mũdi dici po-
teſt vna nauis, quæ onerata peccatoribus,
& peccatis, currit velociter ad portum in-
ferni: verbi gratia, Omnes cõſuetudinariè
blaſphemantes, omnes cõſuetudinariè per-
iurantes, omnes conſuetudinariè vanitates
ſectantes, omnes conſuetudinariè luſores,
omnes conſuetudinariè mendaces, omnes
conſuetudinariè incantantes, omnes cõſue
tudinariè detrahentes, omnes conſuetudi-
nariè murmurantes, omnes conſuetudina-
D riè diffamantes, omnes conſuetudinariè
de peccatis ſuis ſe excuſantes, omnes feſti-
uitatum ex conſuetudine violatores.
Omnes iſti & conſimiles in multitudinem
peccatorum conſuetudines malæ ſunt, qua-
ſi nauis ad portum æternæ damnationis ve
lociſſimè nauigantes. Sed quia Tharſis
etiam interpretatur diſſipans ſpecula: ideo
per hoc myſticè denotatur, quòd ſupradi-
ctæ naues, quæ quaſi ſpecula ſunt, in qui-
bus ad malum alter alterum intuetur in ſpi
ritu vehementi, ideſt in magno ſpiritu, &
feruenti per deſpectum atq; contemptum
diſſipandæ & conterendæ ſunt. Eccleſiaſt.
7. Ne pecces in multitudine ciuitatis, ideſt
quia ſic faciunt alij, quia non minus vritur, E
qui cum multis ardet. Et Apoſtolus Gala.
6. Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Filius
quidam rogauit patrem, quòd aliquid ſa-
pientiæ doceret eum. Cui pater, Aſcende
aſinum : quo facto pater per lutum ſecu-
tus eſt eum. Quod videntes plurimi deri-
debant patrem: quia cum eſſet ſenex, iuue-
nem feciſſet aſcendere aſinum. In altera ci-
uitatis via aſcendit pater, quod alij aſpiciẽ-
tes etiam deridebant patrem, quòd tenel-
lum iuuenem faciebat ire per lutum. Ter-
tio vero in alia via ambo aſinum aſcende-
runt: tunc alij hoc aſpicientes, deridebant
eos, & murmurabant, quòd infelicem aſi- F
num interficiebant. Quarto ambo aſinum
deſcenderunt, & murmurabant alij, ꝙ aſi-
no exonerato ambo pedeſtres ibant. Cum
demum ambo reuerſi fuiſſent domum, ait
filio pater: Fili, ex auditis in hoc itinere,
intelligere potes, quòd recte viuendo nũ-
quàm obturare poteris obloquentium ora.
Si enim ad verba multorum aſpicias, nun-
quàm quietem, & rectam vitam ſeruabis.

Articvlvs Tertivs.

De ſeptemplici emendatione peccatoris. G

Tertius eſt ſtatus emendationis, ſeu
lacrymoſus, de quo Ioan. ſubdit,
Reliquit eum febris, & propheta
etiam addit, in pluuiam fecit, ſcilicet lacry-
marum & contritionis. De tali ſtatu pa-
tet exemplum in admiranda fœmina Mag-
dalena, cuius emendatio atque ſtatus la-
crymoſus, exemplum eſt omnis veræ con-
tritionis & conuerſionis cuiuſcunque pec-
catoris redeuntis ad Deum. Vnde in my-
ſterium de ea Lu.7. ſcriptum eſt, Stans re- H
tro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare
pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat,
& oſculabatur pedes eius, & vnguento vn
gebat. In quibus ſacris verbis ſeptẽ lacry- *Septem lacrymoſę emendationes.*
moſæ emendationes per ordinem de-
notantur. Prima dicitur vigo-
roſa, ſecunda pudoroſa,
tertia timoroſa, quar-
ta lacrymoſa,
quinta pie-
toſa,
ſexta affectuoſa, ſe-
ptima rigo-
roſa.

De

A *De firmo propoſito animæ pœnitentis, in peccata amplius non redeundi.* *Cap.* 1.

Prima vigoroſa.

PRima eſt emendatio vigoroſa. Qui enim ſe cognoſcit fuiſſe fragilem in peccata ruendo, vigoroſum propoſitum aſſumere debet tentationibus reſiſtendo. Et hoc tangit Lucas, cum ait, Stans, ſ. in propoſito iuſtè viuendi. Sicut enim gaudium eſt in cœlis ſuper vno peccatore pœnitentiam agēte, vt dicitur Lu. 15. ita eſt gaudium in inferno ſpiritibus nequàm ſuper vna anima peccatum perpetrante. Et ſicut maius ſit
B gaudium ſuper filio prodigo reuertēte reinuento, ſic maius eſt gaudiū dæmonibus ſuper peccatore iterum poſt firmū propoſitum bono lapſo, iuxta poeticum illud,

Nunquàm riſus adeſt, niſi quē fecere dolores.

Prouer. 2. Lętantur cum malè fecerint, &c. Vnde 2. Reg. j. ait Dauid. Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compotis Aſcalonis, ne fortè lętentur filię Philiſtijm, ne exultent filiæ in circumciſorum, i. dęmones infernales. Nam non ſolum dæmon ille, qui peccatum ſuggerit, gaudet ſi homo cadit, ſed etiam omnes alij dæmones de hoc lætantur. proinde Eccleſ. 18. ſcriptum eſt, Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias
C eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, i. dæmonibus, vel mundo, vel carni. Propheta inſuper ait in perſona eius, qui in bono propoſito ſtat, Qui tribulant me, exultabūt ſi motus fuero. Ait enim, Qui tribulāt me, ſcilicet dæmones. Grego. Quotidie nos inimicus impugnat, vt ſaltem tædio deijciat. Exultabunt, ſi motus fuero, ſcilicet a loco meo proprio. Proprius enim animæ locus, eſt ipſe Deus. Et ſicut lapis non quieſcit, ſed premit humum, tendens ad centrum terræ, vt ibi quieſcat: ſic niſi in Deo anima non quieſcit, qui eſt centrum eius. Proinde Auguſt. in lib. confeſ. ait. Inquietum eſt Do-
D mine cor meum, donec requieſcat in te. Locus etiam animæ in firmo propoſito bono ſtabilitas eſt. Vnde Eccleſ. 10. ait, Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderet ſuper te, i. ſuperbia diaboli. Locum tuum ne dimiſeris. Sed quia hæc vigoroſa ſtabilitas nō eſt in nobis ſine adiutorio Dei, ideo propheta ſubdit, Ego autem in miſericordia tua ſperaui: ſcilicet quia in propoſito bono firmus ero: quia miſericordiæ Domini, quòd non ſumus conſumpti. Tre. 3. quaſi dicat. Non ſperabo in fortitudine mea: quia nulla contra diabolum eſt. Iob 41. Non eſt poteſtas E
ſuper terram, quæ comparetur ei: ſed in miſericordia tua.

De intellectuali pudore animæ veraciter pœnitentis. *Cap.* 2.

Secunda pudoroſa.

SEcunda eſt emendatio pudoroſa, ſeu verecunda. Cum enim natura hominis per magnum ingenium viget, & ad terrena atque vitia per amorem deflectitur: mirum in modū contra Deum peccādo, & peccata multiplicādo in rebellionem per ſuperbiam eleuatur. In huius myſterium Gen. 49. ſcriptum eſt: Fiat Dan coluber in F
via: ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Dan iudicium interpretatur, & conuenienter exprimit crimen ingenij naturalis. Per hoc enim homo ad malitioſum vſum, & exercitium peruenit peccatorum. Quamdiu ergo hoc ingenioſum & criminoſum iudicium eſt in via præſentis vitæ, tamdiu quaſi coluber mordet. Vngulas equi, ideſt peccando affectionibus vitioſæ atquæ ſuperbæ ſenſualitatis, venenum elationis atq; rebellionis contra Deum effundit vel infundit. Et quāto compendioſius atque acutius ad ſubtilē malitiarum intelligentiam, peccata multiplicando peruenerit, tanto maioris contra G
Deum elationis atque rebellionis materiā, vmbroſæ & excæcatæ mēti ingerit. propter quod dicitur, ceraſtes in ſemita. Semita quidem compendioſa eſt via: ſic ſubtile naturæ ingenium quanto compendioſius eſt, tanto maioris elationis, & rebellionis eſt incentiuum. Sicut dicitur de ceraſte: quia cum ſit cornutus ſerpens, ſi vngulam equi ſuo veneno infecerit, iam equum & equitē ſuum occidit. Sic & acuti ingenij malitioſum iudicium, quaſi animal elatione, atque rebellione mentis cornutum veneno malitiæ ſuæ tangens malitioſam ſenſualitatē af- H
fectionum, eum ſpiritu qui ei pręſidere deberet, vita ſpirituali priuat, contra Deum elatum, & rebellem reddit. Et hoc eſt quod in auctoritate commodè ſubinfertur, Vt cadat aſcenſor eius retro. Sēſualitatis quippe pernitioſæ aſcenſor eſt ſpiritus rationalis, qui tunc quaſi retro cadit, cum per ſuperbam rebellionem ad ea, quæ retro ſunt, relabitur: & vnde ſe contra Deum rebellādo erexit, inde per iuſtum Dei iudicium reſupinus in conſpectu illius cadat, & in omnem vitam ſceleratā ruat. At econtra ſi naturale ingenium in anima viget, & in virtutibus

A tutibus exercetur, mirabilia operatur. Fuit profectò de talibus ingenijs Magdalena, quæ vigens mirabiliter naturali ingenio: interpretatur enim illuminata, ſ. in natura & gratia: Primo in mundana, & in vitia ſe toto intellectu & affectu immerſit: ſed tandem a Domino illuſtrata, & inflammata ſtetit retro: quia ſicut retro ceciderat ſe Dño rebellando, ſic retro Dominum in faciem ſuam cadens, rubore & confuſione perfuſa, ſe per humilitatem proſtrauit. Sic & humilis publicanus, Lu. 18. quia per ſuperbã rebellionem elongando ſe a Deo poſtergauerat, cum per humilem ſui recognitionem

B ſtans a longè iudicauit ſe eſſe dignum poſtergari a Deo. Proinde non audebat oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Ex quo patet, ꝙ idem eſt in veraciter pęnitente ſtare longe, quod ſtare retro, quia in vtroque emendatio pudoroſa, & verecunda relucet.

De triplici timore peccatoris conuerſi. Cap. 3.

C *Tertia timoroſa.* Tertia emendatio eſt timoroſa. Et de hac Luc. ait, Secus pedes eius, ſ. ex timore. Triplex timor ad literam facit hominem inclinare caput. Primus eſt naturalis, ſecundus reuerentialis, tertius eſt corporalis. Primus eſt timor naturalis, vt cum videt homo imminere gladium ſuper caput ſuum. Moraliter, peccator profectò inclinare ſe debet, cum conſiderat, ꝙ gladius diuinæ iuſtitiæ euaginatus eſt ſuper eum. Vnde peccatoribus propheta ait, Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vi. Vibratus quippe gladius, æterni cruciatus cõminatio eſt. Iſa. 27. In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo diro, grandi, & forti. diro ex acerbitate, grandi ex æternitate, forti ex

D ineuitabilitate. Deuter. 32. Si acuero vt fulgur, gladium meum, & arripuerint iudiciũ manus meæ. Zach. 9. Exibit vt fulgur iaculum eius. Secundus eſt timor reuerentialis, vt cum homo honoraturus aliquem hominem, inclinat ſe. Porrò per inclinationẽ honorandus eſt Deus, ſicut j. Timo. j. Apoſtolus ait, Regi ſeculorum immortali, &c. Et ſic dicitur Eccleſ. 32. Pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Tertius eſt timor corporalis. Nam tranſiens per humile oſtium ſe inclinat, ne ſe offendat. Humile oſtium Chriſtus eſt, ſicut Io. 10. c. ipſe ait, Ego ſum oſtium. Ad quod Augu. ait: Ianua humilis eſt, qui per hanc vult intrare, oportet vt ſe E humiliet, ne erectus offendat. Per hoc oſtiũ non intrant, niſi humiles qui ſaluãtur. Vnde propheta ad Dominum ait, Tu populũ humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Semper eſt ad humiles oculus Dei, & diaboli ad ſublimes. Iob 41. Omne ſublime videt. Et alibi propheta inquit, Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Tria ſunt, quæ radicatam nutriunt humilitatem. Aſſiduitas ſubiectionis, conſideratio propriæ fragilitatis, & comparatio melioris. Si primũ lucifer habuiſſet, non de cęlo ruiſſet: ſi Adã ſecundum habuiſſet, non de paradiſo eiectus eſſet: ſi Antichriſtus tertium haberet, F non ſe Deo præferret. Si homo habet primum, ſecundum & tertium, ſcilicet comparationem melioris, ideſt humilis Chriſti ſecus pedes illius, ad imitationem illius faciliter ſe inclinat.

De admirando profluuio lachrymarum animæ pœnitentes, & de virtuoſa efficacia lachrymarum. Ca. 4.

G

Quarta emendatio lacrimoſa. Quarta emendatio dicitur lacrimoſa. Et de hac Luc. ait, Cępit lacrymis rigare pedes eius. Sic ſe emendans peccator cum propheta ait, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo: ait enim, lauabo, ſcilicet aquis lacrymarum. Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum Hieruſalem, vt ſalua fias. Per ſingulas noctes lectũ meum. Lectus eſt voluptas peccati, ſtratus cumulus peccatorum. Et eſt ſenſus. Lauabo per ſingulas noctes, ideſt per ſingula peccata: lectum meum, ideſt voluptatem meam, ſicut lauatur ſordida cutis, vel culcitra, ne macula maneat. Tre. 2. deduc quaſi H torrentem lacrymas per diem & noctem: lacrymis ſtratum meũ rigabo, ideſt culmen peccatorũ per lacrymarũ imbrem, vt inde creſcat noua meſſis virtutum. Vel lectus eſt conſcientia, quæ quibuſdam eſt quies, quibuſdam vero tormentum: ſtratus autem eſt ſenſualitas. Et eſt ſenſus, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, ideſt mundabo conſcientiam meam, flendo ſingula peccata mea, lacrymis meis ſtratum meum, ideſt ſenſualitatem meam rigabo, vt fertilem faciam, Et in perſona pœnitentis alibi propheta ait, Exaudi orationem meam Dominus, & deprecationẽ meã, auribus percipe lacrymas

A lacrymas meas. Oratio enim fit ad bonum acquirendum, ideſt pro gratia impetrandi. Deprecatio ad malum amouendum, i. pro culpa remouenda. Lacrymæ autem ad vtrũque, quaſi ad condimentum. Atque iterum alibi in eius perſona ait, Fuerunt mihi lacrymæ meæ pa.die ac no.dum dicitur mihi quo. vbi eſt Deus tuus. Hunc panem aliquando ſolus comedit interior homo, aliquãdo domeſticum ſuum, vt ſecum comedat multa fatigatione compellit. Spiritus quidem ſolus comedit, quando aliquis de peccatis ſuis dolet, & hic ſufficit ad ſalutē: ſed lacrymas nulla ratione extorquere valet.

B Panem doloris, & vinum cõpunctionis pariter ſumunt, cum interior homo ingemiſcit, & exterior vbertim lacrymas fundit. Et hic ꝓpriè gemitus nũcupatur, quaſi geminatus, ſecundum Caſſiodorum, quia. ſ. flet anima atque corpus. Et de hoc etiam propheta ait, Laboraui in gemitu meo. Cũ vero pœnitens exauditum ſe a Deo ſentit, ait illud propheticum, Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo, ideſt habuiſti ex miſericordia tua acceptas. Quantas vires lacrymæ habeant, oſtendit Ambro.d. Oratio lenit, lacryma cogit. Iudith 8. Indulgentiã

C eius fuſis lacrymis poſtulemus. vbi glo. ait, Lacrymæ pondera vocis habent, quæ imperant, non ſupplicant. Sed intelligendum eſt de lacrymis, quæ pro peccatis fiunt, non de illis quę pro temporalibus fieri ſolent, quæ non vtiles, ſed potius nociuæ ſunt. Vnde Gen. 26. Dicunt paſtores, i. dęmones. Noſtra eſt aqua, ſ. talium lacrymarum. Magdalena non legimus feciſſe aliam emendationem, quando Dominus dicit illi, Lu. 7. cap. Remittuntur ei peccata multa, niſi ꝙ lacrymis cępit rigare pedes eius. Et merito. Nã, vt Hiero. ait: Lacryma extinguit infernalem ignē, quē tota aqua non extingueret Oceani.

D Et Ber. ait: O humilis lacryma, tuum eſt regnum, tua eſt potentia, ante conſpectum iudicis non vereris accedere ſola, ſi intraueris, quicquid petieris obtinebis, accuſantibus ſilentium ponis, de ore principis ſententiam rapis: quid plura? Vincis inuincibilem, ſuperas omnipotentem.

De eleemoſynarum pietate, & quomodo diſpenſari debet. Cap. 5.

Quinta emēdatio pietoſa.

QVinta emendatio eſt pietoſa: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionē habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1. Timo. 4. Et de hoc ſubiungit Luc. Et capillis capiti ſui tergebat. Per capillos enim ſuperfluitas temporalium deſignatur. Nam & capilli quædam ſuperflua corporis hominis ſunt. His capillis in pedibus Domini, qui pauperes Chriſti ſunt, tergi debēt lacrymę ſuarum neceſſitatum. Ad literã, non terſit Magdalena pedes Domini lintheo, ſeu etiam veſtimento: tum quia illi in feruore ardenti prius venerunt ad manus: tum quia capillos ſuos prius affectuoſius diligebat: tum vt myſticè innuatur, quàm prompto affectu tēporalia, quę prius a peccatore immoderatè & inordinatè dilecta ſunt, debent liberaliter pauperibus diſpenſari. E

F Debet enim eleemoſina, vt grata ſit Deo, fieri amoroſo affectu, amoroſo vultu, amoroſo verbo, & amoroſo modo. Primo fieri debet amoroſo affectu. Nam ſicut 2. Corinth. 9. Apoſt. ait, Hylarem enim datorem diligit Deus. Et Iſa. 58. ait, Cum effuderis eſurienti animam tuam, ſ. per feruentem affectum, & animam afflictam repleueris, quod efficit in dante affectus feruens: tunc orietur in tenebris lux tua, ideſt cognitio Dei & tui. Secundo amoroſo vultu. Eccle. 38. In omni dato hylarem fac vultum tuum. Et 4. c. iterum ait, Congregationi pauperum affabilem te facito.

G Tertio amoroſo verbo. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbũ melius, quàm datum. Quarto amoroſo modo, prompto effectu & modo. Eccleſi. 4. Non protrahas datum anguſtianti. Prouerbio. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cũ ſtatim poſſis dare. Et Iob 31. Si negaui, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.

De ſuauitate, qua in Deo peccator ſentit de ſua conuerſione. Cap. 6.

Sexta emendatio affectuoſa.

H SExta eſt emendatio affectuoſa, qua ſcilicet anima iam ſentit ſuauitatem, & dulcedinem Dei. Et de hoc ſubditur, Et oſculabatur per affectuoſam delectationem pedes eius. In perſona autem talis peccatoris propheta ait, Quã bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Ait enim, Quàm bonus, ideſt valde bonus, ſuauis, atque iucundus eſt: Deus Iſrael, ideſt Deus videntium, ſcilicet & recognoſcentium ſemetipſos, & ſuam præteritam vitam, & etiã te. Sapien. 12. O quàm bonus, & ſuauis eſt Domine, ſpiritus tuus. Et quibus ſit bonus, ſubiungit. His, qui recto ſunt corde. Recto quippe ſunt corde, qui æterna, non temporalia

A ralia concupiſcunt, ſicut facit verus pœnitẽs. Tre.3. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum animæ quærenti illum. Curuo corde ſunt, qui diligunt tranſitoria mũdi: quibus alibi propheta ait, Filij hominum vſquequo graui corde. q.d.va.& q.mendacium. Et his terrena vidẽtur eſſe bona: ſed conuerſis, & emendatis,& rectis corde ſolus Deus videtur bonus: quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Sed talis pęnitens, quia ſe erraſſe cognoſcit,ſubdit: Mei autem pene moti ſunt pedes. q.d. Bonus eſt rectis corde: ſed aliquando non mihi videbatur bonus,quia corde non eram rectus, ſed in-B clinatus ad tranſitoria mũdi. Vnde ait, Mei autem pedes, ſcilicet interiores, ideſt intellectus atque affectus: pene moti ſunt, ſ. de loco ſuo,i.de Deo,in quo ſtare debebãt. Sed effunduntur hi greſſus, ſcilicet cogitatio & deſiderium. Intellectus graditur per cogitationes, & affectus per deſideria: ſed effunduntur hi greſſus, quando ad mundi magnificentias, delitias, & diuitias, & ad alias eius vanitates ſe vitioſè conuertunt. Proinde tales mundani dicere poſſunt illud Tre.4. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Ait enim.penè,quia nó finaliter ruit,quia ſcilicet Deus eripuit eum. Proinde dicere poteſt, Niſi C quia Dominus adiuuit me, paulò poſt habitaſſet in inferno anima mea.

De his,quæ neceſſaria ſunt in pęnitente, vt perſeueret in bono, & conuerſorum vnguento. Cap.7.

Septima emẽdatio rigoroſa.

SEptima eſt emendatio rigoroſa. Duo enim tali animæ neceſſaria ſunt,vt con tinuè perſeueret. Primũ retentio memoriæ, ſecundum ſolicitudo diligentiæ. Primũ eſt retentio memoriæ,cuius eſt pręterita mala plangere: & hæc duo habere D debet. Nam debet eſſe ſuorum malorum primo capax, ſcilicet ſine extenuatione, & ſine diminutione: vt de magnis non faciat parua, & de multis non faciat pauca: vt dicat cordialiter cum propheta, Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Secundo tenax,ſ.ſine obliuione, & ſine interruptione: vt ſemper recordeẽ, & dicat etiam cum propheta, Iniquitates meas ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Secundum eſt ſollicitudo diligentiæ: & hæc etiam duo debet habere. Nam debet eſſe primo audax, ſe-E cundo verax.Primo enim debet eſſe audax ſine dubitatione & dilatione: vt non dubitet accipere opera pœnitentiæ, & non differat inchoare. Secundo verax ſine ſimulatione:vnde non ſimulet facere bonũ,quod non facit: nec diſſimulet in ſe eſſe malum, quod callidè agit. Talis emendatio rigoroſa vngit pedes Ieſu vnguento pœnitentiæ ſalutaris. Et de hoc Lucas ſubdit, Et vnguento vngebat. Fit autem hoc vnguẽtum de amaris herbis, quas in noſtro hortulo faciliter reperimus, ſi iniquitates noſtras ſine diſſimulatione recogitamus. Cũ F iſtis amaris herbis ad ignem feruẽtis amoris aromata miſceri debent, de quibus Cãti.4. Mirrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis. Vtrunque eſt amariſſimum, eſt & præſeruandis a corruptionibus aptum. Atque duplicem amaritudinem in pœnitente figurant. Prima eſt amaritudo mortis cum incertitudine horæ. Eccleſiaſti.8. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima, & in æternum non peccabis. Et Eccleſiaſt.9. Neſcit homo finem ſuum. Secunda eſt incertitudo iudicij cum incertitudine ſententiæ. Nam, vt dicitur Galat.6. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet: quia, vt dicitur Matt.25. Ibunt mali in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam ęternam. Inter quos connumerare nos dignetur miſericors & miſerator Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat glorioſus per infinita ſecula ſeculorum, Amen. G

Quotuplex ſit ſtatus animæ iuſtæ.

Triplex ſtatus aiæ iuſtæ.

TRiplex eſt ſtatus animę iuſtę. Primus eſt ſtatus aſcenſionis,ſecundus deſcenſionis, tertius operationis. Primus pertinet ad incipientes, ſecundus ad proficientes, tertius ad perfectos. Et H de his propheta in pſalm. 18. ait. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et poteſt eſſe thema In præſenti materia. Per cœlos quippe quilibet iuſti ſignantur: quia ſcilicet ſunt alti, puri, & clari. Primo enim ſunt alti per vitæ conuerſationem, quo ad Deum. Eccleſiaſt.31. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita ſua: Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt,

A & erit illi gloria æterna. Secundo puri per rectam intentionem quo ad ſe, Matth. 6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Tertio clari per lucidam exemplationem quo ad proximum. Eccleſiaſt. 31. Splendidum in panibus, ideſt in operibus bonis: benedicent labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele in nequiſſimo pane murmurabit ciuitas. Præterea ſicut in cœlo ſunt ſex ſigna, per quæ aſcendit materialis ſol: & ſex, per quæ deſcendit. Sic in quolibet viro iuſto debent eſſe ſex gradus, quibus aſcendit ad Deum: & ſex, quibus ad ſui cognitionem
B deſcendat. Et ſex ſunt opera, in quibus tota illius vita continuè occupari debet: vt in primo ſenario ſit ſtatus aſcenſionis, in ſecundo ſtatus deſcenſionis, in tertio ſtatus operationis, ſeu inſtantis actionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ſex gradibus aſcendendi in Deum, per viuam ſpem.

Pprimus ſtatus, qui ſex continet gradus.

PRimus eſt ſtatus aſcenſionis, & hic ſex continet gradus, per quos aſcendit anima perfectè ad Deum. Primus eſt exprobratio peccati, ſecundus peccatorum fletus, tertius delectatio in amaritudine pœ-
C nitentiæ, quartus reſiſtentia contra peccata, quintus ſancta ſuperbia ſeu indignatio contra peccatum, ſextus eſt dilectio fraternalis. Et hi ſignantur in ſex primis ſignis cęli, quæ ſunt Capricornus, Aquarius, Piſcis, Aries, Taurus, Gemini.

De peccatorum præteritorum deteſtatione, & exprobratione. Cap. 1.

Primus.

PRimus gradus huius aſcenſionis
D eſt exprobratio peccatorum. Et hoc ſolis ſignificat primum ſignum, quod dicitur capricornus. Eſt enim vno ſenſu Capricornus quoddam animal, quod eſt Rinoceros, & Eglocerot denominatum. Et dicitur capricornus, quaſi caprina cornua habens. Alio ſenſu dicitur cęleſte ſydus. Primum videlicet inter duodecim ſigna cœli, cuius cauda formatur in effigie piſcis, & deſignat pluuias in ſui parte extrema. Secundum igitur primum modum eſt eiuſdem ſpeciei cum capra. Vnde Leui. 4. c. myſticè ſcriptum eſt, Si peccauerit anima per ignorãtiam de populo terræ, vt faciat quicquàm de his, quæ E
Domini lege prohibentur atque delinquat, & cognouerit peccatum ſuum: offerret capram immaculatam, ideſt peccati exprobrationem. Nam capra offerebatur pro peccato pręuaricationis in tranſgreſſione legis diuinæ: vt ſecũdum Alex. de Ales in 3. myſticè innuatur, quod per Chriſtum a legis præuaricatione liberati ſumus. proinde ad Gal. 4. Apoſt. ait: At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et iterũ 9. c. ad Hebr. Et ideo F
noui teſtamenti mediator eſt, vt morte interueniente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hęreditatis.

De præteritorum peccatorum condigno fletu. Cap. 2.

Secundus

SEcundus gradus eſt peccatorum fletus, & in hoc ſigno myſticè denotatur, quod aquarius dictus eſt eo, quòd cum ſol eſt in eo ſigno, aquarum inundatio eſt. Et vt quidam finxerunt: aquarius eſt ſeruiẽs, qui portat aquas. Vnde & dicitur aquaria, quæ aquam defert. Et ſignat peccatorum G
fletum, quo peccata delentur. Vnde Hiere. 4. dictum eſt, Laua a malitia cor tuum Hieruſalem, vt ſalua fias. Et iterum Propheta de ſe ad Dominum ait, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam. Et Iſa. 15. Per aſcenſum enim linth flens aſcendet, & in via oromaym clamorem contritionis: leuabunt linth maxillam interpretatur, per quam lacrymæ fluunt, atq; per eas anima ad Deum aſcẽdit: vt quot ſunt lacrymæ tot ſunt aſcẽdendi gradus. Vnde Tren. 3. Flens anima inquit, Diuiſiones aquarum deduxit ocu- H
lus meus: ſcilicet in contritione.

De complacentia pœnitentiæ peccatorum. Cap. 3.

Tertius.

TErtius gradus eſt delectatio in amaritudine pœnitentiæ, quã ſignat ſignum piſcis. piſces enim lætantur in mari, ibiq; nutriuntur. Et de talibus Deuteron. 33. myſticè dictum eſt, Inundationes maris, ideſt impetus amarum lacrymarum, quaſi lac ſugent. Et de ſe propheta ait, Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, &c.

Hi

A Hi ſunt duo piſces, qui quinq; panibus ordeaceis ſuperadduntur. Ioã. 6. ideſt operibus pęnitentię, ſ. quo ad quinque illius partes, quę ſunt contritio, confeſſio, eleemoſyna, ieiunium, oratio. Duo piſces ſunt ſpes redemptionis & ſpes gratificationis, & hi cõdiunt hos quinq; panes. His dum paſcitur anima, fit iumentum, ſuper quo rex gloriæ ſedere dignatur, ſcilicet Chriſtus. Proinde poteſt fidenter dicere cum propheta, Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum: tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me.

B *De reſiſtentia contra peccata. Cap.* 4.

Quartus. QVartus gradus eſt reſiſtentia contra peccata: & hunc ſignat ſignũ quartum, qnod Aries nominatur. Aries enim dicitur ab eres, quod eſt virtus, ſecundũ Catholicon, eo ꝙ in grege maioris virtutis ſit: aries.n. cornibus ſe defendit. Sic quoq; pęnitens a tentationibus duobus cornibus, timore ſcilicet ſupplicij, & amore præmij. Seu duo eius cornua ſunt ſcientia & gratia: de quibus propheta ait, Exaltabuntur cornua iuſti. Cum igitur animo
C virili homo tẽtationibus prædictis cornibus reſiſtentiam facit, omnis tentatio vires perdit: & verificatur in eo, quod Prouer. 30. ſcriptũ eſt, aries, nec eſt q̃ reſiſtat ei.

De ſancta indignatione contra peccata. Cap. 5.

Quintus. QVintus gradus eſt ſancta ſuperbia, ſeu indignatio contra peccatum. Vnde Hiero. loquens ad quandam virginem ait, Diſce ſanctam ſuperbiam: & Philoſophus ait: Si ſcirem Deos ignoſcituros, & homines ignoraturos, ad hoc de-
D dignarer peccare: & hic gradus per ſignum quintum, ſcilicet per taurum deſignatur. Hic myſticè eſt vitulus ſaginatus. Lu. 15. Et de hoc propheta ait, Et placebit Deo, ſ. talis ſuperbia ſuper vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. Vitulus nouellus iuuenis nouus in via Dei. Hic tũc producit cornua, cum iam incipit habere contra ſpirituales patres ſui æſtimationem, & ſeniorum contemptũ, ſeu deſpectionẽ. In cuius myſteriũ Exo. 21. ſcriptum eſt, Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & cõteſtati ſunt dñm eius, nec recluſerit eũ occideritq; virũ aut mulierẽ, & bos lapidibus obruetur, & dñm eius occidẽt. i. inſolentẽ E
iuuenẽ & ductorẽ eius, & vngulas addit, ſ. fixas, diſcretionẽ ſignãtes. Hæc ſine magno virtutũ exercitio haberi non poteſt. vnde Richar. de ſancto Vict. in lib. de 12. Patriarchis. Beniamin, qui vltimus & duodecimus filius Iacob in ſcriptura cõnumeratur, atq; filius dexterę interpratatur, per virtutũ diſcretionẽ myſticè ponit. Sed aduertendum eſt, ꝙ ſm naturæ curſum prius vngulæ, q̃ cornua producũtur. vt myſticè innuatur, ꝙ prius neceſſe eſt habere diſcretionẽ, q̃ contra prælatos & ſeniores præceptorũ ſuorũ imprudentẽ deſpectionẽ. De nouo tirone ſcriptũ eſt, In auditu auris obediuit mihi. F
At contra naturã eſt prius producere cornua, demũq; vngulas: quod vt in initiũ temeritatis ſonat, propheta prius poſuit cornua, q̃ vngulas, dicens, Cornua producentem & vngulas. Cum vero contra Deum precepta fiunt manifeſtè taurum per ſanctã ſuperbiam neceſſe eſt eſſe. exemplum beati Petri. qui Act. 5. reſpõdit, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: quod & alibi ſancti Martyres ſeruauerunt.

De gemina dilectione Dei, & proximi. Cap. 6. G

Sextus. SExtus gradus dilectio fraternalis dictus eſt, i. vt aliena negotia ſicut propria, homo curet, quod ſignatur per ſextum ſignum, quod Gemini nominatur, ſ. propter geminam charitatẽ, ſeu dilectionem inter proximos, ſeu propter Dei & proximi dilectionẽ, de quibus Lu. 10. ſcriptũ eſt, Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex to. ani. t. & ex omnib. virib. tu. & ex to. mẽ. t. & proxi. t. ſicut teipſum. Dicitur autẽ dilectio, a dya, quod eſt duo, & ligo, gas. vnde ad Colloſ. 3. Apoſt. ait. Super oĩa autem mutuã in vobiſmetipſis charitatẽ continuã H
habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Hæc geminatio myſticè deſignatur, Lu. 10. in geminatione diſcipulorũ, vbi dicitur, ꝙ Dñs miſit eos binos ante faciẽ ſuã in omnẽ ciuitatem & locum, quo erat ipſe vẽturus. Talis erat Moyſes, qui Exo. 32. ait: aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo vel vitæ. Ad huius verbi & conſimilium intellectum aduertẽdum eſt, ꝙ aliquando deſideramus aliquid ex plena electione, ſeu ex pleno cõſenſu. Aliquando vero ex ſola redundantia, ſeu vehemẽtia alicuius affectionis, quaſi paſſionalis. proinde loquẽdo ſm affectum ait, Moyſes prædicta

A verba,& Paulus.c.9. ad Rom. cum eodem affectu ait, Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto ꝑ fratribus meis. Hoc.n. deſiderium potius videbatur eſſe quędam affectio conſurgens atq; redundans ex vehementia amoris & compaſſionis, qua afficiebatur ad eos, quàm ꝙ ex pleno conſenſu, & ex plena electione hoc ſimpliciter vellet. Hãc.n.quidam velleitatem vocant, a quibuſdam vero voluntas conditionalis denominatur. Si igitur talis affectio inſurgere poteſt in ſancto viro, vt oſtendatur vehementia dilectionis, & hoc abſq; peccato: non eſt mirũ ſi etiam abſq; peccato exprimi
B poteſt. hi ſex gradus.3.Reg.10. myſticè figurantur per ſex gradus, per quos aſcendebatur ad Salomonis thronum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De ſex gradibus deſcendendi per humilitatem ad ſeipſum.

Secundus ſtatus, qui ſit cõtinet ſex grad. SEcundus ſtatus eſt deſcenſionis: & hic etiam continet ſex gradus, per quos per humilitatem homo deſcẽdit ad ſui cognitionem. Primus gradus eſt conſideratio præteritæ vitæ, ſecundus timor iudi-
C cij, tertius conſideratio proprie inſęcunditatis, quartus põderatio peccatorum & beneficiorum Dei, quintus remorſus conſciẽtiæ, ſextus conſideratio humanarum miſeriarum. Hi ſignantur in ſex vltimis cœli ſignis, quę ſunt Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, & Sagittarius.

De examinata conſideratione præteritæ vitæ. Cap. 1.

Primus. PRrimus gradus eſt conſideratio præteritæ vitæ, quod ſignatur per ſeptimum ſignum, quod eſt
D Cãcer. Vnde cum animal retrogradum ſit, merito ſignat recogitationem præteritæ malę vitæ, iuxta illud Iſa. 33. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ: qđ quidẽ fit recogitãdo diuerſas ætates, diuerſos ſtatus, diuerſas fortunas, diuerſa officia, diuerſas ſocietates, diuerſa loca in qbus fuit, diuerſas culpas cordis, oris, & operis, quas operatus eſt, iuxta illud, Naũ vlt. Intra in lutũ, & calca ſubigẽs, i. pellẽs ꝑteritã vitã, tene lateré.i. Chriſtũ, vt poſſis dicere cũ propheta, Cogitaui vias meas, & cõ.pe.m.in teſti.tua. Ad hoc idem hortatur Angeli, Cant. 6. dicẽtes: Reuertere reuertere ſunamitis, i. captiua ſeu deſpecta. Sic.n.interpretať reuertere, reuertere, vt intueamur te. Quater .n.reuertere dicitur, vt reuertatur anima ad recogitandum præteritam vitam quantum ad quatuor, ſ. errata, commiſſa, dimiſſa, atque neglecta. E

De timore extremi iudicij, & finalis damnationis. Cap. 2.

SEcundus gradus eſt timor iudicij, ꝙ in octauo ſigno myſticè demõſtratur, qđ eſt leo. Sicut.n. rugiente leone timẽt, *Secundus* & ſiſtunt animalia gradum: ſic cum anima F penſat rugitum Chriſti in die iudicij, dicẽs contra reprobos illud, Matth. 25. diſcedite a me maledicti, &c. tremere debet, & deſiſtere animus prauus. vnde Amos 3. Leo rugiet, quis nõ timebit, vel aliter dici poteſt, ꝙ anima recogitante periculum iudicij, quod ſibi imminet in vltimo fino, dum per affectualem & cordialem dolorem rugit. Praui motus & impia deſideria ſiſtunt, ſicut propheta, qui de ſe ait, Rugiebam a gemitu cordis mei.

Quantum inutilis & ſterilis eſt naturaliter hominis vita. Cap. 3.

G
TErtius gradus eſt conſideratio propriæ inſęcunditatis, quod ſignat nonum ſignum, quod eſt virgo, quæ ſine fructu eſt. Proinde Iob 3. admiranter ait. Quare miſero data eſt lux & vita. O ſterilitas, & inutilitas humanæ vitæ. Arbores infũdũt vinũ, oleũ, balſamũ, & varios ex ſe producũt fructus: tu miſer homo ſputũ, vrinã, ſtercus, lendes, pulices, & pediculos. Ille ſpirãt odoré, tu vero fętoré. Nutrimẽtum habes ab elementis, cubile ab auibus, veſtes a beſtijs. Vide etiã, quanta intelligẽtia fulges, quia omnis beſtia natando nouit trãſire flumen, excepto homine. Nouit diſcernere propriũ cibũ, niſi puer. Ita ſtultus eſt homo, ꝙ quãdoq; neſcit reuerti domũ, qđ nouit aſinus, muſcipula vel muſtella, atque catus. Aſinus natus ſtatim graditur, infans a muſcis comedit, ſimul comedit, egerit, bibit, & mingit. Oĩa animalia ſunt munita aliqua cornibus, aliqua dentibus, aliqua calcibus, aliqua roſtro, aliqua curſu, & ſic de ſingulis. Solũ hominẽ paruũ & magnũ reliquit Deus inermen, vt totam fiduciam ſuam in eo ponat. Merito quidam ait. *Tertius.* H

Cum fex, cum limus, cum res viliſſima ſimus!
Vnde ſuperbimus ad terram terra redimus.

proinde

A proinde Eccl. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Ecce ꝙ in ſecunda virgo eſt homo, atq; infructuoſa. Igitur ſicut Ioel j.c. dicit, Plange quaſi virgo accincta ſacco.

De ponderatione diuinorum beneficiorum, & peccatorum noſtrorum. Cap. 4.

Quartus. QVartus gradus eſt ponderatio præteritorum peccatorum & beneficiorum Dei, quod ſignat decimũ ſignũ, ſcilicet libra, & ad hoc hortatur, Eccl. 42. di. quæcunque trades, numera & appende: Datum vero, & acceptum

B omne deſcribe. Duo ſiquidem dicit. Primo dicit datum, ſcilicet tibi a Deo: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. Iaco. j. Et acceptum ſcilicet a te deſcribe, ideſt in mente diligenter ſerua & conſidera. Hæc tria ſunt bonorum genera. Prima ſunt bona temporis, ſecũda ſunt bona in tempore, tertia ſunt bona ſupra tempus. Hæc ſunt bona naturæ, bona gratiæ & bona gloriæ. Prima ſunt bona temporis. Et ſic tripliciter diuiduntur: quia aliqua ſunt bona temporalia, aliqua corporalia, & aliqua ſpiritualia. Primo bona temporalia cõ-

C ſiſtunt in diuitijs, delitijs & magnificentijs. Secundo bona corporalia conſiſtunt in corporis fortitudine, in ſenſuum corporalium proſperitate, & humanæ conditionis libertate. Tertio vero bona ſpiritualia conſiſtũt in ratione ſenſata, in ſcientia acquiſita, & in practica illuminata. hæc omnia ſunt bona temporis. Secundo ſunt bona in tempore, quę ſunt diuerſarum gratiarum diuiſiones, gratuitæ virtutes, & Spiritusſancti dona. Tertio autem ſunt bona, quæ ſunt ſupra tempus, & hæc ſunt bona gloriæ, de quibus propheta ait, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Hęc ſunt bona, quæ nobis tribuit Deus. Secundo autem

D Eccleſiaſticus dicit, Quæcunque trades, ideſt opera tua bona vel mala, quæ recompenſatione acceptorum tradis tu Deo, numera & appende: ſcilicet in hoc decimo ſigno, quod eſt libra. Hic ſtudens obſeruare Propheta obſtupuit, inueniens ſe deficere in ſuorum operum numeratione & appenſione. Vnde ait: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Obſtupuit enim cõſiderãdo hæc tria, ſcilicet ſua delicta occulta, & aliena peccata. Primo obſtupuit conſiderando ſua delicta. proinde ait, Delicta quis intelligit? quaſi dicat nullus oia;

E Dicitur enim peccatum in malis cõmiſſis, & delictum quaſi derelictũ in bonis omiſſis, & hoc intelligere difficilius eſt. Proinde Iob 9. ait, Verebar omnia opera mea, vbi glo. ait, etiam bona: quia vt ibidem ſubdit, In bonis operibus duo timenda ſunt, ſcilicet deſidia & fraus, deſidiã facit timor, & amor mundi: fraudem vero facit proprius amor ſui, dum pro bene actis tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterius deſideratur. Et ex his patet, ꝙ etiam bona faciendo homo incidit in delictũ, ſ. in omiſſione vel diligentiæ debitæ per deſidiam. Hierem. 48. Maledictus

F homo, qui facit opus Dei fraudulenter. Vel intentionis rectę per fraudem, Matth. 6. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Et ſi bona faciendo incidit homo in delictum, quanto amplius bona omittendo, & mala operando? & ideo difficile, vel impoſſibile eſt delicta intelligere. Merito ergo ait, Delicta quis intelligit? Secundo vero de occultis addit, Ab occultis meis munda me Domine. Dupliciter enim & commiſſa & delicta nobis fiunt occulta. Primo, quia ignorata; ſecundo, quia oblita. Primo ſunt nobis occulta, quia ignorata, vel ignorantia iuris vel

G ignorãtia facti. proinde propheta orat Dominum, dicens, Delicta iuuentutis meæ, & igno. me. ne. m. Dñe. O quot ſunt delicta, & commiſſa in iuuentute, & qualibet alia ætate omnino ignota? Secũdo quoq; quot ſunt delicta & commiſſa, quæ longitudine temporis ſunt oblita. Ait ergo propheta, Ab occultis meis munda me Dñe. In quo, ſm Aug. inſtruimur, vt pro peccatis noſtris oblitis ignoratis oremus. Nã, ſicut ipſe ait: Pius Dominus piè petentibus, aut peccata dimittit, aut oblita ad memoriam reducit. Notãter autem dicit, meis, i. ex malitia mea prouenientibus, & nõ ex alio, quo genere peccauit diabolus. Tertio de alienis ſub-

H dit, Et ab alienis parce ſeruo tuo. Nam & delicta & commiſſa dupliciter ſunt aliena: primo ſuggeſtione diaboli, ſecundo ſuggeſtione hominis. Dicuntur autem aliena primo, quia ſunt illius qui ſuggerit: ſecũdo efficiuntur illius, cui ſuggeritur, ſi cõſentit: quo genere peccauit Adã. Nã ſicut propheta ait, Declinantes, ſ. per conſenſum, in obligationes, ſ. in peccata, adducet Dñs: ſcilicet in æternam damnationem, cũ operantibus iniquitatem, ſ. cum ſuggerentibus mala: Appende igitur & libra omnia bona, quæ tibi contulit Deus, & omnia mala, ꝗ modis ante-

A antedictis reddidiſti ei, & intelliges, quare ſupplicia merearis æterna. vnde merito de nobis Dominus lamentabiliter ait illud propheticum, Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

De remorſu conſcientiæ malæ. *Cap.* 5.

Quintus gradus.

QVintus gradus eſt remorſus conſcientiæ, & hic in vndecimo ſigno manifeſtatur, quod ſcorpio dictus eſt. Vnde Deuteron. 8. myſti- B cè ſcriptum eſt: In ſolitudine illa magna eſt ſerpens flatu adurens, & ſcorpio, & dipſas. Solitudo iſta magna, impia conſcientia eſt, quæ omni gratia deſtituitur ex peccatis. Ibi eſt ſerpens antiquus, ideſt diabolus, flatu tentationum adurens ad perpetranda mala, & ſcorpio. Porrò ſcorpio, ſm Catholicon, ſic dictus eſt: quia a ſcorte, quod eſt dulce, componitur cum poio, quod eſt fingo, quaſi ſcorte poio, quia ore lingit, brachio ſtringit, & demum cauda pungit. Sic mortalis culpa, primo delectat dum perpetratur: deinde illaqueat, demumq; per remorſum conſcientiæ pungit. vnde Prouerb. 12. ſcriptum eſt: Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ. Promittit diabo- C lus, caro, & mundus delectationes, & complacentias temporales & falſas: demumq; anima poſt ſcelera perpetrata gladio pungitur conſcientiæ. Conſcientia mala, eſt mulier illa nequã, de qua Eccl. 26. ait, ꝙ qui tenet illam, quaſi qui apprehẽdit ſcorpionẽ: quia neceſſe eſt ei ſuſtinere remorſum conſcientiæ. Et diſpas. Dicitur enim dipſa ſę, generis fęminini, & hæc dipſas, dis. de qua glo. vbi ſupra, ait: Diſpas genus eſt aſpidis. quæ latinè dicitur ſitula. Hæc quęcunque momorderit, ſiti perit. Adeo parua eſt, vt D cum calcatur, non videatur: cuius venenũ ante extinguit quàm ſentiatur, nec moriturus triſtitiam ſentit. Dipſas iſta peccatũ eſt, quod ſiti, i. defectu diuinæ gratiæ aĩam perimit: quia nec ratio, nec ſcientia, nec voluntas dulcedine diuina delectatur, Hæc ſitis tunc ſenſum peccatoris inuadit, cum diuina dulcedo illũ peccato fędatum funditus derelinquit. Sic & reliquæ huius ſerpentis naturæ, quæ ſubdũtur, moraliter ſumi poſſunt. Talis remorſus conſcientiæ a ſyndereſi originem ſumit. Vnde in perſona eius, Propheta contra conſcientiam increpatiuè inquit, Exiſtimaſti iniquæ, ideſt nequiter, quòd ero tui ſimilis: arguam te, ſcilicet ſemper de ſceleribus tuis, & ſtatuam E contra faciem tuam. Alia litera habet, Et ponam ante oculos tuos: vt quaſi quædam perſonæ arguant vel confundant te. Et tali conſcientiæ, Hiere. 2. ait. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.

De ſeptemplici miſeria præſentis vitæ, atque futuræ. Cap. 6.

Sextus gradus.

SExtus gradus eſt cõſideratio humanarum miſeriarum, quæ per duodecimũ ſignum myſticè demonſtrantur, quod ſagittarius dictus eſt. Sagitta a ſagio; ſagis, dicta eſt, eo ꝙ ſagaci, & ingenioſa iactura F mittatur, & inde ſagittarius deriuatur. Per hoc cœli ſignum inſtruimur cogitare naturales miſerias noſtras, quę ſunt fames, ſitis, æſtus, frigus, laſſitudo, infirmitas, atque mors. Hæ ſunt ſeptem ſagittæ, quæ in noſtris primis parentibus propter inobedientiam, & ad totum genus humanum propter originalem culpam a Deo ſagaci ſagittario infixæ ſunt. Hoc de ſe Propheta teſtatur dicens: Quoniam ſagittæ tuæ o Deus, infixæ ſunt mihi: & Iob 6. de ſe ait: Verba mea dolore ſunt plena, quia ſagittæ Domini in me ſunt. Et in perſona generis humani, Tren. 3. Hierem. ait: Tetendit G arcum ſuum: ſcilicet Dominus, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Has ſagittas merito generi humano infixit, vt diſcat nõ contra Dominum per inobedientiam inſanire atque præſentes & futuras pęnas, hoc eſt ſempiternas perhorreſcere, & cauere, atque ad cautelam præmonet omnes hic leuia, & tranſitoria eſſe tormenta: ſed futura impijs præparata eſſe grauiſſima, & æterna. Proinde de talibus ſupplicijs Deuteron. 32. ait Dominus, Congregabo ſuper eos mala, ſcilicet ſempiterna. &, pro ideſt, ſagittas meas complebo in eis. Por- H rò has ſagittas Dominus in damnatis complebit, quando in inferno erit fames inſatiabilis, ſitis irrefragabilis, frigiditas intolerabilis, æſtus irremediabilis, infirmitas miſerabilis, laſſitudo inquietabilis, & mors interminabilis. Erunt enim ibi, primo fames inſatiabilis, Iſa. 65. Dominus ait, Serui mei comedent, & vos eſurietis. Et de eis iterum propheta ait, Famem patientur vt canes, qui quando fameſcunt, vlulare ſolent, Secundo ſitis irrefragabilis. Iſa. vbi ſupra, Serui mei bibent, & vos ſitietis. Vnde Luc. 16. epulo ille diues in lingua ardens, guttam petijt aquæ, quam tamen

A habere non valuit. Tertio frigiditas intolerabilis. Iob 24. cap. ad nimium calorem tranſiet ab aquis nimium. Quarto æſtus irremediabilis. Apocali. 16. Æſtuauerunt, ideſt æſtuabunt homines æſtu magno: quia ſcilicet intus, & extra, ideſt in anima & corpore cremabuntur, quemadmodum metalla cum ſuccenduntur ab igne. Ezech. 22. Omnes iſti æs & ſtagnum & ferrum & plumbum in medio fornacis. Quinto infirmitas miſerabilis, Iſa. 13. Torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt. Sexto laſſitudo inquietabilis. Erunt enim tanquàm ligatus pugil. Matthæ. 22. B Ligatis manibus, & pedibus mitte eum in tenebras exteriores. Et Matth. 13. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Septimo mors interminabilis, Apocal. 2. Qui vicerit, non lædetur a morte ſecunda. Mors enim prima, ſeparatio eſt animæ a Deo per mortalem culpam: Mors vero ſecunda, eſt receſſus Dei ab anima per æternam pœnam. Et hæc eſt mors, de qua propheta ait, Mors peccatorum peſſima. Et iterum Gregor. Cuius vita mortua fuit in culpa, eius mors ſemper viuet in pœna. Et hæ ſunt ſagittæ, C quas dominus complebit in eis, qui ſagittas generi humano infixas ex culpa primorum parentorum, per mandatorum Dei inobedientiam contempſerunt.

ARTICVLVS TERTIVS.

De ſeptem operibus actiuæ vitæ, conformibus ſeptem diebus creationis.

TErtius eſt ſtatus operationis, ſeu inſtantis actionis. In cuius myſterium Exod. 23. præcepit Dominus dicens, Sex diebus operaberis ad myſticè D innuendum, quòd ſex ſunt opera actiuæ vitæ, quæ reſpondent ſex diebus creationis, in quibus operatus eſt Deus: vt conformemur creatori noſtro, vt quaſi dici poſſint ſex dies noſtrorum bonorum operum. Primus dies eſt circumſpectio prouida, ſecundus intentio recta, tertius diſcretio cauta, quartus ordinatio iuſta, quintus executio vigoroſa, ſextus dilectio gratioſa.

De prouida circumſpectione operum noſtrorum. *Cap.* 1. E

Primus dies.

PRimus dies operum noſtrorum eſt circumſpectio prouida, ne.ſ. opus noſtrum diſpliceat Deo. Nã, vt ait Eccl. 14. Beatus vir, qui in ſapiẽtia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei, i. ne vndecunque offendatur Deus. Et hic correſpondet operi primę diei creationis, quando Gen. 1. dicit Dominus: Fiat lux, & facta eſt lux. Sic in reformatione minoris mundi debet fieri lux prouidæ F circumſpectionis: vt circumſpectè & clarè intelligat homo, ꝙ id quod agit, non diſpliceat, ſed placeat ſummo Deo: ſicut Eccleſ. 42. ait, Sol illuminans, i. intellectus illuminatus per omnia reſpexit, ne Deus. ſ. offendatur, ſed dignè glorificetur. Nam in perſona huius circumſpectionis propheta ait, Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine, vt audiã vocem laudis. vbi tria proponit. Primo mundationem, ſecundo circũſpectionem, tertio teſtificationem. Primo proponit facere mundationem, d. Lauabo inter innocentes manus meas, G i. purgabo per pœnitentiam mea opera ab omni macula peccatorum, Pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Secundo proponit circũſpectionem dicens, Et circundabo alta. tuum Domine, i. circumſpiciam mentem meam. Mens enim altare eſt, vbi offerre debemus Deo ſacrificium ſpiritus contribulati. Pſal. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus. Tertio vero proponit teſtificationem ſubdens, Vt audiam vocem laudis, ideſt vocem Dei laudantis me in conſcientia mea. 2. Corin. 10. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. 2. Corint. 1. Gloria noſtra hęc eſt, teſtimo- H nium conſcientię noſtræ. Hoc volebat audire Dauid, cum dicebat, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Et Canti. 2. dicit talis anima, Vox enim tua dulcis. Et per hoc fit diſtinctio lucis a tenebris.

Declaratio dicti prophetæ.

De recta intentione, & fructibus eius. *Cap.* 2.

Secundus dies.

SEcundus dies eſt intentio recta, ſcilicet in bono ꝓpoſito firma. Et de hoc Cãti. j. Salo. ait, Recti diligunt te. Et hic reſpondet operi ſecundæ diei, quando vbi ſupra dicit Deus, Fiat firmamẽtum in medio aqua-

A aquarum. ſequitur. Et vocauit firmamentū cęlū: quia per intentionē rectam ad Deum mens firmatur & ſtabilitur etiam in medio aquarū aduerſitatū. Vnde Iob 8. ait. Si diluculo conſurrexeris ad Deū, & omnipotētē fueris deprecatus: ſi mundus, & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculū iuſtitiæ tuæ. In tantū, vt ſi priora tua fuerūt parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. Ait enim, Si diluculo conſurrexeris ad Deum, ſ. cum præ oībus præponendo: vel ſi tempeſtiuè ad Deum te erexeris, & omnipotentem fueris deprecatus, ſ. vt dirigat te in itineribus tuis: ſi mun-
B dus a peccatis & rectus in virtutibus inceſſeris in via Dei: ſtatim euigilabit ad te. Deus enim dormire dicitur, cū ceſſat homini bona facere, ſeu cū permittit eum affligi. Euigilare dicitur, cum incipit bona facere, vel ab hoſtibus defenſare, iuxta propheticū illud, Exurge: quare obdormis Dñe? Dicit autem ſtatim, quia ſupponit, ꝙ hoc cōpleatur in vita iſta, aliàs iuſta: & hoc valde celeriter, ſi præmiſſa cōditio extat: & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ, i. domus, ſeu familia tua: vt quæ tēpore peccati fuit perturbata, tēpore tuæ iuſtitiæ ſit pacata: &
C hoc in tātum, vt ſi priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. Et hoc. ſ. fiet ex æquitate iuſtitię Dei: quia plura debet correpto & emēdato, quàm ei qui perſeuerat in peccato. Ecce firmitas iuſtitiæ fructuoſa communicata rectæ intentioni, quæ eſt quaſi firmamentū in medio aquarum. At econtra infirmitas & inconſtantia, aut imperſeuerantia ſine fructu ſequitur ex non recta, ſeu duplicitatis intentione. Proinde Iaco. 1. ait, Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Et Eccl. 3. Cor ingrediens vias duas, non habebit ſucceſſus. Et iterum Matth. 7. A fructi-
D bus eorum cognoſcetis eos. Inter quos imperſeuerantia communiter reperitur. Hanc rectam & firmam intentionē ſeruabat propheta, cum de ſe ait: Prouidebam Dominū in conſpectu meo ſemper: & nos etiam ne in peccato ruamur, debemus illum tripliciter prouidere. Primo vt inſpectorem, ſecundo vt iudicem, tertio vt remuneratorē. Primo inquàm vt inſpectorem, ſ. omnium, quæ cogitamus, loquimur, & operamur, vt erubeſcamus. Prouerb. 5. Reſpicit Dñs viā hominis, & omnes greſſus eius cōſiderat. Et hoc multum retrahit a peccato. vñ Sene.

Cū quid turpe facis, quod me ſpectante rubereſt
Cur ſpectante Deo non magis ipſe rubes?

Secundo vt iudicem: ſ. timeamus, quia non E ſolum videt, quod facimus vel loquimur, & cogitamus: ſed etiam diſtrictè omnia iudicabit. Sap. 6. Interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: & hoc ēt multum retrahit a peccato. vnde Prouerb. 20. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, quē homo in corde ſuo ſtatuit iudicē, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Tertio vt remuneratorē, vt ſperemus. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedem mecum in throno meo. Et hoc etiā multū valet ad reprimendum peccati motus. Vnde de Moyſe Hebr. 11. dictum eſt, ꝙ magis elegit affligi cum populo Dei, quàm tem- F poralis peccati habere iucunditatem. Aſpiciebat enim in remunerationem. Ecce firmamentum in medio aquarum.

De multiplici difficultate operum bonorum, in fugiendo occaſiones. Cap. 3.

TErtius dies eſt diſcretio cauta, ſcilicet in fugiēdo peccatorum occaſiones, iuxta conſilium Chriſti, qui Matth. 5. ait, Si oculus tuus dexter, i. res a te multum dilecta: ſcandalizet te. i. eſt occaſio tuæ ruinæ: erue eū & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennā. Et hoc correſpondet operi tertię diei, quādo diuiſit Deus terrā ab aquis. Per terrā ſta- G tus ſecurus in via iuſta: Per aquam vero ſtatus in vitijs periculoſus ſignatur. Sūt enim plerique minus intelligentes, qui putāt ſtatum minoris eſſe perfectionis, quia maioris eſt ſecuritatis: & aliquem ſtatum perfectioris eſſe iuſtitiæ, quia ꝓximior eſt ruinę: & illum ſtatum magis eſſe perfectum, quia difficilius contingit in ipſo vitare peccatū. Ad hanc igitur ignorantiam eliminandam, aduertendum eſt, ꝙ triplex eſt difficultas, quæ ex diuerſa radice: ſeu cauſa originem ſumit. Prima ex virtuoſa natura, ſecūda ex H malitia propria, tertia ex occurrenti circunſtātia. Prima inquàm prouenit ex virtuoſa natura. i. ex arduitate & nobilitate generis operis, ſicut ab omni carnali abſtinere cōmercio, perfectè abrenūciare ſeculo, & ꝓ Deū arcto ſe ſubijcere voto, omni tēpore ieiunare in pane & aqua. Et hæc abſq; dubio auget ſemper meritū, iuxta illud Matt. 7. Intrate per anguſtā portam, vbi glo. Satis anguſta eſt omnia prætermittere, vnum ſolum diligere, ad vnum quotidie pulſare, proſpera mundi nō abire, aduerſa nō timere. Maiorque auſteritatis anguſtia reperitur

Tertius dies.

A tutin obſeruantia conſiliorũ Chriſti, quàm
in obſeruãtia communium mandatorum.
Hieron. quoq; ad Ruſticum monachũ, poſt-
q̃ dixit, nudũ Chriſtũ nudus ſequere, ſubdit
durũ, grande, difficile: ſed magna ſunt præ-
mia. Secũda difficultas prouenit ex malitia
propria, i. ex vitioſitate perſonę agentis: ſi-
cut auaro difficilius eſt dare minimum, ſeu
minima, quàm largo magna & multa. Et ſu-
perbo alteri ſe ſubijcere, & guloſo ieiuna-
re, & luxurioſo difficilius continere. Et hęc
difficultas minuit meritum, & auget miſe-
riam, & defectum: vnde Hieron. ad Euſto-
chiũ. Soror tua Bleſilla ętate maior, ſed pro-
B poſito minor: poſt acceptum maritum ſepti
mo menſe viduata eſt. O infelix humana
conditio, & futuri neſcia: nam & virgini-
tatis coronam, & nuptiarum perdidit vo-
luptatem. Et ſequitur: Et cum difficilius ca-
reat voluptate, minorem tamen continen-
tiæ mercedem habebit. Tertiò verò diffi-
cultas prouenit ex occurrenti circunſtan-
tia extrinſecus ſibi annexa. Et hoc duplici-
ter euenire poteſt: primò ex obedientia,
ſecundò ex complacentia. Primò ex obe-
dientia: vt cum coniugalem actum, & ſola
obedientia diuini præcepti, & ſolo amore
diuini cultus cũ omni honeſtate: vt eſt poſ-
C ſibile exercere, ſicut fecerunt Prophetæ.
Et hoc habuit locum in Chriſti actibus cõ-
deſcenſionis. Similiter difficilius eſt abſti-
nere cum apponuntur delicata cibaria: dif-
ficilius eſt contemnere temporalia bona,
quando offeruntur magna & pulchra: dif-
ficilius eſt continere in conſortio fœmina-
rum. Et hæc difficultas per accidens, & in-
directè auget aliquãdo meritum: ſed dire-
ctè, & quantum eſt de ſe, magis eſt via ad
ruinã, & caſum. Proinde perfectus vir ani-
mo omnino ea fugere debet, niſi vel vincu-
lo obedientiæ, vel magno, & euidenti pro-
fectu ſalutis alienæ, cum probabili ſui ſecu-
D ritate, velit hoc ſuſtinere ad tẽpus: ſecundò
hęc difficultas venit cũ circũſtantia, & com
placẽtia ſibi adiũcta, vel aſſumpta, & ſic me
ritũ minuit: quia ex temeraria p̃ſumptione
originẽ hẽt. Et tales ſępe vidimus ad maxi-
mas deueniſſe ruinas. Proinde expedit ad
meriti, & virtutis perfectionẽ, talẽ difficul-
tatẽ fugere, nõ amplecti: vnde Aug. de ſin-
gularitate clericorũ ait: Lubrica ſpes eſt, q̃
inter fomẽta peccati ſaluari ſe ſperat: incer
ta victoria inter hoſtilia arma pugnare, &
impoſſibili liberatio flammis circũdari, &
nõ ardere. Audi & Hieronymũ cõtra Vigi-
lantiũ hęreticũ, qui ſtatũ ſecularẽ religioni
conabatur præferre. Cum inquit, ſ. Vigilã- E
tius, pergis ad eremũ: vt te nõ audiam, nõ
videã: vt tuo furore nõ mouear, vt tua bella
nõ patiar: ne me capiat oculus meretricis,
ne forma pulcherrima ad illicitos adducat
amplexus: reſpõdebis, hoc non eſſe pugna-
re: ſed fugere: ſta in acie, aduerſarijs arma-
tus obſiſte: vt poſtq̃ viceris, coroneris. Fa-
teor imbecillitatem meã. Nolo ſpe pugna-
re victorię, ne perdam aliquãdo victoriam:
ſi fugero, gladium deuitabo: ſi ſtetero, aut
vincendum mihi eſt, aut cadendum: quid eſt
neceſſe? certa dimittere, & incerta ſectari.
Nulla ſecuritas eſt cum vicino ſerpẽte dor-
mire. Poteſt fieri: vt me nõ mordeat. Et põt F
fieri: vt aliquãdo me mordeat. Quod de li-
bidine diximus, referamus ad auaritiam, &
ad alia vitia, quæ vitãtur ſolitudine, & ideo
vrbium frequentiam declinamus: ne face-
re compellamur, quæ nos non tam natura
cogit facere, quàm voluntas. Hæc Hieron.
Et in his conſiſtit diuiſio terræ ab aquis, ſe-
cundum conſilium Ieſu Chriſti.

Quòmodo ordinatur homo ad Deum ad ſe, & ad proximum ſuum. Cap. 4.

QVartus dies eſt ordinatiò iuſta, ſe- *Quartus dies.*
cundum Auguſt. Ordo eſt diſpariũ,
pariumq; rerum, ſua cuiq; tribuens G
diſpoſitio. Et ad hunc ordinẽ
hortatur Apoſtolus. 1. Corinth. 14. in fine,
dicens: Omnia honeſtè, & ſecundum ordi-
nem fiant in vobis. Et ad Roma. 13. Quæ à
Deo ſunt, ordinata ſunt. Et hoc reſpon-
det operi quartæ diei, cum dicit Deus:
Fiant luminaria in firmamento cœli. Lu-
minaria iſta fuerunt Sol, Luna, & Stellæ,
quæ omni die miro ordine gradiuntur, ſi-
cut Propheta ad Dominum ait: Ordinatio-
ne tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſer-
uiunt tibi. In luminaribus illis ſic mirabili-
ter ordinatis ſummus opifex myſticè de- H
mõſtrauit ordinem luminarium hominis,
ſeu humanæ mentis. Primò debet eſſe or-
dinatus ad Deum, & hoc ſignatur per or-
dinem Solis: ſecundò ad ſeipſum, & hoc
ſignatur per ordinem Lunæ: tertiò ad pro-
ximum, & hoc ſignatur per ipſum ordi-
nem Stellarum. Primò enim debet eſſe
ordinatus ad Deum. Et de hoc ordine Au-
guſt. ait: Amor per deſiderium de Deo,
& cum Deo, & in Deo ordinatè currere
poteſt: primò de Deo currit per deſideriũ
amor, quãdo a Deo accipit. Vnde eum dili-
git, ſm q̃ ad Roma. 9. Apoſtolus dicit: Non
eſt

A eſt volentis, neque currentis, &c. Ait enim: Non eſt volentis, ſcilicet hominis, quòd meritoriè velit bonum, neque currentis, ſcilicet currere, hoc eſt operari bonū. Philippen. 2. Qui operatur in nobis velle, & proficere pro bona voluntate: ſed Dei miſerentis eſt. Pſal. Viam mandatorum tuorum cu. cum dilataſti cor meum. Vel aliter dici poteſt. Non eſt volentis, ſcilicet ſuum bene velle: neque currentis, ſcilicet ſuum bene currere, ſeu bene operari: ſed miſerentis eſt Dei. Non tamen vult dicere, quin ſit volentis, & currentis, tanquàm cauſæ ſecundæ: ſed non eſt eius, tan-
B quàm cauſæ primæ, & principalis. Secundò verò cum Deo currit, quando voluntati eius in nullo contradicit: ſed corde, ore, & opere dicit Domino illud Matthæi 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Tertiò autem in Deum ſimiliter currit, quando in Deo quieſcere concupiſcit, exemplo Prophetæ qui ait: In pace in idipſum dormiam, & requieſcam: Ait enim: In pace pectoris dormiam in præſenti, & in futuro requieſcam, id eſt perfectè quieſcam in pace æternitatis, quæ eſt pax in idipſum, id eſt immutabilis, & inuariabilis. Pax enim præſentis temporis non eſt in idip-
C ſum: quia ſæpe mutatur, & variatur. In his tribus ſecundum Auguſtinum, conſiſtit ordo mentis ſolaris. Secundò autem homo debet eſſe ordinatus ad ſeipſum in tribus. Primò in affectibus, ſecundò in ſermonibus, tertiò in moribus. Primò in affectionibus. Vnde Auguſt. 2. de libero arbitrio ait: In animæ moribus, cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus eſt. Secundò in ſermonibus. Nam cum mens fuerit ordinata, faciliter lingua bene in ſermonibus ordinatur, teſte Domino, qui Matthæi 12. ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Vnde Ge-
D neſis 44. de Ioſeph ſcriptum eſt, quòd fratribus per ordinem locutus eſt. Sed, vt dicitur Iacobi 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Tertiò in moribus, ſcilicet componendis: vnde Bern. Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, & decorem, & etiam perpetuitatem. Et ſubdit: Eſt ergo diſcretio noſtra tam virtus, quàm etiam quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum. Hæc Bernardus. Et hic ordo in ordine Lunæ ſignatur. Tertiò debet homo eſſe ordinatus ad proximū: hunc maximè deſtruit, & perturbat priuatus, & reciprocus amor ſui, contra quem. 1. Co- E
rinth. 13. cap. Apoſtolus ait: Charitas non quærit, quæ ſua ſunt. Et iterum. 1. Corint. 10. de ſe ait: Non quærens, quod mihi vtile ſit: ſed quod multis, vt ſalui fiant. Et ſecundę Theſſal. 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt a nobis, quòd ordinatio in ſui priuato amore conſiſtit: vt ibi patet. Secundum enim Bernar. ad proximum duplex eſt charitas, ſcilicet affectualis, & actualis. Et iſtius geminæ charitatis oppoſitus reperitur ordo. Nam actualis inferiora præfert, incipiens a nouiſſimis, id eſt maiorem neceſſitatem patiētibus. Affectualis autem a primis incipit F
præferens meliora: quod intelligi debet in actibus corporalibus miſericordię ad miſeros: quoniam in ſpiritualibus rebus affectualis, & carnalis charitas ſimul currunt. Qui enim melior eſt, magis eſt honorandus, diligendus, & ſublimandus. Vocat autem affectualem charitatem illam, quæ conſiſtit in beniuolentia voluntatis. Actualem autem extrinſecum actum charitatis, vel exercitium. Aduertendum eſt autem circa ordinē ad proximum, quòd homines quidam coniuncti ſunt mundo per vitam actiuam, quidam omnino ſunt ſeparati a G
mundo per vitam cōtemplatiuam, quidam autem agunt vitam mediam: vt clerici, & habentes aliquid actionis: vt bona parentalia, & aliquid contemplationis: vt bona eccleſiaſtica tali vitæ neceſſaria. Primò enim puri actiui tenentur ad ordinem, quē tangit glo. ſuper illo Cant. 2. Ordinauit in me charitatem: quia primo diligendus eſt Deus, ſecundò parentes, tertiò filij, quartò domeſtici, quintò inimici. Et talis ordo intelligendus eſt ceteris paribus: vnde ſecundum glo. Si domeſtici boni ſunt, malis filijs præponi debent. Secundò autem contemplatiui, quantum ad omnia exteriora chari- H
tatis officia, & obſequia: plus tenentur fratribus ſpiritualibus, quàm alijs quibuſcunque, eo quòd in aliam penitus tranſierunt vitam. Puto tamen quòd in orationum ſuffragijs, reſpectu vitę æternæ obtinēdę, plus tenētur parentibus ſuffragari, quàmuis pro vitæ corporalis prolongatione plus teneantur orare pro patribus ſpiritualibus, quorū vita eccleſiæ vtilior eſt. Nam bonum multitudinis bono ſingularis perſonæ præponi debet. Tertiò verò, qui medio modo ſe habent in ſubueniendo de bonis parentalibus plus tenētur cæteris paribus, propinquis

A quis ſecundum carnem. De bonis verò eccleſiaſticis plus tenētur melioribus, & magis Chriſto conformibus: vnde Gregor. ſuper Ezech. lib. 14. ait: Qui ditior eſt ſacerdos, quàm quando venit ad ſacerdotium, quicquid plus habuerit, non filijs debet dare: ſed pauperibus, & ſanctis fratribus, qui vincunt merita liberorum: vt reddantur, quæ Domini ſunt Domino. Hæc omnia Ioannes de Potiano ſuper Cantica Canticorum, ſuper illud: Ordinauit in me charitatem. Talis ordo ad proximum in ordine ſtellarum cœli ſignificatur.

B *Quantum neceſſaria ſint ad ſalutem opera bona. Cap. 5.*

Quintus dies. QVintus dies eſt executio vigoroſa, ſcilicet operum virtuoſorum. Nam ſicut Matth. 7. Dominus ait: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorũ. Bis enim Domine dicit: vt innuat quòd qui corde, & ore ſolum Domino ſeruit: ſed qui bonum opus non addit, ſi poſſibile eſt: ſaluus eſſe non poterit. Eſt igitur neceſſaria ad ſalutem executio operum virtuoſa. Et hoc reſpondet operi quintæ diei, in qua fe-
C cit Deus in aquis reptilia animæ viuentis, & volatile ſuper terram, atque motabilem. Per quem ſignantur opera iuſta, & viua facta in mari aduerſitatis, & in terra proſperitatis. Aduertendum eſt tamen, quòd omnium bonorum, quæ nobis diuinitus inſpirantur, tria genera reperiuntur: quædam adimplenda ſunt voluntate & opere, quædam voluntate & non opere, quędam opere, & non voluntate. Nam quia in Feria quarta poſt Pentecoſtes, in tractatu de inſpirationibus, artic. 1. plenius dictum eſt: de his ad præſens ſufficiat, quòd de hoc Bernar. in quodam ſermone paucis verbis, ſed
D multo ſenſu, de hoc diſſeruit. Ait enim: Conſiderent hi, qui de voluntate, & opere contentioſis ſolent diſputationibus rixari. Conſiderent, & aduertant neutrum negligi oportere, vbi non videatur deeſſe facultas, præſertim cum vtrunq; ſine altero, vbi tamen facultas deeſt, ſalutem conferre poſſit. Hoc quoque firmiter teneant, prodeſſe quidem opus ſine voluntate, non tamen contra voluntatem: vt vnde ſaluantur in ſantes, inde magis damnentur ficte accedentes. Nihilominus in quibuſdam voluntas ſine opere ſufficiens eſt, non autem contra opus: verbi cauſa. Rapitur quis in bona voluntate: ſed necdum perfecta, necdum idonea martyriũ ſuſtinere quis illi audeat pro hac imperfectione negare ſalutem. Forte
E
enim propterea nō finitur in illam grauem tentationem venire, ne deficiat & damnetur. Nimirum tamen ſi in hac infirma voluntate induceretur in eam, quæ ſupra ipſum eſt tentationem, nec voluntas roboraretur, quis illum dubitet defecturum, & negaturum, & ſi in ea mori cōtigerit etiam condemnandum? In ea igitur imperfecta voluntate, in qua ſaluatur, vbi deeſſet facultas, iam non poſſet ſaluari propter defectũ operis, vbi deeſt facultas operis, vel opus defectionis. Agamus proinde gratias benigniſſimo Saluatori, qui humanæ ſalutis occaſiones tam copioſa charitate perquirit: vt in his voluntatem, & opus, in his ſine opere voluntatem: in his etiam ſine voluntate opus ſalutem inuenire lætetur. Hæc Bernar. Licèt igitur quodlibet horum trium ſecundum diuerſos reſpectus gratũ ſit Deo communiter, cum voluntas cum opere in benefactis gratior eſſe videtur, cũ & Chriſtus pro noſtra redemptione, voluntate, & opere ſuſtinuit paſſionem. Propheta inſuper de ſe ait: Voluntariè ſacrificabo tibi. Ait enim voluntariè, non coactè. Non enim placent Deo coacta ſeruitia: vt Auguſt. ait: G
proinde Exo. 25. Dominus ait: Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis primitias: & ſubdit Propheta, Sacrificabo tibi, ſcilicet ſacrificium operis boni. In deſcriptione quoq; laudum, & perfectionum viri iuſti. Cant. 5. ſcriptum eſt: Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinctis. Manibus ſiquidem operamur: vnde meritò in ſcripturis ſacris per manus opera deſignātur. Proinde deſcribens Salomon opera viri iuſti, vt grata ſint Deo, tria illis neceſſaria dicit eſſe, ſcilicet quòd fiant primò expeditæ, ſecundò perſeueranter, tertiò vtiliter. Primò, quòd fiant expeditè; quia tornatura cæteris artibus promptior eſt; vnde ſubdit tornatiles; proinde Prouerb. 22. Salomon dicit; Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles; & Eccleſiaſt. 31. conſuluit, dicens; In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Secundò, quòd fiant perſeueranter; Vnde ſubdit aureæ. Aurum etenim nō putreſcit, & in hoc perſeuerans charitas denotatur. Ad quod deſignandum, Exo. 35. ſcriptum eſt, quòd omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerũt omne vas aureum in donaria Domini.

Tertiò,

A Tertiò, quòd fiant vtiliter pro æterna vita;
& de hoc ſubdit plenę hyacinctis. Hyacin-
ctus enim aerei coloris eſt: vnde in eo cœ-
leſtia deſignatur. 2. Paraſipomenon 2. Mit-
te virum eruditum, qui nouiter operari in
auro & argento, ære & ferro, purpura
coccino, & hyacincto; id eſt ſola ſpe, & de-
ſiderio cœleſtium operantem.

Quanta fecit Deus homini, & homo Deo in ſexto die. *Cap. 6.*

Sextus dies.

SExtus dies eſt dilectio gratioſa, quę om-
nium virtutum eſt imperatrix, & for-
ma. Et hæc reſpondet operi ſextæ diei,
B in quo fecit Deus hominem ad imaginem,
& ſimilitudinem ſuam: multa fecit Deus
homini in hac ſexta die: multa quoque fe-
cit homo ipſe Deo in ipſa die: magna ite-
rum fecit Deus homini in ipſa die. Primò
conſideremus ea, quæ fecit Deus homini
in ſexta die; & reperiemus inter alia ei vi-
ginti beneficia contuliſſe. Primò ſexta die
formauit eum de limo terræ, ſcilicet quo
ad corpus: Non enim fecit eum de mate-
ria cœleſti, vel nobili: ſed terreſtri & vili;
præcauens futurum caſum: vt ſcilicet ſibi
imprimeret, & commendaret fundamen-
C tum humilitatis. Nec tantum fecit eum de
terra: ſed de limo terræ, vt ſibi imprimeret,
quòd de luto viliſſimo creatus eſſet. Limus
enim fit ex ſuperfuſione aquæ cum terra,
ad maiorem commemorationem humili-
tatis. Adam enim interpretatur terra ru-
bra: quia ſecundum Ioſephum, de terra ru-
bra conſperſa formatus eſt. Secundò ſexta
die fecit hominem ad imaginem, & ſimili-
tudinem ſuam: imago quippe conſiſtit in
ſubſtantialibus; vel naturalibus potentijs
animæ, vel humanæ mentis, ſcilicet quan-
tum ad memoriam, quæ facta eſt ad imagi-
nem Patris: & quantum ad intellectum;
D qui factus eſt ad imaginem Filij: & quan-
tum ad voluntatem, quæ facta eſt ad imagi-
nem Spiritusſancti. Prima ſimilitudo ſtat
pro gratia; & virtutibus, quibus homo ple-
nius Deo aſſimilatur. Igitur Imago conſi-
ſtit in naturalibus; ſimilitudo in gratuitis:
vnde ſimilitudo perfectio imaginis eſt: quia
gratia perficit naturam. Vnde talem illum
creauit Deus: vt poſſet eſſe capax gratiæ, &
gloriæ ſuæ infinitæ, quod eſt eſſe capacem
Dei in præſenti per gratiam; & in futuro
per gloriam. Cumque eum creare vellet,
ait: Faciamus hominem ad imaginem, &
ſimilitudinem noſtram. Vt ſecundum Au-
guſt. inſinuaret in Deo perſonarum plurali- E
tatem, atque in hoc quod poſtea ſubditur:
Ad imaginem Dei creauit. primum vnitas
eſſentiæ ſignatur. Dixit etiam: Faciamus,
ad ſignificādum ſingularem profunditatē,
& arduitatem huius operis. Tertiò inſu-
per ſexto die tulit Deus hominem, & po-
ſuit eum, ſcilicet per Angelos, in paradiſo
voluptatis, ſcilicet in loco nobili, & ſubli-
mi, de vili & humili exaltans eum: vt diſce-
ret quòd ex mera gratia ponebatur ibi, at-
que Deo amplius eſſet gratus de donis ſic
ſuperadditis naturæ ſuæ: & vt ex hoc ſem-
per eſſet humilior, & ſemotior ab omni ſu-
perbia; & præſumptione, necnon vt in ipſa F
tranſlatione ex loco inferiori ad ſuperio-
rem, & meliorem ſpecularetur, ſe ad locum
ſupernæ ciuitatis eſſe transferēdum: ac per
hoc ſe ſemper ſuſpirare debere, & ſurſum
agi ad illum, & plus debere curare de ſu-
pernaturalibus, quàm de naturalibus ſuis.
Inſuper vt per hoc patenter exprimeret, quòd
ſi non bene ageret, ad inferiorem locum
vnde aſſumptus fuerat, de facili reincide-
ret. Quartò etiam ſexto die dedit ei Deus,
vt de omni ligno paradiſi comedere poſſet;
& maximè de ligno vitę, excepto ligno ſciē-
tiæ boni, & mali. Maximè dedit ei lignum
vitæ in cibum: vt ex vi naturæ ſuæ, perfe- G
ctè adminiſtraret illi nutrimentum; quan-
tum expediens erat aſſimilabile, & conuer-
tibile, & incorporabile: ita quòd illud quod
ex ipſo reparabatur, ita nobile erat, & con-
ſeruationi humanæ vitæ conueniens, ſicut
illud quod per calorem hominis naturalē
cōſumebatur, ſecundum enim Auguſt. 13.
de ciuitate Dei, cap. 20. Adam, & Eua alijs
cibis paradiſi vtebantur, ne aliquid mole-
ſtiæ eſuriendo, & ſitiendo ſentirent: de li-
gno autem vitæ guſtabant, ne mors eis vn-
decunque ſubreperet, tanquàm cætera eſ-
ſent alimenta. Illud autē ſacramento con-
gruit: vt ſic accipiatur lignum vitæ fuiſſe in H
paradiſo corporali, ſicut & ſapientia Dei in
ſpirituali. Et lib. 15. cap. 18. ſuper Gen. ad
literam ait; quòd ſtatus ſuæ immortalitatis
de ligno vitæ myſticè præbebatur: vt iam
per eſcam ligni vitæ ſignaretur: quia ex ſpi-
rituali ſapientiæ ſacramento, cuius ſacra-
menti illud lignum erat, vitam æternā cum
Angelis poſtmodum participare deberet.
Quintò etiam ſexto die dedit ei Deus per-
petuitatem vitæ, non tamen priuantem po-
tentiam moriendi: ſed ſolum neceſſitatem
moriendi, & hoc per eſum ligni vitę, & per
concurſum potentiæ, & prouidentiæ Dei

ſibi

A ſibi continuè aſſiſtentis, & per myſterium Angelorum impediens contrarias poteſtates dæmonum, & ſub debito, & moderato ordine tenens curſum corporum ſuperiorum, & inferiorum, prout hominis perpetuationi expediens erat. Propoſuitque lignum ſcientiæ boni, & mali in medio paradiſi, in ſignum & in documentum, quantum ſibi placet obedire, etiam in his in quibus nulla eſt ratio bona moralis, præter ſolum obedientiæ bonum. Et cum hoc etiam ſumeret, quòd Deo tenebatur obedire in omnibus, etiam ſi de ſe non apparerent, neque eſſent vtilia, neque bona. Et in hoc B ipſo etiam docebatur, quantum obligatus erat, vitare oppoſitum malum, ſcilicet inobedientiam contra Deum. Nominauitque illud lignum ſcientiæ boni, & mali: vt per eius eſum homo experiretur ſcientiam mali culpę, quod faceret: & mali penę in quam incurreret, atq; per hoc ipſum experiretur, q̃ ſublime, quãq; cuſtodiendũ erat bonũ, quod perdidiſſet. Sextò, ẽt dici pót, ꝙ ſexto die dedit ei, ꝙ ſicut Deus eſt principiũ omniũ creaturarũ, ita homo eſſet principium omnium hoîum. Vnde eis benedixit, dicẽs: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. In quo ſimul cõtinetur & benedictio, & C præceptũ. Benedictio quidẽ fuit: quia bonũ eſt ſui diffuſiuũ. Vnde dedit eis bonũ nõ ſolũ in ſe: ſed ẽt in alios, ſ. ꝙ filios propagarent, & ſic totius generis humani origo eſſent. Præceptũ quoq; fuit affirmatiuũ, videlicet quantũ eẽt neceſſariũ, & vtile propagationi electorũ ad diuinũ cultum, & ad ſtatum æternæ patriæ cõſummandũ. Septimò, inſuper ſexto die dedit homini: vt ſicut ipſe Deus eſt eſſentia rõnalis: ita homo eẽt animal rationale. Octauò, ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut ipſe eſt ſpiritus, Ioan. 4. Deus ſpiritus eſt: ita anima hominis ſpiritus eſſet. Nonò, etiam ſexto die ſub cęlo in D anima rationali prima lætitia a Deo exorta eſt: quia exultauit cum eo illum Dominum recognoſcens. Non enim in quinq; primis diebus aliquid creatũ legimus, quod lætitiã in Dño accepiſſet, atq; ipſum exultãdo cognoſceret. Neque cęlũ, neq; terra, neq; lux, neq; ignis, neq; aer, neq; aqua, neq; ſydera cęli; aut germinãtia terræ: nõ volucres cęli, non natantia maris, non quadrupedia, non reptantia ſuper terram gaudia de Domino ſuſceperunt. Decimò, inſuper die ſexto dedit homini Deus, ꝙ ſicut ipſe erat infinibilis, ita anima infinibilis eſſet. Vndecimò, dedit ei etiam ſexto die, quòd ſicut ipſe eſt ſimpliciſſimus, ſic anima etiam eſſet ſimplex. Vnde in lib. de ſpiritu & anima, dictũ eſt: Anima in eſſentia eſt ſimplex, in officijs multiplex. Duodecimò, in ſexto die dedit Deus homini: vt ſicut ipſe implet totum vniuerſum, ſic anima totum corpus. Decimotertio, in ſexto die dedit illi Deus, quòd ſicut ipſe eſt vnus in toto vniuerſo: ſic anima eſt vna in toto corpore ſuo. Et ſecundum Dani. lib. 1. cap. 18. Anima non continetur a corpore: ſed anima continet corpus: ſicut ignis continet ferrum, & operationes proprias operatur. Decimoquartò, in ſexto die dedit etiam Deus ei, quòd ſicut ipſe vbique eſt: ſic anima eſt in toto ſuo corpore tota, & in qualibet parte tota, tanquàm in quodam ſuo mundo. Intenſius tamen eſt in cerebro, & in corde, quàm in alijs membris ſuis, quemadmodum Deus præcipuè dicitur eſſe in cęlo, vt dicitur in lib. de ſpiritu, & anima. Decimoquintò, in ſexto die dedit ei Deus: vt quemadmodum ipſe in mundo omnia videt, & nõ videtur: ſic anima videns in corpore non videtur. Decimoſextò, in ſexto die dedit etiam illi Deus, ſicut ipſe regit, & gubernat vniuerſum orbem: ſic anima regeret, & gubernaret, vegetaret, & conſeruaret, atq; viuificaret propriũ corpus. Decimoſeptimò, etiam in ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut ipſe habet viuere, & intelligere ſine mũdo: ſic anima haberet viuere, & intelligere ſine corpore. Decimooctauò, in ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut in mundo plus aliquam partẽ ornauerat nobilius altera: ſic anima põt in corpore ex natura vnum membrum nobilius altero exornare. Decimononò, ĩ ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut ipſe dominatur toti mũdo: ſic anima dominaretur corpori ſuo. Vigeſimò, in ſexto die dedit illi Deus, ꝙ ſicut ipſe eſt Dñs vniuerſorum: ſic & ipſe homo Dñs eẽt totius præſentis mũdi. Vnde Ioã. Chryſoſt. ad Staginum monachum arreptitium ait: Cũ hominẽ Deus innumeris bonis, omniq; ornatu, atq; decore inſigniſſet, paruum illum, ac viliſſimũ puluerẽ his omnibus præfecit, hoc illũ in terra eſſe conſtituẽs, quod ipſe eẽt in cęlo. Quod enim ait: Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtrã: nihil aliud profectò, q̃ ſub ditione eius poſita cuncta terrena ſignat. Hæc ille. Vnde dicit Dñs Gen. 1. Adę, & Euæ: Replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volucribus cęli, & vniuerſis animãtibus, quæ mouetur ſuper terrã. Hoc ſiquidẽ verificatũ fuit: quia

tunc

A tunc homo habuit duplicem præſidentiam ſuper omnem creaturam irrationalem. Primò habuit præſidentiam naturalis dignitatis, ſecundò finalis bonitatis: quia ſicut omnibus fuit natura ſuperior, ſic omnia facta ſunt propter ipſum, & ad eius ſeruitium, & vtilitatem. Proinde Auguſt. ait: Deus fecit omnia propter hominem, & hominem propter ſe. Secundò conſideremus, quæ fecit homo contra Deum in præfato ſexto die. Primò enim ſexto die creatus eſt, & eodem die deliquit. Secundò, ſexto die habuit homo confabulationem diuinam, atque funeſtam. Duplicem quidem, pri-

B mam præcepti, & arguitionem prætermiſſi. Alteram diabolicæ tentationis dumtaxat, quæ citò credidit deceptori. Tertiò, ſexto die nuditas laudabilis mutauit ſpeciem in ruborem: quæſierunt ſubterfugere, aut ſe abſcondere delinquentes. Quartò, ſexto die ſunt requiſiti ad veſperam, ſcilicet propter rebellionem, & a Deo redarguti. Reſpondendo in blaſphemiam proruperunt. Ait enim vir, Geneſ. 3. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et mulier ait: Serpens decepit me, & comedi. Nec ſuffecit viro culpam ſuam referre in mulierem: ſed etiã

C refert illam in ipſum Deum, dicens: Mulier, quam dediſti mihi ſociam. Aut ſaltem hoc addit ad fortius ſe excuſandum de hoc, quòd credidit ei, quam Deus ſic dederat ſibi. Mulier quoque ſe excuſando, diabolum inculpauit. Super quo Auguſt. 14. de ciuitate Dei, cap. 14. ait: Eſt peior damnabiliorque ſuperbia, qua etiam in manifeſtis peccatis ſuffugium excuſationis exquiritur: ſicut illi primi homines, quorum illa dixit: Serpens decepit me, & manducaui. Et ille: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, &c. Nuſquàm hic ſonat petitio ve-

D niæ, nuſquàm imploratio medicinæ. Vbi notanter aduertendum eſt, quòd conſpirantium in malum natura eſt, quòd cum incipiunt in iudicio deprehendi, totum vnuſquiſque crimen in alterum refundere nititur, ſicque eorum concordia in fine diſſoluitur. Sic ergo in propoſito contigit. Quintò, inſuper ſexto die ex improba rebellione vtriuſque hominis celebrata ſunt exilia laborioſa, & lignum vitæ ſub gladio cuſtoditur. Sextò, etiam ſexto die poſt rebellionem eorum ad Deum, illico & caro aduerſus animam rebellauit. Septimò addamus, quòd ſexto die prima mater noſtra nouerca facta eſt, & æmula diuini imperij, aduerſatrix bonorum, inimica virtutibus, quæ E prius erant ſecundum eam. Octauò, ipſo ſexto die imago creatoris ex lapſu pecoris ſimilitudinem ſumpſit: naufragium virginitatis nobile decus naturæ, & libidinoſa facta eſt propagatio humani generis, quæ fuiſſet ex caſtis, & corruptio, quæ fuiſſet ex integris: pro honeſta verecundia pronubam ſumpſit, vel ſuſcepit. Nonò, ſexto die, vt paucis multa perſtringam, indeficiens fons omnium malorum, vbique perpetuò deriuandus exortus eſt. Decimò in ſexto die caſtrametari cœperunt in tam orbe pulcherrimo turmatim, & globatim cuncta mala corporea, & turmæ fantaſmatum in F cordibus hominum caſtra ſimiliter poſuerunt, vitia quoque contra naturam crudeles acies direxerunt. Vndecimò, in ſexto die alterari cœperunt in compoſitis, ſcilicet elementa pœnalitates in agones agmina feſtinare prælia, ſeditiones, homicidia, fraudes ſua fixere tentoria, terrores, tempeſtates, & peſtilentiæ, omneq; moleſtum, horrendum, atque tremendum hoſtiliter contra hominem ad obſidionem venerunt: vt deinceps verificetur, quod Sapien. 5. c. ſcriptum eſt: Pugnabit pro eo, id eſt pro Deo, orbis terrarum contra inſenſatos. Duodecimò, ſexto die volucres cœli, & piſces ma- G ris, qui perambulant ſemitas maris: beſtiæ terræ, & vniuerſa pecora campi timori homini facta ſunt, quæ ſub eius imperio facta erant. Decimotertiò, ſexto die inhiauit infernus, & triſtia cum ſpiritibus apoſtaticis facta ſunt fœdera: quia diuina ſunt fracta, & homo dæmonibus repromiſſus eſt ad pœnale conſortium ante pedes Domini. Decimoquartò, ſexto die limbus paratus ẽ, & in illo limbo omnis menſæ doloroſæ ipſo die ad miſerabiliter conuiuandum præparatio facta eſt. Quid plura defluimus? Eximia bona, & mala ſub cœlo in die ſexto H ſunt condita illa a Deo, iſta ab homine cũ operante diabolo introducta. Tertiò conſideremus, quæ iterum fecit Deus homini in ſexto die. Porrò ſapientia Dei tempora conculcans, & admiranda charitate ad ordinis concentum cuncta deducens in ſextæ ætatis tempore. Sextò die ſimiliter, quo primus homo conditus eſt, adhuc maiori charitate pro noſtra redemptione ſub conſimili ſenario, in die ſexto annunciatus, & factus eſt Chriſtus homo vera, & perfecta Dei imago, atque charitate conſummata: vt nos releuaret, & ſuſcitaret a morte. Sextò die in cruce mori dignatus eſt. Meritò

ergo

A ergo beneficia creationis, incarnationis, & paſſionis celebrata ex tanta dulcedine in ſexto die, ſic in noſtris cordibus inſigi debent, quòd omnia opera noſtra ex amore in ipſum Deum ſummum operatorem dirigantur, cum ipſo conformentur: vt ab ipſo in æterna gloria præmientur, qui in Trinitate perfecta, glorioſius triumphat, & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

De amore inter Deum, & animam.

B Sermo XXI.

Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Apocalyp. 3. Proinde Apocalyp. 3. & in ſeptima eccleſia dilectis, & dilectoribus ſuis loquitur Chriſtus, dicēs: Ego quos amo, arguo, & caſtigo: ęmulare ergo, & pœnitentiam age. Ecce ego ſto ad oſtiū, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. In quibus ſacris verbis tres amores, quaſi tres funiculi animam cum Deo ligantes, per ordinem deſcribuntur. C Primus amor eſt Dei ad animam, ſecundus animæ ad Deum, tertius inter Deum, & animam.

ARTICVLVS PRIMVS

De triplici ſigno, per quod cognoſcere poteſt homo, ſi diligatur a Deo.

Primus inquàm amor eſt Dei ad animam. Et de hoc Ioan. in perſona Domini ait: Ego quos amo, arguo, & caſtigo. D Quod verbum poteſt eſſe thema in præſenti articulo, cum ſolum de Deo ſit ſermo: ſecundum hunc ptimum amorem tria ſunt hominum genera dilectorum a Deo. Primum eorum, qui pugnant contra tentationes: quia inquit, Ego quos amo. Secundum eſt eorum, qui patienter portant reprehenſiones: quia dicit, arguo. Tertium eſt eorum, qui cum patientia ferunt tribulationes: quia ait, Et caſtigo. Primum pertinet ad corda, ſecundum ad verba, tertium ad verbera: quaſi ſint tria, in quibus iuxta vulgare, Deus dimiſit virtutem ſuam, ſcilicet verba, herbæ, & lapides.

De primo ſigno eorum, qui diliguntur a Deo, & de his, qui tentationibus reſiſtunt, vel non reſiſtunt. Cap. 1. E

Primum quidem genus hominum dilectorum a Deo, eſt eorum, qui pugnant contra tentationes. Et de hoc per Ioan. Dominus ait: Ego quos amo. Huius quidem generis dilectorum a Deo tres ſunt hominum varietates. Quidam aliquantulum tentationibus reſiſtunt, quidam eis diu reſiſtunt, alij verò ſemper eis reſiſtunt, licet ſint rari. Primi F ſunt, qui aliquantulum reſiſtunt tentationibus mortalis culpæ, quas ſuſcitant cōtra animam diabolus, caro, & mūdus. Cum enim quis tentationibus aliquandiu reſiſtit, nec ſubitò ab eis ſe ſuperari permittit: tantum meretur a Deo diligi, quantum ipſis tentationibus contradicit. Et hos Dominus tentari permittit: vt erudiantur ad pugnam. Proinde Eccleſiaſt. 34. Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Secundi verò diu reſiſtunt tentationibus malis: tandem cum diſplicentia, & dolore eis ſuccumbunt. Et hi amplius, quàm præcedentes meritò a Deo diliguntur: cum in eis de ſuo plus in- G ueniat Deus. Et hos Deus tentari permittit: vt humilientur ad victoriam. De talibus Luc. 8. Dominus ait, quòd ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Proinde Bernar. ait: Multi audientes diſputationem contra auaritiam, & luxuriam, dicunt, contemptores ſeculi, & caſtos homines eſſe beatos. Sed vbi ſpecies concupiſcibiles eorum obtutibus præſentantur, mox recedit ab eis quicquid prius rectè cogitauerant. Tertij ſunt, qui in tentationibus agitati eas vincendo ſuperant, H & triumphales victores tentationes proſternunt, & abſque mortali culpa ſe ſeruāt in gratia Dei, & viuunt. Et hi ſunt dilectiſſimi Dei, quos etiam Deus tentari permittit: vt exaltentur ad gloriam. Nam vt ſcribitur 2. Pet. 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere. Et Iac. 1. dicitur: Beatus vir, qui ſuffert tentationem, &c. Hanc coronam tribuit eis, qui legitimè & triumphaliter certant. Sicut Apoſtolus 2. Ti. 2. ait: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. De his tertijs principaliter Dominus ait: Ego quos amo. Amat tamen ſicut prædictum eſt prędicta duo hominum genera contra tentationes pugnantium, tāto

to

A to tamen amplius, quanto in eis maior reſiſtentia reperitur. Tria inſuper alia hominum genera occultè odit Deus. Primi ſunt, qui tentationibus non reſiſtunt: ſed eis abſque vlla repugnantia aſſenſum præſtant; ſecundos autem maiori odio habet, videlicet eos, qui non tantum tentationibus aſſenſum præbent, verum etiam cum gaudio ſuſcipiunt tentamenta. Tertij quoque ſunt, quos odit in ſummo Deus, ſcilicet eorum, qui non tantum venientibus tẽtationibus aſſenſum præbent, & cum iucũditate ſuſcipiunt: verum etiam tentationes, & tentatores anxio deſiderio prę'tolantur,
B vel quærunt, vel tardantem tentationem cum toto peccandi ſtudio præueniunt. De talibus, de pęnitẽ. diſtinct. 5. cap. 1. Auguſt. ait: Sunt qui non ſolum non vincuntur: ſed vltro peccato ſe offerunt, nec expectant tẽtationem: ſed præueniunt voluptatem. Tali animæ. Iſa. 57. Dominus ait, miſiſti legatos tuos procul. Hi legati ſunt cogitationes, & affectiones malæ: ſequitur, & humiliata es vſque ad inferos in ſceleribus tuis. Hi profectò non habent in ſe vnde diuino amore ſint digni: nec fruſtra Chriſtus operam ſuam erga eos dignatur expendere, ſicut & medicus in deſperato ægro laborare
C non curat. Grauis profectò infirmitas, de cuius ſalute medicus cœleſtis deſperat, qui venit quærere, & ſaluum facere, quod perierat, Luc. 19. Talis ſiquidem motus ad peccandum tentatio minimè poteſt dici: cum in tentatione repugnantia propriè ſit, non delectatio mentis. Porrò hic peccandi modus non tantum peccatum, ſed pęna quoque peccati eſt; de quo per Prophetam Dominus ait: dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis: in quibus verbis triplex huius peccati pęna ſubinfertur. Prima eſt in peccatis effręnatio, ſecunda peccatorum adinuentio, tertia peccatorum punitio, ſeu dam
D natio. Prima pęna eſt in peccatis effręnatio. Ait enim: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: quaſi dicat. Non flagellaui eos, vt filios: ſed vt ſeruos reprobos: dimiſi eos liberè ſequi concupiſcentias ſuas. Et de talibus Propheta ait: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Proinde tali animæ per Ezech. 16. Dominus ait: Auferetur zelus meus a te: & quieſcam, nec iraſcar amplius. Sed caue infelix peccator. Nam ira Dei maximè contra peccatores ſæuit, quando eos peccare ſinit, & non punit: flagellare autem delinquentes maniſeſtum ſignum eſt miſericordiæ eius. Vnde 2. Machab. 6. cap. ſcriptum eſt: Multo tempore non ſine peccatoribus ex ſententia agere: ſed ſtatim vltiones adhiberi magni beneficij eſt indicium. Et poſt de reprobis ſubinfertur. In alijs nationibus Deus patienter expectat: vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. E
Secunda pęna eſt peccatorum adinuentio ex propria, ſcilicet iniquitate, non ex dæmonum malignitate. Et hoc ex præcepto ſequi ſolet. Vnde additur a Propheta: Ibunt in adinuentionibus ſuis. Hoc eſt in peccatis nouis, quæ adinuenient: proficient euntes de peccato in peccatum abſque diaboli tentamento. Proinde ſancta Sincletice ait: Non omnes tẽtationes ex ſuggeſtione dæmonum ſunt: ſed quemadmodum nauis nimis onerata, abſque vento ſubmergitur, ſic mens impia ex pondere peccatorum ſuorum ruit in ſcelera multa, iuxta illud Iſa. 57. cap. Cor impij quaſi mare feruẽs, quod quieſcere non poteſt: & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Tertia pęna eſt peccatorum punitio, ſeu damnatio, quæ denotatur cum inquit, Ibunt. Ire enim motum dicit, & terminum quærit. Finis aut motus, & viæ omnium peccatorũ, G eſt infernus. Rectè igitur dicitur: Ibunt, ſcilicet in infernum: & hoc in adinuentionibus ſuis, quaſi in quibuſdam vehiculis, quibus ad inferos portabuntur, iuxta illud Oſeæ 12. cap. Iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei, ſcilicet Dominus Deus iuſtus.

F

De ſecundo ſigno, & diuerſis iudicijs, quibus per reprehenſiones cognoſcitur, vtrum Deus diligat, ſeu odiat peccatores. Cap. 2.

H *Secũdum hominũ genus, quod Deus amat.*

SEcundum hominũ genus, quod Deus amat, eſt eorum, qui patienter ſuſtinẽt reprehenſiones. Et de hoc per Ioan. Dominus ait; Arguo, ſcilicet, quos amo. Qui enim motui impendent, non totaliter ſuccumbunt: ſed aliqualiter renituntur, adhuc aliquid habent, quo merentur amari a Deo, ſicut prædictum eſt. Et hi ſunt, quos arguit Dominus, quod quidem efficit triplici modo, id eſt triplici reprehenſione. Primò per internam inſpirationem, ſecundò per ſupernam correptionem, tertiò per publicam prædicationem. Primò enim arguit

A guit Deus per internam inſpirationem, ſci-
licet in corde peccatoris factam, dicens
animæ illud Prophetæ, Filia Babylonis mi-
ſera, &c. & Oſeæ 2. ait Dominus de anima
peccatrice: Ego lactabo eam, ſcilicet in-
ſpirando in eam aliquam dulcedinem ſpiri-
tualem: & ducam eam in ſolitudinem, ſci-
licet conſcientiæ interioris: & loquar ad
cor eius, ſcilicet arguendo, increpando,
ſuadendo, confundendo, & exprobran-
do, comminando, alliciendo, promitten-
do, dicens illud Iſa. 23. cap. Sume tibi cy-
tharam, circui ciuitatem meretrix obli-
uioni tradita. Porrò inſtinctu interiori ſpi-
B ritus ſui mentem arguit Deus: vt ei turpi-
tudinem ſuam oſtendat ad ſuæ ſuperbiæ hu
miliationem: proinde Ioan. 16. Dominus
ait: Cum venerit ille ſpiritus veritatis, ſci-
licet inſpiratus in mentem: arguet mun-
dum de peccato, & de iuſtitia, & de iudi-
cio. De peccato quidem arguit ſcelerum
commiſſorum addducendo pudorem. De
iuſtitia arguit de deſertione eius immitten-
do dolorem. De iudicio arguit futuri iu-
dicij ſuggerendo timorem. Secundò ve-
rò arguit Deus per fraternalem correptio-
nem, iuxta regulam a Domino datam, Mat-
thæi 18. vbi ſcriptum eſt: Si peccauerit in
C te frater tuus, vade & corripe illum inter
te, & ipſum ſolum, &c. Ad hoc hortatur
Salomon, Prouerb. 9. Argue ſapientem, &
diliget te. Et iterum 25. Inauris aurea, &
margarita fulgens, qui arguit ſapientem.
Tertiò arguit per publicam prædicationem
mittendo ad ciuitates, & terras prædicato-
res, quod verè eſt ſignum magnæ miſeri-
cordiæ Dei: ſicut Iob 37. myſticè inſinuat,
dicēs: Nubes, id eſt prædicatores, qui pluūt
veritatis doctrinam, ſpargūt lumen ſuum,
id eſt luminoſam doctrinam ſuam, quæ il-
luſtrant cuncta per circuitum, quocunque
D eas voluntas gubernantis duxerit ad om-
ne, quod præcipit illis ſuper faciem orbis
terrarum: ſiue in vna tribu, ſiue in terra
ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ
ſuę eas iuſſerit inueniri. Vnde veritatis prę
dicatoribus quaſi ab eo miſſis nubibus, Mat
thæi 10. Dominus ait: Non enim vos eſtis,
qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui
loquitur in vobis: & Exo. 4. dicit Dominus
ad Moyſen, id eſt ad veritatis Doctorem:
Ego ero in ore tuo, & docebo te, quid lo-
quaris. Porrò tales audiendi ſunt, & prę-
cepta eorum implenda. Nam ſicut Gre-
gor. ait: Omnis qui recta prædicat, ſi au-
diatur, iram irritati creatoris ſuper præua-
ricantem populum placat. Et iterum Pro- E
pheta inquit: Si populus meus audiſſet
me: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet, pro
nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſ-
ſem. Audiſſet me inquàm, ſcilicet creden-
do, & obediendo, hoc eſt opere adimplen-
do, ſicut Rom. 2. Apoſtolus ait: Non audi-
tores legis iuſti ſunt, ſcilicet apud Deum:
ſed factores iuſtificabuntur; ſequitur: Iſrael
ſi in vijs meis ambulaſſet, id eſt in præce-
ptis meis, quæ ſunt viæ meæ, quas feci, per
quas venitur ad me. Si inquàm ita feciſſent,
pro nihilo forſitan inimicos eorum humi-
liaſſem, id eſt inuiſibiles dæmones; viſibi-
les homines, vitia & peccata in tantum, F
quòd eſſent pro nihilo. Quod autem ait,
forſitan ironia eſt. quaſi dicat: verè feciſ-
ſem hoc. Prædicatori ergo Dominus per
Prophetam præcipit, dicens: Increpa feras
arundinis, id eſt elatos, vacuos, & ſuperbos
congregatio taurorum in vaccis populorū,
ſcilicet increpentur a te. Et hi ſunt laſciui,
& luxurioſi. Et prædica inſuper: vt exclu-
dant eos, qui probati ſunt argento: & hi
ſunt vſurarij, & cæteri cupidi, & auari: vt
myſticè innuatur, quòd iſta vitia arguenda,
& redarguenda ſunt, in quibus cætera mun
di vitia comprehenduntur. Et 2. Timoth.
4. Apoſtolus dicit prædicatori: Argue, in- G
crepa, obſecra in omni patientia, & doctri-
na. Tria quoque genera hominum prædi-
ctis oppoſita odit, ſeu non diligit Deus.
Primum eſt eorum, qui obuiant & impu-
gnant diuinas inſpirationes: ſecundum, qui
impatienter ferunt reprehenſiones: ter-
tium, qui deteriorantur per prædicatio-
nes. Primum eſt eorum, qui obuiant, ſeu
impugnant diuinas inſpirationes: vnde Do
minus meritò dedignatur, & indignanter
talibus per Oſeam cap. 4. comminatur, di-
cens: Non viſitabo, ſcilicet per inſpiratio-
nem ſuper filias veſtras, cum fuerint forni- H
catæ: & ſuper ſponſas veſtras, cum adulte-
rauerint. Secundū eſt eorum, qui impatien-
ter ferunt reprehēſiones: proinde Prouerb.
9. Salomon admonet, dicens: Noli arguere
deriſorē, ne oderit te, i. ſi oderit te. Non tñ
hoc propter te: ſed propter ſe, ſ. ne deterior
fiat te odiēdo, cū fraterna correptio ꝓ emē
datione, nō pro fratris deterioratione inſti-
tuta ſit. Tertium eſt eorum, qui deterioran-
tur propter prædicationes. Et de hoc Hie-
rem. 7. Dñs audit: Audite vocē meā, & ero
vobis Deus, & vos eritis mihi populus, &
ambulate ī oī via, quā mādaui vobis, vt be-
ne ſit vobis: & non audierunt, nec inclina-

A uerunt aurem ſuã: ſed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali; & ſequitur: Et miſi ad eos omnes ſeruos meos Prophetas; per diem conſurgens diluculo, & mittẽs, & non audiuerunt me, nec inclinauerunt aurẽ ſuã: ſed indurauerunt ceruicẽ ſuã, & peius operati ſunt. Contra tales, Matth. 10. Dñs prędicatoribus ſuis ait: Quicunq; nõ receperit vos, neq; audierit ſermones veſtros: euntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium cõtra eos. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorręorum in die iudicij, quàm
B illi ciuitati: proinde Luc. 10. Dñs ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Porrò qui Deum ſpernit, in amore aut in gratia eius eſſe non poteſt.

De tertio ſigno, & varijs indicijs, quibus per flagella cognoſci poteſt, quos diligit, aut odit Deus. Cap. 3.

Tertium genus hominũ, q̃ diligit Deus.

TErtium genus hominum, quod diligit Deus, eſt eorũ, qui ſ. cum patientia portãt tribulationes. Quia enim quidam nimis ſunt graues, & propriæ ſalutis immemores. Propterea Dominus addit
C caſtigationem: ideo inquit, Caſtigo, i. caſtifico, vel caſtum facio, ſecundum etymologiam: quod maxime fit per diuina flagella, quæ maxime tria ſunt, ſecundum quòd in mundo regnant tria principalia mala, ſcilicet ſuperbia, luxuria, & auaritia: ſuperbia in mente, luxuria in carne, auaritia verò in diuitijs huius mundi, iuxta verbum Ioan. 1. Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo, &c. Primò pro humilianda ſuperbia danẽ guerræ, ſecundò pro flagellanda luxuria dantur peſtes, tertiò pro caſtiganda auaritia dantur patriarum exterminia, & ſterilitates, quæ ſunt tria indicia diuini amoris, licèt ſenſua
D libus videãtur dura: propterea Caſtigo, inquit. Primò pro peccatis ſuperbiæ dantur guerræ, permittuntur & diuiſiones: vnde Iſa. 42. in fi. Dominus ipſe eſt, cui peccauerunt, & noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius: & effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & combuſſit eum in circuitu, & non cognouit, ſcilicet prius, & ſuccendit eum, & non intellexit: & Matth. 12. Omne regnum contra ſe diuiſum deſolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit. Secundò pro peccato luxuriæ, & maximè contra naturam, immittuntur a Deo peſtes. Vnde Deuteronom. 28. Si non audire volueris vocem Domini, &c. adiunget tibi peſtem, donec conſummat te Dominus: ſequitur, & percutiet te Dominus egeſtate, febri, frigore, ardore, & æſtu, & aere corrupto, atque rubigine, & perſequetur te donec pereas. Peſtis enim propterea a Deo mittitur: vt ex ſubita admiratione mortis homo plus paueat mortem, & fugiat illud peccatũ, propter quod tale flagellum datur. Tertiò propter peccatum auaritiæ dantur exterminia patriarum, ac ſterilitates. Et de hoc intelligi poteſt, ꝙ Dominus Iſa. 57. ait: Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi F
eum, ſcilicet prædictis flagellis: & Iſa. 33. iterum ſcriptum eſt: Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis. Hæc igitur ſunt tria indicia diuinæ dilectionis. Amoroſa quippe mater filium proprium caſtigat, nõ alienum: & Apoſtolus Hebr. 12. cap. ait: Quem enim diligit Dominus, caſtigat flagellat, aũt omnem filium quem recipit: ſequitur: Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, &c. & Auguſt. ibidem in glo. ait: Qui exceptus eſt a numero flagellorum, exceptus eſt a numero filiorum: proinde Prouerb. 3. cap. admonet Sapien. dicens: Diſciplinam Domini fi- G
li mi, ne abijcias, nec deficias cum ab illo corriperis: quem enim diligit Deus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi, ſcilicet ſi patienter, & æquanimiter portet aduerſitates. Tria quoque oppoſita antedictis manifeſtè oſtendunt, quos in talibus odit Deus, videlicet eos qui deteriores fiunt, & amplius indurãtur. Primò ex guerris, ſecundò ex peſtilentijs, tertiò ex exterminijs, & ſterilitatibus. Primò conſiderent qui ex guerris deteriores, & indurati effecti ſunt, quod Salomon Prouerb. 29. annunciat eis, dicens: Viro qui corripientem ſe, ſcilicet Deum, qui corripit ſuperbiam H
per guerras dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus. Et hoc idem Eccleſiaſt. 19. atteſtatur, dicens: Qui odit correptionem, ſcilicet guerrarum, minuetur vita, id eſt diu non viuet. Ratio autem huius ponitur Prouerb. 17. vbi dicitur: Plus proficit correptio apud prudentem, id eſt humilem, quàm centum plagę, ſcilicet guerrarum apud ſtultum, id eſt ſuperbum. Secundò inſuper ponderent hi, qui deteriores, & duriores fiunt ex peſte, quod Prouerb. 15. Salomon ait: Non amat peſtilens, id eſt luxurioſus, & Sodomita: eum ſcilicet

Deum,

A Deum, qui ſe corripit, ſcilicet tempore peſtis, nec ad ſapientes, ſcilicet confeſſores graditur, videlicet pro pœnitentia aſſumenda. Tertiò quoque aduertant, qui deteriorantur, & indurantur ex exterminijs, & ſterilitatibus, quòd in eis verificat, quod Eccleſiaſt. 1. dicitur: Peruerſi difficile corriguntur. Peruerſi ſunt cupidi, & auari, qui peruertunt affectum a cœleſtibus ad terrena, qui per prædicta flagella difficilè corriguntur: vt meritò de ciuitate, vel terra, vel patria, vel anima verificetur, quod Hierem. 51. in perſona prædictorum flagellorũ Dei dictum eſt: Curauimus Babylonem, & non
B eſt ſanata, id eſt fuimus ei cauſa ſanationis, & conuerſionis, & non eſt emendata: ſed timeo, & valde pertimeſco, verificari in multis de vobis, quod Ioan. Apocal. 9. dicit: Væ vnum abijt, & ecce adhuc duo væ veniunt poſt hęc: quod verbum quomodo intelligi debeat, dictum eſt circa finem.

ARTICVLVS SECVNDVS

De triplici ſtatu amoris animarum diligentium Deum.

C
Secundus principalis amor. SEcundus principalis amor, eſt animæ ad Deum. Ad hoc Ioan. inquit: Æmulare ergo, & age pœnitentiam. Quod verbum poteſt eſſe etiam thema in præſenti articulo. In quibus verbis triplex amoris ſtatus per ordinem denotatur. Primus eſt incipientium, ſecundus proficientium, tertius perfectorum.

De amore incipientium, & de triplici æmulationis varietate. Cap. 1.

Primus eſt incipientium.
D PRimus amoris ſtatus eſt incipientium, & de hoc Dominus animæ exhortatoriè, ait: Æmulare. In bonum, & in malũ ſumitur æmulari. Vnde æmulari, eſt ſequi per inuidiam, vel amorem. In malũ ſumitur. 1. Corint. 13. Charitas non æmulatur in bonũ. 1. Corint. 12. Æmulamini cariſmata meliora. Et tunc cõponitur ab æmolior æmoliris. Vñ verſus:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.

Æmulari igitur ſumitur hic pro deſideranter, & amoroſè ſequi. Tria deſideria, ſeu æmulationes per ordinem diſtinguamus. Primum eſt mortuum, ſecundum eſt frigidum, tertium eſt tepidum. Primum deſiderium eſt mortuum, quod quidem eſt in his, qui abſque bono opere, immo cum

impia vita, dummodo ſciant quid agendum ſit, iuxta iudicium hominum, qui foris vident, hoc eſt: quia alij hoc credunt, ſecundum ſententias eorum ſperant ſalutem adipiſci. Sicut contingebat Phariſæis, qui cum audirent Dominum prædicantem, & cupidinem deteſtantem: vt teſtatur Luc. 16. cap. Audiebant autem omnia hæc Phariſæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus: Dominus autem nouit corda veſtra: quia quod hominibus altũm eſt, abominatio eſt apud Deum. Secũdum deſiderium eſt frigidum, & hoc eſt in eis, qui adipiſci vellent ſalutem, & in virtutibus exerceri: ſed abſque labore, & expenſis, id eſt ſaluo l'hauere, & la perſona. De quibus patet exemplum Matth. 19. & Luc. 18. de iuuene, cui Dominus ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, &c. Cum autem audiſſet à Domino verba hæc, abijt: Triſtis erat enim habens multas poſſeſſiones. Quod verbum copioſius exponitur in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone 24. artic. 3. ar. 8. Tertium autem deſiderium tepidum dici poteſt, & eſt illorum qui virtuoſè viuere concupiſcunt, & labores ſubire: ſed ex tepiditate de die in diem procraſtinant inchoare bonum. De talibus patet exemplum, Matth. 8. & Lucæ 9. vbi ſcriptum eſt, quòd quidam diſcipulus Chriſti dicit ad eum: Domine permitte me ire primum, & ſepelire patrem meum. Cui Dominus reſpondit: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Secundum myſticum intellectum, quaſi dicere velit: longè factus es a deſiderio mortuo, & à deſiderio frigido, & aliquid caloris in tepiditate iam habes: progredere in melius, noli abire retrorſum ad deſiderium mortuum, a quo iam elongatus es. Ad hoc etiam Chryſoſt. ſuper Matth. exponẽs prædictum verbum, ſic inquit: Hæc Dominus ait, non iubens contemnere honorem, qui eſt ad parentes: ſed monſtrans, quoniam nihil cęleſtibus negocijs nobis neceſſarium magis eſſe oportet, & quoniam toto ſtudio his iungi debemus, & neque parum tardare, etiam ſi valde ineuitabilia incitantia fuerint, quæ attrahunt. Quid enim magis neceſſarium, quàm ſepelire patrem? quid etiam facilius? Neque enim multum tempus conſumendum erat: ſed diabolus inſtat attentius, volens aliquem aditum inuenire,

E F G H

A uenire, & ſi modicam ſeruat negligentiam, magnam cooperatur puſillanimitatem: proinde Eccleſiaſt. 5. admonet dicens: Ne tardas cõuerti ad Dominum: & ne differas de die in diem. Nihil enim aliud inde docemur, niſi ꝙ minimum tẽporis fruſtra deijcere decet, & diſſimulare cogẽtia, quãto præferre ſpiritualia cunctis etiã admodũ neceſſarijs. Eſt nihilominus aduertendũ, ꝙ duæ ſunt tepiditates ex oppoſito laborantes. Prima eſt, quæ deſcendit a calore in frigus. Et hæc Apocal. 3. mirabiliter vituperatur a Chriſto, cum ait: Vtinã calidus eſſes, aut frigidus, id eſt calidus per feruentem B amorem: aut frigidus per humiliantem timorem: ſed quia tepidus es, id eſt abſque amore, atque timore, incipiam te euomere ex ore meo, ſcilicet tanquàm cibum abominabilẽ, & inuiſum. Secunda tepiditas aſcendit a frigido ad calorem, & hæc amoris caliditas in peccatoribus initium ſumit, & laudabilis eſt. Et de hac loquimur in præſenti, atque de iſta dicit Dominus: Æmulare, id eſt in ſancto deſiderio creſce.

De amore proficienti, & quomodo per bona opera diuerſimodè creſcit.

C *Cap.* 2.

Secundo amoris ſtatus eſt proficientium.

SEcundus amoris ſtatus eſt proficientium, atq; de illo Dominus ait: Et age. Mira quippe eſt natura operum virtuoſorum, eo quod vel charitatem in anima generant, vel iam generatam magnificant, & dilatant: quemadmodum & corporaliter laborare, vel calorem in homine frigido excitat, aut iam calidum hominem plus inflammat. Meritò ergo Dominus ad bene operandum iuſtum hortatur dicẽs: Et age, id eſt labora, vt bonus miles Chriſti: vt dicitur D 2. Tim. 2. Proinde Cant. 5. cum deſcriberet Salomon hominem iuſtum, inquit: Manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinctis. In quibus verbis ponuntur tria, per quæ proficit de bono in melius anima iuſti, velut ſint tres gradus animæ proficientis. Primus eſt amor operans, ſecundus amor diligens, tertius amor eleuans. Primus eſt amor operans, & de hoc dicit: Manus illius tornatiles, id eſt aptæ ad tornandum meritò nominantur, eo quòd per conſiderationem defectuum in bonis operibus commiſſorum humiliando ſe deſpicit & contemnit. Tornus enim dicitur à torqueo, ques: quod inſtitutum eſt, cum quo vaſa tornantur: & inde hic & hæc tornatilis, & hoc tornatile, id eſt quod eſt habile ad tornandum: quod quidem contingit operibus iuſti in virtutibus proficiẽtis. E Vnde in torno plura conſiderantur. Primò baculus ſurſum eleuans eſt intentio recta in omnibus operibus ſuis, ſ. ad Deũ ſe erigens, iuxta propheticum dictum, Pone Dominum in conſpectu meo ſemper. Secundò pes deorſum deprimens, eſt fortis conatus in bonis operibus ſe exercens, Eccleſiaſtic. 9. Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare. Tertiò corda ſurſum, & deorſum trahens, eſt Dei gratia, omnia bona in nobis operans, & perficiens in declinando malum, & faciendo F bonum. Ad Philippen. 2. Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Et Iſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es nobis. Quartò acuto ferro aliquo ſuperfluum remouens, & euacuans vaſa; quia iuſtus ſubtili examinatione bona ſua perſcrutans, opera ſemper in eis defeciſſe ſe conſpicit, iuxta documentum Apoſtolis a Chriſto datum, Luc. 17. vbi ait: Cum hæc omnia feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Exemplum Beati Franciſci, qui cum iam ad culmen perfectionis veniſſet, ſocijs ſuis dicebat. G Incipiamus iam aliquid boni agere: iuxta illud Eccleſiaſt. 18. cap. Cum conſummauerit homo, ſcilicet iuſtus: tunc incipiet: & cum quieuerit, ſcilicet in ſumma perfectione contemplationis: tunc operabitur, id eſt non in totum derelinquet actiuam vitam. Quintò velociter operatur: quia feruenter abſque negligentia, & corpore debemus exerceri in bonis operibus. Eccleſiaſt. 31. In omnibus operibus tuis eſto velox: & omnis infirmitas, ſcilicet ſpiritualis, non occurret tibi. Duplex ferrum, in quo voluitur lignum, eſt ratio, & voluntas, H quibus iuſtus meritoriè operatur. Eccleſiaſt. 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & dimiſit eum in manu conſilij ſui. Duo ligna, in quibus infixa ſunt ferra, ſunt duo cum quibus iuſtus operatur bona, ſcilicet corpus, & anima. Deuteronom. 4. cap. dictum eſt in fine omnium prædictorum: Cuſtodi igitur teipſum, id eſt corpus tuum, & animam tuam ſollicitè. Secundum autem, per quod proficit anima iuſti, eſt amor diligens. Proinde Salomon ſubdit: Aureæ, ſ. ſunt manus, & opera iuſti. Aurum ſiquidem non putreſcit, & pretium eſt vendibilium rerum. Et

perſe-

A perſeuerãs charitas, pretium eſt omnium, quæ operatur iuſtus. Matth. 10. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finẽ, ſ. in aureis operibus charitatis, hic ſaluus erit. Tertiũ verò, per quod proficit anima viri iuſti, eſt amor eleuans. Et de hoc Salomon dicit: Plena hyacinctis, ſ. ſunt opera viri iuſti. Hyacinctus eſt quidam flos: quidam etiam lapis pretioſus nominatur hyacinctus: quia habet purpureum, & aereum, ac ceruleum colorem ad modum illius floris. Et ſignat cęleſtia bona, quæ ſcilicet promittũtur proficiẽtibus in operibus factis, reſpectu cęleſtium præmiorum: vnde myſticè 2. Paralyp.
B 2. Dominus Eccleſiæ loquens de viro proficienti, & iuſto inquit: Mitte mihi, ſcilicet ad cęlum virum eruditũ, qui nouerit operari in auro, & hyacintho, id eſt qui operatur in charitate pro cęleſti regno.

De amore perfecto, & quomodo per pœnitentiam ad Deum diuerſis gradibus peruenitur. Cap. 3.

Tertius eſt ſtatus perfectorum.

TErtius eſt ſtatus perfectorum: & de hoc Dominus ait, pęnitẽtiam, ſ. age. Omne quidẽ inſolitum bonum, pri-
C mum pęnale eſt, antequàm in conſuetudinem perducatur. Idcirco cum pęnalitate, & pęna ſeruari ſolet. Et hæc eſt profectò pęnitentia vera, quod ſcientia ſalutis dictauerit cum difficultate & pęna, voluntate & opere obſeruare. Vnde ſecundum etymo, pęnitentia dicitur quaſi pœnæ tenſio, eo ꝙ amoroſa volũtas teneat pœnam. Quemadmodũ patet ĩ duobus principalibus lignis, quæ conſtituunt crucem. Nam lignum ſurſum erectum tenet, & portat lignum tranſuerſum: ſic & amor portat in patientia, & pęnitentia pęnam. At econtra in cruce Simonis Cyrenęi. In huius myſterio Leuit. 1. in ſacrificio animalium ſeptem obſeruabãtur. Primò animal ab alijs ſegregatum liga-
D batur, ſecundò mactabatur, tertiò ſanguis eius effundebatur, quartò excoriabatur, quintò diuidebatur, ſextò lauabatur, ſeptimò ſuper altare poſitum cremabatur. Primò inquàm animal ab alijs ſegregatum ligabatur, ſic cor a peccandi propoſito ſegregatum a conſcientia ligari debet exemplo Prophetæ, qui de ſe ait: Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Et Ezech. 4. tali animæ pęnitenti Dominus ait: Ecce circumdedi te vinculis, & non te conuertes a latere tuo in latus aliud, ſcilicet per peccatum. Secundò autem mactabatur: ſic &

pęnitens tunc mactatur, quando non propriam: ſed Dei in opere ſuo quærit facere E voluntatem, atque fideliter orat cum Propheta, Domino dicẽs: Doce me facere voluntatem tuam, &c. Et illud Matth. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo, ſ. meę mentis: ſic & in terra, ſ. meæ carnis, quæ aduerſus ſpiritum concupiſcit. Tertiò ſanguis animalis effundebatur: ſic ſanguis carnalis delectationis omnino ab anima fundi debet: quia, vt dicitur ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Quartò excoriabatur, quod fit per pomparum, & vanitatum abiectionem, & honeſti F habitus aſſumptionem, iuxta illud Eccleſiaſt. 11. In veſtitu ne glorieris vnquàm. Sed aduertendum eſt, ꝙ quanto pellis animalis ſubtilior eſt, tanto difficilius excoriatur caput, q̃ cætera membra: ſic & delicatiores, atque maiores difficilius deponunt curioſitates, & vanitates, q̃ perſonæ ſimpliciores. Inſuper ſicut anguilla, quæ habet lubricam pellem, vix teneri poteſt ad excoriandum: ſic lubrici iuuenes, & mulieres cum magna difficultate per Prædicatorem, vel Confeſſorem laſciuis veſtibus priuari poſſunt. Sed de Deum timente, Iob 2. dicit: Pellem pro pelle, i. veſtem curioſam & vanam, pro ve- G ſte honeſta, atque Chriſtiana: vel veſtem vitiorum, & omnia quæ habet homo, i. omnia temporalia, quæ habet iuſtus, dabit pro anima ſua, ſcilicet in æternum ſaluanda. Et ſicut ĩ excoriatione animalis viui eſt dolor: ſic qui mundo viuit, nec mortuus eſt peccato, abſque magno dolore laſciuis indumentis priuari non poteſt: hoc in fruſta diuidebatur. Tunc ſiquidem membra a ſeinuicem diuiduntur, quando nullum mortalis corporis membrum, nec oculus cordi, nec cor manui, nec oculo manus, & ſic de cæteris, in peccati officio ſubminiſtrat. Proinde Matth. 5. Dominus ait: Si oculus tuus H dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorũ, q̃ totũ corpus tuũ eat in gehennam ignis. Et ſi dextera manus tua ſcandalizet te, abſcide eã, & proijce abs te, expedit, &c. Sextò lauabatur. Nam etſi cum oĩb. ſupradictis vitã duxerimus innocẽtẽ, nihilominus ſaltem peccata venialia cõmittemus. Nã teſte Ioan. prima ca. 2. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ſcilicet veniale, ſine quo humana vita tranſire non poteſt: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: ſed verus pœnitens obſer-

A uat propheticum illud, Lauabo per ſingulas noctes, &c. Septimò, ſuper altare poſitum cremabatur. Cor hoīs eſt altare, quaſi alta res, de quo præceptum eſt, Leuit. 6. Ignis, ſ. diuini amoris, in altari ſemper ardebit. In igne igitur huius altaris fit hoc ſacrificium ſanctum. Et ad hoc hortatur Propheta, dicēs: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Qui ergo in hoc ſacrificio iugiter perſeuerat, citò ad hoc culmen perfectionis aſcendet: vt non iam cum difficultate, & pęna opus bonum perficiat: ſed ignis diuini amoris in altari cordis ſuccenſus pęnitentem non ſolum, cum delectatione interna opus bonū per-
B ficere faciet, verumetiam quicquid carnale in eo prius fuerat, diuini amoris incendio conſummet.

Articvlvs Tertivs.

De triplici amore, quo copulatur anima cum Deo amato.

Tertius amor. Tertius amor eſt inter Deum, & animam. Et de hoc Ioan. ſubdit: Ecce ſto ad oſtium, &c. In quibus ſacratis verbis triplex amor inſinuatur, quo anima copulatur cum Deo. Primus dicitur amor ſti-
C mulatus, ſecundus amor multiplicatus, tertius amor remuneratus.

Quantum Deus ſtimulat animam: vt ſemper creſcat in ſuo amore. Cap. 1.

Primus amor. Primus autē eſt amor ſtimulatus. Et de hoc Ioan. inquit: Ecce ſto ad oſtium, & pulſo. Oſtiū enim mentis voluntas eſt, ſeu conſenſus eius, quod & bono, & malo a libertate arbitrij per aſſenſum, & diſſenſum aperiri, & claudi poteſt. Ex quo patet, quòd liberum arbitrium portarius eſt ad aperiēdum
D hanc ianuam voluntatis: quemadmodū Eccleſiaſt. 15. ſcriptum eſt: Deus ab initio conſtituit hominē, & dimiſit eum in manu cōſilij ſui. Porrò cum vnumquodque diligibile ſit, ſecundum ꝙ bonum eſt: bonitas autē Dei cum ſit infinita, infinitè diligi debet. Infinitè autem diligere eum impoſſibile eſt cuilibet creaturæ: cum nullius virtutis finitæ poteſt eſſe infinitus actus: propterea ad hoc non obligamur. Inſuper in præſenti vita non plenè, atque completè, & perfectè impleri poteſt præceptum de diuina dilectione, ſicut implebitur in beatitudinis regno. Tamen ſemper quilibet proficere poteſt in amore Dei, licet ſit anima ſancta, & E
perfecta. Vnde Philippen. 3. c. Apoſtolus de ſe ait: Non ꝙ iam acceperim, ſ. perfectum amorem, ſicut beati, aut ꝙ iam perfectus ſim: vt non poſſim amplius proficere in amore: ſequor autē ſi quomodo apprehendam. Et poſt modicum ſubdit: Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Ex quibus verbis apertè colligitur, ꝙ & ſi non ſit nobis poſſibilis in præſenti vita perfectio comprehenſorū, æmulari tamen debemus: vt in ſimilitudinē perfectionis illius, quantum poſſibile eſt, noſmetipſos trahamus. Et in hoc perfectio huius vitæ conſiſtit: proinde Dominus ſtans ad oſtium volūtatis pulſat, ſ. ſtimulando: vt in illius amore creſcamus, & nunquàm in amādo terminum ſtatuamus. Homo enim ex infectione naturæ ad corruptionem, & imperfectionē pronus eſt, niſi a Domino ſtimuletur, & ad ſpiritualia attrahatur: proinde Ioā. 6. a Domino dictum eſt: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit illum, ſ. ſollicitando, & ſtimulando ad meliora. Duodecim enim ſtimulis excitat, & ſollicitat nos Deus ad ſuum amorem. Primus ſtimulus eſt dilectio Dei, dum anima conſiderat, quis eam amat: quia ſummus bonus, quantū eam amat: quia vſque ad mortem filij ſui, G
quare eam amat: quia non propter ſe; ſed propter illam. Secundus eſt paſſio Chriſti. Stimulat enim ad conſiderandum, quantus eſt qui patitͬ: quāta ſunt, quæ patitur: qua de cauſa patitur. Tertius eſt largitas donorum, dedit enim dona ſpiritualia, corporalia, & temporalia. Quartus eſt inquinatio animarum, conſiderando peccatorum multitudinem, magnitudinem, ingratitudinē, & turpitudinem. Quintus eſt pulchritudo virtutum, conſiderando quantum per eas anima decoratur, nobilitatͬ, & deiformatur. Sextus eſt perfectio Sanctorum, conſiderando puritatem virginum, fortitudinem marty- H
rum, atque prudentiam, & lumen Doctorum. Septimus eſt abominatio peccatorū, ſ. conſiderando inquinamenta luxuriarū, ſeu ſuperbiarum, & auaritiarum. Octauus eſt multiplicatio tentamentorum, conſiderando tētationes multiplices mundi, carnis, & dæmonis, quę alliciunt, ſeducunt, & decipiunt. Nonus eſt affligentes pęnę, conſiderando pœnas, quas homo patitur in hoc mundo, in purgatorio, & in inferno. Decimus eſt conditio humanę vitæ, conſiderando breuitatem, labilitatem, incertitudinē. Vndecimus eſt natura diuinæ gratiæ, conſiderando

A derando quantum eſt deſideranda, quãtùm æſtimanda, quantum cuſtodienda. Duodecimus eſt præmium æternæ gloriæ, cõſiderando iucunditatem, ſocietatem, & æternitatem. Vel poſſunt hic adaptari duodecim amoris ſtimuli, de quibus dictũ eſt in Quadrageſimali de Euangelio æterno, ſermone 56. in fine ſecundæ partis principalis, Dominicæ Paſſionis: nam & illi etiam incitant animam ad diuinum amorem.

Quòd quantò fidelius anima obſequitur voci Chriſti, tantò copioſius ei confert gratiam, & amorem. Cap. 2.

B

Secundus amor.

SEcundus eſt amor multiplicatus, & de hoc Dominus ait: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum. Vox equidem Chriſti, eſt verbum Dei prædicatum, vel inſpiratũ. Verbum autem Chriſti, quo excitat, & ſtimulat hominum mentes per inſpirationes internas, aut per voces, & res externas, auribus humani cordis inſonat. Non minus inſuper rebus aſperis, aut proſperis, quàm vocibus internis, aut externis loquitur Chriſtus. Vnde & per totam ſcripturam ſacram nõ minus res, quàm voces myſticum ſignatũ habent. C Oportet ergo quemlibet ad hanc allocutionem non ſe per contemptum exhibere ſurdum: ſed ſolerter, & obedienter audire auribus cordis, & oſtium voluntatis Chriſto pandere ſollicitanti, & ſtimulanti. Ipſa enim ianua, ſeu oſtium eſt, quod principaliter ad amãdum ſe Dominus poſtulat aperiri. Sicut enim diabolus non poteſt cõfringere clauſam voluntatem, ſic Chriſtus per iuſtitiam ſuam nõ vult per confractam ianuam introire voluntatis. Vnde & Ioan. 20. legitur, Chriſtum intraſſe ianuis clauſis: hoc familiaribus diſcipulis ſuis fecit, non alienis. Cum enim homo voluntariè, & D perfectè ſe ſubiecerit Chriſto, ex tunc frequenter ex priuilegio ſingulari cum donorum, & cariſmatum ſuorum diuitijs, quas ſui nec æſtimate ſciunt, nedum deſiderare queant, quaſi clauſa voluntatis ianua ad eũ miſericorditer intrat. Ex communi autem lege, qui Chriſto pulſanti, & ſtimulãti aditum præbuerit, cum cumulo amplioris gratiæ ad eum intrabit: propterea inquit: Intrabo ad eum. Talis quidem introitus eſt per influxus, & illapſus, & robur gratiæ amplioris, quæ animæ a Domino donatur ad magis perficiẽdum Domini voluntatem in declinando malum, & faciendo bonum, & ad inquirendum, & acquirendum mẽtis, & E conſcientię pacem, quaſi omnes ſupradictę Domini voces illud propheticum animæ ingerãt: Declina a malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam, ſ. vſq; ad pacem, quæ exuperat omnem ſenſum.

De prandio, & cœna à Domino ab anima poſtulatis, & ſibi ab eo repromiſſis. Cap. 3.

Tertius amor.

TErtius autem dictus eſt amor remuneratus. Et de hoc Dominus concludit: Et cęnabo cum illo, & ipſe mecum. F Cęna quidem nouiſſimum diei prandium eſt, & in mane prandium præſupponit. Parumq; eſt Chriſto in mane ad prandiũ inuitare, ſi non cęna ſubſequatur. Vult vtiq; Chriſtus eũ, qui diligere cęperit, in finẽ diligere eũ, ſicut in finẽ dilexit ſuos: vt dr Ioan. 13. vt & qui diligit eum, parem dilectionem, i. perſeuerantem in finem rependat ei. Huius igitur dilectionis ſuauitas in iuuentute incępta prandium eſt, quod damus Chriſto: ſed vſq; in finem vitæ ſeruata cęna meritò nuncupatur, ad quam pauci peruenire probantur. Cęnabo, inquit, cũ illo, ſ. perſeuerante acceptãdo, & mihi amatiuè incorporando ipſum, & oĩa bona eius, G tanquã cibos mihi amabiles, & ſuaues. Dat quoq; electis ſuis prandium Dñs ante cœnam, cum eos in præſenti iam reficit ſpiritualibus bonis, ſicut 2. Corinth. 1. de ſe, & imitatoribus ſuis teſtatur Apoſtolus, dicẽs: Gloria noſtra hæc eſt, ſ. in præſenti vita initiata, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Cęnam quoque dabit electis ſuis Dominus in futuro. Vnde ait, & ipſe mecum, ſ. cęnabit. De qua cęna Luc. 14. ipſe ait: Homo quidã fecit cęnam magnam, & vocauit multos. Primò magna valde eſt hæc cęna ex magno factore: quia, Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt fi- H nis, ſicut Propheta inquit: Magnus Dominus, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius nõ eſt numerus. Et iterum: Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter, qui in altis habitat? Secũdò magna ex magna æternorũ appoſitione, & ineffabilium bonorum acquiſitione: vt nullus eorum apprehẽderit pondus, numerum, & menſuram, quãuis iuxta pondus, numerum, & menſuram ſit æternis potitoribus contributa. Vnde Iſa. 64. Oculus non vidit, Deus abſque te, quę pręparaſti expectantibus te. Et iterum. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, nec auris, &c.

A Tertiò magna ex magnitudine domus Baruch 3. O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, &c. Quartò magna ex magnitudine conuiuarum, Luc. 13. Cum videritis Abraam, Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei. Et Luc. 22. Vos eſtis, qui manſiſtis mecum in tẽtationibus meis, &c. vſque, in regno meo. Quintò magna: quia magnus miniſter. Luc. 12. Amen dico vobis: quia præcinget ſe, & faciet illos, &c. Sextò magna ex dulcedine magna. Pſal. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, &c. Septimò, magna ex magnitudine temporis. In æternum exultabunt: & pro B quia habitabis in eis: quod erit cõſummata gloria Beatorum. Sed heu: quia vt dicitur Matth. 20. Multi ſunt vocati, ſ. ad hanc cœnam: pauci verò electi: quod verbũ poteſt eſſe thema in præſenti articulo pro ſeptuageſima. Multi quidem terrentur ex hoc verbo. Sed notanter aduertendum eſt, ꝙ hæc electio, & reprobatio non humano, ſed diuino librandæ ſunt iudicio: quia inter iudicia diuina, atque humana comparatio nulla cadit. Veruntamen electi Dei quaſdam imagines cum cœleſtibus habẽt, qui via regia gradiuntur, non exorbitantes ad alterã partem, & cõditionatam electionẽ adiuuãt C ordinatis, atque appoſitis argumentis. Non enim prædeſtinatio, ſeu electio ſimpliciter a Deo factę ſunt: vt nullo additamento electio, & prædeſtinatio in gloriã, aut in damnationem tendant: ſed auxilia, & ſigna plurima ſunt pro eis, qui ſaluandi ſunt. Et poſſumus ſeptẽ dinumerare.

Septẽ auxilia pro eis, qui ſaluãdi ſunt

Primum eſt obſeruantia mãdatorum, ſicut Matth. 19. Dominus ait: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Secundum eſt purgatio interior poſt lapſum, ſicut Hierem. 4. dicitur: Laua a malitia cor tuum Hieruſalem; vt ſalua fias. Tertium eſt operationes pertinentes ad vitam facere, Ioan. 6. Operamini non cibum, D qui perit: ſed qui permanet in vitam æternam. Quartum eſt abundantia iuſtitiæ ſuper Iudæos. De quo Matth. 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus, quàm Scribarum, &c. Quintum cordialis remiſſio ad lædentes: vnde Luc. 6. Dominus ait: Dimittite, & dimittemini. Sextum eſt pura humilitas: proinde Matth. 18. comminatus eſt Saluator. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Septimum eſt perſeuerantia in virtutum decore. Hinc Matth. 10. & 24. Dominus ait: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Hæc & his ſimilia ſunt electionis, ſeu prædeſti- E nationis teſtimonium, & iuuamen appoſita, & inuenta. Ac per hoc nemo præſumat Deum de vocatione, aut electione cauſari, aut ſibi de prædeſtinatione inferre. Nam ſuæ prædeſtinationis eſt, quòd ſaluamur, ſi illam appoſitis adiuuerimus, & non ſuæ præſcientiæ: ſed noſtris demeritis proprijſque damnamur, & non cęnamus cum Chriſto. Vide igitur quanta operatur amor ipſius Dei ad nos, & noſtri ad ipſum Deũ, atque inter nos & Deum, dum per primum anima in intelligentia eruditur. Per ſecundum in voluntate inflammatur, atque per tertium in facultate ad perſeuerandum ro- F boratur, quo pertingere poſſit ad primum conſummatum amorem, in quo per glorioſum amplexum perficitur, & præmiatur in Domino Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spirituſancto remunerator eſt omnium dilectorum ſuorum: inter quos ampliſſima dulcedo, & miſericordia ſua nos connumerare dignetur per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

De Sancto Ioſeph ſponſo Beatæ Virginis.

Sermo. G

S*Erue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui*, Matth. 25. Omnium ſingulariũ gratiarum alicui rationabili creaturæ cõmunicatarum, generalis regula eſt, quòd quãdocunque diuina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiã ſingularem, ſeu ad aliquem ſublimem ſtatum: omnia cariſmata donat, quæ illi perſonę ſic electæ, & eius officio neceſſaria ſunt, atque illam copioſè decorant. Patet autem in Patribus Veteris teſtamenti, ſcilicet in Moyſe, Ioſue, Abraam, Iſaac, Iacob, Dauid, Sa- H lomone, & ſic de alijs Prophetis. Patet etiã hoc in Nouo teſtamento in Virgine benedicta, in Apoſtolis, Euangeliſtis, Doctoribus, & in religionum inſtitutoribus, & ſic in toto decurſu Veteris, & Noui teſtamenti reperietur. Quod maximè verificatum eſt in Sancto Ioſeph, putatiuo patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vero ſponſo Reginæ mundi, & Dñę Angelorum, qui ab æterno Patre electus eſt fidelis nutritius, atq; cuſtos principalium theſaurorũ ſuorũ, ſ. filij eius, & ſpõſæ ſuę, quod offm̃ fideliſſimè ꝓſecutus eſt: cui ꝓpterea Dñs ait verbũ ꝓpoſitum,

A ſitum, Serue bone, &c. In quibus ſacratis verbis, de iſto ſanctiſſimo viro deſcribitur triplex ſtatus. Primus eſt naturæ ibi, ſerue bone. Secũdus gratiæ ibi, & fidelis. Tertius gloriæ, ibi, intra in gaudiũ Dñi tui. In primo exprimitur nobilitas generationis, in ſecũdo gratioſitas conuerſationis, in tertio ſublimitas glorificationis.

Triplex ſtatus huius viri ſãctiſſimi Ioſeph.

Articvlvs Primvs.

De nobilitate ſanctiſſimi Ioſeph ſecundum carnem.

B PRimo enim deſcribitur hui° ſanctiſſimi viri ſtatus naturæ, i quo exprimitur nobilitas generationis: ait enim Dominus, Serue bone, ſcilicet, natura nobili, tibi a me collata. Fuit enim de ſtirpe Patriarchali, regali, atque ducali progenitus, ſecundũ rectam lineam naturalis nobilitatis. Ad huius intelligẽtiam, trium perſonarum naturalem dignitatem, ſiue nobilitatem conſideremus. Primam ſponſæ, ſecundam ſponſi, tertiam Chriſti.

Primus ſtatus naturæ.

De nobilitate beatæ Virginis ſecundum carnem. Cap. 1.

C PRimo inquàm conſideremus nobilitatem ſponſæ, ideſt Virginis beatæ. Fuit enim beata Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, quæ in humana natura fuerint, aut poſſint, aut potuerint generari. Nam Matth. 1. c. ponẽs tres quaterdenas generationes ab Abraham vſque ad Chriſtum incluſiuè, deſcribit eam fuiſſe natam de 14. Patriarchis, de 14. Regibus, & de 14. Ducibus, ſecũdum ꝙ quidam periti numerant, & diſtinguunt prædictum Matth. textum. Lucas quoq; de-
D ſcribens in 3. c. nobilitatem eius, exordiẽs ab Adam & Eua, demum vſq; ad Chriſtum Deum genealogiam ſuam protraxit. Patet etiam, ꝙ Dominus Ieſus Chriſtus, qui ſine matre fuit in cœlis, & abſque patre in terris, totam a Virgine humanitatem recepit, atque dignitatem, quæ ad humanitatem ſequuntur, ſcilicet cognationis, vt diceretur filius Dauid: & conſanguinitatis, vt diceretur fratres habere de nobili parentela, totum hoc a beata matre ſuſcepit. Quod etiam vltimus Dux, vltimus Rex, & vltimus Patriarcha totius populi Iſrael, non aliunde habuit, quàm a Virgine beata, vt

Prima nobilitas ſponſæ.

ex hoc manifeſtè clareſcat, ꝙ omnis nobilitas corporalis conceſſa humano generi in Adam, a Domino principaliter datum eſt: vt per multas generationes deſcenderet in Virginem beatam, & per Virginem matrem terminaretur in Chriſtum Dei filium benedictum. E

De nobilitate Ioſeph ſecundum carnem. Cap. 2.

SEcundo conſideremus nobilitatẽ ſponſi, ideſt ſancti Ioſeph. Fuit enim progenitus de ſtirpe Patriarchali, Regali, atque Ducali, ſecundum lineam rectam, ſicut F prædictum eſt: nam Matth. 1. c. lineam rectam omnium prædictorum patrum deduxit ab Abraham vſq; ad virginis ſponſum: ex quo patet, ꝙ dignitas Patriarchalis, Regalis, atq; Ducalis in iſto fuit terminata. Si autem quæratur, quare? Matt. ponit genealogiam Ioſeph, & non Mariæ, cum genealogia Ioſeph nihil facere videatur ad genealogiam Chriſti, niſi fortè aliquo modo per accidens. Ad hoc dicendum, quòd potuit hoc facere propter tria. Primo propter conſuetudinem, ſecundo propter cognationem, tertio propter vnionem. Primo propter conſuetudinem, ideſt vt ſequeretur Hebræorum morem, atq; ſcripturarum G ſanctarum, quæ nullius genealogiam per fæminas, aut matres computant, ſed per viros aut patres: tamen hæc ratio non ſufficit ſine ſequenti. Secũdo propter cognationẽ. Nam beata Virgo atq; Ioſeph erant de eadem tribu, & cognatione: quod quidem tripliciter probari poteſt. Primo, ꝙ tã Ioſeph quàm Chriſtus ab Angelo, Matth. 2. & ab Apoſtolis, atque Euangeliſtis in pleriſque locis aſſeruntur fuiſſe de ſtirpe Dauid. Secundo, quòd ſecundum legem mulieres, & precipuè illæ, quæ erant hæredes, ſicut H Virgo fuiſſe fertur, nubere non debebant, niſi hominibus ſuæ tribus, & etiã ſuæ familiæ, & cognationis in gradu licito magis propinquo, vt patet Nume. 36. de filiabus Salphat. proinde cum Ioſeph iuſtus eſſet, vt teſtatur Matth. 2. ſi non fuiſſet ſuæ tribus, nullo modo duxiſſet eam. Tertio, quia ſimul cẽſentur, & deſcribuntur in Bethlehem. Lu. 2. velut de vna ſtirpe naturaliter generati. Hæc ſecundum Hiero. Matth. 2. & Nico. de Lira. Tertio autem ponit genealogiam Ioſeph, & non Mariæ, propter vnionẽ, i. ad commendandũ ſacramentum cõiugij Virginis & Ioſeph, ſub quo nat° eſt Chriſtus,

Secunda nobilitas ſponſi.

A Chriſtus, ſcilicet, ꝙ tantæ fuerit vnitatis, vt merito propter ipſum Ioſeph dictus fuerit, & quodammodo verè fuit pater Ieſu Chriſti. Et hæc eſt ratio Auguſt. lib. 2. de conſenſu Euangeliorum, & lib. de nup. & comp. c. 4. vbi etiam dicit, ꝙ omne bonum nuptiarum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum. Fides, quia nullum adulterium: Proles autē fuit Dominus Ieſus Chriſtus: Sacramentū, quia nullum diuortium factum fuit in eis.

De nobilitate Ieſu Chriſti, quam quodammodo habuit ab vtroque parente. Cap. 3.

B

Tertia nobilitas Chriſti. TErtio cōſideremus nobilitatē Chriſti. Fuit enim, ſicut ex præcedentibus patet, Patriarcha, Rex & Dux ex vtroque parente: quia tantum ſuſcepit a matre, quantum alij a patre & matre, quia tulit tantum de ſubſtantia matris. proinde Rom. j. Apoſtolus ait, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Lu. quoque 3. c. deſcribens Chriſti nobilitatem, & exordiens ab Adam & Euam, vltimo vſq; C ad Chriſtum Deum genealogiā ſuam protraxit. Hanc progeniem Gen. 49. prænunciauit Patriarcha Iacob, cum ait, Adorabūt te filij patris tui. Adoratio quippe diuinitati debetur. Et ibidem ſequitur, Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Ex ſupradictis patet, quòd per prædictos Euangeliſtas deſcribitur nobilitas Virginis, & Ioſeph, vt Chriſti nobilitas exprimatur. Fuit ergo Ioſeph tantæ nobilitatis: vt quodammodo, ſi liceat dici, dedit temporalem nobilitatem Deo in Domino Ieſu Chriſto.

D

Articvlvs Secvndvs.

De triplici gratia ſancto Ioſeph ab æterno patre collata.

Status gratiæ Ioſeph. SEcundo deſcribitur huius ſancti viri Ioſeph ſtatus gratiæ. In quo exprimitur gratioſitas conuerſationis. Subdit enim Dominus, & fidelis: ſcilicet in gratia a me tibi collata. Triplex. n. gratia a Deo ſibi collata eſt. Prima conuerſationis virginalis, ſecunda conuerſationis diuinalis, tertia conuerſationis ſpecialis.

Quantum ſanctè ſanctus Ioſeph cum beata Virgine conuerſatus eſt, & quantam acquiſiuit perfectionem. Cap. 1.

E

PRima gratia ſibi diuinitus data eſt conuerſationis virginalis. Porrò per reſpectum ad ſanctā Virginem neceſſe eſt hunc virū fuiſſe admirandæ gratię & virtutis, & maximè quo ad tria, videlicet primo quātum ad matrimonialem vnionem, ſecundo quo ad continuam cohabitationem, tertio quo ad ſedulam adminiſtrationem: cum ſuper omnem puram creaturam ipſe habuit reſpectu eius vnitatem, familiaritatē, & obſequioſitatem. Primo enim habuit vnitatem, quantum ad matrimonialem vnionē. F Cum enim inter illos fuerit veriſſimū matrimonium per diuinam inſpirationem cōtractum, & in matrimonio fiat vnio animorum, intantum ꝙ vna dicūtur perſona, ſponſus & ſponſa, vt dici poſſit vnitas. q. ſumma, iuxta illud Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Quomodo cogitare poteſt mens diſcreta, ꝙ Spiritus ſanctus tanta vnione vniret menti tantæ Virginis aliquam animā, niſi ei virtutum operatione ſimillimā? G Vnde credo iſtum virum ſanctum Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in virginitate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in Dei amore & charitate, altiſſimum in contemplatione, ſollicitiſſimum pro omni ſalute ad ſimilitudinem illius Virginis ſponſæ ſuæ. Et quia nouerat Virgo quanta erat vnitas matrimonialis in ſpirituali amore, & ſciebat iſtum ſibi a Spiritu ſancto datum in ſponſum & in ſuæ virginitatis fidum cuſtodem, & ad participandum ſecum in charitatis amore, & obſequioſa ſollicitudine H diuiniſſimam prolem Dei: ideo credo, ꝙ ex totius cordis affectu hunc ſanctū Ioſeph ſinceriſſimè diligebat. Præterea cum beatiſſima Virgo tot & tanta impetret peccatoribus ſceleratis hoſtibus filij ſui: quanta putas impetrauerit chariſmata huic tā amoroſo & ſollicitiſſimo, & finali nutritio, & ſponſo ſui pudoris, atque caſtiſſimi amatoris? Amplius, cum omnia quæ ſunt vxoris, ſint viri: credo ꝙ beatiſſima Virgo totum theſaurum cordis ſui, quem Ioſeph recipere poterat, ei liberaliſſimè exhibebat. Sed *Dubio.* quæri poteſt, ꝙ cum beata Virgo iam deſponſata eſſet Ioſeph, & iam eſſet in domo eius, ſecūdum Chryſoſt. quare non acceſſit *Solutio.* ad

A ad cognoſcendum eam? Ad quod dicendũ, ſecundum Nico. de Lira, ꝙ modus erat iuſtorum per carnalem copulã non perficere matrimonium, niſi prius per aliquod tempus vacarent orationi & deuotioni, vt diuinam miſericordiam impetrarent. Vt patet Tobiæ 6. Et tunc creditur ei reuelatum fuiſſe virginis propoſitum de virginitate ſeruãda: licet enim cogeretur ad matrimonium contrahendum, ſecundum illius temporis modum, ſicut in primo art. c. j. patet: tamen in deſiderio & propoſito virginitatem habebat, votum nihilominus non expreſſerat. Contraxit igitur matrimonium,
B committens ſe diſpoſitioni diuinæ: & tunc credit, ꝙ Ioſeph ex reuelatione diuina cognouerit Virginis propoſitum ſanctum, & ꝙ tunc ex communi conſenſu vouerit ſanctam virginitatem. Præterea creditur, ꝙ Ioſeph vſque tunc perſeuerauerit in ſancta virginitate. Cuius ratio eſt, quia cum Chriſtus in paſſione ſua nulli niſi Virgini ſeruãdam tradiderit matrem ſuam: non eſt credibile, ꝙ ante conceptũ, dum adhuc iuuencula erat, cuſtodienda alicui niſi Virgini traderetur. Proinde Hiero. cõtra Elodium dicit, ipſum Ioſeph virginem extitiſſe: vt per
C Mariam ex virginali coniugio virgo filius naſceretur. Et ſubdit etiam rationem, d. Si enim in virum ſanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuiſſe non ſcribitur: relinquitur eum virginem cum Maria manſiſſe: q pater Domini meruit appellari. Et iterum Chryſoſt. ſuper Matt. in Homil. 5. ait: Quod enim ita amicus virtutis, & extra paſſionem erat, vt neque ſuſpitione cogente voluit punire Virginem, qualiter vtique propter voluptatem tranſgreſſus eſſet legem, qui etiam ſupra legem philoſophatus eſt. Etenim dimittere, & occultè dimittere ſupra legem philoſophantis erat.
D Secundo vero habuit familiaritatem, quantum ad cõtinuam cohabitationem. Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt, ꝙ iam emiſſo prædicto voto, acceſſit ad Virginem Angelus Gabriel, ignorante Ioſeph, atq; de Spiritu ſancto grauida facta eſt, vt dicitur Luc. j. Et ſtatim cum ipſo Ioſeph abijt in montana, ideſt in Hieruſalem, vt viſitaret Elizabeth cognatam ſuam, & vt ei prægnãti ſeruiret. Magis autem, vt præcurſor filij ſui in ſui præſentia ſanctificaretur, & manibus eius palparetur, lauaretur, atque eius neceſſitatibus ſubueniretur. Poſt tres menſes præcurſore iam nato redit Maria ad domum ſuam. Intumeſcẽte interim Virginis vtero miratur Ioſeph, vehementemq; ſuſpitionem incurrit. Sed quæritur, an Ioſeph crediderit Virginem de adulterio grauidatam? Ad quod dicendum, ꝙ circa hoc tres ſententiæ Sanctorum & aliorum Doctorũ, quaſi contrariæ reperiuntur. Chryſoſto. & Auguſti. volunt, ꝙ crediderit hoc: & ad hoc ſunt tripliciter moti. Primo ex ratione naturali. Nam ſecundum naturæ curſum neceſſariæ habuit hoc Ioſeph credere. Secũdo ex verbo Matth. j. qui ait, Cum eſſet deſpõſata, &c. vſq;, & nollet eam traducere, ideſt propalare, quod enim manifeſtatur de tenebris ad lucem, traducitur, ſecũdum Catho. ſequitur, Voluit occultè dimittere eam. F Cõſtat autem, ꝙ ſi credebat eam diuinitus concepiſſe, non eſſet vtique iuſtus eam ſine ſui obſequio, & ſolatio relinquendo. Tertio ex verbo Angeli, Matth. vbi ſupra qui ait: Hęc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in ſomnis apparuit ei dicẽs, Ioſeph fili Dauid, &c. Nam hoc non diceret, ſi Ioſeph prius hoc credens ex hac eadem cauſa eam dimittere vellet. Secũdi vero, vt Orige. & alij quidam, volunt ꝙ crediderit eam concepiſſe de Spiritu ſancto, & ꝙ ex multa reuerentia illam fugere volebat, ſicut & Petrus, quando Luc. 5. Dño G ait: Exi a me Domine, quia homo peccator ſum. Et Centurio, quando Matth. 8. inquit, Domine non ſum dignus, &c. Et hi ſiquidem moti ſunt ex euidentia manifeſtiſſima maximæ ſanctitatis & honeſtatis ipſius Virginis, & ex multa ſobrietate & rectitudine iudicij ipſius Ioſeph. Nam & nos videndo aliquem Sanctum, vtpote Paulum, vel Frãciſcum aliquid agere vel dicere, quod ſecũdum communem curſum indecens ſit: non ſtatim contra eum ſentẽtiam fulminamus, quin potius tale iudicium irreuerens, & temerarium æſtimamus. Sed conſtat, ꝙ beata Virgo tranſcendebat omnes alios Sanctos, H & tanta ſanctitas non poterat Ioſeph latere. amplius, ſi ex circunſtantia grauidationis pro altera parte arguere poterat, ita poterat pro iſta ex omnibus alijs inſimul congregatis. Conſtat enim, ꝙ in ea nullũ aliud ſignũ ſiniſtræ opinionis poterat dari, quin potius omnia alia ſigna omnino in cõtrarium erant. Nam nũquam viſa eſt vana, aut diſſoluta & vaga, ſeu inaniter læta: ſed totis viribus omni virorum conſortium, & colloquium, & aſpectum, & omnem curam carnalem corporis ſui fugiebat. Eratq; ſibi auſtera & in Deum & Dei laudes & obſecrationes feruentiſſima, & aſſidua facie, ſtabili,

A ſtabili,matura atque ſerena, in omni verbo veriſſima & diuiniſſima,& in omni actu ſobria & religioſiſſima atque pijſſima. Tertij vero dicunt, ꝙ vir iſte vtraque parte concuſſus,& pro vtraq; parte allegans, neutri parti ſimpliciter adhęrebat, ſed ſtabat méte attonitus & ſuſpenſus. Nam ex vna parte erat fortiſſimum argumentum naturæ, quamuis illud non eſſet ſibi notum, niſi in ſola exteriori tumefactione vteri, aut aliorum conſimilium ſignorum. Ex altera parte pugnabant omnia, quæ ab initio de Virginis ſanctitate viderat & audiuerat,&quę per ſpecialem experiétiam acceperat & gu-
B ſtauerat, ſicut vtique ſancti guſtant & odorãt ſanctam vitam Sanctorum, cum quibus conuiuunt. Et, vt iſti dicunt, hæc erat ei ſumma ratio, quare nolebat eam traducere ſeu manifeſtare. Ex ſtupore ergo vtriuſque partis ſimul ſumptæ,volebat occultè dimittere eam, tãquàm rem ſibi ignotam & ſuũ iudicium tranſcendentem: cum protinus expeditioris conſilij ſit explicari,quàm dubijs implicari: licet infallibiliter neſciam, quid horum fuerit verum, adhęreo tamen magis ſententiæ tertiæ. Si vero de primis duabus oporteret alteram eligere, plus aſ-
C ſentirem primæ propter verba Matt.& Auguſti.quibus ſecunda opinio non plenè ſatisfacit. Sed quæritur, quare Ioſeph permiſſus eſt incidere in hoc dubium? Reuelatio enim ſibi facta poſtmodum, ante poterat ſibi fieri, ſicut & Virgini antequàm conciperet, facta fuit. Ad hoc triplex ratio reddi poteſt. Prima propter maiorem certitudinem, ſecunda propter maiorem confirmationem,tertia propter maiorem exercitationem. Prima propter maiorem certitudinem,ſ.tanti operis,quando etenim audimus,ꝙ vir Mariæ ſic diſcretus,ſapiens atque iuſtus omnia hæc diligenter conſidera-
D uit & vidit: & ſecundum ꝙ rationalis ratio dictat, ſic dubitauit, & tamen poſtmodum ita firmiter credidit,ꝙ & ipſam in coniugé tenuit,& Chriſtum vt filiũ: plus mouemur ad fidem,quàm ſi diceretur,ꝙ ab initio ſimpliciter hoc ſuſcepit, iuxta ſententiam Gregor. qui ait, ꝙ minus Maria mihi præſtitit, quæ cito credidit, quàm Thomas qui diu dubitauit. Secundo propter maiorem confirmationem:prout enim in nobiſipſis plenius experimur, dubitationũ fortium præcedentes motus fortius nos acuut ad veritatis inquiſitionem: & quanto poſtmodũ per manifeſtationem & illuminationé veritatis fortius, & ſenſibilius expelluntur, tanto perſpicatiores & firmiores in ipſa ve- E
ritate efficimur: & quãto plus in noſtra tẽtatione noſtras indigentias & moleſtias,& diuinæ gratiæ neceſſitatem probamus, tanto in nobis humiliores,& Deo &beneficijs eius gratioſiores ſumus,& contra tentationes conſimiles cautiores, & ad cuſtodiam gratiarum nobis impenſarum affectuoſiores & diligentiores exiſtimus:& in hoc ipſo diſcimus compati & mederi his, qui dubitant & vacillant. Tertio propter maioré exercitationem, hoc eſt ad obſeruandũ, & oſtendendum ſimul ordinem gratiæ & prouidentiæ Dei: licet enim Deus primo in no- F
bis initiet ſua dona, non tamen ea perficit & cõſeruat, niſi prius laboribus & tẽtationibus fatigemur, & per tentationũ triũphos gratias conſummatas promereamur. Conſtat enim, ꝙ ipſi Ioſeph gratia ſumma erat effici Virginis ſponſus,& quodammodo Chriſti pater, ac ſemper familiariſſimè cum eis ſtare. Proinde poſt inchoationem huius doni debuit per tentationem exercitari,atque probari, & approbari. Hinc etiã quæri poteſt,quare Maria non reuelauit diuinum ſecretum ipſi Ioſeph? Ad quod dicendum, ꝙ talia non ſunt reuelanda, niſi quantum ſe extendit voluntas Dei: proin- G
de beata Virgo illud tacuit, firmiter tenens, ꝙ ſicut illud ſecretum fuerat reuelatũ beatæ Elizabeth, Luc.j. ſic reuelaretur alijs tẽpore competenti, ſecundum beneplacitum voluntatis Dei. Quæritur etiam, quare Ioſeph hęc non quæſiuit ab ea? dicendum, ꝙ pro nihilo poſtulaſſet: quia ipſi Mariæ pro ſe dicenti minimè crederetur. Et iterum diuina diſpenſatione hoc factum eſt, vt per angelicam reuelationem ipſe Ioſeph ſic certificaretur, ꝙ de cętero nullo modo dubitare poſſet.Poſtquàm igitur ab Angelo cer- H
tificatus eſt, ꝙ conceperat de Spiritu ſancto, humiliori ac reuerentiori modo conuerſabatur cum ſponſa ſua: vnde maior perfectio generabatur in eo. Et ſi nos miſeri ex cohabitatione ſanctorum virorum, qua reſpectu Virginis nihil ſunt, ſæpe tamen proficimus: quantum æſtimandum eſt,hũc cũ ſacra Virgine profeciſſe? Dixerat enim propheta, Cum ſancto ſanctus eris, &c. Tertio habuit obſequioſitatem quantum ad ſedulam adminiſtrationem, ex qua magna perfectio a Ioſeph acquiſita eſt. Et ſi beata Virgo vnum non Aue Maria remuneratione vacuum non remittit: quanta cordiali gratitudine reſpondebat illi, quem cernebat ſic ſolicitè, ſic obſequioſe ac fideliter labo-

A laborare pro nutriendo ipſam, & dilectum filium ſuum? Maximè quoque ponderabat beata Virgo, ꝙ Sanctus iſte pro conſeruanda vita Ieſu, ſe tot periculis exponebat, dũ ſcilicet ipſum duceret, & reduceret de Ægypto in Hieruſalem ad ſolennitates legis, & dum fuit cum eo in alijs varijs locis, qui explicari non poſſent. Vnde omnibus com penſatis, quæ deuota, atque diſcreta mens circa Ioſeph, & Virginem benedictam poteſt rationabiliter contemplari: dicere non audere, ꝙ beata virgo non dilexerit Ioſeph quantum omnem aliam creaturam, vel ſupra. Poſt benedictum fructum ventris ſui B Ieſum: loquor tamen de ſociali amore: nã de charitate illos plus dilexit, qui apud Deum meliores ſunt.

De perfectione, quam acquiſiuit Ioſeph conuerſando cum Domino. Cap. 2.

Secunda gratia. SEcunda gratia ſibi cęlitus data, fuit con uerſationis diuinalis. Et quantũ ad hâc admiranda debuerunt eſſe huius ſancti viri duo, quæ in præcedenti cap. dicta ſunt, ſcilicet cohabitatio, & adminiſtratio in om nibus neceſſitatibus. Non ſolum referri debent ad Virginem: verum etiam ad Ieſum, C cum quo cohabitando, & ei adminiſtrando in omnibus neceſſitatibus ſuis admirandas gratias, & virtutes hic Sanctus adeptus eſt. Quantam perfectionem addere debuit ei hæc tertia, ſcilicet conuerſatio diuinalis, cũ benedictus Ieſus ſe haberet ad eum in exterioribus ſignis reuerenter & obedienter, ſicut ad patrem ſuum, & ipſe non ſolum publicè reputatus eſt, & vocatus pater eius, ſed etiam tenere oportet, ꝙ ſanctus vir publicè habebat ſe ad eum verbo, actu & geſtu, atque cura & imperio, ſicut verus pater ad filium ſuum, & ſimiliter Chriſtus ad eum. Alias apertè innotuiſſet vicinis & D mundo, ꝙ non erat filius eius. In cuius teſtimonium Luc. 2. dicitur, Et erat ſubditus illis, ſcilicet matri, & putatiuo patri. In tribus maximè ſtuduit ſe diligẽter habere Ioſeph in conuerſatione cum Chriſto Ieſu, ex quibus magnam perfectionem adeptus eſt. Nam habuit erga eum, primo reuerendiſſimam puritatem, ſecũdo radioſiſſimam fidelitatem, tertio ardentiſſimam charitatem, id eſt appoſuit omnes vires animæ ſuę. In primo memoriam, in ſecundo intelligentiam, in tertio feruidam voluntatem. Primo habuit erga eum reuerendiſſimam puritatem. Cogita, quanta reuerentia, & quanta puritas mentis, & carnis, & affectus, & ſenſus, erat ſemper neceſſaria ipſi Ioſeph in aſſiduo, atq; immediatiſſimo, & ſecretiſſimo conuictu, colloquio, & a ſpiritu Ieſu vigilantis, dormientis, comedentis prope ipſum, & matre in eodem paruo tuguriolo, ſiue cella, aut in eadem via ſimul itinerantis, & peregrinantis cum illo. Conſidera etiam diligenter, quòd in omnibus infantilibus neceſsitatibus, & alijs noſtræ infirmitatis ſignis, quæ videbat, in bono Ieſu, contemplabatur, atque guſtabat altitudinem diuinæ immenſitatis ad talia pro amore noſtro, pro nobis informandis, in- F flammandis, atque humiliandis multipliciter inclinatam. Quantum putas in his reliquatam animam ſancti ſenis, hæc intuendo oculis carnis, quando & ſaxea corda noſtra iſta meditando videntur deficere præ ſuauitate dulcoris, & amoris, atque ſummæ dignationis Dei? Dulcius enim menti deuotæ ſapit, quòd altiſsimus Deus inclinari ad paruulitatem noſtram voluit, & in præſepio reclinari ad noſtram infirmitatem releuandam, & ſanctis oculis ſuis deflere noſtram calamitatem, quàm quòd miracula potentiæ voluit facere mortuos ſuſcitando, vel etiam quòd voluerit naturam producere Angelorum, ſuam in- G firmitatem manifeſtando. Vtrunque tamen æquali bonitate perfecit, ſed magis ſapiunt nobis ſuæ viſcera charitatis. Secundo habuit erga Ieſum radioſiſsimam fidelitatem. Conſidera, quanta relucentia, atque luminoſa fide ſatagebat ad ſemper dignè tractanda, & contuenda infantilia membra Chriſti, & omnes eius neceſsitates, & nuditates, & tandem cum fuit adultus omnia eius opera, actus, nutus, & verba. Stupebat ſiquidem ruminando corde, & oculis intuendo, quòd filius Dei ſe fecerat filium ſuum, & elegerat eum ad il- H lum nutriendum, baiulandum, regendum, & conſeruandum in neceſsitatibus vitæ ſuæ mortalis. Tertio habuit erga Chriſtum ardentiſsimam charitatem. Quis deneget, obſecro, quòd ipſi tenenti Chriſtum in brachijs tanquàm pater, & balbutienti, aut confabulanti cum ipſo vt pater, Chriſtus, ſiue infans, ſeu adultus, nõ ingereret, & imprimeret ineffabiles ſenſus, atque iucunditates de ſemetipſo, & hoc cooperante exterius gratia Chriſti cum filiali aſpectu, afflatu, atque amplexu? O quanta dulcia oſcula ab ipſo recepit, o quanta dulcedine audiebat balbutientem paruulum, ſe

A ſe patrem vocare, & quãta ſuauitate ſentiebat ſe dulciter amplexari. Conſidera etiã, cum quanta compaſſione in itineribus, quę fecerunt, paruulum Ieſum ex labore laſſatum, cum grãdiuſculus eſſet in ſuo gremio requieſcere faciebat: q̃a omni amore trãſformatiuo ferebatur in eum, vt in dulciſſimum filium ſibi in coniuge ſua Virgine per Spiritum ſanctum datum. Ideo prudentiſſima mater ſua, quæ experta fuerat eius affectum, ad filium ſuum Ieſum dilecto filio in templo reinuento ait, Lu. 2. Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Ad huius verbi in- B tellectum notandum eſt, ꝙ duo ſaporum genera continet in ſe Chriſtus. Primus eſt dulcoris, ſecundus eſt doloris. Primus eſt dulcoris, & hunc per experientiam ſenſiſſe oſtendit beata Virgo, cum ait, Fili, quid feciſti nobis ſic? Nuſquàm profectò legitur in ſcriptura, Virginem vocaſſe Ieſum filiũ, niſi in hoc loco. Filius enim a filos, ꝙ eſt amor, denominatur. In ore ſiquidẽ matris guſtum prętendit cordialiſſimi dulcoris, & maximè quando eſt talis, qualis eſt filiatio Dei. Profectò dulcius amoris verbum proferre non potuit, quàm hoc, cum ait, Fili. C Et admiranter ſubdit, quid feciſti nobis ſic? Secundus eſt ſapor doloris, ſeu amaritudinis ſummæ, quem explicat pia mater, cum ſubdit, Ecce pater tuus, & ego. do. q. te. Et quia ſanctiſſimus Ioſeph horum duorũ guſtuum mirabiliter particeps fuit: ideo beata virgo vocat eum ſingulariter patrẽ Chriſti. Vbi notanter aduertendum, ꝙ hic ſolũ legitur Virginem Ioſeph appellaſſe patrem Ieſu: quia ſenſus doloris, quem habuit de Ieſu perdito, verum in eo mõſtrauit patris affectum. Si enim ſecundum humanas leges diuinitus approbatas poteſt extraneus aliquem adoptare in filium, multo magis Dei filius datus ipſi Ioſeph in ſua ſanctiſſi- D ma ſponſa ſub virginalis matrimonij admirabili ſacramento debet eius filius appellari, & etiam credi, quòd in eo fuerit guſtus paternalis amoris, atque doloris reſpectu dilecti Ieſu. Conſidera igitur, ꝙ ſi nos per euidentiam experimur, ꝙ vix poteſt quis ſaltem longo tempore fuiſſe ſocius magnorum Sanctorum, vtpote ſancti Pauli, vel Franciſci: quoniam ab ipſis, & cum ipſis miras illuminationes, & inflammationes, atque conſolationes Dei receperit: quantomagis credendum eſt, ꝙ ſanctiſſimus iſte vir in tanto tempore, quanto fuit cũ Chriſto, & matre eius? & hoc ſicut pater, atque nutritius Chriſti, & ſicut legitimus Virginis ſponſus, & pro eis, & cum eis labores, atque peregrinationes die noctuque ſuſtinens, miras illuminationes, & conſolationes ex iſtis adeptus eſt. E

Quòd ſoli Ioſeph a Deo natus eſt Chriſtus, qui antiquis patribus extiterat repromiſſus. Cap. 3.

Tertia gratia iſti ſancto ſeni diuinitus data fuit conuerſationis ſpecialis. Nam ſi compares eum ad totam ecclesiam Chriſti: Nõne iſte eſt homo electus, & ſpecialis, per quem & ſub quo Chriſtus eſt ordinatè, & honeſtè introductus in mundum? Si ergo Virgini matri tota eccleſia ſancta debitrix eſt, quia per eam Chriſtũ ſuſcipere digna facta eſt: ſic profectò poſt eam huic debet gratiam, & reuerentiam ſingularem. Ipſe enim eſt clauis veteris teſtamenti, in qua patriarchalis, & prophetalis dignitas promiſſum conſequitur fructum. Porrò hic eſt ſolus, qui corporaliter poſſedit, ꝙ eis diuina dignatio repromiſit. Meritò igitur figuratur per illum Patriarchã Ioſeph, qui populis frumenta ſeruauit, Gen. 41. Sed & hic illum præcellit, quia non ſolum Ægyptijs panem corporalis vitæ: ſed omnibus electis panem de cœlo, qui cœleſtem vitam tribuit, cum multa ſolertia enutriuit. Licet autem quo tempore mortuus fuerit non legatur in ſacro textu: tamen probabiliter creditur, ꝙ defunctus eſt ante Dominicam paſſionem. Non enim abſens fuiſſet a Dominica cruce, ſi extitiſſet viuus: & ipſo viuente nõ oportuiſſet ſacram Virginem alteri recommendari per Chriſtum, dum moreretur in cruce: forte etiam mortuus fuit ante Chriſti baptiſmum, quia ex tunc nulla de eo in Euangelio mentio facta eſt, niſi ꝙ Chriſto improperabant fuiſſe filium fabri, cum Matth. 13. dicebant, Nõne hic eſt filius fabri? Piè igitur credendũ eſt, ꝙ in obitu ſuo præſens fuerit pius Ieſus Chriſtus, & ſacratiſſima Virgo ſponſa ſua. Quantas putas exhortationes, conſolationis, promiſſiones, illuminationes, inflammationes, & æternorum bonorum reuelationes recepit in tranſitu ſuo a ſanctiſſima ſponſa ſua, & a dulciſſimo filio Dei Ieſu, relinquo deuotæ menti contemplandum, vel conſiderandum. Voluit enim Deus ipſum mori ante Dominicam paſſionem maximè propter Duo. Primo, ne in mortę

Tertia gratia. F G H

Chriſti

A Chriſti immenſo dolore cruciaretur: ſecũdo, vt priuilegium fidei ſolum in tempore paſſionis in Virgine remaneret. Denique licet tantæ fuerit dignitatis, & gratiæ iſte Sanctus, ꝙ æternus pater eius primatus ſimilitudinem ſibi liberaliſſimè ſuper incarnatum filium condonauit: tamen ſancta eccleſia non multum ſolennitatem eius ordinauit. Primo, quia ad limbum deſcendit, & ad vetus pertinet teſtamentum: ſecũdo propter vitandum ſcandalum hæreticorũ, vnde nec nominant eum patrem, niſi cum determinatione, ſcilicet putatiuum.

B ARTICVLVS TERTIVS.

De præmio gloriæ, quòd ſanctus Ioſeph in anima, & corpore adeptus eſt.

Tertius ſtatus huius Sancti viri.

TErtio in verbo præallegato deſcribitur huius ſancti viri ſtatus gloriæ. In quo exprimitur ſublimitas glorificationis, cum in fine concludit, Intra in gaudium Domini tui. profectò dubitandũ non eſt, ꝙ Chriſtus familiaritatem, reuerẽtiam, atque ſublimiſſimam dignitatem, quam ſibi exibuit, dum ageret in humanis, tanquã filius patri ſuo in cœlis vtique nõ negauit, C quin potius compleuit, & conſummauit. Vnde non immeritò in verbo propoſito a Domino ſubinfertur, Intra in gaudium Domini tui. Vnde licet gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere, Intra in gaudium. Vt myſticè innuatur, quòd gaudium illud non ſolum in eo eſt intra, ſed vndique illum circundans, & abſorbens, & ipſum velut abyſſus infinita ſubmergẽs. Piè quidem credendum eſt, non tamen aſſerendum, ꝙ pijſſimus filius Dei Ieſus pari priuilegio decorauit ſuum putatiuum patrem, ſicut ſuã ſanctiſſimam matrem: vt ſicut illam aſſum- D pſit in cœlum in corpore, & anima glorioſam: ſic etiam in die reſurrectionis ſuæ ſanctiſſimum Ioſeph in gloria reſurrectionis ſecum: vt ſicut illa ſancta familia, ſcilicet Chriſtus, Virgo, & Ioſeph in laborioſa vita, & amoroſa gratia ſimul vixerunt in terris: ſic in amoroſa gloria nunc, & corpore, & anima regnat in cęlis, iuxta regulã Apoſtoli 2. Corinth. 1. Sicut ſocij paſſionũ eſtis, ſic eritis & conſolationis. ſcriptũ eſt enim, Matth. 27. Multa corpora Sanctorum ſurrexerunt, qui dormierant, id eſt obierant, ſecundum enim Hierony. hoc factum fuit Domino reſurgente: quia Dominus fuit primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, vt dicitur Apoc. 1. E Hic nihilominus enarratur per anticipationem, vt oſtendatur, quòd virtute, & merito paſſionis eius hoc extitit factum. Surrexerunt inquàm cum Chriſto tanquàm teſtes reſurrectionis eius, Et hoc Matth. apertè ſubdit, cum ait, Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Inter quos ſuſcitatos piè credendum eſt, ꝙ fuerit ſanctiſſimus iſte vir. *Quæſtio.* Quærit Remigius, quid factum eſt de his, qui ſurrexerunt cum Chriſto? *Solutio.* Et reſpondet, quòd omnino credendum eſt, ꝙ poſtea nõ abierunt, ſed cum F Chriſto ad cœlum aſcendente pariter aſcẽderunt, & hoc rectè conſonat rationi. Primo reſpectu Chriſti, ſecundo reſpectu facti. Primo inquàm reſpectu Chriſti, quia conſonat Chriſti potentiæ, & gloriæ, ac teſtificationi reſurrectionis, tam ſuæ iam factæ, quàm noſtræ futuræ, ſcilicet ne poſſit credi, ꝙ ſolus ipſe tanquàm Deus reſurgat, & non ſui electi. Nam teſte Apoſtolo 1. Corint. 15. c. Omnes quidem reſurgemus. Secundo reſpectu facti, quia quantum ex parte cuiuſlibet animæ beatæ reſpectu ſui corporis reſurrectio non defertur, ſed ſo- G lum vt opus tam ſolenne fiat cum quadam maiori ſolennitate, & vnitate, & quaſi nobiliori ordine temporis, & aliarum circunſtantiarũ. Proinde Apoſtolus 11. ad Hebr. de Sanctis inquit, Hi non acceperunt repromiſſionem, ſcilicet gloriæ ſempiternæ, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur, ſcilicet in gloria cum corporibus ſuis. Si igitur ex cauſa rationabili, & ex priuilegio ſingulari accelerata fit in iſto Sancto, & in quibuſdam alijs reſurrectio in corpore, & in anima iam completa, nulla ordinis perturbatio eſt, immo potius conſonum rationi. Decet enim communia ſic in ſuo ordine H conſeruari, ꝙ nihilominus priuilegia magni regis habeant locum, memento igitur noſtri, beate Ioſeph, & tuæ orationis ſuffragio apud tuum putatiuum filium intercede: ſed & beatiſſimã Virginem ſponſam tuam nobis propitiam redde, quæ mater eſt eius, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit, & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DO-

A

DOMINICA in Quinquageſima.

Quia legitur de hiſtoria Abrahæ: ideo de illius ſacrificio diſſeremus.

De nõie Abrahæ.

SI filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, Ioã.8. Adhibete huc aures, qui acceſſiſtis audire ſermonem, qui fideles vos eſſe creditis, & conſide-
B rate diligentius, quemadmodum fidelium fides probatur ex his, quæ hodie prædicabuntur vobis. Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham Abraham: At ille reſpondit, adſum. Obſeruate ſingula, quæ ſcripta ſunt. In ſingulis enim ſi quis ſcit in altum fodere, inuenit theſaurum. Et fortaſſis etiam vbi non æſtimatur, latent myſteriorum pretioſa monilia. Abraham vocabatur vir iſte prius, & nuſquàm legimus, ꝙ hoc nomine eum vocauerit Deus, aut dixerit ad eum, Abraham Abraham. Non enim poterat vocari a Deo nomine delendo, ſed vocat eum hoc nomine, quod ipſe donauit. Et non ſolum vocat hoc nomine, ſed etiam
C ingeminat. Iam incipiunt myſteria. Profectò tentare, eſt experimentum ſumere de eo, quod ignotum eſt. Deus enim cum lucidè omnia noſcat, non tentat, vt ſumat experimentum de his, quæ ignota ſunt ei, ſed vt alijs per experientiam innoteſcat, quod ipſi ignorāt: ſic igitur tentauit Deus Abrahā, præcipiens ei, ꝙ immolaret dilectum filium ſuum Iſaac, vt in exemplum innoteſceret alijs, obedientia eſt. Vt omnes parentes diſcant, quantum præponenda ſit obedientia Dei filiorum dilectioni. proinde in propoſito verbo omnibus parentibus Dominus
D ait. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, ideſt. Si verè Dei fideles cum Abrahā eſtis, imitemini Abraham in filiorum amore, illis præponentes obedientiam eius. Circa igitur hanc obedientiam Dei tria myſteria in textu. Gen.22. per ordinem contemplemur. Primum eſt myſterium præceptionis, ſecundum eſt myſterium præparationis, tertium eſt myſterium executionis.

ARTICVLVS PRIMVS. E

Quomodo præcepit Dominus Abrahæ immolare filium ſuum Iſaac.

PRimo contemplemur myſterium præceptionis, ideſt præceptum, quod quidē Abrahæ dedit Deus de filio immolando. Ait etenim illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atq; offer ibi eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. In quibus myſticis verbis ſeptem tentationes, vel probationes, ſeu experimenta continentur F de hoc præcepto Dei, quæ oſtendunt ſtupēdam fidei firmitatem, quæ fuit in Abraham. Eſt enim probatio, prima ſeparationis, ſecunda promiſſionis vel generationis, tertia perfectionis, quarta conſolationis, quinta dilationis, ſexta combuſtionis, ſeptima preuiſionis.

Prima tentatio. Cap. 1.

PRima eſt probatio ſeparationis, ſ. ſi ex ſui obedientia re ſibi dilectiſſima, atque dulciſſima patienter carere vellet, videlicet vnico filio ſuo. Propterea ait illi: Tolle filiū tuū, G non ſeruum, nō alienum ad occidendum. Nominat enim illi filium: nam filius dicitur à filios, ꝙ eſt amor, quaſi dicat. Separa a te per mortem amorē tuum, filiū tuū, animā tuā, ſpem & vitā tuā. Nā licet Iſmael eſſet filius eius: tamen Gen.21. dixerat ei Deus, In Iſaac vocabitur tibi ſemen, & ad Gal.4. c. Apoſtolus ait. Scriptum eſt, quoniā Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera: ſed qui de ancilla, ſecundū carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem. Hæc repromiſſio erat, ꝙ H in ſemine ſuo benedicerētur omnes gētes. Vnde ſi ille occidebatur, tota ſpes promiſſionis fruſtrabatur: ac per conſequens ſpes ſaluationis humani generis, atque ſui annihilabatur.

Secunda tentatio. Cap. 2.

SEcūda eſt probatio generationis, quia diuino munere datus, & miraculoſe conceptus, ſ. ex vxore vetula, atq; ſterili, cū & ipſe iam cētenarius eſſet, vt patet Gen.21. Et de hoc ſubdit, vnigenitum. Nō de multis vnum, quia de vxore libera alium non

A non habebat,quaſi dicat vnum, qui ſit omnes. Aſcenderat enim animus eius in amorem filij non ſolum poſteritatis gratia, ſed & promiſſionis ſpe, ſcilicet ſalutis ſuæ, & omnium ſaluandorum. Sed hunc, in quo ei magnæ, & mirabiles promiſſiones poſitæ ſunt. Hunc inquàm filium, in quo vocatum eſt nomen eius Abraham, ideſt pater multarum gentium, holocauſtum Domino iubetur offerre.

Tertia tentatio. Cap. 3.

B Tertia eſt probatio pfectionis, Amor naturalis patris ad filium, ſicut iunctus vitio deterioratur, ſic iunctus virtutibus perfectionatur. Porrò perfectio patris, & filij miram in patre cordis anguſtiæ præſtabat occaſionem. Nam pater tâtæ perfectionis erat, ꝙ in ſemine ſuo promiſerat ei Deus ſaluare humanū genus. Puer vero innocens erat, virtuoſus, angelicus, atque ſanctus. Vnde Ioſephus ait, ꝙ tâtæ gratiæ erat, ꝙ ad fauorem ſuum parentes ſuos potius prouocabat, eo ꝙ in omni virtute ſtuderet, & parētum haberet ſolicitudinem & affectum circa Dei religionē. vnde propter hæc omnia ipſum intimè diligebat. Et C de hoc ſubditur, quem diligis, ſcilicet ſpeciali & cordiali dilectione, & ſuper omnes alias creaturas. Mira tentatio Dei. Dixerat enim, tolle filium tuum, nec ſuffecit ei, ſed addidit, vnigenitū. Eſto ad hoc quid adhuc addis Domine, quem diligis? Sed vide tentationis pondus. Caris & dulcibus appellationibus iterum ac ſæpe repetitis paterni ſuſcitantur affectus, vt amoris euigilante memoria, ad immolandum filium paterna dextera retardet, & aduerſum fidem animi tota carnis malitia repugnaret.

D *Quarta tentatio. Cap. 4.*

Quarta eſt probatio conſolationis. Nam ipſe erat ſolatium matris ſuæ, quod notatur cum ſubditur, Iſaac, quod interpretatur riſus. Dixit.n. mater, Gen. 21. eo iam diuinitus ſibi dato, riſum fecit mihi Deus, & quiſq; audierit, corridebit mihi. Quid enim dixiſſet mater Iſaac, ſi Abraham poſt immolationem filij rediſſet domum, ac dixiſſet ei: Vxor mea, immolaui, ideſt combuſſi filium tuūm? Quāto quęſo dolorę ſauciatam ex hoc vidiſſet matrē? Proinde non tantum duriſſimum eſſe debebat Abrahæ ſi mori filium ſuum propter ſed etiam propter cruciatum vxoris, quàm E cordialialiſſimè diligebat. Quòd porrò maximè accidiſſet, ſi ipſam contingeret audire, quòd ipſe pater manibus ſuis filium tam gratioſum, tamq; dilectum, & eis diuinitus ſibi datum, filium vnicum, & ſpem vnicam matris ſuæ, puerum vtique iuſtum & innocentem interemiſſet, & combuſſiſſet. Secūdum enim Hebræos, vt refert Nico. de Lira ſuperioribus verbis. Plures reuelationes ſunt factæ, atque plura præcepta data ipſi Abrahæ. Nam primo ait ei Dominus, Tolle filium tuum. At ipſe reſpondit, Paratus F ſum obedire, ſed duos habeo filios: de quo intelligitur præceptum tuum. At Dominus ſecundo ait vnigenitum: ipſo autē reſpondente, quilibet eſt vnigenitus matris ſuæ: Dominus tertio addit, quem diligis. Et illo reſpondente, vtrunq; diligo. Dñs quarto ſubdit, Iſaac. Et factum eſt hoc vt Hebræi dicunt, vt ex pluribus reſponſionibus ad obediēdum maiorem haberet mercedem. Doctores autem noſtri dicunt, ꝙ totū vnicum fuit præceptum ſimul datum, vt ſimul & ſubito omnia proponerentur: quæ poſſent ipſum trahere ad præcepti impletionem, vt per hoc amplius appareret obedientia eius.

Pura præcepta dat Deus Abrahę.

Quinta tentatio. Cap. 5. G

Quinta eſt probatio dilationis, ſ. tam tēporis, q̃ ēt loci: quia voluit Dñs ꝙ duceret dilectum filiū per triduū ad immolationis locū. Et de hoc ſubdit, Et vade in terram viſionis, i. in mōtem iuxta Hieruſalem: quia. ſ. altus erat reſpectu aliarum partiū terrę promiſſionis: & ideo inde poterat videri terra in circuitu. Ille autem mons demum eſt additus ciuitati, & in illo poſtea ædificatum eſt templum tēpore Salomonis, vt habetur 2. Parali. 3. ſecundum Nico. de Lira. Ex hac igitur H dilatione cauſa doloris augmentabatur in Abraham. Si enim Deus præcepiſſet ex inſperato filium immolari, quodammodo tolerabilius extitiſſet. Vnde glo. ſuper hunc locū ait: Non eſt Abrahā iuſſus ſtatim occidere filium ſuū, ſed per triduum ducere ad immolationis locum: vt longitudine tēporis tentatio augeretur, & creſcentibus curis paterna viſcera cruciarentur. Cum autem hoc tam prolixo ſpatio pater filium intuetetur, cibum cum eo ſumit, tot noctibus pendet in amplexibus patris, cubat in gremio, & per ſingula momenta in paterno

A amplexu dolor occidendi filium cumulatur. Stupendum ſiquidem eſt, quòd pater tam dilecti filij virtuoſi, gratioſi, & amoroſi: viſu, colloquio, ſocietate, atque dulcedine a dato ſibi præcepto non ſaltem retardaretur. Intuemini per ſingula, quomodo fiunt tentationis augmenta. Ait enim. Vade in terram viſionis, ideſt in locum, qui poſſit a longe circunquaque videri. Nunquid non poterat duci prius Abraham cum puero ad illam terram excelſam, & imponi prius in montem quemcunque elegerat Deus, & ibi ad eum dici, vt offerret filium ſuum? Sed prius dixit ei, Vade in terram B viſionis. Quomodo hic ſpectat, vt dum ambulat, dum iter agit, per totam viam cogitationibus diſcrepat, vt hinc perurgente præcepto, hinc vero vnici affectu obluctante intimè crucietur, vt in hoc ſpatium certaminis accipiant affectus, & fides: amor Dei, & amor carnis præſentium gratia, & expectatio futurorum.

Sexta tentatio. Cap. 6.

SExta eſt probatio combuſtionis. Præceptum eſt enim ei, q̃ illum occideret C ipſemet. Minor quippe patri fuiſſet dolor, ſi alius occidiſſet eum. Præcepit inſuper, q̃ coram oculis ſuis interficeret eum. Leuius enim portatur mors filij, ſi in patris vel matris abſentia trucidatur, quàm ſi in eorum præſentia fiat. Propterea paſſio matris Dei doloroſior fuit, quia morti filij ſui præſens erat. Vnde Ioan. 19. c. Stabat autẽ iuxta crucem, Ieſu mater eius. Proinde Simeon, Luc. 2. cap. ait, Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Voluit quoque, quòd non ſolum ipſe coram oculis ſuis, ſed & propria manu, non per alium occideret eum. Minor enim dolor fuiſſet, quòd ſal- D tem per alium occidiſſet. Proinde Dominus ſubdit. Atque offer ibi in holocauſtum. Ex quo patet, quòd non ſolum præcepit, q̃ illum per ſeipſum (vt dictum eſt) occideret: ſed quòd per ſeipſum, & non per alium coram oculis ſuis, non in abſentia ſui combureret eum. Nõ partem, ſed totum. propterea dicit, In holocauſtum: quod erat ſacrificium, quod totum comburebatur, incendebatur, & cremabatur. Inſuper voluit Deus, quòd non ſolum non parceret viuo: inſuper quòd non parceret mortuo, vt nihil remaneret memoriale: nec etiam os, vel puluis ad ſolatium patris: ſed tantum cineres, qui etiam ſtatim per flatum venti diſpergerentur. Ecce tentatio, & probatio E magna. Grauior quoque hæc tentatio erat, quia aliqua præcepti neceſſitas, vel vtilitas minimè apparebat. Quæ enim vtilitas, ſeu neceſſitas occidere innocentem? Damnum apparebat vtique manifeſtum, & ſumma crudelitas videbatur. Præterea quomodo poterat excuſare eum auctoritas ſummi Dei præcipientis, quando nullus aderat futurus teſtis? Nec quoque a mundo crederetur ei in apparentia tanti ſceleris, & tam crudelis facinoris, ſi dixiſſet hoc ſibi Dominum præcepiſſe. Amplius, non enim præceſſerat in aliquo antiquorum, atq; ſanctorum patrum aliquod huiuſmodi obedientiæ exemplum conſimile: quia ſi præceſſiſſet, apud ſe & mundum præſtaſſet vtique aliquod excuſationis velamen. Ex his F omnibus patet, q̃ in conſpectu omnium, ad quorum notitiam hoc perueniſſet, terribile ſcandalum generaſſet.

Septima tentatio. Cap. 7.

SEptima eſt probatio præuiſionis, quia ante oculos per longum ſpatium præuidebat locum, in quo tam amoroſum filium proprijs manibus immolare, atque G comburere tenebatur: proinde veriſimiliter credendum eſt, q̃ omnes ſeptem probationes, ſeu probabiles rationes cum connexibus ſuis, dum iter perageret ad perficiendum Dei præceptum, tanquàm prouidus mente diſcutiebat, atque prudenter meditabatur. Quemadmodum qui videret in altiſſimo monte erectum patibulum ſeu furcas, in quibus ſuſpẽdi deberet dilectiſſimus filius ſuus: & de hoc Dominus ſubdit, Super vnum montium, quem monſtrauero tibi. Quid tu ad hæc o Abraham? Quæ & quales cogitationes mouẽtur in corde tuo? Prolata eſt vox a Deo, quæ diſcutiat, & probet fidem tuam. Quid ad hæc dicis? quid H cogitas? quid retractas? Putas ne reuoluens in corde tuo, quia ſi in Iſaac data eſt mihi repromiſſio, hunc autem offero holocauſtum, ſupereſt vt non ſperetur vlla promiſſio? Aut magis illa cogitas, & dicis, quia impoſſibile eſt mẽtiri eum, qui repromiſit quicquid illud fuerit promiſſio permanebit?

ARTI-

A **Articvlvs Secvndvs.**

Quomodo Abraham ſe præparauit ad immolandum filium ſuum Iſaac.

Secundū myſteriū.

SEcundo cōtemplemur myſterium præparationis, ſcilicet quomodo Abrahā ſe præparauit ad executionē præcepti Dei. Et de hoc ſequit̄ in textu. Igitur Abraham de nocte cōſurgens ſtrauit aſinū ſuū, ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum. Cūq; cōcidiſſet ligna in holocauſtū, abijt ad locum quem præceperat ei Deus: B Die autem tertio eleuatis oculis vidit locū procul, dixitq; ad pueros. Expectate huc cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenduntur ſeptem ſtupenda ſigna veræ ac fideliſſimæ obedientię Abrahę ad pręceptum Dei. Nam obediuit primo ſimpliciter, ſecundo libenter, tertio velociter, quarto fideliter, quinto ſtabiliter, ſexto viriliter, ſeptimo indeſinenter.

Quomodo Abraham obediuit ſimpliciter. Cap. 1.

C PRimo enim obediuit ſimpliciter. Nam de præcepto tam difficili, immo horribili nō ſe excuſauit, vt de eo dici poſſit a Deo propheticum illud, In auditu auris obediuit mihi. Non etiam deliberauit, vt manifeſtè oſtendat vno eodemq; momento proceſſiſſe, & imperātis imperiū, & obediētis obſequiū. Non.n. quęſiuit a Dño, cur hoc pręcipiebat. Nam ſm Ber. ad fratres de monte Dei, Perfecta obedientia maximè in incipiente indiſcreta eſt, hoc eſt non diſcernere, quid vel quare præcipiatur, ſed tantum ad hoc niti, vt fideliter, & humiliter fiat, quod a maiore D præcipitur: ſic & iſte fecit.

Quomodo Abraham obediuit libenter. Cap. 2.

SEcundo obediuit libenter ſeu volenter, voluntatem præcipientis faciēs, nō ſuā. Nam, vt Aug. 4. confeſſio. ait: Optimus tuus miniſter eſt, qui non magis intuetur a te audire, quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle, quod a te audierit. Exemplo Domini, qui Io. 4. c. ait. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me. q. dicerer illud. j. Reg. 3. Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. E Cauſam quippe pręcepti tam inſoliti non quæſiuit, ſicut faciūt quidam religioſi imitantes diabolum, qui Gen. 3. c. Æue inquit: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno?

Quomodo Abraham obediuit velociter. Cap. 3.

TErtio obediuit velociter. Non enim procraſtinauit exequi mandatū Dei. Vnde ſubditur i ipſo textu. Igit̄ Abraham de nocte conſurgens, ſcilicet feſtinanter, F vt adimpleret mandatum Dei, nec expectauit diem. Nam de nocte factum fuit ſibi præceptum, quia tunc communius, & conuenientius diuinæ reuelationes fiūt ſedatis exterioribus motibus, atque curis. Multum ſiquidem gratum ſolet eſſe nō tātum Deo, ſed etiam principibus mundi, cū præcepta eorum velociter adimplerentur. Proinde Prouerbio. 22. ſcriptum eſt: Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram regibus ſtabit. Ad literam quoque feſtinauit in nocte, ne videretur, & impediretur.

Quomodo Abraham obediuit fideliter. Cap. 4. G

QVarto obediuit fideliter. Nam de re tam ardua nullum conſilium requiſiuit, tantum de Domino cōfiſus eſt. Proinde ad Gal. 3. c. Apoſto. ait. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Et in laudem eius ſubdit. Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ. Prouidens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes Deus, pręnunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraham. Eccl. quoque H 44. c. iterum de illo ait. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo, in carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis.

Quomodo Abraham obediuit ſtabiliter. Cap. 5.

QVinto obediuit ſtabiliter. Nā quod ei a Deo præceptum erat, nulli reuelauit: nec alij communicauit, ne fortè prohiberetur ſeu impediretur parere Deo. Vnde 22. q. 2. in c. pro-

A phetauit: Ambroſius ait: Prophetauit, quod ignorabat ipſe ſolus, proponebat redire immolato filio: ſed Dominus per os eius locutus eſt, quod parabat. Captioſè autem loquebatur cum ſeruulis, ne cognito negotio aut impediret eum aliquis, aut gemitu obſtreperet, aut fletu. Hoc quidem eſt contra obedientias reuelantes, quæ non complacent eis, & procurãtes eas reuocari per ſeculares. Si igitur Abraham aliquod horũ quinque præcedẽtium egiſſet, forſitan meritum perdidiſſet: quia Dominus dixiſſet ei, Nolebam ꝙ faceres hoc: ſed ad probãdum te hoc dixi. Vnde 22.q.2.in cap. non enim.
B Ambro. inquit: Non enim volebat Deus a patre immolari filium, nec impleri hoc munus, qui ouem pro filio immolandam obtulit, ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio. Et ſequitur, quod Dominus dixiſſet ei. Affectum tuum inquiſiui, non factum exegi, tentaui mentem tuã. Si etiam filio dilectiſſimo non parceres propter me, non auſero quod ipſe donaui, nec hæredem inuideo quem largitus ſum non habenti. Hęc ille.

Quomodo Abraham obediuit viriliter. Cap. 6.

C Sexto obediuit viriliter, quod patet ſi cõſideretur quod ſequitur. Strauit aſinum ſuum, ſcilicet ad portãdum ligna, quæ in ſacrificio holocauſti neceſſaria erãt. Et notanter inquit, ſtrauit, ſcilicet ipſemet, nec expectauit, ꝙ ſurgeret ſeruus ſuus, tanto feruore anhelabat implere mandatum Dei. Ducens ſecum Duos iuuenes, qui ſm Hebr. fuerunt Iſmael, & Elyezer. Et tamen nec ipſis, nec vxori ſuæ reuelauit præceptũ, ne impediretur ab eis. Sequitur, & Iſaac fi-
D lium ſuum. Cunque concidiſſet ligna, ſcilicet in itinere in holocauſtis, abijt ad locum quem præceperat illi Deus.

Quomodo Abraham obediuit indeſinenter. Cap. 7.

Septimo obediuit indeſinenter. Nam omne aliud impedimentum, quod obedientiam impedire, vel ab obedientia remouere poterat, ſolicitè a ſe ſeparauit. vnde ſubditur. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul, ſecundum Nico. de Lira. Locus vnde receſſit Berſabee, non erat ita longe a monte Moria, vbi filium debuit immolare, quin debuiſſet illuc venire in ſpatio breuiori: quia non diſtat, niſi per E
viginti leucas, hoc eſt per trecẽta milliaria vel ducenta. Sed ideo a Domino hæc dilatio facta eſt, vt omnibus appareret, ꝙ Abraham in hoc facto non fuit leuitate motus, ſed ex diuina deliberatione, vt clarius eluceſcat obedientia eius. Dixitq; ad pueros. Expectate hic cum aſino. Timebat enim, ne impedirent obedientiam eius, ſi præſentes eſſent. Ego & puer, ſcilicet Iſaac. Illucuſq; properantes poſtquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Dic mihi Abraham, verè dicis ad pueros, quòd adorares, & cum puero redeas, an fallis? Si verum dicis, er- F
go cum non facies holocauſtum. ſi fallis, tantum Patriarcham non decet fallere. Quid ergo animi iſte indicat ſermo? Verum, inquit, dico & holocauſtum offero puerum. Idcirco eum, & ligna mecum porto, & cũ ipſo redeo a vos. Credo enim & fides mea eſt hęc, quòd & a mortuis eum ſuſcitare potens eſt Deus. Hæc ſecundum Origenem. Nico. vero de Lira ait, ꝙ hoc propheticè dicit. Non tamen aduertens, quod diceret. Non tamen intelligebat, ꝙ Iſaac reuerteretur cum eo. Proinde non fuit propriè & perfectè prophetia, & id nõ fuit perfectè propheticè dictum. Nam ad hoc requiritur intelligentia dicti. Nam G
Dan.4.cap. ſcriptum eſt, intelligentia opus eſt in viſione. Sed large dicta eſt prophetia, quia Spiritu ſancto mouente protulit verba illa.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quomodo Abraham præceptum Dei executioni mandauit.

Tertio cõtemplemur myſterium executionis. Et de hoc in textu ſubditur. Tulit quoque ligna holocauſti, H *Tertium myſteriũ.*
& impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Ipſe vero portabat in manibus ignẽ, & gladiũ. Cunque duo pergerent ſimul, dicit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis fili mi. Ecce, inquit, ignis & ligna, vbi eſt victima holocauſti? dicit Abrahã: Dominus prouidebit victimas holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntq; ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit. Cunq; colligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum: extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret. filium

A filium ſuum. Et ecce Angelus Domini de cęlo clamauit, Abraham Abraham. Qui reſpondit, adſum. Dixitq́; ei: Nō extēdas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquàm. Nunc cognoui ꝙ timeas Dominum, & nō pepercisti filio tuo propter me. In quibus ſacratiſſimis verbis huius executionis ſeptem ordinatè ſubiunguntur proceſſus. Primus inſtrumentorum mortis deportatio, ſecundus de victima interrogatio, tertius altaris ædificatio, quartus Iſaac ligatio, quintus gladij vibratio, ſextus præcepti reuocatio, ſeptimus fidelis commendatio.

Septem proceſſus executionis Abrahæ.

Prima mandati executio. Cap. 1.

B

Primus proceſſus eſt inſtrumentorum mortis deportatio. Mira profectò Abrahę fides, & ad obediēdum Deo prompta volūtas. Porrò in omnibus Deo placet, qui hanc habet, ſemperq́; Deus animæ multiplicat gratias, quæ eā ſeruat. Vnde Greg. ait: Non eſt manus vacua a munere, ſi arca cordis plena fuerit bona voluntate. Vt ergo Abraham pareret imperanti, eo ſolo conſilio remanente, tulit quoq; ligna holocauſti, ſcilicet de dorſo aſini: & impoſuit ſuper Iſaac filiū ſuum. In figura Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vt dicitur Ioā. 19. Baiulans ſibi Crucē, exiuit in eū, qui dicitur Caluariæ locus, vbi & crucifixus eſt. Ipſe vero portabat in ma-
C nibus ignem, ſcilicet ad filium comburendum: & in omnibus his tētatio cumulatur. Moraliter enim in his duobus duo, quæ in perfecta obedientia requiruntur, notari poſſunt, ſcilicet in igne deuotio feruens, in gladio diſcretio intelligens.

Secunda mandati executio. Cap. 2.

Secundus proceſſus eſt de victima interrogatio. Et de hoc ſubditur, Cunque pergerent duo ſimul, dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. Et hæc in tempore a
D filio prolata tentationis vox eſt. Quomodo enim putas immolandus filius per hanc vocem viſcera paterna concuſſit? Et quamuis Abraham rigidior eſſet pro fide, reddidit tamen etiam ipſe affectionis vocem. At ille reſpondit: Quid vis fili mi? Ecce inquit ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dicit Abraham, Dominus prouidebit victimas holocauſti, fili mi? hoc etiam propheticè locutus eſt. Quod enim filius victimam ad memoriam reuocet patri. vnde mors filij ſequebatur nouam in patre te- E
meritudinem excitabat. O quanta ſtabilitas obedientis fidei, o mens a terrenis abſtracta, & ad diuina præcepta implenda intellectualiter, & affectualiter eleuata. mira res, non lachrymatur, ſignum afflictionis ſeu doloris non oſtendit, ſuſpirium non emittit, omnia męſtitiæ ſigna a feruore fidei, & obedientiæ comprimuntur, & ſuffocantur.

Tertia mandati executio. Cap. 3.

Tertius proceſſus eſt altaris ædificatio. Vnde ſubditur: Pergebant ergo pariter, veneruntque ad locum, F
quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit. Super hūc autem locum Ioſephus ait, ꝙ ædificato altari, & omnibus præparatis, Abraham ad puerum inquit: O puer, quē innumeris votis obtinui, ſuſceptumq́; diligentiſſime alui, in quo felicē me arbitrabar, cum te viderē ad virilem ætatē venire, vt moriens mei relinquerem ſucceſſorem: quia ex voluntate Dei pater tuus factus ſum, ex volūtate Dei ſimiliter te deponam, eo ꝙ dignatur acci- G
pere te in odorem ſuauitatis, vt ſicut mirabilis fuit ingreſſus tuus in mundum, ita & mirabilis ſit egreſſus. Non enim iudicauit Deus te dignum ægritudine, ſeu bello vitam finire: ſed cum orationibus, & ſacrificijs animam tuam ad ſe vocare. Et ipſe de cætero mei curam gerens, ſenectamq́; regens, qua gratia maximè te nutriebam, nunc maneam de te deſolatus pro obedientia Dei patris. Denique Iſaac ſermonem patris libenter accipiens ait: Iniuſtum quippe eſſet, ꝙ natus fuiſſem, ſi Dei, & patris iudicium refutarem, quando ſolo patre id volente impium eſſet non obedire. Hæc dicēs acceſſit ad aram pariter, & ad mortem, ſicut H
in ſequenti cap. patet.

Quarta mandati executio. Cap. 4.

Qvartus proceſſus eſt, Iſaac ligatio. Et de hoc ſubditur, Cunque colligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorū, ſm enim Nico. de Lira, non eſt intelligendū, ꝙ pater ligauerit eum inuitū, cū ſm Ioſephū, Iſaac iam eſſet vigintiquinq; annorū, & per conſequens Abrahā erat annorū 125. Nam 100. ann. erat, cū natus eſt Iſaac: & ſic filius fortior erat patre. Patet etiā hoc, quia portauit

A tauit in montem holocauſti ligna, quæ erãt onus vnius aſini. Neceſſe vtique erat, ꝙ tãta quantitas lignorum eſſet, ꝙ ſufficeret ad incendendum, & incremãdum totũ vnius hominis corpus. Ligauit autem eum Abraham, non ꝙ timeret eum fugere, vel rebellare, vt ex præcedentibus patet: ſed vt immolaret eum ſicut & animalia, quæ offerebantur in holocauſtum, quæ ligata offerebantur. Inſuper vt per hoc myſticè Chriſti ligatio monſtraretur, quæ facta eſt ante immolationem eius in cruce.

B *Quinta mandati executio. Cap. 5.*

QVintus proceſſus eſt gladij vibratio. Et de hoc ſubditur, Extenditq; manum, & arripuit, ſcilicet de terra gladium, vt immolaret filiũ ſuũ. Multi patres in hac multitudine eſtis, qui hæc auditis. Putas aliquis veſtrum ex ipſa hiſtoriæ, & myſteriorũ eius narratione tantum conſtantiæ, tantum animi robur acquiret, vt cum fortè amittitur filius morte cõmuni, & omnibus debita, vel per ingreſſum religionis, etiam ſi ſit vnicus, etiam ſi ſit dilectus vel ſingularis, adducat ſibi in
C exemplum Abraham, & magnanimitatem eius ante oculos ponat? Et quidẽ a te non exigitur iſtud animi magnitudinis, vt ipſe colliges filium, ipſe cõſtringas, ipſe gladiũ pares, ipſe vnicum iugules? Hæc omnia a te myſteria non quærũtur. Propoſito ſaltẽ, & mente conſtans eſto, fide fixus, lætus offer filiũ tuũ Deo, eſto ſacerdos animæ filij tui. Sacerdotem autem immolantem Deo non decet flere. Vis videre, quia exigitur homo a te? In verbo propoſito Dominus ait. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Ecce iſtud eſt opus Abrahæ. Facite opera, quæ fecit Abraham, ſed nõ cum triſtitia. 2. Cor. 9.
D Apoſt. ait, hilarem. n. datorem diligit Deus. Quod & vos ſi tam prompti eritis, a Dño dicetur vobis: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, & vade in terram viſionis, atque offer ibi eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. Non in terrenorũ profundo, nec in conualle fletus: ſed in altis & excelſis mõtibus offer filium tuũ. Oſtende, quia fides in Deũ fortior eſt, quàm carnis affectus. Amabat enim Abraham filium ſuũ Iſaac, ſed amori carnis prætulit amorem Dei. Et inuẽtus eſt non in viſceribus carnis, ſed in viſceribus Ieſu Chriſti, hoc eſt in viſceribus verbi Dei & veritatis & ſapiẽtiæ fidelis, & perfectus.

Sexta mandati executiõ. Cap. 6. E

SExtus proceſſus eſt præcepti reuocatio, quia. ſ. factum erat ad declarationẽ obedientiæ Abrahæ: ideo illa declarata reuocatur præceptum. Propterea ſubditur, Et ecce Angelus de celo clamauit dicens, Abraham Abraham. Qui reſpondit, adſum. Et dicit ei: Ne extẽdas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquàm. Licet enim Iſaac iam eſſet vigintiquinque annorum, tamen nominabatur puer: quia adhuc erat ſub cura patris. Nam in ſcriptura ſacra ſubditi ac famuli, licèt ſint prouectę ætatis, ſæpius pueri nominantur.
F

Septima mandati executio. Cap. 7.

SEptimus proceſſus eſt, fidelis commendatio, & de hoc ſubditur, nunc cognoui, quia timeas Dominum, & non pepercisti filio tuo propter me. Hoc quippe dixit, non quia eũ latebat ante timere Deũ: ſed pp te hęc ſcripta ſunt: quia & tu credidiſti quidẽ Deo: ſed niſi opera fidei expleueris, niſi in oĩbus præceptis & difficilioribus parueris, niſi ſacrificium obtuleris, & oſtenderis quia nec patrẽ, nec matrem, nec G
filios praſeras Deo, nõ agnoſceris, quia timeas Deũ. Nec dicetur de te, Nũc cognoui ꝙ timeas Deũ. Porrò Angeli ſancti de ꝓfectu vniuſcuiuſq; noſtrũ lętantur & dicunt, Nũc cognoui, ꝙ timeas Deũ. Verbi cauſa, propoſitum habeo martyrij, ſeu religionis, non ex hoc dicere ad me Angelus poterit, Nũc cognoui, ꝙ timeas Deũ. Deo. n. ſoli cognitum eſt propoſitum mentis. Si vero acceſſero ad agonẽ, vel aſſumpſero ſtatũ religionis, & quę inſerũtur cõſtanter cũcta ſuſcepero, vel in religione ꝑſeuerauero: tunc pôt dicere Angelus velut cõfirmàs me atq; H
corroborans, nũc cognoui, ꝙ timeas Deũ: Quis putas veſtrũ audiet aliquando Angeli vocẽ dicentis, nũc cognoui ꝙ timeas Deũ, quia nõ pepercisti filio tuo, vel filiæ tuę, vel vxori. Aut non pepercisti pecuniæ, vel honoribus ſeculi, ſeu delitijs mundi, & omnia contẽpſiſti, & omnia duxiſti vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceres vendidiſti omnia, & dediſti pauperibus, & ſecutus es Chriſtum?

De taciturnitate boni, & mali. Nota tria.

CIrca igitur taciturnitatẽ tria cõſidere- mus. Primo eius cõditionẽ, ſcdo ei offenſionẽ, tertio eius cõparationẽ. *Tria cõſideranda. circa taciturnitatẽ.*

ARTI-

A **Articulus Primus.**

De ſilentio laudabili, & vituperabili.

PRimo enim conſideremus eius conditionem. Nam tacere dupliciter poteſt fieri: aut virtuoſe, aut vitioſe. Proinde duplex ſiletium diſtinguere poſſumus. Primum eſt laudabile, ſecundum vituperabile.

De ſilentio laudabili. Cap. 1.

B PRimum ſiletium eſt laudabile, q̃a ſcilicet virtus eſt, quod ex parte temporis patet: nam ſicut Eccl. 3.c.patet. Tempus tacendi, & tẽpus loquendi: quod exponens Greg. 7. moral. ait: Os diſcretum congruo tempore vocem aperit, & rurſum cõgruo tẽpore taciturnitas claudit. Et Hiero. in quadam Epiſtola inquit: Diu conſidera, quod loquendũ ſit, & adhuc tacens prouide, ne quid pœniteat, ſapiens enim vt loquatur multa, prius conſiderat quid alicui, quo loco, vel tempore dicat.

C *De ſilentio vituperabili, & quomodo tripliciter homo in eo peccat. Cap. 2.*

SEcundum ſilentium eſt vituperabile, quod eſt delictum, ſecundum Alexan. vnde Greg. vbi ſupra inquit: Diſcretè viciſſitudinum penſanda ſunt tempora, ne autem cum reſtringi lingua debeat, ad peruerſa ſe inutiliter ſoluat, aut cum loqui vtilius valeat, ſemetipſam per triſtitiã reſtringat. Et hoc modo tacere, vel loqui vitiũ eſt, & alibi idẽ. Sicut incauta locutio in errorẽ protrahit, ita indiſcretum ſiletium eos, qui erudiri poterãt, in errorẽ derelinquit. proinde Iob 16.c. inquit: Si locutus fuero, non D quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet a me. vbi Glo. ait. Congruit hoc verbũ perſonæ beati Iob, vel eccleſiæ, quæ cum loquitur, dolor eius minimè requieſcit, quando locutione ſua peruerſos corrigi minimè conſpicit. Et hoc ipſum amplius, quod tacet gemit, quia ſe tacente peruerſorũ culpas excreſcere conſpicit. Tacere igitur tempore, quo homo tenetur, & poteſt loqui, peccatum eſt. Maximè triplici tempore. Primo tempore laudationis, ſecundo tempore confeſſionis, tertio tempore correptionis. Primum pertinet ad Deum, ſecundum ad ſeipſum, tertium ad proximum.

Triplici tpe qñ nõ loqui peccatum ē.

Non licet tacere tempore diuinæ laudis. E

Primo quidem nõ licet tacere tempore laudationis. *Primo.* Vnde Greg. ait. Si immoderatum ſilentium culpa non eſſet, Iſaias propheta non dixiſſet, Væ mihi, quia tacui, ſ. a laude Dei, ſecũdum glo. interlinearem. At econtra Iſa. 62.c. ſcriptũ eſt, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Glo. interlinearis. Tota die, & tota nocte, ideſt in proſperitate, & aduerſitate non tacebunt a deſiderijs pijs, & a precibus ſanctis. Vel imperpetuum non tacebunt, i. ſemper horis, & temporibus cõſtitutis, & opportunis exhortabuntur, laudabunt, orabunt, & prędicabunt. F Vnde de iuſtis Ioã. Apoc. 4.c. ait, Requiem nõ habebãt die ac nocte dicẽtes, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dñs Deus omnipotens. Die ac nocte laudẽ Dei proclamãt, qui in omnibus proſperis, & aduerſis Deo gratias agendo, omnem prouidentię in ſe diſpoſitionem gratiſſimam habẽt, & ipſum de omnibus operibus ſuis laudant. Ter igitur Sanctus clamant, qui trinitatem in perſonis, in naturæ vnitatẽ ardenter amant. vnde ſm tria tribus perſonis attributa. ſ. potẽtia Patri, ſapientia Filio, & bonitas Spiritui ſancto dicunt. Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dñs Deus omnipotẽs. Verè enim Dñs eſt, quia omnia nouit, Verè Deus, quia omnia G bene vult. verè omnipotens, cui nihil impoſſibile eſt, qui per omnipotentiã ſuã oĩa creauit, per ſapientiã ſuã omnia reconciliauit, per bonitatẽ ſuam oĩa in electorum gloriam conſummabit. In Pſal. quoq; propheta ait in perſona iuſti. Benedicã Dñm in oĩ tpe, ſemper laus eius in ore meo. Aduertendum eſt tñ, ꝙ duplex eſt oratio ſiue laus. Vna eſt publica, alia eſt ſecreta. Prima, q̃ eſt publica, eſt illa quã miniſtri eccleſię faciũt in ꝑſona totius populi finalis. Et talis, ſm Tho. 2.2. q.83. ar. 12. in corpore qõnis, debet eſſe vocalis, & de hac propheta ait, Voce mea ad Do. cla. vo. m. ad Do. depreca. H ſum. Scđa vero oratio eſt ſecreta, quã homo pro ſe, vel ꝓ alijs facit, & hæc põt cum voce, vel ſine voce fieri, ſm ꝙ orantis aiæ magis vtile eſt. Tacere nõ licet tpe cõfeſſionis. Scđo tacere nõ licet tpe confeſſionis. *Secundo.* vnde de ſe propheta ait, Qm̃ tacui inue. o.m. Inueteratio.n. oſſiũ ſpiritualis fortitudinis defectus eſt, q̃ non niſi per peccatum contingit. Et addit propheta, Dum clamarę tota die. Quæ verba Aug. exponens in glo. ait: Tacui peccata, dũ clamarẽ merita. Et ponit exẽplũ de Phariſęo, Lu. 18.c. dicẽs. Phariſęus tacuit peccata, & clamauit merita.

A Tacuit confeſſionem,& clamauit meriti ꝑſumptionẽ.Sana mẽbra medico oſtẽdebat, vulnera tegebat,dicẽs:Gratias tibi ago Domine,quia non ſum ſicut cęteri hominum. Tacere non licet tẽpore correptionis. Tertio aũt nõ licet tacere tẽpore correptionis: Nã Aug.ſuper illud Mat.18.c.Dñe, quotiẽs peccabit in me frater meus, & dimittã ei? vſq; ſepties? Ait, non paſſim iubet peccata dimittere,ſed pęnitenti. Et ſubdit: Ita peccat,qui fratrem ſuũ peccare videt, & tacet, ſicut qui peccanti nõ indulget. Quãdo aũt peccatum mortale ſit non corrigere proximũ,plenius dictũ eſt in Quadrageſimali de B Euang.æterno,ſermo.28.ar.j.per totũ: hęc ẽm Alex. de Al.in 2.q. 43. de peccato oris, art.j.Inſuper aduertendũ eſt, ꝙ ſi homo videt proximũ ſuũ dãnificari iniuſtè, & credit,ꝙ ſolo verbo abſq; periculo ſuo auxiliũ præſtare põt iniuriã patienti, & non corripit offendentẽ,ſed tacet: non tantũ mortaliter peccat,ſed totũ illatum damnũ in foro conſcientiæ ſatisfacere obligatur: & hoc ſi tali dãno obuiare ex officio tenebatur,quia facit contra præceptũ,quod Prouer.24. datum eſt:In quo dicit, Erue eos, qui dicũtur ad mortẽ, & qui trahuntur ad interitũ,liberare non ceſſes.Si autẽ homo ad hoc ex officio non tenetur: licet mortaliter peccet: C tunc tacendo,& non corrigendo: nõ tamẽ reſtituere obligatur. Ratio prædictorũ eſt, quia non corrigendo dat efficacẽ cãm prædictæ impietati, iuxta illud qđ ponitur ext. de hom.in c.ſicut,in §.illi. vbi dicitur: Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et extra de iniuri.& dam.da.in cap. ſi culpa. vbi textus ait. Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Sed de hac taciturnitate plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione, ſermone 34.cap.vlti. circa principium.

Tertio.

D

Articvlvs Secvndvs.

Quando tacere eſt peccatum mortale, vel veniale.

Secũdum cõſiderandum.

SEcundo conſideremus taciturnitatis offenſionem. Contingit enim hominem dupliciter ex taciturnitate peccare. Primo mortaliter,ſecundum venialiter, ſecundum Alexan.de Ales in 2.quæſt, 43. artic.

Quando & in quibus caſibus tacere,mortale peccatum eſt. Cap. 1. E

PRimo contingit peccare mortaliter ex taciturnitate.Et hoc generaliter in omnibus his, quæ homo dicere obligatur. Vel ex præcepto,vel ex officio. In his.n.duobus caſibus tacere peccatum mortale eſt.Quando homo loqui tenetur ex præcepto. Primo ſi tenetur loqui ex præcepto,vtputa cũ homo ex præcepto tenetur peccatum propriũ cõfiteri pro tempore debito, & cũ alijs circũſtantijs requiſitis. Et hoc maximè in duobus caſibus. Primo tacendo in iudicio exteriori, ſecundo tacendo in iudicio interiori. Primo mortaliter peccat tacendo in iudicio exteriori. Vbi aduertendum eſt,ꝙ iuſtè accuſato non licet veritatem negare. Cũ enim iudex veritatem requirit ab accuſato, ſecundum ordinem iuris in tribus caſibus tenetur veritatem confiteri. Primus quando de crimine publica præceſſit infamia: ſecundus, quando de crimine apparuerunt indicia certa:tertius eſt,cum de crimine pręceſſit probatio ſemiplena. In his tribus caſibus qui veritatem tacet, aut falſitatem dicit,mortaliter peccat, quod probari poteſt triplici ratione. prima propter Dei gloriã, ſecunda propter iudicis iuſtitiã, tertia propter accuſatoris pęnam.Primo ꝓꝓ Dei glorĩã,quã non tribuit.Nam qui nõ dat gloriã & honorẽ Deo,mortaliter peccat: eo ꝙ ex diuino ꝓcepto oẽs ad hoc generaliter obligamur. Vnde j.Corin.10.c.Apoſt.ait: Omnia q̃cunq; facitis, in gloriã Dei facite. Sed qui interrogatus a iudice ẽm ordinem iuris in iudicio confitetur peccatũ ſuũ,dat gloriã Deo. Ita dicit Ioſue ad Achan 7. c. Fili mi, da gloriã Dño Deo Iſrael, & confitere,&c. Ergo ꝓ oppoſitũ, qui celat vel excuſat peccatũ ſuum vel negat,mortaliter peccat. Secundo ꝓꝓ iudicis iuſtitiam, quam impedit. Ratio eſt,quia qui non obedit ſuo ſuperiori in caſu,in quo obligatur,mortaliter peccat. Sed iudex eſt ſuperior reſpectu eius,qui accuſatur,vel iudicatur:ergo ei obedire tenetur.Sed veritatẽ tacens,& nõ confitens,vel falſum dicẽs ſuo iudici nõ obedit,immo ei iuſtitiã impedit:ergo mortaliter peccat. ꝓinde Iob 31.c. ait. Si abſcondi quaſi homo peccatũ meũ, & celaui in ſinu meo iniquitatẽ meã,&c.vbi glo.ait,Si abſcõdi,i.timore pęnæ in iudicio interiori, ſ.conſcientiæ, vel timore pęnæ in iudicio exteriori, ſcilicet curiæ. Et hoc indebitè excuſando vel negando.

F

G

H

A negando. Et ſubdit, quaſi homo: quod exponẽs Gregor. ait: Vſitatũ humani generis vitiũ eſt, & libenter peccatũ cõmittere, & cõmiſſum negando abſcondere, & conuictũ defendendo multiplicare: vel dicit quaſi homo, ſicut Adam peccatũ excuſare voluit per mulierẽ: & mulier per ſerpentem. Geneſ. 3. Et ſubdit, peccatũ meũ, ſ. quaſi homo, qui bona vbiq; vult prædicari, & mala tegi, & addit: Et celaui in ſinu meo iniquitatẽ meã. glo. In ſinu iniquitatem celare eſt latibulis cõſcientias occultare, vel peccata in mente, tanq̃ in ſinu retinere. Tertiò propter accuſatoris pœnã offenſam, vel iniuriã,
B quã intẽdit. Nam qui ſciẽter eſt cauſa mali, vel alterius nocumenti, mortaliter peccat. Sed accuſatus iuſtè negãs veritatẽ, vel confitens falſitatẽ, eſt cauſa mali, vel damni accuſatoris, qui punitur ſi in accuſatione deficiat: ergo &c. Vnde Propheta ait: Non declines cor meũ in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Secũdò mortaliter peccat tacendo in iudicio interiori. Quod dupliciter cõtingit fieri. Primò non cõfitendo, ſecũdò peccatum nõ reuelando. Primò nõ cõfitendo, ſ. ſaltẽ ſemel in anno, & talis mortaliter peccat: quia cõtra præceptum eccleſiæ facit, quod habetur extra de
C pœnitẽ. & remiſ. in c. omnis vtriuſq; ſexus. Secũdò mortaliter peccat peccatũ nõ reuelãdo, hoc eſt aliquod peccatũ tacendo, ſ. ex malitia, vel verecũdia, cõtra quod Oſeę 13. ſcriptũ eſt: Abſconditũ eſt peccatũ eius, dolores parturiẽtis venient ei. Et iterum Prouerb. 28. dicitur: Qui abſcondit ſcelera ſua, nõ dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit ea, miſericordiã conſequetur.

Quando homo loqui tenetur ex officio.

SEcundò autẽ principaliter homo mortaliter peccat tacendo, ſi loqui tenetur
D ex officio. Nam prælatus ex officio corrigere ſubditum obligatur. Quod autem mortaliter peccet non corrigẽdo ſubditum ſuum, tripliciter probari poteſt: primò ratione, ſecundò auctoritate, tertiò ſimilitudine. Nam primò ratione: nam qui in alio mortis ſpiritualis eſt auctor, in ſeipſo mortis eſt operator. Sed hoc agit, qui alium poteſt & debet corrigere, & non facit: proinde Gregor. ait: Plerunque nimis taciti, dum quorundam mala reſpiciunt, & cum ſilentio linguam premunt: vſum medicationis quaſi conſpectis vulneribus ſubtrahunt: & eo mortis actores fiunt, quo minus quod poterant eijcere loquendo, noluerunt. Secundò probo hoc auctoritate. E
Vnde Ezech. 33. cap. myſticè ſcriptum eſt: Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non ſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam. Ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. vbi glo. ait: Ex his diſcimus poſſe hominem, quamuis iniquum & impium, ſi magiſtri verba audierit, & pœnituerit de ſua impietate ſaluari, nec minus magiſtrum damnari ſi non docuerit, vel timore diſcriminis, vel deſperatione peccantis, dum reus eſt ſanguinis eius, qui potuit liberari: & in vtroque F
ſaluari liberum arbitrium, dum in magiſtri voluntate eſt tacere, vel loqui: & auditoris, vel facere, & audire, & ſaluari, vel contemnere, & propter contemptum perire: hæc glo. Gregor. quoque de talibus ait: Qui corrigere non valet, increpare nõ deſinat: ne ſe participem delinquentium ex conſenſu taciturnitatis addat. Tertiò autem probo hoc ſimilitudine, ſcilicet & exẽplo. Vtputa qui tenetur mederi ægroto, & pro loco, & tempore ſubtrahit ei medicaminis vſum, mortaliter peccat: ſed prælatus tenetur ſubditis ſuis mederi, cum ſpiritualiter infirmantur: ergo cum tacendo G
ſubtrahit eis medicaminis vſum, mortaliter peccat: proinde Bernar. ait: Non licet tacere, cui ex officio incumbit vitia redarguere.

Quòd non debemus incorrigibiles prædicare.

TErtiò, vt ſi obſtinati eſſent auditores, atque incorrigibiles, & quod deterius eſt, eſſent veritatis contemptores, & perſecutores: tunc eſt a correptione, & a prædicatione ceſſandum. H
Quod & Dominus Matth. 7. cap. inſinuat dicens: Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas proijciatis ante porcos: vbi Caſſiodorus 29. ait: Graue peccatum eſt obſtinatis prædicare: proinde Amos 5. cap. ait: Prudens in illo tempore tacebit. vbi glo. ait: Videns vir Eccleſiaſticus incorrigibiles, ſubtrahet correptionem, ne videatur ſanctum dare canibus. Et Gregor. iterum dicit: Cum prælati, & prædicatores conſpiciunt: quia vitam auditorũ loquendo lucrari non poſſunt, tacẽdo ſcientiam ſuam abſcõdant. Vnde cum Luc. 23. c.

Herodes

A Herodes interrogaret Ieſum multis ſermonibus, nihil reſpondebat illi. Cuius taciturnitatis Gregor. oſtendens cauſam ait: Quotiens auditores noſtri volunt noſtra, quaſi laudanda cognoſcere, non autem ſua peruerſa mutare, omnino taceamus, ne oſtētationis ſtudio verbum Dei loquamur: & illorum culpa, quæ erat, eſſe non deſinat: & noſtra, quæ non erat, fiat. Hæc Alex. de Ales vbi ſupra.

Quando tacere veniale peccatum eſt.
Cap. 2.

B SEcundò verò contingit, quòd homo tacendo venialiter peccat. Vtputa cum homo loqui non obligatur: ſed expedit, aut decet. Quando autem hoc fuerit, & quando non, difficile eſt determinare in ſingulis. Sed, vt dicitur 1. Ioan. 2. Vnctio docet de hoc, quæ non permittit hominem ſibi adhærentem de facili oberrare. Hæc Alex. vbi ſupra.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quod ſit maius peccatum tacere, an loqui.

C TErtiò cōſideremus taciturnitatis cōparationem. Hoc eſt, quod iſtorum duorum maius peccatum ſit, ſcilicet an tacere, an loqui. Circa quod aduertendum eſt, quòd peccatum dicitur maius alio peccato, duplici modo: videlicet, quia aut communius, aut damnoſius.

Quòd communiter plus peccant homines loquendo, quàm tacendo. Cap. 1.

D PRimò modo dicitur eſſe maius vnum peccatum alio: quia communius: vtputa quia a pluribus & in pluribus peccatur. Et ſecundum hoc peccatum locutionis dicitur eſſe maius peccato taciturnitatis. Vnde Ambroſ. 1. de officijs ait: Quàmplures vidi loquendo incidiſſe in peccatū, vix quenquam tacendo. Ideoque tacere difficilius eſt, quàm loqui noſcere. Sene. quoque ait: Diogenes interrogatus, quare inter multos taceret? reſpondit, Plus expedit ſapienti tacere, quàm contra ſe loqui. Noui enim multos loquendo, paucos tacendo circunuentos. Circunueniri eſt per indiſcretionem ſermonis ſeduci, & alibi Sene. ait: Sis rari ſermonis ipſe: ſed loquentium patiens: locutum eſſe aliquando pœnitet, tacuiſſe nunquàm. Iac. quoque 3. dicitur, quòd lingua eſt vniuerſitas iniquitatis. Et iterum 1. cap. ait: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Si enim homines ſoluerent gabellam de verbis, non vtique eſſet de illis tam magnum forum. Paratior profectò debet homo eſſe ad audiendum, quàm ad loquendum. Et maximè propter tria. Primò, quia auditus in pluribus eſt, quàm loquela: nam eſt in habentibus rationem, & non habentibus rationem. In quo innuitur, quòd cum magna diſcretione loquendum eſt. Secundò in hoc: quia lingua naturaliter eſt incluſa, cum aures apertæ, & in aperto ſint. Tertiò per hoc, quòd habemus duas aures, & tantum vnum os. E

Quòd communiter damnoſius eſt hominibus tacere, quàm loqui. Cap. 2.

SEcundò vnum peccatum altero dicitur eſſe maius: quia damnoſius eſt. Et ſic peccatum taciturnitatis eſt maius peccato locutionis: quia eſt occaſio, ſiue cauſa maioris damni. Quia per taciturnitatem ſubtrahitur vtilitas locutionis, quæ maior, vel melior eſt vtilitate ſilentij. Et circa hoc formo talem rationem. Maius eſt bonum locutionis, quàm ſit bonum ſilentij. Cuius ratio eſt: quia tacendo tantummodo ſibi prodeſt: loquendo verò ſibi, & alijs vtiliter prodeſt: ergo peccatum, quod opponitur locutioni, maius eſt, quàm peccatum quod ſilentio oppoſitum eſt. Sed peccatum taciturnitatis opponitur veritati locutionis: peccatum verò locutionis opponitur bono ſilentij: ergo maius eſt peccatum taciturnitatis, id eſt occaſio maioris damni, quàm peccatum locutionis. Hæc ſecundum Alex. vbi ſupra. Et hinc eſt etiam, ſecundum Alex. vbi ſupra, quòd maius præceptum eſt in ſcriptura ſacra, quod homo loquatur, quàm quòd ſileat: quia locutio pluribus modis habet rationem bonitatis, quo ad ſe, & quo ad proximum. H

Præceptum autem ſilentij habet rationem, quo ad ſe.

PRæcepta affirmatiua aliter ſe habent, quàm negatiua. Negatiua quidē ſunt ad cohibendum a malo: affirmatiua verò, vt proficiant in bono. Quia ergo homo

A mo cum proficit, magis loquendo proficit, quàm tacendo. Ideo in ſacra ſcriptura magis præceptum eſt de bonitate locutionis, quàm de bonitate ſilentij. Cum tamen pluribus modis poſſit eſſe bona taciturnitas, tamen multipliciter bona poteſt eſſe locutio. Hæc ſecundum Alexan. de Ales, in 2.q.43.artic.

De ſumma perfectione Euangelicæ obedientiæ, atque de obedientia cuiuſcunque religionis.

B

Sermo Beati Bernardini.

Tollite iugum meum ſuper vos. Matth. 11. Triplex quippe eſt ſapientia huius mundi: videlicet ſuperbia, luxuria, & auaritia, de quibus 1. Ioan. 2. cap. ait: Omne, quod eſt in mundo, id eſt omne, quod mundi ſapientiam ſapit, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Conualeſcit enim ſuperbia per mundi magnificentias, luxuria pro delitias, auaritia per diuitias. Tandem ex

C magnificentijs oriuntur vana, ex delitijs fœda, ex diuitijs impia. Quod intelligens vera ſapientia Dei Chriſtus, tria admirandæ ſapientiæ conſilia dedit, in quibus conſiſtit totum ſtudium ſapientiæ ſpiritualis in ſchola ſanctæ religionis, quæ oppoſita ſunt ſapientiæ mundi. Primum eſt conſilium obedientiæ contra mundi ſuperbiam, ſecundum caſtitatis contra mundi luxuriam, tertium paupertatis contra mundi auaritiam. Per obedientiam anima ſubijcitur Deo, per caſtitatem caro ſpiritui ſubiungatur, per paupertatem verò corpori noſtro ſubijcitur totus mundus, ſicut Deuteron. 11. cap. promiſit Dñs dicens: Omnis locus,

D quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Calcare quippe, deſpicere eſt. Qui ergo totum deſpicit mundum, totius mundi Dominus eſt. De obedientia quidem Matt. 16. ait: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. De caſtitate Matth. 19. iterum Dominus inquit: Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. De paupertate etiam Matth. 19. Dominus ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me.

Inter hæc autem tria vota præſtantior, atque perfectior eſt votum obedientiæ, quàm alia duo, ſi ſumatur in culmine ſuo: quod probari poteſt triplici ratione. Primò propter oblationem, ſecundò propter comprehenſionem, tertiò propter appropinquationẽ. Primò inquàm propter oblationem. Nam per votum obedientiæ homo aliquid maius offert Deo, ſcilicet ipſam voluntatem, quæ potior eſt, quàm proprium corpus, quod homo Deo per continentiam offert: Et quàm res exteriores, quas offert homo Deo per votum paupertatis. Vnde id, quod per obedientiam fit, magis gratum eſt Deo, quàm id, quod fit per propriam voluntatẽ. E

Secundò propter comprehenſionem: quia votum obedientiæ continet ſub ſe alia duo vota: ſed non e conuerſo. Nam religioſus licèt teneatur ex voto ſeruare continentiã, & paupertatem: tamen hæc ſub obedientia comprehenduntur, ad quam multa alia pertinere probantur propter cõtinentiam, & paupertatem. Tertiò propter approximationem. Nam obedientiæ votum propriè ſe extendit ad actus propinquos fini religionis. Quanto enim aliquid propinquius eſt fini, tanto melius eſt. Et inde etiã eſt, quòd votum obedientiæ eſt eſſentialius religioni. Nam ſi abſque obedientiæ voto G

alijs cõtinentiam, & voluntariam paupertatem etiam ex voto ſeruet: non propter hoc pertinet ad religionis perfectionem, quæ præfertur etiam ipſi virginitati obſeruatæ ex voto: vnde Auguſt. ait in lib. de virginitate: Nemo quantum puto, auſus fuit virginitatem præferre monaſterio. Meritò igitur ſumma ſapientia Dei Chriſtus in verbo propoſito ad votum obediẽtiæ nos hortatur, cum ait: Tollite iugum meum ſuper vos. In quibus ſacratiſſimis verbis tria per ordinem contemplemur. Primò conſilium perfectiſſimum: quia dicit, Tollite. Secundò obiectum ſuauiſſimum: quia inquit, Iu- H

gum meum. Tertiò ſubiectum conuenientiſſimum: quia ſubdit, ſuper vos.

Articulus Primus

De perfectionibus obedientiæ, quæ Euangelica nuncupatur.

Primò contemplemur circa obedientiam, & maximè euangelicam, conſilium perfectiſſimum: quia exhortatur Dominus dicẽs: Tollite, ſcilicet voluntariè a principio obedientiæ *Circa obedientiam conſilium perfectiſſimum.*

A dientiæ ſtatum. quaſi dicat: Non impono vobis: vt aſinis, ſeu bobus: ſed vos, vt homines tollite vobis, ſi vultis. Dominus quippe filios vult habere, non ſeruos. Proinde in ædificio tabernaculi, Exo. 25. ait Dominus Moyſi: Ab homine, qui offert vltroneus, accipietis. Et 15. q. 2. in cap. non eſt. Ambroſ. in lib. de bona vita, inquit: Voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus, voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur, id eſt acquirit, ſeu mercatur. Ex hoc patet, quàm impiè agunt, qui inuitos filios, ſiue filias in monaſterijs ponunt, ſeu potius carcerantur, contra illud, quod Propheta ait:
B Voluntariè ſacrificabo tibi. Et 20. q. 3. in cap. præſens dicitur: Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum ergo bonum, niſi voluntarium: ſicut & integritas corporis res eſt voti, non præcepti, vt dicitur 32. q. 1. in c. integritas. Sciens igitur Dominus obediẽtiam perfectiſſimã eſſe, ad eam voluntariè, & feruenter aſſumendam hortatur, dicens: Tollite, ſcilicet obedientiam ſanctam. Quatuor quidem perfectiones habet in ſe obedientia ſancta, maximè quæ euangelica eſt: propter quas talis obedientia voluntariè aſſumenda eſt. Primò autem eſt in ſummo abdicatiua &
C ſeparatiua, ſecundò eſt in ſummo vnitiua, tertiò eſt in ſummo promotiua, quartò eſt in ſummo præſeruatiua.

Euãgelica obediẽtia quatuor perfectiones habet.

Quòd obedientia euangelica, primatum tenet in abdicando omne, quod ſubijcitur hominis poteſtati. Cap. 1.

Prima.

PRimò quidem euangelica obediẽtia eſt in ſummo abdicatiua, ſeu ſeparatiua. Ipſa ſiquidem principatum tenet in abdicando, & ſeparando omne, quod eſt ſub hominis po-
D teſtate. Nam cum nullius rei poſſeſſores, aut domini ſimus, niſi per facultatem, & vſum libertatis noſtræ, iſtam abdicare a ſe, quantum nobis poſſibile, & licitum eſt, eſt abdicare prout poſſibile eſt omnia, quorũ eſſe poſſumus poſſeſſores, aut Deum. Primò cum nihil in nobis ſit carius, intimius, altius, & maius propria libertate, ac facultate vſus eius: abdicare hanc a ſe, prout eſt poſſibile, tãto eſt perfectius, & altius, quãto iſta præponderat omnibus alijs abdicabilibus noſtris. Amplius, quanto aliquid magis naturaliter diligitur, tanto propter Deum perfectius abdicatur: nihil enim nobis amabilius eſt libertate propriæ voluntatis. E Per hanc homo eſt Dominus aliorum, per hanc poteſt omnibus alijs vti & frui, per hanc homo in ſuis actionibus dominatur. Nihil etiam eſt, quòd homo naturali affectu refugiat amplius, quàm priuari propria libertate. Et hanc propter Deũ homo ſponte in euangelicæ obedientiæ voto abdicat, & quãtum fas eſt, illa ſe priuat. Meritò ergo. 1. Regum 15. cap. ſcriptum eſt: Melior eſt obedientia, quàm victimę: rationem huius reddit Gregor. in vlti. Moral. dicens: Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur. F

Quòd obedientia euangelica primatum tenet in vniendo regularem ſtatum.
Cap. 2.

Secunda.

SEcundò autem obedientia euangelica eſt in ſummo vnitiua. Tenet ſiquidem principatum in connectendo regularem ſtatum, & ſocietatem quorumcunque in vnum conuiuentium. Per hanc enim maximè vniuntur omnes profeſſores eius fortiſſima, & indiſſolubili coniunctione, tanquàm membra ſub capite vno. Vnde ſine ea non poteſt in aliquo eſſe ſublimitas, & G
ſingularis vnitas gregis, & capitis ſui: & ita nec optimum regiminis genus, nec etiã regni. Nam, ſecundum Ariſtot. Politicorum: Illud eſt, in quo eſt dominium regale, & monarchicum. Vniuntur etiam per hanc diuerſæ, & diuerſorum voluntates ad vnã, ſcilicet ad voluntatem ſuperioris: & ideo per hanc ceſſant diſſentiones, & omnes inſtabiles vagationes, ſi verè obedientia obſeruatur. Per hanc enim omnes ſe aſpiciũt, tanquàm fratres, ſecundum propheticum verbum: Vnius moris in domo: quia per hanc quaſi ſenſibiliter dicunt ſe filios vnius
patris. Per hanc omnis religio fit vnum H
corpus, vnus ſpiritus, ſeu vna voluntas, & vna fraternitas. Sine hac enim nunquàm fieri poteſt vna immobilis ſocietas, ſeu religio aggregata ex multis. Proinde religio illa, quæ ſummè eſt vna, vnum habet generale caput ſuper omnes omnibus præſidens ordinariè, & immediatè. Sicut enim Apoſtoli tenebantur obedire Chriſto, & poſt mortem eius Petro: ſic omnes Minores vni generali Miniſtro. Et ideo in eorum regula præcipitur, quòd omnes ſic familiariter debeant ſe habere adinuicem, ac ſi omnes eſſent de eodẽ ſpeciali collegio,

&

A &c conuentu. Vnde in hac ſola poteſt in
plenitudine effundi illa iucunditas Spiri-
tuſſancti effuſi ſuper profeſſores huius obe
dientiæ in die Pentecoſtes. De quo cantat
Dauid: Ecce quàm bonum,& quàm iucun-
dum habitare fratres in vnum, ſicut vn-
guentum, &c.

*Quòd obedientia euangelica primatum te-
net in promouendo in bonum. Cap. 3.*

TErtiò verò hæc obedientia eſt in ſũ-
mo promotiua. Nam tenet princi-
B patum in promouendo,& in impel-
lendo,atq; in mouendo ad bonum. Et hoc
triplici modo. Primò per ſuum habituale
propoſitum,ſecundò per prælatorum adiu-
torium, tertiò per confratrum ſuffragium.
Primò inquàm per ſuum habituale propo-
ſitum, ſ.& per ſuorum actuum tam interio
rum, quàm exteriorum exercitiũ, qui qui-
dẽ ſunt multum humiliatiui,& omnis pro-
priæ voluntatis ſe mortificatiui,& abnega-
tiui,& ſunt Deo,& eius vſibus,& ſeruitijs,
ſiue mancipatiui,& dedicatiui. Nullũ enim
præcedentium conſiliorum,ita directè, aut
completè dedicat hominẽ ſeruitio Dei, ac
C ſequelę Chriſti,ſicut obediẽtiæ votũ.Vnde
in pleriſq; locis vbi inuocatione diſcipulo-
rum Chriſtus dicit,ſequere me: vel vbi poſt
verba illa: Vade,& vende omnia, quæ ha-
bes; ſubdit, veni & ſequere me: ſpecialiter
intelligitur huius obedientiæ votum.Secũ-
dò promouet ad bonum per prelatorũ mul
tiplex adiutotium. Subijci enim prælatorũ
imperio,exhortationi, & documento,cor-
reptioni,& flagello, tam ſecretò quàm pu-
blico, & ſuæ ſanctitatis inductio exemplo
excitantur, inſtigantur, & quaſi coguntur,
arduam præceptorum, & conſiliorum, &
D omnium regularium ſtatutorum viã tene-
re. Vnde videmus,quòd ab vno capite ma-
nat ĩ mẽbra ſenſus,& motus,& vitalis pul-
chritudinis ornatus: ſic ab imperio, & di-
ſcreto regimine prelatorũ manat ĩ oĩa mẽ-
bra religionis ordinata cõmiſſio, & execu-
tio officiorũ,& oĩum actuũ virtuoſorum.
Tertiò p cõfratrũ ſuffragium:hẽt enim,ſm
Eccl.4.c.emolumẽtũ ſocietatis ſuæ: ſi vnus
ceciderit,ab altero fulciẽt: & ſi tepuerit,ab
altero calefiet. Et tãto magis,quanto magis
hęc ſocietas p huius regulę obediẽtiã ẽ im-
mobiliter vnita. Vñ hic potiſſimè adimpleẽ
illud, quod Prouerb.18.ſcriptũ eſt: Frater,
qui adiuuatur a fratre,quaſi ciuitas firma.

*Quòd obedientia euangelica primatum te- E
net in præſeruando a multis pericu-
lis, atque malis. Cap. 4.*

QVarta euangelica obedientia eſt in
ſummo præſeruatiua: habet enim
primatum, & principatum in præ-
ſeruando a multis periculis,
atque malis. Nam per coërtionem obe-
dientiæ præſeruatur homo ab inſtabilitate,
& leuitate,vagatione,atque diſcurſu,ſi fra-
ter obediens eſſe cupit: vnde manifeſtum
inobedientiæ ſignum eſt inſtabilitas, vaga-
tio, & diſcurſus. Præterea religionum ca-
pitula,viſitationes,& ſolertia prælatorum, F
peruigilantia, & cuſtodia omnium fratrũ,
& ſociorum oculatus zelus, nõ ſolum pre-
ſeruant hominem a prædictis: ſed etiam ſic
inſtigant ad omnis virtutis exercitium, ꝙ
non ſolum non libet male agere: ſed nec
etiam licet retrocedere, aut tepeſcere, vel
otiari. Præſeruat etiam valde directè a pro-
prio amore ſui, & ſic a principali radice
omnis iniquitatis: ſecũdum enim Auguſt.
de ciuitate Dei: Ciuitas diaboli inchoat ab
amore ſui, & terminatur in contemptum
Dei. Ciuitas verò Dei inchoat a contemptu
ſui,& terminatur in amorem Dei. Præſer-
uat ẽt ab omni indebita, ſeu diſtractiua ſol- G
licitudine ſui,& oĩum ſuorũ actuum, tanq̃
ſubdens, & committens hominẽ totaliter
curę,& regimini prelatorum ſuorum.Pręſe-
ſeruat etiam ab incentiuo vitiorum. Non
enim ita faciliter tẽtatur quis de illis, ſuper
quæ tã ſuperiores,q̃ ſocij inuigilãt,& quo-
rum perpetrationẽ ſtatim ſequitur pœna,
atq; infamia,ſicut de illis,in quibus nullum
horũ timetur, & dæmones non ita faciliter
tentãt tales,ſicut alios. Proinde Bernar.ait,
ꝙ vbi non timetur reprehenſor, facilius ac-
cedit tentator,atq; facilius perpetratur ini-
quitas.De limitibus huius obedientię in ſe- H
quẽti ſermone dicetur, & ꝙ ſint tres,& nõ
plures,nec pauciores,& quare. Si quis autẽ
vellet plenius intueri, quomodo obediẽtia
valet ad oĩs virtutis arduã perfectionẽ, &
ad oĩs mali tutam praſeruationẽ, inſpiciat
modum probandi, qui in illa quæſtione de
paupertate habitus eſt:& per cõſimiles ęqua-
lẽtes modos poterit ad propoſitum for-
mare multiplices rationes, ac per hoc mul-
tipliciores oſtendere obedientiæ vtilitates,
quæ ego cauſa breuitatis omitto. An obe-
diẽtia maxima ſit virtutũ.Si autẽ quæratur,
an obedientia maxima ſit virtutum: dicen-
dũ, ſm Tho.2.2.q.14.art.3. ꝙ ſicut pecca-
tum

A tum conſiſtit in hoc, quòd homo contempto Deo, commutabilibus bonis inhæret: ita meritum virtuoſi actus conſiſtit econtrario in hoc, quòd homo cõtemptis creatis bonis, inhæret Deo. Finis autem potior eſt ijs, quæ ſunt ad finem. Si ergo bona creata propter hoc contemnantur, vt Deo inhæreat: maior eſt laus virtutis ex hoc, ꝙ Deo inhæret, quàm ex hoc quòd bona terrena contemnit. Et ideo illæ virtutes, quibus Deo ſecundum ſe inhæretur, ſcilicet theologicæ, virtutibus moralibus potiores ſunt, quibus aliquid terrenum contemnitur, vt Deo inhæreatur. Inter autem vir-
B tutes morales tanto aliqua potior eſt, quanto magis aliquid contemnit: vt Deo inhæreat. Sunt autem tria genera bonorum humanorum, quæ homo contemnere poteſt propter Deum, quorum infimum ſunt exteriora bona, medium autem ſunt bona corporis: ſupremum autem ſunt bona animæ, inter quæ quodammodo principium eſt voluntas, inquantum ſcilicet per voluntatem homo omnibus alijs bonis vtitur. Et ideo per ſe loquendo laudabilior eſt obedientiæ virtus, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quàm aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona
C contemnunt. Vnde Gregor. in vlti. Moral. ait, quòd obedientia iure victimæ præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur: vnde etiam quæcunque alia virtutum opera, ex hoc meritoria ſunt apud Deum, quòd ſint vt obediatur voluntati diuinæ. Nam ſi quis etiam martyrium ſuſtineret, vel omnia ſua pauperibus erogaret, niſi hæc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis, quod directe ad obedientiam pertinet: meritoria eſſe non poſſent, ſicut nec ſi fierent ſine charitate, quæ ſine obedientia non poteſt eſſe: dicitur enim 1. Ioan. 2. Qui dicit ſe
D noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt: qui autem ſeruat verba eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt. Et hoc ideo eſt: quia amicitia facit idem velle, & nolle. Hæc ille.

Articvlvs Secvndvs

De duodecim, quæ faciunt obedientiam eſſe ſuauem, atque ad portandum leuem.

SEcundò circa obedientiam contemplenur obiectum ſuauiſſimum. Et de hoc Dominus ait: Iugum meum, quod eſt obedientia, maximè euangelica propter Deum. E
Non inquit: Iugum propriæ voluntatis, quod non eſt leue, & ſimplex: ſed graue, & multiplex: quia ſinguli corporei ſenſus per propriam voluntatem animæ iugum ſuum imponunt. Proinde Luc. 14. in perſona talis animæ ait: Iuga boum emi quinque. Hoc eſt ſenſuum curioſitate non ſine magno labore acquiſiui mihi, ſcilicet varia inueſtigando, & in eis delectando. Sicut enim iugum ceruicem premit: ſic corporalis ſenſus comprimit rationem: hinc Auguſt. ait: Cum exterior ſenſus carnis bono ſuo vtitur, interior mentis ſenſus obdormit. Et iterum Iſaac in libro de vita con- F
templatiua, inquit: Cum mens a ſenſibus exterioribus trahitur, cum eis comedit cibum beſtiarum: cum verò ſenſus trahuntur a mente, cum ea cibum comedunt Angelorum. Quod autem graue ſit iugum propriæ voluntatis, Iob 7. cap. declarat, dicens: Poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis. Vnde Bernar. ait: Nullum mihi importabilius onus meipſo, nulla ſarcina grauior eſt, factus ſum mihimetipſi talentum plumbi, & reſedit iniquitas ſuper illud Zachar. 5. Iugum igitur Domini aſſumamus: quia ad illud tollendũ ante verba thematis noſtri, Matth. 11. ipſe hortatur, G
cum ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Quod exponens Chryſoſt. ait: Non autem dicit, Venite ille, & ille: ſed omnes qui in ſollicitudinibus, qui in triſtitijs, qui in peccatis eſtis: Non vt expectem noxas: ſed vt ſoluam peccata. Venite, non quia indigeo veſtra gloria: ſed quia volo veſtram ſalutem. Vnde etiam dicit: Et ego reficiam vos. Non dicit ſaluabo ſolum: ſed quòd multo amplius erat, reficiam vos, id eſt in omni quiete conſtituam: vnde ſequitur: Et diſcite a me: quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. H
Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Duodecim enim ſunt, quæ ſuauem faciunt, & leuem obediẽtiæ iugum, quæ duodecim ſuauitates decipiunt. Primæ quatuor pertinent ad incipientes. Prima eſt exemplatio, ſecunda humiliatio, tertia ſeparatio, quarta dilectio. Secundæ quatuor pertinent ad proficientes. Prima eſt ſubleuatio, ſecunda æmulatio, tertia dominatio, quarta diſcretio. Tertiæ quatuor pertinent ad perfectiones. Prima eſt promiſſio, ſecunda vnctio, tertia aſſuefactio, quarta eſt deportatio.

De

A *De primis quatuor ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ.* *Cap.* 1.

PRimæ quatuor ſuauitates pertinent ad incipientes.

Prima ſuauitas.

PRima quippe ſuauitas obedientiæ: ſcilicet ab effectu, eſt Exemplatio, videlicet obediētiſſimi filij Dei Ieſu Chriſti. Nam antequàm aſſumeret ſtatum prælati, atque magiſtri, parentibus ſubditus erat: vt patet 2. cap. Lucæ: Poſtmodum autem
B factus eſt obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis, ſicut patet Philippen. 2. Et didicit ex ijs, quæ paſſus eſt obedientiam, prout habetur Hebr. 5. In tātum, quòd vbique oſtendit ſe velle obedire patri etiam contra inſtinctum naturalis voluntatis ſuæ: vnde Matth. 26. cap. in tempore paſſionis ait: Pater non ſicut ego volo: ſed ſicut tu: propter quod Hebr. 10. Apoſtolus introducit eum dicentem: In capite libri ſcriptum eſt de me: vt faciam voluntatem tuam Deus. Et ad Rom. 15. ait: Dico enim, Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, tanquàm voluntariè ſubiectum, &
C obedientem legi Moyſi, etiam quo ad multa cerimonialia eius, eo quòd perfectè amauit, & obſeruauit ſubiectionis ſtatū. Quod probat Apoſtolus Hebr. 5. cap. dicens: Nec quiſquàm ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a Deo, tanquàm Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Vnde ſicut dicitur Ioan. 6. quando voluerunt eum facere Regem fugit. Et Luc. 22. ait: Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Et iterum Matth. 20. cap. ait: Filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. Hoc etiam eſt, in quo ſe Dominus
D voluit imitari. Matth. 11. dicens: Diſcite a me: quia mitis ſum, & humilis corde. Et Ioan. 12. in cœna vltima inquit: Exemplū enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis: & Matth. 16. ait: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et Luc. 14. cap. inquit: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores; adhuc autem, & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. In his verbis hoc cōſilium obedientiæ exemplo oſtēdit, & alijs obſeruandum dedit. Nam docendo abnegare ſe, & odire animam ſuam, quæ in ſcripturis ſæpe ponitur pro propria voluntate, ſatis hoc conſilium docet. Vnde ex concluſione, quam in fine ſui infert dicit: Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ex his verbis apertè innuit, quòd in renunciatione omnium poſſeſſorū vult intelligi, & includi renunciationem propriæ voluntatis, quæ fit per huiuſmodi obedientiæ conſilium, atque votum. Nec immeritò, cum propria voluntas ſit præcipuum inter poſſeſſa, & illud per quod omnia poſſidentur. Generaliter autem vbicunque Chriſtus verbo, vel opere laudat, & docet humilitatem euangelicam, & eius ſtatum, ſatis hoc cōſilium docet: & ne quid ſolennitatis huic conſilio deſit, etiam Virgo, quę vbique ſingulariter profitetur ſe eſſe ancillam Dei, Ioan. 2. cap. conſuluit miniſtris nuptiarum, dicens: Quodcunque dixerit vobis, facite. In quo ſi fiat vis in verbo, valde expreſſe hoc conſilium docet, & eſt vltimum verbum, quòd Beata Virgo dixiſſe refertur. Vt per hoc myſticè innuatur, quòd in hoc conſilio eſt conſummatio omnis perfectionis. E F G

Secunda ſuauitas.

SEcunda ſuauitas obedientiæ eſt humiliatio: quia humilitas ſuauiter ad obediētiam diſponit. Vnde ad Philippen. 2. volens Apoſtolus oſtendere obedientiā Chriſti, eius præmiſit humilitatem, dicens: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens, &c. Et Auguſt. 14. de ciuitate Dei, ait: Obedientia, niſi humilium eſſe non poteſt. Humilitas enim vacuitas eſt proprij ſenſus, & voliti, ideo alienum ſenſum, & volitum recipit quaſi vacua a ſuo. Et ex hoc fit homo obediens Deo, & cuilibet, cui neceſſe eſt ei, & vtile obedire. At econtra ſuperbus retinens ſuum proprium ſenſum non recipit alienum, nec alterius volitum: proinde Prouerb. 26. cap. Salomon ait: Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit inſipiens. Cibus profectò nimis ſalitus, quaſi perditus eſt. Facilius ſal cibo apponitur, quàm ſubtrahatur. Sic qui ad religionem accedit, ſi ſal proprij ſenſus in eo minus abundat, omnino religioni ineptus eſt. Facilius quippe homo ſimplex fit bonus religioſus, quàm qui eſt ſapiens in oculis ſuis: vnde Bernar. ad Fratres H

A tres de Monte Dei. Superbia quàmuis ſibi prudens videatur, dimittenda eſt ſibi, & abigenda eſt. Sic enim admittitur ſuperbus prima die, qua incipit habitare, incipit leges dare. Nimium verò ſtultus diſcere non poteſt leges, quas inuenit in ſpirituali vita. Docet itaque Eccleſiaſticus in cap. 19. dicẽs: Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & indiget ſenſu in timore Dei: quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. Timor quidem pericula penſat, etiam quæ ſunt defectus ſuos ſcrutatur: & inuenit indigere ſe ſenſu. Et ſic timor humilitatem in animam introducit: humilitas
B verò videns ſibi nõ ſufficere ſenſum ſuum, alieno ſenſui acquieſcit, nec vult amplius illum habere ducem, qui in tot foueas illũ olim præcipitauit, ſcilicet proprium ſenſum. Si verò ſtultus eſt, & ſibijpſi ſapiens eſſe videtur, omnino indiſciplinabilis eſt. Et tunc vtendum eſt conſilio Salomonis, qui Prouerb. 26. c. ait: Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiẽs eſſe videatur: ſecundum enim Gregor. in Moral. Sola obedientia virtus eſt, quæ cæteras virtutes menti inſerit, inſertasq́ue cuſtodit. Solent enim arbores agreſtes inſeri duobus ramuſculis alicuius arboris nobilis, & ex hoc ar-
C bor, quæ erat prius agreſtis producit flores, fructus, & folia, ſecundum naturam arboris nobilis, de qua ramuſculi ſunt aſſumpti. Sic obedientia alienam voluntatem, & ſenſum conſumit, atq; cordi eius, qui obedientiam promittit inſerit, & iam cor illud ſi in obedientia perſeuerat, ſecundum volũtatem, & ſenſum ſui ſuperioris iam operatur. Vnde dicitur obedire, id eſt contra proprium ſenſum, & voluntatem adire.

Tertia ſuauitas.

D Tertia ſuauitas obedientiæ ſanctæ, Separatio nominatur: vt autẽ obedientia ſit ſuauis, expedit ei qui perfectè vult obedire, qui voluntatem ſuam ſeparet ab omni affectione terrena, totamque eam recolligat, atque paret, totamque præparet ad mandatum ſui ſuperioris. Si enim alicui affectioni terrenæ: vtputa locorum, amicitiarum, maximè mulierum, ſub ſpecie deuotionum, & confeſſionum adhæſit cauillationibus, excuſationibus ſecularium precibus amicorum, vel parentum infeſtationibus, murmurationibus, detractionibus, atque alijs innumerabilibus modis conabitur effugere obedĩtiam prælatorum. Porrò corium adhærẽns inflexibili ligno, ſicut E contingit in ſcutis, quæ de arbore fici fieri ſolent, flecti non poteſt, niſi ab ipſo euellatur ligno, & ſeparetur. Verus ergo obediens, ita ab omni vitioſa affectione ſegregatus eſt, quòd corde, ore, & opere prælato dicere poteſt propheticum illud: Paratus ſum, & nõn ſum turbatus: vt cuſtodiã mandata tua. Et iterum Deo dicere valet: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Bernardinus. Paratum ad ſublimia, paratum ad humilia, paratum ad omnia.

Quarta ſuauitas.

F

Quarta ſuauitas, Dilectio dici poteſt. Cum enim calor diuinæ dilectionis in anima feruet, facilè ad omnem obedientiam inclinatur, ſicut & calefacta cera de facili flecti poteſt. Duriſſima quoque metalla liqueſcunt igne, atque infuſa facillimè ſuſcipiunt formam. Sic etiam cor humanum cum igne diuini amoris incenſum eſt, paret faciliter imperanti: proinde Leuit. 6. c. myſticè ſcriptum eſt: Ignis in altari meo ſemper ardebit, quẽ nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Quid per altare, in quo ignis ardere debet, niſi humanum cor: quod vti- G que altare dicitur, quaſi alta res, in quo ignem diuini amoris feruere neceſſe eſt: quod quidem: vt fiat ſacerdos, id eſt intellectus rationalis, quotidie ſubijcere debet ligna, hoc eſt recolere omni die ſublimia Dei beneficia: vtputa creationis, redemptionis, religionis, & quæcunque alia dona ſibi diuinitus collata. Hoc autem tunc fit mane, cum mente ſobria, & quieta talia beneficia recoluntur, & in Dei amore anima inflammatur. Talis ſiquidem amor in corde humano feruens, ad omnem obedientiam feruere facit. Ob hanc cauſam H Dominus Luc. 12. cap. ait: Ignem veni mittere in terram, id eſt in cor terrenum, atque terrenis affectionatum: & quid volo, niſi vt ardeat? Hunc ſiquidem ignem tunc miſit in terram, cum pro nobis factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis: quotidie igitur recogitandus eſt talis obedientiæ pro nobis amor: vt erubeſcamus prælato, qui loco eſt Chriſti, inobedientes fieri, quando ille pro nobis obediens dignatus eſt mori. Denique, ſecundum Bernar. Credentibus nihil impoſſibile, nihil amantibus difficile, nihil aſperum mitibus, nihil humilibus arduum reperitur,

A tur,quibus gratia fert auxilium,& obediendi deuotio lenit imperium.

De quatuor alijs ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ. Cap. 2.

SEcundò ſubdamus alias quatuor obedientiæ ſuauitates, quæ pertinent ad proficientes.

Prima ſuauitas.

PRima ſuauitas dicitur ſubleuatio: licet enim obedientia ſub onere ponat,
B Deus tamẽ a ſuperioribus onus leuat. Largitur enim nobis in voluntate feruorẽ, in facultate vigorem,& in obedientiæ executione amorẽ. Ipſe eſt,qui vt dicitur Philippen.2. Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Et tamen nobis tribuit ad meritum id, quod vtiq; ſuum eſt donum:ſicut de Abraam Geneſ.15.cap.ſcriptum eſt: Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Secunda ſuauitas.

C SEcunda ſuauitas æmulatio dicta eſt. Multum profectò dulcorat nobis obedientiæ iugum præcedentium Sanctorum, atq; præſentium iuſtorum obedientia prompta, cum mens tranſit in æmulatione eorum.Conſidera ſtupendam obedientiam Abrahę ĩ immolatione filij ſui Iſaac. Gen. 22. De qua dixi lati' ĩ ſermone de Abrahã. Cõſidera inſuper vltra ea,quæ in hoc artic. & cap.1. dicta ſunt de obedientia Chriſti, quòd obedientiam oſtẽdit in mundum veniens,in mundo manens,& de mundo trãſiens.Primò in mundo veniens. Vnde Ioã. 6.ipſe ait: Deſcẽdi de cęlo,non vt faciã voluntatẽ meã: ſed voluntatem eius,qui miſit
D me. Secundò in mundo manens. Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me. Et iterum cap.5.Non quæro voluntatem meam:ſed volũtatem eius,qui miſit me.Tertiò de mundo tranſiens: Vnde Ioan.14. c. ipſe ait: Sicut mandatum dedit mihi pater,ſic facio. Et de hoc Bernar. ait: Mementote fratres, ne perderet obedientiam,perdidit vitam. Et in ſignum,ꝙ obediendo mandato patris,mortẽ ſuſtinuit,inclinato capite emiſit ſpiritum,Ioan.19. De alijs quoque martyribus, qui pro ſeruanda obediẽtia certauerũt vſq; ad mortẽ,ad Hebrę.11. c.Apoſtolus ait: Obturauerunt ora leonum, ſ.obedientiæ virtute: extinxerunt E
impetum ignis, effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterunt exterorum: acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem: vt meliorem inuenirẽt reſurrectionem. Alij verò ludibria,& verbera experti, inſuper & vincula, & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt,tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis: Egentes, anguſtiati,afflicti: quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in F
cauernis terræ. Sequitur in 12. cap. Ideoque & nos tantam habẽtes impoſitam nubem teſtium, id eſt multitudinem martyrum obedientium vſque ad mortem deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum,per patientiam curamus ad propoſitum nobis certamen.

Tertia ſuauitas.

TErtia ſuauitas dominatio nominat'. Nam, ſicut Auguſt. ſuper prædicto verbo thematis ait: Qui huic iugo ſubditur, cuncta habet ſubiecta. Proinde G
1.Corint. 3. de ſe & omnibus alijs obediẽtibus inquit: Omnia veſtra ſunt. Quod exponens Auguſt.in glo. 33.q.7.cap.quod autem in fine ait: Scriptum eſt enim, ſcilicet per Apoſtolum. Omnia veſtra ſunt, id eſt ad ſeruiẽdum vobis data: vos autem Chriſti,Chriſtus autem Dei, ſcilicet patris. Ratio autẽ,quare obediens talis omnibus dominatur,eſt,quia ſeipſum vicit, ſubdens ſe homini propter Deũ. Vnde Prouerb.16.c. ſcriptũ eſt:Melior eſt,qui dominatur animo ſuo,expugnatore vrbiũ.Multi quidẽ vrbes, & regna ſibi ſubiugauerũt: qui tñ non ſunt dominati animo ſuo. Nam, ſicut Sene. ait: H
Qui ſemetipſum vincit,cõtra oĩa fortis eſt. Dum igitur homo per obediẽtiã ſe in hoĩe ſubijcit Deo,meritò oĩa ſubiecta ſunt ei.

Quarta ſuauitas.

QVarta ſuauitas eſt diſcretio, ſcilicet imperantis. Seneca quidem ait: Remiſſius imperanti melius paretur. Et Gregorius in vlti. Moral. ait: Sciendum eſt,quòd nunquàm per obedientiam malũ fieri:aliquãdo aũt debet per obediẽtiam bonũ, quod agitur, intermitti.

A Neque enim mala in paradiſo arbor extitit,
quam Deus hominem contingere interdi-
xit: ſed vt melius per obedientiæ meritum
homo bene conditus creſceret, dignum
fuerat, vt hunc etiam a bono opere prohi-
beret: quatenus tanto verius hoc, quod
ageret virtus eſſet, quanto & a bono ceſ-
ſans auctori ſuo ſe ſubditum humilius ex-
hiberet. Sed notandum, quòd illic dicitur,
ſcilicet Geneſ. 2. Ex omni ligno paradiſi co-
mede: de ligno autem ſcientiæ boni, & ma-
li ne comedas. Et addit Gregor. Qui ab
vnoquoque bono etiam ſubiectos vetat,
neceſſe eſt, vt multa concedat, ne obedien-
B tis mens funditus intereat, ſi omnibus ope
ribus penitus repulſa ieiunat. Omnes au-
tē paradiſi arbores ad eſum Dominus con-
ceſſit, cum ab vna prohibuit: vt creaturam
ſuam, quam nolebat extingui, ſed prouehi:
vt tanto facilius ab vna reſtringeret, quan-
to ad cunctas latius relaxaret. Nam 3. Re-
gum 12. Populus inobediēs factus eſt pro-
pter graue imperium Roboam. 7. q. 1. de-
nique. Facit ad hoc 26. q. 7. alligant. 45. diſt.
cum beatus. Vnde & Dominus non præce-
pit Petro, vt nauem a terra ſubduceret: ſed
rogauit, vt patet Luc. 5. cap. In hoc confun-
ditur ſuperbia prælatorum mortificantium
C ſubditos ſuos, qui tanquàm Domini impe-
rioſè præcipiunt, & per obedientiam man-
dant, & vix aut nunquàm rogant, cum pro-
fectò gladius ſit in manu furioſi, præceptū
præceps in ore prælati, contra quos Ezech.
34. ſcriptum eſt: Cum auſteritate impera-
batis eis, & cum potentia. Cōtra hoc etiam
eſt, quod ſcribitur 45. diſt. in cap. licet. vbi
dicitur: Licet plerunque accidant ſacerdo-
tibus, quæ ſunt reprehendenda: plus tamen
erga corrigendos agat beniuolentia, quàm
ſeueritas: plus exhortatio quàm commina-
tio: plus charitas quàm poteſtas: cum nemo
noſtrum ſine reprehēſione, aut ſine pecca-
D to viuat. Et idem ea. diſt. 5. facit etiam ad
hoc 95. diſtinct. in cap. eſto. 11. q. 3. rogo.
Et hoc eſt contra prælatos illos, qui pro le-
ui cauſa præcipitanter fulminant excom-
municationis ſententias, aliaſque cenſu-
ras in ſubditos ſuos, contra iura. 11. q. 3.
nemo. & cap. nullus ſacerdotum. extra de
ſenten. excommunic. ſatis. & eod. tit. cum
medicinalis, lib. 6. Nam, ſicut Seneca inquit:
Generoſus eſt animus, & imperanti natu-
raliter recalcitrans facilius ducimur, quàm
trahamur. Obedientia enim vera, & pu-
ra, quæ debet imponi, charitatem reſpi-
cit, non timorem. Vnde 1. Pet. 1. cap.
ſcriptum eſt: Animas veſtras caſtificantes E
in obedientia charitatis, fraternitatis amo-
re. Vnde meritò quidam ait:

Si quotiens peccant homines, ſua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore nullus erit.

De vltimis quatuor ſuauitatibus ſanctæ obedientiæ. Cap. 3.

TErtiò ſuperaddamus quatuor vlti-
mas obedientiæ ſuauitates.

Prima ſuauitas.

PRima eſt promiſſio: quia ex obedien- F
tia gloria æterna nobis promiſſa eſt.
Proinde 2. Corinth. 4. cap. Apoſtolus
ait: Id, quod in præſenti eſt, momenta-
neum & leue, tribulationis noſtræ ſupra
modum in ſublimitate æternū gloriæ pon-
dus operatur in nobis non contemplanti-
bus nobis, quæ videntur: ſed quæ non vi-
dentur: quæ enim videntur, temporalia
ſunt: quæ autem non videntur, æterna.
Meritò ergo ſicut inobedientia clauem pa-
radiſi amiſit, ſic & illam obedientia recu-
perauit. Vnde Matth. 16. Tibi dabo claues
regni cœlorum, ait Dominus Simoni, qui
obediens interpretatur. Vnde verè obe- G
dienti iam clauis regni cœlorum parata eſt,
ſicut Apocalyp. 3. myſticè ſcriptum eſt. Hæc
dicit, qui habet clauem Dauid, qui aperit,
& nemo claudit: claudit, & nemo aperit.
Dauid, qui manu fortis interpretatur: ve-
rus obediens eſt, qui nouit inobedientiam
declinare, & obedientiam operari. Cla-
uem quidem Dauid habet Chriſtus, qui
gratiæ plenitudinem habuit ad omnem in-
obedientiam fugiendam, & ad omnem
obedientiam Deo patri exhibendam. Hanc
ergo gratiam, cuius ipſe plenitudinem ſo-
lus habet, cæteris alijs per partes diſpen-
ſat: propterea ſubditur, qui aperit, ſcili- H
cet paradiſum: & nemo claudit: quod di-
cit, quantum adimplentes obedientiam:
Quibus enim ipſe portam paradiſi aperit,
eos nemo ab ea excludere poteſt: quibus ve
rò claudit, vtputa inobedientibus, & rebel-
libus, nemo profectò aperit.

Secunda ſuauitas.

SEcunda ſuauitas eſt vnctio. Magna
quippe eſt ſuauitas vnctionis in obe-
dientia, & in adimpletione mandato-
rum Dei. Vnde in perſona talis obedien-
tis

A tis Propheta ait: In via teſtimoniorū tuorum delectatus ſum. Et iterum: In cuſtodiendis illis retributio multa. Vbi Auguſti. inquit: Non ait pro cuſtodiendis, quia non tantum pro eis reddetur prēmium: ſed hic in eorum cuſtodia magnum eſt gaudium. Proinde Eccleſiaſt. 23. ſcriptum eſt: Nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini. Vnctio hæc, ſicut Bernar. ait: Andream fecit amplecti crucem gaudenter, Laurentium irridere carnificem, Stephanū pro lapidatibus flectere genua in oratione, & Apoſtolos gaudere in tribulatione. Pſal. In tribulatione dilataſti mihi.

B

Tertia ſuauitas.

Tertia ſuauitas eſt aſſuefactio. Equus enim aſſeſſore circūuolutionibus aſſuetus, ad voluntatem illius facilius flecti poteſt. Aſſuefit autem circunuolutionibus ipſis, & diſcretis mortificationibus propriæ voluntatis. Et de hoc Prouerb. 21. c. ſcriptum eſt: Equus paratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuit. Equus quippe domitus religioſus eſt, cui appoſitus eſt obedientiæ frœnum. De talibus autem Zachar. 10. ſcriptum eſt: Poſuit
C eos quaſi equos gloriæ ſuæ in bello. Operatur enim Deus per obedientiam in viro religioſo ſalutifera, & glorioſa: vnde merito equus gloriæ dici poteſt. Talis ſiquidem equus per aſſuefactionem ad obedientiam fideliter parandus eſt ſecundum voluntatem ſeſſoris ſui, id eſt prælati, loco Chriſti, nunc ad dexteram proſperitatis, nunc ad ſiniſtram aduerſitatis. Aliter in die belli profectò ſuccumbet, quando ei aliquid graue præcipietur. Religioſus quippe, qui in ſua voluntate nutritur, omnino deſtruetur. Studeat ergo ſubditus, quòd ſemper prælato dicere poſſit propheticum illud:
D Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. In vita Beati Giliberti dicitur: Præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec a ſubiectis obedientiam imploret, qui eam prælatis exhibere non nouit. In cuius myſterium Matth. 16. Simonem, qui interpretatur obediens, Dominus alijs Apoſtolis præfecit, dicens, vt dictum eſt: Tibi dabo claues regni cœlorum.

Quarta ſuauitas. E

Qvarta ſuauitas eſt deportatio. Nam tripliciter obedientes progrediuntur ad regna cœlorum. Primò equitando, ſecundò nauigando, tertiò verò volitando. Primi ſunt incipientes, ſecundi proficiētes, tertij ſunt perfecti. Primò enim incipiens progreditur equitando: quia innititur alieno ſenſui, & alienę voluntati, quaſi pedibus alienis. Proinde velocius currit, eo ꝙ pedes quibus innititur, velociores ſunt quàm ꝓprij. Vnde Apocal. 6. cap. myſticè ſcriptum eſt: Et vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, habebat arcū, ſ. in manu ſua, & data eſt ei corona. Equus quidem bellis aptiſſimus, prælatus eſt, aptus ad pugnandum viriliter in bello ſpirituali pro ſubditis ſuis. Huius equi aſcenſor, ſubditus eius eſt, quem ipſe pedibus, & laboribus ſuis ad paradiſum portat. Vterque igitur albus eſt, tam aſcēſor, quàm equus per ſanctæ puritatis, & conuerſationis candorem. Dicitur, quòd ipſe aſcenſor habebat arcum. Arcus ſiquidem bonū eſt opus virtute obediētiæ operatum. Sicut enim in arcu duo ſunt, ſ. lignum, & corda, & per cordam quæ leuis eſt, flectitur rigor ligni: ſic & corpus flecti debet ad obedientiæ opus iuxta imperium præcipientis, licèt quandoq; ei difficile ſit. Huius arcus ſagittæ ſunt in obediendo feruida, & ardentia deſideria. De quibus Propheta ait: Sagittæ potentis, id eſt obedientis, qui ſeipſum vincere poteſt: acutæ cum carbonibus deſolatorijs. His ſagittis pugnat obediens verus per affectiones paupertatis contra mundum, per affectiones caſtitatis contra carnem, atque per affectiones obedientiæ contra diabolum. Sed quoniā obedientiæ opus ſine præmio eſſe non debet, ideo ſubditur: Et data eſt ei corona. Et poteſt illud ei referri ad equum, & aſcenſorem. Equus profectò, id eſt prælatus, coronam gloriæ meretur, quia bene præcipit, atque regit: ſubditus quoque coronam meretur, quia bene obedit. Vtrique coronam acquirunt gloriæ ſempiternæ, quæ in corona, quæ ſignum eſt gloriæ, & finem in circuitu nō habet, ſignificatur. Secundò proficiens progreditur ad cęleſtia regna nauigando. Nam obedientia nauis eſt, qua obediens nauigat per hoc mare magnum, & ſpatioſum præſentis vitæ: vt perueniat ad portum ſalutis æternæ. Obedientia igitur eſt nauis illa, de qua Prouerb. vlti. dictum eſt: Facta eſt, ſcilicet obedientia,

Obedientia eſt nauis.

F G H

A dientia, quaſi nauis inſtitoris, de lógè portans panem ſuum. Inſtitor enim mercator eſt: non tamen ille qui vendit, ſed ille qui emit: quia ſcilicet mercibus emẽdis inſtat. Talis eſt obediẽs ſollicitus, & deuotus, qui ſcilicet cótinuè omni die, omni hora, omni tempore inſtat: vt emat gloriam regni celorum. In hac ſiquidem obediẽtiæ naui inſtitor, id eſt obediens, de longè, id eſt ad portum ſempiternæ vitę portat panem ſuum, i. lucrum obedientis vitæ ſuæ. Nam ſicut qui eſt in naui, comedendo, bibendo, dormiẽdo, & quieſcendo progreditur: quia mouetur alieno motu: ſic verus obediens in reli-
B gione ad literam comedendo, bibendo, dormiendo, & quieſcendo, & alia bona opera operando meretur. Hic eſt panis, qui in obedientiæ naui ad æternam vitam portat, quẽ quotidie a Domino poſtulamus, cum dicimus, Matt. 6. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Tertiò quoque perfectus progreditur ad cœleſtia regna volando: ſi tamen obedientia habet duas alas, ſcilicet caſtitatem, & voluntariam paupertatem. Vnde Apocal. 12. myſticè ſcriptum eſt: Et datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnę, vt volaret in deſertum, in locum ſuum. Magna quippe aquila, quæ cœlos aſcendendo pe-
C netrauit, Chriſtus eſt: Nam altioris volatus, & purioris contuitus inter cæteras aues eſt ipſe Chriſtus. Sic & ipſe aſcendendo volauit ſuper Cherubin, & Solem in rota, id eſt patrem in æternitate, ſolus videlicet, ſine quo nullus videre poterit, cum nemo nouerit patrem, niſi filius, &c. vt dicitur Matthæ. 11. Huius magnæ aquilæ, videlicet magni cótemplatoris Dei patris, ſcilicet Chriſti, duæ ſunt alæ, ſcilicet caſtitas, & paupertas. Caſtitas enim magna eſt ala, quę hominem expedit ab illa delectatione, qua difficillimum eſt hominem bene vti, & a fortiſſima occaſione peccandi, ſcilicet a muliere,
D per quã diabolus Adam deuicit. Geneſ. 3. Paupertas quoq; magna ala eſt, ſecundum Bernar. qua tamen citò volatur ad cœlum. Nam in alijs beatitudinibus, quæ ſequũtur, promiſſio futuro tẽpore indicatur: paupertati verò non tam permittitur, quàm etiam in pręſenti donatur, dicente Domino, Matthæ. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt, ſcilicet etiam in præſenti, regnum cœlorum. Has duas alas Chriſtus aquila magna in ſe habuit: quia caſtitatem, & paupertatem vſque ad mortem ſeruauit. Eędem quoque veræ obedientiæ alæ a Chriſto obedienti dantur, vt volet in deſertum, in locum ſuum. Locus quippe proprius animæ obedientis cœlum empireum eſt: quia ad illud eſt creata. Hic enim locus deſertum dicitur, eo quòd a peccatoribus Angelis derelictus eſt, ſicut Beatus Iudas de ipſis Angelis ait: Qui non ſeruauerunt ſuum principatum: ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ in iudicio magni Dei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. De his alis, atque volatu Propheta in perſona perfectè obedientis ait: Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ? & volabo, ſcilicet per obedientiam, & requieſcam videlicet in gloria ſempiterna. E

F

ARTICVLVS TERTIVS.

De ſcala ſanctæ obedientiæ, & de ſeptem gradibus eius.

TErtiò circa obedientiam cõtemplemur ſubiectum cõuenientiſſimum, quia Dominus ait: Super vos, ſcilicet qui aſſumpturi eſtis, vel aſſumpſiſtis iam obediẽtiæ ſtatum, ſecundum enim Auguſtinum: Oportebat vt homo ſub Domino poſitus ab aliquo prohiberetur: vt eſſet ei virtus obedientia merendi: ſed quia per inobedientiam ligni vetiti de paradiſo expulſus fuit, neceſſe eſt vt in eum per obedientiam reuertatur. Proinde Geneſ. 28. in ſcala Iacob myſticè demonſtratur: vbi dicitur. Vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. Hæc eſt ſcala obedientiæ, qua obedientes religioſi aſcendunt in cœlum, ſicut Dominus Matthæ. 19. cap. ait: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, ſcilicet ſanctæ religionis. Hanc ſcalam vidit Iacob dormiens in itinere lapide ſuppoſito capiti: ſecundum enim Auguſt. in itinere dormire, eſt in via huius ſeculi ab impedimento ſecularium actionum quieſcere. Et ſecundum gloſſam, Caput ponit in lapide, qui Chriſto inhæret mente. Quia igitur Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, atque Franciſcus, qui approbatas regulas, & religiones inſtituerunt, Chriſto adhæſerunt corde, & a curis huius ſeculi quieuerunt, ſpiritualiter viderunt viſionem hanc. Hos quatuor inſtitutores religionum futuros præuidit Daniel 3. capitu. dicens: Species quarti, qui fuit Beatus Franciſcus, ſimilis filio G H

A lio hominis, id eſt Chriſto eſt. In hac igi-
tur ſcala quatuor myſteria inſinuantur. Pri-
mum myſterium eſt intentionis rectæ, ſe-
cundum conuerſationis ſanctæ, tertium
operationis, ſeu actionis angelicæ, quar-
tum amplexationis diuinæ. Primum my-
ſterium eſt intentionis rectæ: quia Iacob
vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, ſcili-
cet & ad cœlum erectam. In quo recti-
tudo intentionis myſticè denotatur, quam
videlicet habere debent hi, qui viam obe-
dientiæ ſanctæ aſſumere quærunt. Nam
qui in relinquendo mundum, terrenam in-
tentionem habent, ſcala erecta non ſtat:
B ſed potius in terra iacet. Proinde Eccle-
ſiaſt. 4. admonet dicens: Cuſtodi pedem
tuum, id eſt intentionem, & affectionem
tuam, ingrediendo domum Dei. Secun-
dum myſterium eſt conuerſationis ſanctæ:
quia cacumen illius tangebat cœlum. In
quo myſticè denotatur, quòd conuerſatio
religioſorum debet eſſe cœleſtis, & ſancta.
Vel potius, quia immediatus tranſitus eſt
in morte a via perfectæ obedientiæ in ip-
ſum cœlum. Nam ſecundum Bernar. de
cella itur ad cœlum: nihil enim vel parum
perfectè obedientes morantur in purgato-
rio. Nam ipſa religio, ſi ſeruatur profeſ-
C ſio: fornax, & purgatorium eſt, in quo
depurantur, atque depurgantur veri reli-
gioſi, ſicut Sapien. 3. cap. ſcriptum eſt: Tan-
quàm aurum in fornace probauit electos
Dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam acce-
pit illos, & in tempore, ſcilicet tranſitus
de hoc mundo erit reſpectus illorum, ſci-
licet rectus ad viſionem Dei, in quo con-
ſiſtit gloria conſummata. De hoc purga-
torio. 27. q. 1. cap. impudicas. & Eccleſiaſt.
27. Vaſa figuli probat fornax, id eſt religio
ſancta. Tertium myſterium eſt operatio-
nis, ſeu actionis angelicæ: quia vidit Ia-
cob per hanc ſcalam Angelos aſcendentes,
D & deſcendentes. In quo myſticè denota-
tur, quòd via obedientiæ angelica via eſt.
Siue enim aſcendat obediens per lectioné,
orationem, & meditationem, ſeu contem-
plationem Deo aſſiſtendo, ſicut Angeli,
qui ſemper vident faciem patris, Matth. 18.
ſiue deſcendat per adminiſtrationem, fra-
tribus & populis ſeruiendo, iuxta illud:
Facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros
tuos, ignem vrentem: in vtroq; opere mi-
niſterium Angelorum exercent, & Dei vo-
luntatem adimplent. Ad hoc extra de re-
nunciatio. in c. niſi. 36. diſt. c. vlti. Quartum
myſterium eſt amplexationis diuinæ: quia
Dominus erat innixus ſcalæ: Vt myſticè in- E
nuatur, quòd paratus eſt Dominus apertis
brachijs ſuſcipere, & amplexari animam
obedientis, aſcendentem in cœlum, ſicut
pia mater paruulum ad ſe currentem dulci-
ter amplexatur, In cuius perſona Prophe-
ta ait: Adhæſit anima mea poſt te, me ſu-
ſcepit dextera tua. Et iterum Cantic. 2. Læ-
ua eius ſub capite meo, & dextera illius
amplexabitur me. Et iterum Propheta in-
quit: Tenuiſti manum dexteram meam,
& in volũtate tua deduxiſti me, ſcilicet per
obedientiæ viam: & cum gloria, ſcilicet
tandem ſuſcepiſti me. O quantum inflam-
mare deberet eos, qui in ſtatu obedientiæ F
ſunt, ad viriliter aſcendendum ſpes, & de-
ſiderium contemplandi gloriam illius ma-
gni Dei, qui ipſi ſcalæ innixus eſt, exemplo
expugnantium ciuitatem, vel caſtrum, qui-
bus ſi promittatur, ꝙ primo, qui intraue-
rit, dabuntur mille aurei: ſecundo quingen-
ti: tertio centum: deſiderium tanti lucri ita
inflammat eos, ꝙ aliqui aſcendunt per ſca-
las in lapidũ defenſioné, tenẽtes clypeos ſu
pra ſe. Alij aſcendũt per lanceas, nõ timen-
tes lapidum ictus, alij modis mirabilibus.
Quãto magis ſpes, & deſideriũ æternorum
debet inflãmare ſeruos Dei ad aſcẽſum ſca-
læ obediẽtiæ ſanctæ, oẽs ſuperando aduer- G
ſitates, atq; obediẽtiæ difficultates, vt veri-
ficetur, quod Matth. 11. c. ſcriptũ eſt: Regnũ
cælorũ vim patitur, & violẽti rapiunt illud.
Porrò violẽti ſunt ſibi, qui abnegãtes pro-
priá voluntaté, ſeipſos cogunt alijs obedi-
re. Fælix talis coactio, quæ cæleſtis regni ac-
quiſitio eſt. Huius ſcalæ obedientiæ duo la-
tera ſunt, ſ. caſtitas ſancta, & volũtaria pau-
pertas, ſeu abnegatio propriæ voluntatis,
& proprij ſenſus. Septem quoq; ſunt eius
gradus, ſecundum Bernar. per quos verus
obediens aſcendit in cœlũ. Primus eſt obe
dire libenter, ſecundus obedire ſimplici-
ter, tertius obedire hilariter, quartus obe- H
dire velociter, quintus obedire viriliter;
ſextus obedire humiliter, ſeptimus eſt obe
dire perſeueranter.

Quòd libenter ſubditus obedire debet prælato ſuo. Cap. 1.

PRimus gradus eſt obedire liben-
ter. Hunc gradum non poteſt
aſcendere, ſecundum Bernar.
qui præcipientis, nõ ſuá fecerit
volũtaté. Libẽter quippe obediebat, q Ioá.
4. dicebat: Meus cibus eſt, vt faciam volun-

A tatem eius, qui miſit me. Auguſt. quoque 4. confeſſ. inquit: Optimus tuus miniſter eſt, qui non magis intuetur a te audire, quod ipſe voluerit: ſed potius hoc velle, quod a te audierit. Et iterum Bernar. ait: Quiſquis occultè ſatagit: vt quod vult ei prælatus iniungat ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blandiatur. Neque enim in ea te ipſe prælato: ſed magis ei prælatus obedit. Paratum ſe oſtendere debet ſubditus prælato ſuo, ſicut Paulus Domino, Actuum 9. cum ait: Domine, quid me vis facere? Et 1. Regum 3. Loquere Domine: quia audit ſeruus tuus; & Eſa. 6. Ecce ego, mitte me. Et B Prouerb. 15. Reſpõſio mollis frangit iram. Quod verbum exponens Sanctus Antonius de Padua ait: Reſponſio mollis humilis ſubditi, frangit iram ſuperbi prælati. Et Prouerb. 25. Patientia, ſcilicet ſubditi leuiter princeps, id eſt prælatus. Et lingua mollis, ſcilicet veri obedientis, contringet duritiam, ſcilicet auſteri prælati. Eccleſiaſt. 4. Ne coneris contra ictum fulminis, id eſt contra voluntatem prælati: ſed humilia ei caput tuum. Et iterum Eccleſiaſt. 6. Lingua eucharis, id eſt bonæ gratiæ, in bono homine, id eſt in bono ſubdito abundabit. Vt dicat cum Iob 14. cap. Vocabis me, & ego reC ſpondebo tibi. Reſpondet profectò, qui ſibi præcipienti ex animo obedit, ſecundũ Sanctum Antonium: nec dubium, ſecundum Bernar. in ſermonibus, quin ampliorẽ gratiam mereatur, qui obedientem ſe exhibet ante mandatum. Requirit namq; Dominus voluntarias oblationes. Vnde Exo. 35. ait Moyſes: Omnis voluntarius, & prono animo afferat primitias Dño. Coacta enim ſeruitia Deo placere non poſſunt. 20. q. 3. præſens. Contra quoſdam religioſos ruſticanæ, & quodammodo aſininæ conditionis, qui niſi coacti obedire non poſſunt. Perfectioris quoque charitatis obedientia eſt, D cum grauia præcipiuntur. Hinc & Apoſtolus Actuum 21. audacter, inquit: Ego enim non ſolum alligari; ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu Chriſti. Leuior tamen obedientia iudicatur, quando grauiora præcepta iniuncta ſunt, atque illa grauior cum faciliora præcipiuntur, cum contemptus huiuſmodi ex vltima radice ſuperbiæ originem ſumant. Vnde Bernar. in libro de præ. & diſpenſat. ait: In obediendi ratione hæc generalis regula tenetur: vt difficilioribus quibuſcunque agendis obedientia gratior, quàm præuaricatio grauior iudicetur, & in facilioribus minuſque oneroſis contemptus damnabilior, quàm actus E commendabilior æſtimetur. Proinde Auguſtinus 14. de ciuitate Dei, inquit: In paradiſo tanto maior inobedientia fuit, quanto id, quod præceptum eſt, nullius difficultatis fuit. Vbi enim magna eſt inobedientiæ pœna propoſita, & res facilis a creatore imperata: nam quis ſatis explicet, quantum malum ſit non obedire facili, & tantæ poteſtatis imperio, & tanto terrenti ſupplicio.

Quantum gratum ſit Deo ſimpliciter obedire. Cap. 2. F

SEcundus gradus eſt obedire ſimpliciter. Multos enim videmus, ſecundum Bernard. poſt præcipientis imperium multas facere quæſtiones, ſæpius ingeminare: vnde hoc venit, quis hoc inuenit cõſilium. Inde murmuratio, excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, aduocatio amicorum. Contra quos Propheta ait: In auditu auris obediuit mihi. Vt oſtendat vno eodemque momento proceſſiſſe, & imperantis imperium, & obſequium obſequentis. Ad obedientiæ ſimplicitatem pertinere videtur non iudicare, quid vel quare G præcipiatur. Vnde Bernar. in lib. de conſideratione: Omnibus nobis, maximè in conuerſionis initio, nulla magis virtus nobis neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas verecunda. Et idem ad Fratres de Monte Dei: Perfecta obedientia, maximè in incipiente, indiſcreta eſt, hoc eſt non diſcernere, quid vel quare præcipiatur: ſed ad hoc tantum niti; vt fideliter, & humiliter fiat, quod a maiore præcipitur. Idem quoque de nouitio loquens ait: Stultus fiat, vt ſit ſapiens, & hoc omnis eius ſit diſcretio: vt in hoc nulla ſit diſcretio: hæc omnis eius ſapientia; vt in H hac parte nulla ei ſit. Et in ſermonibus idem ait: Rara auis in terra diſcretio, ideo diſcretionis lucrum fratres in vobis ſuppleat obedientiæ virtus: vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter, quàm imperatum ſit, faciatis. Vnde Deuteronom. 13. cap. ſcriptum eſt: Quod præcipio tibi, hoc tantum facilè Domino, nec addas quicquàm, nec minuas. Iulius Cæſar cum in perdomandis hoſtibus quinque annorum ſpatiũ ſibi permiſſum terminum pertranſiſſet, licet glorioſè triumphaſſet: honor tamen ſibi debitus denegatus eſt, nec vrbem ingre-

A di permiſſus eſt, eo quòd vltra terminum ſibi præfixum moram traxiſſet. Auguſti. quoque 5. de ciuitate Dei, cap. 18. refert de Torquato, qui filium non quia contra patriam: ſed etiam pro patria pugnabat: tamē quia contra imperium ſuum hoc feciſſet, occidit, ne plus mali in exemplo imperij contempti, quàm gloria occiſi hoſtis eſſet: ſecundum ēt leges, ſi quis extra aciem contra præceptum ducis etiam fortiter pugnauerit, & vicerit: tamen punitur; quia contra præceptum fecit, ff. de re milit. l. 3. §. in bello. Et notatur 23. q. 5. relegentes. in glo. 1. Perfectè obediens ſe debet habere ad prælatum, ſicut iumentum ad dominum ſuum,

B vt dicere poſſit propheticum illud: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Et iterum: Qui deducis velut ouem Ioſeph. Hæc eſt ſimplicitas illa, quæ tantum deſiderabatur a ſanctis Patribus in diſcipulis ſuis. Proinde in principio non præcipiebant eis congrua, & diſcreta. Vnde in vitis Patrum ait quidam abbati Paſtori: Seniores non loquuntur ab initio patribus, vel fratribus recta: ſed magis diſtorta: & ſi viderint, quòd ea quæ torta ſint faciant, iam non loquuntur eis, niſi quod expedit agnoſcentes: quia in omnibus obedientes ſunt.

C Debent enim inferiores audire mandata ſuperiorum, & prælatorum, quaſi eis a Deo præciperentur. Proinde Luc. 10. c. Dominus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Ad hoc 28. diſt. in nouo. Vnde ſicut non diſcernerent, ſi aliquid a Deo eis præciperetur: ſed humiliter id adimplerent: ſic diſceptare non debent de mandatis prælati. Vnde Bernar. ait: Non te moueat magiſtri impetus, indiſcreta poteſtas: ſed memento, quia non eſt poteſtas niſi a Deo: & qui poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit. 11. q. 3. qui reſiſtit. 23. q. 1. quid culpa-

D tur. Coloſſ. 3. Serui, obedite per omnia dominis. Et ſequitur: Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus.

Quòd hilaritas in obediendo obedientiam reddit gratam. *Cap. 3.*

Tertius gradus obedientiæ eſt obedire hilariter. 2. Corinth. 9. Hilarem enim datorem diligit Deus. extra de donatio. cap. 1. Vnde Bernar. ait: Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorant obedientiam obſequentis. Nubiloſa corporis compoſitio, & facies tenebris triſtitiæ obfuſcata, ab animo receſſiſſe, ſinceram & iucundam obedientiam manifeſtat, & ſignat. Vnde 41. diſtin. in cap. clericus. Sicut ergo Auguſt. ait: Incompoſitio enim corporis, qualitatē indicat mentis. Quis enim libenter imperat homini triſtitiam efflanti? Eccleſiaſt. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Cauere debet a murmurationibus, iuxta illud Apoſtoli Philippen. 2. Omnia autem facite ſine murmurationibus. Qui enim cum murmure obediunt, felle Dominum paſcunt. Pſal. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Cibus enim

F Chriſti eſt obediētia opere adimpleta. Vnde Ioan. 4. ipſe ait: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me. Potus autem eius eſt obedientia cordis, quam Dominus profectò ſitit: Fel igitur Chriſto in eſcam datur, cum ſit murmuratio oris; acetum quoque ei miniſtratur in potum, cum ſit murmuratio cordis. Obedientia talium, obedientia dæmoniorum eſt. Proinde Luc. 4. ſcriptum eſt, quòd ad præceptum Chriſti exibant dæmonia a multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei: qui licèt obediebant, tamen obedientes non ſunt. Hi ſunt ſimiles Simoni Cyreneo, de quo Matthæi 27. ſcriptum eſt, quòd inuenerunt hominem Cyrenæum, Simonem nomine, & hunc angariauerunt. Sic iſti crucem obedienter portant, & crucis meritum non acquirunt: quia ſcilicet inuiti faciunt multaque ſui angaria, & prælatorum triſtitia, & melancolia obedientia taliter qualiter impletur: quod hodie in multis religioſis hoc eſſe manifeſta experientia docet. Tales etiam ſunt, vt lapides magni, qui moueri nō poſſunt ſine offenſione mouentis. Proinde Eccleſiaſt. 10. cap. ait: Qui transfert lapides, affligetur in eis. Ad literam hodie, ſi prælatus transfert de loco conſolabili fratrem ad alium locum non ſibi conſolabilem, afflictionem, & perſecutionem recipiet a fratre tranſlato. Et addit: Qui ſcindit ligna, id eſt vnitam ſocietatem aliquorum, ſeu fratrum, & aliquarum deuotarum, vulneratur ab eis, ſcilicet blaſphemijs, murmurationibus, detractionibus, & infamijs. Huiuſmodi inſuper ſunt: vt rota carri non ſolum in hoc: quia pro defectu vnctionis murmurant: ſed etiam quia vnus alterum præcedere recuſat. Non faciam hoc, ait vnus, niſi etiam idem ille fecerit. Et de talibus Eccleſ. 33. ait:

A ait: Præcordia fatui, quaſi rota carri. Vnde Ioan. 21. cap. cum dixiſſet Dominus Petro, ſequere me: & ille dixiſſet de Ioanne, Hic autem quid? Ait illi Dominus. Quid ad te? tu me ſequere. Tales etiam ſunt ſicut imagines, quæ in ædificijs columnas ſuſtentant, miram triſtitiam in facie prætendentes. Sed prælatus, cuius ſubditi cum triſtitia, & murmure parent: ſimilis eſt illi, qui habet omnia membra infirma, quæ neceſſe habet mouere, & nullum mouere poteſt ſine magno labore, & in magna miſeria eſt. Prælatus huiuſmodi imperat illi, & ille affligitur, & triſta-
B tur, & ipſe cum eo: ſimiliter etiam imperat alteri, & ille etiam contriſtatur, & ipſe cum eo: & ſic qui obſequi debuerunt, offendunt. Sed de talibus Hebr. 13. Apoſtolus ait: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.

Quòd velociter debet obedientia exhiberi.
Cap. 4.

QVartus gradus eſt obedire velociter. Luc. 19. cap. a Domino dictum eſt Zachęo: Feſtinans deſcende, qui ſtatim velociter obediuit. Vnde & ſtatim ſubditur velocis obediētiæ re-
C muneratio, cum Dominus ſubdit: Hodie ſalus huic domui facta eſt. Matth. etiam 4. cap. De Petro, & Andrea a Domino vocatis dictum eſt: At illi relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Et ſubditur de Iacobo, & Ioanne: Illi ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Canti. 5. Manus illius tornatiles. Manus opera ſignant, quæ tunc tornatiles ſunt, cum ex obedientia opera velociter fiunt. Principibus quippe admodum gratum eſt, cum pręcepta eorum velociter adimplentur. Proinde Prouerbio. 22. cap. ſcriptum eſt: Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram regibus ſta-
D bit. extra de regul. iur. in c. mora. lib. 6. Marianum Rauennatem Epiſcopum reprehēdit Gregor. quòd ſtatim iniunctis ſibi non obediuit. Et de hoc reprehenditur Epiſcopus Sipontinus. 27. q. 1. c. ſi cuſtos. ibi, Et ſtatim non ſolum, &c. Et Sergius defenſor, ea. q. & cauſa, in c. ſi homo. ibi, Omni excuſatione poſtpoſita. Et de hoc etiam 18. q. 2. pridem. Gelaſius reprehendit Caſtorem Epiſcopum.

Quòd viriliter, & magnanimiter debet obedientia exhiberi. Cap. 5. E

QVintus gradus eſt obedire viriliter. Vnde Bernar. Manum tuam miſiſti ad fortia: agendum eſt tibi inſtanter, & conſtanter obediendum: neque inter aſperitatem verborum tam regalis ſemita relinquenda. Et loquitur de ſemita obedientiæ. Hanc ſemitam Chriſtus etiam pro morte ignominioſa non reliquit. Vnde Philippen. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Bernar. Mementote fratres, quòd Chriſtus ne perderet obedientiam, perdidit vitam. Et iterum ad Fratres in monte Dei ait: Putas obedientiæ fructum, cum ſubditus audit obedientiam, quam multis exquiſierat votis, cum ei præcipitur quod redoleat dignitatem e contrario meritum aſſignari illi obedientiæ, quæ terreat animnm audientis, grauis ad audiendum, grauior ad implendum, grauiſſima ad tenendum. Ad hoc facit 19. diſt. in memoriam, in princip. & 100. diſt. contra morem, in princip. Proinde Prouerb. 21. Salomon ait: Vir obediens loquitur victoriam. Vincit enim verus obediens omnia membra corporis ſui exterius, & voluntatem ſuam interius. Vnde Bernar. Verus obediens mādatum non procraſtinat: ſed parat aures auditui, oculos viſui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſe totum intra ſe recolligit: vt ex toto mandatum peragat imperantis. Et in ſermone de cōuerſione Sancti Pauli ait: Multorum profectò hodie puſillanimitas, & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, quid vis vt faciam tibi? non ipſi quærant, Domine quid me vis facere? Conſiderare neceſſariò habet miniſter, & vicarius Chriſti, quid ſibi præcipi velint, non ipſi conſiderant, quæ voluntas ſit præceptoris. Diſcernunt, & dijudicant eligentes, in quibus obediant imperanti: immo in quibus pręceptorem ſuum ipſorum obedire neceſſe ſit voluntati. Non eſt eorum obedientia plena, non in omnibus parati ſunt obſequi, non per omnia ſequi propoſuerunt eum, qui non ſua: ſed patris venit facere voluntatem.

(F, G, H in right margin)

De

A *De humilitate, quæ in obedientia ſeruari debet.* *Cap. 6.*

SExtus gradus eſt obedire humiliter. Vnde Bernar. Magna virtus humilitas, ſine cuius obtentu virtus fortitudinis non ſolum virtus non fit, ſed etiam in ſuperbiā erumpit. Et ad talem obedientiæ humilitatem inducens Dominus diſcipulos ſuos, Luc. 17. cap. ait: Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Nam ſecundum rei veritatem non prouenit Deo vtilitas de operibus noſtris, ſed nobis. In-
B ſuper ex noſtris bonis operibus non fit maior, ſicut nec ſine eis fit minor. In tali gradu propheta erat, cum ad Deum ait, Bonorum meorum non indiges.

Quòd perſeueranti obedientiæ datur gloria ſempiterna. *Cap. 7.*

SEptimus gradus eſt obedire perſeuerāter. Perſeuerantia enim, ſecundū Ber. ſingularis eſt filia ſummi regis. Et iterum: Quid currere prodeſt, & ante metam curſus deficere? Sic currite, vt comprehen-
C datis. 1. Corinth. 9. Et de pœnit. diſtin. 3. Incaſſum, Grego. in Mora. ait: Incaſſum quippe bonum agitur, ſi ante vitę terminum deſeratur, quia fruſtra velociter currit, qui priuſquam ad metas perueniat, deficit. Et de hoc etiam legitur, & notatur extra de renuncia. cap. 1. Omnes quippe virtutes ſine perſeuerātia pugnare contra vitia poſſunt, ſine vero perſeuerantia vincere non poſſunt. Vnde ſoli in virtutibus perſeueranti tribuuntur regna cœlorum. Proinde Matt. 10. c. Dominus ait: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit.

D *Diſputatio de obedientia, & maximè de illa, quæ Euangelica nominatur: quæ per dialogum fit.*

Diſputatio de obedientia ꝑ dialogū.

P*Aulus*. Quærebatis pridie in ſermone veſtro, Reuerende pater, de voto Euangelicæ obedientiæ, ſcilicet, an vouere, vel alteri homini obedientiam promittere in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ, & euangelicæ perfectioni, ſit perfectionis euangelicæ. Et cum multa audirem ex vobis, quæ in laudem euangelicæ perfectionis, vel obedientiæ veniebant: Hoc certitudinaliter aſſeruiſtis, quòd vouere obediētiam antedictam, eſt de ſubſtantia perfectionis euangelicæ, tanquàm vnum de principalibus conſilijs Chriſti. Ego vero ſcolaſticus, licet ſcientia imperitus, non modicum de his, quæ prædicaſtis admiratus ſum: & cogitaui in corde meo humiliter poſtulare declarari a vobis: chriſtianus ſum, & licet peccatis, & negocijs ſecularibus inuolutus, non tamen deuiare vellem a tramite veritatis. Cogitaui in corde meo, & ea diligenter examinaui quædam, quæ opponam ſententijs, & dictis veſtris: non quia tentare vos vel-
lem, aut vobis oſtendere me peritum: ſed tantum, vt in mente mea de prædicta obedientia veritas eluceſcat. Sed & ſupportate me iuuenem imperitum, & in ſpiritualibus inexpertum. *Bernardinus*. Dic audaciter fili, & omne, quod de hac materia dubium habes, aperi confidenter: nec mihi diſplicere debet, quòd declarari velis de his, quæ per me dicta ſunt. Reſpondebo tibi fideliter, quid de hac materia ſentiam, peritioribus, quod non fuerit bene dictum relinquens humiliter emendandum: ſed, vt dicitur Prouerbio. 22. Appone cor tuum in doctrina mea. *Paulus*. Humanitas ve- G
ſtra audaciam mihi præſtat, vt loquar. Et quia conſueuiſtis omnes ſermones veſtros diuidere principaliter in tres partes, quod mihi, & alijs peritioribus me, placuit ſemper, ſequar ego veſtigia veſtra humiliter opponendo contra ea, quæ de obedientia dicta ſunt triplici via. Et probo, quòd tale votum obedientiæ primo ſit malum, ſecundo quòd ſit periculoſum, tertio quòd ſit imperfectum. *Bernardinus*. Vt video armatus veniſti & præparatus, & placet mihi multum, dummodo aſſentias humiliter rationibus meis. *Paulus*. Non vt contemnam, aut contendam, pater & Magiſter H
veni. *Bernardinus*. Dic igitur confidenter, quod ſentis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De primis quatuor argumentis contra obedientiam factis, videlicet, quòd non eſt bona.

Paulus.

PRimo quidem oppōno prima via: videlicet quòd votum obedientiæ malum eſt quadruplici argumento.

Quadruplici argumenti, q̄ votū obedictia ſit malum.

Pri-

A *Primum argumentum, quòd obedientia ſit contra honorem Dei. Cap. 1.*

Paulus.

PRimo inquam illud eſt malum, quod eſt in magnam dehonorationem Dei: ſed ſubijci alteri, quàm Deo, vel maximè per tam vniuerſalem obedientiam videtur eſſe in dehonorationem Dei, & intantam aut maiorem, ſicut eſt adorare alterũ, quàm Deũ, cum magis ſubijciat hominem obedientia, quàm adoratio. vnde j. Corinth. 7. Videtur B Apoſtolus inhibere omnem talem ſubiectionem, d. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum: ergo tale votum videtur malum. *Bernardinus.* Reſpondeo, ꝙ ſubijci alteri quaſi ille eſſet Deus, verè eſt ſumma iniuria Dei, & maior quàm ſola adoratio: ſed ſubijci alteri, vt vicario Dei & ſolúmodo ptopter Deum, eſt ſummus honor Dei, & quo ad aliquid maior, quàm ſi ſoli Deo i perſona ſua homo ſubderetur. Quod enim aliquis in tanta reuerentia habet regẽ ſuum, ꝙ non ſolum ſibi ſubijci velit, ſed ſer C uo ſuo propter eũ, maius eſt quàm ſi ſubijci vellet ſibi ſoli: quantum autem ad hoc non eſt ſimile de adoratione: quia adoratio propriè ſumpta ſignat ſolum illum reuerẽtiæ modum, qui ſit alicui vt vero Deo, non vt vicario Dei. Verbum autem Apoſtoli in telligi debet de ſeruitute vitioſa, qua homo ſeruit homini ex timore, vel amore mũdano, & vitioſo. Bernar. quoque in lib. de pręcepto & diſpenſatione ait: Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatum quodcunq; tradiderit, pari profectò obſequendum eſt cura: pari reuerentia deferendum, vbi tamẽ Deo contraria non præcipit homo. Et ſequitur: quamobrem quicquid vice Dei pręcipit homo, quod non ſit tamen certũ di D ſplicere Deo, haud ſecus omnino accipiendum eſt, quaſi præcipiat Deus. Quid enim intereſt, vtrũ per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos hominibus ſuũ innoteſcat placitum Deus?

Paulus. Placet quod dicitis: nam vt video & ratio & exemplum & auctoritas bonum & ſanctum eſſe oſtendunt, quòd ego putabã malum.

Argumentum ſecundum, quòd obedientia eſt contra proprium hominis bonum. E

Paulus.

SEcundo inſuper addam. Illud, quod eſt in magnum præiudiciũ proprij boni, illud eſt profectò malum: ſed hoc eſt huiuſmodi, quia tollit ferè totam libertatem agendi datam homini a Deo ad bonũ vtile peragẽdum: oportet enim hominem huiuſmodi obedientiæ ſubiectum ſtare in omnibus voluntati, & conſilio ſuperioris: & ſic patet, ꝙ tale votum eſt malũ. *Bernardinus.* F Ad hoc dicendum, ꝙ obedientia hęc non tollit aliquam libertatem ad faciendũ bonum: ſed potius ad illud promouet. nã, ſicut ſupradictum eſt, prælati non habẽt po teſtatem in ſuos fratres contra bonũ ſubditorum, ſed ſolum in bonum eorum. Vnde in hoc prælati potius ſunt ſerui, quàm Domini. *Paulus.* quia ratio veſtra intellectum in hoc ſatis mihi aperit, nihil de hoc dubietatis remanſit. *Solutio.*

Argumentum tertium, quòd obedientia eſt in damnum prælati. G

Paulus.

TErtio quoque addam, ꝙ tale votum ſit malum. Nam illud, quod eſt in magnum nocumentum prælati, cui homo ſubijcitur, illud eſt malum: ſed hoc eſt huiuſmodi, quia oportet eum incurrere magnam præſumptionem, ſ. in ſuſtinendo, & conſentiẽdo alijs præponi & anteponi. Et ſi ſubijci per huiuſmodi obediẽtiam eſt magis perfectum, quàm non ſubijci, oportebat prælatum huiuſmodi ſemper quo ad ſtatum obedientiæ imperfectum eſſe. *Bern.* Reſpondeo fili mi, ꝙ quadruplici ex cauſa hoc non eſt in nocumẽtum prelati. Primo, quia bonum obedientiæ propriè recompẽſatur ſibi in bonum communitatis, & regiminis ſubditorum. Secundo, quia nullus debet ad hoc ſumi, niſi ſit ſufficienter exercitatus in huiuſmodi obediẽtiæ ſubiectione: ita ꝙ per prælationem amor obediendi in eo tepeſcere non poſſit. vnde j. Timo. 3. de epiſcopo præficiendo Apoſtolus loquẽs ait: Non neophitum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium diaboli incidat. Neophitus enim compoſitum eſt, & cõponitur a neos cum phitos, quod eſt fides: & dicitur neophitus ti, Græcè, ideſt nouellus, nouitius ru dis fidelis, vel nuper renatus. Tertio, quia *Solutio.* H

non

A non debet aſpirare ad gradum prælationis, ſed potius ſemper ad ſtatum ſubiectionis: nec per ſe ad illud aſcendere debet, ſed potius a Deo per alios debet ad hoc trahi, ita ꝙ ſolum propter bonũ obedientiæ, & charitatis, & vtilitatis fraternæ in eo ſtet, quaſi tractus atque inuitus Chriſto: quia ſi bene attendit ius ſuæ prælationis, potius habet vnde humilietur, quàm vnde infletur: quia ſua poteſtas in veritate potius habet rationem ſeruitutis, & ſeruitij, quàm dominij. His autem quatuor non obſeruatis, fateor ꝙ multum perdet de merito obedientię, & humilitatis. Sed tunc nihilominus damnũ
B vnius paruipendẽdum eſſet pro tanto multitudinis bono. *Paulus.* Placet pater, ꝙ ſtatum prælationis non inconſulte, ſed debitis circunſtantijs firmatis: ſed vtinam religionum prælati hæc ſeruent.

Argumentum quartum, ꝙ ſtatus obedientiæ ordinem naturæ perturbat.

Paulus.

Quarto quoque ſuperaddo. Videtur enim, ꝙ id quod perturbat ordinem naturæ a Deo inſtitutum, illud eſt malum: ſed hoc eſt huiuſmo-
C di, quia natura quantum ad huiuſmodi obedientiam omnes inſtituit pares, niſi ſolum pro quanto filij parentibus tenentur obtẽperare, aut inſipientes ſapientibus: hic autẽ econuerſo frequenter continget, quia parentes tenebuntur obedire filijs, ſapientes ſtultis, boni malis: quæ omnia ſunt contra
Solutio. ordinem naturæ, & rationis. *Bern.* Ad hoc dico, ꝙ natura non fecit omnes in hoc pares, niſi per priuationem huiuſmodi ſuperioritatis, quæ ex natura nulli datur: nõ autem per inſtitutionem, & impoſitionem ſuperioritatis ſunt oppoſita, quin potius na-
D turalis ordo ad hoc inclinat, & eius cõſummatio hoc requirit. Præterea, ſm Tho. 2. 2. q. 14. arti. j. in corpore q. Sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus: ita etiam operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Oportuit autẽ in rebus naturalibus, vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis diuinitus eis collatæ. Vnde etiã oportet in humanis rebus, ꝙ ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem per rationem, & voluntatem eſt præcipere. Et ideo ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto infe-

riora in rebus naturalibus neceſſe habent E
ſubdi motioni ſuperiorũ: ita etiam in rebus humanis ex ordine iuris naturalis, & diuini tenentur inferioris ſuis ſuperioribus obedire. Hæc ille. Non etiam verum eſt, ꝙ ex hoc ſequatur ſtultos præeſſe diſcretis, & malos bonis, niſi forte per accidens. Per ſe enim hoc non ſequitur niſi ex peruerſitate eligentium prælatos ad hoc malos, aut ex communi miſeria huius vitæ, in qua nullus ordo rerum, aut perſonarum eſt ita fixus, aut certus, quòd nihil poſſit pati inordinationis, aut dubietatis. Sicut enim natura per ſe non intendit, aut facit monſtra,
ſeu peccata, immo potius oppoſitum: ſic F
nec lex huius obedientiæ per ſe intendit, aut exigit, quòd ſtulti, & mali præſint diſcretis & bonis: immo potius quantum eſt ex ſe, intendit & exigit oppoſitum: & tamen quando hoc præter eius intentionem, & exigentiam contingit, adhuc ſuperfulget & ſuperuincit obedientiæ bonum, quod eſt magna gloria obedientiæ, quòd maiores obediant minoribus, & quòd meliores ſint prompti ſubeſſe imperfectioribus, ſeu malis. Vnde ſuper illud, quod Matth. 3. cap. Chriſtus Ioanni dicit, quando venit ad baptiſmum, Sic enim decet nos implere om-
nem iuſtitiam: gloſa ait, quòd perfecta hu G
militas eſt, quando ſuperior ſubditur inferiori, ſicut ſubiecit ſe Chriſtus Ioanni pluſquàm quando inferior ſuperiori, aut quàm quando æqualis æquali. Quòd autem filij, vel iuuenes præſint patribus, vel ſenioribus, quando ad hoc ratione roboris diſcretionis, & ſanctitatis ſunt aptiores ſeruata alias reuerentia, quæ paternitati & ſenectuti debetur, non repugnat ordini naturę; immo potius ordo naturalis rationis hoc exigit. Et licet ordo corporalis generatio-
nis, & ordo temporalis hoc non exigant: H
non tamen obuiant ei. Licet etiam prælatus ſit in ſe malus, ideſt peccator: non tamen in eis, quæ ſunt licita, & honeſta illi parere eſt malum. Et in hoc magis refulget virtus humilitatis & obedientię bonũ. In his vero, quæ Deo contraria ſunt, nemo alicui hominum parere debet, iuxta illud Act. 5. Oportet Deo obedire magis, quàm hominibus. *Paulus.* Iam intelligo pater, ꝙ illud quod de obedientiæ voto videbatur malum, iam mihi incipit apparere bonũ.

ARTI-

A **ARTICVLVS SECVNDVS.**

Quo arguitur quadruplici argumento, ꝙ votum obedientiæ eſt periculoſum.

Paulus.

Quadruplici argumẽto probat, quòd votũ obedietia ſit periculoſum.

SEcundo propoſui alia via arguere, ꝙ tale obedientiæ votum licèt vt dictum eſt, appareat bonum: videtur tamẽ bonum valde periculoſum. *Bernard.* Oſtende, obſecro, in quo conſiſtat hoc periculum. *Paulus.* Oſtendam quippe per quatuor alia argumenta.

B *Argumentum quintum, quòd in obedientia homo ſe aſtringit ad parendum in rebus periculoſis. Cap. 1.*

Paulus.

PRimo inſuper videtur, ꝙ quicunque neceſſario ſe conſtringit ad agendum dubia & periculoſa, magnis periculis ſe exponit: ſed hoc eſt in propoſito noſtro, quia ſubditus aſtringitur ad obtemperandum prælato in dubijs & periculoſis, & etiã in malis, quãtumcunque magnis num ſubditus certitudinaliter ſciat ipſa fore mala. *Bernard.* Poteſt ſiquidem ſubditus dubitare, aut ignorare de aliquibus, an ſint mala & periculoſa dupliciter, videlicet aut in vniuerſali, aut in particulari. Poteſt etiam dubium eſſe de iure, vel de facto. Primo autem ſi ſit de facto, ſeu de ſingularibus, & circunſtantijs in nullo cõmittit ſe diſcrimen alicuius mali, quando obedit: quia nullum eſt ſibi peccatum, nec peccati periculum, niſi huiuſmodi dubietas, vel ignorantia proueniret ex voluntate, vel negligentia ſua. Secundo autem ſi ſit dubium de iure, ſeu in vniuerſali: & tunc, aut ſubditus non tenetur ſcire illud ius, & tunc nullum eſt ſibi peccati periculum: aut tenebatur ſcire, & tunc quamuis non excuſetur a toto: quia tamen non facit illud ita voluntarius, ſicut ſi faceret illud ex ſe ſolo motus: & quia ſemper ibi refulget voluntas, & intentio boni obedientiæ excuſat a tanto: & hoc non modicum, ſed multum eſt. Quicquid igitur eſt ibi de periculo peccati, aut de peccato, non prouenit ex obedientiæ lege, ſed potius ex indebita ignorantia ſubditi, & ex indebito imperio prælati, quod in caſu illo pro ſe, & ex natura ſua ſubditum non aſtringit: ſed ſolũ ratione conſcientiæ ſubditi, qui iudicat ſe in illo caſu teneri propter indebitam ignorantiam diuini iuris. Falſa eſt igitur minor, quia obedientia non aſtringit ad aliquid, quod ſit ſubdito malum ſeu periculoſum: ſed potius facit, ꝙ aliqua quæ alias eſſent ſubdito mala, vel periculoſa, ſint ſibi bona atque ſecura, aut ꝙ ſaltem non ſint ſibi ita mala vel ita periculoſa. *Paulus.* Inficere pater non poſſum, quod dicitis ita diſtinctè, & lucidè, quod mihi dubiũ erat declaratis.

Argumentum ſextum, quòd obligare ſe ad id quod eſt quaſi impoſſibile obſeruare, periculoſum eſt. Cap. 2. F

Paulus.

SEcundo quoque ſuperaddam obligare ſe ad ſeruandum id, quod non eſt plenè in noſtra poteſtate, & quod vix perfectiſſimi ſeruare poſſunt, eſt valde periculoſum: ſed ſubito ad nutum & imperium prelati refrenare, aut laxare impetus, & motus ac conſenſus ſuarum voluntatum, & cogitationum, non eſt plenè in poteſtate etiam perfectorum virorum, & tamen huiuſmodi obedientia ad hoc aſtringit, ergo periculoſum eſt hoc votum. *Bernard.* Ad hoc dicẽdum, ꝙ ſecundum quoſdam nullum imperium extendit ſe ſuper ſecreta cordium per ſe, ſed ſolum ſuper exteriora, quæ homini ſunt viſibilia. Inquantum autem ad proſecutionem debitam iſtorum, exiguntur exteriora, & intantum poteſt ſuper ipſa exteriora. Fundant autem ſe ſuper duobus. Primum eſt, quia homo ſecundum mẽtem eſt ſolum Deo inferior, & ideo mens nullum poteſt directè habere ſuperiorem, præter ſolum Deum. Secundum eſt, ꝙ inuiſibilia nõ ſubſunt iudicio, & regimini prælati, niſi quantum viſibilibus ſunt coniuncta. Vnde nec per ſacramenta, quantumcunque ſint generalia & neceſſaria, ſicut baptiſmus, per quem non poteſt ſubueniri puero, dum eſt in vtero matris, nec alicui, niſi prout eſt viſibilis, aut alicui exteriori ſenſui ſubiacens: nec aliqua profeſſio pactorum, ſeu religionis, vel matrimonij haberet aliquid firmitatis inter homines, niſi ſint per aliqua ſenſibilia exterius expreſſa & manifeſta. Si igitur nulla poteſtas hominum ſpiritualis eſt latior, quam poteſtas ſacramentalis, nec imperium prelati eſt potentius ad obligandũ, quàm profeſſio ſolennis, a qua ipſum imperiũ robur ſumit: ergo imperiũ prælati nõ erit

Solutio.

A erit obligatorium, niſi prout eſt viſibile, &
prout de viſibilibus eſt. Secundũ vero alios
hoc non eſt verum: ſi.n. prælatus poteſt ſu-
per volũtatẽ ſubditi, vt coniunctã exterio-
ri actui: ergo multo magis poteſt in eam,
prout eſt operi non coniuncta. Maius eſt.n.
poſſe ſuper vtrũq; ſimul, q̃ ſuper alterum
tantũ illorũ duorũ. Item prælatus poteſt
præcipere ſubditis, ꝙ fideliter cõſulant ſibi
ſuper aliquibus, & ꝙ ſuper hoc deliberent
ſecũ. Poteſt ẽt eis præcipere, ꝙ vacent ora-
B tioni, aut ſtudioſæ meditationi, aut ꝙ cogi-
tent de tali ſermone populo prædicãdo, &
ſic de ſimilib. ſed iſti ſunt actus interiores ꝑ
ſe abſq; exterioribus ſumpti, ergo prçlatus
poteſt ſuper actum interiorẽ. Itẽ ſm Apoſt.
Ephe. 6. ſerui tenentur ſeruire dominis nõ
ad oculum, ſed ſm Deũ: ergo ad præceptũ
domini ſui tenẽtur actum interiorem ordi-
nare ad Deũ. Sed ſubditus euangelicus plus
tenetur prælato, q̃ ſeruus domino. Itẽ ho-
mo põt abdicare a ſuo dominio, & dare &
offerre Deo vel alteri in honorẽ eius, quic-
quid eſt ſub dominio ſuo, ſaltẽ vbi hoc fieri
põt abſque aliquo peccato, vel imperfectio
nis periculo: ergo facultatẽ actuũ interio-
rũ, prout ſunt per ſe ſumpti, poteſt homo a
C ſe abdicare, & propter Deũ prçlato ſubij-
cere, ſicut & facultatem actuũ exteriorũ, cũ
non minus ſint ſub dñio noſtro. Vnde Ber.
in libello, qui incipit, Multi multa ſciũt: ait,
Bonus obediens dat ſuum velle & ſuũ nol-
le, vt poſſit dicere. Paratum cor meũ Deus,
paratum cor meum: quodcunq; præceperis
facere paratum ad votum, & nutum citius
obedire. Hæc Ber. Exercere etiam ſe in eis,
prout ſunt per ſe ſumpti, non habet plus de
periculo, quàm exercere ſe in eis, prout
ſunt exterioribus coniuncti. Quis enim
dicet, ꝙ ſanctè cogitare & velle bona, &
virtuoſa aut ſanctè interius actus virtutum
D elicere, ſit imperfectum aut periculoſum?
Nec ex hoc ſequitur, quòd aliquis ſit natu-
raliter ſuperior mente eius, ſed ſolum iu-
riſdictio valet per viam, ſcilicet iuris. Hoc
autem non eſt impoſſibile. Tertio alijs vi-
detur, quòd modus medius ſit tenendus.
In illis enim actibus, ad quos ſic potentes
ſumus, quòd aſtringi ad illos quandocun-
que a prælato præcipiuntur, nihil habet pe-
riculi, nihil vani, aut mali extendit ſe obe-
dientia iſta: non autem ad illos, ad quos
aſtringi periculoſum eſt. Aut quia non ſu-
mus plenè potentes ad illos peragendos.
vel vitandos ad nutum prælati. Aut quia
multas habent intra ſe perplexitates, & in-
tercationes, & etiam immixtiones multo- E
rum motuum vitioſorum. Vnde ſi quis
præciperet fratri, volo quòd ita intenſe di-
ligas illum vel illum: Aut quòd tota die
hoc cogites, & non aliud, & ſimilia ſtul-
tè præciperet. Quando autem præcipiun-
tur in generali, aut indeterminatè, aut ſub
conuenienti determinatione, quòd ſuper-
uacet orationi vel meditationi, aut quòd
deliberet ſuper hoc vel illo, intelligendo
prout bono modo ad hoc eſt potens, tunc
tenetur. Rationes autem modi ſecundi nõ
cogunt ad amplius, quàm ad iſtud etiam ſe-
cundum ſuperficiem verborum, niſi fortè
præter primam rationem, qua non multum F
efficaciter videtur informare. Non enim
ſequitur, quòd ſi aliquis poteſt ſupra duo,
vt ſunt coniuncta, quòd multomagis poſ-
ſit ſuper ea, vt ſunt diuiſa. Videmus enim,
ꝙ aliquis poteſt videre duas partes vnius
lapilli vel athomi, vt coniunctę, non au-
tem vt ſunt diuiſæ. Agens etiam creatum
poteſt ſuper materiam & formam, vt ſunt
coniuncta vel coniungibilia: non autem
vt ſunt diuiſa. Papa etiam poteſt multis
modis alligare, & ſoluere animam & cor-
pus, vt ſunt in hac vita coniuncta, & non G
ſic poteſt, quando ſunt poſt mortem diuiſa.
Ad caſum igitur ſupra tactum redeundum
eſt. Quando enim obligari ad actum inte-
riorem, vt per ſe ſumptum non plus habet
periculi quàm obligari ad vtrunq; actum,
vt ſunt coniuncti: tũc enim tenebitur obe-
dire, quando autem aliter aliter. Rationes
autem primæ poſitionis facilè eſt diſſolue-
re. Ad primam autem iam paulò ſupra eſt
reſponſum, ſcilicet in fine ſecundæ poſi-
tionis. Ad ſecundam autem poteſt dici,
quòd imperium prælati non fertur im me-
diatè, nec principaliter ſuper actus interio-
res, nec ſuper ipſam mentem, ſed potius
ſuper totam perſonam hominis. Perſona H
enim eſt, quæ per huiuſmodi imperium
obligatur ad illos actus, & illa ratione ſui
corporis eſt viſibilis. Et ſimile eſt in ba-
ptiſmo, & in alijs ſacramentis, quorum ef-
ficacia mentem attingit. Vnde & per ea gra
tias internas acquirimus: ſed tamen hoc
eſt per hoc, quòd principaliter ordinantur
ad totam perſonam, quæ ratione ſui cor-
poris ſubiacet ſenſibus. Ex his autem patet
ad ſecundum principale, quòd in nulla eſt
contra vltimam iſtam poſitionem. Quod
tamen in verbo beati Bernardi tangitur de
obediendo ad nutum prçlati, non eſt in-
telligendum, ꝙ ſimplici verbo, vel cuicun-
que

A que nutui prælati teneamur ſic obedire, ꝙ contra agendo peccemus mortaliter: tum quia talis obligatio eſſet periculoſiſſima: tum quia eſſet etiam contra intentionem prælati præcipientis, qui non intendit nos ſic fortiter obligare per ſimplex verbum, aut per quemcunque nutum. Et ideo niſi expreſsè appareat, ꝙ in tali fortitudine obligare intendit, non peccat homo mortaliter, non agendo, niſi hoc faceret ex magno eius contemptu, aut ita frequenter, ꝙ ſaperet manifeſtum contemptum. *Paulus*. Longa quippe, & difficilis fuit reſponſio hęc meæ dubitationis, & multum ſuſpen-
B derat aliàs mentem meam verbum beati Bernardi, licet in argumento meo non poſuerim illud: tamen lętatus ſum quando Domino inſpirante per vos in mediũ deductum eſt; magiſq; gauiſus ſum, quando quomodo intelligi debeat, declaraſtis.

Argumentum ſeptimum, quòd ſubditus a prælato ſæpe poteſt prouocari ad iram.

Paulus.

Tertio vltra prædicta ſuperaddam. Videtur enim, ꝙ prælatus tam per ſe,
C quàm p alios ſubditos ſuos frequenter poſſit ſubditum ſuum prouocare ſuo imperio & modo indiſcreto, atque proteruo ad intolerabilem impatientiam, & indignationem ad indebitę puſillanimitatis timorem, ad indebitæ gratiæ, & adulationis fauorem, & ad indebitæ laſciuiæ laxationẽ: quia non ſolum quod præcipitur, ſed quod agitur a prælatis facilè trahitur in exẽplũ. Si ergo periculoſum eſt ſe aſſociare vni ſimplici ſocio, qui ad hoc prouocaret: multomagis periculoſum erit ſe ſubdere tali prælato. *Solutio.* *Bernardinus.* Reſpondeo, ꝙ ſicut ſuperius tactum eſt, lex obedientiæ non inten-
D dit, nec exigit malum pręlatum, immo potius bonum. Proinde mala prælatorum in argumento per te tacta, per cõſequens nõ ſequuntur ad eam, & tamen cum hoc bonũ obedientiæ hic relucet, quia inclinat ſubditum ad patientiã & humilitatem, & ad Dei timorem potius, quàm ad timorem hominis: cum obedientia nõ faciat obedire prętato, niſi ſolum propter timorem Dei, atq; propter eius amorem. Illa ergo vitia non ſequuntur in ſubdito ex obientiæ voto, ſed ex ſubditi imperfectione, occaſione a prælato data, atq; a ſubdito vitioſè aſſumpta. Per ſe autem bona non ſunt dimittẽda, nec E dijudicanda eſſe mala propter aliqua nocumenta, quæ aliquando per accidens ea comittantur, quia vix eſt aliquod bonum in vita iſta, aliquando multa mala ipſum per accidens ſubſequantur: & ſic omne bonũ huius vitæ dimittendum eſſet. *Paulus.* Fateor quod dicitis pater: nam & de paſſione Chriſti, & de ſanctiſſimo ſacramento altaris, atque de multis ſcripturis ſacris multæ hæreſes exortæ ſunt, & quaſi infinita mala propter erroneum intellectum.

Argumentum octauum, quòd ſcandaloſum eſt per obedientiam reuelare ſecreta. F

Paulus.

Quarto etiam ſuperaddamus. Porrò reuelare proprias cogitationes, & occultos defectus ſui, vel aliorũ, eſt periculum multiplicis ſcandali: ſed vouens talem obedientiam tenebitur ad iſta: ergo periculoſum eſt tale votum. *Bernardinus.* A multis quippe ſapien- *Solutio.* tibus tenetur, ꝙ reuelatio cogitationum, & internarum affectionum nõ ſubeſt propriè & directè obedientię voto, nec imperio ali- G cuius prælati. Dicunt enim, ꝙ quamuis aliquas cogitationes, & affectiones poſſet homo licitè reuelare: obligare tamen ſe ad reuelandum quaſcunque, quando ſibi præciperetur, eſſet periculum magnarum infamiarum, atque ſcandalorum multorum. Et idem ſequeretur, ſi obligaret ſe ad reuelãdum ſolas illas, quas aliàs poſſet licitè, abſque ſui infamia, vel alicuius ſcandali reuelare: quia tunc ad imperium pręlati quęrẽtis ſibi reuelari eas, de quibus licet quicũq; non reuelaret: aut oporteret eum mentiri, aut contra obedientiam agere: aut tacẽdo manifeſtè inueret, ꝙ cogitationes illæ quas H tunc celabat, erãt malæ. Et ita per cõſequẽs obligatus eſſet ad periculum infamiæ ſuæ, & ſcandali alieni. Quicquid autem ſit de hoc, ad propoſitum non refert: quia ſi obligare ſe ad reuelationem cogitationum eſt malum aut periculoſum, conſtat ſecũdum prædeterminata, ꝙ non ſubeſt voto huiuſmodi obedientiæ reuelatio earumdem. Si autem non eſt malum vel periculoſum, nec etiam imperfectum, ſe ad hoc obligare: indubitanter reuelatio earum ſuberit huic altiſſimæ obedientiæ. Et ita nullo modo argumentum prædictum cogit. De occultis

etiam

A etiam defectibus ſuis, qui in opere exteriori ſuerunt, de quibus nulla ſuſpitio in genere, vel in ſpecie iam præceſſit, prędicti ſapientes idem dicũt propter eaſdem cauſas. Omnia hæc ſpectant ſecundum eos, ad ſolum ſacramentum confeſſionis. De occultis autem defectibus aliorum dicũt quidã, ꝙ prælato non eſt obediendum contra pręceptum Dei, ſecundum illud Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Et ideo quando prælatus præcipit vt ſibi dicatur, ꝙ quis ſciuerit corrigendum, intelligendum eſt præceptum ſanè, ideſt ſaluo ordine correctionis fraternæ: ſiue pręceptum
B ſit cõmuniter ad omnes, ſiue ad aliquẽ ſpecialiter. Sed ſi prælatus præciperet contra hunc ordinem diuinitus inſtitutum, & ipſe peccaret præcipiens & ipſe obediens, quaſi contra præceptum Domini agens, vnde nõ eſſet illi obediendum: quia prelatus nõ eſt iudex occultorum, ſed ſolus Deus. Vnde non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantum per aliqua indicia manifeſtantur: puta per infamiam, vel per aliquas ſuſpitiones, in quibus caſibus poteſt prælatus præcipere eodem modo, ſicut & iudex ſecularis, vel eccleſiaſti-
C cus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda. Et huius opinionis eſt Tho. *Paulus.* Iam viuis rationibus intellexi, ꝙ id qđ prius putabam malum, eſt bonum: & id quoſt æſtimabam periculoſum, video iam ſecurum: ſed nondum intelligere queo, quomodo tale votum ſit perfectum, nam prima facie eſſe arbitror imperfectũ. *Bern.* Spero in gratia Saluatoris, qui huius voti dedit conſilium, ꝙ etiam eius perfectionis tibi tribuet intellectum.

Articvlvs Tertivs.

D *Quòd obedientiæ votum licet ſit bonum atque ſecurum, videtur nihilominus imperfectum.*

Paulus.

Tertio propoſui alia via arguere, ꝙ licet tale votum ſit bonum atq; ſecurum, tamen eſſe videtur imperfectum. *Bernardinus.* Ego quoque cupio audire argumenta tua, & in quo fundentur, cum ipſe magiſter perfectionis dederit de hoc voto tanquàm de re perfecta cõſiliũ. Inſuper & in veteri teſtamento Deus per prophetam ait: Vouete, hoc eſt perfectionis conſilium: & reddite Domino Deo E
veſtro: & hoc obligationis præceptum. *Paulus.* Aperiam quod me mouet.

Argumentum contrarium, quòd perfectius eſt præcipere, quàm parere. *Cap. 1.*

Paulus.

Primo enim videtur, ꝙ ſi ſtatus prælati perfectior eſt quàm ipſius ſubditi: ergo & actus competens prælato inquantum tali, F
perfectior eſt quàm actus, qui cõpetit ſubdito inquantum tali: ſed actus prælati inquantum talis, eſt imperare atque præcipere. Actus vero ſubditi inquantum talis eſt ſubijci & obedire: ergo perfectius eſt præcipere, quàm ſubijci: & imperare, q̄ obedire: ergo maioris perfectionis eſt aſtringere ſe ad imperandum, quàm ad obediendum. *Bernardinus.* Ad hoc dicendum, ꝙ loquẽdo *Solutio.*
de perfectione auctoritatis & dignitatis, ſtatus prælationis perfectior eſt, quàm ſtatus ſubditi: louendo autem de perfectione ſanctitatis, non eſt ſecundum ſe perfectior, niſi ſolum pro tanto, ꝙ ante promo- G
tionem, & poſt exigit maiorem perfectionem, & ſanctitatem in pręlato, quàm ſtatus ſubditi in ſubdito. Secundum autẽ hoc ſimiliter eſt concedendum, ꝙ imperare, & prępipere eſt actus maioris auctoritatis, & dignitatis, quàm ſubijci & obedire, & ꝙ maiorem virtutem præexigit in imperante ad hoc ꝙ perfectè fiat, & ad hoc ꝙ perfectis circunſtantijs veſtiatur, quàm obedire requirat in obediente. Sciendum autem, ꝙ dignitas, & auctoritas non eſt creaturæ appetibilis propter ſe, ſed ſolũ propter aliorũ vtilitatem, & Dei honorem. Non enim cõ- H
petit homini ſecundum ſe, ſeu ſecundum id quod habet a ſe, cum ſecundum ſe ſit nihil, & peccator ptopter quod imperare ex ſuo genere non dicit actum virtutis, nec conuenienter poteſt cadere ſub ipſo voto. Vouere enim pręſidentiæ ſtatum, & officiũ imperandi nullius eſt meriti, quamuis in hoc obedire ſuperiori ad talem ſtatum cogenti meritorium eſſe poſſit: ſubijci vero vel obedire, eſt actus de ſe appetibilis: quia habet in ſe multũ de ratione humilitatis: tũ quia in hoc principaliter intẽditur bonum ſubditi: tum quia pro hoc procuratur ſubdito adiutorium ad regimen prælati: tum quia competit homini ſecundum id, quod

habet

A habet a ſe: ſcilicet nihilitatem atque peccatum, & defectum diſcretionis, & voluntatis ad ſeipſum perfectè gubernandum. Vnde ſubijci, & obedire ex ſuo genere dicunt magis actum virtutis, quàm imperare, & maxime prout procedunt a voto, & virtute obedientiæ, propter quod & vouere ea eſt meriti magis, & idcirco ſtatus ſubiectionis ex ſuo genere dicit maiorem perfectionem virtutis, quàm ſtatus prælationis. Cuius ſignum eſt, ꝙ appetere primū eſt ſignū magnæ humilitatis, & perfectionis: appetere vero ſecundum eſt vt plurimum ma-
B gnæ ambitioni & imperfectionis. *Paulus.* Quod hoc ſit verum, experientia manifeſtat. Nam pleroſque ego iuuenis noui, qui vt poſſent proficere animabus, & augmentare honorem Dei, quæſierunt prælationem, & poſtquàm aſcenderunt ad gradus, vt ſe manutenerent in prælatione, commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorū. & factum eſt illis in ſcandalum. Quod arbitror contigiſſe, vel quia ſeipſos deceperunt per occultam ambitionem ſub ſpecie zeli, vel quia poſtquàm aſcenderunt ad gradus, ex imperfectione eorū prolapſi ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Honores mutant mo-
C res. *Bernardinus.* Non eſt gratia parui luminis hoc intelligere, dilecte fili, & huic ſententiæ operibus adhærere. Sequere interim, quod cœpiſti. *Paulus.* Dubitabam pater, longiori ſermone vos grauare: ſed quia vos video libenter audire, delectat me dicere.

Argumentum decimum, quòd votum obedientiæ imperfectum eſt, exemplo Anachoritarum. Cap. 2.

Paulus.

D SEcundo etiam addo. Ex libris Hieronymi dici, inſuper intellexi hoc in beati benedicti regula cōtineri, quòd ſummum genus monachorum eſt genus anachoritarum, ſed iſti ab huiuſmodi obedientia abſoluuntur, cum ſolitarij viuent: ergo

Solutio. tale votum imperfectum eſt. *Bernardinus.* Ad hoc dicendum, quòd de anachoritarum ſtatu tripliciter poſſumus loqui. Aut prout præſupponit ac cōſequitur perfectum exercitium obedientiæ, & charitatis fraternæ, & perfectionem ſuorum habitum: aut prout commiſcetur eis per viciſſitudinem temporum interpollatim, ſcilicet vacando nunc iſti exercitio, nunc illi, ſicut fuit in Io. E
Baptiſta, & Chriſto, & beato Franciſco, & beato Dominico. Aut prout præcidit, & recedit a ſe omne tale exercitium. Primus duobus modis ſtatus anachoritarum, ſeu contemplatiuorum, eſt perfectiſſimum, nō autem vltimo modo, ꝙ autem dicis, ꝙ tales ab obedientia abſoluuntur. Reſpondeo, ꝙ a voto ſiquidem prius facto, aut ab amore eius non abſoluuntur, ſicut nec quando aſſumuntur ad ſtatum epiſcopatus vel alterius prælaturę, ſed ſolum ab exteriori exercitio obedientiæ. Quod quidem fit pro eo, ꝙ interiori virtute, & actu obedientiæ, & humilitatis conſummati ſunt, & vt plenius F
vacent ſoli exercitio contemplationis internæ, quod eſt altius omni altero exercitio, & præcipuè omni exercitio exteriori. Et quia tales non vacant propriæ voluntati implendæ, ſed cuidam obedientiæ alteriori: aguntur enim a ſpiritu in contemplationis deſerto. *Paulus.* De vno incidenter cupio declarari, quare primi anachoritæ, & quandoque ſecundi raro confitebantur, & raro communicabant: cum hæc duo videātur eſſe ſacramenta magnæ neceſſitatis atque magnæ deuotionis & vtilitatis: & tamen ſine his ſacramentis quidam illorum multis annis in deſertis ſolitarij habitabāt. G
Bernardinus. Anachoritæ maximè primi, quandoque confitebantur, & communicabant, & quandoque ſine his ſacramentis diu ſtabant, ſecundum quod eis magis expediens erat ad vitam illam cōtinuandam. Hi enim, qui rariſſimè communicabant, cōtinuè diuinitus reficiebantur, & hoc ſacramentum corporis Chriſti ſpiritualiter manducabant. Et hoc quidem expediebat eis amplius, quàm contrarium, ſecundum ſtatum ſuum, & ſecundum regimen, quo diuinitus regebantur. Si tamen abſque diſtractione, vel ſui ſtatus periclitatione, aut cum gentibus implicatione hæc ſacramenta parata fuiſſent eis, credendum vtique H
eſt, quòd illa amplius frequentaſſent. Nam Spirituſſanctus in his regebat, atque ducebat eos, ſecundum quòd eis magis expediebat. Quod enim nos ex his ſacramentis fructuosè colligimus, ipſi habebant in ſpiritu altiori ex vniuerſali a mundi ſequeſtratione, & continua in Deum ſuſpenſione, & ardenti deuotione, *Paulus.* Admiranda ſunt valde, quæ me inuenio vſque nunc latuiſſe, tamen ſequar quod cœpi.

Argu-

A *Argumentum vndecimum, quòd obedientiæ ſtatus videtur aſtringere ad imperfectionem.*

Paulus.

TErtio quoque videtur, ꝙ aſtringere
ſe ad multiplices imperfectiones, eſt
imperfectum. Vnde propter hoc in-
ter alia imperfectum ſtatum matrimonij
iudicamus: ſecundum enim prædicta obe-
dientia aſtringit hominem ad huiuſmodi.
Prælatus enim poterit ſibi præcipere mul-
ta imperfecta, & ad imperfectionem inuo-
luentia, vtpote declinationē continuę, aut
B frequentis orationis multiplicis miſericor-
diæ, & auſteritatis, & implicationē multo-
rū temporalium, & negotiorū diſtrahentiū
a tranquillitate contemplationis, & a puri-
tate, & ſimplicitate altiſſimæ paupertatis:
ergo tale votum imperfectum eſt. *Bernard.*
Minor quippe eſt falſa, ac ēt probatio eius.
non enim prælatus poteſt eos aſtringere ad
aliquam imperfectionem. Sciendum tamē,
ꝙ ſunt aliqua taliter imperfecta, ꝙ per nul-
lam circūſtantiā poſſent eſſe perfecta. Ali-
C qua vero, quæ perfecta eſſe non poſſunt in
tēpore gratiæ, quāuis perfecta eſſe poſſent
tēpore legis, vt matrimonium, & diuitiæ.
Aliqua vero ſunt ſic de ſe imperfecta, ꝙ tñ
per circunſtantias alias poſſunt eſſe perfe-
cta, vt fuit in Chriſto comedere cum publi
canis. Et hoc modo multa ſunt, quę ratione
obedientiæ, & charitatis fraternæ aſſumūt
rationē perfecti, quæ ſi alias ex ſolo ꝓprio
motu fierēt, imperfecta eſſent. Obedire aūt
in talibus nō eſt alligari imperfectioni, ſed
potius perfectioni. Si tamē imperfecta ſm
primos modos præciperentur, & eorū im-
perfectio conſtet, aut conſtare debeat, ꝙ
tunc obediatur, non venit ex lege altiſſimæ
obedientiæ, ſed potius ex imperfectione ip
D ſius obedientis, vtpote ex aliquo humano
timore, ſeu fauore, vel ex aliquo conſcien-
tiæ errore. Quidam enim ſunt, qui timore,
& prælatorum ac magnorum fauore, intan
tum videntur extollere obedientiam, quòd
diſſipant euangelicam puritatem, quaſi in
hoc perfectè obedientes, cū tamē in aſpe-
ris obedientiam pro viribus fugiant, & ſæ-
pius aſpernant ignorantes, quòd dicere, ꝙ
obedientia alliget ad imperfectiones, &
impuritates, aut ad quæcunque peccata,
non eſt obedientiam exaltare, ſed potius
diffamare. *Paulus.* Credo id fieri in ali-
quibus ex fragilitate, aut ex zeli, & feruo-
res tepiditate.

Argumentum duodecimum, quòd regula minorum eſt imperfecta, quia tranſcendit terminos cuiuſlibet regulæ. Cap. 4. E

Paulus.

QVarto addā de regula vr̃a, quā dili-
gētius ponderaui. Et vr̄ mihi, ꝙ oē
qđ tranſcēdit, vel exit terminos oīs
regulæ, quātūcunq; ꝑfectę, eſt malū, vel im
perfectū ſaltē profeſſori ipſius regulę: ſed
aſtringi ad obediētiā in oībus extra limites
oīs regulæ, ſicut fit in regula vr̃a, eſt hmōi:
ergo eſt malū, vel imperfectū. Nā nulla alia
regula extēdit ſe ad oīa, ſaltē ad oīa indiffe F
rētia, nec ꝑcipit, vel ſtatuit de oīb⁹. Prælato
aūt nō tenet̃ homo obedire ī his, q̃ ſunt ſu-
pra regulā, ſeu ad plura, q̄ regula ſe extēdat,
ſm Ber. in li. de ꝑce. & diſpē. *Bern.* Hoc au- *Solutio.*
tē, qa me & alios nr̃i ordinis tāgit, & non-
nullis īdiſcretis extraneū eſſe vr̄, diligētius
declarare intēdo. Circa qđ aduertēdū eſt, ꝙ
aliqd exire limites regulæ vel eſſe ſupra re-
gulā, dupliciter pōt ſumi, ſicut & eſſe de re
gula. Quædā .n. ſunt de regula explicitè, & G
imediate, & ꝑ ſe, vt oīa illa q̃ nominetenus
ī ſpecialib. ſtatutis regulę cōtinent̃, vt ī re-
gula monachorū tenere ſilētiū, abſtinere a
carnib⁹, & cōſimilia. Quędā vero ſunt de re
gula ſolū mediatè, & īplicitè, & ī ſua cā: vt
oīa illa, q̃ relinquunt̃ ordinationi, & ꝑcepto
abbatis, de qb⁹ alias nulla mētio fit ī ſtatu-
tis regulę. Et ſimiliter q̄dā ſūt ſupra regulā
vel extra limites regulę: aut qa neutro mo-
dorū cōtinent̃ ī ſecūda: aut qa nō cōtinent̃
in ea ꝑ ſe & ſm ſe. Ad ea igit̃, q̃ ſunt de pri
mo mō, nō extēdit ſe ꝑlati poteſtas, ſed ad
ea q̃ ſunt de ſcđo mō. Alias nihil ꝑlatus ꝑ-
cipere poſſet, ēt rōne culparū, nō ſolū illa q̃
noīetenus ꝑcipiunt̃ ī regula. Et qa ī regula
nr̃a poſitū eſt expreſſè, ꝙ teneant̃ obedire
miniſtris in oībus, q̃ nō ſunt cōtra aīam & H
regulā noſtrā. Ideo oīa q̄cunq; ſunt indiffe
rētia, cadūt hoc ſcđo mō ī regula: qa oīa po
nunt̃ ſub īperio & ordinatione ꝑlati. Et iō
nō debēt dici eſſe ſupra regulā, vel extra li
mites regulę, nō ſolū ſm qd, ſ. q̄tū ad pri-
mū modū. Fuerūt tñ qdā, q hāc diſtinctio-
nē nō attēdētes dixerūt, ꝙ ad illa, q̃ regula
nr̃a licētiat, nos ꝑ miniſtros nr̃os nō poſſu-
mus cogi: vtpote ad ieiunandū illis tꝑibus,
de qbus regula dicit. Alijs aūt tēporibus nō
teneant̃ fratres ieiunio corporali, vel vbi đ
quadrageſima Chr̃i inquit. Et qui nolūt, nō
ſint aſtricti. vel vbi dicit, Si q voluerint ire
īter ſaracenos, & alios infideles, petāt, &c.
Qđ tanq̄ cōſiliū ſupererogationis vr̄ ī nr̃a

A relinquere voluntate. Errant iſti moti partim ex ratione, partim ex verbo beati Ber. in lib. de præcep. & diſpen. Primo quidem ratione, quia prælatus nihil contra regulam poteſt. Sed ſi contingeret, ꝙ cogeret facere illa, ad quæ regula vult nos non aſtringi poteſt regulæ contrarius. Secundo ex verbo beati Bernardi: quia prælatus ſecundum eum nihil pręcipere poteſt, quod ſit ſupra regulam: ſed illę perfectiones & arduitates, ad quas regula non aſtringit, ſed potius ad eorum oppoſita licentiat, ſunt ſupra regulam: ergo prælatus ad illas cogere minime poteſt.
B Sed non videntur ſufficienter aduertiſſe perfectionem regulæ noſtræ, & obedientiæ euangelicæ, nec etiam expreſſa verba illius. Si enim homo profiteri poſſet altiorem obedientiam: tunc non eſſet regula perfectiſſima, nec etiam obedientia eius. Si enim vnum de præcipuis conſilijs non eſſet in ea, ſecundum ſuam perfectionem & in ſummo, multum quippe deficeret ſibi de perfectione. Conſtat autem, ꝙ obedientia eſt vnum de præcipuis. Non video autem, ꝙ de ſumma caſtitate & paupertate expreſſius in ſummo loquaẗ, quàm de obedientia, quando ait, In omnibus quæ non ſunt contra animam ſuam, & regulam noſtram. Non enim poteſt rationabiliter
C cogitari, quid amplius potuerit. Ratio eorum friuola eſt. Non enim hæc duo ſunt contraria, aliquem ſcilicet non obligari nominetenus ex ſpeciali ſtatuto regulæ ad ieiunandum in tali tempore: Et ꝙ prælatus ad hoc ipſum obligare poſſit, vel de facto obliget. Sicut non ſunt contraria, ꝙ regula delinquentem tali culpa ad certam pœnam non obligat, & ꝙ prælatus poteſt hoc & facit. Si autem prælatus faceret, ꝙ huiuſmodi arctationes ponerentur in regula nominetenus per eundem modum, per quem ſunt ibi ſtatuta & præcepta regulæ, hoc bene eſſet contra regulam, & ſupra re-
D gulam. Sed quando regula dicit, ꝙ alijs tẽporibus non teneantur ieiunio corporali, non vult aliud dicere, niſi ex ipſo ſtatuto regulæ per ſe, & immediatè ad hoc non teneantur. Nõ autem quin prælatus, cui ſummam poteſtatem imperandi in 4. c. donat, poſſit ad hoc, cum ſibi videbitur eos obligare: ad verbum beati Bern. dicendum, ꝙ licet huiuſmodi ſint ſupra ſtatuta regulæ ſpiritualia, non tamen ſunt contra ſtatutum de obedientia datum, & de poteſtate prælatorum. Vnde quicqnid fit de alijs regulis, in quibus non eſt omnino expreſſè

præfixa obedientiæ forma: tamen in regula E
noſtra non eſt hoc dubium, quia in forma obedientiæ eſt ita altè, & ita clarè poſita, ꝙ nulli niſi ceco & inſano de ea liceat dubitare, *Paulus.* Reuerende pater, vt verum fatear: non tantum aliarum religionum profeſſores: ſed nec etiam multi profeſſores veſtræ religionis, qui reputantur periti, atque ſpirituales, tam perfectè obedientiæ veſtræ intelligunt ſtatum. *Bernardinus.* Id ipſum ego etiam arbitror eſſe verum. *Paulus.* Si vos non tędet, diſcere vellem ſi hæc regula veſtra in obedientia aliquos limites ponit, in quibus non tenetur ſubditus obedire prælato, & qui ſunt illi. F
Bernar. ponit profectò limites, & ſunt tres. Non tędeat audire, quia non me tędet tibi diligentius declarare. Fortè opus eſt Dei: mirabilibus modis vocat animas ad ſe Deus, fortè inſpirabit in te contemptum mundi, & aſſumere ſuaue iugum obedientiæ euangelicæ perfectionis. *Paulus.* Dirigat me Deus in gloriam ſuam, & in viam ſalutis meę: tãtum eſt, ꝙ hos tres limites euangelicæ obedientiæ deſidero audire.

De triplici limite, qui ponitur in obedientia euangelica regulæ Fratrum Minorum. G

Bernardinus.

TRes inquàm ſunt limites euangelicæ obedientiæ, & non plures, nec pauciores. Primus eſt manifeſtum peccatum, ſecundum eſt manifeſtum periculum, tertius eſt manifeſtum contagium. *Tres sũt limites euangelicę obediẽtę.*

Primus limes.

PRimus limes eſt peccatum manifeſtum. Nullus ſiquidem homo tenetur obedire in aliquo, quod cõſtet eſſe peccatum. *Primus.* Vnde Bern. in Epiſtola ad Adam monachum, loquens cõtra obedientes abbati ſuo in malo ait: Generalis de huiuſmodi ſententia eſt. H
Declinantes autem in obligationes adducit Dominus cum operantibus iniquitatem. Ac ne fortè quis abbatum etiam in malo obedientiam ab hoc maledicto liberam eſſe contendat, audi alibi apertius: Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij. Ex his ergo liquidè apparet, mala imperantibus non eſſe parendum, præſertim dum prauis obtemperans imperijs, in quo homini videris obediens Deo plane, qui omne quod perperam agitur interdicit, inobedientem te exhibes.

Valde

A Valde autem peruerſum eſt profiteri te obedientem, in quo noſceris ſuperiorem, propter inferiorem ſoluere obedientiam, id eſt diuinam propter humanam. Quid enim quod iubet homo prohibet Deus, & ego audiam hominẽ ſurdus Deo? Non ſic Apoſtoli clamant dicentes, Melius eſt obedire Deo quàm hominibus. Act. 5. Hinc Dominus in Euangelio, Matt. 15. increpans Phariſęos. Quare & vos, inquit, tranſgredimini pręceptum Dei propter traditionem veſtram? Et per Iſa. vt ibidem Dominus ait: Sine cauſa autem colunt me, mandata & B doctrinas hominum tenentes. Et iterum Gen. 3. Ad prothoplauſtum. Pro eo, ꝙ audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Ideo facere malum etiam quolibet iubente pręlato, conſtat non eſſe obediendum. Hæc Ber. Hoc etiam & ratio docet. Nam omne peccatum eſt contra Dei voluntatem, ſaltem ſimplicem: & contra animæ ſpiritualem vtilitatem, & contra gratię & virtutum perfectionem, & contra perfecta n innocentiam. Sed impoſſibile eſt, ꝙ Deus aliquod cõſilium, vel votum ordinauerit fieri contra iſta: immo omne votum vergens in C deterius, & in detrimentum ſpiritualis boni, eſt illicitum & inane. Patet igitur, quòd nullum peccatũ mortale, vel veniale propter prælati imperium eſt agendum, niſi ſit talis actio, a qua ſuperueniens imperium tollat rationem peccati. Vt verbi cauſa. Aliquod verbum de ſe ocioſum ſi imperetur, potero dicere, quando ratio ſeu circunſtantia ſuæ ocioſitatis propter huiuſmodi imperium tollitur. Falſum eſt igitur, quòd quidam ſimplices aliquando dixerunt, ſcilicet ꝙ omne peccatum veniale erat a ſubditis, quando eis imperabatur propter bonum obedientiæ agendum. Sicut enim D ex prædictis patet, in hoc dicto contradictio implicatur: quia faciendo peccatum veniale, vtique peccabit, & ſic faciendo obedientiam peccabit. Econtra autem faciẽdo, & obediendo, ſecundum ꝙ debet, nõ peccabit, ſed potius rectè aget: & ita ſequetur, ꝙ rectè ageret erit peccare. Puta quis ſanæ mentis dicet, ꝙ homo debet aſpicere mulieres aliquantulum impudicè, aut turpia cogitare, vel dicere verba ſcurrilia, aut primos motus carnis in ſe ſuſtinere, vel ad modicum excitare, & conſimilia propter obedientiæ bonum? Et tamen conſtat, ꝙ non ſemper iſta mortalia ſunt. Amplius conſtat, quòd omne peccatum in quantum E tale, eſt purum malum. Et maximè hoc eſt verum in illis, quæ ſic per ſe ſunt mala, ꝙ non poſſunt eſſe, aut cogitari ſine malitia, de quorum numero multa ſunt venialia, vt ſunt multi leues conſenſus ſuperbię, & inuidiæ. Sed de iſtis Bern. ait, in Epiſtola ante dicta. Quædam ſunt pura bona, quædam ſunt pura mala: & in his nullam debemus hominibus obedientiam: quoniam nec illa vitanda ſunt, cum prohibentur, nec iſta etiam, cum iubentur committenda. Porrò inter hæc ſunt media quædam, quæ pro modo, loco, & tempore, vel perſona, & mala poſſunt eſſe, & bona. Et in his lex poſita F eſt obedientiæ, tanquàm in ligno ſcientiæ boni & mali. Et iterum infra inquit: Quomodo, inquit, abbatis iuſſio, vel Papę permiſſio licitum facere valuit, ꝙ purum ſicut irrefragabiliter probatum eſt, malum fuit, cum ſuperius allegatum ſit, pura mala nunquam iuſtè iuberi, ſic nec iuſtè fieri poſſe? Hæc Bern. Sciendum tamen, ꝙ vbi ſubditus rationabiliter dubitat, an quod pręcipitur ſit peccatum, an nõ: tunc profectò obedire debet. Vnde 23. q. 1. in c. quid culpatur, in fine Auguſti. contra Manichęos ait: vir iuſtus, ſi fortè etiam ſub rege homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente G bellare, ſi vice pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt. Ita vt fortaſſe reum faciat regem iniquitas imperandi innocentem, aut militẽ oſtẽdat ordo ſeruiendi. Hæc illæ. Dubium autem rationabile voco, aut ratione perplexitatis materiæ, quæ facilius in venialibus, quàm in mortalibus contingit, aut ratione ſanctitatis prælati præcipientis, aut ratione ſimplicitatis ipſius ſubditi. Non enim ita rationabiliter dubitari debet de imperio prælati diſcreti & ſancti, ſicut de imperio prælati ſtulti & mali. Rationabilius etiam H dubitare poteſt in his ſimplex ſubditus, ꝙ̃ diſcretus ac peritus. Si autem dubium hoc eſſet irrationabile, vtpote ſi dubitetur de eo, ꝙ apud omnes conſtat eſſe mortale, vel veniale peccatum: huiuſmodi dubietas cũ ex ignorantia iuris proueniat, non excuſat ad minus a toto. Vnde Bern. in Epiſtola antedicta introducens ſubditum propter huiuſmodi ſe excuſantem, ait: Sed quid ad me inquis? Ille vidit, cui contradicere mihi fas non erat: non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ: docendus non ducturus eius lateri adhærebam, ſequi debui, non præire pręceptorem

A rem auditor. Contra hunc igitur immediatè ſubdit: O iſtorum temporum Paule ſimplex, ſi tamẽ & ille alterum ſe tibi exibuiſſet Antonium, vt quicquid de labijs eius procederet, iuſtè nõ haberes diſcutere, ſed ſine cunctatione nihil hęſitans obedire. O monachum obedientiſſimum, cui ex quibuſlibet ſeniorum verbulis, nec vnum quidem iota præteruolet, non attendens quale eſt, qđ pręcipitur hoc ſolo contentus quia præcipitur, & hæc obedientia, vel ſic obediat ſine mora. Si ita oportet ſine cauſa ſcriptum eſt.j.Theſſalon.5.Omnia probate, & quod bonum eſt, tenete. Si ita oportet, de-
B leamus iam de libro Euangelij, Matt. 10.c. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Nec dico a ſubditis mãdata ſuperiorum dijudicanda, vbi nihil depręhenditur iuberi diuinis contrarium inſtitutis, ſed neceſſariam aſſero, & prudentiam qua aduertatur, ſi quid aduerſatur, & libertatem qua ingenuè contemnatur.

Secundus limes.

Secũdus. SEcundus autem limes eſt manifeſtum periculum, ſ. peccati mortalis. Nullus
C quippe amans ſalutẽ animæ ſuæ Deiq; honorem exponit ſe ſcienter alicui graui periculo peccati mortalis propter quodcũque obedientiæ bonum. Quicunque enim hoc facit, manifeſtè negligit ſuam ſalutem Deiq; honorem, parumq; videtur perhorreſcere mortalem culpam, cum videamus, ꝙ vix aliqui exponent ſe periculo alicuius grandis pręcipitij corporalis ad imperium cuiuſcunque pręcepti: & ſi hoc faceret, ſtultus reputaretur. Et maximè cum Eccleſiaſti.3.cap.dicat: Qui amat periculum, in illo peribit. Reſpectu vero venialis peccati
D non credo, quòd propriè debeat hic ſumi periculum, niſi fortè eſſet ita graue, quòd eſſet prope mortale: tunc enim periculum labendi in ipſum eſſet periculum labendi in mortale. Prima conſtat, quòd conſilia nihil in ſe habent periculoſum, ſed potius expediunt hominem a periculis. Blaſphemum quippe eſt dicere, quòd Chriſti conſilia ſint noſtræ ſaluti periculoſa, aut qualitercunque nos inclinantia aliquomodo in mortalia peccata. Ergo impoſſibile eſt, ꝙ Chriſtus conſuluerit, ꝙ per obedientię votũ nos ad talia pericula aſtringamus. Proinde audire mulierum confeſſiones, peccatum non eſt: & tamen in patiente fragilitatem carnis poſſet incentiuum eſſe ad ma-

lum. Si igitur frater inclinaretur ſic, quòd E
dubitaret ne caderet in peccatum, & ob hoc nollet talium audire confeſſiones: ſecundum quatuor magiſtros prælatus non poſſet ipſum cogere audire tales confeſſiones. Sic dicendũ credo, ꝙ prælatus nõ poſſet cogere ſubditum ignorantem, & idiotam audire paſſim ſecularium confeſſiones, & hoc propter periculum manifeſtum: quia cęcus neſcit de coloribus iudicare: neque ſcit dubitare, vel diſcernere, quę in coloribus differentia ſit. Et vt, Matt. 15. Dominus ait, Cęcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.
F

Tertius limes.

TErtius limes eſt manifeſtum contagium, & impuritas, atque corruptio puritatem euangelicæ perfectionis dirimens, & labefactans. Cum enim regularis prelati imperium ad regulæ obſeruantiam ordinatur. Propter enim obſeruantiam regulæ, tanquam propter finem ſui principalem ſunt prælati in religionibus inſtituti: impoſſibile eſt, quòd eius pręceptum obliget ad aliquid, quod puritatem *Tertius.*
regulæ dirimat, vel labefaciat. Præterea G
cum huiuſmodi prelati non habeant poteſtatem præcipiendi, niſi ab ipſa regula, nulla regula veritatis ſibi ipſi contradicit, aut ſui deſtructionem, vel diminutionem intẽtat: patet, ꝙ huiuſmodi prælati nullam habent ex regula poteſtatem præcipiendi aliquam regulæ impuritatem. Has autem rationes tangit Bernar. in lib. de præcepto, & diſpenſatione, & in Epiſtola ad Adam monachum. Amplius. Quis ſanæ mẽtis dicat, quòd Chriſtus conſulendo, & inſtituendo euãgelicam perfectionem dederit aliquod conſilium alligans hominem ad diminu- H
tionem illius perfectionis, quam conſulebat? Quis etiam ſanæ mentis dicet, quòd vnum de ſupremis, & perfectiſſimis inter conſilia includat in ſe allegationem ad aliquãm imperfectionem, ſeu impuritatem? Si ergo conſilium obedientiæ eſt vnum de præcipuis, impoſſibile eſt, quòd per ipſum alligemur ad aliquid diminutiuum euangelicę perfectionis. *Paulus.* Mira ſunt hæc valde, ſed quomodo in regula veſtra euangelica per beatum Franciſcum ſint poſita, audire cupio. Legi enim regulam veſtram, & licet breuibus, & quodammodo ſimplicibus verbis conſcripta ſit, nihilominus quaſi per quaſdam

rimulas

A rimulas video latere altitudinem magnam, & miratus ſum. *Bernardinus.* Lætor ꝙ legis & altitudinem eius miratus ſis: tamen caue ne ſis de his, qui de ea tantum mirantur, ꝙ in blaſphemiam eius prorumpunt temere aſſerentes eam in obſeruabilem fore, quod eſt blaſphemare Eccleſiam Dei, quæ illam confirmauit. Inſuper etiam Chriſtum, qui illam dictauit, & beatum Franciſcum, qui illam conſcripſit ſeruauit, & toti ordini ſuo tanquàm verè obſeruabilem dedit. *Paulus.* Non ſum de his, qui talia ſentiant, aut ſentire velim: immò potius increpaui eos, qui obloquuntur contra perfectionē eius, apertè intelligens, ꝙ ex inuidia detrahunt ei. B Nihilominus non curetis pater, quia diuino iudicio fit, ꝙ quantò illi plus verbis religionem veſtram impugnant, amplius eā Deus ſanctis exaltat. Illuminet illos Deus. *Bernardinus.* Indulgeat quoque eis. Prædictos itaque limites volens beatus Franciſcus diuinitus illuſtratus, ſub breui verbo pleniſſimè exprimere in 4. cap. præfatæ regulæ, vbi dat expreſſam huius obedientiæ formam, ait: Fratres vero, qui ſunt ſubditi, recordentur quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Commendaturus obedientiam ſubditis de voluntatis propriæ abnegatione præmittit: quia C propriæ abdicatio voluntatis, eſt obedientiæ fundamentum. Profectò obedientiæ virtutem adipiſci non poterit, qui voluntates proprias calcare non nouit. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis miniſtris, ideſt quibuſcunque prælatis: quod vt exprimeret non addit prouincialibus, ſed ſuis miniſtris, ſcilicet nulla determinatione adiecta. In omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, non ſunt contraria animæ ſuæ, & regulæ noſtræ: In quo manifeſtè docet, ad quid primo, & principaliter D obedientia euangelica ordinetur, ſcilicet ad obſeruantiam euangelicæ regulæ. Secundo oſtendit prędictos limites eius per hęc duo verba, ſ. contra animam ſuam, & regulam noſtram. Primus limes, qui eſt manifeſtum peccatum: & ſecundus limes, qui eſt manifeſtum periculum peccati mortalis, contra animam profectò ſunt. Omnis vero manifeſta impuritas euangelicæ perfectioni manifeſtè, & deformiter repugnās, eſt contra regulam noſtrā. Aliàs ipſa non eſſet penitus idem, ꝙ regula euangelica. Vt autem expreſſius oſtenderet, ꝙ prælatorum poteſtas non ſe extendebat ad iſta, antequàm det iſtam obedientiæ formam,

inhibitionem præmittit, per quam inhibet E eis, di. Non præcipientes eis aliquid, quod ſit cōtra animam ſuam, & regulam noſtrā. Hoc autem dicit, quantum ad pręcipientes. Inſuper, vt ad hæc oſtenderet expreſſius, quid ſubditi debeant facere, ſi mala præcipi contingeret, poſt formam obedientiæ datam ſubdit: Quod vbicunque ſunt fratres, qui ſcirēt, & cognoſcerēt, ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros debeant, & poſſint recurrere. Et eſt ſenſus, ꝙ vbi fratribus certitudinaliter cōſtaret, ꝙ non poſſint regulam ſeruare ſpiritualiter: ideſt in ſua puritate, & ſinceritate, & in ſua ſpirituali perfectione: tunc nō ſtatim F debent per ſeipſos infringere ordinationem ſuperiorum ſuorum, ſicut quidam fantaſtici atq; leues faciunt: ſed poſſunt, & etiā ex pręcepto regulæ hic ſpecialiter dato tenentur ad ſuos ſuperiores recurrere, vt eis denūcient dubium & periculum ſuum. Ne autem crederetur, ꝙ in hoc caſu miniſtris liceret iniquè dominari in fratres, immediatè ſubiūgit: Miniſtri vero charitatiuè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatē habeant circa ipſos, vt dicere poſſint eis, & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. G Nam ita debet eſſe, ꝙ miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. In ſimili autem caſu, Gal. 2. Paulus reſtitit Petro ſummo prælato ſuo. Vnde & Petrus tunc recepit verba illius, ſicut ſeruus a domino ſuo. *Paulus.* In nulla alia regula hanc obedientiam prælatorum ad ſubditos arbitror reperiri. *Bernardinus.* Porrò in nulla alia regula talis obedientia reperitur. Et licet regulam noſtram legeris, non credo quòd cognoueris, quòd in ea triplex obedientia inuenitur. Prima eſt neceſſitatis, ſecunda charitatis, tertia humilitatis, prout in ſuperioribus paribus, & inferioribus exhibetur. Prima eſt neceſſitatis, de qua in 2. cap. noſtræ H regulæ, beatus Franciſcus ait: Finito anno probationis recipiantur ad obedientiam. Huius exemplum eſt Chriſtus, qui vt dicitur Philippenſi. 2. Factus eſt obediens patri vſque ad mortem. Et iterum idem patri, Luc. 22. ait, Pater, non mea voluntas, ſed tua fiat. Secunda eſt charitatis: & de hac beatus Franciſcus in 6. cap. regulæ ait: Et vbicunque ſunt & ſe inuenerint fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam: quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quanto diligentius debet quis dili-

In regula Fratrum minorum triplex obedientia reperitur.

A gere & nutrire fratrē ſuum ſpiritualem ? In mutuis enim neceſſitatibus comportandis debent maximè fratres alter alteri obedire, quod vt voluntariè facerent, ſic eos in prima regula hortabatur: Per charitatem ſpiritus voluntariè ſeruiant & obediant inuicē. hæc eſt ait, vera & ſancta obediētia Domini noſtri Ieſu Chriſti. Verè quippe obedientia Chriſti eſt, qui eam Luc. 6.cap. docuit dicens, Omni petenti te tribue. Et iterum Ioan. 15. ait: Hoc eſt præceptum meū, vt diligatis inuicem. Obedientia enim mutua mutuæ dilectionis eſt ſignum, atque effectus. B Tertia eſt obedientia humilitatis, per quam a ſuperioribus inferioribus obeditur. Et ad hanc beatus Franciſcus in 4. cap. regulæ ſuperiores inuitat, cum eos miniſtros & ſeruos aliorum fratrum eſſe cōmemorat, ipſoſque tantam habere familiaritatem circa recurrentes ad ſe ſubditos mandat: vt eos idem ſubditi dicere poſſint & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. Nam ita inquit, debet eſſe, quòd miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Vt videlicet ſicut ſerui dominis, ſic miniſtri ſubditis, in quibus iuſtè poſſunt, obediant. Huius obedientiæ Chriſtus Dominus & magiſter formam dedit, cum Luc. 2. cap. Matri & nutritio ſuo C ſubditus extitit, & baptizari Dominus a ſeruo, ſcilicet a Ioanne humiliter voluit, cui Matth. 3. cap. ait, Decet nos implere omnem iuſtitiam, hoc eſt humilitatem perfectam, per quam maior ſubijcit ſe minori. *Paulus.* Vera eſſe arbitror, quæ dicitis: ſed quid eſt, quòd Bern. ait? Bernar. quòd perfecta obedientia limites neſcit, cum vos Euangelicæ obedientiæ tres limites poſueritis. *Bernardinus.* Licet autem beatus Bernardus hoc dicat, non tamen intendit loqui de limitibus cohibentibus a malo, vel D ab imperfectione, ſed ſolum de limitibus coarctantibus ad certum gradum, & ad certam menſuram perfectionis, ſicut omnis regula præter regulam Euangelicam, habere creditur. Licèt enim in omni regula perfectionis ſit in omnibus licitis obedire, non tamen aſtringunt hominem ad tam altam obedientiam, præter ſolum regulam euangelicam, quæ ad hoc verbis expreſſis aſtringit, ſicut ex ſupradictis patet: quinimmo aliæ regulæ aſtringunt plerunque ad obediendum in aliquibus imperfectis, non quòd ſint imperfecta reſpectu illius regulæ, ſeu ſtatus, ſed ſolum reſpectu perfectionis Euangelicæ. Vt verbi gratia: aliquando aſtringunt ſubditum ad vacandum temporalibus eo modo, qui non congruit E altiſſimæ paupertati. *Paulus.* Placet quod dicitis pater: ſed occurrit etiam aliud dubium de verbo beati Bernardi, qui ait: Quod perfectus obediens conari debet ad obediendum, etiam ſi præcipiatur impoſſibile. *Bernardinus.* Hoc ſiquidem verbum intelligendum eſt de impoſſibilibus illis, quorum impoſſibilitas non prouenit ex aliqua deformitate peccati, quam in ſe habeant, ſed ſolum ex imbecillitate virium noſtrarum. Nec tamen Bernard. dicit eós ad hoc teneri: ſed ſolum dicit, quòd ſi perfecti obedientes eſſe volunt, debent ad illud prompti eſſe animo, & quaſi geſtire ad F illud, vt eſt poſſibile, peragendum. *Paulus.* Cupio intelligere pater, quomodo limites obedientiæ Euangelicæ non poſſunt eſſe plures, vel pauciores, quàm ipſi tres, ſicut vos ſuperius tetigiſtis.

Quòd limites Euangelicæ obedientiæ non ſunt plures, nec pauciores quàm tres.

Bernardinus.

GAudeo, quòd memoria tenes, quod promiſeram declarare. Hoc quidem quòd poſcis, myſterium habet. Iterum dico, præter tres præfatos limites nullus alius limes poteſt dari, quin aliquid G diminuatur de perfectione huius conſilij, ſeu voti: quod faciliter probari poteſt, ſi conſiderentur quatuor, in quibus obedientia principatur, de quibus in principio præcedentis ſermonis diſſeruimus. Primò enim diximus, quòd euangelica obedientia eſt in ſummo abdicatiua, ſeu priuatiua. Quod ſi conſideremus, intelligemus, quòd omnis alius limes, aliquid retinet de facultate propriæ voluntatis: ac per conſequens non abdicat a ſe omne poſſeſſum & abdicabile, H quantum licitè, & abſque omni periculo, & imperfectione poſſet. Neq; etiam eradicata a ſe quantum poteſt omnem amorē priuatum, nec omnem curam, & ſollicitudinem ſui & ſuorum. Nec plenè quātum poteſt, dedicat & offert Deo, quicquid ſibi dedicare poteſt, ſeu offerre, & dare de propria voluntate. Secundo vero diximus, talis obediētia eſt in ſummo vnitiua: quod ſi attendamus, hoc ipſum patet: vbi enim homo non ſubijcit voluntatem ſuam prælato quantum poteſt, non cohærent membra capiti ſuo, quantum poſſunt, nec caput habet plenitudinem imperij auctoritatis & regiminis ſuper ipſa: ac per conſequens,

nec

A nec membra habent inter ſe plenitudinem vnitatis, quoniam quanto magis ſuo capiti vniuntur, & quãto caput poteſt ea plenius ad ſe vnire, & virtutem influentiæ ſuæ, & vnitatis ſubtilius & efficacius in ea diffundere, tanto maiorem habent inter ſe vnitatem, & tanto magis aſpiciunt ſe eſſe vnũ. Quanto etiam minus remanet in eis de proprijs voluntatibus & de priuatis affectionibus, tanto maior eſt in eis communitas & vnitas voluntatis. Tertio diximus, quòd eſt in ſummo promotiua, quod ſi conſideremus, hoc ipſum clareſcere poteſt.
B Quanto enim membra magis capiti ſunt ſubiecta, & firmius cohærentia: & quanto caput habet maius & efficacius imperium ſuper ipſa: tanto magis poteſt ipſa ad bonum impellere & promouere. Quarto quoque declarauimus, quòd eſt in ſummo præſeruatiua: patet etiam hoc. Conſtat enim, quòd qui nõ renunciat quantum poteſt propriæ voluntati, non amouet a ſe, quantum poteſt radicem omnium malorum & periculorum, & imperfectionum. Quia igitur hæc ſunt luce clariora: quantum enim mihi ad præſens occurrit, omnis ratio obedientiam regulæ probans eſſe,
C opus perfectionis adduci poteſt ad probandum, quòd illa ſola perfectiſſima eſt, quæ nullum limitem habet, præter tres limites ſupradictos: ideo breuius pertranſiui. Ipſi enimmet limites ſupradicti oſtendunt, ꝙ non debent eſſe plures. Obedientia enim, quæ nulli poteſt alligari malo, nulli periculo, nulli imperfectioni, nihil poteſt habere mali, nihil periculi, nihil imperfectionis. Ex quo luce clarius patet, quòd talis quanto maior erit, tanto perfectior erit.

Tractatus de mortuis beati Bernardini de
D *Senis, ſed eſt incompletus, vnde doleo.*

Sermo.

VIdi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni. Apoc. 20. Chryſoſtomus in ſermone de mortuis, de morientibus terribile verbum inquit. Moriens cunctos ſalutat, donec ſuæ mortis compos eſt, & donec lingua ſua loqui poterit. Valete, inquit, amici mei: valete, & pro me orate: Iter.n. perago extraneum, quod nunquã ambulaui: & in regio- E nem longinquam, quam nunquàm vidi: & in ſeculum alterum animarum, vnde nullus reuerſus eſt: & in manſiones metuẽdas, in quas nullus me comitatur: & ad iudicem terribilem, vbi neſcio quid mihi contingat. Ecce quæro adiutorem, & non eſt qui me eripiat: quæro qui me aſſociet, & nullus mihi compatitur. Ecce chariſſimi, ſecundum Chryſoſt. verba omnium defunctorum facta, & totius ſtatus ſunt terribilia, dubia, & abdita, & nobis ignota. Ex ſcripturis tamẽ
F diuinis: quatuor mirabiles defunctorum conſiderandas cõditiones accipimus, quas ſimul Salomon colligit, Eccl. 3. dicens, Iuſtum & impium iudicabit Dominus. & ſequitur: Vnus eſt interitus hominum, & iumentorum, & æqualis vtriuſque conditio. Omnia pergunt ad vnum locum, & nihil eſt melius, quàm lætari hominem in opere ſuo. Conſideremus ergo in mortuis primo ſolium rigidum incuſſiuum timoris, quia iuſtum, & impium iudicabit Deus. Magnus certe pauor eſt, quòd ſiue iuſtum, ſiue impium, neceſſario oportet incidere in rigiditatem iuſti ſolij æquitatis diuinæ: & hoc in hora mortis. Vnde ad Hebr. 10. *Primum cõſiderandum in mortuis.*
G Terribilis eſt expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Secundo, tranſitum commiſſum inductiuum doloris: quia vnus eſt interitus hominum & iumentorum, & æqualis vtriuſque conditio. Ad literam anxietas, & tranſitus mortis communis eſt hominibus & iumentis, & in hac conditione ſunt pares. Quia quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi. Pſal. Tertio terminum vltimum perfectiuum laboris, quia omnia pergunt ad vnum locum. Quamdiu ſumus in mundo iſto, in via ſtamus, & laborare &
H mereri poſſumus: ſed vadimus currendo ad vnum locum mortis, quo cum venerimus, ſumus in vltimo termino & perfecto. Eccl. 11. In quocunque loco ceciderit, ideſt neceſſario venerit; ibi erit, ſiue ad auſtrum ſiue ad aquilonem, ideſt ſiue in feruore charitatis, ſiue in corruptione prauitatis. Quarto meritum proprium probatiuum valoris, quia nihil eſt melius, quàm lætari hominẽ in opere ſuo. Poſt mortem nihil remanet de iſto ſeculo, niſi lętari de bonis operibus, vel triſtari de malis operibus. Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur: a modo enim, &c. De iſtis autem quatuor terribilibus, quæ erunt generaliter in cun-

A ctis mortuis, loquitur verbum thematis prę
aſſumpti, dicente aquila grandi, Vidi mor-
tuos magnos & puſillos, &c. In quo verbo
quatuor nobis diligenter conſideranda in
ipſis mortuis proponuntur. Primum labi-
litas defectionis ſiue comſumptionis, qua
exterminantur: ibi, Vidi mortuos. Secun-
dum varietas conditionis, qua remuneran-
tur: ibi, magnos & puſillos. Tertium fina-
litas poſitionis, qua perpetuantur: ibi, ſtan-
tes. Quartum ſeueritas diſcuſſionis, qua
examinantur: ibi, in conſpectu throni.
Pro primo inquit, Vidi mortuos magnos,
&c. Mortui rectè ſunt, quos mors conſu-
B mit atque exterminat, donans totius con-
iuncti corruptionem, atque iacturam. Om-
nes traditi ſunt in mortem ad terram vlti-
mam in medio filiorum hominum, ad eos,
qui deſcenderunt in lacum: Ezechiel 31.
Et de hoc exponitur illud. 2. Regum 14.
Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur
in terram, quæ non reuertuntur. In quo
oſtenditur, ꝙ mors quę noſtra conſumit
& deuaſtat, naturam habet in humano ge-
nere. Primo totalitatem, quia omnes mo-
rimur. Ve omnes, qui ſunt de genere hu-
mano morimur, nullo excepto propter pec
catum, quod in primo parente omnes in-
C currimus: nunquàm fuit ita generalis &
conſumptiua ſententia. Peccauit quippe
natura angelica: ſed non tota eorum natu-
ra punita: patet in Angelis bonis. Peccaue-
runt aliæ naturæ brutorum, quia omnis ca-
ro corruperat viam ſuam ante diluuium.
Gen. 6. ſed non perijt tota eorum ſpecies,
quæ fuerunt reſeruata in arca: ſed mortis
ſententia totam noſtram naturã conſumit,
non ſolum in ſuppoſitis proprijs, immo et
in alienis. Vnde vaſtauit humanitatem exi-
ſtentem in diuino ſuppoſito, & in tantum
pręualuit, vt poſſit dici Deus mortuus: quia
D naturam voluit mortalitatis noſtræ. Mori-
tur ergo doctus pariter & indoctus. vnde
tęduit me vitæ meę: videt mala vniuerſa eſ-
ſe ſub ſole, & cũcta vanitatem, & afflictio-
nem ſpiritus, dicit Eccl. 2. c. Quæ vnde pro-
cedant, oſtendit Ber. in ſermo. 49 di. Vnde
niſi ex ſeparatione animæ a corpore mors
procedit? Inde eſt ꝙ mortuum corpus, exa-
nime vocatur. Vnde autem ſeparatio hæc,
niſi ex flagellis parentum, ex qualibet dolo
ris vehemẽtia, ex ipſius corporis corruptio
ne, & pęna peccati? Meritò proinde timet
flagellum caro noſtra, quo nimirum ab ip-
ſius animę tam delectabili honorabilique
conſortio amarum nimis diuortium patia-
tur. Sed nota ꝙ ex hoc ꝙ mors habet gene E
ralitatem, reſpectu omniũ videtur eſſe. Pri-
mo proprijſſima. vnde eſt quaſi propria
paſſio cõſequens totam naturam ſpecificã,
& ſolum humanam: quia licet alia animalia
moriantur, tamen in eis forma corrũpitur,
ſed in nobis anima ſeparatur. De quolibet
enim dicitur Iob 21. Iſte ad ſepulcra dedu-
cetur, & in congerie mortuorum. Secundo
crudeliſſima: quia nemini parcit iuſto, vel
peccatori, nocenti, vel innocẽti. Omnis. n.
anima viuens mortua eſt in mari, i. in ama-
ritudine doloris, Apoc. 16. Tertio audaciſ-
ſima: quia neminem reueretur, cuiuſcunq;
ſit dignitatis, vel ſtatus. Rex enim eſt ho- F
die, & cras morietur. Et cum mortuus fue-
rit homo, hæreditabit ſerpentes, beſtias, &
vermes, Eccleſi. 10. c. Quarto ferociſſima,
quia totum vſq; ad nihilitatem conſumit,
nec particulam quin totam deuaſtet incine
rando dimittit. Contra malum bonum eſt,
& contra vitam mors, Eccl. 33. Vnde Bern.
ſermo. 11. non eſt mirum inquàm eſſe mor
tem, quam generauit iniquitas, inconſide-
ratam ſeductio noſcitur peregiſſe, nihil in-
quàm mirum, ſi fuit ſine diſtinctione, quæ
venit ex præuaricatione: ſi ſit crudelis, &
fatua, quia ex antiqui ſerpentis fallacia, &
mulieris produnt inſipientia. Secundo in G
proprio tramite libertatem, quia ſicut aquæ
dilabuntur. Ad literam, quia ſicut cunctis
momentis aqua fluit in præceps, ita labili-
ter, & tramite feſtinatiſſimo ad mortẽ ſine
dimiſſione currimus, ſiue dormiamus, ſiue
vigilemus. Homo. n. natus de muliere, bre-
ui viuẽs tempore, re. mul. mi. qui quaſi flos
egreditur, & cõteritur, & fugit velut vm. &
nũ. in eo. ſtatu permanet. Iob 14. De hoc
pulchrè inquit Aug. Quicquid viuitur tem-
poris, de ſpatio viuendi demitur: & quoti-
die ſic viuit vnuſquiſque, quòd reſtat, vt ni
nil aliud ſit tempus vitę huius, quàm cur- H
ſus ad mortem. In quo nemo, vel paulului
reſpirare, vel aliquando tardius ire permit-
titur: ſed vrgemur omnes pari modo, neq;
a diuerſo impellimur inceſſu. Nam qui ad
mortẽ productiora ſpatia tẽporis peragit,
non lentius vadit, ſed plus itineris peragit.
Vnde ex quo quis incipit eſſe in hoc corpo
re, in mortẽ eſt. Et nota ꝙ ex hoc ꝙ mors
habet labilitatẽ, videtur eſſe primo amariſſi
ma: quia credis perfrui bonis vitæ, & ſtatim
te ſcindit, & perimit. Et ideo Salomon cum
dixiſſet in corde ſuo, vadã & affluã delitijs
& fruar bonis, ſtatim recognouit ꝙ hoc eſ-
ſet vanitas. Et riſum reputauit errorem, &

gaudio

A gaudio dicit: Quid fruſtra deciperis? Eccle-
ſiaſt. 2. Secundò fallaciſſima: quia promittit
tibi longa ſpatia vitæ, & ſubitò te fallit.
Vnde dicebat Ezechias Iſaiæ 38. Præciſa eſt
velut a texente vita mea: dum adhuc ordi-
rer, ſuccidit me, de mane vſque ad veſperã
finies me. Tertiò occultiſſima. Nullus ſcit,
quando labitur in mortem, occultos mea-
tus habet eius labilitas: de die illo, & hora
nemo ſcit, niſi Deus, & cui Deus reuelat.
Nihil enim eſt certius morte, & nihil in-
certius hora mortis. Quartò viciniſſima
ſemper, iuxta nos eſt, vt nos deglutiat. Pro-
pè eſt interitus Moab, id eſt totius humani
B generis, & cuiuſlibet hominis. Hierem. 48.
Ex hoc pulchrè admonet Seneca, dicens:
Incertum eſt quo loco mors te expectat:
itaque tu illam omni loco expecta. Egregia
res eſt, mortem paratus preſtolari. Qui mo-
ri conſtanter didicerit, ſupra omnem po-
tentiam, & extra omnẽ virtutem eſt. Quid
ad illam carcer, ſeu cuſtodia, vel inclauſtra-
tio? Liberum quippe oſtium habet: par-
ua eſt cathena, quæ nos alligatos tenet,
ſcilicet amor vitæ, qui quoniam non po-
teſt abijci, ſaltem minuendus eſt. Tertiò in
terreno corpore calamitatem: quia ſuper
terram. Quæ cauſa eſt, quare homines mo-
C riuntur? Certè: quia ſtamus ſuper terram,
id eſt in terreno, & luteo corpore. Hanc
cauſam aſſignauit Deus Adæ, Geneſ. 3. In
ſudore vultus tui veſceris pane tuo: do-
nec reuertaris in terram, de qua ſumptus
es: quia puluis es, & in puluerem reuerte-
ris. Et Iob 4. Qui habitant domos luteas,
qui terrenum habent fundamentum, con-
ſumentur velut a tinea. Et in Pſal. Recorda-
tus eſt: quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & nõ
rediens. Ideo monet nos auctor de ſpiritu,
& anima, cap. 28. Nihil certius morte, & ni
hil incertius hora mortis. Nam neſcimus,
D quomodo, aut vbi moriamur, quoniã mors
vbique nos expectat: ideo debemus ſemper
eſſe parati: vt cum corpus reuertetur ad ter
ram, de qua ſumptum eſt: ſpiritus redeat ad
Deum, qui dedit illum. Et nota, quòd ex
hoc quòd mors cauſatur ex terreno corpo-
re, videtur quòd habeat primò vilitatem in
ortu. Oritur enim ex cauſa viliſſima, ſcili-
cet miſeria lutea, & terrena carne. Deficiet
omnis caro ſimul, & homo in cinerem re-
uertetur. Iob 34. Secundò fęditatem in ſi-
tu: quia in putredine, & doloribus, & mę-
roribus, & ſimilibus, quæ ſunt in corpore,
mors ſituatur. Induta eſt caro mea putredi-
ne, & ſordibus pulueris, &c. Iob 7. Tertiò
grauitatem in tactu: vnde ſicut terra infe- E
rius inclinatur, & quãto vicinatur, grauio-
rem, & impotentem reddit. Tabeſcet enim
caro eius, ſcilicet cuiuſlibet hominis, & oſ-
ſa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Iob 33.
Quartò varietatem in actu. Variè enim po-
teſt tabernaculum noſtri corporis ſolui. In-
ſolentia, violentia, triſtitia, quandoque læ-
titia nimia, & modis infinitis. Omnis ca-
ro fęnum, &c.

Quæſtio.

Sed dices: Mors poteſt multipliciter eue-
nire. Nunquid præuenire ſtatutum tem- F
pus? Gloſſa Iſaiæ 40. dicit, quòd ſic: in-
quiens, quòd quis malè viuendo mereatur
terminos vitæ ſuæ præuenire. Et etiã ꝙ be-
ne viuendo, & bene agendo, ante tempus
mereatur rapi. Probat primum per illud
Pſal. Viri ſancti, & Dñs: non dimidiabunt
dies ſuos. Probat ſecundum per illud Sapiẽ
tiæ 4. cap. Raptus eſt, ne malitia mutaret cor
eius: ſed glo. iſta determinat, quòd Sancti
implent dies ſuos: quia dicitur Geneſ. 25.
Mortuus eſt Abraham plenus dierum. Pec-
catores autem in dimidio dierum moriun-
tur. Quartò in vltimo limite integritatem:
quia non reuertentur. Falſum eſt ſimplici- G
ter, quòd mortui non reuertentur: quia re-
ſurgunt: ſed non reuertentur amplius cor-
ruptibiles, ſed integri in anima, & corpo-
re. Sicut enim aqua pura egreditur a fon-
te: ſed poſtea inficitur continuè plus decur
rendo vſque ad mare, & ibi totaliter ſale-
ſcit, & depuratur quouſque ad ſuum pri-
mum ortum venerit. Ita corpora noſtra pri
mò ſunt pura, ſecundò ſordidantur, & non
niſi ſub terra incinerata ad integrã redeunt
puritatem. Vnde Pſalmiſta: Auferes ſpiri-
tum e. & de. & in p. ſ. reuertentur: ſed rur-
ſum, Emitte ſpiritum tuum, & creabun- H
tur, & renouabis faciem terræ, id eſt ter-
renæ carnis. Vnde Seneca: In puncto eſt
totum, quod viuimus: & tamen in hoc pun
cto longiora ſpatia, & longas moras fin-
gimus. Primò pueritiam, poſtea iuuen-
tutem, poſtremò ſenium, & tandem æta-
tem decrepitam. Vides in quantam angu-
ſtam morulam, vel quot gradus hominum
ſtultitia. Atque vtinam hos gradus fictos
non perderes otiando: ſed dum ſibi blan-
ditur, quòd de ætate in ætatem tranſeat,
quamlibet torpendo tranſit ætatem, ſubi-
toq; mors aduenit, & quæ propoſueras cũ-
cta recidit. Ex hoc vltimatè mors eſt. Pri-
mò

A mò laborum quietatio: quia omnia in morte requieſcunt. Vnde Iob 3. dicebat: Quare nõ in ventre mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem. Secũdò iuſtorum expectatio: quia pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini. Tertiò prauorum ſtimulatio: quia nũquàm mori vellent: & meritò; quia mors peccatorum peſſima. Sicut enim oues, in inferno poſiti ſunt. Quartò cunctorum renouatio: quia
B oportet mortificari: vt viuificemur, & renouemur. Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 15. Inſipiens tu qui ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur. Et ſic dicit ipſe renouari corda noſtra, ſubdẽs: Stella à ſtella differt in claritate; ſic & reſurrectio mortuorum. Et fortè propter hoc, Ambroſius mortem laudat, dicens in libro de bono mortis. O ſæua mors, bonum eſt, & quia repugnantia diuidit, ne inuicem ſibi impugnent, & quia portus eſt eorum, qui in magno vitæ huius ſeculo fatigati, quietis ſtationem requirunt, & quia deteriorem ſtatum non efficit: ſed qualiter inuenit in ſingulis, talem iudicio ſubdit, & futurorum expecta-
C tione componit.

De multiloquio, atque de remedijs eius, necnon & de multiplici remedio contra omnia vitia linguæ.

Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Matth. 5. Igitur circa multiloquiũ, & vaniloquium ad præſens tria cõſideremus. Primò illius offen-
D ſionem, ſecũdò eius infectionem, ſeu operationem, tertiò autem eius reformationẽ.

Articulus Primus

Quòd de peccato multiloquij tria conſideranda ſunt.

Primò conſideremus multiloquij offenſionem: offenſio ſiquidem multiloquij clareſcere poteſt, ſi tria de illo penſemus. Primò eius peccatum, ſecundò eius reatum, tertiò eius gradum.

Quòd maximè propter tria peccatum multiloquij graue eſt peccatum. E

Cap. I.

Primò quippe penſemus multiloquij peccatum. Nam Prouerb. 10. cap. ſcriptum eſt, in multiloquio non deerit peccatum. Vbi aduertendum, quòd multiloquium poteſt bene, & malè fieri. Bene quidem, vt in rebus magnis, & arduis, atq; difficilibus multa locutio neceſſaria eſt ad claritatem, & intelligentiam obſcurarum rerum. Malè autem multiloquium fit, & hoc triplici ratione. Primò ratione otioſitatis, ſecundò ratione ſuperfluitatis, tertiò ratione temeritatis. Primò quippe ratione otioſitatis, & vanitatis. Vnde Hugo 2. lib. de anima, inquit: Vanus ſermo vanæ conſcientiæ index eſt, mores hominum lingua pandit: & qualis ſermo oſtenditur, talis animus approbatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur, ſicut Dominus Matth. 12. ait; Quod exponens Chryſoſt. ait: Cum audieris hominem malè loquentem, multo ampliorem æſtimes cordis nequitiam, quàm verba demonſtrent. Quod enim exterius dicitur, ex ſupereffluentia eſt, quod intus eſt. Contingit autem hoc decenter. Lingua enim confuſa multotiens non effundit nequitiam, cor autẽ nullum hominum habẽs teſtem, ſine timore quęcunq; vult parturit mala. Dei autem non multa cura eſt ei: ſed cum augetur multitudo, quæ intus ſunt, quæ interius occultabantur, extra per verba perueniunt: & ideo dicit, ex abundantia cordis os loquitur, ſicut ex plenitudine redundat. Hæc ille. Hugo quoque in 2. lib. de anima inquit: Sermo vanus non erit abſque iudicio: quia ab omni ſtatu rectitudinis depereunt, qui per verba dilabuntur. Vnde Matth. 12. cap. Dominus ait: H Dico enim vobis, quòd omne verbũ otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij: vbi Gregor. in homilia ait: Otioſum verbum eſt, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iuſtæ neceſſitudinis caret, id eſt, quòd abſq; vtilitate dicentis, & audientis profertur. Sed *Dubio.* quare non ait, quòd de omni opere reddent homines rationem, ſicut de omni verbo otioſo? Dicendum quòd triplex cauſa *Solutio.* fuit. Prima, quia verbum ex ratione ſumitur, non autem omne opus. Secunda autem: quia omne verbum comprimere poſſumus,

A ſumus, non autem omne opus. Tertia ad
oſtendendum, quòd ſi de minimis, id eſt de
omni verbo otioſo, reddemus rationem in
die iudicij: quanto magis ſi locuti fuerimus
criminoſa? Volens igitur Petrus Damia-
nus oſtendere, quanti periculi ſint verba
otioſa, ait: Audiat qui verba otioſa, & vani-
loqua loquitur, audiat & paueſcat in die iu-
dicij de ore eius iudicari: quia & ſi ſint par
ua, in die iudicij reddent rationem. Et po-
nit exemplum, dicens: Quid milio bre-
uius? quid pluma leuius inuenitur? & ta-
men ſi miliorum, vel plumarum innume-
rabilis multitudo congregetur, neceſſe eſt,
vt ceruix portantis velut ſub graui lapide
B immoderatè preſſa frangatur. Similiter hu-
mentibus ſaxis tenuis quidem, & rara gut-
ta diſtillat: ſed ſi vas longiori ſpatio ſuppo-
natur, ita impletur, vt ſupereffluens aqua,
vel vnda decurrat. Inuenitur cinifex par-
ua, id eſt ſubtiliſſima muſca: ſed innumera-
bilis multitudo earum oculis præmonſtra-
ta ſuperbi Pharaonis, & totius Ægypti ſu-
perauere virtutem. Breue tempus eſt ho-
ra: ſed dum hora horæ continua ſucceſſio-
ne coniungitur, totius vitæ noſtræ curſus
impletur. Hæc ille ſuper prædictum Matth.
verbum. Secundò in multiloquio pecca-
C tum eſt ratione ſuperfluitatis: vnde Ioan.
11. cap. ait: Nunquid, qui multa loquitur,
non audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur?
vbi gloſſa inquit: Mors prauorum eſt rectè
dictis non conſentire: ſed è diuerſo reſpon-
dere, quibus & pauca videntur multa: quia
contra ſenſus eorum ſunt, qui nihil putant
rectum, niſi quod ſentiunt. Et ſubditur,
aut vir verboſus iuſtificabitur, quia legitur:
Cultus iuſtitiæ ſilentium. Vnde Iſidorus in
ſynonimis: Multiloquium nõ declinat pec-
catum, flumen ex vnda cito colligit lutum
de vndis. Et iterum ibidem ait: Multum
loqui ſtultitia eſt, vox incipientis in multi-
D plicatione ſermonis. Hierony. etiam in
quadam epiſtola ait: Inter canes, qui infir-
mior eſt, magis latrat: Vnde Prouerb. 10.
ſcriptum eſt: Qui moderatur labia ſua, pru-
dentiſſimus eſt. Nam prudens profectò eſt
homo moderando operationes, pruden-
tior in moderando cogitationes, & affe-
ctiones: ſed prudentiſſimus in moderando
locutiones. Tertiò verò in multiloquio eſt
peccatum ratione temeritatis. Vnde Ec-
cleſiaſt. 9. Temerarius in verbo, Deo odi-
bilis eſt. In quatuor maximè temeritas re-
probatur. Primò in iudicijs, ſecundò in
cõſilijs, tertiò in teſtimonijs, quartò in vo-
tis: Primò in iudicijs faciendis, Matth. 7. E
cap. Nolite iudicare, & non iudicabimini.
Secundò in conſilijs dandis, Eccleſiaſt. 5.
Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo
tuo: ſin autẽ, ſit manus tua ſuper os tuum.
vbi gloſſa ait: Sicut peccat, qui ſcit, & pro-
ximum non vult docere, ſic qui neſcit, &
vult magiſter eſſe. Et addit, Sit manus tua
ſuper os tuum. Per manus enim opera de-
ſignantur, quaſi dicat: Si neſcis loqui, tace:
& taciturnitatẽ tuam redime operibus bo-
nis. Tertiò in teſtimonijs ferendis, Pro-
uerb. 19. Falſus teſtis non erit impunitus.
Quartò in votis, & promiſſionibus emit-
tendis. Eccleſiaſt. 8. cap. Non ſpondeas ſu- F
pra virtutem tuam.

Quando multiloquium ſit mortale, vel ve-
niale. *Cap. 2.*

SEcundò pẽſemus multiloquij reatum,
hoc eſt vtrum ſit mortale, vel veniale.
Ad cuius euidentiam aduertẽdum eſt,
quòd aliud eſt multiloquium, & aliud ver-
boſitas, vel litigioſitas. Primò quippe ver-
boſitas, ſeu litigioſitas poteſt eſſe peccatum
mortale triplici ratione. Primò propter
euentum, ſecundò propter detrimentum,
tertiò propter contemptum. Primò pro-
pter euentum, Iaco. 3. ſcriptum eſt, lingua G
noſtra ignis eſt. glo. Lingua incõtinens ma-
gnam materiam bonorum operum perire
facit: ſed perire non facit materiam bono-
rum operum, niſi mortalis culpa: propterea
non dirigi, & nõ iuſtificari, ex mortali cul-
pa prodeunt. Sed de talibus Propheta ait:
Vir linguoſus non dirigetur in terra. Et
Iob 11. iterum ſcriptum eſt: Vir verboſus
non iuſtificabitur. Secundò propter detri-
mentum. Vnde Gregor. ait: Qui linguam
non refrenat, concordiam diſſipat. Diſſipa-
tio concordiæ non fit, niſi per mortalẽ cul-
pam. Tertiò propter cõtemptum: contem-
ptus gratiæ obligat ad mortale: ſed verbo- H
ſitas, ſeu linguoſitas importat contemptum
prouenientem ex conſuetudine ſuperfluæ,
& immoderatæ locutionis. Secundò autem
multiloquium, prout eſt ſine linguoſitate,
aut verboſitate, veniale peccatum eſt. Vnde
Auguſt. 25. diſtinct. cap. vnum. §. criminis:
quotiens quis loquitur pluſquàm oportet:
vt eſt in multiloquio, venialiter peccat. Et
Eccleſiaſt. 19. cap. Qui ſpernit modica, pau-
latim decidet: vbi interlinearis. Verbum
otioſum, riſum & huiuſmodi modica ſunt:
ergo multiloquium ad modicum pertinet.
Hæc ſecundum Alex. in 2. q. 43. artic.

Quòd

A *Quòd horum peccatorum eſt grauius, ſcilicet aut multiloquium, aut vaniloquium, aut ſtultiloquium. Cap. 3.*

TErtiò verò pẽſemus multiloquij gradum, vbi vidẽdum eſt quod iſtorum trium grauius peccatum ſit, ſcilicet aut multiloquium, aut vaniloquium, aut ſtultiloquium. Et dicendum, quòd hæc tria peccata in peccati grauitate ſe habent, ſicut excedentia, & exceſſa. Quod ſic patet. Primò enim ex parte vna grauius peccatum
B eſt ſtultiloquij, quàm multiloquij, vel verboſitatis. Ratio eſt: quia deterior eſt defectus debitæ qualitatis, quàm quantitatis. Peccatum enim multiloquij peccat in quantitate, id eſt in multitudine ſermonis. Peccatum verò ſtultiloquij peccat in qualitate, ſcilicet in rationis defectu. Ex alia verò parte, id eſt ex parte incorrigibilitatis, peccatum multiloquij, ſeu verboſitatis eſt grauius peccato ſtultiloquij. Ratio eſt: quia qui non vult recipere correctionem alterius, grauius peccat, quàm qui vult recipere correctionem: ſed peccatum multiloquij, ſeu verboſitatis in hoc conſiſtit, quòd aliquis
C iactat ſe, cum ſibi videatur ſapiens, nec recipere vult alterius monitionem. Peccatum verò ſtultitiæ, ſeu ſtultiloquij dicitur peccatum, quando homo fatua verba dicit, & tamen verba correctionis ſuſcipit. Vnde Prouerb. 29. ſcriptum eſt: Vidiſti hominem velocem ad loquẽdum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. Vbi glo. ait: Graue quidem ſtultitiæ vitium: ſed non leuius verboſitatis. Nam ſæpe contingit, vt idiota aliquis citius verba correctionis accipiat, quàm qui ſua quæ nouit, vel noſſe putat, quæ magis iactat, quàm aliorum mo-
D nita audiat. Secundò comparando multiloquium, quod iſtorum eſt grauius. Dicendum, quòd quantum de ſe eſt, vaniloquium maius peccatum eſt, quàm multiloquium. Cuius ratio eſt: quia in multiloquio eſt defectus modi, ſcilicet loquacitatis, vel verboſitatis: in vaniloquio autem eſt defectus finis, ſcilicet vtilitatis. Defectus autem finis maior eſt, quàm defectus modi. Nam vaniloquium defectum ponit maioris boni, q̃ multiloquium. Ex alia verò parte, ſcilicet ex parte circunſtantiarum, peccatum aggrauantium multiloquium, grauius eſt, q̃ peccatum vaniloquij, vtpote quòd in multiloquio admiſceat falſitatẽ, vel quòd multiloquium perueniat ad contemptũ ex cõſuetudine. E Et ſecundum hoc hæc peccata ſe habent, ſicut excedentia, & exceſſa: vt patet. Hæc ſecundum Alexan. de Ales, in 2. q. 43. loquens de comparatione prædictorum trium peccatorum.

ARTICVLVS SECVNDVS

De ſex malis effectibus multiloquij.

SEcundò conſideremus multiloquij infectionem, ſeu operationem. Sex quippe ſunt effectus in multiloquio. Duo ex parte rationis, duo ex parte voluntatis, F & duo ex parte facultatis.

Quòd duos malos effectus contra rationem multiloquium operatur. Cap. 1.

PRimò quippe ex parte rationis duo ſunt multiloquij effectus. Primus eſt amiſſio cõſiderationis intimæ, ſecundus eſt amiſſio conſiderationis diſcretæ. Primus effectus eſt amiſſio conſiderationis intimæ. Vnde Gregor. Qui per multiloquium exterius ſe ſpergit, vim intimę conſiderationis amittit. Et inter alia, vt idem ait: valde difficile eſt, G vt qui multa loquitur, non mentiatur: ſicut & qui frequenter iurat, vt non deieret, vel peieret. Et Prouerbio. 26. Os lubricum operatur ruinam. Et cap. 13. iterum ait: Qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala, ſcilicet vel temporalia, vel corporalia: aut ſpiritualia, ſeu æterna. Et Eccleſiaſt. 20. inquit: Qui multis, id eſt ſuperfluis vtitur verbis, lædet animam ſuã, ſcilicet aliquo genere peccati. Et Eccleſiaſt. 10. cap. ait: Stultus verba multiplicat. Et Prouerb. 17. cap. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Secundus effectus eſt H amiſſio conſiderationis diſcretæ. Perdit enim homo ſenſum, atq; rationem ex parte rei conſiderandæ: vnde Prouerb. 14. ait: Vbi ſunt plurima verba, ibi frequẽter egeſtas. Quod exponens Gregor. ait: Cum multiplicitas in ſermone deprehẽderetur, & non vitatur: proculdubio intelligentiæ grauitas in ſenſu elongatur. Et Seneca inquit: Quod ſentimus, loquimur: & quod loquimur, ſentiamus. Et iterum ait: Ad ſuamque perfectionis rariloquum, tardiloquum, & breuiloquum te eſſe iubeo. Iterum idem in 40. epiſtola ait: Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit,

A uenit, ita oratio compreſſa, non audax. Et ſubdit: Summa ſummarum hæc eſt, tardiloquum te eſſe iubeo.

De duplici malo effectu ex parte voluntatis. Cap. 2.

SEcundò autem ex parte voluntatis duo ſunt alij multiloquij effectus. Primus eſt voluntatis pollutio, ſecũdus eſt peccati multiplicatio. Primus igitur eſt voluntatis pollutio, id eſt immunditia voluntatis in actu peccati. In huius myſterium, Numeri 19. præcepit Dominus, dicens: Vas
B quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit. Vbi Gregor. ait: Tegimen operculi, vel ligatura, eſt cenſura diſciplinæ, qua quiſque non premitur, quaſi vas pollutum immundumque reprobatur. Hoc operculum poſtulabat Propheta, dicens: Pone Domine cuſtodiã ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Et quid per operculum & cuſtodiam, niſi illuminata ratio deſignatur? qua gubernari, & regi debet in homine lingua carnis. Meritò ergo Eccleſiaſt. 22. c. ait: Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum
C certum: vt nõ cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Secundus effectus multiloquij eſt peccati multiplicatio, id eſt ad deteriora deſcenſus: proinde Gregor. ait: Iſti ſunt caſus culpæ creſcentis: vt lingua cum non reſtringitur, nequaquàm vbi cecidit iacet: ſed ſemper ad deteriora deſcendit: vnde meritò in 9. c. Eccleſiaſt. ait: Terribilis in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. Et Hugo in 2. lib. de anima, inquit: Lingua dicitur, quia lingit adulando: mordet detrahendo, occidit mẽtiendo, ligat & ligari non poteſt: ſed labitur, & fallitur: labitur vt anguilla, penetrat vt ſagitta, tollit amicos, multiplicat inimi-
G cos: blanda eſt & ſubdola, & parata ad exhaurienda bona, & miſcenda mala: qui cuſtodit linguam ſuam a multiloquio, maliloquio, turpiloquio, vaniloquio, ſtultiloquio, cuſtodit animam ſuam: quoniã mors, & vita in poteſtate linguæ. Hæc ille.

Quòd difficile eſt perfectis, & imperfectis vitare peccata linguæ. Cap. 3.

TErtiò etiam ex parte facultatis duos habet effectus. Nam difficile eſt vitare multiloquium, & vaniloquiũ ſecundum humanam fragilitatem imperfectis, atque perfectis. Aduertendum tamen eſt, quòd humana fragilitas duos continet in ſe ſtatus. Primus eſt in imperfectis, & in eis eſt poſſibilitas vitandi: ſed poſſibilitas illa non eſt diſpoſita ad vitandum: ſed magis eſt prona ad non vitandum. Et hoc modo intelligi debet glo. ſuper illud Iaco. 3. cap. Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. vbi glo. ait: Cuius offenſionem humana poteſt vitare fragilitas: vt eſt verbum doli, detractionis, iactantiæ: ſed etiam ſuperfluæ, & otioſæ locutionis. Secundus ſtatus eſt imperfectis, & in eis eſt poſſibilitas diſpoſita ad vitandum ſecundum dicta verba: ſed quia non eſt vſquequaque completa, ideo dicitur quòd difficile eſt vitare perfectis. Et hoc modo debet intelligi glo. ſuper illud Iaco. 3. Lingua noſtra ignis eſt: vbi glo. ait: Cum ferè ſit impoſſibile vitare peccatum hoc etiã a perfectis: cum autem potentia eſt completa ex gratia ſpeciali, tunc dicitur beatus, ſeu perfectus perfectione ſufficienti. Et de hoc dicitur, quod Iac. 3. ait: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Et illud Eccleſiaſt. 14. cap. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Hæc ſecundum Alex. de Ales, in 2. q. 43. artic.

(Right margin letters: B, E, F, G)

ARTICVLVS TERTIVS.

Quomodo peccatum multiloquij, & alia peccata linguæ refrænentur.

TErtiò conſideremus multiloquij reformationem, & emendationẽ. Poteſt enim homo a multiloquio, & ab omni vitio linguæ ſe emendare, ſi diligenter conſideret tria. Primò linguæ formationem, ſecundò linguæ locationem, tertiò linguæ diſcretionem. *Ab omni vitio lingua poteſt homo ſe emẽdare, ſi tria conſideret.* H

Quòd per ſeptem, quæ conſiderantur in forma linguæ, poſſunt eius vitia emendari. Cap. 1.

PRimò conſideremus linguæ formationem. Primò enim eſt colore ignea, ſecundò eſt carnea, tertiò eſt delicata, quartò latior eſt quàm groſſa, quintò lõgior eſt quàm lata, ſextò ſuperius libera, & inferius ligata, ſeptimò autem inferius breuis eſt, ſuperius eſt lõga. Primò enim lingua colore ẽ ignea: vt myſticè demonſtretur quòd homo loqui debet,

A debet, cum charitate, de charitate, propter charitatem. Primò enim loqui debet homo cum charitate: ſinautem abſque fructu ſalutis æternæ loquitur homo. Vnde 1.Corinth. 13.cap. Apoſtolus ait: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Secundò loqui debet de charitate, ſcilicet Dei & proximi. Dulcis ſermo, & omni acceptione dignus, loqui de charitate, quod maximè conuenit dilectoribus charitatis: vt flammigero corde, flammigera lingua, flāmigera verba depromat: vt inde corda au-
B dientium inflammentur, exemplo duorum diſcipulorum euntium in Emaus, qui Luc. 24.cap. de ſe dicebat: Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via, & aperiret ſcripturas: ſcilicet de diuina charitate loquentes. Tertiò loqui debet propter charitatem, exemplo Apoſtolorum, qui Actuum 2. Repleti ſunt omnes Spirituſancto, & cęperunt loqui varijs linguis, prout Spirituſſanctus dabat eloqui illis: vt dum intus erant corda flammantia, linguis, & verbis ardentibus legem igneam omnibus prædicarent. Secundò verò lingua eſt carnea tantum abſque oſſe, vt apertè cla-
C reſcat quòd homo loqui debet cum tractabilitate, & humilitate, ſicut Prouerbio. 25. ſcriptum eſt: Lingua mollis confringet duritiam. Tertiò autem eſt delicata: vt inde inſtruatur homo, quòd loqui debet cum benignitate, iuxta illud Eccleſiaſt. 6. Lingua eucharis, id eſt bonę gratię, in bono homine abundabit. Et 40.cap. iterum ait: Tybiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam: & ſuper vtraque lingua ſuauis. Quartò latior eſt, quàm groſſa: vt inde diſcat homo loqui apertè, & clarè, non ſophiſticè, & obſcurè ſecundum Domini documenta, qui Matth. 5. cap. ait: Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt:
D non, non: quod autem his abundantius, a malo eſt. Sermo enim rectitudinem naturalem, & puritatem ſinceram ſeruans, omnibus gratiſſima eſt, ſicut Prouerb. 15. cap. ſcriptum eſt: Sermo purus, pulcherrimus eſt. Quintò longior eſt, quàm lata: vt myſticè innuatur, quòd homo longitudinem firmitatis in verbis, & in promiſſis longius ſeruet, quàm latè promittat. Proinde Eccleſiaſt. 5. cap. nos admonet ſpiritus veritatis, dicens: Non ventiles te in omnem ventum, & ne eas in omnem viam: ſic enim omnis peccator probatur, id eſt ſic probatur, quòd ſit peccator in duplici lingua, id eſt in lata promiſſione, & breui obſerua- E
tione. Et ſubdit: Eſto firmus in via Domini. Sextò ſuperius eſt libera, inferius ligata, ad innuendum, quòd humanus ſermo debet liber eſſe ad loquendum de Deo, atque proximo, necnon de ſuperioribus, & æternis: ſed arctatus, atque ligatus eſſe ad loquendum de tranſitorijs, & terrenis: vt iam imitemur eos, qui in cœlis habitant. De quibus Propheta ait: Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Septimò inferius breuis, ſuperius longa: vt continuè clamet peregrinationis vitę pręſentis breuitatem, atq; manſionis futuræ æternitatem, iuxta illud, quod F
13.cap. Hebræ. Apoſtolus ait: Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

Quòd ſi conſiderentur ſeptem circa linguæ locationem, poterunt eius vitia refrænari. Cap. 2.

SEcundò poterit homo a vitijs linguæ ſe emendare, ſi conſideret linguæ locationem. Nam primò in corde radicatur, ſecundò vnica ſola datur, tertiò in ore, quaſi in ardenti clibano collocatur, quartò in alto loco, quintò ſub rebus ſenſibilibus, ſextò in loco humido, ſeptimò clauſa, & quaſi in carceris loco. Primò G
quidem lingua radicatur in corde: vt conſideret homo, quòd loqui debet, quod ſentit in corde ſuo, ſi vtile eſt, aut ſi veritas non eſt vtilis tacere, & nunquàm mentiri, quaſi natura ipſa humana clamet cum corde, vnitatem eſſe debere in corde, & ore: vt ſicut vnicum cor, ſic ſit vnica lingua. Sũt profectò tria hominum genera. Quidam enim habent tantum vnicam linguam, alij verò ſunt bilingues, tertij autem ſunt trilingues. Primò vnicam tantum linguam habet vir iuſtus, ſicut de eo Propheta inquit: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Licet veritatem pro vtilitate, quandoque tacere. H
Secundi autem ſunt bilingues, ſicut illi qui aliud habent in corde, aliud loquuntur in ore. De quibus etiam Propheta ait: Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Primum eſt bonum in ore, ſecundum malum in corde. Tertij autem ſunt trilingues, qui vnum habent in corde, aliud in ore, & aliud in palliatione, ſcilicet malum ſub apparentia, & pallio boni. Hi ſunt homines infernales, *Qui ſint trilingues*
diaboli

A diaboli ſequaces, atque ei conformes. Triſulca enim diaboli decepit Euam. Nam Geneſ. 3. acceſſit ad eam corde impio, id eſt intentione fallendi. Hæc extitit prima lingua. Secundò mendacium locutus eſt, dicens: Nequaquàm moriemini. hæc fuit ſecunda lingua. Tertiò palliauit mendacium ſuum ſub velamento boni, cum ſubdit: Et eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum. Et hæc extitit tertia lingua. Has tres linguas communicat diabolus demonibus incarnatis, qui omnibus vitijs venenant, & inficiunt vniuerſum mundum. Proinde Eccleſiaſt. 28. cap. de talibus ait: Lingua tertia B multos commouit, & diſperſit illos de gente in gẽtem: ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas, vel veritas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis, qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat. De his etiam tribus linguis ſimul Propheta ait: Labia doloſa. Hæc eſt tertia lingua. in corde. Hæc eſt ſecunda. & corde locuti ſunt. hæc eſt prima lingua. Secundò autem homini ſola vnica lingua datur, cum C dederit ei Deus duas aures, duos oculos, duas nares, duas manus, duos pedes, cum digitis multis, & plura alia duplicata membra: vt diſcat anima rationalis plura audire, quàm loqui, plura bona opera operari, plura videre, & odorare, & ſimilia. Nam etiam Seneca inquit: Auribus frequentius, quàm lingua vtere. Et iterum, in hoc incumbe, vt libentius audias, quàm loquaris. De hoc patet exemplum Beatæ Virginis, de qua non legitur in Euangelijs, quòd locuta fuerit, niſi ſeptem vicibus: & in illis quaſi ſeptem amores flammeos eructauit, ſecundum quod dictum eſt in tractatu de Beata D Virgine, per totum, ſermone 9. Tertiò autem lingua in ore quaſi in ardenti clibano collocatur. In ore enim, ſicut in clibano, ſupra eſt cœlum, & ſubtus eſt terra: vt per hoc intelligi detur, quòd quilibet ſermo noſter, ſiue de cœleſtibus, ſiue de tranſitorijs, & terrenis feruere, atque ardere debet, quaſi de fornace ardentis charitatis verba egrediantur. Vt non immeritò tali homini dici poſſit propheticum illud: Ignitum eloquium tuum vehemẽter, & ſeruus tuus dilexit illud. De Helia quoque Eccleſiaſt. 48. cap. ſcriptum eſt: Surrexit Helias quaſi ignis, & verbum eius quaſi facula ardebat. Apoſtolis quoque in linguis igneis apparuit ſpiritus ardens: vt clareſceret euidenter, quòd linguæ eorum amoris igne mundum vniuerſum incẽdentes in fornace oris eorum ardebat. Quartò humana lingua ſita eſt in alto loco: vt quod nobiliſſimum membrum eſt, pudeat in qualicunque ſpurcitia inquinare, ne fiat ſimilis porco homo rationalis, qui os potius, atque prius ponit in ſtercore, quàm ipſum pedem. Meritò ergo Matth. 15. ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Quodcunque enim peccatum ore fiat, oris inquinatio eſt. Nulla quippe ſpurcitia maior eſt, quàm ſpurcitia culpæ. Peccatum ſiquidem oris, nihil aliud eſt, quàm quædam excitatio diaboli, vel creatio, ac quidam ſputus eius, quod ſpuit in os malè loquentis. Hoc ipſa lingua ſub tribus corporis ſenſibus collocatur, videlicet ſub auribus, ſub oculis, ſub naribus. Primò ſub auribus: vt conſideret prudens homo cum loquitur, quòd in audiente poteſt eſſe auris dextra, & ſiniſtra. Dextra auris, beniuoli ſunt. Proinde taliter loquendum eſt, quòd non ſcandalizentur tales. Nam vt dicitur Sapien. 1. cap. Qui loquitur iniqua, non poteſt latere. Auris verò ſiniſtra ſunt maliuoli, inuidi, & maligni: aures erigentes, dum homo loquitur auidè expectantes aliquid capere ex ore eius, ſicut etiam Sapien. 1. ſcriptum eſt: Auris zeli audit omnia. Ex hoc patet, quòd os noſtrum auribus audientium ſubiectum eſt: propterea debemus prudenter loqui. Nam Prouerbio. 16. ſcriptum eſt: Cor ſapientis erudit os eius, & in labijs illius addit gratiam. Et Eccleſiaſt. 10. iterum dictum eſt: Verba oris ſapientis gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eum: initium verborum eius ſtultitia, nouiſſimum oris illius peſſimus error. Secundò eſt lingua ſub oculis: vt cautus fiat homo non loqui de vitio, vel virtute. Ecce duo oculi antequàm intelligat quid loquatur, vel ne antequàm nouerit veritatem laudet, vel vituperet quenquam: quod maximè de vituperio ſeruandum eſt. Proinde Eccleſiaſt. 11. cap. ſcriptum eſt: Priuſquàm interroges, non vituperes quenquam, & cum interrogaueris, corripe iuſtè. Tertiò lingua ſub naribus ſita eſt, ex quibus de capite humores fluunt, & inde cerebrum expurgatur: vt ex hoc inſinuetur, quòd homo ſæpius ab humore duarum narium expurgare ſe debet, hoc eſt frequentius confiteri peccata omiſſionis, & commiſſionis,

exemplo

A exemplo Dauid, qui de ſe ait: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Ecce quòd per confeſſionem omiſſorum, & commiſſorum, Propheta ſibi abſtergebat naſum. Solet etiam homo ſibi abſtergere naſum, antequàm loquatur, cum humores fluunt ad os ex naribus eius: vt meritò indicetur, quòd antequàm proximum noſtrum lingua noſtra ſua vitia corrigamus, nos ipſos a noſtris criminibus emendemus, ne nobis dicatur: Amice abſterge tibi naſum, iuxta illud, quod Matth. 7. ſcriptum eſt: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo
B tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Sextò etiam lingua in loco humido collocatur: vt ex parte noſtra oſtendatur lubricam eſſe linguam, propterea de facili labitur in peccatum. Triplici quippe humore humectari ſolet humana lingua. Primò a fleumate a capite deſcendente, ſecundò a ſputo a pectore concurrente, tertiò a ſaliua de ſtomacho aſcendente: vt myſticè oſtendatur, quòd cum lingua humana cœleſti gratia irroratur, ad quemlibet hominum ſtatum diſcretè, & vtiliter dirigit verba ſua: vt cum Apoſtolo dicere poſſit. 1. Corinth. 9. Omnibus
C omnia factus ſum: vt omnes facerem ſaluos, ſcilicet perfectos proficientes, atque incipientes, quaſi pectus, caput, & ſtomachum. Et Actuum 2. cap. de Apoſtolis dictum eſt: Repleti ſunt omnes Spirituſancto, & cęperunt loqui varijs linguis, prout Spirituſſanctus dabat eloqui illis, qui diſpēſabat in eis ſermonem ſecundum auditorum diuerſitatem. Septimò autem lingua clauſa, & quaſi in loco carceris poſita eſt. Circundatur enim, atque munitur a duobus muris: videlicet a dentibus, qui ſunt quaſi murus propugnaculis oſſiū præmunitus: & a labijs ignei coloris, qui ſunt
D quaſi antemurale linguæ, cum cæteri ſenſus in aperto ſint omnes. Quod maximè propter tria a Domino factum eſt. Primò propter ſanctitatem, ſecundò propter fragilitatem, tertiò propter malignitatem.

Triplici humore humectatur humana lingua

De linguæ bonitate.

PRimò propter ſanctitatem, vel bonitatem. Res ſiquidem pretioſa diligenter claudi, & cuſtodiri ſolet. Magna profectò eſt pretioſitas humanæ linguæ, cum in humano corpore humanæ rationis ſit inſtrumentum. Vnde in bonum propter tria maximè ſic munita eſt. Primò propter laudem Dei, ſecundò propter ſalutem ſui, tertiò propter ædificationem proximi. E
Primò propter laudem Dei, quod quidem officium magnam ſanctitatem acquirit in ipſa lingua. Nam: vt Eccleſiaſt. 15. cap. atteſtatur: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Secundò propter ſalutem ſui. Nam cum lingua ſit tenuis, & lata, quaſi pala, aptiſſima eſt ad euacuandam malitiam cordis. Vnde data eſt homini: vt ſcilicet poſſit per confeſſionem purgare peccata ſua, & aſſumere ſanctiſſimum ſacramentum. O quantum ſacrilegium putaretur, & eſſet, cū quis in calice in quo ſumitur Chriſti ſan- F
guis, & corpus, putridum lutum poneret, & immundum. Quam grauiter igitur peccat, qui linguam ſuam in qua Chriſti corpus aſſumit, tot mendacijs, detractionibus, murmurationibus, blaſphemijs, & conſimilibus iniquitatibus coinquinat. Tertiò propter ædificationem proximi. Nam ſicut Hebr. 11. cap. Apoſtolus atteſtatur: Sine fide impoſſibile eſt Deo placere: ſed vt ad Rom. 10. idem ait: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, ſcilicet prædicatum, ſeu in conſilijs, & in correptionibus, atque modis alijs ad ædificationem
G proximi pronunciatum. Talia ſalutifera verba, ſunt verba ſacra, & quędam reliquię Dei, quod probant miracula, quæ per illa quotidie fiunt. Nam per ea: vt dicitur, cęci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundantur, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus qui non fuerit ſcandalizatus in verbo Dei. Quia igitur ad hęc tria, quæ nunc dicta ſunt, lingua noſtra nobis donata eſt, quaſi amplius quàm cętera mēbra diuinis obſequijs mancipata. Propterea dignum eſt: vt illi qui nobis cętera membra dedit, ſaltem hæc ſola, ſcilicet lingua innocua reſeruetur.

H

De linguæ pronitate, atque fragilitate.

SEcundò autem ſic Deus muniuit linguam propter ſuam pronitatem, ſeu fragilitatem. Eſt enim membrum proniſſimum omni malo, quod tria manifeſtè oſtendunt. Primò natura, ſecundò ſcriptura, tertiò gratia. Primò enim hoc oſtendit natura, cum in lubrico, id eſt in humido poſita ſit. Sed ad hanc lubricitatem refrenandam etiam ipſa natura remedium or dinauit. Nam cum cętera membra, ſicut manus, & pedes, oculi, aures, & nares, & plura

A ra alia membra in patulo facta ſint: lingua tamẽ ab ipſa natura propter ſuam pronitatem, & feritatem, quaſi quidam crudelis, & ſtultus, in carcere oris tam artè recluſa eſt. Secundò hoc idem oſtendit ſcriptura, ſcilicet ſacra. Vnde Iacob. 3. cap. ait: Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum animalium, domatur & domita ſunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt. Et addit: Eſt enim inquietum malum plena veneno mortifero. Et in eodem cap. etiam ait: Lingua noſtra, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis.
B vbi gloſſa ait: Vniuerſitas; quia per eas ferè cuncta facinora, aut concremantur, vt latrocinia, ſtupra; aut patrantur, vt periuria, falſa teſtimonia; aut defenſantur: vt cum quilibet impius ſcelus excuſat, quod commiſit. Meritò ergo Eccleſiaſtic. 14. capit. ait: Beatus qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Tertiò quoque hoc idem oſtendit gratia. Ex hoc enim Spirituſſanctus potius apparuit in igneis linguis, quàm in igneis manibus, atque in igneis oculis, vel alijs membris: vt apertè clareſceret, quòd membrum illud propter guſtum vetiti cibi, maximè inflammatum erat diabolico
C igne: proinde neceſſarium erat, ꝙ igne diuino inflammaretur, & adureretur. In huiuſmodi enim pronitatis myſterium, in ore puerorum qui baptizantur, ponitur ſal, ad innuendum, quòd membrum illud de facili putreſcit, & multis vermibus ſcaturit vitiorum.

De lingua malignitate.

De linguę malignitate.

TErtiò inſuper ſic muniuit Deus humanam linguam propter ſuam malignitatem. Maligniſſimum ſiquidem
D membrum eſt, dum nocet. Proinde Beatus Iac. ignem vocat eam, vbi ſupra. Ignis enim ad deſtructionem potior eſt omnibus alijs elementis, quod clarius inſinuans eodem 3. cap. ait, quòd lingua inflammat rotam natiuitatis noſtrę inflammata a gehenna. Rota enim natiuitatis noſtræ curſus vocatur præſentis vitæ: quam linguam inflammat gehenna, id eſt ſuggeſtio diabolica ſecundum gloſſam interlinearem. Quanta autem ſit malignitas linguæ, clareſcere poteſt, ſi hæc tria de lingua maligna conſiderentur. Primò, quibus nocet: ſecundò, quãtum nocet: tertiò, quot modis nocet. Quibus lingua nocet. Primò, ſi conſideremus, quibus nocet. Tribus enim nociua E
eſt. Primò loquenti, ſecundò audienti, tertiò patienti, ſeu impatienti. Primò enim nocet loquenti, & hoc tripliciter: primò reſpectu Dei, ſecundò reſpectu ſui, tertiò reſpectu proximi. Primò quidem reſpectu Dei: quia gratiam Dei ab anima tollit. Vnde Bernar. ait: Leuis eſt ſermo; ſed grauiter vulnerat. Secundò reſpectu ſui: quia bonam famam amittit. Vnde Eccleſiaſtic. 5. Honor, & gloria in ſermone ſenſati: Lingua imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. Tertiò reſpectu proximi: quia gratiam hominum tollit. Vnde Eccleſiaſt. 20. cap. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. F

Lingua tribus eſt nociua. Primo loquenti. & hoc tripliciter. Primo. Secundo. Tertio.

Secundò nocet audienti: quia mentem eius inficit, & corrumpit, atque ſcandalizat, ſcilicet mendacijs, adulationibus, conſilijs, & ſuaſionibus prauis, ſeminatione diſcordiarum, diffamationibus, turpiloquijs, murmurationibus, periurijs, detractionibus, blaſphemijs, & ſermonibus alijs contagioſis. De quibus omnibus. 1. Corinth. 15. Apoſtolus ait: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Tertiò nocet patienti, vel vt verius dicam, impatienti. Nulla ſiquidem beſtia, vel fera peſſima, tantum hominibus nocet, quàm lingua maligna. G Sæpe profectò plus nocet lingua alicuius peruerſi conſiliarij, & ſuggeſtoris iniqui ad vnius patriæ deſtructionem, vel etiam regni, quàm facerent mille lupi, leones, & vrſi. Quantum ſæpe noceat ſeminarium vnius diſcordiæ, vnius infamiæ, vnius detractionis impiæ, & iniquæ, patet per ſupradicta de triplici lingua circa principium præſentis capituli. Quantum lingua nocet. Secundò conſiderandum eſt, quantum lingua maligna noceat. In tribus quidem nocere ſolet, videlicet in temporalibus, in corporalibus, in ſpiritualibus. H Primò nocet in temporalibus. Quis exprimere poſſet, quanta mala temporalia infert lingua maliloqua? Patet, vt breuiter tranſeam, per Eccleſiaſticum 28. cap. ſicut prædictum eſt, de triplici lingua in principio huius capituli. Secundò nocet in corporalibus. Quot, quæſo, homines per violentam mortem pereunt ex accuſationibus falſis, ex infamijs datis, ex mendacijs inuentis, ex detractionibus prauis, ex periurijs impijs, ex contentionibus ſtultis, ex diuiſionibus nequiſſimis, ex partialitatum vocabulis, ex diſcordijs fatuis, proditionibus diabolicis,

Secundo nocet audienti. Tertio nocet patienti. In tribus nocere ſolet.

A contumelijs temerarijs, & conſimilibus verbis? Tertiò nocet in ſpiritualibus. O quot animæ malè loquentium, malè audientium, malè credentium, & eos tangentium propter linguam æternaliter pereunt, quis exprimere poſſet? Proinde Eccleſiaſt. 28. c. ait: Flagelli plaga liuorem fecit, plaga autem linguæ comminuet oſſa, id eſt virtutes animæ fortes. Et ſubdit: Mulri ceciderunt in ore gladij: ſed non ſic quaſi qui interierũt per linguam. Et vt omnia prædicta mala temporalia, & corporalia, & ſpiritualia, quæ ex mala oriuntur lingua, Beatus Iac. 3. cap. comprehendat, ait: In lingua eſt vni-

B uerſitas iniquitatis. Quot modis lingua nocet. Tertiò etiam conſideremus, quot modis nocet. Nocet enim occultè, manifeſtè, de propè, de longè. Primò enim nocet, quandoque occultè: ideo ſerpenti aſſimilatur talis nocens, ſicut Propheta ait: Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Et Eccleſiaſt. 10. cap. iterum ait: Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. O quantum occultè nocent ſuſurrones, atque bilingues, cum proditoriè noceant. Proinde proditores ma-

Quot modis lingua noceat.

C ledicti ſunt. Vnde Eccleſiaſt. 28. cap. Suſurro, & bilinguis maledictus: multos enĩ turbauit pacem habentes. Secundò nocet manifeſtè, vtputa in comminationibus, in irriſionibus, in contentionibus, & modis ſimilibus manifeſtis. De quibus Propheta ait: Ecce loquuntur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit. Tertiò nocet de propè: propterea talis lingua gladio, qui de propè lædit, aſſimilatur. Vnde Propheta ait: Exacuerunt vt gladium linguas ſuas. Et iterum: Lingua eorum gladius acutus. Quartò nocet de longè, id eſt his, qui in longinquis partibus

D commorantur. Proinde lingua talium ſagittæ aſſimilatur, quę a longè vulnerat. Vnde Hierem. 9. cap. ſcriptum eſt: Sagitta vulnerans lingua eorum. Et paulò ante, eodem cap. ait: Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Quamque velociter lædant, oſtendit Beatus Bernar. exponens propheticum illud: Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem: vbi ait; Vtique tam veloces, quàm velociter currit, ſermo vnus eſt qui loquitur, & vnum tantum verbum profert: & tamen vnum verbum vno momento multitudinis audientium aures inficit, & animas interficit.

De ſeptem circunſtantijs, quæ ſeruari debent, vt homo bene, atque diſcretè loquatur. Cap. 3. E

TErtiò poterit homo ſe a linguæ vitijs elongare, ſi conſideret linguæ diſcretionem. Septem profectò diſcreriones obſeruandæ ſunt cuilibet, qui prudenter, & diſcretè deſiderat loqui, iuxta quod Eccleſiaſt. 28. c. admonet, dicẽs: Verbis tuis facito ſtateram. Prima diſcretio eſt, quare homo loquatur: ſecũda, quis loquatur: tertia, quid loquatur: quarta, quibus loquatur: quinta, quando loquatur: ſexta, quomodo loquatur: ſeptima, quantum loquatur. Nam

Tertio cõſiderãdũ eſt diſcretio linguæ

Septẽ diſcretiones

F teſte Hieronymo: In põdere verborũ probatio exiſtit humanæ vitæ. Prima diſcretio eſt, quare homo loquatur. Porrò anteq̃ homo incipiat loqui, examinare ſe debet, qua de cauſa, ſeu intentione ad loquẽdum mouetur. Si mouetur odio, vel amore: ſi propter honorẽ Dei, vel amorem proximi, ſeu amorem ſui. Si pro vtilitate temporali, aut corporali, ſeu ſpiritali. Si pro delectabili, vtili, vel honeſto, eũ Eccleſiaſt. 5. c. ſcriprũ ſit: Ne temere quid loquaris, ne cor tuũ ſit velox ad proferendum ſermonem. Hoc eſt pondera diligenter, ſi iuſtè recteq; ex ſufficiẽti cauſa mouearis. Nam, vt Prouerb. 13.

Prima.

G c. ſcriptum eſt: Qui incõſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Secunda diſcretio eſt conſiderare, quis loquatur. Sunt quippe varij ſtatus, qui variè in loquendo conſiderandi ſunt. Alius iuuenis, alius ſenex: alius doctus, alius indoctus: alius Dñs, alius ſeruus, alius religioſus, alius ſecularis, alius expertus, alius inexpertus, alius magnæ famę, alius infamis, & ſic de ſingulis. Nam decet vnum magis tacere, quàm loqui, & alterum e conuerſo. Proinde Eccleſiaſt. 32. c. ait: Loquere maior natu, decet enim te primum

Secunda.

H verbum. Et ſubdit: Adoleſcens, loquere in tua cauſa vix cũ neceſſe fuerit: ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſpõſum tuũ. In multis eſto quaſi inſcius: & audi tacens ſimul, & quærens, in medio magnatorum loqui ne præſumas: & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Et ſic ſecundum diuerſitatem ſtatuum obſeruandum eſt. Tertia diſcretio eſt cõſiderare, quid homo loquatur, ſ. ſit veritatem, quę ad rem pertinet, ſeu non pertinent: ſi ſit ad vtilitatem diuini honoris, ſeu ſui, ſiue proximi. Exemplo illius, qui Eſa. 5. ait: Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt ſciam ſuſtentare eum qui lapſus eſt verbo. Quarta etiam diſcretio eſt conſide-

Tertia.

Quarta.

A conſiderare, quibus homo loquatur. Nam: vt Gregor. ait, ſecundum capacitatem auditorum formandus eſt ſermo Doctorum, ſimiliter & locutorũ. Et iterum ſuper Ezech. ait: Obſecro, diſce qualiter vnumquemque alloqui debeas, quem corrigi vis, & noli in parte iſta ambulare in ſenſu tuo, immo in furore tuo. Et Eccleſiaſt. 20. etiam ait: Sapiens in verbis producet ſeipſum, i. oſtendet diſcretionem ſuam. Et addit: Et homo prudens placebit magnatis, ſ. quia prudenter, & diſcretè loquetur ſecundum audientium diuerſitatem. *Quinta.* Quinta diſcretio eſt cõſiderare, quando loquendum eſt. Nam ſecũ-
B dum Eccleſiaſt. in 3. c. Tẽpus tacendi, & tẽpus loquendi. Et Eccleſiaſt. 20. ait: Eſt tacẽs ſciẽs tẽpus apti tẽporis. Et ſequitur: Homo ſapiẽs tacebit vſq; ad tẽpus. Prouerb. quoq; 25. c. ſcriptũ eſt: Mala aurea, i. matura in lectis: hoc eſt in vaſis argenteis, qui loquitur verbum in tẽpore ſuo. Et Eccleſiaſt. 20. per contrariũ dictũ eſt. Ex ore fatui reprobabitur parabola: quia non dicit illã in tempore ſuo; ſed vt dr̃ Prouerb. 15. Sermo opportunus, optimus eſt. *Sexta.* Sexta diſcretio eſt cõſiderare, quomodo quis loquatur. Dicũt enim, qui in arte dicẽdi experti ſunt, ꝙ triplex eſt dicẽdi modus, ſ. humilis, medius, & grãdi-
C loquus. Cum magna dicimus, granditer referenda ſunt: Cum mediocria, temperatè: Cum verò parua, ſubtiliter. Nam in paruis cauſis nihil grande, nihil ſublime dicẽdum eſt: ſed leui ac pedeſtri more loquẽdum. In temperatis autem cauſis, vbi nihil agitur vt angat: ſed tantummodo vt delectetur auditor, inter humilem, & grandem incedendũ eſt. In cauſis aũt maioribus, vbi de Deo, vel hominũ ſalute referimus, plus magnificentię, & fulgoris eſt exhibendum. Sed quãuis de magnis rebus quiſq; dicat, non ſemper grãditer dicere debet: ſed ſubmiſsè, vt de-
D cet. Temperatè, cum aliquid laudat, vel vituperat. Granditer, cũ ad conuerſionẽ auerſos animos prouocat: vtenda tamẽ verba in ſubmiſſo genere ſufficiẽtia, nõ tamen ꝙ dicẽs capiat enſem ad occidendã muſcam, & ſecurim ad confringendum ouum. In tẽperato vtenda ſunt verba ſplendida, in grandi verò vehementia. Hæc ſm̃ Iſidorũ 2. ethymolog. Sed in omnibus his hoĩs eſt animã præparare, Dñi eſt gubernare linguam, vt Prouerb. 16. Salomon ait. *Septima.* Septima diſcretio eſt, quòd cõſideret homo quantum debeat loqui: vt neque amplius, nec minus quàm dictet ratio loquatur: ſed cõmuniter maius vitium copioſitas, quàm breuitas re-

B putanda eſt: proinde Prouerb. 25. cap. ſcriptum eſt: Sicut vrbs patens abſq; murorum ambitu: ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. In huius myſteriũ Leuit. 15. c. ſcriptum eſt: Vir, qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit. Non reperi plus in duobus voluminibus: & doleo.

IN NATIVITATE Domini.

De triplici Natiuitate Chriſti.

Sermo.

F

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ioan. 1. cap. & in Euãgelio hodierno. Sancti quippe Doctores, atq; Philoſophi naturales, verbum eſſe determinant cogitationem, quæ a mente concipitur. *Verbum quid eſt.* Hoc ſiquidem verbum nũquàm innoteſcere poteſt, niſi iũgatur ſigno vocis exterius ſenſitiuo, quod cum factum eſt per aurem ingrediens, audiẽtis illabitur cordi. Ex his autem manifeſtè clareſcit, ꝙ mentis cogitatio ſiue verbum primo generatur in mente, conſequenter in voce, tandemq; in G audientium corde. Ac per hanc ſimilitudinem dicere poſſumus, ꝙ verbum patris primò intelligibiliter, & inſenſibiliter ex eius mẽte æternaliter genitum in temporis plenitudine noſtram carnem aſſumpſit: vt corporeis oculis viſibiliter appareret. Quemadmodum verbum ab humana mente formatum: vt auribus perceptiuum fit, vocem induit, ſeu aſſumit: ſic & diuinum verbum dicitur caro factum. Diuinum idem verbum humana carne veſtitum, per fidei auditum ad cor humanum pertranſit: quemadmodũ 10. c. ad Rom. Apoſtolus ait: Fides ex auditu, auditus aũt per verbũ Chriſti. Ex his igi- H
tur clareſcere põt, diuini verbi triplicẽ eſſe natiuitatẽ. *Triplex ꝰ Natiuitas filij Dei.* Prima eſt natiuitas æternalis, ſecunda eſt natiuitas corporalis, tertia eſt natiuitas ſpiritualis. Prima eſt ex paterna mente, ſecunda ex materna carne, tertia ex humano corde. Prima eſt ineffabilis, ſecunda eſt admirabilis, tertia eſt deſiderabilis. Ineffabilis quidem eſt prima, ſicut Iſa. 53. c. teſtatur, dicẽs: Generationẽ eius quis enarrabit? Et Eccleſiaſt. 43. c. in fi. ait: Ne laboretis, nõ enim cõprehẽdetis. Quis videbit eũ, & enarrabit? & quis magnificabit eũ, ſicut eſt ab initio? Admirabilis eſt ſecũda. Quis enim

A nõ mirabitur, ꝗ propter noſtrã dilectionẽ æternitas facta ſit noua, immenſitas parua, pulchritudo deformis, maieſtas abiecta, ſapientia muta, fortitudo infirma, iuſtitia rea, & epulentia fit facta egena. Sed tertia eſt deſiderabilis. Quis enim non optet, filium Dei ſpiritualiter generare, & effici pater, & mater dilecti filij Dei. Sumunt autẽ hæ tres natiuitates, ſecundum tres ſubſtantias, quæ ſunt in Chriſto, videlicet diuinitas, caro, & anima: Nam ex patre naſcitur Deus, ex matre naſcitur caro: ſed in mẽte ſpiritus ꝑ gratiã generatur. Porrò ex patre naſcitur ſemper, ex matre ſemel: ſed in mente orit ſæpe. B ſecundum quippe natiuitatẽ diuinã Chriſtus habet patrẽ ſine matre, ſecundum humanã habet matrẽ ſine patre: ſed ſecũdum gratuitam habet patrẽ, & matrẽ; ſicut Matthæ. 12. teſtat Dñs, dicẽs: Quicũq; enim fecerit volũtatẽ patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe meus frater, & mater, & ſoror eſt. Has tres natiuitates repręſentat eccleſia in præſenti ſolennitate. Primã, ſ. æternalẽ in miſſa, quæ cantatur in hac nocte. Eſt enim humano intellectui hæc natiuitas, incomprehẽſibilis, & occulta, quemadmodum. 1. Timoth. 6. c. Apoſtolus atteſtatur, dicẽs: Habitat lucẽ inacceſſibilem. Et iterum Propheta ait: Sicut tenebræ eius, ita & lumẽ eius. Secunda, ſ. tẽporalẽ repręſentat in miſſa, quæ cantatur in aurora, eo ꝗ partim fuit occulta, partim autẽ manifeſta. Occulta quippe, quantum ad incarnationis modum. De quo Ioã. Baptiſta, 1. ca. ait: Cuius nõ ſum dignus, vt ſoluã corrigiã calceamẽti. Manifeſta verò quãtum ad factum, de quo Luc. 2. c. ait: Impleti ſunt dies Mariæ vt pareret: & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præſepio: quia nõ erat ei locus in diuerſorio. Tertia verò ſignatur in miſſa, quæ cantatur in die: quia ſpiritualis natiuitas irradiatione ſua in anima eluceſcit, quemadmodum Iſa. 58. cap. teſtatur, dicens: Si abſtuleris de medio tui cathenam; ſequitur: Tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt, ſicut meridies. Has denique tres natiuitates Ioan. Euangeliſta in verbo propoſito per ordinem ponit, dicens: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. In quibus ſacratiſſimis verbis, Primò ponit natiuitatem æternalem, cum ait: Verbum, ſecundò addit natiuitatem temporalem, cum inquit: Caro factum eſt, tertiò verò ſubdit natiuitatem ſpiritualem, cum addit, & habitauit in nobis.

Tres ſubſtantiæ in Chriſto.

C

D

ARTICVLVS PRIMVS. E

De æterna generatione, ſeu natiuitate filij ab æterno patre.

Prima eſt natiuitas ęternalis, & hãc exprimit Ioan. in hoc termino, verbum. Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt, ꝗ illud dicitur verbum, quod mens cogitat de quacunque re, ſiue de ſeipſa, ſiue de alia intra ſe, hoc eſt de his, quæ intra ſe ſunt. Propter quod Eccleſiaſt. 27. Verbum dicitur ex cogitatu humani cordis. Non eſt verbum ipſe cogitandi, ſeu concipiendi actus: ſed id, quod F tali cogitatu concipitur, dummodo verum ſit, quod apprehenditur. Nam in falſis cogitationibus verbum non eſt formatum, ſecundum Aug. 15. de Trinitate. verbi cauſa, Cum intellectus noſter, quid eſt homo per actum intellectus, ſiue cogitationis concipit, ſeu cognoſcit, ꝗ eſt animal rationale: ille conceptus, ſ. animal rationale, eſt verbũ, quod mens ſibi format de hoĩe, atq; mens ipſa eſt tanquàm parens: conceptus autẽ ſiue verbum, ſicut proles eſt. Ex quibus patet, ꝗ huiuſmodi verbi generatio, non eſt carnalis: ſed tota dinoſcitur ſpiritualis. Vt autem intelligas, quomodo ratio verbi ad diuina trãsferatur, audi Auguſt. 15. de Trinitate, 41. c. vbi ait: Quiſquis igitur poteſt G intelligere verbum, non ſolum antequàm ſonet, verum etiã antequàm ſonorum eius imagines cogitatione inuoluantur, hoc eſt enim ꝗ ad nullã pertinet linguam earum, ſ. quæ linguæ appellantur gentium, quarum noſtra Latina eſt. Quiſquis inquàm hoc intelligere põt, iã põt videre per hoc ſpeculum, atq; in hoc enigmate aliquam verbi illius ſimilitudinẽ, de quo dictum eſt in principio, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Neceſſe eſt enim cum verbum loquimur, & in quod H ſcimus loquimur, quòd ex ipſa ſcientia, quã memoria tenemus, naſcatur verbum, quod eiuſmodi ſit omnino, cuiuſmodi ſit illa ſciẽtia, de qua naſcitur. Formata quippe cogitatio ab ea re, quam ſcimus, verbum eſt, quod in corde dicimus, quod nec Græcum eſt, nec Latinum, nec linguæ alicuius alterius. Sed cum id opus eſt, in eorum quibus loquimur proferre notitiam, aliquod ſignum, quo ſignificetur, aſſumitur. Et plerunque ſonus, aliquando & nutus: ille auribus, iſte oculis exhibetur: vt per ſigna corporalia etiam corporis ſenſibus verbum, quod mente

Verbum, quid eſt.

Exemplũ

A mente gerimus, innoteſcat: nam & innuere quidem, niſi quodámodo viſibiliter diceretur. Hæc ille. Ex his igitur patere pôt, ꝙ ſecundum hunc modum dicere poſſumus, quòd mens diuina ſuâ conſiderando eſſentiam, non cogitando: ſed ſimpliciter intuendo, de ſeipſa quendam conceptum gignit, in quo tanquàm in ſpeculo reſplendet eſſentia eius, & in quo tota illius perfectio præſentatur. Talis quippe diuinus conceptus verbum Dei veriſſimè nuncupatur, ac vnica, & perfectiſſima proles paternæ mentis. Et de hac æternali generatione in perſona patris Propheta inquit: Eructauit cor B meum verbum bonum. Tanta enim perfectione filius dicitur verbû patris, quòd nullo modo Spiritui ſancto, vel alteri attribui poteſt. Nô enim dici poteſt verbum de verbo. Nam, ſicut inquit Auguſt. contra Arriû. Sicut eſt filius Deus de Deo, lumen de lumine, vita de vita: ſic non poteſt dici verbû de verbo: quoniam ſolus filius eſt verbum. Proinde Apocal. 19. ſcriptum eſt, quòd vocabatur verbum Dei ille, qui in veſtiméto, & fęmore ſuo habebat ſcriptum: Rex regû, & Dominus dominantium. In huius igitur verbi generatione eſt filij cum patre primò coęternitas, ſecundò coęqualitas, tertiò có- C ſubſtátialitas. Proinde hæc generatio verbi eſt. Primò ſicut emanatio luminis, ſecundò ſicut emanatio imaginis, tertiò ſicut emanatio fluminis. Primò emanatio luminis intelligi facit ipſius verbi ad patrem coęternitatem, ſecundò emanatio imaginis eius ad patrem coæqualitatem, tertiò emanatio fluminis intelligi facit eius ad patrem conſubſtantialitatem. Et hæc tria altiuidus ille Ioannes altiſſima contemplatione ſubuectus, & irradiatus expreſſit, cû in initio Euâgelij ſui ait: In principio erat verbû, & verbû erat apud Deum, & Deus erat verbum.

Tria ſunt in generatione verbi.

D *De Patris, & Filij coæternitate, quæ in emanatione luminis denotatur.*

Cap. 1.

PRimò in huius verbi generatione eſt Filij cum Patre coæternitas: quia eſt ſicut luminis emanatio. Et hoc quidem facit intelligi ipſius ad Patrem coæternitatē. Nô enim eſt ſine lumine Sol, nec ſine lumine flamma: ſed mox vt eſt Sol, aut flâma, lux quoq; exiſtit: vt ſi Sol eſſet æternus, lux etiã eſſet æterna. Sic autem cum Pater fuerit ab æterno, nec otioſus: ſed ſuam conſiderando eſſentiam de ea ſibi verbum coæternum concepit. E Vnde Auguſtinus ſuper Ioan. homilia 34. inquit: Da mihi flammam ſine luce, & dabis mihi Patrem ſine Filio. Huius autem verbi cum Patre coæternitas a Ioanne in prima clauſula demonſtratur, cum dicitur: In principio erat verbum, id eſt in ipſo Deo, qui ab omnibus ſupponitur primum principiû. In principio inquàm ante quod nihil, quod ante omnia ſubſiſtebat: a quo omnia ſuis rationibus prouenerût. In principio nô comprehenſibilis ab homine puto: vt æternitas credatur ex dicto. Neque hoc verbum ſituatum erat in loco, & modus eſſendi eius erat ab omnibus ſegregatus. F Vel dicimus: In principio erat verbum, id eſt in principio temporis erat, ſcilicet iam paterna proles paternæ mentis, quod autem erat ante tempus præerat. Cû igitur ante tempus nô fuerit, niſi æternum: manifeſtè intelligitur, quòd Filij ad Patrem coæternitas fuit. Et hoc probat Auguſt. in primo de Trinitate aſſumens illud Iſa. 43. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit: hoc eſt pater nô eſt antequàm filius, & filius non eſt antequàm pater: quia nec priorem habet filius, nec poſteriorem habet etiam ipſe pater. Iterum quoq; Propheta in perſona filij ait: G Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: quaſi dicat, ſecundum Alexan. de Ales, ſuper Pſal. Dominus, ſcilicet pater, dixit ad me, filius meus es tu: hoc eſt, pater me genuit filium ſuum. Verbum enim cum patre dicitur generatur. Proinde Eccleſiaſtici 24. Ipſe filius ait: Ex ore altiſſimi prodij: & addit; Ego hodie genui te. vbi notanter aduertendum eſt, quòd non dixit: Ego olim genui te: quia ſic videretur tota hæc generatio præterijſſe. Neque inſuper ait: Ego hodie gigno te: quia ſic videretur recens eſſe: conuenientius igitur ait; ego hodie genui te: vt per hodie exprimeret H generationem illam non præterijſſe, & per genui, non recenter inchoaſſe. Cum hoc quoque concordat, quòd alibi Propheta inquit: Ante Luciferum genui te, id eſt ab æterno, & ſic per hoc filij ad patrem coæternitas demonſtratur. Ad hoc etiam Michęæ 5. cap. ait: Egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. Quia: vt Athanaſius in ſymbolo ait: Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spirituſſanctus. Et iterû Hugo de Sâcto Victore in lib. de Trinitate ait: Certè radius Solis de Sole procedit, & Soli tamen coæuus exiſtit: ex quo enim fuit

Exēplum

In principio erat verbum.

A de ſe radium producit, & ſine radio nullo
tépore fuit. Si ergo lux iſta corporalis ha-
bet radiũ ſibi coęuũ, cur non habet illa lux
ſpiritualis, & inacceſſibilis? Inſuper in eodẽ
libro Richar. ait: In natura creata legimus,
quod de increata penſare debemus. Vide-
mus quotidie, quomodo naturæ operatio-
ne ſubſiſtẽtia exiſtentiã produxit, & exiſtẽ-
tia de ſubſiſtentia procedit. Nunquid in illa
ſuperexcellẽti natura operatio naturæ nul-
la erit? Nunquid natura illa, quę huic naturæ
fructus fęcunditatis donauit, in ſe omnino
ſterilis permanebit? & quæ alijs generatio-
nẽ tribuit, nunquid ſterilis erit, ſicut dicitur
B Iſa. vlt. Nũquid ego, qui alios parere facio,
ipſe non pariam? Si ego, qui generationem
cæteris tribuo, ſterilis ero, dicit Dominus.
Et loquitur ibi de generatione æterna, vt
ait glo. Ex his patet, quòd filius per genera-
tionem habet cum patre coæternitatem,
quæ in emanatione luminis demonſtratur.

De Patris, & Filij coęqualitate, quæ in ema natione imaginis deſignatur. Cap. 2.

SEcundò autem in huius verbi genera-
tione eſt Filij cum Patre coęqualitas:
quia ẽ ſicut emanatio imaginis. Et hoc
C quidem intelligere facit eius ad Patrẽ coę-
qualitatẽ: imago enim apertè hoc manife-
ſtat, cuius ſ. eſt imago, atq; omnẽ bonitatẽ
illius hoc excepto, ꝙ non habet realitatem.
Nam ſi realitatem haberet, profectò omni-
modam haberet æqualitatem: quod ſic cla-
reſcere poteſt; imago vniuſcuiuſq; hominis
pulchri reſultãs in ſpeculo, totam eius pul-
chritudinem repręſentat, & æquè delectat
aſpectum pulchritudo, quæ eſt in re, & quę
in imagine ipſa relucet. Totus enim ipſius
decor viuificus, atq; venuſtus color, ſiue cã-
dor, ſiue rubor, ſiue nitor, ſeu quęcunq; alia
D pulchritudo in ea reſulget; vnũ ſolum rea-
litas, ſ. deficere comprobatur. Proinde ad
eius omnimodam æqualitatem non attin-
git. Nam ſi huiuſmodi imago haberet reali-
tatem omnimodam, æqualitatem haberet:
ſed quia habet varietatem, nõ habet æqua-
litatem. At non ſic de verbo, quod pater de
diuina eſſentia cõcipit: quia quicquid eſt in
patris eſſentia, & virtute omnimoda, & bo
nitate pleniſſimè reprędentat. Nã pater tan-
tum verbum genuit, quantus ipſe eſt. Hoc
etiam verbum habet realitatem: quia ſub-
ſtantiam habet, & ideo omnimodam ęqua-
litatem habet, & veritatẽ. Vnde Auguſt. de
vera religione, oſtendit ꝙ filio attribuitur
æqualitas: quia a paterna imagine in nullo E
deficere poteſt; ac per hoc veritas nũcupa-
tur, eo ꝙ ad perfectam æqualitatẽ accedit.
Huius verbi æqualitatem notat Euangeliſta
Ioã. in clauſula ſubſequẽti, cum ait: Et ver-
bum erat apud Deum. Non appoſitiuè, aut
aliqua diuerſitate ſubſiſtendi, quoniã erat
idem quod ille, apud quem erat. Porrò hęc
præpoſitio, apud, denotat equalitatem: quia
ꝙ apud eſt, vel iuxta, nõ eſt ſupra, vel infra.
Sic verbum, i. filius, apud patrem eſſe dici-
tur: quia nec ſupra ipſum, nec infra ipſum
eſt, quoniam per omnia illi æqualis eſt.

De Patris, & Filij conſubſtantialitate, quæ in emanatione fluminis indi- catur. Cap. 3. F

TErtiò in huius verbi generatione eſt
filij cũ patre conſubſtantialitas: quia
eſt, ſicut emanatio fluminis: & hoc
facit intelligere filij ad patrẽ cõſubſtantia-
litatem. Vna quippe eſt aqua fluminis, atq;
fontis. Cum enim flumen cõtinuatur fon-
tali vena, veriſimile dici poteſt, ꝙ vna eſt
aqua fluminis, atq; fontis. Nam vbi eſt con-
tinuitas, ibi naturæ eſt vnitas, & per conſe-
quens cõſubſtantialitas: & non differũt flu- G
men, & fons, niſi per originẽ; quia videlicet
hoc ab illo, ſ. flumen a fonte vna eadẽ ſub-
ſtantia aquæ in vtraq; eſt. Sic eſt in genera-
tione verbi ex paterna mẽte. Nõ enim dif-
ferunt pater, & filius, niſi ſecundũ originẽ:
quia ſ. filius eſt a patre, ſicut flumen a fonte.
Vnde fons eſt ſicut pater, & flumen eſt ſi-
cut proles. Huius igitur verbi ad patrẽ con-
ſubſtantialitatem notat Beatus Ioã. in tertia
clauſula, cum ſubiũgit: Et Deus erat verbũ,
i. verbũ erat Deus. Ac ſi apertè dicat: Ver-
bũ a paterna mẽte genitũ non habet varie-
tatẽ, ſicut hẽt humanũ verbũ, quod quidẽ
ſubſtãtialitatẽ non hẽt: quia exiſtentiã non
probatur hẽre. Nã verbũ, quod ab hoĩe cõ- H
ceptũ eſt, non eſt homo: verbũ autem, quod
Deus de natura diuina concipit, Deus eſt:
quia Deus erat verbum. Vterque, ſ. pater, &
filius, Deus eſt, ſicut fons, & flumẽ aqua ve-
riſſimè dici poteſt. Porrò diuinũ verbũ eſt
quid ſubſiſtẽs in diuina natura. Natura verò
diuina minimè multiplicabilis eſt, eo ꝙ nul
lo modo eſt, niſi vna, atque ſimpliciſſima.
Proinde oportet, ꝙ verbum, & principiũ,
a quo eſt verbum, ſint idem penitus in na-
tura, quàmuis diſtinguantur in perſona. Et
hoc eſt dicere, Et Deus erat verbum: vt po-
natur li Deus a parte prædicati, dicendo

Verbum

A Verbum eſt Deus. Nam nomina & verba tranſpoſita, idem ſignificāt, quaſi dicat Ioānes; Quamuis verbum ſit apud Deum, non tamen eſt aliquid extraneum naturæ diuinæ, quæ indiuiſibilis eſt: & ideo eſt idem omnino in ſeipſo, & patre.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De Chriſti temporali natiuitate, & quòd qui eam non credunt, Deo tripliciter aduerſantur.

SEcunda eſt natiultas temporalis. Et de
B hac Ioā. ſubdit, Caro factum eſt. Annis videlicet ſolaribus ab origine mundi his ſeptem, factum eſt caro de carne, factum eſt in carne, factum eſt infra carnem, factum eſt propter carnem, factū eſt ſupra carnem, factum eſt præter carnē, factum eſt contra carnē. Conuenerunt in vnū creator & creatura, factor & factura, Deus & homo, redemptor & redemptus, captiuitas & redemptio, pretiū & emptus, amor & amatus, mors & vita, nobilitas & abiectio, diues & pauper, iudex iuſtus, & iuſte damnatus, liberans & liberandus. Mutata ſunt naturæ iura: vna eſt mater & virgo, vnus eſt
C Deus & homo. In vnū conuenerunt æternū, antiquū, & nouū: ſubſtātia diuinalis in tribus diſtincta perſonis, ſubſtātia ſpiritualis in tribus creata potentijs: ſubſtātia corporalis in quatuor elementis vnam efficere perſonam, ſicut tres perſonę diuinæ habent vnā ſubſtantiā. Nobilior profectò facta eſt humana natura in eo, ꝙ a verbo aſſumpta eſt, q̄ in eo ꝙ beatificata erit, cū in vno nobilitas, in altero fęlicitas attendatur. Vnde magnus Theologus Apoſtolus Paulus magis ſtuduit infigere mētibus hominū nobilitatē, q̄ ipſam fęlicitatē, cū ad Hebre. 2. c. ait: Nuſquā Angelos apprehēdit; ſed ſemē
D Abrahę; & ad Rom. 1. c. iterum dicit: Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecūdū carnē, quam Angeli ſic venerantur in ſupernis: vt a modo conſeruos dicant homines, quę morantur in terris, cum non acceptauerint Ioānis reuerentiam, qn̄ Apocal. 19. c. vnus Angelus ei dixit: Vide, ne feceris: cōſeruus enim tuus ſum, & fratrū tuorū habentium teſtimoniū Ieſu. Excedit ingenij facultatē, atq; facundiā humani eloquij, ꝙ nō ſatū in Virgine naſcatur ex virgine. Proinde taciturnitate potius opus eſſet, q̄ diſſentione verborū, vbi a grandi materia humanus intellectus obruitur, & angelicus inſuper ſuperat.

Quid enim eſt, quod fari geſtit homo mortalis; niſi ꝙ in tpe venit æternitas, immēſi- E
tas in menſurā, creator in creaturā, Deus in hominē, vita in mortē, beatitudo in miſeriā, impaſſibilitas in pęnalitatē, incorruptibilitas in corruptibilitatem, infigurabilis in figurā, inenarrabilis in ſermonē, inexplicabilis in linguā, in circunſcriptibilis in locū, inuiſibilis in viſionē, inaudibilis in ſonū, inolfabilis in odorē, inguſtabilis in cibum, impalpabilis in tactū, Dn̄s in ſeruitutē, Imperator in vile obſequiū, libertas in mancipiū, liberator in pretiū, ſanitas in ægritudinē, ſatietas in famē, fons in ſitim, cōtinens in contentū. F
Artifex ingreditur in artificiū ſuū, longitudo in breuitatē, latitudo in anguſtū, ſublimitas in imū, nobilitas in ignobilitatē, gloria in cōfuſione: vt iſta ſimul in iſto ineffabiliter nato cōſiſterent, nec vnum opprimeretur ex altero, neq; alterū ex altero pelleretur, donec humanæ redēptionis cōſummato myſterio, oī pęnali depoſito, in carne duntaxat reſurgeret glorioſus, cęloſq; triūphaliter penetraret. Ex his igitur patet rō, ꝙ valde remotū eſt ab intellectu humano, & improbabile multū, humanatio, ſeu incarnatio filij Dei. Proinde huic incarnationi multi cōtradixerunt, & et cōtradicunt. G
Ad quorū infidelitatē, & procacitatē, & proteruiam cōuincendā oſtendamus, ꝙ veriſimile verbū caro factū eſt. Non enim aduertūt tales, ꝙ eorū infidelitas Deo tripliciter aduerſatur: quia hoc eſt. Primò contra naturam diuinæ bonitatis, ſecundò contra naturam diuinæ largitatis, tertiò contra naturam diuinæ maieſtatis.

Quòd qui non credit Chriſtum temporaliter natum, diuinæ bonitati quadrupliciter contrarius eſt. Cap. 1.

PRimò quippe talis infidelitas eſt contra naturā diuinæ bonitatis: H
quia tales Dei bonitatē blaſphemāt, dū eam laudare ſe putant. Blaſphemant enim ea non in fonte quidē, & radice ſua: ſed in ramo maximo, & deriuatione ipſius, dū de fonte largitatis diuinę tm̄ donum negāt potuiſſe procedere, ac de fonte miſericordię tantā eleemoſynā abundare, inſup & de diuino abyſſali fonte bonitatis tantā vndam potuiſſe effluere, ac de immenſa fornace illa, & camino charitatis diuinę tātā flammā potuiſſe emicare. Abſq; dubio his quatuor modis fontis vniuerſitatē nefariè blaſphemāt. Et primò: quia inun-

A dationi eius mēſuras, & limites ponūt. Ne-
ceſſe eſt enim fontē, cui nō eſt mēſura, neq;
numerus, cui nō finis, neq; limes, neq; ter-
minus eſt ſimilē inundationē hēre, cū vo-
luerit eū liberū hēat effluere, prout volue-
rit: & de hoc fonte Propheta ad Dñm ait:
Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo vi-
debimus lumē. Ait enim: Apud te eſt fons
vitę, i. tu Deus es fons vitę, ſeu indeficiens,
& infinita vita. Et ad bibēdū fidē, & credu-
litatē huius incarnationis inuitat oēs Dñs,
Ioā. 7. c. dicēs: Si quis ſitit, veniat ad me, &
bibat. Huius incarnationis fidelē ſitim pa-
tiebatur alibi Propheta, dicēs: Sitiuit anima
B mea ad Deū fon. vi. qñ ve. & ap. añ fa. Dei.
ſ. humanati. & addēs ſuperi⁹ Propheta ſub-
dit: Et in lumine tuo videbimus lumen, i. in
te cognoſcamus te, ſ. eē fontē infinitę largi
tatis. Vñ effluere cognoſcamus humanitatē
filij tui, vel humanationē. Secundò quoque
blaſphemāt hm6i infideles: quia in iniuriā
magnitudinis miſericordiæ Dei attenuant
eleemoſynā eius, ſ. nō credētes, ꝙ poſſit da
re filiū ſuū mortalē in noſtrā redēptionē,
cōtra quos Ioā. 3. ſcriptū eſt: Sic Deus dile-
xit mundū: vt filiū ſuū vnigenitum daret, ſ.
propter magnitudinē miſericordię ſuę. De
hoc quoq; Propheta Deo gratias agēs, i ꝑ-
C ſona fidelis aię ait: Benedictus Dñs, qm̃ mi-
rificauit, i. mirabilē oñdit miſericordiā ſuā,
ſ. aſſumēdo humanā naturā ad diuinū ver-
bū mihi, i. ad vtilitatē meā in ciuitate muni
ta, i. in mūdo, q munitus eſt ſeptēplici mu-
ro, i. ſeptē capitalib. vitijs: ſicut Hierico mu-
nita erat cōtra filios Iſrael. Tertiò inſup bla
ſphemāt: quia cōtra infinitatē, & diuitias di
uinę bonitatis diminuūt eius donū, ſ. Chri
ſtū nobis a Deo datū in refugiū noſtrū, cō-
tra quos iterū ad Dñm Propheta ait: Deus
noſter, refugiū & virtus, ſ. nobis eſt. Cū. n.
ait: Deus, tangit diuinā naturā: cū verò ad-
dit, noſter, tāgit naturā humanā. Vñ gl. no-
D ſter, i. nobis cōis carne aſſumpta: vñ Chriſti
plura legūtur noīa. Noſter eſt tñ, quaſi pro-
priū nomē ei, ſm ꝙ hō: vt ait Alex. de Ales
ſup hūc locū: vñ Hierem. 23. Hoc ē nomē,
qđ vocabunt eū Dñs iuſtus noſter: & Iſa. 7.
Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium, & vo.
no. eius Eman. i. nobiſcū Deus, ſ. p naturā.
Vñ cū p eſſentiā, & p inhabitantē gratiā ſit
cū Angelis, ſicut nobiſcū: nō tñ eſt cū eis p
aſſumptā naturā, ſicut nobiſcū eſt. Vnde ad
Hebr. 2. c. Apoſtolus ait: Nuſq̄ Angelos ap-
prehēdit: ſed ſemē Abrahę. Vnde quidā re-
ligioſus in extremis laborās, cū iam arcana
Dei videret ait, ſe nō velle eē Angelū: quia
habiturus erat humanitatē Deo, & ſibicō- E
munē. Et addit Propheta. Et virtus, ſ. vt poſ
ſint in fide perſiſtere sācti. Adiutor in tribu
lationibus, q̃ inuenerūt nos nimis. Quartò
blaſphemāt: quia manifeſtū eſt ex ꝑdictis,
ꝙ cōtra immenſitatē fornacis charitatis di-
uinę metiūtur eiuſdē flammā, quę tñ immē
ſurabilis eſt in ſe: hūc quoq; fornaceum, &
immēſurabilē ignē diuini amoris in myſte
rio intelligēs fideliſſimus Moyſes, Deuter.
4. c. ait: Dñs Deus tuus ignis cōſumens eſt:
quia Dñs Deus noſter in Chriſto humanā
naturā ad perſonalē vnionē aſſumēs, quo-
dammodo fornaceo ſuo ardore cōſumpſit
eam. Hæc fuit illa immenſa dilectio, de qua F
Cant. vlt. ſcriptū eſt: Fortis eſt, vt mors dile
ctio, dura ſicut infernus ęmulatio. Mors qp
pe totū hominē aufert ſibijpſi, & in ius al-
terius tranſire facit. Sic fortis dilectio Dei
cor ſibi abſtulit, & in poteſtatē humani ge-
neris trāſlatauit. Et ſicut qui in inferno eſt,
in poteſtate ſua non eſt, nec inſuper reſilire
pōt: ſic immenſitas diuini amoris in aſſum-
ptione humanę naturæ: ſic in illius poteſta-
te ſe poſuit, ꝙ ab ea aſſumpta quodāmodo
reſilire nō valet: vt indiuiſibili, & inſepara-
bili vnione vna perſona aſſumpta, & aſſu-
mēs diceretur, & eſſet. Inundationē igitur
copioſitatis fontis abyſſalis bonitatis diui- G
næ in cōtumeliā eius reſtringūt hm6i infi-
deles, cū incarnatio filij: primò, vt dictū eſt,
ſit velut donū de diuitijs diuinæ largitatis
humano generi elargitū: & ſecundò velut
eleemoſyna de immenſitate miſericordiæ
Dei ei liberaliter erogata: & tertiò velut vn
da diuinę bonitatis ſuper genus humanum
emanās; ac quartò velut flāma de camino,
& fornace diuinę dilectionis emicās ad in-
flāmādum, & comburendū innumerabilia
millia millium frigidorum mundorum.

Quòd qui non credit Chriſtum ex Virgine natum, aduerſatur largitati diuinæ. *Cap.* 2. H

SEcundò hęc infidelitas eſt contra natu-
rā diuinæ largitatis. Ex bonitate quip-
pe ſequitur largitas ex natura. Cū enim
Deus infinitæ ſit bonitatis, profectò neceſ-
ſe eſt, quòd infinitæ ſit largitatis. Luc. enim
18. cap. Dominus ait: Nemo bonus niſi ſo-
lus Deus. Quod ſic intelligi habet. Nemo
bonus, ſ. eſſentialiter: quia bonitas eſt ſua
eſſentia. Inſuper eſt bonus ex ſe, nō ab alio
bonitatem habet. Item effectiuè eſt bonus:
quia omnis alia bonitas ab eo eſt. Puta eſt

A bonus perfectè, quia nihil mali, ſeu deſectus aut diminutionis inuenitur in eo. Et ſic nemo bonus, niſi ſolus Deus. Nam etſi boni ſunt Angeli, & boni ſunt homines: tamen participatione bonitatis illius boni ſunt, & ſicut omnia alia bona eius participatione bona ſunt. Deniq; oīa, quæcũq; in natura ſuæ bonitatis ſunt, ſunt quoq; in natura ſuæ largitatis. Sed aduertãt huiuſmodi cęci & infideles, ꝙ oīs fons iuxta ſuę copioſitatis modũ emanare probatur. Et oīs largitas iuxta modũ ſuæ poſſibilitatis atq; diuitiarũ dignis, & indigẽtibus elargitur. Et oīs numerus iuxta poſſibilitatẽ facultatum

B in pauperes, & miſeros ſe perfundit: & oīs ignis luminoſitatẽ ſuã inflãmãs in receptibilia pro ſuæ virtutis modo ſe diffundit. Et generaliter oculis ſuis: ſi tñ oculos habere dicẽdi ſunt, vbiq; hoc conſpiciunt, ꝙ vnaquęq; natura iuxta ſuæ virtutis modũ largę virtutis eſt, & operationis ſuæ in omne receptibile illius, inquantũ põt, quantũcunq; permittitur, ſicut manifeſtè patet in ſole, qui totam qua poteſt luminoſitatẽ ſuã atq; calorẽ circũquaq; diffundit. Deniq; huiuſmodi infideles ad hanc dementiam deuenerunt, vt in fonte largitatis denegent largitatẽ, quam tamẽ oculis ſuis vident: & in

C omnibus riuulis creaturarũ eius. Hos penitus mendaces facit, atq; oſtendit vniuerſitas creatorũ largitate ſua, atq; perfuſione contra eos proclamans, & prædicans, atq; teſtificãs creatoris multimodas largitates: quoniam largitas ipſarum creaturarum nõ eſt, niſi indicium, atq; teſtimonium largitatis ipſius fontis: de quo oẽs creaturæ hauriunt, vt largæ ſint & gratis opere largiantur. Inſani, & miſeri atq; miſerabiles multum non aduertunt, quid paruiſſima ſtilla pietatis eius operata ſit in multis virorum

D ſanctorũ, videlicet vt ſe venderent pro aliquorum redemptione, & ſe captiuitati adicerẽt pro liberatione eorũ, ſicut patet de Paulino Nolano Epiſcopo, qui pro filio viduæ liberando in captiuitatẽ ſe dedit, ſicut beatus Gregor. atteſtatur in dialogis. Legitur quoque de Ioanne Eleemoſynario, ꝙ pro pauperũ ſuſtentatione vendidit ſemetipſum, & ſeruum cuiuſdã aurifabri ſe fecit. Idem quoque plurimi alij feciſſe leguntur. Quid igitur mirum, ſi fons totius pietatis, bonitatis, & largitatis tale quid facere potuit in Rege glorię, & Dño ſeculorum? Puta ſi ſcintillula dilectionis homo põt in matre, vt. ſ. pro liberando filio ſubmerſo det ſe ſubmerſionis periculo, ſaliẽs in aquam poſt filium: quid debuit facere caminus infinitę E dilectionis, & fons immenſæ charitatis in Deo, qui charitas eſt, pro liberatione totius humani generis in abiſſum perditionis ſub merſi? Amplius, quis paſtor eo modico, qđ habet amoris ad ſuas oues nõ dat ſemetipſum in periculũ, pugnãs cõtra leones, & lupos, atq; alias beſtias ſuo gregi nociuas, & inimicas? Et hoc tãto promptius, quãto ipſe melior fuerit atq; fidelior. Quid igit̃ mirũ, ſi Deus, qui charitas eſt, & vnicus fons amoris, vidẽs lacerari, atq; dilaniari gregẽ ſuũ, & ab infernalibus beſtijs vndiq; deuorari, deſcẽderit aduerſus eas in pugnã, qualẽ decuit, & opus fuit? F Similiter, quis rex videns ciuitatẽ ſuã, & regnũ ab hoſtibus ſuis vaſtari, populumq; ſuũ cateruatim trucidari, & captiuari, nõ aduerſus eos conſurgat in pręliũ? Et hoc tanto facilius atq; libentius, quãto ipſe fuerit ſanctior atq; iuſtior: tãtoq; honorificẽtius erit, quanto fuerit ſublimior poteſtate. Regalis. n. officij impletio non ſolũ honori regio non detrahit, ſed ẽt illum adauget, & ampliat atq; illuſtrat. Quid igit̃ decuit facere Regẽ regũ, & Dñm dominantiũ: imò quid debuit ex regali officio, vidẽs tantã ſtragẽ, & partẽ regni ſui humanũ. ſ. genus diripi, & vaſtari, & ab hoſtibus ſuis infernalibus captiuari? G An nõ debuit in tãto diſcrimine regni ſui regale implere officiũ? Qđ quidẽ eſt pugnare pro regno. Quid igit̃ mirũ, ſi ſe accinxit ad p̄liũ, vt cõtra hoſtes dimicaret pro regno, & hoc prout lex illius certaminis expoſcebat.

Quòd qui non credit Chriſtum noſtram iam naturam aſſumpſiſſe, contra naturam Diuinæ maieſtatis errat. Cap. 3.

H Tertio hæc infidelitas eſt contra naturã diuinæ maieſtatis: Nam ſi quis obijceret, ꝙ non oportebat propter hoc vſq; ad noſtrã miſeriã diuinã maieſtatẽ illãq; ad perſonalẽ vnionẽ aſſumere: nos iã reſpõdebim⁹, ꝙ increduli eo ipſo, ꝙ credũt ſe honorare Deũ, cõtumeliã ei inferunt, & aduerſus eũ blaſphemant. Nã magnitudo Dñi, honor eſt dãtis: & magnitudo eleemoſynę, honor eſt erogãtis: & magnitudo flãmę honor eſt camini, ſeu fornacis: & magnitudo inũdationis, honor eſt fõtis. Qm̃ ergo bñficiũ icarnationis filij Dei donũ eſt diuinę maieſtatis & largitatis, quo maius i theſauris Dei iueniri nõ potuit: & eleemoſyna

qua

A qua miſeriæ generis humani ſaluãdi atq; re leuãdi efficacior,atq; cõuenientior cogitari nõ potuit: & flamma diuinæ charitatis,qua calefaciendo atq; viuificando generi humano, de camino, & fornace diuinæ dilectionis ardentior, ſiue feruentior emicare non potuit. Similiter & inudatio, qua de fonte aquarũ viuentiũ lauando generi humano, & extinguendis eius incendijs efficacior emanate non potuit: patet ꝙ in iniuriam, & contumeliam ipſius fontis vniuerſalis bonorũ beneficiũ incarnationis Dominicæ increduli negant, cum honor fontis ſit magnitudo,& magnificẽtia emanationis eius.

B Ex his omnibus patet, ꝙ verè verbum caro factum eſt. Quia hoc potuit, & decuit diuinam bonitatem,diuinam largitatem,atq; diuinam, & mirificam maieſtatem.

Articvlvs Tertivs.

De triplici Chriſti Natiuitate, ſecundum quam dignatur olim, & nunc habitare in nobis.

TErtia eſt natiuitas ſpiritalis. Et de
C hac Io.ſubdit,Et habitauit in nobis. Et de hac myſticè Apoc.12.c.ſcriptũ eſt:Signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius,& in capite eius corona ſtellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiens & cruciatur, vt pariat. In quibus ſacratis verbis triplex myſterium exponi poteſt. Primum de ſancta Eccleſia, ſecundum de beata Maria, tertium de deuota anima.

Quomodo Eccleſia ſancta generat, & parturit Ieſum Chriſtum. Cap. I.

PRimo exponitur hoc myſterium
D de ſancta eccleſia,quæ in muliere ſignatur, de qua tria conſideremus.Primò mulieris ſignum, ſecũdò mulieris ornatũ, tertiò mulieris fructũ ſeu partũ. Primò inq̃ conſideremus huius mulieris ſignũ. Circa quod aduertendũ eſt, ꝙ ſancta eccleſia per figurã mulieris myſticè demõſtratur. Nã ſicut mulier ſuſcepto ſemine viri prolẽ gignit: ſic & eccleſia ſancta ſuſcepto ſemine gratię a viro ſuo, qui Deus eſt, Chriſtũ in corde fideliũ parit, cũ eos vt fideles in mẽbra Chriſti parturiẽdo trahit.Sic quippe Paulus, qui mẽbrũ ipſius eccleſię erat, qui pro ipſa formã matris induit, Ad Gal.4.c.ait.Filioli mei, quos iterũ parturio,donec formetur ĩ vobis Chriſtus. E

Et de hoc ſigno Io.ait: Signum magnũ apparuit in cęlo, mulier. Magnũ profectò ſignum, ſeu myſteriũ in cęlo eccleſiæ eſt; in qua quicquid Deus per corporalia myſteria operatur: hoc ſpiritualibus myſterijs in rationabilibus animabus Deo obedientibus per Chriſtũ impletur. Vnde coniunctio viri & mulieris,coniũctionẽ Chriſti & eccleſiæ manifeſtat. proinde Apoſt.ad Epheſ.5.c.de coniugio loquẽs: Sacramentũ hoc magnũ eſt, inquit:ego aũt dico in Chriſto & in eccleſia. Secundo conſideremus huius mulieris ornatũ. ſ.ſolarẽ,lunarẽ, & ſtellarẽ: quia amicta ſole, i.per reuelationẽ diuinę ſapiẽtię radijs illuſtrata. F Per ſolẽ quippe conuenienter diuina ſapiẽtia deſignatur: per lunã vero humana ſapiẽtia indicatur.Hãc lunam ſub pedibus ſuis hęc mulier habet: quia humanã ſapientiã in comparatione ad diuinã quaſi ꝓ nihilo calcat. De cuius gremio erat Apoſt.qui ad Phil.3.c.ait:Quæ mihi fuerũt lucra,hæc arbitratus ſum propter Chriſtũm detrimenta. Verũtamen exiſtimo oĩa detrimenta eſſe propter eminentẽ ſcientiã Ieſu Chriſti Dñi mei.Seu per ſolẽ ſapiẽtia redẽptionis, per lunã vero ſciẽtia creationis ſignificatur. Sed quia ſancta eccleſia ad hanc G magnã ſapientiã merito virtutũ gratuitarũ peruenit, ideo ad hoc ſignificandũ merito ſubinſertur. Et in capite eius corona ſtellarũ 12. Corona quippe mẽtis circũſpectionem deſignat. Sicut.n.corona in capite pſonę dignitatẽ demonſtrat: ſic circũſpectio in mente ſapientiæ præeminentiam notat, qua. ſ.dignus eſt ſapiens ſaluti multorũ cõſulere,qui multorum ſaluti neceſſaria nouit prouidere. Vnde Prouerb.27.c. ad prẽlatũ dicitur. Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui:& poſt, & corona tribuetur tibi in generatione & generationẽ. Prælatus ſiquidẽ,qui ſuis bene intendit, coronã circũſpe H ctionis diuinæ ſapiẽtiæ a Deo accipit, vt in oẽs generationes nomẽ eius perſonet, qui pecori ſuo,qđ eſt grex fideliũ,pabulũ ſapiẽtiæ, qđ a Deo acceperat,ſalubriter miniſtrauit. Duodecim vero ſtellę, 12. ſunt articuli fidei,vel 12. Apoſtoli. Vel ſunt 12. virtutes, per quas diuinam ſapientiã, qui ei ſtudioſi ſunt,per gratiã diuinã acquirũt, & ordinãtur ad diuinã contemplationẽ. Quatũ ſex ſpectãt ad purgandas malas cogitationes,ſ. confeſſio,cognitio,promptitudo,benignitas,bonitas,& obliuio. Sex vero ordinãtur ad mẽtis per bonas cogitationes illuminationẽ,videlicet obedientia, pęnitẽtia,prouiden-

A uidentia,perſeuerantia,ſapientia, & chari-
tas. Hę virtutes per interpretationẽ ſumũ-
tur ex nominibus 12.tribuũ Iſrael, ẜm ordi
nẽ quẽ ponit Ioan.Apoc.7.cũ ait, Ex tribu
Iuda, 12.millia ſignati,&c. vbi de contẽpla
tionis gratia locutus eſt. Tertio conſidere-
mus huius mulieris fructũ ſeu partũ.Porrò
eccleſia,quæ amicta ſole ſapiẽtię,noſtrę re-
demptionis circũſpectę diſcretionis iudi-
cio perfectè gaudet,neceſſe eſt vt a Deo ſe-
men gratiæ recipiat,ex quo Chriſtũ per di-
lectionẽ in vtero mentis cõcipiat. De quo
ſemine.j.Io.3.ſcriptũ eſt: Oĩs qui natus eſt
B ex Deo,peccatũ non facit,quoniã ſemẽ ip-
ſius in ipſo manet. Et de hoc ſemine eccle-
ſia Chriſtũ ſpiritualiter cõcipit & parturit.
Vnde ſubditur, Et in vtero habens, & cla-
mabat parturiens. Hoc ſiquidem ſemen eſt
ſalutis fidei Chriſti,ſ.cõſcientia,qua ſcimus
& credimus nos aliter, q̃ per Chriſti gratiã
æterno patri recõciliari nõ poſſe. Et ex hac
fide cõcipit eccleſia Saluatoris ſui dilectio-
nẽ in vtero propoſiti boni, vt demũ ꝑ bo-
ni operis executionẽ ad effectũ cõformiter
Chriſto vniendo finaliter perducat̃. Et qm̃
bonũ opus ſine labore nõ promitur in par-
turiendo,propterea cruciatur, inquit,vt pa
riat. Vt clamor ad deſideriũ bonũ,& cru-
C ciatus referat̃ ad boni operis pęnã. Licet.n.
eccleſia Chriſto ſit plena, ac cum deſiderio
magno Chriſto vniendo deſideret confor-
mari: ſine cruciatu tñ labor non exequitur,
cũ ẜm formã Chriſti ẽt corporalis vita pro
fratribus poni iubeatur. Et de hoc cruciatu
Io. 16.c. Chriſtus ad perſonã eccleſię refe-
rẽdo ait: Mulier cũ parit,triſtitiã habet,q̃a
venit hora eius. Hæc ſiquidem mulier cum
mentis dilectione, vel delectatione Chri-
ſtum concipit, & in cruciatu pęnalis labo-
ris per virtuoſum opus foris promit.

D *Quomodo beata Virgo Maria filium Dei genuit & parturiuit. Cap. 2.*

SEcundo exponatur hoc myſterium de
beata Maria: de qua tria cõſideremus.
Primò ſignũ,ſecundò ornatum, tertiò
fructũ. Primò igĩ conſideremus ſignũ, ait
enim, Signum magnũ apparuit in cęlo. Nã
ipſa fuit ſignũ diuinæ bonitatis & ſapiẽtię:
diuinę charitatis,& clemẽtiæ ad humanum
genus,teſte Iſa.7.c. vbi ait: Dabit Dñs ipſe
vobis ſignũ. Ecce Virgo conci. & pa. filiũ,
& vo.nomen eius Emanuel. Et verè vtiq;
fuit magnũ, quia magnã charitatẽ generi
humano oſtendit Deus in ea, apparuit in
cęlo, i.in eccleſia militante, quæ cęlũ dicit̃ B
propter virtutẽ,& vitæ claritatẽ atq; meri-
torũ ſublimitatẽ.Secundò conſideremus il-
lius ornatũ,ſ.ſolarẽ,lunarẽ,& ſtellarẽ. Pri-
mo ſolarẽ:ait.n.Mulier amicta ſole. i. diui-
na ſapientia,qua Deus mundũ reconciliare
diſpoſuit,pleniſſima fuit:quia illã non ſolũ
per diuinã reuelationẽ præcognouit, verũ
etiã experimento cuncta didicit,quæ ad in
carnati verbi Dei myſteria pertinebant. Se-
cundò lunarẽ. Nã ideo lunã ſub pedibus
eius habuit,quia non ſolũ tranſitoria ſuorũ
pedũ veſtigio conculcauit: verũ etiã oĩum
creaturarũ cognitionẽ in comparatione ad
ſupereminentẽ Chriſti ſcientiã paruipẽdit.
Tertiò ſtellarẽ.vnde ſubdit, Et in capite eiꝰ F
corona ſtellarũ 12.quia oĩum virtutũ meri-
ta ſingularis gratię priuilegio ſuperexceſſit.
Vel aliter poſſumus formare coronã ſtella-
rũ 12.ideſt ſtellarũ illuminationum ſeu ſex
geminarũ. Primũ par eſt illuminatio cor-
poraliũ naturarũ,& ſpiritualiũ ſubſtãtiarũ.
Secũdũ par illuminatio ſententiarũ intelle
ctualiũ,& virtutũ affectualiũ. Tertium par
eſt illuminatio legũ diuinitus inſtitutarũ,
& gratiarũ diuinitus infuſarũ. Quartũ par
eſt illuminatio inenarrabiliũ iudiciorũ, &
incõprehenſibiliũ miſericordiarũ. Quintũ G
par eſt illuminatio remunerabiliũ merito-
rũ,& beatificantiũ p̃miorũ.Sextũ par eſt il
luminatio decurſuũ tẽporaliũ, & ſuarũ ra-
tionũ ęternaliũ,& exẽplariũ. Tertiò cõſide
remus illius fructũ: nã ex p̃dictis factũ eſt,
vt nõ ſolũ Chriſtũ in corde cõciperet ꝑ fi-
dẽ,& dilectionẽ: verũetiã carnẽ eius ex pu-
riſſimis ſanguinibus ſuis diuini amoris ar-
dor ſuperexceſſiuus in virgineo vtero ſine
virili cõſortio formaret, vt ꝑ hoc in vtero
habẽs dicat̃, quæ ab extra in vterũ ſemẽ nõ
traxit,ſicut Iſa.c.7.p̃cinit dicẽs,Ecce Virgo
cõcipiet,& pariet filiũ. Virgo in cõcipien-
do,virgo in pariẽdo,virgo poſt partũ. Hæc H
profectò ardẽtiſſimę dilectionis deſiderio
in auribus Dei clamabat parturiẽs, cũ filiũ
eius vnigenitũ de ſinu eius ad mũdi redẽ-
ptionẽ euocaret.Et licet q̃ ſine libidine cõ-
cepit,ſine cruciatu pareret: mirè tñ cruciat̃
ille virgineus ſpiritꝰ de ꝑditione periclitã-
tis populi,& ſpãliter illorũ,q̃ de ſuo gene-
re erãt.ſ.Iſraelitarũ, atq; anxia deſiderabat
promiſſi Saluatoris aduentum. Vnde & pij
cordis anxietas conſolationẽ meruit de ſe
geniti Saluatoris.Inſuper licet in generãdo
cruciatũ nõ ſenſit: in genito tñ cruciabatur
propter eiꝰ paſſionẽ, quã oculis ſpiritualibꝰ
dum erat in eius vẽtre,plenè cognoſcebat.

De

A *De modo, quo deuota anima generat, & parturit filium Dei Ieſum. Cap. 3.*

TErtio exponatur hoc myſterium de deuota anima: de qua etiā cōſideremus tria. Primo eius myſticū ſignū, ſecūdo eius myſticum ornatum, tertio eius myſticum fructū. Primo conſideremus eius myſticum ſignum. Circa quod aduertēdum eſt, ꝙ per hanc mulierem moraliter fidelis anima deſignatur. Nā ſicut mulier ſuſcepto ſemine a viro prolem generat: & ſic deuota anima ſuſcepto ſemine gratię a ſponſo ſuo, B qui Deus eſt, in ſe generat Chriſtū. Et hoc eſt vtiq; ſignum magnum, quod in cęlo apparet. Nam ſicut coniunctio viri, & fęminæ coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ indicat, ſicut ex præcedentibus patet: ſic coniūctio Chriſti, & eccleſię coniūctionem Dei cum fideli, & deuota anima ſibi per omnia ſubdita myſticè manifeſtat. Secundo conſideremus eius myſticum ornatum. Si autem altiori intelligentia volumus hunc conceptū differere: aduertēdum eſt, ꝙ tres ſunt ſtatus animæ, quorū quilibet habet duas ſeraphicas alas ſeu volatus. Primus eſt per reſpectum ad inferiora, ſecundus per reſpectum C ad interiora, tertius per reſpectum ad ſuperiora. Primus ſtatus eſt per reſpectum ad inferiora, ſ. ſenſibilia & imaginabilia, cuius ſiniſtra ala ſiue volatus aſpicit in eis diuinā magnificentiam ſimpliciter, & quaſi imaginatiuè. Dextera vero rationabiliter inueſtigando, ſ. interiores cauſas ſenſibilium prædictorum. Secundus vero ſtatus eſt per reſpectum ad interiora propriæ mētis. Cuius ſiniſter volatus eſt ad ſe aſcēdere, & intrare per ſenſibilium ſcalam: dexter vero per ſeipſum contuendo, ſ. purè & nudè & intellectualiter ſua interiora. Tertius vero ſtatus eſt per reſpectū ad ſuperiora, cuius ſiniſter D volatus eſt per adiutorium rationis, & ſpeculum proprię imaginis. Dexter vero eſt ſuper rationem per guſtus extaticos, & ſuper mundanos influxus, vt ſic exemplo beatæ Virginis miſſo deſup Angelo gabriele modo ſuper mūdano Chriſtus cōcupiatur primo in ſole, ſecūdo in luna, tertio in ſtellis. Primo in ſole. Subdit enim, mulier amicta ſole, i. diuinæ ſapientiæ radijs illuſtrata. Secundo in luna: & de hoc ait, Et luna ſub pedibus eius, i. tranſitoria, & terrena, mutabilia, ſrigida, & velut luna vmbroſa affectibus ſuis deſpiciens, & cōculcans. Tertio in ſtel- E lis. vnde ſubdit, Et in capite eius corona ſtellarum 12. Poſſumus enim per 12. ſtellas, 12. rectæ rationis iudicia, quibus mens ad ſapientes circumſpectionem proficit, hic myſticè denotare: vt ſicut per amictum ſolis ſapor dulcedinis ſapientiæ in affectu, & per coronam 12. ſtellarum circūſpectio iudicij rationis in intellectu. Ex quibus duobus vera ſapientia integratur, lucidè denotatur. Nūquàm enim mens de diuinis operibus ſanè dijudicat, niſi decernat. primo F fiduciam in ſolo Deo habendam, ſecundo terrenas diuitias contemnendas, tertio carnis voluptates calcandas. Vt his contēptis, in quibus conſiſtit prudētia mundi, ſubeat. quarto prudentia ſpiritualis, quinto experientia propriæ infirmitatis, per quæ intelligatur, ſexto reuerentia Dei in omnibus habenda, ad quod inducit, ſeptimo attentio teſtimoniorum Dei, octauo notitia cauendorum propter Deum, nono etiam notitia agēdorum ſm ipſum, in quibus nobis proficit, decimo conſtantia noſtræ mentis, vn- G decimo humilitas propriæ reputationis, vt in his omnibus ſubeat, duodecimo vero diſcretio operis boni, & mali. Hæc 12. iudicia per totum librum Iudicum figuratur, in quo de 12. iudicibus agitur, per quos populus Dei liberatur ab oppreſſione alienigenarum. Tertio cōſideremus eius myſticum fructum: Nā anima, quæ hoc amictu ſapientiæ, ac per hoc illuminatæ rationis iudicia perfectè gaudet: neceſſe eſt, vt a Deo ſemē gratiæ recipiat, ex quo Chriſtum per dilectionem in vtero mentis concipiat, atq; parturiat. vnde ſubditur, Et in vtero habēs. Sicut.n. mens caput eſt animæ, a qua ſcientia H ſicut ſemen deſcendit: ſic & affectio corpus eſt eius, in quo per dilectionē ſpiritualiter acceptatur, vt demum per boni operis executionem ad effectū viuendo Chriſto conformiter perducatur. Et quoniam bonum opus ſine labore, & dolore non parturitur: ideo in parturiēdo merito cruciatur. Et clamabat parturiens, inquit: & cruciatur vt pariat. Clamor ergo ad deſideriū bonū, & cruciatus referat ad pęnā. Licet.n. anima Chriſto plena ſit, atq; cū magno deſiderio viuēdo Chriſto deſideret conformari ſine cruciatu: tamen labor iuſtitiæ minimè executioni mandatur: cū ſecundum formā Chriſti etiam vita pro fratribus poni iubetur.

Exēplū.

Tres ſūt ſtatus animæ.

EIVSDEM DIVI BERNARDINI SENENSIS,

Sermones aliquot, hactenus non impreſſi.

De Tribulationibus.

Sermo.

A *Vltæ tribulationes iuſtorũ;
& de his omnibus libera-
uit eos Dominus. Pal. 33.
O abyſſus diuinæ ſapiẽ-
tiæ, &c. cum iuſtus Deus
permittat aduerſa acci-
dere, poſſumus dicere ꝙ
triplici ex cauſa. Primo pro remedio me-
dicinali, ſecũdo pro exercitio virtuali, ter-
tio pro bono iuſtitiali. Septuplex medicina
eſt iniuſtis. Prima purgatiua, ſecunda præ-
ſeruatiua, tertia conſolidatiua, quarta con-
ſeruatiua, quinta illuminatiua, ſexta ſepara-
B tiua, ſeptima lætificatiua. Prima igitur me-
dicina dicitur purgatiua. Quis vnquã tam
innocenter viuit, ꝙ aliquando non peccet,
vel polluatur a ſorde peccati? Quapropter
inquit Hieron. Rubigo peccati ſine igne tor
menti conſumi non poteſt, & Greg. Quod
lima ferro, fornax auro, tribula grano, hoc
facit tribulatio viro iuſto. Sicut nanq; ſar-
culo ſpinę euelluntur de ſulcis, & nouacu-
la pili ſuperflui de corpore, & acutis pecti-
nibus purgantur lanæ, & capite a fæcibus
ſuis panno rudi, ſapone, & liſciuio, aut ful-
C lonum herbis mundantur: ſic iuſtorũ men-
tes a tribulationibus tolerantur. Inde ait
Pſal. 6. ſicut examinatur argentum. & Ma-
lach. 3. ſedebit conflans & emundans argẽ-
tum, & purgabit filios Leui, & colabit eos
quaſi au. & arg. & erunt Domino offeren-
tes ſacrificium in iuſtitia. Leui interpręta-
tur aſſumptus, vel applicatus, & deſignat
hominem iuſtum, qui aſſumptus eſt per gra
tiam prædeſtinantem, & applicatus eſt per
charitatem diligentem: De his Apoc. Hi
ſunt, qui venerũt ex magna tribulatione,
& lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni: ſi-
cut. n. ex terminando deciſores eijcitur iur- D
gium de medio populorum, ſic per aduer-
ſitates exterminantur corruptę affectiones
& mores & geſtus inordinati, & ineptę lę-
titię de medio animarum accidioſarum.
Secũda medicina eſt ꝓſeruatiua. Præſer-
uant enim aduerſa iuſtorum mentes nõ ſo-
lum a peccatis & malis, ſed etiam a pericu-
lis & occaſionibus peccatorum. Eſt enim
tribulatio ſicut foſſatum vel murus, caſtrũ
mentis muniens; Exo. 14. Aquæ erant filijs
Iſrael pro muro a dextris, &c. Eſt ſicut ſe-
pes nutriens hortum animæ ab auaritia.
Oſeæ 2. Ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis, E
ideſt tribulationibus. Eſt ſicut abſtinentia
perſeuerans ab indigeſtionibus, & perſe-
quens luxuriam. Eſt etiam locus aridus,
quam diabolus abhorret: cum immundus
ſpiritus Luc. 11. Loca arida ſunt animę tem
peratæ contra gulam, & per conſequens cõ *Exẽplũ.*
tra luxuriam. Vnde Hieron. ad Ruſticum di
cit, ꝙ in quodam cœnobio quidam adole-
ſcens nulla operis magnitudine tentationẽ
carnis poterat extinguere; vnde ipſe peri-
clitabat: pater monaſterij hac arte ſaluauit.
Imperauit enim cuidã, vt iurgijs atque cõ- F
uitijs eum infeſtaret, & poſt irrogatã iniu-
riam primus veniret ad querelas: vocati te-
ſtes loquebantur pro eo, qui iniuriam irro-
gauerat, ſolus pater monaſterij defenſionẽ
ſuam opponebat, ne abundante triſtitia ſu-
per eum abſorberetur: vnde annus ita de
curſus eſt: quo expleto interrogatus ado-
leſcẽs ſuper cogitationibus priſtinis reſpõ-
dit: viuere non licet, & fornicari libet?
Tertia medicina eſt cõſolidatiua. Sicut. n.
ignis conſolidat lateres, quos decoquitur,
ita ignis tribulationis conſolidat mentes,

&

A & cor quas exurit, quod patet in Apoſtolis:
cum enim molles eſſent, & non valeret tri-
bulationes ferre ante Spiritus ſancti aduen
tum, ſtatim eo recepto tanto robore con-
ſolidati ſunt, ꝙ quanto maioribus tribula-
tionibus obnoluebantur, tanto robuſtiores
reſurgebant. Ratio eſt, quia veritas interior
mentis, dum a ſuo contrario exterius pro-
uocari ſe ſentit, mox etiam ſopita conſur-
git, & contra pulſans vitium inualeſcit. Nã
certiſſimo experimento videmus, ꝙ ignis
non tactus, nec vllo vẽto pulſatus, citò ex-
tinguitur per ſeipſum: & econtra compe-
B tenti vento pulſatus in maiorem flammam
exurgit, & fortius conſolidatur & vigorat.

Quarta medicina dicit conſeruatiua: tri-
bulatio enim cõſeruat & præſeruat a mul-
tis caſibus & peccatis, & hominem volen-
tem ſaluari quaſi cogit, vt pugnet per veri-
tatem, contra quam tentatus eſt, & vt for-
tius effugiat occaſiones eorum, & vt for-
tius requirat auxilium gratiæ Dei, interim
miſericors Deus tribulatis in auxiliũ prope
eſt. Vnde Pſal. 33. Iuxta eſt Dominus his,
qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu
ſaluabit. Item Ber. Niſi Pſalmiſta per tribu-
lationem melius ſe ſeruari noſceret, non
diceret, proba me Domine, & tẽta me, &c.
C Pſal. 25. Sic Deus promittit inſurgere ten-
tationes validas, contra oculos mentis no-
ſtræ obnubilet, ne bona, quę operamur vi-
deamus, & per ſuperbiam perdamus. Hinc
etenim eſt, vt occulto iudicio miſericors
Deus quandoque cõtra iuſtos infamias per
malos ſuſcitari permittat, vt infamiæ aqua
vinum nimis glorioſi nominis temperet.
Vnde Ber. & habetur 8. q. 1. cur. ſunt pluri-
mi, qui vitam beatorum fortaſſe amplius,
quàm deberent laudant.. elatio de laude
ſurripiat permittit Deus malos in detra-
ctionem, & obiurgationem prorumpere:
vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde
D naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur.
Neque altiora dona conſeruari ſolent ade-
pta: niſi labore & erumna fuerũt acquiſita,
vt exemplis ſacræ ſcripturæ apertè manife-
ſtatur in Lucifero, Adã & Eua, Salomone,
Petro, & pluribꝰ alijs, quorũ caſum aurib.
eorũ, qui altiora dona abſque multo labo-
re adepti ſunt cõtumeliæ clamant pro Dei
acceptis gratijs exultẽt in Dño cũ tremore.

Quinta medicina eſt illuminatiua. Eſt
nanque tribulatio collirium, de quo dici-
tur ſuaſiuè tribulatio menti, Apocali. 3.
Collirio vnge oculos tuos, vt videas. Col-
lirium eſt vnctio medicinalis compoſita ad
reſtringendum oculorum albuginem per E
acrimoniam ſuam. Quid per collirium, niſi
tribulatio perungens, quia per patientiam
vncti ſunt oculi mentis, vt videant? quia vt
Greg. inquit. Oculos quos culpa claudit,
tribulatio aperit. O quàm bonum colliriũ
eſt iſtud, Iſa. 38. Sola vexatio dabit auditui
intellectum. Ob hanc igitur cauſam homi-
nes qui mente alienantur, conſueuerunt li
gari, & in plantis pedum flagellari: vt per
dolorem corporis, ſenſus redeat mentis.
Vnde Prouer. Stultitia colligata eſt in cor-
de pueri; & virga diſciplinæ fugabit eam.
Tribulatio eſt fel amarum, quo illuminati
ſunt oculi Thobiæ. Per tribulationes enim F
homo cognoſcit Deum, ſeipſum, peccatum
mundum, & diabolum, recognoſcit gra-
tias, virtutes, paradiſum inſuper & infer-
num, & vt dicitur, Io. 9. tales in cęco nato
miraculosè illuminato myſticè deſignatur.

Sexta medicina dicitur ſaporatiua. Facit
nãque guſtui venire appetitum bonum.
Tribulatio eſt ſalſa ſancti Bern. imò verius
ſalſa Dei, petite cui non ſapiunt bona ciba-
ria cum modico de agreſto vel aceto, aut
muſtarda. Deus ergo, vt pia mater dat ſuis
filijs ſapores tribulationum, quos cum pſal
miſta guſtaſſet, dixit, Virga tua & baculus
tuus, ipſa me cõſolata ſunt. Pſal. 22. & Pau. G
1. Cor. 2. Sicut abundãt pa. Chriſti in nobis:
ita, & per Chriſtũ a. cõ. no. Vnde Lucę 22.
promiſit Deus di. Ego diſpono vobis, ſicut
diſpoſuit mihi pater meus regnũ, vt eda-
tis & bibatis ſuper mẽſam meam in regno
meo. Quod quidem non fit per conſolatio-
nem in terra, ſed per futuram in vita æterna
ex mali guſtu fit dulcius omne bonũ. Non-
ne ſæpe poſt febres acutiſſimas graueſque
dolores ſanitas ſecunda ſuccedit? quæ tan-
to amplius corde fit gratior, quãto pręceſ-
ſit infirmitas grauior, quoniam neſcit quã-
tum ſit bonum ſanitatis, qui non eſt exper-
tus infirmitatem: nam mel dulcius ſapit, ſi H
prius aliquid guſtatum amarum.

Septima medicina eſt lætificatiua. Habet
enim tribulatio cor, ſicut quædã cordialia
exhilarare. Vñ Pſal. in perſona hoc cogno-
ſcentiũ dicit. Lætati ſumus ꝑ diebus, quib.
nos humiliaſti: ad hãc medicinã dulcius ac-
cipiendam hortatur Iaco. c. 1. dicens, Om-
ne gaudium exiſtimare fratres mei, cum in
tentationes varias incideritis: ſcientes ꝙ
probatio fidei veſtræ patientiam operatur,
patientia opus perfectum habeat, & Pſal.
ſecundum multitudinẽ dolorum meorum
in corde meo, cõſo. tuę læti. animã meam.

Et

A Et Apoſt. Coloſſ. 1. Gaudeo in paſſionibus meis, & 2. Cor. 1. pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Et Act. 5. ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Hinc promiſit Deus electis ſuis di. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, Io. Pſal. 6. Träſiuimus per ignem, & aquã: & eduxiſti nos in refrigerium, &c. Secundo principaliter iuſtis dantur aduerſa pro exercitio virtuali. Septẽ nanque virtutes per ipſam exercentur, quarum prima eſt prudentia, ſecunda eſt patiẽtia, tertia eſt ſpes firma, quarta innocentia, quinta humilitas, 6. charitas, 7. experiẽtia.

B Prima eſt prudentia, ſiue ſapientia. Vnde Prouerbio. 29. Virga atque correctio tribuit ſapientiã. Hier. 31. Caſtiganti me eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus. Aug. de ciui. Dei. Patientia Dei ſicut ad penitentiam inuitat malos, ſic flagellum eius erudit bonos. Ratio prædictorum eſt experientia multiplicium tẽtationum redditur homo diſcretior, & cautior, maximè cõtra malitiam proditiones blandientis, & proditoris mundi, malitiam dęmonum atque ignorantiam & fragilitatem ſui. Vnde Eccl. 34. Qui non eſt tentatus, quales ſit tẽtationes neſcit. Et Iudicum 3. dictum eſt.

C Hæ ſunt gentes, quas dimiſit Dominus, vt erudiret Iſraelẽ: nẽpe per plurimorũ exercitia fiunt milites ſtrenui, & diſcreti: medici quoque propter curam grauiſſimorũ morborum fiunt in medicina periti. Scholaſtici etiam diſputando, & varia ſophiſmata ſoluendo fiũt acutiores, & magis prompti, inſuper aduocati, quãdo ducũt cauſas fortes.

Secunda virtus eſt patientia, quæ per tribulationes acquiritur. Quis enim patiẽs eſſe poteſt, niſi tribulationibus conquaſſetur? Sed quia patientia eſt nobis neceſſaria, vt inquit Apoſt. Hebr. 4. Sicut tribulatio

D nobis neceſſaria erit, ſine qua patiẽtia perfecta eſſe non poteſt, teſte Apoſtolo Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, ſ. in ſapiente, qui per tribulationem lucratur tale virtutem, ſed ſtultus in tribulationibus neſciens eſſe patiens, anguſtias & flagella portat, & nullum lucrum inde ſcit habere. Ad

Exẽplũ. hoc nempe pertinet exemplum de duob. qui ſub pœna 1000. ducat. vel mortis in carcere miſſi erant, quibus a deuoto viro duæ burſæ cum totidem florenis proiectæ ſunt per feneſtrã, quibus carcerati percuſſi ſunt: quorum vnus ægrè ferens percuſſionem burſæ, ipſam extra per feneſtram reiecit: alter verò ſuam per euadenda morte

dedit debitoribus ſuis. Spiritualiter nos E omnes ſumus debitores non carni, ſed diuinæ iuſtitiæ pro peccatis. Deus autem proijcit nobis burſam patiẽtiæ cũ flagello, quam qui eijcit, meritum perdit, & tamen pœnã flagelli non euadit: Immo ſibi tanto grauior fuit, quanto minus voluntariè flagella ſuſceperit. Hoc autem eſt ſciendum de diuina miſericordia, ꝙ tribulationes vltra vires non permittit: ſed, vt inquit Apoſtolus, fidelis eſt Deus, & non pa. v. tem. ſuper id, quod po. ſed fa. cum ten. prouẽ. &c.

Tertia eſt firma ſpes ad Deum. Vnde ait Pſal. 26. Si exurgat aduerſum me prælium, F &c. Vnde Bern. Tanta ſpes in Deo ſolidior ſurgit, quanto quis grauiora pro eo pertulerit. Ber. ſuper illo verbo, qui ſeminat in lachrymis. Quia nequaquam retributionis gaudiũ de æternitate colligitur, quod non hic pia tribulatione ſeminatᷓ. Quia igitur nec per tribulationem ſeritur, vt poſt gaudij fructus metatur, tãto maior fiducia mẽtem roborat, quanto hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. Auguſt. In Deo fixę ſpei tribulatio cauſa eſt. Sap. 3. Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. Meritò nẽpe ſpem de regno cęlorum habet qui monetam tenet qua emi poteſt, quæ eſt patientia in G tribulationibus. Vnde Matthę. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã. Sine hac moneta non potuit Chriſtus ingredi ęternum regnum, vnde oportuit pati Chriſtum, Luc. 24. Gloſ. magiſtralis ſuper 1. verbo Iaco. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, &c. Non indigemini ſi mali in hoc mundo florent, & vos patimini: quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi: mali nihil habẽt in cęlo, vos nihil ĩ mũdo, ſed ſpe illius boni, ad quod tenditur quicquid in via contingat gaudere debetis. Et Bern. in- H quit, quanto lignum fortius percutitur, tãto terræ cui inhæret, magis infigitur.

Quarta virtus eſt innocẽtia, ꝗ per tribulationes acquiritur. Tria ſiquidẽ requiruntur ad innocẽtiam veſtrã. Primo abſtinẽtia a malo, & hæc non ſufficit, niſi faciat bonũ: quia lapides abſtinent ſe a malo, tamen virtute innocentiæ non ſunt ornati. Secundo facere quod bonum eſt, ſed nec hoc vero chriſtiano ſufficit: nam & oues hanc innocentiam habet, quia facit & dicit bonum. Tertio neceſſarium eſt chriſtiano ad innocentiam virtuoſam cum inimicis, & perſecutoribus ſuis habere pacem, Pſal. 33. In-

quire

A quire pacem, ſ. côrde, ore, & opere, quantũ in te eſt, & proſequere eam, i. perfectè ſequere eam totis viribus aduerſum te proſequentes te: nam hoc ſe feciſſe, dicit Pſal. Cum his, qui oderũt pacem, eram pacificus. Vide igitur quàm neceſſe eſt habere tribulationes & perſecutiones, cum ſine ipſis vera innocentia nequaquam haberi poſſit. Ad hanc hortabatur Dominus Matth. 6. Diligite inimicos veſtros. Quinta eſt humilitas, propterea ſtimulus carnis Apoſtolo datus eſt.. di. Ne magnitudo, &c. Vnde Bern. dum vos vitia tentant proficientes, in vobis virtutes humiliant. Et ideo Iebu-
B ſeũ Iſrael tolerat, vt de ſe humilia ſentiat, dum minima peccata non ſuperat. Itẽ Ber. Vnde in nobis poteſt eſſe ſuperbia, cum velimus nolimus, in terra ſit habitatio noſtra; vbi concupiſcentia ſopiri poteſt, extirpari omnino nullatenus poteſt. Sexta eſt charitas feruida: nam creſcit ex percuſſionibus amoris Dei, & proximi ſcintilla, ſicut ex duri percuſſione corporis generatur ignis. Vnde Pſal. 9. Dum ſuperbit impius, ſ. perſequẽdo, incenditur pauper. ſ. ad amorem. Exemplum de primo ſocio ſancti Franciſci, qui in puncto mortis teſtificatus eſt, quòd poſtquã
C factus eſt frater, nunquam fuit ab amico perſequutus, quin in perſecutione creuerit amor. Bern. Electorum deſideria dum præmuntur aduerſitate creſcunt: ſicut ignis, dũ flatu præmitur creditur, vt extinguatur: & vnde creditur extingui, roboratur: ita diabolus immittit nobis tribulationẽ, credens charitatem extinguere, & fortius augmentatur. Septima eſt probatio ſiue experientia, quam omnes præcedentes virtutes in homine roborant, & hoc ſeptemplici perſecutione, ſeu comprobatione, quarũ quatuor pertinẽt ad humanum corpus, & tres ad humanam mentem, quæ figurantur in
D quatuor diebus, & tribus noctibus, quibus Ieſus parentibus neſcientibus remanſerat in Hieruſalem, Luc. 2. Sic in iſtis tribulationibus, quibus Deus probat electos ſuos, videtur eos dereliquiſſe. Prima perſecutio corporis eſt in amiſſione rerum temporalium, ſecunda eſt in ſuſceptione variarum infirmitatum corporalium, tertia in afflictione, & amaritudine cogitationum mortalium, in quorum perſona, Pſal. 68. Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me: quarta fuit in priuatione delectationum ſpiritualium. Apoſt. Scio abundare, & penuriam pati. Inter hos quatuor dies afflictionis abſentationis Ieſu, tres no-

ctes intermediæ currunt, ideſt tres perſecutiones, quæ tribus potentijs animæ dãtur. E
Prima datur in voluntate vt videatur quaſi obſtinata teneri ad duo. primo, vt quaſi nõ poſſit velle virtuoſa opera operari, ſecũdo, vt quaſi contra ſummum velle cogatur velle in horribilibus delectari: ſecunda perſecutio datur intellectui etiam quoad duo. Primum ipſum obfuſcando ad intelligentias ſpeciales, ſecundum ipſum coarctando ad ſpeculandum varios errores horribiles: tertia perſecutio datur in memoria, etiam circa duo. Primo eam ſpoliando ſummum veſtimentum, & habitum ſpiritualẽ, ſecundo inducendo circunſtantias fœtidorum, & F
abominabilium peccatorum. Tanta afflictione in his tribulationibus anima cruciatur, quod capere intellectualiter nõ valet, qui eas ferre experimento nõ probat. Sed qui eas experitur doloroſiſſimè cũ Pſal. 3. clamat, Afflictus & humiliatus ſum nimis. Satis tamen doloroſior lamentatio eſt, quæ ex anima, & corde originem habet, quàm ea quæ ortum habet ex autem incommodo temporali. Hinc enim Iſaac ad Iacob, qui interpretatur luctator, dixit, Accede huc vt tangam te & probem, vtrum tu ſis filius meus, G
an non. Gen. Et Angelus inquit ad Thob. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te: ſi probatus eſt Iob, vt ait 8. probabis me quaſi aurũ, quod per ignem probatur & tranſit. Et Sap. 3. In ignem probatur aurum & argentum lo. autem re. in ca. hu. Sic Laurentius probatus eſt, qui lætanter inquit, probaſti cor meum, & vi. no. &c. Vbi glo. Nemo vires ſuas in pace cognoſcit: ſi bella deſunt, virtutum experimenta non proderunt. Item Bern. Nemo quidem quantum proficit, niſi inter aduerſa cognoſcit. Inſuper Sap. 3. de Martyrib. dictum eſt, Deus tentauit illos, & inuenit il- H
los dignos ſe. Bern. etiam ait: ſi quis in aduerſitate poſitus Deum veraciter amat, arbor quanto copioſior eſt in fructibus, tanto amplius verberatur: & quanto altius aſcendit, tanto amplius a vento percutitur. Septem igitur aduerſitates prædictæ erant ſeptem ſagittæ, de quibus Iob 6. Verba mea dolore ſunt plena, quia ſagittæ Domini in me ſunt. Et pius Dominus. c. 5. Spem dedit ei di. In ſex tribulationibus liberabo te, in ſeptima non tanget te malum. Ad hoc pertinet exemplum, quod ponit Ioſephus in 2. lib. circa finem, quod cum egrederentur filij Iſrael ex Ægypto, & tenderent verſus quãdam ciuitatem, &c. Tertio principaliter

ter

A ter dantur aduerſa iuſtis pro bono iuſtitiali, pro ſeptemplici enim iuſtitia aduerſitates electis dantur. Prima eſt iuſtitia euigilans, ſecunda compatiens, tertia multiplicans, quarta confortans, quinta triumphans, ſexta demonſtrans, ſeptima glorificans. Prima iuſtitia euigilans nominatur ſæpe: quia aliquando iuſtus quædam opera iuſtitiæ exercendo, & quodammodo ſibijpſi ſatisfacere credens, quodam pigritię ſomno torpeſcit, & talentum gratiæ ad lucrum, ſibi conceſſum in terra reponit: hunc autem Deus pugno tribulationis excitans per Apoſtolum ait, Surge qui dormis. Et Act. 12. Dum
B dormiret Petrus, ecce Angelus Domini aſ. percuſ. latere Petri, ex. eum di. Surge velociter, ſuaſitq; Angelus, vt vincula Herodis, & carcerem relinqueret, ſpiritualiter percutitur iuſtus, &c. Ex hac autem percuſſione duo bona ſequuntur. Primum eſt, ꝙ mens flagello percuſſa euigilans aptior fit ad gratiam acceptandam, quàm dormiens: ſecundum, ꝙ Deus affectuoſius inuocatus, largius virtutes, & dona multiplicat. Vnde Auguſt. Præmuntur iuſti in Eccleſia, vt oppreſſi clament, clamantes exaudiãtur, exauditi glorificent Deum. Tria nempe faciunt
C auxilium inuocando clamare; ſcilicet ignis in domo accenſus, aqua in naui ſubintrans, & tempeſtas vehemens in mari. Vnde Matth. Clamabãt diſcipuli, Domine ſalua nos, perimus. Ecce, ꝙ ignis afflictionis, aqua aduerſitatum, & tempeſtas perſecutionũ excitant torpentes cunctos, & faciunt auxilium inuocare: & tunc Deus, vt ait Pſal. prope eſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Secunda eſt iuſtitia compatiens. tanta nempe eſt in experientes paſſionum valetudo, vt bene compati neſciat, qui experientia non didicit pati. Medicus enim qui infirmitatem non ſentit, infirmantibus
D compati nequaquam nouit. Hinc ait Apoſtolus Hebr. 5. Non enim habemus Pontificem, qui nõ poteſt compa. infirmitatibus noſtris, &c. Et c... Cum eſſet filius Dei didicit ex ijs, quæ paſſus eſt: nec enim ad culmen quintæ beatitudinis poteſt Deus conſcendere niſi aduerſa experiendo habeat. Vnde Matth. 5. Beati miſericordes. Et verè nanque miſericordes ſunt, qui in omnibus proximorũ miſerijs trãsformati per amorem, ita compatiuntur eis: vt magis deſiderent ea pati, quàm compati, omnia eorum mala, ſua reputando. Ad hoc nemo peruenit, niſi aduerſa tolerauerit. Hinc etenim beatus Benedictus in regula ſua conſtituit, ꝙ illi maximè infirmãtibus deſeruiant, qui E
fuerunt infirmitatibus vexati.

Tertia eſt iuſtitia multiplicans. Augetur enim per aduerſa ſpiritualiter lucrum in iuſtis. Magna enim ars eſt lucroſa facere, quæ perdita ſunt. Vita autem iſta, & tota proſperitas eius iam omni hora perdita eſt: quia, vt ita dicam, omnes mortui naſcimur, & filij irę, & ita cettũ eſt nos omnia amiſſos, quæ pro amiſſis reputari debent. Si igitur hęc quæ nos tolerare oportet in lucrum facimus, faciendo de neceſſitate virtutem, ſagaces erimus mercatores, quod a Dño promiſſum eſt, Matth. 5. Beati eritis, cum male. &c. vſque eſt in cęlis. F

Quarta dicitur iuſtitia cõfirmans: membra enim ſuo capiti conformari debent. Caput noſtrum Chriſtus eſt, noſque membra eius. Aug. in Homil. ipſe autem pro nobis redimendis multa eſt paſſus: ergo conueniens eſt, ꝙ eius membra ſibi conformentur: quia, vt ait ipſe: non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, vſq; perfec. e. o. ſi ſcit ſicut magiſter eiu: ſnõnc hoc eſt animę noſtræ magnum peccatum fieri Chriſto conſocius paſſionum? Si enim inquit Apoſt... erimus ſo. pa. er. & conſola.

Quinta iuſtitia eſt triumphans, ſiue coronans. Sic enim ſcriptum eſt... Non coronabitur, niſi qui leg. cert. Inſuper legitimè nullus certat, niſi qui vincit: amplius non poteſt vincere, niſi certet. Item certare nemo poteſt, niſi qui inimicos, & aduerſa habet, ergo neceſſariũ eſt triumphatori, & coronando tu aduerſitates hilariter vincendo triumphare. Victoribus autem corona debetur: & certè ipſa victoria eſt magna corona. Nunquid enim martyres fortiter certando, & viriliter de ſe ipſis triumphando, & paſſiones carnis ſtrenuè deuincendo coram Deo & hominibus facti ſunt glorioſi? Ergo viris ſtrenuis & optantibus triumphare præoptanda ſunt bella, vt virtus, quæ vileſcit, exercitetur in bello, & per hoc plures ſancti Patres non ſolum hoſtiles diaboli inſidias ſuſtinebant, ſed eos ad prælia prouocabant, & tentari petebant. Nouerunt nempe ipſi, quia aqua maris, quæ amara eſt ſapidiores & grandiores piſces, ſicut cete grandia facit, quantum faciat aqua dulces, quia hominibus magnæ virtutis, & animi, qui c oſtantes ſunt plus in aduerſitatibus, quàm in proſperitatibus, ampliora merita cumulantur. G H

Sexta eſt iuſtitia demonſtrans. In aduerſis autem patet, quis amat eum gratuito

A etiam vſque ad mortem. Vnde Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. per tribulationes ad Dei gloriâ proximis monſtratur, virtus que intus latebat in iuſtorum corde, ſicut ſtellarum decus in obſcura nocte. Chriſti autem præceptum eſt, Sic luceat lux veſtra, Matth. 5. ſic enim fuit iuſtus vas ſolidum or. ar. omni lapide pretioſo. prouerbium eſt, L'ancugine e'l martello, ſi fa el bon vaſcello. Monſtratur per aduerſa, non ſolum ꝙ iuſtus diligat Deum, ſed etiã ꝙ ipſe diligitur a Deo. Vnde ait Deus Apocalypſi. 3. Ego quos amo, corrigo & caſti-
B go. Et Prouer. 3. Omne quod diligit Deus, corri. fla. autem omnem filium quem reci. Et Eccleſiaſtici 30. Qui diligit filium, aſſiduat illi flagella, vt lętetur in nouiſſimo. Inſuper Pau. Hebr. 12. Quis enim filius, quẽ non corripit pater.

Septima iuſtitia eſt glorificans. Dantur autẽ aduerſa iuſtis pro maioris gloriæ triũpho. Vnde Iac. j. Beatus vir, qui ſuffert tentationẽ. Pſal. Cum ipſo ſum in tribulatione. Vnde Benar. ſuper Pſal. Qui habitat, vtilis eſt tribulatio, qua probationem operatur, & ducit ad gloriam: verè tribulatio eſt neceſſaria, quæ in gloriam vertitur, triſtitiaq; in gaudium mutatur. Sanè verum
C & ſummum, quod cũ ſemel acceperimus, nemo tollet a nobis. Gloriemur igitur in tribulatione, in qua eſt ſpes gloriæ. Immo ipſa eſt gloria, ſicut ſpes fructus in ſemine. Vnde tribulatio eſt porta cœli. Vnde ipſe Chriſtus, Lu 24. Oportuit pati Chriſtum. Pſal. 117. Hęc porta Domini iu. int. in eam, & quidem anguſta, ad quam hortatur Dominus intrare per anguſtam portam, & arcta via eſt, & verè arcta, quoniam in ea Paulus dimiſit caputium, Bartholomeus mantellum, beata Agatha mammillas, Act. Per multas tribulationes oportet. Vnde &
D Gregor. Niſi enim eis, quos corrigit Dñs, hæreditatem dare diſponeret, erudire eos per moleſtias non curaret, & addit, Dominus hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat: & quoſdam alios hic ferit, vt eis in æternum parcat. Eligunt ergo pagani conſolari, Iudęi, hæretici, auari, ſuperbi, luxurioſi, omnes filij Diaboli, qui æterno ſunt iudicio condemnati. Tu autem dilectè fili, qui cupis vitam æternam poſſidere, audi Aug. Noli iniquo attrahi ſpiritu, ſenſu, & pueriliagitari inſania: vt apud te dicas, plus pater meus diligit fratrem meum, cum ei omne, quod vult facere, permittit, quàm me, quem acriter verberat, ſed potius ſub flagello gaudeas: quia tibi ſeruatur E
hæreditas: ſed illis nunc ad modicum hic relinquit, quos in æternum damnabit: ergo perſeueranter in tribulationibus. Vnde Apoſt... Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum ſuum labotem.

De multiplicibus rationibus, quare malis aduerſa dentur.

Sermo.

Multa flagella peccatoris. Pſal. 31. Incipit enim. Beati quorum, &c. Dantur enim malis F
aduerſa propter tria. Primo pro miſericordia, ſecũdo pro virtute, tertio pro iuſtitia. De his tribus dicitur Pſal. 84. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſ. ſunt. Prima igitur vocatur miſericordia. Septem nempe miſericordias facit Deus ſceleratis peccatoribus, dum eos flagellat, quarum prima dicitur viuificans, ſecunda ſanctificans, tertia alleuians, quarta deficcans, quinta ſoluens, ſexta inflammans, ſeptima conſolans. G

Prima eſt miſericordia viuificans. Per tribulationes enim anima in peccatis mortua, ſola ſua miſericordia viuificatur. Vnde Pſal. Si ambulauero in medio tri. vi. me. Et Greg. Mens viuificatur interius ex vulnere, quæ mortua iacebat ex crimine. Et ad idem Iob 4. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Multi nanque viuificantur ex aduerſitate, qui damnarẽtur ex proſperitate iuxta, Pſal. ſententiam, Cadent a latere tuo mille, & decem a dextris tuis. Vnde Augu. Hic quidem mundus. periculoſior eſt blanditijs, quàm moleſtijs. Nonne primus pater H
noſter Adam in paradiſo delitiarum peccauit, qui extra in lacrymarum valle putredine reſurrexit? Nonne regem Dauid, virũ tam eximiæ bonitatis tribulatio in omni bono mutauit, quẽ ſic regẽ deiecit? Nõne Paulus Apoſtolus, qui ſtans Chriſtum perſequebatur in ſuis deiectis in terram, & lumine corporali priuatus fuit, lumine viuificante illuſtratus?

Secunda miſericordia eſt ſanctificans. Vnde Iob 5. Percutit & manus eius ſanat. O ipſe habet bonam miſericordiam ad rectificãdum diſtorta, & curabit nos. Et Pſal. Qui ſanat contritos corde, & alligat cum

eo,

A eo, ſcilicet quando peccatores crura, vel brachia fracta, vel febres, & alias infirmitates & peſtilentias patiũtur. Nam luxuriam ſanat cariſtia, auaritiam guerra, ſuperbiam mortalitates, vanãgloriam febres. Ergo o peccator, accipe calicem tribulationis, & manu dextra claude oculos, obtura aures & nares, & aperto ore deglutias calicẽ miſericordiæ Domini, di. cum Pſal. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, & dicat Ieſu, i. Saluatori, Salua me, & humili corde adde, Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, vſque ad animam meam, Pſal. 68.

B Tertia eſt alleuians. Plerunque enim ita onerati ſunt delitijs, honoribus, gradibus, poſſeſſionibus, domibus, filijs, alijſq; temporalibus bonis: ꝙ nec currere, nec itinerare quouis modo poſſunt. Hinc eſt ꝙ pius Dominus prædicta grauamina miſericorditer leuat, ne eis grauati deficiant in via, & vitam æternam perdant. Vnde Gregor. Qui mihi onus abſtulit, me ad currendum velocius expediuit. Et Apoſt. Hebr. 12. inquit, Deponentes omnes pondus, &c. vſq; Deus ſedet.

Quarta eſt miſericordia deficcans: hæc C eſt illa diuina pietas, quę per tribulationes a noxijs cor hominis delectationibus voluptatum deficcat. Vnde Gregor. in Paſtorali cor Salomonis idcirco funditus ſapientia defuit: quia ipſam exterius nulla diſciplina exercuit tribulationis. Habet enim tribulatio naturam ignis, cuius eſt ligna viridia deficcare, & poſtea accendere, ſeu incendere: nam dum vnum agens contrarium agit in alterum, primo ab eo tollit, quod ſibi contrarium exiſtit. Sic Deus de peccatoribus, per tribulationem facit. Primo deficcat in eo culpam, & demum in-D flammat ad charitatem perfectam.

Quinta eſt miſericordia ſoluens, alligatus eſt peccator funibus delectationum, qui ſunt ſeptem, ſcilicet amor, timor, ſpes, dolor, gaudium, odium, & deſiderium. Sed pius Dominus videns hominem tot vinculis alligatum a corruptibilibus bonis adhibet tribulationem. Exemplum in vinculis puerorum, quibus cum ligati eſſent in igne Babilonicę fornacis combuſta ſunt. Quid babilo, niſi confuſio interpretatur? ideo mundus ſignant confuſione plenum. Fornax autem ignis, quid quàm tribulationes, & amaritudines exprimere poteſt? Vnde Gregor. Cum mundus nos tot tribulationibus prẽmat, tot calamitatibus inuoluat, quid aliud quàm vt nunc ametur, clamat? Accidit in quadam obſeſſione cuiuſdam caſtri ſaracenorum, quòd cum illud chriſtiani obſiderent: quendam nobilem, quem ſaraceni cęperant per funem pendentem ex illa parte, qua machinæ percutiebant, oppoſuerunt, qui Chriſtianis magna uoce clamauit, quòd propter eum machinas iactare, & caſtrum expugnare non deſiſterent: accidit, quòd primus ictus machinæ funem rupit, & ille cadens in foſſatum a Chriſtianis liberatus eſt. Vnde potuit dicere cum Pſalm. Dirupiſti Domine vincula mea. Sic accidit de hominibus exiſtentibus in manibus ſaracenorum, idest dæmonum, qui per tribulationem liberantur F

B

Sexta eſt miſericordia inflammans. Sępe enim corda dura & frigida, atque lapidea, & omnino obſtinata tribulationibus inflammantur. Quid enim ferro durius, quo vniuerſa domantur? quid etiam auro ſolidius? & tamẽ non ſolum ad fortem ignem fiunt tenera, & molleſcunt: ſed, quod maius eſt, liquefiunt & currunt. Sic & fortis tentatio corda duriſſima mollificant, & ad currendam poſt Dn̄m diſponit. Exemplum de hoc in lib. Iudic. de filijs Iſrael, qui ad mala indurati, poſtquàm grauiter ſe videbant afflictos, & ab inimicis opprimi, in lacrymas reſoluti petebant Deum ſibi fieri propitium. G

Septima eſt miſericordia conſolans. Multum Deus afflictionibus conquaſſat malos pro conſolatione, fide & ſpe electorum, & pro ſubleuanda tribulatione ad tẽpus. Expedit enim eis aliquando fides, & in extremo impiorum ſpes eorum non modice roboratur. Vnde Machab. 5. Mathathias monens filios ſuos, inquit, poſt multas tribulationes Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ſequitur: H quia oẽs, qui ſperant in eo, non confundentur, & a verbis viri peccatoris ne timueritis, &c. Et Iob 20. Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Et in Pſalm. Vidi impium, &c. & Baruch 3. Perſecutus eſt enim te inimicus tuus, ſed citò videbis perditionem eius.

Secundo principaliter dantur aduerſa pro veritate, quæ ſeptuplex eſt. Prima dicitur illuminatiua, ſecunda dicitur excitatiua, tertia inuocatiua, quarta reuocatiua, quinta compaſſiua, ſexta expulſiua, ſeptima impeditiua.

Prima veritas, pro qua dantur aduerſa

A malis, eſt illuminatiua. Vnde Ier. 3. dicit in perſona percuſſi peccatoris, Ego vir videns paupertatem in virga indignationis eius. Et Gregor. Oculos, quos proſperitas claudit, aduerſitas aperit. Et Apoſtolus. Quicquid agitur, a lumine manifeſtatur. Thobias quoque, qui ſtercoribus hirundinum excęcatus eſt, amaro felle linitus, eſt illuminatus. Hirundinum nempe ſtercora, temporalis eſt affluentia, quam ſancti vti ſtercora reputauerunt. Fig. 3. Reg. 21. Cum audiſſet Acab verba Eliæ prædicētis mala, quæ ventura erant ſuper eum, ſcidit veſtimēta ſua, & cooperuit cilicio carnem ſuā,
B ieiunauitque & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite: & factus eſt ſermo Domini ad Eliam di. Nonne vidiſti Acab humiliatum coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in die eius, ſed in die filij ſui inducam malum in domum ſuam. Nabuc in proſperitate, ſuperbia ſenſum amiſit, quem poſt ſeptem annos tribulationis ad cęlum oculos recuperauit. Dan. 4.

Secunda veritas eſt excitatiua veniens
C ex tribulatione. Vnde ad peccatorem continentem in peiora mentem per aduerſitatem, inquit Dominus Apoc. 3. Eſto vigilans & confirmare, &c. peccator euigilat, cum per mentis attentionem, & boni operis executionem in diuinis pręceptis obſeruandis inſtat tribulationibus inſtitutus, & addit: & confirma cætera, quæ moritura ſunt.

Tertia veritas eſt Inuocatiua, Ierem. 2. Verterunt ad me tergum, & non faciem, ſed in die tribulationis dicent, ſurge, libera nos. & Pſalm. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocabo. Item Pſalm. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

D Quarta veritas eſt reuocatiua. Pſalm. 117. Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Exemplum de filio prodigo, qui poſtquàm cępit egere, reuerſus eſt ad patrem.

Quinta veritas eſt compaſſiua. Sunt nanque quidam ita crudeles in omnes, q in conuitijs & alijs iniurijs nullis ſciūt cōpati: propterea Dominus eis aduerſitates infundit, vt guſtent ſalſam, quam alijs propinant. Vnde Iaco. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam.

Sexta eſt inimicorum expulſiua. Dicit enim Iob. de diabolo ſub vmbra illius dormit in ſecreto calami in locis humentibus, per tribulationem ille diabolus expellitur. E

Septima eſt veritas impeditiua. Nam Deus per tribulationes, quo ad impios multa impedit, per quæ ſibi, & alijs poſſent nocere. Pſal. Viri ſanguinum.

Tertio principaliter aduerſa dantur pro iuſtitia. Septem enim ſunt iuſtitiæ, quæ exercentur a Domino per flagella, prima correctionis, ſecunda compulſionis, tertia humiliationis, quarta conuerſionis, quinta placationis, ſexta terroris, ſeptima liberationis. F

Prima nanque iuſtitia eſt correctionis, nam quotidie flagellat malos, vt corrigat; dat guerras & peſtilentias, diſſenſionest, errarum vaſtationes, &c. Vnde Deus per prophetam. Mittet ſuper te Deus famem, & eſuriem, & increpans ait, duces vxorem, & alius dormiet cum ea. Vnde vulgare eſt in Apulia, quando ruſtici vadunt poſt aſinum cum baculo: Qui egreſſus eſt de itinere per deuia pergens lacerat G ſaccum, & ſpargit frumentum, tunc ipſum remittendo, & verberando dicunt. Vſciſti della ſemita, intraſtici la cena, aiacestiti alla ſepe, laceraſti lo ſacco, ſpargiſti lo tritico, e alleuato lo baculo, & percutiendo dicit, ergo recipe.

Secunda iuſtitia dicitur compulſionis. Compellunt enim tribulationes malos ad bene agendum, ſicut ſtimulus & calcaria iumentum lentum. Pſalm. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt. Et Gregorius. Fęlix neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Idem, mala quæ nos hic premunt, ad Dñm nos citius ire compellunt. Tribulationes nempe calcaria ſunt, quibus pungitur equus, & ad viam H reducitur, & ambulare fortiter cogitur. Diſce ergo anima ab animalibus brutis, cum anguſtias ſentis, ad viam redire. Auguſtinus. Cum tentationes, & moleſtiæ huius vitæ fragilis creſcunt, æterna bona nos amplecti compellunt, & ſe conſiderare faciunt.

Tertia iuſtitia eſt humiliationis. A iuſto enim iudice ab initio lex conſtituta eſt, qua ſcribitur: Qui ſe humiliat exaltabitur, & e contra; & Pſal. propter iniuſtitias enim ſuas humiliati.

Quarta eſt conuerſionis. Vnde Pſal. Cum occideret eos, quærebant eum, &c. & Ionę 2. Cum anguſtiaretur anima mea Domini recordatus ſum. Exemplum de filijs

Iſrael,

A Iſrael, qui non ſunt egreſſi de Ægypto, id eſt de mundo obſcuro, nec venerunt in deſertum pœnitentiæ, niſi vngentibus Ægyptijs, quaſi compellentibus, vt exirent.

Quinta eſt iuſtitia placationis. Placatur enim Deus in peccatorum flagellis. Vnde Pſal. 2. Apprehendite, ſcilicet per pęnitentiam, diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.

Sexta eſt iuſtitia terroris. Flagellat enim Dominus Deus malos pro incutiendo timorem, ne peccata ſimilia perpetrentur.

Septima eſt iuſtitia liberationis. Sicut enim iuſti propter iuſtitiam tribulati iam B participant in conſcientia gloriam beatorum, ſecundum illud Matth. 5. Beati qui perſe. ſic & impij per tribulationes iam incipiunt fieri participes Sanctorum. Pſal. 118. Participes ego ſum omnium timentium te, &c.

IN PARASCEVE, uel Dominica ij. Quadrageſimæ.

Aſſumpſit.

C

Sermo.

Inclinato capite tradidit ſpiritũ. Ioan. 19. Secundum quòd poteſt comprehendi ex diuerſis partibus ſacrę ſcripturę, in cõſiſtorio ſacræ Trinitatis ab æterno quatuor concilia fuerunt ordinata, quorum primum fuit, qualiter ciuitas Hieruſalem triumphans ædificaretur, & in hoc concilio fuit determinatum, quòd nouem ordinibus Angelorum conſtrueretur. Et quia Deus præuidit, quòd multi eorum debebant apoſtatare, & ſecundum rigorem D iuſtitiæ ciuitate prædicta priuari perpetuò: idcirco factum fuit ſecundum concilium, qualiter prouideretur Angelorum ruinæ ſic, quòd ciuitas prædicta non remaneret diminuta: & in hoc concilio fuit determinatum, quòd homo crearetur, qui per propagationem naturalem alios generaret, qui iuxta merita ad ordines Angelorum aſſumerentur. Et quia Deus præuidit, quòd omnes homines erant in Adam peccaturi, ac per hoc ciuitate prędicta priuadi, factum fuit tertium concilium, ſcilicet qualiter diminutioni ciuitatis prouideretur: & fuit ibi propoſitum quid erat melius, an quòd Angeli lapſi reducerentur, an quòd homines redimi, quàm Angelos. E Prima ratio fuit: quia minus fuit peccatum Adæ, quàm Luciferi, eo quòd Adam cecidit per deceptionem, & tentationem: Lucifer verò ex ſola inuidia peccauit. Secunda ratio: quia Angeli nunquàm debebant conteri de peccato: Adam verò pœnitentiam fecit: & quia difficile erat videre modum, per quem eo quòd noſtra pura creatura poterat hominem redimere, ideo factum fuit aliud, ſ. quartum concilium, in quo determinatum fuit, filium Dei debere incarnari, & ipſum per paſſionem, & mortem humanum genus redimere, eo quòd, ſicut dicunt Doctores, nullus conuenientior modus fuit in- F uentus: & hoc eſt, quod dicit Apoſtolus Rom. 1. quòd Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Sed quia in Chriſto fuerunt duæ voluntates: vna creata, quæ naturaliter mortem timebat. Matt. 26. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Nec videbatur iuſtum, naturã humanã in Chriſto pati, eo quòd peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Alia verò voluntas erat increata, quæ propter immenſam claritatẽ ad humanum genus mori deſiderabat: idcirco ad ſatisfaciendũ rationibus vtriuſque, quæſtionem prædictam coram Patre, & Spirituſancto, atque ſex G teſtibus diuerſorum locorum pertractaret. Et hoc eſt quod dicit Luc. cap. 9. quòd loquebatur de exceſſu, quem expleturus erat in Hieruſalem: hic dicas Euãgelium ſi prędi. in Dominica. Volens igitur Chriſtus ſatisfacere rationibus vtriuſque voluit diſputationem prædictam ſolenniter terminari coram teſtibus idoneis, ſcilicet Patre, & Spirituſancto, & coram tribus excellentibus diſcipulis, atque coram ſanctis veteris teſtamenti, ſcilicet Moyſe pro mortuis, & Helia pro viuis: & etiam coram vno de Angelis ſolennibus Curiæ cœleſtis: vt quidam dicunt; quia credendum eſt quòd Gabriel interfuit: H quia tempore Daniel. circa myſterium operatus eſt. Præſentibus igitur iſtis incipit voluntas carnis rationes adducere, quibus pundebatur Chriſtum non debere mori: primò inquiens, non eſſe neceſſarium, eo quòd alius modus non deſit poſſibilis ad redimendum hominem: quia ex quo eſt omnipotens, poteſt ſolo verbo redimere. Ideo exigit ratio, quòd alicui non inferatur mors, niſi neceſſitas vrgeat: & ideo rationabiliter mori non debeo. Secũdò: quia mors mea derogat paternæ pietati, & miſericordiæ. Nam ſi Deus eſt ple-

A nus miſericordiā cum falſarijs, & homicidis, atque latronibus, & quantumcunque ſceleratis viris miſereatur, multò magis debet miſereri innocenti, & iuſto: aliter non videretur ſummè miſericors. Tertiò mors mea derogat diuinæ iuſtitiæ: nā vnicuique datur ſecundum merita, & demerita ſua. Vnde ex iuſtitia honorantur boni, & præmiantur; mali verò puniuntur; & ideo cum peccatum non fecerit, &c. Quartò: quia mors mea derogat legi diuinæ ſcriptæ, Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, &c. Si ergo filius non debet
B portare iniquitatem patris, ergo a fortiori, nec iniquitatem aliorum, qui minus attinent ſibi, quàm pater: ſed mors mea non eſt, niſi propter alios, qui minus attinent mihi, quàm pater: ergo propter eos mori non debeo. Quintò: quia mors eſt effectus peccati: nam inuidia diaboli, mors introiuit in orbem, Sapien. 2. Vbi ergo non eſt cauſa, non debet ſequi effectus: ſed nullum peccatum fuit in me, nec originale, quare, ergo.

Poſtquàm voluntas carnis rationes adduxerat, quòd non debet mori conſequentes alias quinque rationes adduxit volun-
C tas rationis, quæ ipſum mori affectabat. Impellebant enim eam quinque virtutes gratuitæ, quibus ornata erat, & vt regina dominabatur. Fuerat enim voluntas rationis a parte creationis adornata miſericordia, iuſtitia, charitate, pace, & veritate: quę omnes voluntatem rationis mouebant ad mortem propter ea, quæ ad mortem ſequi debebant, ſcilicet propter gloriam reſurrectionis, & propter fructum redemptionis hominum. Primò ergo cœpit dicere voluntas rationis: Ad mortem me miſericordia compellit; qui enim miſericordiam inuenit, miſericordiam debet impar-
D tiri. Cum ergo inuenerim apud patrem miſericordiarum tantam miſericordiam: vt ſine meritis præcedentibus ſit factus homo Deus, & ſim beatitudinem conſecuta ab ptāte creationis: ergo debeo, & ego miſereri homini ſine ſuis meritis, & ei mereri gratiam, & gloriam, & mediante morte hoc debeo facere: ergo miſericordia me compellit mori, & pro homine mereri. Inſuper cum miſericordia Dei ſit ſuper omnia opera eius; cum ipſe oſtenderit ſuam potentiam in rerum creatione, ſapientiam in earū gubernatione: nunc reſtat vt oſtendat miſericordiam in hominis redemptione. Ergo miſericordia, quā tota ſum plena, me ad mortem compellit: quoniam E
aliter ipſa nō eſſet ſuper omnia opera eius; vti Pſal. 144. dicit. Secundò impellit me iuſtitia: nam ipſa diſtribuit cui gratiam, gratiam; cui honorem, honorem; & cui pœnam, pœnam. Cum ergo Deo debeatur honor, & homini pœna: honor quidem Deo debetur, & tantus, quantus fuit ſubtractus per peccatum; & homini pœna cōſimiliter debetur per pec. debeo igitur rationabiliter mori: quia per meam mortem reddam debitum Deo honorem, & pro homine patiar debitam pœnā: ſecunda per iuſtitiam meam reddetur vnicuique, quod eſt F
ſuum. Tertiò me ad mortem prouocat charitas, quæ non quærit, quæ ſua ſunt: ſed quæ Chriſti, non quærit propriam vitam: ſed proximorum: & maximus gradus charitatis eſt, ponere animam ſuam pro amicis. Cum ergo charitate, & amore langueam, me totam debeo morti tradere: vt hominem redimam meo ſanguine; aliter quærerem meam, & non proximorum ſalutem: ſecunda deſinerem eſſe quod ſum, & non eſſem charitas. Quartò me impellit veritas: ſum enim via, veritas, & vita; in me eſt hæc veritas, oportet pati Chri- G
ſtum. Cum ergo veritas fallere non poſſit, ergo debeo rationabiliter mori: lex enim ordinata a Trinitate eſt: vt per mortē meā redimatur homo: ergo. Quintò, pax mē mouet ad mortem. Cum enim ſim mediatrix inter Deum & hominē, inter quos fuit maxima diſcordia: oportet, ſi volo eſſe bona mediatrix: vt Deum cum homine pacificem, quod fiet maximè morte mea: & ita concludo, ꝙ virtutes prædictę me ad mortem compellunt, & præſertim: quia mors mea erit vtilis etiam Angelis, non ſolum hominibus viuis, ſed etiam mortuis. Audiātur tamen aduocati humani generis, qui ſunt præſentes. Tunc Moyſes tāquàm H
aduocatus mortuorum dixit, Ego vnà cum patribus veteris teſtamenti ſcimus, ꝙ educi de lacu miſeriæ non poſſumus, niſi in ſanguine Chriſti: nec porta inferni debet infringi niſi per manū tuam: nec porta cœli poteſt aperiri, niſi aperiatur latus tuum, nec ſpes mea debet impleri, niſi per mortem tuam. Igitur ſi non morieris, ſpes mea, & aliorum patrum erit inanis. Placeat ergo tibi libenter accipere mortem: quia omnes, qui ſumus in limbo, eam expectamus auidiſſimè. Deinde Elias aduocatus viuorum petit idem: vt conſequantur

tur

A tur gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, dicens.1. Omnes viui ſunt filij iræ, & deturpati propter peccatum originale, nec purgari poſſunt, niſi per ſanguinem Chriſti. Vnde dicitur in Apocal. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Etiam ſacramenta eccleſiæ non habebant efficaciam, niſi a morte tua; & ideo cum viui per eam conſequantur gratiam, neceſſaria eſt mors tua pro eis, atque ideo te orant, &c. Vltimò Angelus, qui creditur ibi fuiſſe, dicere potuit: Omnes ſpiritus angelici ſunt per Beatam Trinitatem in miniſterium hominum miſſi, & non ceſſant
B hortari homines ad bonum: ſicut e contra dæmones inducunt eos ad malum: Fruſtra ergo fieret eorum miniſterium, niſi haberet efficaciam a morte Chriſti. Vlterius, mors tua erit repentina poteſtate dæmonum: & ſpiritus angelici conſequantur magnum gaudium videndo homines ſuos cõciues futuros a tãta tyrãnide liberari. Quare cõcludũt oẽs, Miſerere nobis fili Dauid. Quibus dictis voluntas carnis inquit: Pater, fiat voluntas tua, non mea: & ſtatim audita eſt vox patris dicentis: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hominem per ipſum liberando, &c. Determinata igitur morte Chriſti, Petrus, qui
C nondum bene intelligebat, &c.

Hic Sermo incompletus eſt.

De miſeria conditionis humanæ.

Sermo.

Miſer ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea, Pſ. 87. De infelici carnis & corporis miſeria hodie videamus, de qua Iob 3. Quare non in vulua mor-
D tuus ſum, & egreſſus ex vtero non ſtatim perij? quare miſero data eſt lux, & vita ijs in amaritudine? &c. Hæc dicebat Iob: Conſiderans miſerum humanum genus, ſeu ſtatum conditionis humanæ naturæ, qui patet ex tribus. Primò origine, ſecundò in via, tertiò in morte.

Quò ad primum conſiderandæ ſunt decem miſeriæ, quibus corpus humanum ſubeſt. Primò igitur conſidera, quomodo de viliori materia omnium elementorum factus fuit primus homo. Cum enim Deus planetas, & ſydera fecerit ex igne, &c. ſicut ſcis: ergo conclude propoſitum. Vnde B Eccleſiaſt. 3. Vnus eſt interitus hominum, & iumentorum: quia homo moritur, ſicut & illa: quia omnia talia de terra facta ſunt, & in terram reuertuntur, Iob 10. cap. Memento, quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.

Secundò conſidera, quòd immundus natus ſit homo. Quis enim non erubeſceret? primò verecundum actum in coitu, quod eſt dedecus horrendum, ita vt homo abhorreat verecunde, quod natura neceſſariò ſuggerit generationis gratia? Quis enim materiam ſeminis ſuijpſius generans non abhorreat? Quis nutrimentum ex vtero E matris fouentis cogitans non deſpiciat? Quis in pudicitiam originis, & modum in mundum, immo immundiſſimum conſiderans non terreatur? Vnde Iob: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? quaſi dicat, nullus, niſi Deus, contrà delicatos, qui credunt, carnem ſuam eſſe pretioſiorem alijs, cum ſit fœtidior.

Tertiò conſidera, quòd adeo ſit corpus fœtidum: vt ſit ſufficiens animam fœdare, quæ pura, & immaculata corpori immittitur: quia ſicut verbi gratia, ſi ponas pretioſum liquorem in vaſe corrupto, corrumpitur liquor, ſic animam pretioſam G in corpore corrupto locando, oportet a peccato originali corrumpi, quod peccatum eſt putredo, & corruptio humanæ naturæ, cõtracta peccato primorum parentum. Magna enim eſt confidentia Dei, quòd ponat animam, quæ eſt pretioſior omnium creaturarũ & homini dat in depoſitũ. Vnde Apoſtolus: Potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem iuſtus iudex. Hoc autem non eſt mirum: quia qui animam rationalem homini dedit, ſe ipſum pro homine tradidit, quod eſt plus; quoniam Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis, factus obediens, &c. Philippen. 2. O ingrati, qualem H rationem reddituri eſtis de pretio depoſito, quem Deus apud nos depoſuit immaculatum?

Quartò conſidera, quòd homo non ſolum ſit natus in peccato originali, quod eſt macula omnis carnis: ſed natus ſit in peccatis parentum, quod duplex eſt conceptio, vna ſeminis, & altera naturæ. Quis enim dubitat in parẽtum generatione, cõcubitum nunquàm cõtrahi ſine pruritu carnis, ſine feruore libidinis, ſine fœtore luxuriæ? Homo igitur naſcitur in peccatis parentum, Pſal. 50. Ecce in iniquitatibus

A conceptus ſum, &c. Vnde Innocen. de miſer. condit. huma. O grauis neceſſitas, antequàm peccemus, peccare cogimur. No. ergo peccator, quanta cuſtodia neceſſaria ſit homini, vt caueat a peccato, qui eſt peccator genitus, antequàm peccet: quoniam peccatum conſideratum reſpectu rationalis creaturæ humanæ, contra naturam eſt: quia contra rationem; ſed conſideratum reſpectu carnis, videtur eſſe innatum ſibi. Geneſ. 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternũ: quia caro eſt, id eſt peccatum. Vide igitur, quàm vilis conditio.

Quintò conſidera, quòd damnatus ſit homo ſine purgatione originalis peccati,
B ſi moreretur priuatus gratia, licèt non ſentiret ſupplicia. Vnde Bernar. de interiori homine parentibus illis nemo quippe eſt damnatus me facere, quàm damnatum. O inenarrabilis miſeria humana; omnia quidem iumenta talia naſcuntur: vt poſt vitam illuc accedant, quo diſpoſita ſunt a principio ſuæ natiuitatis. Homo autem naſcitur in contrarium eius, ad quod factum eſt: nam factus eſt vt loca Angelorum lapſorum repleat ſaluandus in gloria, & in natiuitatis ſuæ principio damnatus eſt, non autem defectu creatoris ſui: ſed defectu
C inobedientiæ creaturæ. Vnde Bernar. in Can. Erat homini ſors cum plebe Angelorum, & militia cœleſti: ſed mutauit gloriam in ſimilitudinem vituli comedentis fęnum. & Pſal. 48. Homo cum in honore eſſet, &c.

Sextò conſidera, quòd cum dolore matris natus eſt. Quis poteſt eſſe maior dolor, quàm partus, res diſproportionatiſſima, quæ diſponit magnã quantitatem paruo, & anguſto exitu, violentiſſima ſeparatio tam ex parte parientis, quàm ex parte partus: dolet enim pariens, cum ſentit carnem a carne ſeparari, ſeu diuidi. Dolet
D partus propter ſtatus ſui alterationem, & vtrobique dolor, qui doloribus inferni cõparatur, Pſal. 47. Ibi dolores, vt parturientis. Et Ioan. 16. Mulier cum parit, triſtitiam habet, Geneſ. 3. In dolore paries filios. Naſcitur igitur homo offenſor matris, & cum dolore eius, & ſæpe infert illi mortem: ſic Rachel præ nimio dolore partus interijt, Geneſ. & multæ aliæ, cum anguſtia & labore poſtea nutritus, & cum timore cuſtoditur. O infelix natura humana protoparentis poſt caſum, quæ prius facta erat ignara mali neſciens dolorem, neſciens laborem, Geneſ. 6. Vidit Deus, quòd cuncta cogitatio hominis intenta eſſet ad malum cum tem- E
pore non lege naturæ a Deo inſtitutæ: ſed lege inobedientiæ ab Adam perpetratæ.

Septimò conſidera, quòd cum triſtitia, & dolore proprio naſcitur homo, & hoc oſtenditur per actum primum naſcentis. Non enim infans naſcens aut dormit, aut lætatur: ſed dolet, plorat, & triſtatur: licèt autem caro, & corpuſculum illud infantis non intelligat miſeriam ſuam: tamen anima incluſa ſua parte, natura nobilis cognoſcens miſeriam vallis, in quam venit, triſtatur, & primò naſcentem ad vagitum impellit. Vnde Philoſoph. Vox infantium primus vagitus maſculus ſtatim plorans dicit F
a, fœmina dicit e. Vnde ſic dicuntur a. & e. quotquot naſcuntur ab Eua. Quid enim eſt aliud Eua, quàm quædam interiectio dolentis?

Octauò cõſidera, quòd homo pauperrimus natus ſit. Quid enim affert ſecum creatura naſcens, niſi turpitudinem ſuam amictus dolore materno? Bruta quippe animalia hæc ſecum afferunt naſcentia, quod ſecum reportant morientia: altilia, & volucres cęli ſecum portant plumas ſuas, quibus nuditatem ſuam cooperiunt; quadrupedes pilos, pellem, piſces ſquammas: hæc quoque omnia in ſua neceſſitate loca ha- G
bent propria: quia vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos: homo ſolus nudus in alienis tectis naſcitur, Sapiẽ. 7. Sum quidem ego homo mortalis, ſimilis hominibus ex genere terreno.

Nonò conſidera, quòd homo ignorantiſſimus omnium animalium naſcitur: pullus enim cum natus eſt, currit poſt matrẽ; & cognoſcit illam, ſcit granum comedere, cognoſcit comedenda; ſe ſupponit matre cum eſt opus, cum videt miluum fugit, & huiuſmodi: homo verò cum natus eſt, quid ſcit agere, niſi vagire, & triſtari? Vi-
det matrem, & non cognoſcit eam: videt H
ignem, & ponit ſibi in ore, videt ferrum ſuper ſe, & neſcit fugere: audit matrem illum vocantem, & non intelligit; languet, & dolet, & neſcit exprimere heu, quanta eſt in homine ignorantia. Pſal. Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me. Innocen. vbi ſupra: Omnes naſcimur debiles, & imbeciles, parum a brutis diſtantes, immo in multis minus habentes.

Decimò conſidera, quòd ſicut homo incipit eſſe, ſimiliter eſſe deſinit, iuxta illud Sapien. 5. Nos nati continuò deſinimus eſſe.

ſe.

A ſe. Exemplum ſi quis viam longam vellet peragere, cum incipit primum paſſum facere, incipit viam finire ſecundarijs paſſibus, & illud citius eſſe finitur, quàm ſagitta in breui tempore pertranſeat. Vnde Iob 9. Dies mei velociores fuerunt curſore, & quaſi aquila volans ad eſcam. Et quantum ad iſtas miſerias hic ad præſens dicta ſufficiant.

Sequuntur autem aliæ decem miſeriæ in via. Primò ergo conſidera, quòd homo cum natus eſt, factus eſt ad continuum laborem: quia hoc fuit ſonus, quód Deus a principio protoparenti Adæ appoſuit, di-
B cens: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Geneſ. 3. & Eccleſiaſt. Occupatio magna nata eſt omnibus hominibus a die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſupremum. Sex etenim ſtatus ſunt, quibus vniuerſa caro comprehenditur, quos conſiderans labore plenos inuenio. Primus eſt ſtatus pauperum laboribus plenus. Pauper enim cruciatur ærumna, fame, ſiti, frigore, nuditate vileſcit, & tabeſcit, ſpernitur, & confunditur: ait enim in 14. Innocen. de miſeria conditionis humanæ. O miſerabilis conditio mendicantis: quia ſi
C petit, rubore profunditur: ſi non petit, egeſtate conſumitur, & vt mendicet, neceſſitate compellitur, fratres hominis pauperis receſſerunt ab eo procul: ex his nota maximum laborem in paupertate, & egeſtate; igitur anguſtiæ vndique.

Secundus eſt ſtatus diuitum labore magnus. Primus labor eorum eſt, quòd perdunt rationem, & tanquàm beſtiæ voluptatibus inhærent, non conſiderantes infamiam ſuam, non violentias in pauperes, nec miſerantes miſeriæ pauperum: quia inedia conſumuntur: & hoc quia nunquàm incommoda mundi experti ſunt. Et hinc eſt, quòd magni Principes: vt pluri-
G mũ in miſericordes ſunt; quia non cognoſcunt in alijs miſerias, quas ipſi non ſunt experti. Vnde ſi in miſerijs fuiſſent, omni tempore vitæ ſuæ compaterentur amicorum miſerijs. Vnde quidam dicebat, nõ debere aliquem malefactorum examinatorem fieri, qui prius non fuiſſet in eculeo conquaſſatus: vt miſerorum qui ſupplicia patiũtur, clamoribus compareretur.

Secundus labor diuitum eſt, quòd non ſolum fiunt auari: ſed miſeri. Accidit enim illis cura, & ſollicitudo in acquirendo, timor in poſſidendo, dolor in amittendo, & poſt hæc ſuccedit eis hoĩes extraneos, qui gaudebit opibus, quibus nunquàm in E
fame ſua ſatiari voluit. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur? Matth.

Tertius ſtatus eſt ſeruorum, & ſubditorum, quibus nunquàm deficit labor, ſerui ſubditi ſunt ſemper timori, minis, & tyrannidi dominorum: omnis culpa domini eſt pœna ſeruorum: omnis ira eius eſt ſeruorum ſupplicium, & inquietudo. Vnde Innocen. vbi ſupra: O extrema ſeruitutis conditio: nam homines liberos genuit; ſed fortuna ſeruos conſtituit: ſeruus cogitur pati, & nemo ſiſtitur compati, dolere
compellitur, & nemo cum dolore permittitur: ſic ipſe ſeruus eſt, vt non ſit ſibi. F

Quartus ſtatus eſt liberorum, & dominorum, in quo maximus eſt labor: quoniam ſi in ſeruos crudelis eſt conditio timore, tabeſcit timens ſeruorum vindictam: ſi eſt domeſticus, non excogitant ſerui ſeruitia debita, iuxta illud: Crudelitas parit odium, familiaritas contemptum, ſemper ſuſpicio habet anxios. Exemplum de illo, qui in menſa ſtabat, & tamen ſemper gladium reſpiciebat, quem ſuper caput habebat tenui filo pendentem, nihil de tot bonis menſæ cogitans ſecundum hoĩem timore per-
territus. Boet. de conſol. Heu, quàm mul- G
tis amaritudinibus humanę fęlicitatis conditio eſt.

Quintus ſtatus eſt continentium, qui tanto magis laboribus plenus eſt, quantum cũ iniquiori, & propinquiori hoſte decebat. Vnde Bernar. de interiori homine. Graue periculum eſt aduerſus domeſticum hoſtẽ pugnare. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritus; Galat. 5. cum quinque ſenſibus ſuis quos refręnare difficillimum eſt. Vnde Hierem. 9. Mors egreſſa eſt per feneſtras noſtras, oculus animam deprędatur, &c. Ideo Paulus. 2. Corinth. 12. dicens: Datus eſt mihi ſtimulus.
H

Sextus eſt coniugatorum, in quo eſt miſeria in ſubueniendo domui, clamat vxor, clamant filij, pater &c. Vxor quærit pulchrum veſtimentum, ipſa de talibus querẽdo inquietat virum: ſuſpirat ſi torpis eſt, moleſtum eſt poſſidere, quod nemo dignatur habere: ſi pulchra, difficile eſt eam cuſtodire: quia pulchrum omnibus placet. Theophraſt⁹ Philoſophus. Dic de iſtis, &c.

Secundò conſidera, quòd homo ſit natus ſeruus naturæ, quod eſt rationale propter beneficium maximum, quod ab illa ſuſcepit. Quid enim maius in appetibili-

bus

A bus poteſt natura tribuere mortalibus, quã eſſe? Si igitur natura hoc tribuit, cum ſit quid maximum habet rationẽ maximi beneficij: ergo natura hominem in ſeruum ſibi vendicat. Vnde Sene. in Prouerb. Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.

Tertiò conſidera, quòd homo ſit natus ſeruus parentum, de quibus eſſe ſuum accepit, non dico a quibus, ſed de quibus: natura de parẽtibus eſſe habet, cum ſit parentum caro, & ſanguis; ſicut Sapien. 7. in vẽtre matris figuratus ſum caro, &c. Si igitur conſiderant filij parentum beneficia, proculdubio ſerui illorum ſunt.

B Quartò conſidera, quòd homo natus eſt ſeruus originaliter actualis peccati: quia nemo ſine macula originalis peccati poſt Adã naſcitur, Pſal. 50. Peccatum meum contra me eſt ſemper. Actualis verò: quia nemo vnquàm ſine actuali peccato fuit, ſi non fuerit præſeruatus, & ſanctificatus a Deo prærogatiua ſpeciale. Vnde 1. Ioan. 3. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c. Cum ergo omnis homo peccet, omnis homo erit ſeruus peccati.

Quintò conſidera, quòd homo ſui corporis naſcitur ſeruus: quia illius paſſionibus ſubiectus eſt, & oportet illi ſeruire: C quia vult aliter comedere, bibere, dormire & alijs neceſſitatibus corporis inſeruire. Vnde Sene. epiſt. 47. Seruus eſt omnis homo, oſtende quis non: nam alius libidini, alius auaritiæ, alius ambitioni ſeruit: omnes timori.

Sextò conſidera, quòd homo naſcitur fallacis fortunæ ſeruus: quia omnis homo per anfractus ſeculi, & fortunæ in hac vita rotatur. Vnde Quintilianus in declamationibus fato viuimus, fato languemus, cõualeſcimus, & morimur.

Septimò conſidera, quòd florentiſſimæ iuuentutis bono deperdẽs, in miſeriam vadit D ſenectutis, qui eſt ſtatus incommoditatis, & miſeriarum plenus. A principio ſiquidem humanæ vitæ continuæ per omnes ætates abbreuiata ſunt tempora hominum. Legimus enim in primis ętatibus noningẽtis annis vixiſſe homines: ſed poſtea Dñs ad Noe; Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum: quia caro eſt: eruntq́; dies illorum 120. ann. nunc verò, &c.

Octauò conſidera, quòd ſicut homo inutilis naſcitur, ita in fine vitæ inutilis reuertitur: quia ſicut infans ſine diſcretione, & memoria naſcitur, ſic ſenex effectus mentecaptus perdit intellectum, & memoriam, plorat, lamentatur, non poteſt E ire, &c. Vide B. Hierony. in 2. tract. ſuper Amos; diſcurre per defectus ſenum. Pſal. 87. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, & iterum Pſal. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui.

Nonò conſidera, quòd maior ſit infructuoſitas hominis, quàm alicuius creaturæ. Vnde Innocen. vbi ſupra: Conſidera herbas, & arbores: illæ de ſe producunt flores, homo autem pediculos, & tribaldarias.

Decimò conſidera, quòd quanto plus habet homo, tanto plus cupit poſſidere, & nunquàm ſatiatur. Pſal. Vidi impium F ſuperexal. &c.

Alius Sermo.

De vilitate hominis.

H*Omo peccator ſum, Domine*, Luc. 5. Ratio, exemplum, & auctoritas nos edocẽt, cognitionẽ ſui eſſe quoddam principium ad æternum gaudiũ. Primò ratio: quia qui bene cognoſcit ſe, G & Deum, ac Dei eſſe, ſe Deo humiliat quantum poteſt propter ſui vtilitatem & indigentiam, ac ſublimitatem Dei, & exclamat: qui autem verè ſe humiliat exaltabitur a Deo. Exaltari autem nihil aliud eſt, quàm glorificari in paradiſo. Secundò patet exemplum de illo publicano, qui cognoſcebat ſe, & defectus ſuos: ideo non audebat oculos ſuos ad cœlũ leuare: ſed ſtans a longe, &c. & ideo deſcendit iuſtificatus, Luc. 18. Tertiò patet idem autem ſe Bernar. ſuper Can. Scio, neminem abſque ſui cognitione poſſe ſaluari: de qua nimirũ mater ſalutis humilitas oritur, & timor Domini: quia ſicut ipſe eſt initium ſapien- H tiæ, ita & ſalutis: Quam quidem cognitionem nos edocet verbum Euangelij aſſumptum, homo peccator ſum, Domine. In quo quidem verbo oſtenditur noſtra fragilitas ex conditione naturali, cum præmittitur homo; noſtra iniquitas ex commiſſione criminali, cum additur peccator; diuina ſublimitas ex dominio generali, cum concluditur Domine. Circa primum ſciendum eſt, quòd cognitio cuiuſlibet noſtrum, quæ eſt cauſa præcipua noſtrę humilitatis, & per conſeqnens finalis ſaluationis poteſt, quàm maximè ex Stoici quæſtione, ac ſolutione

satis

A ſatis congruè apparere, quas in diuerſis lo-
cis facit de homine, & ſoluit aperte ſacra
ſcriptura, quas etiam quidam Philoſophus
nomine Secũdus propoſuit, & ſoluit ſatis
conuenienter, & ſunt iſtæ. Prima quid eſt
homo, ſecunda qualiter ſe habet homo, ter-
tia cui ſimilis eſt homo, quarta vbi eſt ho-
mo, quinta cũm quibus eſt homo.

Itaque ſi petis, quid eſt homo, vt debeat
humiliari ex ſua naturali cognitione. Re-
ſpondit Secũdus philoſophus di. inter alia,
ꝙ eſt mancipium mortis, viator tranſiens,
hoſpes loci: hæc tamen fuit reſponſio ſua
in forma, homo eſt mens incarnata, labo-
B rioſa anima, paruit emporis habitaculum,
phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, lucis
deſertor, vitæ conſumptio, æternus motus,
trãſiens viator, loci hoſpes, mancipiũ mor
tis. Sed tua dicta ad præſens ſufficiunt: quia
ſi mancipium mortis, cognoſce te moritu-
rum, & in æternum non peccabis. Eccleſ.
7. Si viator tranſiens: ergo non debet ho-
mo de rebus temporalibus curare, nec ſe
onerare vltra ſuam neceſſitatem tempore
vitæ ſuæ, vt facilius ad vitam æternam, quã
deſiderare debet, peruenire poſſit: non.n.
portant viatores, niſi neceſſaria ad vitam, ſi
hoſpes loci, nõ nimis debet ſe intromitte-
C re de rebus huius mundi. Sicut enim hoſpi
tes faciunt de rebus loci, in quibus ſunt ho
ſpites, ſed ſemper ad propria feſtinant, &
deſiderant remeare: hic homo ſemper de-
bet deſiderare ad ęternam patriam perue-
nire: hanc quæſtionem facit ſcriptura in
Pſalmo 8. di. Quid eſt homo, ꝙ memor
es eius? aut filius hominis, quia reputas eũ?
cui quæſtioni reſpondet ſcriptura Iob. 25.
putredo & vermis. Si ſic, bene habet cau-
ſam humiliandi ſe: ſecũda quæſtio eſt, qua-
liter ſe habet homo. Reſpondit Secundus
D Philoſophus, ꝙ ſicut lucerna aduentum, ſi-
cut ſpuma maris, ſicut nauis in medio mari;
hanc tamen rationem non reperi in libro
de vita & moribus Philoſophorũ: vbi eius
hiſtoria, & documenta habentur. Reſpon-
ſio tamen ad rem optima eſt: quando ſicut
lucerna ad ventum eſt in periculo extin-
ctionis, ſic homo in periculo amittendi vi-
tam ſpiritualem: & ſicut ſpuma maris eſt in
periculo exinanitionis, ſic homo in pericu-
lo vitæ corporalis. Et ſicut nauis in medio
fluctuum eſt in periculo ſubuerſionis, ſic
homo in periculo acquirendi pęnam æter-
nam. Hanc quæſtio. facit ſcriptura, Iſa. 22.
di. Quid tu hic, aut qualis hic? Reſpon. Iob
23. homo natus de muliere, &c. vſq; in eo.
ſtatu permanet. Ecce vides hominis breui- E
tatem quo ad durationem, miſeriæ reple-
tionem, ſubitam egreſſionem, ſubitam de-
ſtructionem, quaſi nullam exiſtentem, &
cõtinuam mutabilitatem: bene ergo homo
& cognitione ſui habet cauſam ſe humiliã-
di: tertia quæſtio, ſi quæras cui ſimilis eſt ho
mo. Reſpondit Secundus philoſophus, ꝙ
roſę matutinę pomo nõ nouo, & aceruo ni
uis, ſed in lib. ſupra allegato nõ legi. Reſpõ-
ſio tamen optima eſt: quoniam ſicut roſa
matutina adueniente ſole inciſa ſtatim are- F
ſcit, pomum non nouum verme tangente
ſtatim putreſcit, & aceruus niuis vrgente
calore ſtatim liqueſcit, ſic & homo adue-
niente tentatione ſtatim areſcit, aduenien-
te peccato ſtatim decidit, & adueniẽte mor
te eſſe deſiſtit. Quid miſerias homine? q. đue
pauperius? nam auis habet plumas, & pi-
ſces ſquammas, ſed homines nudum natu-
ra edidit, qui ſtatim ad mundum ingrediẽs,
ploratum emittit, nec aliquod aliud naſci-
tur cum lacrymis niſi homo ſolus, qui mi-
ſerabilis natus iacet manibus, & pedibus,
cũ cætera animalia ſtatim cognoſcant, quid
agere debeant: nã canis natus mox nouit la
trare, piſcis natare, & auis volate: ſed homo
nihil nouit, niſi flere. Soli ergo homini da- G
tur luctus propter pronitatem peccandi.
Hanc q. facit ſcriptura, Luc. 7. di. Cui ſimi-
les dicã homines. Cui q. reſpondet in Pſal.
homo vanitati ſimilis factus eſt dies eius
ſicut vmbra prætereunt. Vanum dicitur, qđ
cadit a ſua ſubſtantia. Vmbra dicitur, quod
permanentiam non habet: bene igitur de-
bet homo humiliare, ſe ijs conſideratis di-
ligẽter. Quarta q. ſi quæris, vbi eſt homo.
Reſpond. Secundus philoſophus, licet vbi
ſupra nõ inuenerim, ꝙ in bello multiplici:
quoniam habet habitaculum inferius, inte-
rius, & exterius. Nam interius impugnat H
eum propria conſcientia, inferius quatuor
elementa, & exterius mundus cum ſua con
cupiſcentia. Quale igitur gaudium habet
homo in hac vita, qui in hoc triplici baculo
debet continuam pugnam committere, &
frequenter videt ſe in certamine ſuccum-
bere? Hanc q. facit Gen. 3. Adam, vbi es? &
Ioan. j. vbi habitas? Cui reſpond. ſcriptura,
Ezech. 2. dicens, filij hominis incredulis, &
ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpioni-
bus habitas: nota qualiter mundus, caro, &
diabolus, propter blãditiam præcedentem,
& pęnam ſubſequentem ſcorpionibus cõ-
parantur. Vnde homo habet cauſam ſe hu-
miliandi. Quinta q. eſt, ſi quæras, cum qui-
bus

A bus es homo? reſpō. Secūdus philoſophus, quòd cum his ſeptem ſocijs, qui ipſum ad mortem deducunt, qui ſunt calor, frigus, fames, ſitis, labor, & dolor, ſiue infirmitas: ſed mors ſtat in foribus, & trahit nolentes. Et ſubiungit Philoſophus, hic fallitur ſciētia iuuenum, hic caligantur oculi omnium intellectuum: quia multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, vt dicit Bern. Hanc q. facit ſcriptura. Gen. 33. di. Quid ſibi volunt iſti & ſi ad te pertinent. Cui reſpond. Iob 38. Frater fui dragonum, & ſocius ſcorpionū, ſtructiones, dracones, & ſtructiones noſtra corpora deuaſtantes ſunt iſti ſocij ſupradi-
B cti, qui nunquàm quieſcunt, donec anima a corpore ſeparetur. Ergo bene homo humiliaret ſe Deo, ſi cognoſceret ſuam miſericordiam.

DE ANNVNCIATIONE Virginis Glorioſæ.

Sermo.

C *IN menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel, &c.* Lu. j. Introducto Adam ad pedes Domini patris, di. Deus propitius eſto mihi peccatori, & miſerere mei, ſecundum magnam miſericordiā tuam, & noli me derelinquere, &c. Inſurrexit iuſtitia contra Adam, di. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum: deleantur peccatores de libro viuentium, Pſal. 68. Et quia Adam peccauit contra te, ponēdus eſt in inferno. Et iuſtitia duxit ſecum ſeptem aduocatos contra hominem. Primus fuit natura angelica, quæ dixit, Do-
D mine iſte creatus fuit ad imaginem tuam, ad replendū ſedes paradiſi vacuas: ecce contra te fuit inobediens, peccauit, & neglexit ſedes iſtas, quas ad ſui gloriam præparaſti, ergo non eſt dignus, &c. Secundus aduocatus contra hominem fuerunt cœli, dicēs, Domine tu creaſti nos, & poſuiſti in nobiliori loco, feciſti autem hominem iſtum in mūdi ornatum, ſed iſte per peccatum ſpreuit ornatum noſtrum: ideo repelles eum, quia non eſt dignus miſericordia tua, tertius aduocatus contra hominem fuit paradiſus terreſtris, di. Domine tu feciſti me plenum delectationibus, & iucunditatibus, & in me poſuiſti: quartus aduocatus contra hominem fuerunt omnia elementa ſimul inſurgentia, di. Antequàm peccaret homo E
iſte, ſtabamus ſplēdida, & lucida omni dulcedine & amenitate, plena, pulcherrima, & delectabilia: ſed propter peccatum eius effecta ſumus obſcura, corrupta, plena mutationibus & anguſtijs, & ideo non eſt dignus tua miſericordia. Quintus aduocatus fuerunt omnia animalia, herbæ, petræ, & metalla, di. Domine iſte antequàm peccaret, poterat nobis vti ſuo beneplacito, & & ad bonum finem: quia non aliter poterat vti, hodie propter peccatum nobis non vtitur, niſi in mala parte: ergo non eſt dignus tua miſericordia. Sextus fuit infernus, qui F
inſurgens contra, di. Domine feciſti paradiſum, vt eſſet locus iuſtorū, & infernum, vt eſſet locus peccatorum: iſte peccauit, ergo, &c. Septimus fuit dæmon, qui contra hominem inſurgens, di. Domine ad te pertinet præmiare iuſtos & bonos, ad me autē tua obediētia omnes ſpectat punire malos; noli tollere officium meum: & ita omnes aduocati contra hominem inſurrexerunt.

Miſericordia his auditis non propterea deſiſtens, ſed magis inſiſtens per gratiā obtinendā dixit: Domine audi aliam partem, & rectè iudicabis, & reperit in aduocatos ſeptē pro homine, quos de humana natura deduxit: quia reperit ſeptem viros iuſtos in G
ipſa humana natura, & duxit eos corā Domino ad aduocandum, & ad demonſtrādū, ꝙ miſericordia debebat Adæ fieri. Primus aduocatus fuit Abel. Iſte ergo procidens cum reuerentia ad pedes Domini, dixit. Velis Domine facere iuſtitiam, & non vltra: Pater meus Adam peccauit, quia tentatus fuit a dæmone, & mulier cum blanditijs, & adulationibus ſeduxit eum. Dæmon aūt per ſeipſum peccauit: ergo fuit maius peccatū, ideo maiorem pænam meruit, ſ. æternam. Adam verò quia viuus peccauit, non eſt cō H
ueniens, quòd damnetur æternaliter. Sufficiat ergo ſibi Domine pæna 5000. annorū, & ſibi miſereri. Aug. dixit. Tace Abel, quia pater tuus fuit a Domino dotatus in perfectione, & ſcientia, nā impoſuit natura reb. cognouit Domino ſuper & bona, & mala, nec potuiſſet decipi, ſi noluiſſet: quapropter grauiter peccauit, & eſt miſericordia dignus. Secundus aduocatus fuit Noe, & adduxit hanc rationem. Domine tuum eſt miſereri omni peccanti ſi pœniteat, ſecundum illud Pſal. 50. Cor contritum, & humiliatum Deus ne deſpicias, & vides cū quanto dolore Adam ipſe ad pœnitentiam perducitur, paternā miſericordiam implorando:

A rando : ergo miſerere cęlũ reſpon. di. Noe
rationẽ non fouet, quia in regula iuris ſcri-
bitur, nõ remittere peccatũ, niſi reſtituatur
ablatum . Pater igitur Adam licet etiã pę-
niteat, tamen non ſatisfecit adhuc, nec ſa-
tisfacere poteſt . Tertius aduocatus , fuit
Abrahaam, qui ait : Domine cum reuerẽtia
volo probare, ꝙ tibi debitum eſt miſereri,
& parcere Adæ: quia ſi in ſe deficit miſeri-
cordia, quod eſt propriũ naturæ Dei, defi-
cies eſſe Deus, quia deficiet natura Dei: ſi
vis ergo Deus eſſe , facias miſericordiam
Adæ. Paradiſus terreſtris, reſpon. Domine
B ſi pietas eſt naturæ diuinæ, etiam iuſtitia eſt
Deo connaturalis, & ſimiliter illa deficiẽte
defineret eſſe Deus . Quartus aduocatus
fuit Moyſes: & volens oſtendere, ꝙ miſeri-
cordia ſit Adæ fienda, dixit : Domine in re-
gulis iuris ſcribitur, Quod ſemel placuit,
amplius diſplicere non poteſt . Tu creaſti
Adam ad finem beatitudinis : ſi non facis
miſericordiam , ad finem non peruenies ad
quem eum creaſti, & ita inanis erit opera-
tio tua. Elementa reſpondẽt di. Tu dicis ve
rum, ꝙ homo fuit creatus ad finem beatitu
dinis, ſed non niſi tamen cum conditione,
ſcilicet ſi eſſet obediens, & iuſtus. Nunc au-
tem ipſe, &c. Quintus aduocatus fuit Ioſue
C ſucceſſor Moyſi, qui pro Adam miſericor-
diã petens, di. Domine in regulis iuris ſcri-
bitur, ꝙ odia ſunt reſtringenda, fauores au-
tem ſunt ampliandi : peccatum Adæ fuit
odioſum, & meruit pœnam ſine dubio: ſed
amplietur miſericordia tua, & facies ei gra
tiam, ſicut dignitati tuæ conuenit. Anima-
lia reſpon. Veſtrum eſt ꝙ miſericordia Dei
eſt amplianda, ſed non propterea debet op
primere iuſtitiam : non poteſt autem fieri,
quod petis, niſi iuſtitia opprimatur, quod
non eſt conſonum fieri. Sextus aduocatus
fuit Dauid, di. Domine miſerendũ eſt Adę,
D qđ ſic oſtendo; In regulis iuris ſcribitur, ꝙ
non debet aliquis alterius odio prægrauari:
& alibi dicitur : Damnum, quod quis ſua
culpa ſentit, ſibi non alteri debet imputari:
igitur ad propoſitum tot Patriarchæ, tot
prophetæ prophetauerunt aduẽtum tuum,
& tuis obſequijs permanſerunt, quare er-
go iſti, qui fuerũt ſancti homines propter
Adam debent damnari ? ergo amore iſtorũ
facias Dei miſericordiam: Infernus reſpon.
propter bonitates ſanctorum, quos nomi-
naſti, non debet perire iuſtitia diuina, &
maximè, quia natura ipſa ſimul cũ Adam
ſatisfacere poſſunt. Tunc Dauid non curãs
de inferno, voce clara ait. Audite omnes
gentes, auribus percipite omnes, qui habi- E
tatis orbem: os meum loquitur ſapiẽtiam,
& meditatio cordis mei prudentiam : nam
ego credo videre bona Domini in terra vi-
uentium : nunquid obliuiſcetur miſereri
Deus ? aut continebit in ira ſua miſericor-
dias ſuas; & ad Dominũ ait . Vt quid Deus
repuliſti nos ? iratus eſt furor tuus ſuper
oues paſcuæ tuæ : quare auertis faciem
tuam, obliuiſcere inopiæ noſtræ, & tribula-
tionis noſtræ: Exurge Domine adiuua nos,
& libera nos propter nomen tuum: nos
autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ:
confitebimur tibi in ſecula. Ange. quidam
reſpond. Homo cum in honore eſſet, non F
intellexit : ideo comparatus eſt, &c. nam
incraſſatus, & impugnatus calcitrauit. Da-
uit autem rurſus: quaſi de reſponſione non
curans, Domino dixit: Vbi ſunt miſericor-
diæ tuæ antiquæ Domine ? nos enim verè
peccauimus cũ patribus noſtris iniuſtè egi-
mus, iniquitatem fecimus. Sed quid mirũ ?
nam ſicut aliquis, ita ego in iniquitatibus
conceptus ſum, & in peccatis concepit me
mater mea. Igitur peccatum meum ego co
gnoſco, & peccatum meum contra me eſt
ſemper: ſed tibi ſoli peccaui. Oſtende igi-
tur nobis Domine miſericordiam tuam, & G
ſalutare tuum da nobis. Tunc Deus dixit :
homo dilexit maledictionem, & veniet ei:
noluit benedictionem , & elongabitur ab
eo: nam odiuit diſciplinam, & proiecit ſer-
mones meos retrorſum. Tunc Dauid con-
fuſus receſſit di. voce quærulosa. Quis da-
bit mihi pennas, ſicut columbæ, & vola-
bo , & elongabor fugiens in ſolitudine ?
Quem videns populus, eum interrogat de
Dei voluntate, ſi ad miſericordiam flecte-
retur. Qui reſpond. di. Heu mihi, quia in-
colatus prolongatus eſt: nam auertit Do-
minus faciem ſuam a me, & factus ſum cõ-
turbatus: iratus eſt Dominus furore in po-
pulum ſuum, & abhominatus eſt hæredi- H
tatem ſuam, &c.

Septimus aduocatus fuit Simeon , qui
Dauid cõfuſo videns Iſaiam, ac Ieremiam,
Iob quoque, Daniel, & multos alios non
audere amplius loqui, licet timidè, tamen
Dño dixit. Domine ſcribitur in regulis iu-
ris : Delictum perſonæ in damnum Eccle-
ſiæ redundare non debet: ergo a fortiori,
nec totius mundi. Sed Adam peccauit, &
culpa ſua damnatus eſt : cur propter eum
Deus humana natura tota ęterna debito
fine, ideſt beatitudine priuari ? Dęmon re-
ſpon. Dato ꝙ Adam ſolus peccauerit, quia
ſolus

A ſolus erat homo: ipſe tamen erat omnis ho
mo, quia omnes ab eo deſcenderunt, & ita
propter eum omnes debent puniri.
Miſericordia igitur Simeone ſilente, &
omnibus alijs, videns defectum aduocato-
rum ſuccumberem, & Adam amarè flen-
tem: videnſq; ꝙ non eſt ratio contra diui-
nam iuſtitiam, nec eſt ratione, vel auctori-
tate diſputandũ cum Deo, quoniam eſt te-
meritas cum eo contendere, mota pietate
clamat, & hortatur Adam, atq; humanum
genus, ne deſperent di. Scio ꝙ Deus adeo
miſericordia plenus eſt, ꝙ tibi gratiam fa-
B ciet. Nam ipſe dixit per Oſeam 6. prophe-
tam: Miſericordiam volo, & non ſacrifi-
cium. Igitur ponamus amicos alios aduo-
catos, ad placendum Dñm: & quia maſcu-
li reprobati ſunt, ponamus amicas mulie-
res, quę magis aptę ſunt ad impetrandum
gratiam, quàm maſculi: nam ſunt ad lacry-
mas, & verba dulcia magis pronæ: & ſic ele
git ſeptem, ſcilicet Saram, Rebeccham, Ra-
chelem, Iudith, Suſannam, Annam pro-
phetiſſam, Virginem Mariam. Iſte præci-
puè mulieres veteris teſtamenti, quæ ora-
uerunt ad Dominum, vt mitteret filium
ſuum in mundum, & tamen nulla earum
fuit exaudita, niſi glorioſa Virgo Maria,
C mater Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Prima igitur fuit Sara vxor Abrahæ, quæ
cum honeſtate debita, & geſtibus bonis,
ad pedes Domini procidens, ſic reuerenter
locuta eſt.

Per noſtra colpa Signor ne dannaſti.
Noi ſiam dolenti del noſtro delitto:
Deh reuoca Signor il tuo interduto,
E fa mercede all'huom, qual tu creaſti.

Hanc Deus pater audiuit, ſed memorãs
ꝙ turbatum fuerat, & riſit poſt oſtium,
dum ex ſterili. voluit eam facere fęcundã.
Gen. 18. Reſpuit eam, nec voluit eam exau-
dire. No. mulier, quæ derides hunc, & il-
D lum ex ſupra, &c.
Secunda fuit Rebeccha vxor Iſaac, quæ
dixit.

A te miſericordia ciaſcun grida,
O gratioſo Dio non ſtar più duro,
Tranne del noſtro carcer ſi oſcuro,
Aſcolta i noſtri doloroſi ſtridi.

Iſtam noluit audire, quia fuit nimis ma-
litioſa: nam decepit virum ſuum, vt bene-
diceret Iacob loco Eſau. No. de mulieri-
bus, quæ decipiunt viros ſuos, etiam præter
accreſcimentum materialem.
Tertia fuit Rachel vxor Iacob, per quam
figuratur vita contemplatiua, quæ dixit.

Volgi Signor ò pietà diuina, E
O immenſa bontà, ò Dio benigno,
Deh laſſa hormai il tuo gran diſdegno,
Riceui l'huom ilqual a te s'inchina.

Iſtam etiam noluit audire, quoniam de-
cepit patrem abſoluendo idola. No. de mu-
lieribus, quæ prædantur domum, vt pro
ſe conſeruent.
Quarta fuit Iudith, quæ cum pietate dixit.

Adam offeſe la tua reuerentia,
Fatto alla vera tua ſimilitudine,
Deh non guardar alla ſua ingratitudine,
Ma moſtra a noi la tua gran clementia.

Hanc noluit exaudire Dominus, quo-
niam fuit & habuit manus ſanguinolẽtas, F
ex occiſione Olophernis. No. tu, quæ acci-
pis venena ſterilitatis, & quę interficis. &c.
Quinta fuit Suſanna. Iſta pulchra cor-
pore, & ſapiens mente dixit.

Con lacrime. & con doglia a te veniamo
Con ſperanza, ma con vergognoſa faccia,
Pregando con feruore che'l te piaccia,
Non dar più pena allo peccato primo.

Iſtam noluit audire, quia ſicut vana vn-
gebat ſe. No. vana.
Sexta fuit illa ſenex, quæ aſſiduę ſedebat
in templo Salomonis, ſcilicet Anna pro-
phetiſſa, Luc. 2. quæ dixit.

Non dee perir tanta virtù con fede,
Quanta era negl'antichi Padri ſanti, G
Per il tuo amor afflitti, & morti alquanti,
Dunque rendi a noi la tua mercede.

Hanc non audiuit, quia vidua, & corru-
pta erat. No. adultera.
Septima fuit vna Iudæa puella, virgo, &
pudica, ætatis quatuordecim annorum, nu-
pta Ioſeph, habens nomen Maria, quæ ad
pedes Dei patris poſita, cum ineffabili hu-
militate dixit:

Non è humana creatura degna
D'hauer gratia da te, o alto Signore,
Deh non guardar al noſtro grande errore;
Ma volgi a noi la tua pietà benigna.

Hanc benigne audiuit Deus, & exaudi- H
uit, videns eam tam humilem, tam ſplen-
didam, & tam decoram ſine peccato, & ſi-
militer videns eam omni virtute decora-
tam: quoniam in ipſa fulgebat pudiciſſima
virginitas, ſplendidiſſima puritas, firma fi-
des, feruentiſſima charitas, deuotio ſplen-
dida, contemplatio aſſidua, & præſertim
abundantiſſima humilitas, de qua ſcribitur;
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Lu-
cæ 1. Idcirco ſine reſiſtentia inclinatus exau
diuit preces eius: & gratias paratus facere,
in menſe ſexto miſit Angelũ Gabrielẽ, &c.
Tunc Beata Virgo audiẽs ambaſciatam an-
gelicam,

A gelicam, & ſe indignam æſtimans: quia licèt rogaret pro humano genere, non tamen credebat tantum myſterium in ſe fore complendum, ſtatim miſit Deo tres pulcherrimas domicellas ex parte ſua, quarum

Prima fuit Domina Prudentia, quæ non poteſt eſſe decepta, & dixit Domino patri: Domine tu es infinitus, Maria verò finita: quomodo ergo fiet iſta incarnatio? Secundo Domine tu es increatus, Maria verò creata, quomodo ergo fiet hoc. Tertiò tu es æternus, Maria eſt temporalis, quomodo ergo fiet iſta colligatio? Quartò Domine tu es Dominus, Maria verò ancilla, quo-
B modo ergo fiet iſtud? Quintò Domine, tu es diues, Maria verò paupercula, quomodo ergo fiet hoc? Et Prudentia bene locuta eſt: quia non mox negauit, vt fatua, nec mox conceſſit: quia fuiſſet præſumptuoſa: ſed dubitauit, qm̃ ſapiētis eſt examinare conſcientiā, & non faciliter credere.

Secunda domicella fuit Domina Continentia, quæ ſic ex parte Virginis locuta eſt: omnis homo debet concipi per coniunctionem viri cum muliere: hæc autem Maria non cognouit, nec cognoſcere propoſuit: ergo quomodo fiet hoc? Secundò Domine omnis licita generatio fit per copu-
C lam matrimonij: hanc autem ipſa non vult habere, quomodo ergo fiet hoc? Tertiò Domine omnis conceptio fit per fractionem virginitatis: Maria autem propoſuit nullo modo virginitatem perdere, quomodo ergo fiet hoc? De hac domicella loquitur Bernar. ſuper Cant. O Beata Virgo Prudens, Deo deuota, quis te docuit placere Deo in virginitate, quæ lex, quæ iuſtitia, quæ pagina veteris teſtamenti præcipit, vel conſulit? quia in carne præter carnem viuere non eſt naturæ, ſed angelicum.

Tertia domicella eſt Domina Confidentia, quæ ſic locuta eſt. Si Maria habet eſſe
D mater Dei, ipſa habet eſſe domina mundi: ſed non poteſt, quando eſt ancilla. Secundo ſi Maria habet eſſe ſponſa ſua, ipſa habet eſſe cœli regina: ſed non poteſt, quia eſt ancilla. Tertiò ſi Maria habet eſſe ſoror tua, ipſa habet eſſe imperatrix Sanctorum: ſed non poteſt, quia eſt ancilla: ergo quomodo fiet iſtud? De hac domicella loquitur Bernar. dicens: Quæ eſt Virgo tam venerabilis: vt ſalutetur ab Angelo tam humilis, vt copuletur Deo. Audiſti Virginem, audi humilem; his non obſtantibus: Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum, ſuper quo verſ. dicit.

E

SPECVLVM PECCATORVM de contemptu mundi.

Sermo.

VIdete quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes: ſed vt ſapientes: redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt: propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. Ad Epheſ. 5. cap. Apoſtolus Paulus, conſcius conſiliorum Dei, ſciens quòd infinitæ ſunt delitiæ cœleſtis patriæ, quas oculus non vidit, nec F
auris audiuit, quæ nec multitudine, nec magnitudine in cor hominis deſcenderūt. Ad quas frequenter inuitamur ex Euangelio, & alibi ex ſcripturis ſanctis. Sciensque quòd maligni ſpiritus ad impediēdum nos in hac via ſtricta, & ardua, quæ ducit ad æternam vitā, ſunt tanto ſolicitiores, quanto delitiæ ad quas vocamur ſunt nobiliores, & iucundiores: hortatur verbis prætactis: vt vndique circunſpecti caute proſpiciamus iter noſtrum dicens: Videte quomodo caute, &c. ne ſcilicet a via regia, quæ ad cœleſtia ducit gaudia deuiantes in manus hoſtium incidamus. Benè enim ſubiungit: redimentes tempus, &c. Si enim G
debitè, & benè: vt oportet flebilem, & miſerabilem, ac damnabilem curſum, ſeu ſtatum mundi, ſeu temporis præſentis conſideremus; tunc profectò ſcimus: quoniam dies mali ſunt: nam occultata fide cernimus, quòd totus mundus iam erret. Et ſecundum Sanctum Ioannem in canonica ſua: In maligno poſitus eſt, & hoc proh dolor cum dolore dicendum eſt: tam in capitibus, quàm in membris; tam in clero, quàm in ſecularibus; tam in ſenibus, quàm in iuuenibus; tam in maſculino, quàm in fœminino genere, & ſic heu corrupta eſt H
via vniuerſę carnis. Quod benè tangit Sanctus Bernardus, dicens: Non eſt niſi amor turpis in hoc ſeculo, nec fides ſecura: quia omnia quæ ſunt contaminauit ſuperbia, aut auaritia, aut luxuria, & ſic de alijs. Et ſubdit Bernardus: Receſſit enim lex a ſacerdotibus, iuſtitia a principibus, conſilium a ſenioribus, religio a clericis, amor a parentibus, obedientia a filijs, fides a populo, reuerentia a ſubditis, caſtitas a virginibus, pudicitia a coniugatis, & ſic de alijs. Et quid eſt, quòd non venit antichriſtus: iam enim communiter ab omnibus Chriſtus

ignoratur,

A ignoratur, & a peregrinantibus quaſi pe-
regrinus habetur. Hæc Bernardus: Con-
ueniens igitur eſt, vt ſanam doctrinam Do-
ctoris gentium præmiſſam deuotè atten-
dentes cautè, & ſapienter firmamus greſ-
ſus noſtros in hac lachrymarum valle, &
apertis oculis ſaltē interioris hominis ſtra-
tam regiam, quæ ad cœleſtem ducit patriā,
a qua peregrinando exulamus reuertentes
perſeueranter ambulemus, non retroſpi-
cientes, nec declinando ab ea aberremus,
& ſic in profundum æternæ damnationis
incidamus. Ad quod hortatur nos Domi-
nus per Prophetam Iſaiam, dicens: hæc eſt
B via, ambulate in ea, neque ad dexteram,
neque ad ſiniſtram declinantes: huius igi-
tur verę viæ aliquod directiuum hic in ſe-
quentibus diligenter, & deuotè attenden-
dum eſt, per quod Chriſti fideles (omni de-
uio excluſo) per viam regiam, quæ ad cœ-
leſtem ducit patriam, dirigantur, quæ qui-
dem via cum ſit ſtricta, & arcta, pauci eam
inueniunt, & heu pauciores per eam tran-
ſeunt, ſeu intrabunt: quod innuit nobis Sal-
uator dicens, Matth. 7. cap. Intrate per an-
guſtam portam; quoniam arcta eſt via, quæ
ducit ad cœlum, & pauci per eam tranſeūt:
ſed lata eſt porta, & ſpatioſa eſt via, quæ
C ducit ad perditionem inferni: vbi perditio
notatur gratiæ, & gloriæ, & heu multi in-
trant per eam. Circa quæ verba dicit gloſ-
ſa interlinealis: quamuis charitas ſit lata, ta-
men peranguſta, & ardua abducit homi-
nem a terra. Ibidem dicit Auguſtinus: quæ-
ritur a pluribus; ſed non ab omnibus inue-
nitur: nec omnes qui eam inueniunt per
eam ingrediuntur: quia capti ſeculo retro-
cedunt, etiam pauci eam inueniunt, & heu
pauciores eam intrare contendunt: nemo
enim intrat ſine labore, & ſine animæ pu-
ritate: multum enim anguſtum, & diffici-
lè videtur homini omnia prætermittere, &
D vnum ſolum diligere, vnum ſolum quære-
re, & ad vnum quotidie pulſare, proſpera
mundi non ambire, aduerſa mundi non ti-
mere, & ſic de alijs: & hæc omnia in gloſ-
ſa vbi ſupra. Quod heu amatores huius
mundi non attendunt: ſed ſeculo conglu-
tinati ab eo recedere non valentes, quaſi
inſaniendo errāt: quod bene declarat Bea-
tus Hieronymus, dicens: Ridere, & gaude-
re cum hoc ſeculo non eſt hominis ſenſa-
ti, ſed frenetici: quia mundum cor non
cum hoc ſeculo: ſed cum Deo lætum eſt, &
iucundum: quia breuis, fragilis, & caduca
eſt humana lætitia. Item Bernardus, non

eſt verior inſania, quàm ſeculi lætitia. Item E
Auguſt. Gaudium mundanorum gaudium
eſt freneticorum. Item idē, Seculi lætitia eſt
impunita nequitia, ſ. luxuriari, in ſpectacu-
lis vagari, ebrioſitate ingurgitari, turpitudi
ne ſętere, & nihil mali propter Deū pati: q
enim Deū diligit, hæc oïa fugit. Ratio autē
quare multi intrant ad perditionem ęternæ
dānationis per latā portā, & ſpatioſam viā,
hęc eſt prout ſcribitur Eccl. 1. c. peruerſi diſ
ficile corriguntˀ, & ſtultorū infinitus eſt nu-
merus, qui heu magis reſpiciūt vitā præſen
tē, q̄ terminū ſequentem. Quibus loquitur
Ioā. Chryſoſt. dicēs: Non aſpicias, ꝙ aſpera
eſt via: ſed attēde quo ducit; nec cōſideres, F
ꝙ arcta eſt via; ſed vbi deſinit. Ex quib. eli-
citur vnū, quod eſt, in ſeculo iā currūt mul-
ti, quorū pauci erūt de numero ſaluādorū:
quod innuit Saluator ex graui ſnia, quā ꝓ-
tulit Matth. 20. c. dicens: Multi ſunt vocati,
pauci vero electi: quod quidē bene figuratū
legimus in filijs Iſrael, qui in tāta multitu-
dine erāt, ꝙ ſexcēta millia ducēta ex Ægy-
pto per mare rubrū in deſertū per Moyſem
educti fuerūt, quib. oïb. promiſſa fuit terra
promiſſionis, per quā figuratur regnū cœ-
lorū: per populū vero Iſraeliticū populus
deſignatˀ Chriſtianus, qui nūc vere eſt po-
pulus Dei, hiſtoria patet per diſcurſum libri G
Exodi: Ecce tota illa multitudo populi Iſrae
litici, quib. vt præſertˀ promiſſa fuit oïb. ter-
ra promiſſionis (peccatis tñ eorū exigenti-
bus) ï deſerto mortui ſunt ꝑter duos, vide-
licet Ioſue, & Aleph: ergo nimis ē timēdū,
ꝙ ſicut habet ſe figura: ita & figuratū inter
bonos, & malos hoc diſtat: quia mali volūt
facere feſtū ante vigiliā, volētes in hoc ſe-
culo gaudere tēporaliter, & ideo in futuro
ſeculo faciēt vigiliā pro feſto, qđ hic habue
runt: vbi æternaliter lugebūt. Qđ bene in-
nuit B. Greg. in Hom. 11. ſup illo verbo, qđ
ſcribitur Matth. 13. Ibi erit fletus, & ſtridor
dentiū, ſic inquiēs: pręſentia gaudia ſequun H
tur perpetua lamenta: ideo hic fratres vanā
lætitiā fugite, ſed illic flere & lugere formi
datis. Nemo pōt hic gaudere cū hoc ſeculo,
& illic regnare cū Deo. Hæc B. Greg. aliqui
ēt ſunt, qui vellent venire de feſto ad feſtū:
hoc eſt de gaudio vitæ præſentis, ad gaudia
fęlicitatis æternę, quibus loquitur B. Hiero.
dicens. Difficile nimiū eſt immo impoſſibi-
le, vt quis ꝑſentib. fruatur bonis, & ęternis
delitijs, vt de delitijs ad delitias tranſeat: vt
hic ventrē, & illic mētē impleat: vt in vtro-
que ſeculo ſit prius, & ï vtroq; appareat glo
rioſus: vñ dicit S. Ciela, ſic impoſſibile eſt,

vt

A vt ſecularē gloriā habētes in delitijs, ac vo-
luptatibus mūdi viuētes, cęleſtē faciāt fru-
ctū. Saluator ergo talibus pro tēporali cōſo
latione cōminatur æternū ſuppliciū, dicens
Lucę 6. Væ vobis qui hic habetis cōſolatio-
nem veſtrā. Hinc dicit B. Bernar. Auſteritas
cōuerſationis Sācti Ioānis Baptiſtæ, pecca-
toribus delitioſis, durus æternæ mortis eſt
nūcius. Quid enim nos tātilli, & irrationa-
les ferè reptilia terræ inſanimus: cū ille qui
inter natos mulierū nemo maior ſurrexit:
innocētiſſimū corpus ſuū ſic afflixit, & nos
pretioſis veſtibus feſtinamus indui, & ſplē-
didè, lautè, ac delicate epulari. Nō ſic impij,
B nō ſic itur ad aſtra: quia dicit B. Auguſt. Bo-
na terrena Chriſtus cōtempſit: vt oīa terre-
na cōtemnenda monſtraret: & mala mundi
ſuſtinuit, vt ſuſtinere mala doceret: vt neq;
in illis quæreretur fęlicitas, neq; in iſtis ti-
meretur aduerſitas. Hinc auſculta Sanctum
Bernardū ſic dicentē. O homo, q̄ amabilis
eſt aīa tua, & q̄ grauia fuerūt eius vulnera,
pro quibus neceſſe fuit Chriſtū vulnerari.
Si nō fuiſſent ad mortē hęc ſempiternā, nū-
q̄ pro remedio filius moreretur: noli ergo
vilipēdere aīæ tuæ paſſionē, cui in tāta ma-
ieſtate tantā vides exhiberi cōpaſſionē. No-
li apprehēdere quid caro velit; ſed quod ſpi
C ritus poſcit. Si verò dicis, durus eſt hic ſer-
mo, nō poſſum eū audire: nō enim poſſum
meipſum ſpernere, & propriā carnē odio
habere: dic mihi vbi ſunt amatores huius
mundi, qui ante pauca tēpora vobiſcū erāt?
nihil ex eis remāſit niſi cineres, & vermes.
Attēde quid ſunt, vel quid fuerūt hoīes, ſi-
cut tu comederūt, & biberūt, & riſerunt, &
duxerūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad
īferna deſcēderūt: hic caro eorū vermibus,
illic aīa eorum æternis ignibus deputatur.
Quid profuit illis inanis gloria, breuis læti-
tia mūdi, potētia carnis, voluptas, falſę diui-
tię, magna familia, & mala concupiſcentia:
D vbi riſus, vbi iocus, vbi iactātia, vbi arrogā-
tia: de tāta lætitia ceciderūt in magnā triſti-
tiā, & in magna tormenta: quicquid illis ac-
cidit tibi accidere pōt: quia homo es, & ip-
ſe homo de humo, limus de limo: de terra
es, & in terrā reuerteris; qn̄ veniet dies vl-
tima neſcis: quæ tn̄ ſubito veniet: & forſan
hodie, vel cras erit. Certū enim eſt, ꝙ mo-
rieris: incertū aūt qn̄, aut qūo, aut vbi: & qm̄
mors vbiq; te expectat: tu quoq; ſi ſapiens
fueris, vbiq; eā expectabis. Hæc enim ſunt
verba Beati Bernardi. Hinc B. Greg. dicit:
Nihil certius morte: & nihil incertius hora
mortis. Ex quo igitur ſcis te breuiter mori-
turū: tene te ſemper in oībus mouentibus, E
humiliter, patiēter, & prudēter, vt moritu-
rū, & dic, hęc nō mouerūt Chriſtū moritu-
rum, nec te mouere debēt, ſiue aſpera, ſiue
aduerſa: ſit tibi quælibet dies, tanq̄ extre-
ma. Vnde Eccleſiaſt. c. 7. dr̄: In oībus operib.
tuis memorare nouiſſima tua: & in æternū
nō peccabis. Itē Hieronymus inquit: Facilè
contemnit oīa: qui ſe ſemp cogitat moritu-
rū. Et hęc de memoria mortis ſufficiāt. Mo-
do redeūdo ad propoſitū cōſiderandū eſt,
ꝙ boni faciūt hic vigiliā in luctu pęnitētiæ:
& iō peruenięt ad feſtū iucūditatis ęternæ.
Et quāuis pnīa ſanctorū virorū multam vi-
deatur hēre aſperitatē, dēt tn̄ leuigari, cōſi- F
derādo tātę glorię immēſitatē: ergo pnīam
agat, q ęterno vult gaudere bono. Ad quod
hortatur nos Saluator, Matt. 3. dicēs: Pnīam
agite: appropinquabit enim regnū Dei. De
qua pnīa dicit ſcriptura: O fęlix pnīa, & cō
uerſio matutina, quia ſecura: qui autē tardè
ſe ad pnīam conuertit; dubius, & incertus
erit: quia vtrū verè, an fictè pęniteat. Vnde
Greg. in homil. 12. Qui pęnitēti veniā ſpo-
pōdit, peccāti diē craſtinū nō promiſit, ve-
ra nāq; pnīa aīam a ſeruitute diaboli libe-
rat, ipſam ſanctificat, ſpiritus ſācti donis, &
virtutibus exornat, ſub protectione Dei col G
locat, in paradiſum coronādā rep̄ſentat, &
pro ipſa allegat, quod heu minime aduertūt
mūdi huius amatores, & auari, luxurioſi, ſu
perbi, guloſi, voluptuoſi, inanis glorię, cupi
di, iracūdi, amatores ꝓprię volūtatis, cōtē-
ptores diuinæ volūtatis, eligētes facere bre
ue feſtū in hoc mūdo, & lōgā vigiliā in in-
ferno. Sic enim dicit B. Greg. Momētaneum
eſt quod delectat, æternū vero qd̄ cruciat:
heu heu, q̄ multi ſunt apud nos: apud quos
iſta p̄dicta parū ꝓficiūt; loquor mūdi ama-
toribus, auertūt faciē ſuā, ne videāt in finē:
oculos enim hn̄t, ſed nō vidēt; aures habēt,
ſed nō audiūt, dū ſe viuere arbitranr̄, & qa
mortē eis diſpoſitā nō metuūt: ideo miſeri H
dāna ipſorū pręuidere cōtemnūt, inſipiēti-
bus ſimiles cenſendi ſunt, qui impiè vſq; ad
mortē vixerūt, & quę digna ſunt morte ege
rūt; nec tn̄ mortē timēt vicinā: cęci ſunt, &
iumētis inſipiētibus ſimiles, nouiſſima ſua,
& quę poſt mortē vētura ſunt nō pręuidē-
tes. Vnde Aug. Multi æternaliter dānantur,
& finaliter in peccatis detinentur, qui ſe ad
vocē Dn̄i nō corrigūt, dicētes cras, cras: eo
ꝙ cras ſubito oſtium clauditur, & remanet
peccator foris ante archā cœleſtis patrię cū
voce coruina: quia ꝓ peccatis gemere no-
luit tpe, quo debuit cū voce colūbina. Hæc

A Aug. Vnde dicit quandā ſimilitudinē hoīs moriētis: o cras cras, q̄ longā reſtim feciſti; & in baratrū mortis procraſtinādo me traxiſti, decepiſti me, & ſum deceptus: nonne hęc miſeria ſuperat oēm miſeriā huius mūdi, nōne ſup his merito affligetur cor meū, & ſatiabitur aīa mea? heu oēs dies mei ſine bonorū operū fructu trāſierūt, quos in laudē Dei, & aīæ meæ ſalutē procurādo expēdere debuiſſem. Et ſubdit, vltra triginta anni ętatis meę elapſi ſunt, & perditi, & miſerabiliter perierūt; tranſierūt tā negligēter, ꝙ neſcio ſi vnq̄ diē aliquē ex oībus his ex-
B pēdi ad Dei volūtatē, & aīæ meæ ſalutē, ſicut fortè debuiſſem, vel ſi vnq̄ beneplacitū famulatū cōditori meo exhibui, ſicut ſtatus meus requirebat; heu me proh dolor, hoc eſt, vnde vulnerātur oīa interiora mea. Itē ſubdit, o Deus æterne, q̄ verecundè corā te, & oībus ſanctis ad iudiciū ſtabo: cum reddere rōnē de cōmiſſis, & obmiſſis cogar, & quid tūc dicā, cū in proximo eſt tribulatio mea? vt de hoc mūdo tranſeā: attēdite quæſo diligēter oēs amatores huius mūdi, euigilate in hac hora: magis gaudere deberē de oratiuncula, vtputa de oratione Dñica, vel ſalutatione angelica deuotè per me dicta, q̄ ſuper millia auri, & argenti. Et ſubdit vlterius
C exclamādo; o mi De⁹, quāta bona neglexi, quæ bene facere potuiſſem: o q̄ male mihi accidit, ꝙ hoc nō præuidi, qn̄ pręuidere potui: o quot horas nunq̄ redituras perdidi: o q̄ modica facta vtilia, & negocia exteriora inutilia tractans: tā multa, & pretioſa bona meritoria mihi neceſſaria neglexi: negocijs non neceſſarijs me implicaui, & neceſſaria dimiſi: o vere nō cognoui, ꝙ ad magnitudinē premiorū cęleſtiū, plus mihi contuliſſet receſſus a vanitatibus ſeculi: & ſollicita cordis mei, ac ſenſuū meorū cū puritate, ac pietate cuſtodia, q̄ his neglectis per affectū in-
D ordinatū oīs mūdi lætitia: heu quanta bona in tāto tpe ſano corpore potuiſſem feciſſe: quod nūc optarem pro oībus delitijs, diuitijs, & honoribus huius mūdi; & heu nō feci? O q̄ immēſas diuitias ſpirituales, & theſauros cęleſtes cōgregaſſe potuiſſem, & neglexi? o Deus meus, q̄ parua opera ſatisfactoria mihi grata, & accepta eſſent cupiēti ſaturari de micis, quę cadūt de mēſa dnorū ſāctorū, & iuſtorū: & nemo mihi dat: o vos oēs, qui trāſitis per viā, attendite, & videte dolorē meū: cōpatiamini mihi, & miſeremini mei, & quādiu vires ſuppetūt, & tempus iuuat, bonū agētes: cōgregate in horrea cęleſtia cęleſtes theſauros: vt cum defeceritis,

ſuſcipiāt vos in æterna tabernacula: & non E
relinquamini foras in tali hora ſup vos vētura: ſed proh dolor multi, nec iſta attēdunt mortē nō præuidētes: ſicut oēs mūdi amatores. Quibus loquitur Sāctus Ioānes in canonica ſua, dicens: Nolite diligere mundū, neq; ea quæ in mūdo ſunt. Et ſubdit: Si quis diligit mundū, nō eſt charitas patris in eo: ſubiūgit rōnē quare: quia oē quod eſt in mūdo, cōcupiſcētia carnis, aut cōcupiſcētia oculorū, aut ſupbia vitæ eſt: q̄ non eſt ex Deo patre, ſed de mūdo; ſed mūdus trāſit, & cōcupiſcētia eius, qui aūt facit volūtatē Dei: manet in æternū. Itē Iacobus ait: Qui amicus eſt huius mūdi, inimicus Dei cōſtituit. O vtinā ipſius mūdi amatores ad minus at- F
tēderēt ſeueritatē diuinę iuſtitiæ, quę in extremo examine diſtricti iudicij vniuſcuiuſque merita iudicabit, & puniet ſine oī miſericordia: non decipitur humana aſtutia, nec flectitur ſupplicamine lachrymoſa: diſtrictū enim iudiciū Dei nihil patitur trāſire inultū. De quo quidē diſtricto iudicio dicit Anſelmus. O q̄ anguſtę, vndiq; reproborū viæ: ſuperius erit iudex iratus: inferius horrēdū chaos inferni, a dextris qdē peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia ad ſuppliciū trahētia, interius conſciētia vrens, exterius G
mūdus ardēs: peccator ſic deprehēſus, quo fugiet? latere erit impoſſibile, apparere vero intolerabile. Vñ Ioan. Chryſoſt. Nec reſiſtendi virtus erit, nec fugiendi facultas, nec pnīæ locus, nec ſatisfactionis tp̄s, ex anguſtia oīum rerū nihil erit niſi luct⁹. Et ſubdit, nec filij pro parētibus, nec parētes pro filijs intercedēt, nec Angeli ꝓ hoīb. facient verbū, ſicut ſolēt: q̄a natura iudicij nō accipit miſericordiā, &c. Si Beata Virgo, & oēs Sācti rogarēt ꝓ vno peccatore defuncto ī peccato mortali, nō exaudirentur: ergo fratres chariſſimi hoc diſtricti iudicij examē oī tpe & hora añ mētis oculos ponite: pnīam agētes; oēs volētes ſaluari bona opa cumulēt, H
ꝓ q̄ Deus reddat eis ꝓpitius. Quia dicit Bernardus: Si Deus nō ē tecū ꝓ gratiā, adeſt tibi ꝓ vindictā: Sed væ tibi, ſi ita tibi adeſt. Illi nāq; iraſcit Deus, quē peccatorē nō flagellat: nā quē flagellādo in pñti nō emēdat, in futuro ęternaliter cōdemnat. Iuſtitia.n. Dei aliud iudicare nō pōt, niſi ꝙ merent opera, q.n. diligit mūdū, plus q̄ Deū, ſeculū q̄ clauſtrū, gulā q̄ abſtinētiā, luxuriā q̄ caſtitatem, nō eſt de numero ſaluādorū, ſed cōdemnādorum. O ſi nūc cuncti, & ſpecialiter mūdi amatores attēderēt, & in aīo oī tpe reuoluerēt, & memorarentur eādē acerbitatē, & æterni-

A ęternitatē pęnarū infernaliū, nulli dubium quin multi, & infiniti a peccatis ceſſarēt mūdū fallacē, & doloſum relinquentes, nō ſic irēt poſt cōcupiſcētias ſuas. Qui heu Dei pcepta minime aduertūt: immo paruipēdentes pro nihilo reputant, cū tñ ſine obſeruatione mandatorū Dei, nullus ſaluari poſſit. Sicut teſtat̃ Saluator, Mat. 19. dicēs: Si vis ad vitā ingredi, ſerua mādata Dei. Itē in Exo. 20. c. Ego ſum Deus fortis, & ęmulator: reddens iniquitatē patrū in filios in tertiam, & quartā gñationē eorū, qui oderūt me, ſ. mādata mea nō cuſtodiēdo, & peccādo: & faciēs miſericordiā in millia his, qui diligunt
B mādata mea cuſtodiēdo. Hinc Pſal. imprecatur talib. maledictionē, dicēs: Maledicti, qui declināt a mandatis tuis. Auſcultent mundi amatores ſnīam Athanaſij in ſymbolo ſuo, q oportet nos oēs de oib. operib. nr̃is i die iudicij reddere rōnē. Et qui tunc bona egerūt, ibunt in vitā ęternam: qui vero mala in ignē æternū. Vñ Apoſtolus ait. 2. ad Corint. 5. c. Oēs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſq; put geſſit in corpore, ſiue bonū, ſiue malū fuerit ſine oī exceptione, ſine oī excuſatione: tūc cum miſeris damnādis, qui pęnitere neglexerūt exprobrādo dicet: vbi ſunt hij, qui ab initio
C a diebus antiquis huic mūdo toto ſeruierūt deſiderio, qui voluptuosè viuētes varijs ſe deſiderijs ſubdiderūt? Eya, quid nunc pſunt eis bona terrena, q̃ tanq̃ vmbra velociter trāſierūt, q̃ breuis delectatio tā lōgā reſtem poſt ſe trahere æternæ miſeriæ: o ſtulti, & vecordes, quid iuuāt vos nūc dulcia vniuerſa, quib. tā celeriter pſuncti eſtis: ſi qdē nūc e cōuerſo plāgere vobis ęternaliter conuenit, & plāgēdo exclamare, & dicere vę, vę, vę nobis iā nūc, & in ęternū, vę q vnq̃ nati ſumus, vę q amplius mori nō valemus, vę quia in ęternū torquebimur, nec a tormentis vnq̃ liberabimur: o quis eſt qui talia reco
D gitet ſupplicia, & hęc ad cor ponat tormenta? hæc. n. talia ſunt, vt quicquid horribilem mūdo excogitari poſſit: his cōparari incrudelitate nō pōt: o q̃ fęlix incoinquinatus, q poſt gaudia huius mūdi nō abijt, qui nō reſpexit i vanitates, & inſanias falſas: errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumē nō luxit nobis, & ſol intelligētię nō eſt ortus nobis, quid nobis pfuit ſupbia, aut quid diuitiarū iactātia cōtulit nobis, trāſierūt oia illa, tanq̃ vmbra trāſit, quod tpale fuit; ſed proh dolor, remanet, qđ in æternū manet: o æternū nunq̃ finē habiturū in Deū, o finis ſine fine, o mors grauior oī morte, ſemp mori eteni mori nō poſſe: o lachrymę inceſſanter profluite, oculi ploratę, & oīa viſcera mea vlulate ſup hac infęlice ſeparatione, q̃ eſt a ſūmo bono, & a facie illa glorioſa, & iucūda, & a cōſortio illo angelico, necnō illo fęliciſſimo numero electorū: & expectatione apponēdi ad illā miſerā, ac crudelē, & maledictā dānatorū turbā, ſine fine cruciandā; o cordiū omnium intimi gemitus, o ſtridor dētiū, & fremitus ſpirituū immēſus, o ploratus, & vlulatus multus, o clamor, & ſonus ęternaliter permāſurus, qui ſemp durabit, & finē nunq̃ hēbit, qui ſemp renouabitur, & nunq̃ terminabit: oculi noſtri miſeri, nunq̃ aliud videbūt, q̃ miſeriā; o aures nr̃æ F
miſeræ nihil aliud, niſi vę, vę, atq; triſtitiam gemitus, ac ſtridores dētium audietis, o pia corda illud interminabile, crudele, æternū, & intolerabile dānationis ſuppliciū reſpicite, & hęc i tpe grę lugete pniam agētes, peccata deplāgite, heu, heu, cur nō hic nos miſeri, immo oib. creaturis miſerabiliores, maxima futura mala puidimus, ac præuenimus, cū robur affuit, cū tps aderat opportunū: vtinā, vt toto tpe illo inutiliter expenſo ſup hoc nobis vna horula, in remediū tātæ pęnę fuiſſet cōceſſa: ſeu heu (ſentētiāte diuina iuſtitia) pcluſa eſt nobis ſalutis via, negata miſericordia, ſpes oīs ablata. Quid plu G
ra? nos miſeri, & oīum creaturarū miſerabiliores in tm̃ affligimur, & dolemus de illo vę æterno, vt qualiſcūq; terminus excogitatus, dūmodo finiēdus foret, eēt nobis ſolatioſus ſup oia ſolatia, & gaudia mundana: qm̃ poſito p impoſſibile, q eēt aliquis lapis molaris, adeo magnus, q vbiq; circū ferētiā cęli cōtingeret, & q aliqua auicula, minimę quātitatis, poſt cētū millia annorum veniēs de lapide pdicto ſolūmō, tm̃ p roſtrū ſuum euelleret, quātū ē decima pars millij, & iterū poſt cētū millia annorū, ſicut pri⁹ auicula vnā particulā de decē auferret, & ſic p ſingulas partes, ita q i decies cētenis millibus H
annis nō plus diminueret quātitas lapidis, niſi quātū hēt in magnitudine granū milij: en proh dolor, nos miſeri multū gratulati, & cōſolati eſſemus, q poſt lōgam, & plenā cōſūmationē totius lapidis finē hēret ſnīa nrę dānationis ęternę: ſed heu, hęc eadē cōſolatio nobis miſeris a diuina iuſtitia eſt abnegata: qui hēt aures audiendi audiat, & ad cor ponat hæc horribilia vitā emēdādo, hic in tpe grę pęniteat: quia taliter flagellabuntur in ęternis cruciatibus, qui hic in tpe grę a flagellis filiorū excipiuntur. Vñ dicit Beatus Gregor. proſper ſucceſſus tpaliū æternæ

A damnationis certiſſimũ eſt ſignũ. Quid er-
go faciẽdũ eſt, vt infernũ euitemus? Dico ꝙ
Deus, qui ſm Apoſtolũ vult oẽs hoĩes ſal-
uos fieri, & ad agnitionẽ ſui noĩs ꝑuenire,
duo nobis verba in Euãgelio ꝓpoſuit: quo-
rũ vnũ dixit manẽs ĩ carne, alterũ dicturus
eſt in extremo iudicio: in quib. verbis ꝓpo-
nit nobis bonũ & malũ, vitã & mortẽ, be-
nedictionẽ & maledictionem: elige ergo o
hõ alterũ illorũ: quia velis nolis oportet te
alterũ illorũ ſequi: elige ergo qđ volueris,
vnũ ex his duob. oportet te eligere: primũ
ſcribit Matt. 3. pnĩam agite, & talis pnĩa ve-
ra dicta põt dici vita religióſa, virtuosè de-
B ducta: ſm dicet in diſtricto iudicio in nouiſ
ſimo die, & ſcribit Matt. 25. ite maledicti in
ignẽ æternũ, ſi ergo primũ accipies pnĩam
agẽtes, ſecurè euades ſm: ſi aũt primũ cõtẽ
nis, abſq; dubio ĩcides ĩ ſm. De iſtis verbis
ſimul iũctis, dicit Bern. rñdẽt nobis mundi
amatores cũ pnĩam ꝑſuademus, & dicũt ſi-
cut indurati, & excęcati dixerunt: durus eſt
hic ſermo, quis põt eũ audire? erratis iſani,
durũ ne vobis videatur cum dr̃ pnĩam agi-
te, &c. audituri eritis duriorẽ, ſ. ite maledi-
cti in ignẽ ęternũ, vbi cruciatus ęternaliter
ſuſtinebitis duriorẽ, qđ Deꝰ auertat: pnĩam
inſpirãdo, & qd ſi hęc oĩa horribilia, & ter
C ribilia ꝑdicta ſeruos diaboli, & mũdi amato
res ad cõuerſionẽ vitæ ſuę, & ad pnĩam agẽ
dã nõ inducũt, nihil ſupeſt, niſi vt attẽdant
ĩmẽſitatẽ gaudiorũ cęleſtiũ. De qb. dicit Pſ.
83. ꝙ melior eſt ibi dies vna, q̃ mille dies in
hac vita: Vnde dicit alibi: qm̃ mille anni an-
te oculos tuos, tanq̃ dies heſterna, q̃ ꝑterijt,
ſ. læte deducta in hac vita. De quib. gaudijs
dicit Gregor. ibi pax eſt ſine diſcordia, volũ
tas ſine mãdato, iuſtitia ſine iniuria, iuuẽtus
ſine ſenectute, decor ſine deformitate, vita
ſine morte, lætitia ſine perturbatione, car-
mina nõ deſunt, ꝑmia nõ deficiũt, amicitijs
nõ egebitur, regnum nõ amittitur, ibi nihil
D deerit quod libuerit, nihil deſiderabitur qđ
nõ affuerit. Itẽ Auguſt. de eiſdẽ gaudijs cę-
leſtibus, inquit: O pulchra ciuitas: Chrs aĩæ
cibus erit ne eſuriat, potus ne ſitiat, vita ne
illam ſenectus diſſoluat, nullus intrinſecus
morbus, nullus extrinſecus metus, in carne
erit ſanitas, in aĩo trãquillitas, in aĩa iucũdi-
tas. Cõcordat Bernar. Lætãtur oẽs ideo: qa
deſiderabilis aſpectu facie decorus, dulcis
ad perficiẽdũ per ſe placet, per ſe ſufficit ad
ꝑmiũ, nihil extra ipſum q̃ritur, quod in ip-
ſo non inuenitur: quia oẽ in ipſo eſt quod
deſideratur. Auguſt. Ipſe finis deſideriorum
noſtrorũ, qui ſine fine videbitur ſine faſti-
dio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. E
Et vt multa paucis cõcludã, audi adhuc Ber
nardũ dicẽtẽ ſic, ibi vera lætitia plena ſcĩa,
ibi oĩs plenitudo ſcĩæ, oĩs pulchritudo, &
beatitudo, ibi eſt pax, pietas, bonitas, lux,
virtus, honeſtas, gaudiũ, lętitia, dulcedo, vi-
ta, ſalus, gloria, requies, amor: & quicquid
bonũ excogitari poterit, ibi reperitur: ſi igĩt
iſta gaudia poſſidere cupiũt ipſi mũdi ama-
tores audiãt Dñm dicẽtẽ; fugite de Babylo
ne, & ſaluabit vnuſquiſq; aĩam ſuã. Babylõ,
ſm Hierony. interpretatur domus cõfuſio-
nis, & directe ſignat iſtũ mũdũ: vbi iã heu
vbiq, terrarũ cõfuſio regnat, ſicut videmus
patẽter in verecũdo veſtitu, & in alijs infi- F
nitis abuſionibus: q̃ experiẽtia magis docet
q̃ ſcribi, vel dici põt: ergo fuga de hoc ſecu-
lo; validius eſt remediũ cõtra vitia, & pec-
cata. Ad quã fugã hortatur nos Dñs in ver-
bo pręallegato, vbi dicit: fugite de Babylo-
ne, &c. Quod quidẽ verbũ exequitur Ber-
nardus, dicẽs: Fugite de Babylone: hoc ẽ de
ſeculo nequã, vbi caſtitas periclitatur ĩ de-
litijs, humilitas in diuitijs, veritas in multi-
loquio, & ſic de alijs. Quo ergo fugiẽdum
puto ad vitã religioſam, q̃ tutior eſt vita, ſi-
ue via ad arctã viã, quæ ad patriã ducit cœ-
leſtẽ. Põt tñ largius loquẽdo per Babylonẽ,
intelligi ſtatus peccaminoſus, qui eſt adeo G
confuſus, ꝙ animã ad imaginẽ Dei creatã
deturpat, vt nullũ imaginis Dei veſtigiũ in
ea reluceat: & niſi Dominus in nouiſſimo
die eandem imaginem in eo inuenerit, ęter
naliter cõdemnabit: vnde dicit: Reddite Cę
ſari, quæ ſunt Cæſaris, id eſt diabolo, qui eſt
oĩum mũdi amatorum Dñs: vnde Dñs per
ſe in Euangelio appellat ipſum principem
mundi: vt patet in multis locis Euangelio-
rum, &c. Item poteſt adhuc largius intelli-
gi: Fugite de Babylone, id eſt de hoc mun-
do peccaminoſo: non per corporis aliena-
tionem, ſed mentis, ſicut fecerunt omnes H
Sancti Dei, qui licet vixerunt in mundo
inter homines, non tamen curauerunt mũ-
dum: ſed omnino ſpreuerunt, & in Chriſto
delectati fuerũt, ſic & nos facere debemus,
fugere videlicet ſic de hoc mundo ad ſta-
tum pœnitentialem, vt prius dictum eſt:
Agite, ſcilicet pœnitentiam; &c. vt pœnas
intolerabiles ęternas, & horribiles decline-
tis, & euadatis, & regnum cœlorum ame-
num, & iucundum, cum Sanctis, & electis
meritis eorũ, & precibus poſſideatis. Quod
nobis præſtare dignetur Ieſus Chriſtus, Ma-
riæ filius, qui cum Patre, & Spirituſancto
viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

QVADRA-

QVADRAGESIMALE ANTEHAC NON IMPRESSVM.

FERIA QVARTA CINERVM.

De pugna ſpirituali.

Sermo Primus.

A *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cum ieiunatis, &c.* Matthæi 6. Quàmuis tota vita noſtra dum ſumus in via, ſit continua pugna, iuxta illud Iob 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram; tempore tamen Quadrageſimali in maiori bello poſiti ſumus: vnde Bernar. in ſerm. hodierno ait: hodierno die dilectiſſimi ſacrum tempus Quadrageſimale ingredituri, tempus eſt totius militiæ Chriſtianæ, & ratio eſt: quia hoſtis noſter bonis operibus inimicus, tanto magis nos impugnare ſatagit, quanto plus bonis operibus
B nos inſiſtere proſpicit: vnde Gregor. 4. Moral. cap. 20. Omnis inquit, qui ea quæ mundi ſunt mente calcant, & ea quæ Dei ſunt plena intentione deſiderant: Diabolum cõcilia ſe ſuſcitant: quia eius malitia inſtigatione ſuę conuerſationis inflammant: Quia hoc tempore plus ſolito impugnamur ab hoſte, ideo magis egemus arte pugnandi. Neceſſitatem huius artis tria probant, Mundana exempla, Sanctorum dicta, & inimici noſtri malitia.

Primò, exempla patet: nam quotidie videmus, quòd multa bella vincuntur ſagaci-
C tate, & peritia: vnde Romani, & Lacedæmones videntes, artẽ pugnandi, eſſe neceſſariã, eam ſuos iuuenes docuerunt, attente conſiderantes, ne impetu, vel caſu, pluſquã ſagacitate, & arte pugnarent: Annibal princeps, & Dux Carthaginenſiũ, volens Itali. inuadere propter guerram, quam cũ Rom. habebat, ſumpſit vnum de Lacedæmonia huius artis peritum, cuius conſilio multorum exercitus vicit, quamuis numero, & virtute eis minor eſſet. Cantopi exemplo hoc exemplum etiam patet, qui Carthag. contra Rom. magnum adiutorium præſtitit; non quidem virtute, ſed arte: Nam eos docuit qualiter in Rom. exercitũ irruerent,
de quo regulã cęperunt; & de ipſo ſagaciter triumphauerunt: Refert Valerius Maximus in 2. lib. quod Poſthumus Tribunus, in Latino bello Conſul, habens vnicum, qui prouocatus a Gemino Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum, ignarus deſcendit, qui vt fortis glorioſam victoriam, & ſpetioſa ſpolia reportaret; quem pater arripere fecit, & in modũ hoſtiæ mactari iuſſit: Sanctius eſſe iudicans patrẽ forti filio, quàm pœnam militari diſciplina carere: vnde Vegetius in lib. de re militari dicit, in omni pręlio non tam multitudo, & virtus, quàm ars, & exercitium ſolet parare, vel D
portare victorias. De Dauid 1. Reg. 19. legitur, quòd quia prudenter ſe habebat, cõſtitutus eſt a Rege Saul ſuper viros belli. E

De hoc probant Sanctorum dicta. In lib. Iudicum 3. cap. dicitur, quòd Dominus dereliquit quaſdam gentes contrarias populo ſuo, & noluit eas diſperdere: vt erudirent in eis Iſrael, & omnes, qui non nouerant bella Cananæorum; & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & haberent conſuetudinem præliandi. Eccleſiaſt. 9. ſimiliter habetur: Hanc quoque iudicaui ſapientia ſub Sole, & probaui maximam ciuitas parua, & pauci in ea viri; ve-
nit contra eos Rex magnus, & vallauit eos, extruxitq́ue munitiones per girum, & perfecta eſt obſidio; inuentusq́; in ea vir pauper, & ſapiens, & liberauit eam ciuitatẽ per ſapientiã ſuam. Vnde Prouerb. 24. Vir ſapiens fortis, vir actus, & robuſtus, & validus: quia cum diſpoſitione innitur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia. F

Tertius, ipſam artem bellandi nobis vtilem probat noſtri inimici malitia; Nã quanto inimicus eſt ſubtilis, tanto plus cautela contra ipſum eſt vtilis: Sed inimicus noſter diabolus eſt maxime aſtutus, Geneſ. 3. Ser-

A pens erat callidior cunctis animãtibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus; ideo contra ipſum valde attenti eſſe debemus. Vnde 1.Pet.5. dicitur: Fratres ſobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens,&c. Patet igitur quomodo ars bellandi ſit nobis neceſſaria, vnde Sancta mater Eccleſiæ, ipſa nobis tradit per omnia Euangelia, qualia in hodierno tamen Euangelio de ipſa tria dicit.

Primum de eius principio effectiuo, ſecundum de eius actu operatiuo, tertium de eius fine operatiuo: propter primum habetur a quo fit, propter ſecundum circa quæ
B fit, propter tertium ad quid fit. Primũ habetur in principio Euangelij, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ſecundum ibi, cum ieiunatis, &c. tertium ibi, vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit.

Primò ponitur huius artis principium effectiuum, dixit Ieſus; vbi ſciendum, quòd huius artis Doctor tria debet habere, ſummam ſapientiam, perfectam experientiam, & maximam beniuolentiam. Primò debet habere ſummam ſapientiam: quia ſapientis eſt omnia cognoſcere: vt dicit Philoſophus in 1.Meth. Ita huius artis Doctor debet omnes circunſtantias belli ſcire: nam qui errat
C in vno puncto, perdit totum: quia ibi poteſt conſiſtere victoria, & perditio, & poſt conflictum non valet pœnitudo. Secundò debet habere perfectam experientiam; nulla enim ars poteſt doceri a non experto: vnde eſt Prouerb. Medicus ignorans non ſanat, ſed vulnerat: maxime Doctor huius artis debet eſſe bene expertus: quia multa credit homo facere, vel euadere, quæ non poteſt: Vnde Eccleſiaſtici 34. Vir expertus, & qui multa didicit aperiet intellectum; ad hoc valet exemplum Alexandri: Quando antiqui milites, qui fuerant cum patre ſuo, volebant diſcedere ab eo, dicentes ſe vlterius
D præliorum anguſtias ferre non poſſe, quibus ipſe reſpondit, magis eligi ſenium grauitatem, quàm iuuenum confidentiam; ſe autem agunt cum cõſilio titubantes, & experientia facit eos victores. Tertiò debent habere fideliſſimam beneuolentiam, vnde non vnum pro alio doceat, ficut multi proditores capitanei, & conſiliarij faciunt; hîc cadit exẽplum Cuſi, & Achitofelis, 2. Regum, cap.7. Hæc omnia perfecte in Chriſto noſtro duce, & magiſtro fuere, hic vero nos docet artem pugnãdi, Pſal. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ:

Tres conditiones Magiſtri ī Chriſto.

primo ſapientia in cognoſcendo, Daniel. 3. E
Domine tu noſti omnia, antequàm fieret, & Ioan. 16. nunc ſcimus, quia ſcis omnia: ſecundò experientia in operando, Act. 1. cœpit Ieſus facere, & poſtea docere: vnde cum mundo pugnauit, iuxta illud Ioan. 5. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Et cum diabolo, vnde Auguſt. in lib. de agone Chriſtiano. Multi dicunt quoniam poſſum vincere diabolum, quem non videmus: ſed habemus magiſtrum Chriſtum, qui nobis in ſeipſo monſtrare dignatus eſt, quomodò inuiſibilis hoſtis vincatur. Tertiò beneuolentiam in conſulendo: quia fidelis Dominus F
in omnibus verbis ſuis, & Sãctus in omnibus operibus ſuis, ait Pſal. & Num. 23. Non Deus eſt homo, vt mutetur, neque vt filius hominis, vt mentiatur: Dixit ergo, & non faciet, locutus eſt, & non eueniet? quaſi dicat, non. Hoc ergo eſt principium effectiuũ huius belli: Quod dixit Euangelium: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sequitur, cum ieiunatis, vbi ponitur de arte bellica, quoad actum operatiuum, circa quod ſciendum, quòd ſicut eſt triplex pugna temporalis, videlicet ciuilis, campeſtris, & naualis; ſic eſt triplex pugna ſpiritualis, ſcilicet cum carne, quæ eſt ciuilis; cum diabolo, quæ eſt G
campeſtris; & cum mundo, quæ poteſt dici naualis: Primum bellum vincitur per abſtinentiam, hic de ieiunij virtute: ſecundum per rectam conſcientiam: tertium per conculcantiam auaritiæ. Propter primum dicitur 1. Corinth. 12. Ego ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans, &c. vnde B. Auguſt. in regula carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quam valetudo promittit: Hoc autem debet fieri per regulam æternam non mundanam: vnde ait Dominus, Cum ieiunatis, &c. Propter ſecundum Gregor. in 1. Moral. c.41. Ad hoc H
inquit pugnat diabolus, & inſidiatur, vt hoc, quod rectum coram hominibus agitur, ante conſpectum æterni iudicis vitietur, & in bono opere intentionem polluit: vt quod in actione ſequitur, eo purum & mundum non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Vincitur ergo, quando bonum quod fit, recta conſcientia operatur, vnde ſequitur; Tu autẽ cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua: Quod ſic intelligitur ſecundum Auguſtinum in Homilia, Vnge caput tuum, id eſt lætifica Chriſtum, qui eſt caput omnium fidelium; Et faciem tuam

Triplex pugna.

A tuam laua, id eſt conſcientiam purga, & rectifica.

Propter tertium Auguſt. dicit: Mundus vincitur, cum eius cupiditas non amatur, ſed ſpernitur, & ad bonum cœleſtis patriæ inſudatur: vnde ſequitur; Nolite theſaurizare vobis theſauros in cœlo,&c.

Sequitur, vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit: vbi ponitur de pugna ſpirituali, quoad finem deſideratiuum:quia finis huius pugnæ debet eſſe vita æterna: Quia vbi eſt theſaurus tuus, ibi debet eſſe & cor tuum; ne perdamus eum per carnem inficientem,per diabolum decipientem,& per B mundum deficientem: Et poſſumus dicere, quòd vita æterna, theſaurus omnium diuitiarum eſt; quia oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, &c. Eſt theſaurus ſapientiarum: quia nunc cognoſcimus ex parte, tūc autem ficut & cogniti ſumus. 1.Corinth. 12. Eſt & theſaurus delitiarum:quia omne bonum ibi habetur,& nullum malum timetur;quicquid deſiderabitur aderit; Et omne quod erit ibi ſummus Deus, & ſummum bonum erit, & quod eſt omnino fœliciſſimum, ita ſemper C fore credendum: vt Auguſt.dicit: Hic ponamus auctoritatem Auguſtini de ſummo bono, & de fœlicitate æterna. Concedat nobis Deus ſic cū noſtris inimicis pugnare:vt tantum theſaurum non poſſimus perdere: ſed acquirere, quod propter ſuā magnam miſericordiam faciat, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

FERIA QVINTA Cinerum.

De patria, & de qua arte ſunt meliores D *pugnatores.*

Sermo II.

C*Vm introiſſet Ieſus Capharnaum, &c.* Matth.9.Heri diximus, quam ſit vtilis doctrina pugnandi, & cum quibus pugnare debemus: Hodie dicemus de qua patria, & de qua arte ſunt meliores pugnatores.Meliores pugnatores primo in temporalibus, ſecundo in ſpiritualibus, tertio hæc notantur in Euangelium. Quoad primum dicenda ſunt duo, primo de qua patria, ſecundo de qua arte.

Propter primum ſciendū eſt, quòd ſecundum Vegetium in lib.de re mil.De parte Orientali non ſunt boni pugnatores; & ſtatio huius eſt, quia propter nimium calorem ſolis habent modicum de ſanguine, & ideo ſunt timidi: quia illud modicum, quod habent, timent perdere: propter quod ad pugnandum non ſunt apti. Secùdo nec de parte Occidentali ſunt boni,quia valde abundant ſanguine, & ideo ſunt nimis audaces, & minus ſagaces: ſed de medio ſunt meliores, quia non deficiunt valde in ſanguine, ideo non ſunt nimis timidi; nec valde abundant, ideo non ſunt vltra modū prompti: Et illi ſunt omnes, qui habitant in regionibus inter Occidentem, & Septentrionem illius partis, quæ dicitur Europa: vt ſunt Bertones, Gallici, Hermanici,Daſterniti, Theotonici, qui appropinquant Galliam & Italiam, Cōſtantinopolitani,Chriſtiani, & omnes Italici,& horum medij ſunt meliores, ſ. Romani, vnde nunquàm fuit ratio, quæ præeſſet toti orbi ſicut Romani.

Secundum vidēdum eſt, de qua arte ſunt meliores pugnatores, vbi ſciendum ſecundum eundem Vegetium,quia de robuſtiori G exercitio, vt ſunt fabri ferrarij, malleatores,macellarij; venatores apum, & vrſorū, & ceruorum: ſed non de arte delicatiori,vt ſunt ſutores,barbitonſores, piſcatores, aucupatores; Et ratio huius eſt, quia illi ſunt aſſueti in maiori labore, & ideo non timēt percutere,& arma portare; iſti autem non tangunt niſi acum, raſorium, accipitrem, vel hamum, & nulla eſt conuenientia inter acum,& lanciam, retem, & loricam. Habemus ergo duo; de qua patria, & de qua arte ſunt meliores bellatores in pugna temporali. H

Secundò videndum eſt hoc in pugna ſpirituali. Hic cadit exemplum de Dauid, quia interfecit leonem & vrſum, non timuit percutere Goliam. j. Reg. 17. Vnde ſciendum,quòd per Orientales intelliguntur homines, qui ſunt ſenſibiles & voluptuoſi; quia a ſenſu oritur cognitio,qui nō ſunt boni in pugna ſpirituali,quia nimis dediti mundo timent perdere, & dimittere, quæ habent propter Deum: Ideo ſunt timidi; ſicut illi, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, Lu. 8. Et iſta ſunt ſigna Orientalium nationum, puta Æthiopum: Eo quòd ſol circuit ſuper capita eorum,ſunt nigri,in crinibus criſpi, in cutem aſperi,in omnibus membris tenues

A ſeu macilenti. Ita illi mundani: quia ſunt nigri propter remorſum conſcientiæ, Baruch 3. Nigræ ſunt facies eorũ a fumo, qui in domo ſunt, ideſt conſcientia perturbata: Criſpi capiti propter appetitũ auaritiæ, Amos 9. Auaritia eſt in capite omniũ: aſperi propter dolum inuidiæ: neque enim eſt oculus inuidi. Eccleſiaſt. 7. Maciléti in cute propter inſaturitatem miſeriæ, & ſimilãtur illis bobus, vel vaccis viſis a Pharaone in ſomnis, dum putaret ſe ſtare ſuper fluuiũ, quę emergebant de fluuio fedæ, côfectæq; marie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus, ideſt in mundi principio, B vel delitijs, Gen. 41. Et iſti non ſunt boni in pugna.

Sed nec illi de Occidente, ideſt qui intellectu ſunt curioſi, quia in intellectu terminatur cognitio; Eo quòd ſunt nimis prõpti, & in ſe confidentes, & ideo labuntur in errores, & tradunt in reprobum ſenſum; Qui dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Rom. 1. Et iſti habent illa ſigna Occidentalium nationum, quia ſunt in corde alti ſiue elati, & in prole fęcundi, in facie pulchri, in comeſtione intemperati: Ita iſti ſapientes mundi ſunt alti in mente propter ſapientiã C Iob 11. Vir vanus erigitur in ſapientiã; fęcundi in prole propter laſciuiam, Amos 6. Dormitis in lectulis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, in facie pulchri propter vanãgloriam: vana eſt pulchritudo, primorũ, vlt. in comeſtione intemperati propter gulam, quia Deus eorum venter eſt, & gloria in confuſione, vnde Pſalm. Neque ab Oriẽte, neque ab Occidente, &c. ſunt boni pugnatores. Iſti non ſunt boni pugnatores. Erũt ergo boni pugnatores illi, qui ſunt in medio: quia virtus conſiſtit in medio, & iſti non ſunt timidi, ſicut Orientales, quia non timẽt propter Dominum pati, nec ſunt de ſe nimis proſuntuoſi, ſicut Occidentales: G quia Deum timent vt filij, & retinent iſta ſigna media, ſ. gentium de Europa: quia ita in animis, ſicut in corporibus habent temperantiam; non enim ſunt furioſi, nec remiſſi, ſed ſunt liberales, magnanimi, nolũt communiter ſubijci, ſed omnes eſſe liberi. Ita debent milites Chriſti, quia non furioſi propter iram, nec remiſſi propter accidiã, ſed liberales propter charitatẽ; Et magnanimi propter fidem, & ſpem, & volunt eſſe liberi propter ſanctitatem: quia vir ſanctus iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur, j. Cor. 2. Et propter hoc Apoſt. admonet dicens Epheſ. 4. Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Chriſtus donauit nobis, Eſtote imitatores ſicut E filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos.

Secundò videndum eſt de quo exercitio ſunt meliores pugnatores, & vt dicebam, de exercitio robuſtiori. Iſti proprij ſunt religioſi, qui magis ſunt apti ad ſpirituale bellum, quàm mũdani, quia ipſi quotidie ſunt in exercitio pęnitentiæ, poſſunt.n.dici malleatores propter pęnitentiam; venatores aprorum, & vrſorum propter peccatorum conſcientiam: quia in omni die venantur; F & confitentur propria peccata: Homines autem ſeculares ſunt delicati, ignorant.n. cilicium, ſilentium, ieiunium, diſciplinam, & vigilias; rarò confitentur, & ideo nõ ſunt ita boni in exercitio ſpirituali; non tamen eſt dicendum, quòd de ſecularibus non ſint aliqui boni, & de religioſis aliqui mali; ſed quo ad ſtatum, in quo magis ſunt apti ad ſpiritualem pugnam religioſi, quàm ſeculares.

Habemus ergo de qua patria ſunt meliores bellatores, quia de medio terræ eo quòd eſſe debeant ſolliciti ſine pigritia, Rom. 12. Solliciti non pigri; humiles ſine ſuperbia, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. j. Pet. 5. Confidẽtes de Dei miſericordia, & erubeſcentes de G propria culpa, quia Deus iuſtus, & miſericors eſt: iuſtus inquam pęnitere nolẽtibus, ſed miſericors confidentibus de miſericordia, te erubeſcentibus de propria culpa. Habemus ergo de exercitio eum, quia de obedientia. j. Reg. j. Melior eſt obedientia, quàm victima.

Tertiò vidẽdum eſt quò hæc omnia notantur in Euangelio hodierno: in quo fit mẽtio de vno Cẽturione, qui cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum H rogans, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo, &c.

In illo Cẽturione notari poſſunt ea quæ dicta ſunt: nam fuit ſollicitus ſine pigritia: quia acceſſit ad eum, ſecundus humilis ſine ſuperbia, quia rogans eum: tertius ſecurus de Dei miſericordia, quia dixit, Domine, puer meus iacet in domo, &c. quartus confeſſus culpam, Domine non ſum dignus, vt intres, &c. quintus in obedientia, nam, Et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: ſicut ſunt viri religioſi, quia ſub obedientia prælati ſunt poſiti, quæ maximi eſt aceriti: vnde fertur, quòd quidam monachus dixit S. Machario, Pater Abbas volo ſolus in de-

ſerto

A ſerto facere pœnitentiam, cui reſpondit,
crede mihi, maioris meriti eſt ſubijci Ab-
bati, & ei humiliter obedire, quàm in deſer
to ſolitarie viuere. Vnde videatis, quanta
ſit virtus ſanctæ obedientiæ. Duo parua
exempla de vitis Patrum referam.

Hortatur ibi, quòd quidam miles renū-
tians ſeculo cū filio ſuo vnico, perrexit ad
monaſterium, & promiſſa obedientia Ab-
bati viuebat ſanctè, quem Abbas probare
volens ſi verus eſſet obediens; die qua Cli-
banus monaſterij incēdebatur vocauit eū,
dixitq́; ſibi ſi diligeret verè filium, quod
per obedientiam proijceret eum in Cliba-
B num, qui ſtatim obediuit, & factus eſt ignis
puero ſicut ros, & illęſus exiuit.

Fertur etiam, quòd Abbas quidam volēs
cuiuſdam fratris obedientiā probare, plā-
tauit lignum ar dum, vocauitq́; fratrem, &
præcepit ei, vt tamdiu irrigaret lignū quo-
uſque produceret fructus. Diſtabat autem
aqua multum a monaſterio, quod fecit ille
per tres annos, & lignum viride factum eſt,
& attulit dulciſſimos fructus, quos Abbas
colligens cūctis fratribus dedit, dicēs, fra-
tres comedite fructus ſanctæ obedientiæ.
Hic cadit exemplum de Abraham, qui vo-
C luit immolare filiū ſuū propter obedientiā.

Concludamus ergo, quod miles Chri-
ſti debet eſſe ſollicitus ſine pigritia, hu-
milis ſine ſuperbia; confidens de miſericor
dia Dei; erubeſcens de culpa: & ſubiectus,
& conſtitutus in obedientia: Hoc ſi habe-
bis, curabitur puer tuus, ideſt anima tua; Et
mereberis recumbere cum Abrahā, Iſaac,
& Iacob in regno cœlorum, quod nobis
præſtare, & concedere dignetur Dominus
noſter, qui eſt benedictus in ſæcula, Amē.

F E R I A   S E X T A
D
Cinerum.

Quomodo in perſona agnoſcuntur boni pugnatores.

Sermo III.

A*Vdiſtis, quia dictum eſt anti-
quis, &c.* Matth. 5. Diximus
heri de qua patria, & de qua
arte bellatores ſunt eligendi.
Verum quia omnes homines
eiuſdem patrię, ſeu artis non ſunt æquali-
ter fortes, congruum eſſe videre in quo
poſſunt cognoſci viri bellatores. Hodie E
igitur videbimus ſigna boni pugnatoris.
Attendite.

Vegetius in lib. de 2. mili. ponit quinq; *Quinq; ſigna veri pugnatores.*
ſigna, quæ requiruntur ad verum pugnato-
rem. Primum pectus latum, ſecundum ca-
put erectum, tertium carnem durā & ner-
uoſam, quartum vocem virilem, quintum
corpus liberum, & in nullo monſtruoſum.

Primum debet habere pectus latum, qđ
indicat robuſtum, & fortem, ſicut videmus
in animalibus, quod ea, quæ ſunt in pecto-
re lata, ſunt fortiores vt leones, & vrſi. F

Secundum debet habere caput erectum,
quia indicat cordatum, & ſecurum, quod
in bello eſt maximè neceſſarium. Vnde ſcri
bitur Deuteron. 20. Si quis homo formido-
loſus fuerit, & in corde placidus non exeat
ad pręlium, ſed reuertatur in domum ſuā,
ne pauere faciat corda fratrum ſuorum.

Tertium debet habere neruoſa mēbra,
& non carnoſa: quia nerui ſunt fortiores
carnibus: Caro etiam debet eſſe dura & nō
mollis: quia vt dicunt ſapientes, mollities
in carne hominis indicat bonum intelle-
ctum: durities autem robuſtum animum,
quod quidam in bello eſt valde neceſſariū. G

Quartum debet habere vocem virilem:
quia vir muliebris, vel effęminatus non eſt
aptus ad pugnam: Legitur enim antiquis in
hiſtorijs, quòd Rex Sardiniæ nomine Pol-
lio ita erat deditus mulieribus, vel mulie-
bribus, vt non loqueretur cum ſuis baroni-
bus, nec cum aliquo, ſed reſpondebat, &
præcipiebat per cedulas, a mulieribus rece-
dere nolens; Quidam autem Dux exercitus
ſui, cum ei diu ſeruiſſet, iuit ad eum, quem
Rex honorare volens, præcepit ipſum ad ſe
intrare; Dux ille aſtutus in bellis videns
Regem ſicut mulierem, ſpreuit eum, & au-
ſus eſt ipſum inuadere; Rex autem timens
fugit; Et quia non credebat manus Ducis H
poſſe euadere, ſe in certo loco cum toto
theſauro ſuo in domo ſua claudens com-
buſſit.

Quintum debet habere corpus liberum, in
nullo monſtruoſum, non minutum in ali-
quo membro: diminutio enim membris
cuiuslibet habet impedire pugnantem: vn-
de cōnſueuerunt cum capiunt aliquem ip-
ſum in aliquo membro exturpiare, vel mu-
tilare, vt in bello vlterius non poſſit pu-
gnare: legitur primum Regum 11. quod
Naas Dux Ammonitarum obſedit ciuita-
tem Iabes, & ciues Iabes voluerunt cum
Naas fęderare; qui dixit eis, in hoc volo

A vos federatus, vt omnium veſtrum oculos dextros eruam, hoc autem faciebat, ne populus poſſit pugnare; quia pars ſiniſtra in bello tegitur clypeo, dextra verò erat cæca: Ita quod boni pugnatores eſſe non poterant.

Statura autem non tam debet eſſe alta, magiſque virilis bene formata: multi enim homines parui vincunt magnos; Ita quod magnitudo non arguit bonum tyronum. Magnus erat Golias, & Dauid minor: verum ille Gigas interfectus eſt a Dauid. In hiſtoria Alexandi legitur, quòd Porus Rex Indorum cum eo pugnare volens, habuit
B in ſuo exercitu 13. millia currus: 300. Elefantes, in quorum quolibet turris lignea erat, in qua triginta homines exiſtebant: vnde exercitus Alexandri perditus eſt; & plus propter animalia, quàm propter homines: Ipſe autem aſcendens equum, nomine Bucefalus dixit, cum Poro Rege volo dimicare; Porus autem ſpreuia eum propter corporis paruitatem, quia Alexander erat trium cubitorum, Porus autem quinque, ſed ignorabat virtutem, & audaciam in corpuſculo latentem, in pugna tamen poſiti ambo: primo Porus Alexandrum percuſſit, & quaſi ſemiuiuum dimiſit: at
C Alexander ſumens vires facto impetu, complicatis brachijs tam fortiter Porum percuſſit, quòd ſtatim interfecit, quo mortuo de toto exercitu triumfauit.

Concludamus ergo hæc omnia dicendo, quòd bellator debet habere hæc quinque: pectus latum, caput erectum, carnem duram, & omne membrum neruoſum: vocem virilem, corpus perfectum, & non monſtruoſum.

Applicatio. Et ſicut iſta debent eſſe in pugnatore
D temporali, ita eo modo debent eſſe in ſpirituali.

Primò debet habere pectus latum propter dilectionem charitatis, vt omnes diligat. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Vnde 1. Ioan. 4. Si Deus dilexit mundum, & nos debemus inuicem diligere: Iſta autem dilectio debet eſſe lata, & vſque ad inimicos diffuſa. Pſal. Latum mandatum tuum nimis: vbi Auguſtinus,) Latum eſt mandatum charitatis, quia omnes debent diligi: ſed eſt nimis, quia non ſolum amici, ſed etiam inimici ſunt diligendi. Vnde Rom. 12. & Prouerb. 15. Si exurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi: Et maxime a fidelibus Chriſtianis hoc debet ſeruari: Cum reperiamus antiquos paganos ſuis inimicis beneficia præſtitiſſe. Narrat Valerius Maximus in lib. 5. quòd Lucius Paulus audiens Perſarum Regem ad ſe victum, & vinctum adduci, quem habuerat ſemper infeſtum, occurrit ei decoratus ornamentis Romani Imperij, conatumq; ad genua procumbentem dextera manu leuauit, & græco ſermone ad ſpem ſalutis exortatus eſt; in tabernaculum ſuum introduxit, & in méſa cum filio eum ſedere fecit, dicens, quod ſicut egregium eſt hoſtem abigere, ita laudabile eſt infelici miſereri: hac de cauſa Dominus noſter dixit nobis, tanquàm ſuis militibus. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui vos oderunt, &c. E F

Secundò debet habere caput rectum propter conſiderationem Deitatis, vt ſemper ad Deum attendat. Coloſ. 4. Omne quodcunque facitis in verbo, vel in opere; in nomine Domini facite. Vnde Auguſt. in libro exhortationis ad Bonifacium di. in omnibus actis, & operationibus ſuis placens Deo, nec ſtudeas facere aliud, niſi ad ædificationem animæ, & in omni opere, quod cogitas facere, primo cogita Deum; & ſi eſt ſecundum eum perfice illud, ſi vero aduerſus, amputa illum ad anima tua: Et in omni oratione, & obſecratione Domini voluntatem, & nõ tuam deprecare fieri: G

Tertiò debet habere carnem duram, & membra neruoſa propter perſeuerantiã ſtabilitatis. Eccleſiaſtici 5. Eſto firmus in via Dei, maxime autem hæc firmitas, & ſtabilitas in hac ſpirituali pugna eſt neceſſaria: Ideo Apocalyp. 2. Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ; figuratur hoc Iudic. 15. vbi dicitur quòd Sanſon in Ethan, cum maxilla aſini interfecit mille Philiſthæos: Sanſon fortis interpretatur, Ethan ſtabilitas: Philiſthijm ruina, interfecit ergo vir fortis in ſtabilitate cum oſſe, & non cum carne Philiſthæos, id eſt ſuos aduerſarios, qui irruerunt in nos: vt eſſent cau ſæ noſtræ ruinæ. H *Exemplũ de Sanſone, q cum oſſe nõ cũ carne.*

Quartò debet habere vocẽ virilem propter euitationem pompoſitatis, & curioſitatis: viri enim non ſunt ita pompoſi, & curioſi, ſicut mulieres; Et in omni opere bono, maxime pompa, & vanagloria debet vitari; vnde Dominus noſter in Euangelio hodierno dicit Matth. 5. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Hic poteſt adaptari hiſtoria Regis Ezechiæ, qui oſtendit omnia bona regni ſui.

Quinto

A Quintò debet habere corpus perfectum propter intentionem perfectibilitatis : vt ea , quæ facit, non niſi bona intentione faciat: quia intentio cuiuſlibet rei nomen imponit: Ideo non niſi intẽtione bona faciat, videlicet acquirendi Regnum Rei , & Deo placendi: vnde Iſidorus in libro de ſinonymis dicit,quicquid agis profutura, age mercede æternæ remunerationis.

Iſti enim mercedem non hic : ſed in futuro recipiunt : futura merces non præſens promittitur Sanctis ; non eſt hic aſpettandum,quod alibi debetur. Patet ergo,quod milites Chriſti habere debent dilectionem
B charitatis, Conſiderationem Deitatis,perſeuerantiam ſtabilitatis , vitationem pompoſitatis,& intentionem perfectibilitatis.

Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno, in quo primo ponitur dilectio charitatis ; Audiſtis quia ſcriptum eſt antiquis, Diliges proximum tuum , &c. Ego autem dico vobis , diligite inimicos veſtros , &c. tanta debet eſſe charitas:vt vſque ad inimicos ſe extendat.

Secundò ponitur conſideratio Deitatis , cum dicitur , vt ſitis filij Patris veſtri ; hoc debet conſiderari , vt filij Dei nominemur, & ſimus. Tertiò ponitur perſeuerantia ſta-
C bilitatis,cum additur: Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt; Perfectio enim eſt ſtabilitas : quia immobilis perſeuerans dat cuncta moueri, Iac.1.apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio:Ita,& nos quantum poſſumus,ipſo adiuuante ſtabiles eſſe debemus . Quartò ponitur vitatio pompoſitatis cum adiungitur , Cum facis eleemoſynam,noli ante te tuba canere; hoc autẽ faciunt pompoſi, & vanaglorioſi, quod nos facere non debemus . Quintò intentio perfectibilitatis ponitur,cum dicitur,Te autem faciente eleemoſynam,&c. Et Pa-
D ter tuus,qui videt in abſcondito,reddet tibi. Hac intentione debemus facere bona opera : vt Deus ſolus videat, & retribuat vitam æternam , Amen.

E

SABBATO Cinerum.

Quòd pugnatores debent exercitio inſtrui, & præmio allici.

Sermo IIII.

CVm ſero eſſet, &c. Diximus heri de quinque conditionibus bellatorum : Hodie dicẽdum eſt primo de bellatorum exercitio,ſecundo de dubio ab ip-
ſis remouẽdo, tertio de præmio quod promittitur. Attendite. F

Primò ſciendum, quòd bellatores oportet multos ſufferre labores ; & ideo exercitandi ſunt prius ad aliqua difficilia:vt in ipſo prælio facilius portent anguſtias præliorum : vnde narrat Frontinus , quòd Cyrus Rex Perſarum volens ſuum populum ducere in exercitu per tres dies in excidenda ſylua fatigauit; deinde optimis epulis refecit; dicens in pugna ſic fortiter laborate,& remunerabo copioſe habita victoria. Idem refert,quod Sylla aduerſus Archelaum pugnans, peioribus militibus vtebatur, opere eos fatigando per exercitium;qui poſtea in G
pugna facti ſunt cæteris meliores.

Secundò notãdum,quòd quia interdum aliqua mira ſtupenda apparent in exercitu ; quibus cor populi aliquando poteſt timore concuti. Ideo eſt neceſſarium populum tũc remouere a dubio,cum talia eueniũt,& ipſa potius ad bonum interpretare. Vnde recitat Frontinus , quod Epaminunda Thebanus cum cõtra Lacedæmones exercitum duceret, poſuit in haſta ſua infulam , quam ventus eleuans depulit in ſepulchrum cuiuſdam Lacedæmonij , de quo turbati milites,dixit eis,Nolite trepidare: quia hoc ſignificat Lacedæmoniorum interitum.Idem H
refert,quòd Sulpitius Gallus videns milites ſtupefactos propter eclypſim Lunæ; hoc ſignum eſt interitus inimicorum: Narrat ẽt, quòd Olabus Athenienſis cum nauigaret ad pugnam , ſubito exiſtente pugna excidit fulgur ante nauem , de quo perterriti milites,dixit,Eſtote ſecuri,Maximus Deus Iuppiter voluit naui noſtræ oſtendere lumen ſuum .

Tertiò ſciendum,quod omnis labor optat præmium, propterea debẽt milites prę- mio allici,& induci: vt libentius pugnent. Alexander, qui bene remunerabat fideliſſimos, *Exemplũ pro p̃mio militari.*

A mos,& probos milites ſemper habebat, & 1.Reg.17.legitur, quod quia Rex Saul promiſit Dauid dare filiam ſuam in vxorem interfecit Goliam Philiſthæos: Habemus ergo, quod milites debent exercitio fatigari ab omni dubio remoueri, & præmio allici.

Applicatio. Iſta tria obſeruat Dux noſter ille inuincibilis Chriſtus ſuis militibus, primò fatigat in anguſtijs, Apocal.3. Ego quos amo, corrigo & caſtigo:vnde Hebr.12.quem diligit Deus corrigit & caſtigat, & flagellat omnem filium,quem recipit: vnde ſignum diuinæ prædeſtinationis videtur in præſenti vita affligi, & in proſpera, & aduerſa pa-
B ti:Nam mundus ſuos amatores per aliquod tempus proſperos facit:Amicos verò Chriſti tribulationibus affligit: vnde dicit Saluator,Ioan.15.Si de mundo fuiſſetis,mundus quod ſuum eſt diligeret: quia vero de mundo non eſtis:ſed ego elegi vos de mundo,propterea odit vos mundus; & ſicut electi eſt ſignum hic pati, ita damnati eſt indicium proſpere mori. Vnde Auguſt. ſoliloquens Domino dicit:Tu conſolatio ſempiterna, quæ ſolis illis retribuis, qui conſolationem huius mundi pro tua conſolatione dimittunt: nam qui hic conſolantur,indigni tua conſolatione habentur;Et qui hic
C contriſtantur, a te conſolantur: nam dignũ eſt,vt amittat te, qui in alio magis conſolari eligit, quàm in te; nemo enim poteſt in vtroque ſolatio conſolari, nec poteſt quis in futuro gaudere: ſed vnum neceſſe eſt,vt perdat,qui alterum voluerit poſſidere. Hic valet exemplum B. Ambroſ. qui Romam pergens in quadam villa Tuſciæ, in domo cuiuſdam magni diuitis hoſpitatus interrogauit eum de ſuo ſtatu, & ſollicite requiſiuit, cui ille reſpondit, ſtatus meus Domini ſemper fuit fœlix. Ecce diuitijs infinitis ego abundo, & ſeruos, & famulos quamplures habeo,copioſam filiorum,& nepotum tur-
D bam poſſideo; omnia ſemper ad votum habui,nec vſquam aliquid aduerſum,vel triſte accidit. Quod audiens vir Sanctus obſtupuit, & hijs qui ſecum erant dixit: Surgite, & fugiamus: quia in loco iſto nõ eſt Deus. Cum ſugeret, & aliquãtulum eſſet progreſſus,ſubito terra ſe aperuit,& illum cum domo, & familia deglutiuit: Quod cernens ipſe dixit; Videte fratres,quod miſericors Deus parcit cui hic aduerſa tribuit, & verè iraſcitur cui proſpera elargitur. Ad huc ibi remanet fouea, quæ huius facti perhibet ſcientiam.

Secundò, in dubijs aſſecurat, quàmuis enim ſuos amicos affligi permittit, non ta- E
men eos dereliquit:ſed adiuuat, hoc poteſt dici aſſicurare in dubijs: quia ſuos ſeruos non deſerit in anguſtijs, 2. Corinth. 1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, & 1. Corinth. 10. fidelis Deus, qui non permittit nos tentari ſuper id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere:ſuper hæc verba dicit B. Auguſt. Deus eſt fidelis in promiſſis: ſuos tentari,& affligi ſuper illud quod poſſint portare non finit: ſed in tentatione dat virtutis augumentum: Et quia diabolo tentandi dat licentiam tentatis, dat F
reſiſtendi potentiam: Vnde ſemper in tribulationibus conſolatur: Hic cadit exemplum Iſaiæ Prophetæ Sanctus ille Propheta reprehendens Manaſſen Regem, ſuper idolorum adoratione: Iuſtus eſt extra portam duci: & ſerra lignea ſecari: Qui cum anguſtiaretur ſiti, & a carnificibus potum aquæ non valeret impetrare, cum tamen iuxta fontem iuſſus eſt ſic acerbe mori:Non eſt oblitus ſui Dominus: ſed per Angelum in os eius miſit aquam de ſublimi videntibus cunctis. Quod ſine dubio ſuæ mortis reſrigerium fuit.

Tertiò præmijs remunerat Hebræ. 11. G
quod inquirẽtibus ſe remunerator ſit, ideo Sapiẽ.5.dicit,Iuſti autem imperpetuum viuent,& apud Dominum eſt merces eorum, & ibidem: reddet Deus mercedem laborũ Sanctorum ſuorum: Hic poſſet recitari hiſtoria de Achior:quę habetur Iudith 5.& 6. vbi dictum eſt ſibi, Deus, cuius virtutem prædicaſti ipſe remunerator tuus ſit, quod patuit Iudith 11.

Patet ergo quomodo Chriſtus ſuos milites fatigat in anguſtijs: Aſſecurat in dubijs,& remunerat præmijs: Hæc tria oſtendit eum feciſſe ſeries Euangelij.

In quo primo ponitur, ꝙ ſuos diſcipulos H
in anguſtia fatigat cum præmittitur: cum eſſet ſero,erat nauis in medio maris,& erat enim ventus contrarius: & diſcipuli laborantes in remigando: vbi dicit Beda in Homil. Quod more diſcipulorum ad huc Eccleſia patitur fluctuationem, in tantum vt fideles dicant illud primus,vt quid Dñe receſſiſti lõgè,deſpicis in tribulatione, & milites Chriſti perſecutiones, & aduerſitates in iſto mundo oportet pati, ſicut diſcipuli in naui.

Secũdo ponitur, ꝙ ipſos ſua pñtia aſſecurat, cum additur, circa quartã vigiliam noctis

A ctis venit ad eos, &c. Vbi dicit Beda: Quòd non omni tempore permittit eos tentari, ſiue tribulari, ſed ſicut pius pater in periculis oſtendit ſe adiuuare, & poteſt dici, ꝙ de tribus aſſecurauit eos Chriſtus. Primò, ꝙ eſſet ſaluator & liberator ſuorum fidelium: quia venit ad eos. Secundo, ꝙ eſſet homo abſque grauamine peccatorum: quia ambulauit ſuper aquas: vbi dicit Beda: Quòd in hoc oſtendit ſe habere corpus leue, & a grauamine peccatorum alienum. Tertio, ꝙ eſſet Deus elementorum, quia aſcendit in nauiculam, & ceſſauit ventus, &c.

Tertio ponitur, ꝙ eis ſua præmia oſten-
B ditur cũ poſt ponitur, & percurrentes, &c. Nam præmium, quod homo conſequatur Chriſto, eſt ſanitas peccatorum, quæ tribuitur per gratiam, & ſanitas corporum quæ datur in gloria: Quia corpus glorificatum nullum perſentiet defectum: quia corruptibile hoc induet incorruptionem. 1. Cor. 15. quod nobis præſtare dignetur idẽ Dominus, Amen.

DOMINICA PRIMA in Quadrageſima.

C

De loco apto ad pugnandum.

Sermo V.

Dvctus eſt Ieſus, &c. Inter cætera neceſſaria ad pugnam committendam videtur eſſe locus, in quo exercitus cõſeruari, & hoſtis offendi poſſit: hic locus oſtendetur hodie: Attendite.

Locus pugnæ quatuor habere debet. Pri-
D mus locus debet eſſe tutus, vt ab hoſte nõ poſſit inuadi: Vnde non debet eſſe prope montem, ſeu inter montes: ne ſuperſit hoſtis: Nam exercitus eſt pene victus, cui aduerſarius dignoſcitur imminere, & deſuper iacula acrius iaciuntur. Vnde narrat Frontinus, ꝙ Cęſar aduerſus Pharnacem filiũ Mitridatis dimicaturus poſuit in colle aciem: Qui incipiens, primo pugnat cũ pila emiſſa in ſubiectos hoſtes deuicit: fert autẽ Lucullus aduerſus Mitridatem, & Tigranem Principes apud Irriganos in Armenia maiori volẽs dimicare, accepit collem eminentem, & exinde deſcendens in hoſtes, ex aduerſo eos deuicit: Aduertendũ eſt autem, ꝙ ſi caſu accidit, ꝙ locus ſit in planitie, debet attendi, ne poſſit inundari a E
vicino flumine, vel lacu: Narrat etiam Frontinus, ꝙ Metellus in Hiſpania, in caſtra hoſtium humili loco poſita: fluuium ex ſuperiori parte immiſit, & ſubita inundatione turbatos hoſtes per diſpoſitos inſidiatores occidit. Sed cur quærimus antiqua? Cum adhuc vigeat memoria Regis Francorum, quando a Saracinis quamuis non debellatus: tamen ex inundatione aquarum victus extitit.

Secundo locus debet eſſe ſanus, vt exercitus moram contrahendo melius conſeruetur: vnde debet attendi, ne malo aere
inficiantur: Bonitas autem aeris in hoc co- F
gnoſcitur, quando non inficitur fedis odoribus, vaporibus: fumis, & nebulis: Non eſt vicinus aquis putentibus, mortuis, & paludibus: Non priuatur vento ſeptentrionali, nec multũ expoſitus auſtrali: Non eſt propinquus locis ſulphureis, operatis, & metallicis: Non hieme multum algidus: Nec æſtate feruens, cuius habitatores habent vocem claram, colorem viuidum, & viſum bonum, auditum ſanum: Hæc ſunt ſigna boni aeris ſecundum medicos: vnde quàm ſit periculoſum in malo aere figere cãpum: Patet in Alexando, de quo legitur, ꝙ tran-
ſactis ſiluis in die venit in maximam vallẽ: G
vbi propter intolerabile frigus, & niues magnas: Ignes fecit accendi, mortui ſunt tũ quingenti: Venit poſt hæc pluuia magna, nubes, & obſcuritates, ita ꝙ turbatus eſt exercitus: & peribat totus, ſi cito non fuiſſet motus.

Tertio debet eſſe in cibo copioſus: Nihil ſic debilitat exercitũ, ſicut pecunia victualium. Ita ꝙ copia ciborum ſaltem debet eſſe: Attendi autem debet, quòd ſint ſani cibi & non mali, ſicut ſunt carnes animaliũ morticinorum: fructus: vt poma, melones, & his ſimilia: quæ talia vt medicorum
tradit ſententia, malorũ humorum, & ſan- H
guinis ſunt generatiua.

Quarto debet eſſe potu vberoſus: ſaltem in aqua, tam propter homines, quàm propter animalia: Aqua tamen debet eſſe ſana: quę in hoc poteſt cognoſci ſi eſt clara, leuis, & ſubtilis: carens odore, colore, & ſapore: eius incolæ ea vtentes non ſint vitiati in colore, nec in faucibus ſtomachi, & pulmonis: valde enim periculoſum eſt mala aqua vti: Nunquã legitur infirmaſſe Alexandrum non dicendo mortem, niſi quando peruenit ad fluuium nomine Otteãſi ex eius aqua lauans ſibi faciem, ſtatim cepit febrici-

brici-

A bricitari, & dolere: Cuius infirmitas, totum exercitum, qui erat ducẽtorum millia millium conturbauit, ſed arte medici ſui, qui dicebat, Philippus liberatus eſt: debet aqua ſimiliter cuſtodiri, ſi eſt bona ne poſſit venenari.

Patet ergo, quòd quatuor debet conſiderari ad conſeruationem exercitus in loco, vbi debet ſituari, ſcilicet quòd ſit tutus, ſanus, copioſus in cibo, & vberoſus potu.

Iſta ſuo modo debent eſſe in pugna ſpirituali, quia debet eligi laus tutus, qui eſt Eccleſia. Cibus ſanus, qui eſt ſacra ſcriptura,
B aer bonus eſt humilitas: potus congruus eſt charitas.

Primò locus tutus eſt Eccleſia, Zach. 14. Sedebit Hieruſalem ſecura, & hoc merito, quia primo a ſuperiori mente non poteſt ſuperari, ideſt ab aliquo ſuperbo tyranno extirpari, vel expugnari non poteſt. Iſaiæ 2. erit mons domus Domini præparatus in vertice montium: Vnde dicit Chriſtus, qđ Eccleſia pugnari poteſt, expugnari non poteſt: tela mittunt: ſed murus non perforatur, machina præparatur: ſed turris Dauidica non colliditur: ſecundo ſedet ſecura, quia ab aliquo fluuio non poteſt inundari, ideſt erroribus ſummergi, vel ſuffocari,
C Cant. 8. Nec flumina obruent illam, ideſt hæres Eccleſiam non obruent: & ratio eſt quia Eccleſia errare non poteſt tutus eſt ergo ille locus eſt quo ei non nocet nec tyrannus, nec hæreticus: vnde extra iſtum locũ non eſt ſalus. Aug. cõtra donatiſtas: extra Eccleſiã, & virtutes fieri poſſunt, & ſacramẽta dari poſſunt, ſed nõ ſaluare poſſunt.

Secundo cibus ſanus eſt ſacra ſcriptura: Igitur cibus mentis eſt ſermo Dei, Eccl. 16. Cibabit illum pane vitæ, & intellectus: & iſte cibus non eſt terrenorum fructuum, i. mundanarum ſcientiarum, quæ inflant, & non ędificant. 1. Cor. 8. Scientia inflat, ſ. hu-
D mana, & ideo ſapientes eius, qui ea nutriũtur, a Deo reprobantur. Iſa. 44. Conuertam ſapientes retrorſum, & ſcientiam ſtultam faciam: Sacra autẽ ſcriptura, cibus eſt melior, quia nutrit & ędificat, non tumefacit, nec inflat, & põt dici ꝙ ipſa eſt cibus ſuauis, & placens, Pſal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. eſt cibus vtilis; defendens: Paraſti in cõſpectu meo menſam aduerſus omnes, qui tribulant me: eſt cibus luminis & docens: Pſal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Hic põt adaptari hiſtoria Ionatę, q comedit mel, & aperti ſunt oculi eius, 1. Reg. 14.

Tertiò aer eſt humilitas, Iob 22. Qui hu- E
miliatus fuerit erit in gloria; Bonus aer eſt in futuro, & gratia in præſenti, Iaco. 1. Humilibus autem dat gratiam, & iſte aer non eſt vicinus montibus, ideſt ambitionibus, vnde. habitator huius aeris habet vocem claram, ideſt interrogationem, & reſponſionem benignam, non raucam, non ſuperbam, colorem viridum, ideſt apparentiam placidam, viſum bonum, & auditum ſanũ, ideſt intellectum verum, Prouerb. 12. Vbi humilitas ibi ſapientia: Hic cadit exemplũ de Heliſeo propheta, quãdo cũ pallio Heliæ tranſire Iordanem non potuit: Sed quia Deũ magiſtri ſui humiliter inuocauit, mi- F
ro modo tranſiuit. 4. Reg. 2.

Quartò potus cõgruus eſt charitas, Cant. 2. Introduxit Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, Hæc virtus cella vinaria dicit, quia amor inebriat: vt Deum pluſquam ſe ipſum diligat, & mundum ſuperet, ac ſpernat: Hic potus plenè ſatiat: Quia qui diligit Deum, quia Deus charitas eſt, & qui habet Deum, totum mundũ poſſidet: Sed potus, vel amor mundi, non ſic: quiã nunquàm ſatiat, ſed ſemper plus habẽdo, plus cruciat deſiderando; Vnde poteſt figurari in illa aqua, quæ egreſſa eſt de pe- G
tra, quando Moyſes virga percuſſit, Nu. 20. Petra eſt Chriſtus, qui pro nobis virga Crucis percuſſus, duo pręcepta charitatis dedit: Diliges, inquit, Deum, & proximum, & ſic egreſſa eſt aqua largiſſima, ideſt charitas, q̃ poteſt dici aqua ſana & congrua. Eo quòd eſt leuis propter facilitatem; facile eſt diligere: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue: eſt ſubtilis propter mundi contemptum, & caret colore mundanæ carnalitatis: quã non aſſimilatur amori carnali, & caret odore infamiæ noxialis, & ſapore terrenę ſollicitudinis: Ideo vtens iſta aqua, H
ſunt viuidi in colore per gratiam: Non vitiati in faucibus propter blaſphemiam, nec in ſtomacho, vel in pulmonibus propter inuidiam, & inimicitiam, omnia hæc patẽt in Epiſtola 1. ad Corint. 13. Charitas benigna eſt, charitas non inflat, nõ eſt ambitioſa: non irritatur, non agit perperam, & quæ ibi ponuntur.

Et ſic patet, quomodo in ſpirituali pugna debet eligi locus tutus, qui eſt eccleſia, cibus ſanus ſacra ſcriptura: aer bonus, qui eſt humilitas, & potus congruus, qui eſt charitas.

Hæc quatuor Dux noſter, & magiſter, voluit nos in ſeipſo docere, vt patere poteſt

in

A in Euãgelio hodierno in pugna, quã com-
miſit cum diabolo.
Primò ponitur locus tutus: Ductus eſt
Ieſus in deſertum: per hunc deſertũm in-
telligitur Eccleſia, quę a malis eſt deſerta:
& aſſimilatur derſerto p̃ quod trãſierunt fi-
lij Iſrael: quia ſicut ibi illis pluit manna:
Ita hic datur ſanctiſſima Euchariſtia. Ibi da-
ta eſt lex, & hic datur Euãgelium: per illud
tranſierunt 40. annis: & in iſto ieiunatur
40. diebus, qũo Eccleſia aſſimiletur deſer-
to, potes videre in Alexandro, & in S. Ber-
nardo applica, quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit de
deſerto delitijs affluens innixa ſuper dile-
B ctum filium.
Secundò ponatur cibus ſanus: Non in
ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo,
&c. Cibus iſte eſt ſacra ſcriptura, quæ pro-
cedit de ore Dei, Ego ex ore altiſſimi pro-
dij primogenita, Eccleſiaſti. 24. Iſte eſt bo-
nus cibus, quo Dominus noſter contra dia-
bolum vſus eſt: Ideo ſemper dixit ſcriptum
eſt in illis tribus tentationibus: ſacram ad-
ducens ſcripturam.
Tertiò ponitur bonus aer: ſcriptum eſt
enim. Non tentabis Dominum: Diabolus
tentauit Chriſtum per ſuperbiam, & ipſe
C adhibuit humilitatem: dicens non tentabis
Dominum Deum tuum: Non tentare Do-
minum eſt ſignum humilitatis, vt homo de
ſe non præſumat, & debet facere ſicut Chri
ſtus fecit: qui ad ſuggeſtionem diaboli, no-
luit ſe de pinnaculo templi præcipitare.
Quartò ponitur potus congruus: Do-
minum Deum tuum adorabis, & illi ſoli
ſeruies: charitas vult ſoli Deo ſeruire, &
pro temporalibus a Dei cultu non recede-
re: Sicut fecit Chriſtus. Nam promiſerat
ei diabolus omnia regna mundi, ſi adora-
ret eum: qui noluit adorare, niſi ſolum
D Deum. Vnde quantum proſit hæc charitas
patet: quia ſtatim receſſit diabolus, & ve-
nerunt Angeli, & miniſtrabant ei: Roge-
mus ergo Dominum, vt in hoc loco
tuto nos conducat, & conſeruet
ſic cibemur, ſit aer bonus,
& potus, vt vincentes
cum ipſo in cœ-
lo triumphemus,
&
cum ſanctis
Angelis,
amen.

FERIA SECVNDA post primam Dominicam Quadrageſimæ. E

Quid debet habere pugnator bonus.

Sermo VI.

CVm venerit filius hominis, &c.
Hodie dilectiſſimi, intẽdimus
dicere: quas conditiones
vir pugnator habere debet:
quæ quidem ſunt ſex. F
Primò defectus vitę ſuſtinere debet: Vn-
de de Scipione Africano, qui fuit expertus
in bello, narrat Frõtinus: q̃ in exercitu plu-
rimum ſine pane, & veſte eſſe ſolebat: valde
fuit commodatus Alexander, q̃ eo tran-
ſeunte per deſerta Africæ, grauiſſima itine-
ra, cum totus exercitus anguſtiaretur ſiti.
Miles quidam nomine Zephilus modicam
aquam inueniens in cauitate petræ, in ga-
lea attulit ſibi cui dixit: ego ſolus nutriar ſi-
ne vobis? & ſi vos omnes peribitis, quid er
go viuere volo: & coram ſe aquam iuſſit
effundi. Plus profuit exemplo temperãtia,
quàm profuiſſet communioni, vel come- G
ſtione, & potatione.
Secundo ſe, & alios protegere. Nam cũ
finis, militiæ ſit victoria, vt dicit Philoſo-
phus in Ethicis, oportet bellantem ſe, &
alios ſcire protegere, ne poſſit vulnerari,
ſed triumphare. Quare ſemper Alexander
primus, pro defenſione ſui exercitus pu-
gnabat: eiuſdem etiam, eſt fama quando
interfecit baſiliſcũ. Vale. in 3. li. di. q̃ Iulius
in exercitu cum ſuam aciem vinci videret,
cuidã militi timidè depugnanti ſcutum de-
traxit: eoq́; protectus acerrime pugnare
cępit, quo exemplo fortitudinem, per totũ
exercitum diffudit, & ſe, & ſuos defendit. H
Tertio incommode, & inquiete iacere.
Nam cum in exercitu propter inſidiantem
aduerſarium oporteat hominem eſſe ſolli-
citum. Nõ ſuauiter & commode debet fa-
cere: Narrat Frontinus de Annibale ſuper
nudam humũ tectus ſacco quieſcebat: Præ-
dictus Auctor refert de Antonio, qui apud
forum Gallorum ſciens Dauſam conſulem
quieſcere per inſidias, eum aggreditur no-
cte confudit eius exercitum, ac ipſum vul-
nerauit: qui infra paucos dies expirauit,
& obijt.
Quartò membra celeriter mouere: nam
cum

A cum quis non ſubito mouetur, facile percu titur: quia ictus ad eum poteſt dirigi: refert Vale.nu.3. li. ꝙ Miles quidam Cato nomine, in aduerſariorum aciem decurrēns: gladius de vagina ſibi cecidit, quod aduertens poſtquàm ad ſuos rediit, veritus ignominia: conſtanti animo iterum ad inimicos reuertitur, & gladium recuperat, quo facto perterriti hoſtes præterito die ſupplices pa cem petentes miſerunt.

Quintò miles non debet fugere. Pro cōmuni enim bono non debet timere mortē: nec ſanguinis vereri effuſionem, vt acriter percutiat, & de acie non recedat. Vnde Val.
B lib.3. di. ꝙ Iulius in pugna cum videret ſigni ferrum fugere: eum apprehēdit, dicēs, quo vadis? illic ſunt cū quibus pugnamus, pluribusq; militibus hic. Vnde vinci paratos vincere docuit: Alexander contra Darium iturus, tranſiens Eufratem, pontem, quē cum difficultate fecerat, deſtruxit. Deturbati milites dicebant: ſi vincemur qūo fugiemus? quibus dixit, ideo feci pontem deſtrui, vt pugnam agamus non fugam, ꝙ ſi perdimus, omnes ſimul moriamur.

Sexto pondera, portare debet miles armorum pondera, & etiam aliquando pro exercitu ille Scipio Africanus, qui
C ſua prudentia Romam liberauit ab Africa, & Africā deuicit, vt legitur ſemper in exer citu erat armatus. Salucius dixit. Tria ſunt neceſſaria in bello; ars, vires, & arma. Patet ergo quot ſunt neceſſaria pugnatori in bello; defectus victus ſuſtinere, ſe & alios protegere, incommode iacere; membra ce leriter mouere, nō fugere, nec timere mortem, arma deferre. Hæc etiam ſex miles Chriſti debet ſuo modo habere, quę poſſunt dici ſex opera miſericordię.

Nam primo defectus victus ſuſtinere debet in proximi gubernatione. Non.n.omnia debet comedere, & bibere: ſed pauperi
D errogare, & de multo dare multum, & de pauco paucum, & pati penuriam cum ſuo proximo. Tob.4. Si multū tibi fuerit, abundanter tribue: ſi parum autem, libenter in partire ſtude. Ideo iuſtificabat ſe, Iob 22. Cum dicebat: ſi comedi bucellam panis ſolus, & non comedit pupillus ex ea. Vnde pepercit Ioſue Gabaonitis: quia pauperes videbantur. Vide hiſtoriam Ioſue.

Secūdò ergo, debet ſe, & alios protegere in nudi cooperitione: Veſtimentum.n. eſt protectio corporis. Vnde diuites ſicut ſe protegunt bene induendo, ita nudos pauperes debēt protegere, & induere, Iſa. 19. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, qd quàm ſit reprehenſibile diuitibus, pauperes, & nudos non veſtire, ipſe Apoſt. Iac. in Epiſtola ſua, cap. 5. Agite nunc diuites, plorate vlulantes, &c. E

Tertiò incommode debet iacere, quod fit in peregrini receptione, ſicut enim veſtire nudum: Ita recipere peregrinum eſt opus miſericordiæ. Hebr. 13. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci per hanc enim placuerunt, qui Angelis hoſpitio receptis: Raab, quæ recepit homines Ioſue ſola euaſit de Hierico: vide hiſto. Ioſue 2. vnde Iob 31. F
Foris non remanſit peregrinus, & oſtium meum viatori patuit.

Quartò membra mouere celeriter in infirmi viſitatione, Eccleſiaſt.7. non te pigeat viſitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Reprehēdit enim Dominus non viſitantes, Hiere. 4. Vos diſperdi. iſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos: Ecce ego viſitabo ſuper vos ma- G
litiam peccatorum veſtrorum. Quantum ergo bonum ſit viſitare infirmos: Patet in Ioas Rege Iſrael, quia viſitauit Heliſæum infirmum tribus vicibus, percuſſit ſuum inimicum.ſ.Siriam, legatur hiſto.4.Reg.13.

Quintò non debet fugere, nec timere mortem, vel abhorrere ſanguinis effuſionē in captiuorum, & afflictorum cōſolatione, Iac.5. Religio munda, & immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. Vnde in laudem Tobiæ legitur cap. 2. quod pergebat per omnes, qui in captiuitate erant, & monita ſalutis dabat eis: Dolebat autē ille Abimelech, Æthiops, ꝙ Hieremias, qui fuerat miſſus in lacu, vbi non erat aqua, ſed lutum, & procurauit apud Regem, vt extra- H
heret Hieremiam, vt habetur Hierem. 38. Vnde in figura inimicorum ſcribitur, Exo. 4. Factæ ſunt tenebræ per vniuerſam terrā Ægypti, & nemo vidit fratrem ſuum, ſ.tenebræ mentis, ecce autem fratres, & proximos nolunt videre in tribulationibus.

Sextò pondera portare in mortuorum ſepelitione: debitum eſt naturæ ſepelire mortuos: vñ Apoſtolus plus fideles debēt facere in ſignum naturalis legis, & naturalis pietatis: inuenimus ipſos pagauos, & barbaros etiam ſuis inimicis ſepulturæ beneficia præſtitiſſe: Nam vt recitat Vale. lib. 5. Annibal cū apud cauſationes deuiciſſet Æmilium Paulum Conſulem, corpus eius diligenter fecit inquiri, & honorificè tradi ſepul-

A ſepulturæ : Idem cum viciſſet Marcellum dicam inimicum vidés eum mortuum fleuit: & ſericis, ac aureis veſtimentis indutū militari more ſepeliuit, quid ergo mirum, ſi hoc faciunt Chriſtiani ? Eccleſ. 38. Super mortuos produc lacrymas, & ne deſpicias ſepulturam illius.

Pater ergo, ꝙ Chriſti miles debet habere ſex, quæ ſunt ſex opera miſericordiæ, ſubſtinere defectus victus, ideſt famelicos cibare: ſe & alios protegete, ideſt nudos veſtire, incommode iacere, i. hoſpitari peregrinos; membra celeriter mouere, i. infirmos viſitare: Non fugere, nec timere mor-
B tem: ſiue non abhorrere ſanguinis effuſionem, ideſt non aborrere captiuos, & afflictos conſolari: Portare pondera, & arma, i. dare mortuis ſepulturam.

Hæc ſunt, quę requiret Dominus in finali iuditio; vt dicitur in Euang. in quo ſex ponuntur. Primo iudicis præſentia timoroſa: cum venerit filius hominis : ſecundo miniſtrorum obedientia obſequioſa, & omnes Angeli eius cum eo : tertio iudicandorum congregatio copioſa: & congregabūtur ante eum omnes gentes : quarto ad in-
C uicem ſeparatio miraculoſa, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis: quinto meritorum examinatio infallibilis: tunc dicit. Rex his, ꝙ exuriui, &c. ſexto ſextētię executio irretractabilis. Ibūt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam, Amen.

FERIA TERTIA post primam Dominicam Quadrageſimæ.

Quot conditiones debent habere Principes.

D

Sermo VII.

CVm introiſſet Ieſus Hyeroſolimam, &c. Quia heri diximus de militibus, quæ in ipſis requirantur. Hodie dicendum eſt de conditionibus, quas debent habere Principes militum: & poſſumus aſſignare quinque conditiones. Primo veritatis locutio: turpe eſt in Principe mentiri: Vnde in eo ſemper debet eſſe verus ſermo. Maioris periculi eſt mendaciū in ore Principis, quàm aliorū. Vnde Ariſt. in lib. de ſecr. ſecret. Ad Alexandrum dicit, B quod hæc fuit deſtructio Hebigeorum, & Sirorum : quia Reges eorum erant mendaces, & quæ promittebant, non obſeruabāt: ſed ſicut turpe eſt nō obſeruare promiſſum ita laudabile eſt adimplere : Ideo de fidelitate cuiuſdam Principis dicam. Narrat Valerius lib. 1. quod Attilius Regulus: magna, & multa bella pro ciuitate Romana exercuit, ac vicit : tandem a Carthaginenſibus per inſidias Haſdrubalis, & Cantopi, Lacedęmonij ducis captus eſt. Cū Carthaginenſes vellent eum cum Romanis amputa-
re caput : miſerunt ambaſiatores Romam F cum hoc Regulo, credentes adhuc eum fideliter laborare pro ſua liberatione : accepto tamen prius iuramento, ꝙ ad carcerē rediret, ſi hoc obtinere non poſſet : At ipſe fidelis ciuitatis Romæ, cum hoc eis non expedire cerneret, coram ſenatu cōcionatus eſt, vt poſtulata non facerent : cunque Romani eum tenere vellent, quamuis occidēdum ſe ſciret, ne tamen iuramētum infringeret, Carthaginē redijt, & crudeliter mortem accepit. Nam in dolio ſtrictus miſſus : clauis vndique acutiſſimis perforato & pleno, acerbè vitam finiuit. G

Secundò debet eſſe reuerentiæ debitæ exhibitio, vt miles Principi, & Princeps Regi, & Rex Deo reuerentiam exhibeat. Recitat Valer. in 10. lib. quòd Decius Imperatot filium Decium ſuum nomine Imperiali diademate voluit inſigniri, quod Renuit filius, dicens. Vereor ne ſi fiam Imperator, deficiam eſſe filius. Malo enim nō eſſe Imperatorum, & humilis filius, quàm Imperator, & filius indeuotus: in exercitu tamen reuerentia neceſſaria.

Tertiò, Nam ſi vnus alteri nollet aſſentire, conflictus, & perditio non deeſſet. Iuſtitiæ obſeruatio. In exercitu enim eſt iuſtitia neceſſaria, puniantur delinquētes, qui H perturbāt alios : Vnde narrat Frontinus, qđ Cęſar cum vna legio ſeditionē, & tumultū faceret in exercitu, ſtatim duces ſeditionis ſecuri percuti iuſſit, & totam legionem illam ab exercitu exemit, & ſtipendio priuauit : Per eandem totius exercitus prece eā reſtituit, & optimos milites de ipſa, & de alijs, pro hac iuſtitia habuit.

Quartò pietatis oſtenſio : Nam cum milites vident ſuum Ducem miſericordem, & pium: plus diligunt ipſum. Narratur enim de Alexandro, cum Hyemali tempore duceret exercitum: ſedēs ad ignem inter ſuos milites aſpexit quendam, quaſi ex frigore mor-

A mortuum: qui eum iuſſit in ſuo loco poni, & eius miniſter voluit eſſe: Et ridendo ait, Gratia tibi eſt habere ſeruitorem Imperatorem, quod opus fecit a toto ſuo exercitu plus diligi, & amari.

Quintò rumorum ſedatio. Multum debet Dux attendere, ne rumores & diſſenſiones inſurgant, quæ ſine damno eſſe non poſſunt, ſed quia in multitudine videtur impoſſibile, ꝙ non oriantur: debet Dux eſſe attentus, vt citius compeſcantur: Vnde recitat Frontinus, ꝙ cum legiones Romanorum pernitioſa ſeditione furerent: Statim Silla fecit annunciari: hoſtes adeſſe, & omnes ad arma concurrere, qui arma tollentes, & vexilla attendentes: ſagacitate tali, ſedata eſt ſeditio: & ſic patent ſupradicta quinque, veritas, reuerentia, iuſtitia, pietas, rumorum ſedatio.

B

Ita ſpiritualiter, miles Chriſti debet habere in ſeipſo iſta quinque.

Nam primò debet eſſe verus in verbo: quia os ꝙ mentitur, occidit animam ſuam, Sap. 5. Sed etiam corpus occidit mendaciũ, vt patet exemplo Neniæ, & Saphiræ, qui fraudauerunt, & mentiti ſunt de pretio agri. Actuum 5.

Secundus debet eſſe reuerẽs Deo, Deuteron. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vnde quàm gratæ recipiat Deus honorem, & adorationem ab homine: Patere poteſt in Samuele, qui cum pro populo offerret holocauſtũ Deo: Philiſtęi iniecerunt manum contra Iſrael; & Deus intonuit fragore magno in die illo ſuper Philiſteos, & exterruit, cęſiq; ſunt a filijs Iſrael legatur hiſtoria. j. Reg. 7.

C

Tertiò debet eſſe rectus in iudicio. Pſal. Rectè iudicate filij hominum, vnde quoniã bonum ſit iudicium rectum patet, Nu. 23. Quando Phinies perfodit virum cum muliere Madianite, licet eſſent magni, & nobiles, meritum iuſtitiæ oſtenditur, Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei: dedit illi ſcientiam Sanctorum.

D

Quartò debet eſſe prontus in beneficio, Matth. 5. Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cęleſtis miſericors eſt: Magnum pietatis exemplum habemus, Paralip. 29. De filijs Iſrael: Qui cum cępiſſent de viris Iuda ducenta millia mulierum, ac puerorum pepercerunt eis, & veſtitos, atque refectos ad propria remiſerunt.

Quintò debet eſſe cautus in colloquio, vt in reſpondendo non inducat, ſiue inducat errores, ſed remoueat, Eccl. 6. Si eſt tibi ſenſus, reſpõde proximo tuo: ſin autem ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in ſermone indiſciplinato: & confundaris: Propter hoc multum loqui non eſt bonum iuxta illud: in multiloquio non deerit peccatum. Vnde in Eua patet, quãtum noceat incauta locutio, quę totũ genus humanũ, tali damnauit ſupplicio. Gen. 3. E

Hæc quinq; notatur in Euan. hodierno. Nam primo veritatis locutio in reſpũſione populi. Cum introiſſet Ieſus Hieroſolimam commota eſt vniuerſa ciuitas dicens: quis eſt hic: hic eſt Ieſus, &c. ſecundo reuerentiæ exhibitio in templi ingreſſione, & intrauit Ieſus in templũ: tertio iuſtitię executio, in vendentium eiectione, & cathedrarum euerſione, & eiecit vendẽtes, & emẽtes, &c. quarto miſericordiæ impenſio in infirmorum curatione: Acceſſerunt ad eum cæci, &c. quinto rumorum ſedatio in eius reſpõſione, videntes autem Principes, &c. F

De primò dicit Chryſoſt. 4. Hoc erat proprium boni filij, vt veniens, ad domum curreret patris, & illi honorem redderet, qui genuit eum, & tu imitator Chriſti factus, cum in aliquam ingreſſus fueris ciuitatem, ante omnem actum ad Eccleſiam curras. De ſecundo dicit Chriſtus: Puta inquit, qđ ipſi laudabant quem neſciebant, ſed Spiritus ſanctus in eos ingreſſus veritatis verba fundebat. De tertio, nam iuſtum erat, vt in loco, vbi adorabatur Deus, non eſſet forũ. De quarto, acceſſerunt, &c. Vbi dicit Glo. ꝙ ſemper Chriſtus ſe oſtendit benignũ humano generi ſpiritualiter, & corporaliter: Nam ſicut corporaliter illuminabat, ſic ſpiritualiter in eis lumen fidei irradiabat, curauitq; claudos, vt claudicantes in fide, currerent ad Chriſtum. De ſextò videntes autem Principes, &c. Quorum ſacerdotum admirationem, vel potius turbationẽ, Chriſtus ſedauit dupliciter. Primo Prophetę reſponſione. Nunquam legiſtis, ex ore infantium, &c. Secundo per corporalem abſentationem. Vbi Chriſtus dicit, ꝙ hoc fecit: vt recedendo compeſceret, quos reſpondendo non conuerteret. Quia malitia excitatur ſermonibus malum enim, hominẽ melius locum dando poteſt vincere, quàm reſpondendo. Nam ſi contemnis irritabilem rationem placare, & illum non placas, & te ipſum ſubuertis: Rogemus ergo Dominum, vt hæc quinque in nobis ſunt, &c. Amen. G H

FERIA

A

FERIA QVARTA post primam Dominicam Quadrageſimæ.

De quatuor conditionibus, quæ debent eſſe in milite.

Sermo VIII.

A*Cceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi.* Matth. 15. Vt ratio probat, & ſenſus demonſtrat, B multa requiruntur ad vnum conſtruendum: Ita eſt in homine bellicoſo: quia multæ conditiones particulares requirũtur in ipſo, vt ſit aptus ad bellum. Vnde præter quę in alijs diebus diximus adhuc, hodie de quatuor huius modi conditionibus prædicabimus, quæ debent eſſe in milite.

Primò debet eſſe in milite recta pugnandi intentio, vt non niſi bona intentione pugnet, ſcilicet propter Reipubl. bonum, & propter habendam pacem, & quietem: vt C dixit Philoſophus: Quia non bellamus, vt bellum: ſed vt pacem habeamus: vnde in laudem Scipionis Africani, Narrat Valerius libro 5. quod cum Romani conflicti eſſent apud Cannas ab Annibale. Ita defecit eorum virtus: quòd reſiſtere non audebant, nec poterant: vnde in manus hoſtis ſe tradere diſponebant: Prædictus autem Princeps hoc viſo, accepit gladium, & cunctis minatus eſt mortem: ab omnibus accepit iuramentum, vt nullus ſe traderet hoſti; ſed pugnaret: & ipſe caput pugnãtium ſe fecit, & per ſubterraneos meatus vſque ad mare vadens cum paucis in parua naui iuit in Siciliam, & deinde in Africam, vbi belligerans Annibalem, a Romanis partibus D recedere, & ad ſuæ patriæ defenſionem ire coegit.

Secundò cõgrua laboris exercitatio: vnde continue homo ſit in laboris exercitio: Quia bellum, non niſi laborando perficitur: vnde recitat Valer. lib. 3. quòd Annibal Capuam obſederat: in qua Romanus erat exercitus: manualis pugna nulla erat: ſed ſolum alter extra, alter intra, quaſi panſans manebat, Quod aduertens Vibius quidam nomine pręfectus, vnicũ cohortis vexillum inter omnes hoſtes proiecit: vt ſuos milites ab otio excitaret: Dixitque eis: vt proprium vexillum repeterent, & ſe, & ſuos pugnare compellit: quod videns alter E tribunus nomine Valerius Falchus: Dixit ſuis: pro aliorum videnda victoria huc non venimus: Ego ſemper optaui, aut habere ſpecioſam mortem, aut victoriam fęlicem: Ego igit̃ ſolus pugnare paratus ſum: quod audiens Pandamus Centurio vexillum ſimiliter proiecit, & inter hoſtes ſedit: & ſic factum eſt, ꝙ tres totum exercitum ab ocio excitarent: & aduerſarium qui eos clauſos retinebat, fugere compellerent.

Tertiò fortis, & ſtabilis perſeueratio: Nam ſicut non prodeſt velociter currere, & antequàm attingat terminum deficere, ſic non poteſt fortiter pugnare, & non F triumphare: ſi autem incęperit, & non perſeuerauerit pugnare, nec ſperet quis triumphare: Non enim ad fugiendum: ſed ad pugnandum: debet homo aciem intrare: Vnde in ſupradicto libro dicit Valer. quod Spartanius contra Perſas in Crure venit claudicans reprehenſus a quodam ſuo amico, cur Claudus ad pugnam veniret: Reſpondit, non veni fugere, ſed pugnare: & ille dixit: ſagittæ Perſarum tot ſunt, quòd Solem obſcurant: Reſpondit: melius eſt; quia in vmbra, & non in Sole pugnabimus: Cumque muri excelſi, & lati ciuitatis, quam capere G oſtenderetur ſibi, ac diceretur ſi crederet mulieres haber obuiam: Reſpondit ita: ſi nos homines ſumus.

Quartò, benigna, & liberalis affectio: vt voluntariè, & non coactè pugnet: Nam delectatio perficit opus, & violentia retrahitur animus: Cum enim miles ſua ſponte pugnat: robuſtius ſe habet: paret hoc exemplo Romanorum antiquorum: Qui voluntariè, & pro amplificando imperio pugnantes: mundum totum ſuæ ciuitati ſubiungarunt, & ſic paret quòd in milite debent eſſe quatuor, ſcilicet recta intentio: congrua laboris exercitatio: habilis perſeueratio, & liberalis affectio, vel voluntaria. H

Spiritualiter iſta quatuor debent eſſe in milite Chriſti.

Primò debet habere intẽtionem rectam ad pacem animi habendam: Non enim debet cum carne, vel cum mundo pugnare propter gloriam hominum: ſed propter Deum: vnde præcipit Chriſtus Matth. 6. Cũ ieiunatis nolite fieri, &c. vt appareant hominibus ieiunantes: figura ponitur 2. Regũ 24. Quando Abſalon miſit pro Ioab, vt ad ſe veniret, qui noluit: vnde præcepit ſeruis ſuis comburere ſegetem eius: qui cum reclamaret de damno: Dixit ſe hoc feciſſe, vt

A interpellaret pro eo ad Regem: quod fecit; Abſalon hic ſignificat animam: Ioab vero corpus, comburit ſegetem Ioab, Abſalon, quod anima ſubtrahit carni ſuperfluitatem cibi: vnde propter hoc venit Ioab. Quia caro animæ obedit,& ipſa anima preces fudit ad Chriſtum pro carne: propter hoc igitur facienda eſt pugna cum carne,vt mereamur videre faciem Chriſti.

Secundò debet habere perſonam robuſtam, & exercitatam in labore pœnitentiæ, Ioan.2. Pœnitentiam agite,appropinquabit regnum cœlorum. Vnde in hodierna B Prophetia legitur:quòd præcepit Dominus Moyſi, Exo. 25. quòd aſcenderet in montem: vt daret ſibi tabulas legis: Moyſes Chriſtianum figurat, Cui præcepit Chriſtus quòd ad eum aſcendat: quia vult omnes ſaluos fieri:ſed aſcendit per montem, id eſt pœnitentiam. Cuius iter difficile eſt,Moyſes aſcendit in ieiunio quadragenario, & tu Chriſtiane quadraginta diebus ieiunare debes.

Tertiò debet firmam perſeuerantiam habere: Vnde qui incipiunt, & nō perficiunt: vt dicit 1. Petrus 5. ſunt ſicut canis, qui reuerſus eſt ad vomitum: vnde in hodierna C Prophetia ſcribitur 3. Reg.20.quòd Helias, qui fidelis dici poteſt, qui fugiendo Iezabel, id eſt diabolum perſeuerat in fortitudine pœnitentiæ, vſque quo perueniat ad montem Dei: vnde ſignanter ponitur ibi panis ſubcineritius propter aſperitatem, & aqua propter afflictionem.

Quartò debet habere voluntatem ſpontaneam: quia coacta ſeruitia Deo non placent, hic cadit figura 4.Reg.3. quòd Rex Iſrael, & Iuda euntes contra Moab, ambulanteſq; per deſertum ſeptem dierum, cęperunt deficere propter penuriam aquę:ſed conſilio Eliſei fecerunt in terra foſſas, & foſſæ habuerunt aquam,& vicerunt Moab; D quid per duos Reges intelliges,niſi corpus & animam, quæ vadunt contra diabolum? Sed in aſperitate pœnitentiæ deficit aqua delectationis: tunc in terra debet facere foſſas, id eſt in terra cordis fodiendo faciat foſſas voluntariè obedientię: tunc implebitur aqua ſpiritualis conſolationis,& vincet hoſtem:lege hiſtoriam.

Hæc quatuor vir pugnator debet habere,quæ ſunt in Euangelio hodierno, primò ponitur pœnitentiæ fructus, ſignum non dabitur ei, &c. ſecundò pacis affectus: Regina auſtri, &c. tertiò ponitur labor aſſiduus,Cum autem immundus ſpiritus, quartò dilectionis affectus, adhuc eo loquente, &cæt. E

Circa primum, ſignum nō dabitur ei niſi Ionę:nam petentibus ſignum nullum datur niſi Ionæ, Iſte Ionas quemlibet fidelem ſignificat, qui interpretatur columba, Eſtote ſimplices ſicut columba,Ioan.12.iſte Ionas tempeſtatis maris proijcitur in ventre cęti, vbi ſtetit tribus diebus: quia fidelis in tempeſtate mūdi debet ſe coarctare in pęnitentia,quæ habet tres partes,ſcilicet contritionem,cōfeſſionem, & ſatisfactionem, poſt tres dies venit in terram ſolidam,id eſt ad requiem æternam, Ideo dicitur, ſic erit filius hominis, id eſt ipſe homo Chriſtianus, qui talis erit. F

Sequitur Regina Auſtri: nam ſicut iſta venit a finibus terrę, vt audiret ſapientiam Salomonis,qui interpretatur pacificus:ſic quilibet fidelis debet laborare:vt videat Chriſtum in ſuo pacifico Regno, hic debet eſſe finis noſtri laboris.

Sequitur, cum autem immundus ſpiritus,&c. hęc autem dixit Ieſus de Iudęis,qui recipientes legem, expulerunt diabolum: ſed ſpreta lege diabolus reuertitur ad eos, velut ad locum ſuum:Ad noſtram ergo dicitur doctrinam: vt poſtquàm benefaciendo expulimus diabolum, perſeuerare debemus,ne ad nos reuertatur iterum. G

Sequitur, adhuc eo loquente, &c. nam qui appellauit fratres voluntatem patris ſui facientes magnum oſtēdit dilectionis profectum habere, ſcilicet acquirere Chriſtum pro fratre:rogemus Dominum, Amen.

FERIA QVINTA poſt primam Dominicam in Quadrageſima.

Quomodo milites debent ſcire permutare caſtra, ſiue campum. H

Sermo IX.

EGreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis. Matth. 15. inter cętera neceſſaria in opere bellico eſt ſcire permutare caſtra, ſeu campum: nam in permutatione caſtrorum multotiens conſueuit exercitus offendi ab hoſtibus,& ideo ſumma cautela eſt adhibenda:vt taliter moueantur caſtra, ne patiantur iacturā,& dici-

mus

A mus quòd contra mutationem caſtrorum, quatuor ſunt attendenda.

Primò, quòd ab hoſtibus neſciatur: nam vt dictum eſt in ipſa mutatione hoſtis poteſt multum offendere, Ideo hoc debet fieri ipſo ignorante: vnde narrat Frontinus, ꝙ Darius vt falleret Scitas, in ſuo diſceſſu canes, & aſinos ligatos i caſtris reliquit, quos cum latrãtes hoſtis audiret, Darium remanere credidit: Item refert de Spartano, qui cum a Varilio proconſule præcluſus eſſet; palis fixis erecta cadauera adornata veſte, atq; armis, vana imagine deluſo hoſte exercitum ſuum noctis ſilentio eduxit.

B Secundò, quòd impediens remoueatur, ita debet eſſe intentus, & alia præparare: vt dato quòd hoſtis aduertat, minime tamen offendat: vnde Frontinus refert, quòd Haymo ab hoſtibus clauſus, locum præuidens ad fugiendum agreſtibus martyrij plenum incidit: vt cum hoſtis cætera loca teneret, ipſe per flammam, cum ſuis omnibus ſcutis ora tegentibus, euaſit hoſte vidente: Idem dicit, quòd Spartano de quo facta fuit mentio, cum deinde eſſet obſeſſus ea parte, qua erat mons, & in omni cuſtoditus ab hoſtibus: ex vimine ſylueſtri catenas fecit, per quas dimiſſus non ſolum euaſit, verum etiã

C inopinate partem hoſtem ſic triuit: vt de eis ſeptuaginta octo interimeret.

Tertiò, quòd celeriter agatur: nam cum cito quis velociter fugit, nõ ita capitur, vel offenditur: narrat prædictus Auctor, quòd Cimitius conſul in Liguria dimiſſo per anguſtias exercitu, cum iam omnibus aduerſaretur, de induſtria cuiuſdam militis Numidas nomine, ad augendum ſui contentum labi equos ꝑ ludriũ fecit: Ad quod videndum laxatis ordinibus, barbari in ſpectaculum ſunt reſoluti: quod vt aduertit cum ſuis paulatim ſuccedentibus, additis calcaribus per medias hoſtiũ ſtationes eru-

D perunt, venienteſque in actos agros neceſſe fuit Lugaribus ordinem exercitus permutare.

Quattò, quòd viriliter perficiatur: nam in ipſo motu multum conſueuerunt terrere armis, & rumore, ac dicere turpia, & opprobrioſa: ideo opus eſt audacia, & fortitudo, ne per hoc dimittatur: quin melioratio campi aſſequatur: vnde Alexander prohibente Poro Rege Indorum traijci exercitum per flumen hidaſpen, aduerſus aquam ſtatim præcurrere iuſſit ſuos, quod videntes Barbari, audaciam militum diffugerunt.

Patet itaque, quòd in remotione campi debent eſſe quatuor, ſcilicet quòd ab hoſti- E bus neſciatur, quòd impediens remoueatur, quòd celeriter moueatur, & viriliter perficiatur.

Hæc quatuor; ſpiritualiter loquendo requirunt in nobis: nam dum ſumus in peccato ſumus in malo campo, ideo oportet campum malum nos permutare: quatuor ergo debemus facere.

Primò campum mouere, quòd ſeparationem a peccatoribus, Hiere. 9. recede de medio Babylonis. Apocalyp. 18. exite de Babylone popule meus, ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius accipiatis, Babylon confuſio interpretatur, ſigni- F ficat peccatum, ſiue peccatores, de quorum conſortio ſeparari debemus, ne participantes in culpa, participemus in pœna: vnde Num. 6. præcepit Moyſes filijs Iſrael: vt ſepararentur a tabernaculis Chore. Dathan, & Abiron, dicens, recedite a tabernaculis ipſorum impiorum hominũ, & nolite tangere, quæ ad illos pertinent, ne participetis in peccatis eorum, legatur hiſtoria.

Secundò debemus impedimenta deponere, hoc eſt vitia deponere, quæ ſunt duo principaliter ad præſens, ſcilicet accidia, & vanagloria: primò accidia, quia non ſufficit mala non agere, ſed ſtudeat bonis operibus G inſudare: vt dicit Gregorius, & dicit non ſufficit, a peccatoribus ſeparari, niſi bonum operetur: vnde Rom. 12. fugientes malum, adhærentes bono, ſecundò vanagloria eſt deponenda, vt de bono, quod facimus, non ſuperbiamur: ſed potius humiliemur, iuxta illud, quãto maior es ſupple in virtute, humilia te in omnibus, in figura huius præcepit Dominus Ioſue: vt currus hoſtium combureret, & equos ſubneruaret, nec vllas reliquias poſt ſe relinqueret: Ioſue 11. per currum grauitas accidiæ, & per equorum pulchritudinẽ vanagloria intelligitur: vtrunq; iſtorum remouere debemus in via H noſtra.

Tertiò debemus velociter currere, ſcilicet ad pœnitentiam, & Chriſti miſericordiam: vnde Hieronymus, in epiſtola ſua, ille laudatur, ille prædicatur Beatus, qui cum cœperit cogitare, non ſolum nõ facit: ſed & interficit cogitatus, & allidit eos ad Petrã, Petra autem erat Chriſtus: vnde Iudicum penult. ſcribitur, quòd fugati filij Beniamin, multi mortui ſunt, ſcilicet vigintiquin que millia: Pauci qui remanſerunt, fugerunt per deſertum vſque dum venirent ad Petram remon: qui vltra non ſunt fugati,

A filij Beniamin omnes ſumus,id eſt doloris: quia cum dolore naſcimur, nutrimur, & morimur: perſequuntur nos inimici noſtri, debemus fugere per deſertum pœnitentiæ vſque dum venimus ad petram Remon, id eſt Chriſtum, Remon interpretatur celſitudo.

Quartò debemus audaciter perſeuerare, quàmuis enim aſpra ſit pœnitentia,non tamen debemus deſerere ipſam:quia nõ ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, Rom.9.vnde quanto magis deſpicimur, tanto magis debemus agere B pœnitentiam:Et pulchrum exemplum ponit Gregorius in libro Dialog. narrat enim quendam fuiſſe Anconę,nomine Conſtantius, in Eccleſia Sãcti Stephani eiuſdem ciuitatis manſionarij, functus officio ſeruiebat, cuius ſanctitatis opinio ſeſe ad notitiam hominum dilatauerat: nam quodam die dum in lampadibus oleum deeſſet, ipſas lampades impleuit aqua, quæ arſit, vt oleum: magna ſanctitas mutat naturam elementorum: ſed maior fuit ex humilitate: nam cum quidam Ruſticus de longinquo ad eum veniſſet cauſa videndi, inuenit eum lampades reficere, erat autem pauper, & deſpectus: at ille interrogando quis eſſet, C didicit eum eſſe, qui lampadas reficeret, qui diſpiciens eum dixit, ego grandem hominem credidi, Iſte autem de homine nihil habet,quem vt Conſtantius autem mox lampades deferens in amplexum eius venit, & deoſculans eum dixit, tu ſolus in me oculos apertos habuiſti; Ex qua Re, vt dixit Gregorius: Penſandum eſt, cuius apud Deum humilitatis fuderit, qui deſpicientem ſe Ruſticum magis adamauit, ſic debent vere pœnitentes facere, quod propter deſpectiones hominum bonum non deſerant: poſſet etiam hic adduci hiſtoria D de Dauid, quando ſaltauit coram area, & vilipenſus eſt ab vxore ſua. 1.Reg.6. Patet ergo, quòd peccata debemus relinquere, vitia deponere, pœnitentiam agere, conſtanter perſeuerare.

Hæc quatuor per ordinem notantur in Euangelio hodierno ad commendationem mulieris Cananææ.

Primò ponitur vtilis peccatorum derelictio, egreſſa de finibus illis: ſecundò ponitur commendabilis vitiorum remotio, Domine miſerere mei: tertiò immutabilis perſeuerantia, Ieſus reſpondit,non eſt bonum ſumere panem filiorum,&c. vel Ieſus non reſpondit verbum:quartò ponitur deſiderabilis impetratio: Mulier,magna eſt fides tua,fiat tibi ſicut vis. E

Circa primũ egreſſa de finib. illis.Cam, vnde denominaſ Cananęa filius fuit Noe, qui maledictus a patre, factus aliorum ſeruus,ſignificat peccatores,qui ſunt ſerui peccati, a quibus exemplo huius mulieris debemus recedere. ſequitur Domine miſerere mei, dictum fuiſſe duo eſſe vitia impedientia noſtram viam, ſcilicet accidia, & vanagloria, quæ duo remouit a ſe hæc fœmina,vanagloriam: quia non erubuit confiteri ſuam culpam, dicens: Domine miſerere mei, filia mea male a dæmonio vexatur:ſecundò accidiam:quia non deſtitit clamare, & ſi Dominus non reſponderit ei F verbum, dixerunt diſcipuli dimitte eam: quia clamat poſt nos,ſequitur,Ieſus reſpondit, non eſt bonum ſumere panem,&c. a Chriſto apppellatur canis, & quaſi ſpreta non deſtitit preces fundere, & ſe amplius humiliare, & dicere etiam Domine: nam, & catelli comedunt de micis, quæ cadunt, &c. Sequitur, o mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis: Concedat nobis Dominus iſtam mulierem imitari, Amen.

G

FERIA SEXTA poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.

Quæ ſunt illa, quæ parant victoriam, & procuranda ſunt ante pugnam.

Sermo X.

E*Rat dies feſtus Iudæorum,&c.* Ioan. 5. In omni pugna, ſex cõſueuerunt victoriã parare. Primò aptus locus, de quo H dictum eſt ſuperius, ꝙ ad obtinendam virtutem multum confert, vnde in hoc debet attendere Dux, vt meliorem locum accipiat. Narrat Valer. lib. 5. ꝙ Annibal apud Cãnas eum cognoſceret flumẽ, quod hodie dicitur Oſfidus, vltra naturam aliorum fluminum, magnum ventum mane mittere,qui arenam, & puluerem commouebat:ita conſtituit ſuum exercitum, vt ventus ille Romanis in ora ſibi a tergo percuteret,quibus incommodis illã memorabilem obtinuit victoriam: quia vt dicitur, tres modicos annulorum aureorum Carthagini remiſit,vt oſtenderet,quanta fuerit multi-

A multitudo interfecta popularium, ſi tanta fuit nobilium.

Secundò congruum tempus, debet enim ſemper tempus eligi, in quo exercitus ſit magis aptus ad pugnam, quàm hoſtes: vnde Frontinus dicit: quia Imperator Veſpeſianus cum in exercitu contra Iudæos eſſet prope Hieruſalem, antequàm ciuitatẽ obſideret, per octo dies fecit quaſi in campeſtri pugna poſitus, qui cũ cognouiſſet Iudęos, die ſabbathi nihil velle agere, tunc ipſe aggreditur eos, & vicit, & quos fugauit in Hieruſalem incluſit, & non inde de obſidione receſſit, donec omnes exterminauit.

B Tertiò plurimus populus: multitudo.n. multum facit ad victoriam, vt dicit Petrus 2. Politic. Sicut maius pondus magis trahit: vnde recitat Frontinus, ꝙ Ventucius Princeps cum in exercitu contra Regẽ Parthorum eſſet: haberetq; maiorem populũ, ſed expectabat de Cappadocia Sagittarios, erat itaque Rex Parthorum vltra flumen Eufratem, & ipſe citra: ſed Parthi pontem faciebant ad tranſeundum, intimuit iſte, & inueſtigauit ſi aliquis proditor eſſet, reperit, ꝙ erat quidam Farneus, nomine Cireſtes, hic omnia reuelabat aduerſarijs, quem

C ipſe vocauit, & ſuum ſecretum conſiliariũ fecit, & quicquid timebat optare ſe fingebat, & econuerſo, timebat autem, ne Parthi tranſirent, antequàm Sagittarij venirent, & hoc finxit ſe optare. Dixitq; illi: Gaudeo, ꝙ Parthi tranſeant, quia aſcẽdam ſuper iſtũ montem, & ſolum cum lapidibus me defendam: ſed ſi non tranſirent hac, ſed magis ſuperius irent, venirentq; poſt me, & perderem, hoc ille ſtatim retulit, quod facientes Parthi ambulauerunt per 40. dies inter montes, ſicut ille dixerat. Interim venerunt Sagittarij venturi, & occurrit illis fugatis, & cum æquali numero eſſet, vicit,

D & Parthorum Regem interfecit.

Quartò forte corpus, nam fortitudo corporalis maximè facit ad victoriam, & plus faciunt pauci fortes, quàm multi debiles: legitur enim ꝙ Darius volens terrere Alexandrum ex multitudine populi, miſit ſibi manticum plenum ſeminibus papauerum: dicens in Epiſtola: Significamus tibi p hæc genera papaueris multitudinẽ noſtri exercitus: quia ſicut ipſa numerari nõ poſſunt, ita noſter populus. Alexander autem, accepit de ſeminibus illius, & comedens dixit, video ꝙ ſunt multi homines illi, ſed molles, & remiſit ſibi modica genera piperis, dicẽs. Pro ſement. papaueris miſimus tibi piper: vt cognoſcas, ꝙ multitudo papaueris huiuſmodi, pauciſſimi piperis acumine ſubiugaueris. E

Quintò ſagax animus, non ſufficit fortitudo, niſi ſit prudentia, refert Valer. lib. 7. ꝙ Metellus Conſul in Hiſpania, cum aduerſus Celtiberos Vrbem Trebiam principaliorũ obſideret, & nulla vi capere poſſet: vſus eſt aſtutia, nam obſidione recedens: modo in vna parte, modo in alia cępit currere, & aduerſarij ipſum ſequebantur. Interrogatus a quodam amico, quare ſic diſcurreret, & ĩ nulla parte ſtaret. Reſpõdit, ſi mea tunica ſciret, eam protinus comburerẽ, quid euenit: nam cum totam illam prouinciam errore implicaret, vt nullus ſciret, F vbi caſtra figere deberet, ſtatim Trebiam petijt, & inopinate expugnans cępit.

Sextò armorum habitus: ſatis homo poſſet etiam ſagax, & fortis, ꝙ ſi inermis nunquàm vinceret. Vnde narrat idem Valerius, li. eodem, ꝙ Scipio ex Scicilia, nolens inuadere Africã, habere volebat trecẽtos equites Romanos, quos habebat pedites, & inermes, & cum ſubdito non poſſet habere arma, præcepit trecentos iuuenes nobiliſſimos, de Inſula armari, & eum ſequi equites in Africam, qui propter breuitatem tem G poris, & belli periculum rogabant eum ab hoc deſiſtere, qui dixit ſe tale habere præceptum a Senatoribus: verùtamen ob amorem ipſorum nõ curare ſolum ꝙ darent arma, & equos illis Romanis peditibus: patet ergo, ꝙ ad habendam victoriã, ſex ſunt neceſſaria locus aptus, congruum tempus, plurimus populus, forte corpus, ſagax animus, & armorum habitus.

Spiritualiter, ita ſuo modo debent eſſe iuſta lex in ſpirituali pugna.

Primo locus, qui eſt anima: vnde Rom. 8. Si ſecundum carnem vixeritis moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, ideo ſcriptum eſt. Nemo cũ H vxore ſua pergit ad bellum, ideſt cum carne. Hierony. in Epiſt. ad Euſtachium.

Secundò tempus, ideſt homo debet eſſe in gratia Dei. 1. Cor. 5. Hortamur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis, &c. Et ſequitur: ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis.

Tertiò multi populi, ideſt multitudo Angelorum, ſemper enim virum bonum cõmitantur Angeli: vnde Pſal. Angelis ſuis mandauit de te, &c. Experimenta multa habita ſunt de Angelorum cuſtodia, & comitia, vt Pſal. in hiſtoria ſancti Bartholomæi

A Apoſt. quem Angeli non ſinebant fatigari, exemplum ſecundum, de Beda presbytero, hic etiam poſſet adaptari factum Eliſæi, quando dixit, plures ſunt nobiſcum, quàm cum illis. j. Reg. 6.

Quartò ſortitudo, ſcilicet ſpes, Auguſti. ad Heremitas: Qûo fugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam habemus tutam ac firmam, tanquàm ancoram fidei noſtræ. Pſal. In Domino ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

Quintò ſagacitas, ideſt fides, quia ſine ſapientia, & ſagacitate, impoſſibile eſt obtinere victoriam temporalem: ita nec ſine fi-
B de ſpirituali poteſt haberi victoria, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Iac. 1. hoc eſt, ꝙ dixit Ioſaphat. 2. Paralip. 2. In medio populi cógregati, credite in Domino Deo noſtro, & ſecuri eritis.

Sextò arma ſunt neceſſaria, ſ. ſacraméta, quibus inimici non valent reſiſtere, vnde legitur in figura Iudith 7. ꝙ poſt mortem Holofernis exierunt filij Iſrael, a quibus fugatus eſt exercitus inimicorũ, filij Iſrael ſunt fideles, qui armati Sacramétis Eccleſiæ fugant aduerſarios, vnde quilibet fidelis, hæc arma ſemper habere debet, maximè in morte, Exemplo Beati Patris Auguſti. qui quandocunque ſanctus foret voluit, tum in fine ſumere Euchariſtiam.

Et ſic habemus illa ſex, quæ conferunt
C victoriam, quibus ante Chriſti aduentum eramus priuati, & eorum oppoſitis aggrauati, ſed ipſe veniens omnia nobis contulit, & contraria remouit, vt patet in miraculo, quod hodie ipſe fecit de lãguido, vbi oſtenditur, ꝙ ante Chriſti aduentum, humana naturá multis defectibus erat grauata, & principaliter in ſex, quæ ponitur in ſex prædictis.

Primo locus, in quo debeamus queiſcere, nõ erat in anima, ſed in carne: vnde erat
D piſcina quinque porticus habens: ſecundo tempus, tempus non erat in gratia, ſed in lege, quia die ſabbai: tertio multitudo erat in paucitate, nam dixit ille: Domine hominem non habeo: quarto ſortitudo erat in debilitate, quia 38. annos habés in infirmitatibus: quinto prudentia, & ſagacitas erat in ſimplicitate, quia neſciebat, quid faceret: ſexto armatura erat in nuditate, quia pauper, in grabato ſolus iacebat.

Circa primum: vnde erat piſcina, per piſcinam corpus intelligitur, quod more piſcinę ventis, & vnda contrarietur: quinque porticus, quinq; ſenſus pleni infirmis, quia quilibet ſenſus pluribus infirmitatibus erat E
infectus.

Sequitur ſecundum in die ſabbati: ſabbatum præcipiebatur in lege, in quo nullus debebat operari: quia tempore legis, nullum opus erat perfectum.

Sequitur tertium: Domine, hominé non habeo, nam antea Angeli non ita miniſtrabant hominibus. Cuius opera promittebant ſe operari, ꝙ poſtea non.

Sequitur quartum, 38. annos habens in infirmitate ſua: numerus iſte, vt ſancti dicunt, eſt imperſectus, & ſignificabat, ꝙ tota vita noſtra erat imperfecta, & mala: De quinto nihil reperitur hic. F

Sequitur ſextum: pauper in grabato, ecce qûo genus humanum erat afflictum, ſed veniens Chriſtus ſua pietate liberauit eum. Primo de loco, qui cum videtur, recederet, ſecundo de tempore, quia in die feſto, ꝙ ſignificat tempus gratiæ, tertia de ſolitudine, quia aſſociauit eum reliquæ turbę, quarto de debilitate, quia curauit eum ab infirmitate: quinro a ſimplicitate, quia fecit ſe ab ipſo in templo cognoſci, ſexto de nuditate, quia veſtiuit eum ſanctitate, dicens, vade, & amplius noli peccare. Rogemus G
ergo ipſum, vt ſimiliter nos adiuuet, Amé.

Quantum ad arma dicis, ꝙ ſunt ſacramenta, quibus armamur, & fortificamur, quæ ſacramenta fluxerunt a Chriſto, qui eſt piſcina habens quinque porticus, i. quinq; plagas.

S A B B A T O
poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.

Qui ſunt bellatores meliores, ruſtici, an nobiles. H

Sermo XI.

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, &c.* Matth. 17. Conſueuit quæſtio, quædam de pugnatoribus poni, qui ſunt meliores ad bellum, ruſtici, vel vrbani, ſed ad proceſſum huius quęſtionis ſic eſt agendum: primo oſtendere aptitudinem ruſticorum, quam haber ad pugnam: ſecundo bonitaté nobiliũ, quæ conſueuit inducere victoriam: tertio determinare

A nare dubium propter diuerſorum materiã.
Propter primum ſciendũ, ꝙ ruſtici mul-
tum videntur ad pugnam apti: nam apti-
tudo pugnatorũ, vt oſtenſa ſuit ſuperius eſt
in ſufferre victus parcitatem, quietis aſpe-
ritatem, vigoris ſtabilitatem, membrorum
mobilitatem, mortis impauiditatem; hæc
omnia habent ruſtici melius, quàm nobi-
les: quia defectum victus melius ſufferunt
cum plurimum groſſo pane, & aqua veſcã-
tur, quietis aſperitatem, cũ in cãpis, & ma-
le dormiant, vigoris ſtabilitatem, cum du-
riores, & robuſtiores appareant, membro-
rum mobilitatem: quia quotidie arando, li-
B gonizando, & incidendo laborant. Mortis
impauiditatem, quia modicum de vita cu-
rant, ponderum aſſiduitatem: quia lapides,
ligna, & multa alia portant, propter hæc
omnia, maximè videantur apti ad pugnã,
vnde Vegetius dixit: miramur poſſe dubi-
tari aptiorem armis, etiam ruſticam plebẽ.
Propter ſecũdum ſciendum, ꝙ in pugna
duo ſunt neceſſaria, ſ. abhorrere fugam, &
habere prouidentiam, hæc duo magis ſunt
in nobilibus: qui cũ ipſi optant honorari,
ne vilipendantur, abhorrent fugere: vnde
recitat Phiſ. 3. Ethi. ꝙ hæc fecit Hectorem
C audacem, dicebat enim, ſi de pugna fugiã,
Palamedes mihi redargutionem ponet, ſic
Diomedes factus eſt ſtrenuus: quia dicebat,
ſi in bello terga uertam, Hector cum con-
cionabitur cum Troianis dicet, a me deui-
ctus eſt Diomedes: prudẽtia etiã; & aſtutia
maxima eſt opportuna, nã aliquando plus
facit vna aſtutia, quàm fortitudo magna, &
habere homines nobiliores, ſeu ſagacio-
res. Vnde Romani ſemper meliores Prin-
cipes mittebant ad pugnandũ contra ho-
ſtes, ideo obtinuerunt monarchiam in toto
mundo, & hoc propter bellatorum prudẽ-
D tiam, & bellandi experientiam: nam, vt di-
cit Vegetius. Quid potuiſſet exercitus Ro-
manorum aduerſus multitudinem Hiſpa-
norum, contra dolos Afrorum, & pruden-
tiam Græcorum: niſi pius fuiſſent exercita-
ti in armis, & magis habuiſſent bellandi in-
duſtriam? nam induſtriam, & exercitium
armorum, magis habet nobiliores, quàm
ruſticales: ergo magis ſunt apti ad pugnã.
Propter tertium eſt, dicendum, ꝙ hanc
quæſtionem oportet ſoluere propter diuer
ſam materiam: nam duplex eſt bellum, ſci-
licet equeſtre, & pedeſtre: in bello equeſtri
nobiles ſunt meliores ruſticis, & quamuis
aliquando nõ ſint ita fortes, equus tñ ſup-
plet defectum fortitudinis, in pedeſtri autẽ
pugna ruſtici ſunt meliores, quia melius E
ſufferunt labores, omnes tamẽ optime pu-
gnant. Vnde Vale. lib. 2. refert, ꝙ cum Ful-
uius fractus Capuam obſideret, & equites
Romani, nullo modo Capuanis poſſent
æquari, de cõcilio Centurij, nomine Nemi.
Ruſtici pedites iuuenes tamẽ, & leues cum
equitibus mixti ſunt, qui cum telis, & am-
plis gladijs equos inimicorum vulnerauerunt:
vnde Capuani reſiſtere non potuere,
& ideo Romani obtinuerunt, & de eis glo
rioſiſſimam victoriam habuerunt.
Spiritualiter loquẽdo, & moraliter, per
iſta duo genera pugnatorum intelligo duo
genera Catholicorum: nã aliqui ſunt acti- F
ui, aliqui contemplatiui: actiui aſſimilãtur
laborantibus, & contemplatiui nobilibus.
Primo actiui aſſimulantur laborantibus,
quia quotidie exercitantur in laboribus cor
poralibus, & operibus miſericordiæ: nam
paſcunt famelicos, potant ſitibundos, ve-
ſtiunt nudos, recipiunt peregrinos, viſitant
infirmos, & redimunt captiuos: omnia hęc
ſunt opera practica, & ex iſtis oſtenditur ſa
pientis conſilium, Eccl. 9. Quodcunque po
teſt manus tua, inceſſanter operare, & Apo
ſtoli exemplo. 1. Corint. 10. Vſque in hanc
diem exurimus, & ſitimus, colaphis cędi-
mur, & laboramus manibus noſtris, & 2. G
Thim. 1. Inter nos gratis nõ manducamus
panem ab aliquo, ſed in labore, & fatiga-
tione nocte, & die laborantes: & iſti cum
adiutorio diuinæ gratiæ, carnis vitia ſupe-
rant, quod figuratur in illis tribus pueris
miſſis in fornace ignis, ſicut legitur ĩ Pro-
phetia hodierna: nam actiui ſunt in forna-
ce corporis: vbi eſt vitiorum flamma, ſed
cum diuino adiutorio ſignificato per An-
gelum, illæſi conſeruantur.
Secũdo contemplatiui aſſimilantur no-
bilibus, quorum eſt more nobilium præci-
pere, & ordinare, & mundanis negotijs ſe
non implicant; ideo ita conſuluit Moyſi: H
quia erat contemplatiuus, & cum Deo lo-
quebatur, vt terrenis negotijs populi ſtul-
to labore non deſeruiret, ſed ſolum in his,
quæ ad Deum pertinebãt pręeſſet. Exo. 19.
vide: vnde ſupra 8. Videbar fortis in bello,
intrans domum meam quieſcam. Hæc duo
genera hominum veniunt ad conſtructio-
nem ciuitatis Dei, quod figuratũ eſt. Hier.
4. vbi dicitur, ꝙ pars populi faciebat opus,
& pars alia cuſtodiebat, & cum armis de-
fendebat. Per facientes opera, intelligũtur
actiui, & per facientes cuſtodiam, contem-
platiui. Ambo iſti ædificant Hieruſalem,
illi

A illi manibus operando, iſti orationibus cuſtodiendo, & munitionibus ordinando.

Iſta duo requiruntur in pugna ſpirituali, qui iſtis duobus oſtendit Dominus gloriã ſuam, ſicut patet in hodierno Euange. vbi ſit mentio de trãsfiguratione facta in mõte, vbi in corpore glorificato apparet in quo Euangelio.

Primo ponitur aſſumptio, cum dicitur, aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem: ſecundo ponitur contemplatiuorum apparitio, & ecce apparuerunt eis Moyſes, & Helias, loquentes cum Ieſu, & ecce nubes lucida obumbrauit eos: tertio ponitur
B totius Trinitatis expreſſa notificatio, & vox Patris intonuit: quarto ponitur humanæ fragilitatis demonſtratio, audientes ceciderunt: quinto ponitur viſionis celandæ admonitio, & deſcẽdentibus illis præcepit.

Circa primum, aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem: illi Apoſtoli aſſumpti actiuos ſignificant, & ſunt tres ad ſignificandum tres ſtatus in Eccleſia, ſ. coniugatorum, per Petrum, continentium per Iacobum, & virginum per Ioannem: ſequi-
C tur ſecundum apparuerunt Moyſes & Helias, iſti ſignificant contemplatiuos, quia ambo non corporaliter, ſed ſpiritualiter viuebant: quia Moyſes facie ad faciem cum Deo locutus eſt, & legem ab ipſo recepit, ipſamq; populo docuit, Helias etiam in montem Dei Oreb aſcendit, vbi ſibi Deus locutus eſt, & Sacerdotes, & Regem reprehendit, & admonuit, vt patet 3. Reg. 17. Sequitur tertium, nubes, Filius apparuit in carne, Pater in voce, & Spiritusſanctus in nube: ſequitur quartum: Audientes ceciderunt: quia vt dicit Chryſoſto. Humana fragilitas aſpectum maioris gloriam ſubſtinere non valet, & quia nubes operuit eos, & vocem Patris audierunt: quos tandem tangens Chriſtus fugauit ab eis timo-
D rem: ſequitur quintum, & deſcendentibus illis de monte præcepit nemini dixeritis, ſecundum Gloſam: quia populo promulgata iſta viſio paſſionem impediuiſſet, vel quia tanta gloria prius viſa, & poſtmodũ paſſione oſtenſa, ſcandalum generaſſet. Concedat nobis Dominus, actiuos, & contemplatiuos etiam: vt ad montem cæleſtem peruenire valeamus, & gloriã Dei videre, & frui poſſimus, Amẽ.

E

DOMINICA SECVNDA in Quadrageſima.

In quibus debent inſtrui pugnatores, & quid Dux exercitus facere debeat.

Sermo XII.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, &c. Matth. 17. Euangelium iſtud heri, & hodie in Eccleſia legitur, & ideo bis prædicatur de eo, heri prędicauimus ex- F
ponentes illud per actiuos, & contemplatiuos, qui ſignificantur per nobiles, & laboratores: hodie dicimus in quibus debent etiam inſtructi pugnatores, & quando Capitaneus, vel Dux debent exercitũ ducere.

Primo ſciendum, ꝙ in quinque debent eſſe inſtructi bellatores: primo in lapidum proiectione cum manibus, & funda: nam aliquando aduerſariorum impetus melius lapidibus, quàm alijs armis prohibetur. Vnde Vegetius narrat, ꝙ funda, primo inuenta eſt, in quadam inſula maris, quia homines illi non poterant piratarum impetum G
inhibere, niſi cum lapidibus: vnde omnes aſſueſaciebant cum funda lapides proijcere, in tantum vt matres non darent paruulis cibum, niſi prius cum funda bene, & directè proiecebant.

Secundò debent inſtrui in clauarum, & plumbatarum percuſſione: occurrit enim in pugna, ꝙ vna pars immiſceatur cũ alia, ita ꝙ manualibus, alterũ percutiat, & oportet militem inſtructum etiam ad percutiẽdum cum ſpata, & gladia, claua, & alijs armis: vnde narrat Vegetius, ꝙ Romani ad omnes iſtos actus aſſuefiebant in campo H
Martio: vbi figebantur pali, & iuuenes contra illos palos, vel contra hoſtem ibant, & modo percutiebant in ſummitate, & modo in medio, & ita faciebant actus cum Clypeo, & alijs, ac ſi in exercitu eſſet, & ita inſtruebantur tempore pacis, & ab ipſa iuuentute, ꝙ tempore guerræ in pugna optime ſe habebant.

Tertiò debet inſtrui in ſagittarum, & iaculorum emiſſione: nam ſiue ſagittas emittere, & dardos, & lancias proijcere, maxime eſt vtilitas, tam in defenſione ſua, quàm in offenſione inimicorum: vnde Scipio cum auxilio ſagittariorum vicit Africanos: ſemper enim prima acies erat ex ſagittarijs,

A gittarijs, qui ita debilitabant hoſtes, quòd reſiſtere non poterant.

Quartò oportet inſtrui in aquarum natatione, multoties enim expedit flumina magna tranſire, vbi oportet ſcire natare: vnde Romani ad hoc prouidentes, ſemper ſuos iuuenes natare faciebãt in Tyberi, & etiam equos: vt tam equi, quàm homines, & tam equites, quàm pedites natare ſcirent; refert Valerius lib. 3. quòd Etruſci venerunt Romam cum exercitu valde magno, qui verſus pontem: vt tranſirent Tyberim properabat: deſtructa erat Roma, ſi pontem tranſibãt, & nullus ei reſiſtere poterat: ſed qui-
B dam Horatius nomine, armatus exiuit, & in capite pontis reſiſtit, donec ſui pontem diruerent, ac deinde Tyberim ſe iactauit, qui ita bene natauit, quòd altitudine non conquaſſatus, nec armorum pondere preſſus, nec ſagittis quem vndique mittebantur, illæſus ad ſuos natãdo reuerſus eſt: vnde dicit Valerius, non tantum ſenſi, quàm natando commendandus fuit, & dicere poterant Etruſci, Romanos vicimus, & ab Horatio victi ſumus.

Quintò in equorum Aſcenſione, multum expedit militibus equos ſcire aſcendere, & in eis ſedere, occurrit enim aliquan-
C do hoſtibus preſſura: vt niſi feſtinanter equos valeant aſcendere: quare Romani faciebant equos ligneos paruulis ſuis, in quibus equitare docebant eos: prima probitas Alexandri iſta fuit: quia equitauit vnum equum, quòd nullus equitare poterat, nomine Buceſalas, cuius ſubſidio a multis periculis extitit liberatus: Patent igitur ea, quæ debent facere milites.

Propter primum ſciendum, quòd duo debent facere Principes, dum ducunt exercitum: Primò eos confortare, ne timeant: ſecundò monere vt fideliter exiſtant.

Primum eſt neceſſarium pro tanto: quia
D occurrit aliquando nouitas, qua tenetur exercitus: vnde decet tunc Principem dum talia eueniunt, timorem a militibus remouere: vnde recitat Frontinus, ꝙ Parides, dum in exercitu ſuo eſſet, fulgur cecidit: ergo terriri milites vocauit omnes, & coram eis de lapide cum ferro faciliter ignem excuſſit, dicens, non ergo miremini ſi nubes ſimul colliſę emittunt ignem. Agachas Siracuſanus in exercitu contra Carthaginenſes, cum milites mirarentur de eclypſi Lunæ, dixit: hæc pertinet ad curſum naturæ, non ad noſtrum propoſitum: Epaminundas in exercitu contra Lacedæmonios: quia cecidit ſcannum in quo ſedebat, dicebant E
milites malum eſſe ſignum, qui dixit: immo hoc eſt ſignum, quòd prohibemus ſedere, dum debemus pugnare. Sempronius conſul in exercitu ſuo contra Picientes, vel Picenos facto terræmotu vtrumque turbauit exercitum, qui conſortans ſuos dixit, hoc eſt ſignum victoriæ: & ſtatim in aciem hoſtium irruit, & vicit: omnia hæc Frontinus: ſecundò debet præcipere: vt fideles exiſtant, vt non reuelent ſecreta: multum malum facit reuelatio ſecretorum, & habet non parum impedire in ſuo negotio: vnde Carthaginenſes cum viderét Alexandrum, multum exaltari, & reſiſtere non poſſent F
ſibi, miſerunt Amilchare ſtodinum: vt ſimulato exilio veniret in amicitiam Alexandri, quod fecit ille, & omnia ſecreta ſua retulerat ſuis: quare Alexander non modicum impeditus fuit.

Hæc omnia ſpiritualiter, & moraliter intelligenda ſunt.

Et primò quidem dictum eſt de pugnatoribus: quod quinque debent ſcire facere: quæ ſignificant quinque perfectiones, quas debet habere fidelis Chriſtianus.

Primò lapides proijcere, id eſt diuitias dimittere, quæ lapidibus aſſimilantur ex grauitate, vnde quam ſint graues oſtendit G
Apoſtolus 1. Timoth. 6. qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt in interitum, & perditionem: quod autem hæc grauia debeant milites Chriſti proijcere. Patet Lucæ 14. qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Secundò cum gladio, vel enſe pugnare, id eſt carnis vitia extirpare, Ezech. 5. fili hominis ſume tibi gladium acutum, & radentem pilos, id eſt peccata, vnde in figura legitur Cantic. 3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſ- H
rael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi vnuſquiſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos: Salomon quilibet fidelis dici poteſt, qui pacificè viuere cupit: cuius lectum, ſcilicet conſcientiæ cuſtodiunt armati, id eſt virtutes, vel ſacramenta, quæ ſunt arma noſtra, & vnuſquiſque enſis ſuper femur ſuum: hoc eſt principaliter ad carnis vitia extirpanda.

Tertiò ſagittas emittere, id eſt verba doctrinæ docere: vnde ille Iſaias, qui ad prædicandum miſſus erat, dicebat, Iſai. 49. poſuit me quaſi ſagittam electam, vnde in figura

A gura prædicatoris dicit 1. Reg. 21. tres ſagittas mittam contra eum: Iſtæ tres ſagittæ ſignificant tria, quæ debet facere prædicator, ſcilicet punire culpas, comminari pœnas, & allicere per promiſſiones.

Quartò flumina tranſire, id eſt mundum relinquere, Pſal. ſuper flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, &c. Id eſt ſuper fluxum mundanæ vanitatis ſtetimus: dum hic viximus, & fleuimus præ multis anguſtijs, & doloribus, ideo iſta flumina debemus tranſire, Iſaiæ 47. deſcende, & ſede in pnluere filia Babylonis, & tranſi flumina.

Quintò equos aſcendere, id eſt virtuosè B viuere, Apocalyp. 19. Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur verax, & fidelis: ſuper quę verba dicit Gregor. equus quippe albns eſt vniuſcuiuſque animæ ſanctæ corpus: qnod bene nouit ab illicitis cōtinentiæ freno reſtringere, & curſu charitatis impulſu, in exercitatione boni operis relaxare: equites vero nomine, animam ſancti viri exprimit, quæ iumentum corporis bene ſubditum regit.

Patet primo, quòd quinque debent milites Chriſti habere, ſcilicet diuitias proijcere, carnis vitia extirpare, verba doctrinæ docere, mundum relinquere, & virtuosè viuere.

C Hoc faciendo Chriſtus ſuā gloriā oſtendit, vt patet in Euangelio hodierno, vbi ponuntur duo, primò bonorum militum exēpla ſequenda: ſecundò Chriſti doctrina diligenda, ſurgite & nolite timere.

Primò ponit militum Chriſti exempla ſequenda: iſti ſunt qninqne, ſcilicet Petrus, Iacobus, Ioannes, Moyſes, & Helias: in hijs ſunt illa quinque, proijcere lapides, id eſt diuitias in Petro, qui dixit, Matth. 8. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Cum gladio pugnare, id eſt extirpatio vitiorum fuit in Iacobo: Iacobus interpretatur ſupplantator, D & luctator, admonitio doctrinæ verborum, quod eſt ſagittam emittere, in Ioāne ipſe enim in Euangelio, & in Epiſtolis, ſagittat hæreticos, & admonet Catholicos: tranſire flumina, id eſt mnndum relinquere, in Moyſe: quia tranſiuit mare rubrum, equum aſcendere, id eſt operatio virtutum, in Helia: quia ipſe aſcendit in curru igneo, vbi erant equi ignei: vt patet 4. Reg.

Secundò doctrinam Chriſti noſtri ducis diligenda: quæ vt dictum eſt ſupra, eſt duplex, confortare milites, ne timeant: quod fecit cum dixit: Surgite nolite timere, ſecundò monere, & præcipere: vt fideles exiſtant, & ipſe præcepit eis dicens; nemini E dixeritis viſionem hanc, &c. hoc autem dixit: In noſtram doctrinam, vt bonum, quod ſcimus, vel facimus, non debemus reuelare, & mundi gloriam quærere: quia poſtquàm Chriſtus reſurrexit, manifeſtabit, & retribuet pro eis vitam æternam, Amen.

FERIA SECVNDA poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ.

De tempore ad pugnam conueniente.

Sermo XIII. F

EGo vado, & quæretis me, Hebr. 8. Quia omnia tempus habent, & bellum ſuum tempus habere debet, idcirco de tempore ad pugnam connenienti eſt hodie dicendum. Vnde ſciendum eſt, quòd tempus hoc non debet eſſe ventoſum, non obſcurum, Sol oculos non debet percutere: ſed tergum; exercitus non debet eſſe fame, vel ſiti grauatus: quatuor ergo in tempore debetur attendi: Ventus, Aer, Sol, Exercitus. G

Primò ventus, quòd non percutiat ora pugnantium: habet enim reſiſtere pugnatoribus, quando ante percutit: non enim eſt ſimilis ratio in publicis bellatoribus, & furibus, vel latronibus, qui more lupi, cōtra ventum vadunt, ne ſentiantur: quia ventus tranſportat odorem, & ſonitum motus eorum.

Secundò aer, ne ſit obſcurus: quia in obſcuritate faciliter ponuntur inſidię: vnde recitat Frontinus, quòd Annibal in exercitu contra Fuluium, ſciens eius caſtra male munita, & nimium confidere; vno mane H in aurora cum eſſet tempus obſcurum, a duplici parte aggreditur caſtra Fuluij, & Fuluius vnam partem vincens, ignorās aliam: eū Annibal inſequitur, & eius caſtra ſunt capta, & ante ac retro habēs pugnam, cum octo millia fortiſſimorum militum perijt. Idem dicit, quod gener Pompeij fugans Mitridatem, tempus nocturnum elegit: vt plns infeſtaret fugientem, & ſic ſuos conſtituit, quod lumen Lunæ ſibi retro, & Mitridatem ante percuteret.

Tertiò Sol, ne radij eius oculos reuerberent: quia multum offendit pugnantem:

vnde

A vnde narrat Frontinus, quòd manui aduerſus Cimbros Theutonicos, conſtituta die pugnaturus: quoſdam milites cibatus iam bene ante caſtra collocauit: vt per aliquantulú ſpacij aduerſarios ludrico modo propugnarent, donec Sol non rectè eum teſpicetet, deinde ordinata acie aduerſoque Sole pugnans vicit.

Quartò exercitus non debet fameſcere, vel ſitire: quia redditur debilis valde; vnde dicebat Cæſar, quod ſi fieri poterat, melius fame, quàm ferro hoſtis vincendus erit: vnde refert Frontinus, ꝙ Phicrates Athenienſis, ſciés horam qua hoſtis veſcebatur,
B ante illam horam ſuos veſci fecit: deinde præcepit contra hoſtem ire: & infeſtando non permiſit ipſum comedere tota die, deinde reducens exercitum in armis, retinuit & celeriter paui fecit, hoſtis verò cum fameſceret, ad cibum capiendum feſtinabat, quem ipſe iterum aggreditur & vicit: idem dicit, quòd Scipio Africanus in Hiſpanijs cognoſcens Haſdrubalem Pœnorum ducẽ: Ieiuno exercitu proceſſiſſe in aciem, præcepit ſuis vſque in horam ſeptimam quieſceret comedere, cumque hoſtis præ nimia ſiti: ſecundò armis tanta hora fatigati, caſtra repetere cœpiſſent, ſubito dux exerci-
C tum commiſſo prælio vicit.

Ergo ſic patet, quòd tempus ad pugnam debet eſſe quietum, & non ventoſum, nec obſcurum, Sol non reuerberet oculo, & exercitus non debet fameſcere.

Iſta ſpiritualiter debent eſſe in pugna ſpirituali: quia miles Chriſti nõ debet pugnare cum vento, id eſt cum animo odioſo: ſed quieto, & beniuolo, non tempore obſcuro, id eſt cupido: ſed claro, & charitatiuo; non tempore quo oculi obcęcantur infidelitate, non tempore famis, vel ſitis ignorantiæ.

Primò non debet pugnare cum animo
D odioſo: nam ſicut ventus eſt aeris turbatiuus, & in mari tempeſtatis concitatiuus, ſic eſt odium. Prouerb. 10. Odium ſuſcitat rixas, & ibidem 5. vir iracundus prouocat rixas, & ſicut ventus perturbat, & obnubilat aerem, ſic odium mentem, 1. Ioan. 2. qui odit fratrem ſuum, in tenebris ambulat, & neſcit quo vadit: quia tenebræ obcęcauerunt oculos eius: vnde vir odio plenus, non poteſt eſſe miles Chriſti: quia ſine dilectione opera noſtra non ſunt accepta, 1. Corin. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt: quia charitas benigna eſt: vnde Iob 1. In figura ſcribitur: E
quia venit ventus a parte deſerti, id eſt odium a parte inferni: quia a bonis deſeritur: & concuſſit quatuor angulos domus, id eſt quatuor virtutes Cardinales: nam odium fugat temperantiam, debilitat fortitudinem, deſerit prudentiam, & expellit iuſtitiam: vnde corruit domus, & opprimet omnes filios: quia damnatur anima, & pereunt omnia bona opera.

Secundò non debet pugnare tempore obſcuro, id eſt animo cupido: ſed liberali, & claro, dicitur enim cupiditas tempus obſcurum, pro tanto: quia eſt actum ad malum, & non ad bonum, eo quòd radix om- F
nium malorum eſt cupiditas, 1. Timoth. 2. & ſicut cęco non prodeſt lumen, ſic auaro non prodeſt aurum, Eccleſiaſtici 14. viro cupido, & tenaci ſine ratione, non eſt ſubſtantia, & ideo miles Chriſti cupidus eſſe non poteſt, figura habetur Iudicum 7. vbi legitur de Gedeone, quòd pars illa populi, quæ curuatis genibus bibit, non fuit ducta ad bellum, ſignificans quòd illi, qui toto animo proni ſunt ad mundum, nõ ſunt apti ad ſpirituale bellum: ſed illi, qui tantum neceſſitatem, & nõ ſuperfluitatem volunt: vnde dixit Sapiens, Prouerb. 30. & Tobiæ
3. diuitias, & paupertates non dederis mi- G
hi: ſed tantum victui meo tribue neceſſaria.

Tertiò Sol non debet eſſe ante oculos, id eſt errore, vel infidelitate cęcari: nam error poteſt Soli, qui oculos percutit aſſimilari: eo quòd hæreticus putat ſe clarè videre, & intelligere: ſed lumen iſtud obcęcat, & non illuminat: vnde de iſto Sole ſcribitur Iſaię 28. Confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum, in mõte Sion, & in Hieruſalem, & in conſpectu ſeruorum ſuorum fuerit glorificatus, tunc enim confundet, &c. error, & infidelitas: quando Dominus regnabit, id eſt iudicabit: quia tunc apparebit, quod hæretici malè ſenſerunt de H
fide, qui vſque in illum diem, in ſuo ſenſu perdurat, & iſti non poſſunt eſſe Chriſti milites: quia diſplicet ſibi infidelis, Eccleſiaſt. 5. & ad Hebræos, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: vnde in figura habetur 4. Reg. 23. quòd Rex Ioſias combuſſit currus Solis igne, Ioſias interpretatur voluntas diuina, & hic eſt Chriſtus, qui fecit voluntatem patris ſui, qui currus Solis, id eſt animas hæreticorum, quòd ſunt currus, & ſedes infidelitatis, mittit in gehennam.

Quartò non debet pugnare cum fame, & ſiti, id eſt cum ignorantia Chriſti: quia ignorans

A ignorans ignorabitur, 1. Corinth. 14. ſicut
enim fame, & ſiti debilitatur corpus, ita
ignorantia debilitatur anima. Eccleſiaſti-
ci 8. Multa eſt hominis afflictio: quia igno-
rat, & non ſunt boni milites. Figura, & 1.
Reg. 21. quod Dauid fugiens ſolus venit ad
Abhimelech ſacerdotem, qui dixit, pueros
dimiſi huc, & illuc, nunc ſi habes panes, da
mihi: nam ſecum duxerat eos: quia fame-
ſcebant, id eſt veritatem ignorabant. Ergo
ſic patet, quòd miles Chriſti non debet pu-
gnare tempore ventoſo, id eſt animo odio-
ſo: non tempore obſcuro, id eſt corde cu-
pido, non cum Sole oculos verberante, id
B eſt cum infidelitate, nec cum fame, & ſiti
ignorantiæ: & quia Iudæi hæc non habe-
bant; ſed in his omnibus deficiebant: ideo
in hodierno Euangelio de hijs quatuor re-
prehendit eos Chriſtus.

Pimò de animo odioſo, cũ dicit, ego va-
do, & quæretis me, id eſt odio, ſecundum
Auguſtinum, & ideo in peccato veſtro mo
riemini, & quo ego vado, vos non pote-
ſtis venire.

Secundò de appetitu cupido, ſecundum
Auguſtinum in homil. ſolum terrena cupi-
tis, & deſideratis, id eſt moriemini in pec-
catis veſtris, ſcilicet cupiditatis.

C Tertiò de infidelitate, cum ait: Si enim
nõ credideritis, quia ego ſum, ſcilicet Deus
& homo, moriemini in peccato veſtro, ſci-
licet incredulitatis.

Quartò de ignorantia veritatis: dicebant
enim, tu quis es? vbi Chriſtus oſtendit ſe
verum Deum, dicens: Principium qui &
loquor vobis: hominis filius: quia multa ha
beo de vobis loqui, & iudicare: ſed qui mi-
ſit me verax eſt: nam ſecundum quod ho-
mo habet iudicare: quia pater non iudicat
quenquam: ſed omne iudicium dedit filio,
Ioan. 5. Secundum autem, quòd homo, mi-
ſit eum pater: quia ſecundum quod Deus,
D eſt vbique totus; oſtendit ſe inſuper ſe paſ-
ſurum; quia cum exaltaueritis filium homi
nis, ſcilicet in cruce; tunc cognoſcetis quia
ego ſum, & omnia iſta Iudæi ignorabant,

Rogemus ergo ipſum, vt nobis det ſuam
gratiam, qua ſcimus beneuoli, & non
odioſi: liberales, & non cupidi: fideles, &
non increduli; vel hæretici: & ſcien-
tes, & non ignorantes; vt non
moriamur more Iudeorum
in peccatis; ſed viua-
mus in ſecula ſe-
culorum,
Amen.

FERIA TERTIA poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ. E

*Quomodo acies debet eſſe ordinata per di-
uerſos officiales.*

Sermo XIIII.

SVper cathedram Moyſi ſede-
runt, &c. Matth. 23. Anti-
quitus in exercitibus ordina-
tis erant ſex genera perſo-
narum; Primò erat dux exer- F
citus, & dicitur dux, quia omnium Domi-
nus erat, & ad ipſum omnes recurrebant;
ſecundò erant præpoſiti, & præfecti parti-
culares, vtputa millenarij, qui præerat mil-
le; centuriones, centum; quinquaginaria,
quinquaginta, & decani, decem; millenarij
habebant ſemper vexilla, & centuriones;
ſed quinquagenarij non ſemper habebant;
tamen in capite habebant ſignum, quo re-
cognoſcebant a cæteris; tertiò, erant con-
ſiliarij, ſemper enim dux, & princeps con-
ſiliarios habent, cum facienda practicant;
quartò erant quidam præfecti, qui more Iu-
dicum habebant punire delinquentes; quin G
tò erant milites omnes æquales ordinati, &
diuiſi ſub ſuis centurionibus; ſextò erant
magiſtri exercitus poſiti ſuper victualibus,
& neceſſarijs pro exercitu; vnde emebant
arma, & conſeruabant; figebant papilio-
nes, ordinabant campum, & curam habe-
bant de infirmis.

Ad primos, qui erant duces, ſpectabat
prælio auaritiam abhorrere, & faciebant
(vt dicit Valerius) patriæ rem, & non ſuam
augere, & magis pauperes in diuite, quàm
diuites in paupere Imperio verſari male-
bãt; vnde refert ipſe Valerius in 4. lib. quòd
Marcus Curtius; obſidens Beneuentum, H
qui dicebatur tunc Samniũ; miſerũt Bene-
uentani ei magnum pondus auri, ſciebant
enim eum eſſe pauperem; quia non niſi li-
gneis vaſis vtebatur, & ideo crediderunt,
ipſum diuitem velle fieri; qui dixit eis, re-
portate veſtra veſtris; & dicite eis, Marcum
Curtium magis velle locupletibus impera-
re, quàm diuitem eſſe, & mementote me,
nec acie vinci, nec pecunia poſſe cor-
rumpi.

Ad ſecundos, qui erant cẽturiones, ſpe-
ctabat milites inſtruere, & eos animare:
quare ſuper primos, vel ſemper primo in-
cipie-

A cipiebant; vnde refert Frontinus, quòd Sylla aduerſus Ardelaum, cum videret tempus actum ad bellum, accepto gladio prius currit in hoſtes ſuos, dicens, ſi quis de me peteret; dicatis me ſolum pugnare, cuius rei pudore vniuerſi ſecuti ſunt eum, idem dicit, quòd Iulius cum audiret ſuos milites, equos non habere paratos, ipſe equum dimittés pedeſter inimicorum aciem aggreſſus eſt, quem ſecuti ſunt milites, & vicit.

Ad tertios ſpectabat conſilia bona dare, non ad Ducis complacentiam, ſed ad bonum Reip. pertinentia: vnde Augu. ad Bonifacium, eligi ſibi conſiliarios ſocios, Deú timentes, veritatem amantes: ſæpe enim adulatores, blanda facie decipiunt animos audientium ſe, & perpetuæ mortis laqueis interimunt: vnde ad ędificationem debet patere, vel parere: non ad deſtructionem, ideo non omnis amicus cõſiliarius eſſe poterit, dicente ſcriptura, amici tibi ſint multi, conſiliarius vnus.

B

Ad quartos hoc eſt, eos qui erant vice iudices ſpectabat iuxtè, & directè iudicare, antiquitus enim acriter puniebantur, non rectè iudicantes: vnde narrat Valerius, lib. 6. quòd Cambiſes Rex Perſarum, quendam iudicem viuum excoriari fecit: quia male ſuum ęmulum iudicauit: cuius filium ſupra tribunal capio patris coopertum ſedere fecit, dices time pœnam, & fuge culpam.

C

Ad ſextos, ſ. milites: ſpectabat eſſe humiles, non multú loquétes, abſtinentes, & té peratos: vnde recitat Frôtinus, quod Marcus Scaurus in ſuo exercitu, ita temperatos milites habuit, ꝙ ſtans die tota cum eius exercitu ſub arbore pomis plena, nullus militum tetigit eam: quæ, poſteriori die, intactis fructibus reperta eſt.

Ad ſextos, ſ. magiſtros, qui erant ſuper opera & victualia: ſpectabat eſſe expertos, & legales: vnde non niſi bene experti, & legales, tali officio fungebantur, ſic erant ordinati officiales in exercitibus ordinatis.

D

Et ita ſpiritualiter ſancta mater Eccleſia, quę eſt terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata, habet diuerſos ſtatus, ſuorum fidelium: nã aliqui ſunt prælati, qui ſignificãtur ꝑ duces, aliqui prædicatores, qui repreſentantur per Centuriones, aliqui regulares, qui repręſentantur per Conſules, aliqui pęnitentiarij, qui ſignificantur per iudices, aliqui ſunt ſeculares: ex quibus aliqui ſunt nobiles, qui repręſentãtur per milites, alij artifices, alij mercatores.

Primi ſunt prælati, qui aſſimilantur Principibus: nam ſicut illi Principes abhorrebãt auaritiam, ita debent & prælati: vnde Eſa. Quis ex vobis, habitabit ſupple in prȩlatura, qui prohibet auaritiam ex calumnia, excutit manum ſuam ab omni munere: Et ratio eſt: quia vir iuſtus erigit terram, & vir auarus deſtruit eam, Prouer. 29. & ideo dictum fuit Moyſi, Exo. 18. Prouide ex omni plebæ viros, qui oderint auaritiam. E

Secundi ſunt ꝓdicatores: qui figurãtur ꝑ Cẽturiones: quia ſicut illi debebãt inſtruere milites, ita iſti populum, & ſicut illi primo incipiebãt prȩliari, ita iſti primo debẽt ſacere, & poſtea docere: Vnde Beda, qui viam veritatis, alijs oſtendere cupit, cautiſſime attendere debet, ne aliter viuat, quàm docet. F

Tertij ſunt pęnitentiarij, qui comparantur iudicibus, ſicut enim iudices rectè iudicare debẽt, ac iſti diſcreti, & prouidi pœnitẽtias imponere: vnde præcepit Dominus, Leuit. 2. Quòd in omni ſacrificio debent ſal offerri, ſignificans, ꝙ in omni opere ſacerdotis debet eſſe diſcretio: vnde Matth. 9. dicit. Habete ſal inter vos, & in vobis, & vos eſtis ſal terræ, &c.

Quarti ſunt regulares, qui comparantur Conſulibus: quia ſicut illi, non ad placendũ homini, ſed ad commune bonum, dare debent conſilium: ſic iſti, non vt placeant hominibus, ſed vt placeant Deo facere debẽt bonum, Matt. 5. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. G

Quintò ſunt nobiles, qui more illorum militum debent eſſe humiles paruitatem victus ſufferentes, & ab omnibus carnalitatibus abſtinentes, j. Pet. 2. Abſtinete vos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.

Sextò ſunt artifices, qui debent in ſuis artibus eſſe ſufficientes, & mercatores debẽt per omnia eſſe fideles, & veraces, Matt. 19. Veritatem loquimini vnuſquiſq; cum proximo ſuo, ecce quomodo debet eſſe ordinata Eccleſia Dei. H

Sed aliter hominum negligentia, & diaboli malitia fecit, & patet in hodierno Euãgelio; Nam primo prælati facti ſunt auari: quia ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: ſecundo prædicatores facti ſunt mali: quia dicunt & non faciunt: tertio penitentiarij facti ſunt indiſcreti, quia imponunt onera grauia, & importabilia: quarto regulares facti ſunt hypocritę: quia omnia faciunt, vt videantur ab hominibus:

quinto

A quinto nobiles in multis vitijs ſunt implicati: quia in ſumptum veſtimentorum: ſexto artifices non curant ſcire, ſed ſciri, nec videre, ſed videri, & vocari ab hominibus Rabbi; mercatores modo cupiūt fraudare, & mentiri, diligunt ſalutationes in foro, hoc ſpectat ad mercatores.

Ecce videtis quomodo acies Chriſti eſt inordinata: ſed nunquid ad hæc oīa Chriſtus caput noſtrum non poſuit remedium? certè: immo ad omnia iſta vulnera vnam perfectiſſimam adhibuit medicinam, ſcilicet humilitatem, omnis qui ſe humiliat exaltabitur, &c.

B Rogemus ergo Dominum, vt tribuat nobis humilitatem, Amen.

FERIA QVARTA poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ.

Quomodo exercitus debeat ire, ſtare, & ferire.

Sermo XV.

C AScendens *Ieſus Hieroſolimam, aſſumpſit duodecim, &c.* Matt. 20. Præpoſui hodie vobis tria dicere: primo qūo exercitus debeat procedere: ſecundo quomodo exercitus debeat ſtare: tertio quomodo exercitus debeat ferire.

Propter primū ſciendum, ꝙ dum exercitus vadit debet attendi, ne inſidiæ fiant in itinere, quæ ſi fiunt, vel ſunt manifeſtandæ. Eſt imponendum militibus, vt cauti exiſtant: & victoria promittenda, ne timeant: vnde de his cautelis Frontinus ponit mul-
D ta exempla: Narrat enim, quòd Fuluius ducens exercitum ſupra Lucanos, præſciuit Lucanos in inſidijs eſſe: qui debiliorem legionem cum ſarcinis primo miſit, & fortiſſimam ad dexteram, & ſiniſtram: diuidens miſit, quod cum hoſtis prædationi intenderet: per vtraq; latera irruens, eos occidit, idem Fuluius exercitum ducens, & hoſtis prēmēs tergum peruenit ad Fluuiū, in ciuius ripis abſcondit vnā legionem, ac hoſtis paucitate viſa acrius inſequitur, ſed ipſe occupans eum in medio, totum proſtrauit: refert etiam, quod Phierates dum in Traciam equitaret, ſciuit hoſtem habere obuiam, & ipſe præmiſit ſarcinas cum debiliori exercitu, remanens ipſe cum fortiori, vnde hoſtes circa prædam fatigatos, & intentos inueniens, & inuadens vicit. E

Propter ſecundum, ſ. quomodo milites in exercitu ſtare debeāt, dicendum, quod minus rara, vel larga & ſpacioſa, quia quādo acies eſt nimiū rara, facilius rumpitur; vnde Frontinus dicit, quòd Raſides Dux Lacedęmoniorum, in exercitu contra ciuitatem Amphypolim, cum multitudo Athenienſium maior ſua eſſet, & non niſi per ipſos tranſire poſſet: noua ſagacitate vſus, ſi claudendum præſtitit, vt per longum coronæ ambitum, deſtrueret hoſtilem frequentiam: & ideo, quia rariſſimi exiſtebant, & F
obſtabant erupit: veruntamen non debet tamen arctari, ne brachia poſſint mouere, & percutere: quando enim homines ſunt nimis ſtricti, ad percutiendum impediuntur, non enim debet teneri extremum; vnde Antiquitus in mille paſſibus ponebātur 1666. homines, debet enim tres pedes de ſpatio, pro quolibet.

Propter tertium, quomodo debēt ferire, eſt ſciendum, quòd duo ſunt modi percutiendi, videlicet cęſim, & punthim, de iſtis debet melior eligi, & videtur, quòd ſit pūtim, quia percutiendo cęſim, multa arma G
oportet incidere: quod punctim non eſt, niſi quantum eſt puncta lanceæ, vel cultelli percutiendo etiam cęſim, oportet magnam plagam facere, & multum de oſſibus, & de carne incidere ad hoc, quòd plaga ſit mortalis, ſed percutiendo punctim, poteſt ſufficere plaga vnius vnciæ, alia ratio eſt: quia percutiendo cęſim, plus laboratur, & hoſtis poteſt melius ſe defendere: quia plus valet præuidere, ſed percutiendo punctim, non eſt labor: niſi tenere lanceam, & impingere, & hoſtis non poteſt ira ſe defendere: eſt etiam alia ratio: quia percutiendo cæſim homo eleuando brachiū, poteſt plus H
offendi ab hoſte cordato, & ſub brachijs, & in pectore, vbi ſiunt mortale plagę, ſed percutiendo punctim. Non poteſt lędi, imò ipſe lędit. Patet ergo, quomodo exercitus debeat ire, ſtare, & ferire.

Spiritualiter loquendo, mundus iſte poteſt dici, via per quam imus, quia tranſeūtes quaſi, & non perpetualiter, & permanenter hic viuamus, Hebr. 11. Nō habemus hic permanentem ciuitatem; ſed futurā inquirimus, poteſt dici cāpus, in quo pugnamus. Vnde Bernardus: Dum (inquit) fratres, in hoc mundo ſumus, quaſi in campo certaminis poſiti ſumus: videndum eſt ergo,

A go, quomodo ſpiritualiter debemus ambulare, ſtare, & percutere.

Primò debemus ambulare cum prudentia, Epheſ. 5. Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, & propter inimicorum noſtrorum inſidias, nobis eſt neceſſaria prudentia: Inimici autem ſunt tres, ſ. caro quæ inficit, diabolus qui decipit, & mundus qui affligit: de carne ad Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: de diabolo. j. Pet. 5. Tanquàm leo rugiens circuit, quærens quē deuoret: de mundo Ioan. 13. In mundo preſſuram habebitis.

B Contra omnia iſta, vnus eſt reſpiciendū, & nos tanquàm prudentes, illud debemus accipere, & hoc eſt memoria paſſionis Chriſti, quæ eſt contra concupiſcentias carnis: vnde Apoſtolus. Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. Hoc figuratur Exodi. In virga Moyſi, in qua percuſſus eſt fluuius Ægypti, ideſt carnalis voluptas, & aqua vertitur in ſanguinem: quia delectationes, maximè fiunt in abhominatione, & moriuntur piſces, i. carnales delectationis, liberat a tentationibus diaboli, quod figuratur Nume. 21. In ſerpente, ad quem aſpicientes filij Iſrael, ſanabantur a

C morſu ſerpentium, & in virga, quam miſerunt in aquis Marath, quæ erāt amarę: quia paſſio Chriſti liberat a tētationibus dęmonum, & dulces facit afflictiones huius mūdi: Vnde propter hæc omnia, dicit B. Hier. Reſpice Chriſtum crucifixū: & contra omnes languores inuenies remedium, ſi infirmaris cogita, quia lāguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, ſi detractionem. Et contumeliam patens: nōne de eo dictū eſt. In Belzebub, principe dæmoniorum exijt dæmonia: ſic erga omnē pęnam, in Chriſto inuenies medicinam.

Secundò debemus ſtare cum conſtantia,

D 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat: vbi dicendum, quòd ſicut in exercitu temporali non debent ſtare hominis nimis ſparſi, nec nimis ſtricti: ita in ſpirituali, non debent milites Chriſti, nimis in temporalibus ſe diffundere: nec vltra poſſibilitatem ſe affligere, & reſtringere: quia periculoſum eſt vtrumque.

Primò periculoſum eſt in temporalibus, nimis ſe dilatare, quia faciliter poteſt ſe rūpere, Eccleſ. 11. Fili mi, in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris, non eris immunis a delicto: vnde in Pſal. dicitur: Quòd peccatores, quia obtinuerunt diuitias: ideo tenuit eos ſuperbia, & prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum.

E Secundò nimis ſe affligere, & reſtringere vltra poſſibilitatem eſt etiam periculoſum: quia vt di. Greg. ſupra Ezechielem, nimis delicate carnem paſcere, eſt hoſtem nutrire: ſed vitium eſt ciuem interficere: vnde Apoſt. Rom. 12. Rationabile obſequium veſtrū: & Bernardus, qui modo vixerit vt homo, viuet vt beſtia: honor religioſi eſt vita diſcreta: vnde in abſtinentia, & pęnitentia diſcretio eſt obſeruāda: multos vidimus dementatos propter nimiam abſtinentiam: vnde B. Auguſt. ita ſcripſit in

F regula: Carnem veſtrā domate ieiunijs & abſtinentia Eſcæ & potus: quantum valetudo permittit: patet ergo, quomodo in noſtra pugna nos debemus ſtare nō nimis ſtricti, nec nimis ſparſi.

Tertiò debemus ferire cum audacia. 2. Cor. 11. Rogo autem vos per illam confidentiam, quā exiſtimo videre, &c. Iſtud autem audacter peruertere, eſt punctim diabolum vulnerare: ex oppoſito ſibi, ſ. ex humilitate nulla enim virtute tamen offenditur: quia vt dicit Vgo de S. Vict. Si ieiunas: hoc ipſe non metuit: quia nunq̃ cibum ſu-

G mit, ſi vigilias non timet: quia nunquàm ſomnum capit: ſi caſtitatem ſeruas, hoc nō timet, quia nunquàm fęminam cognouit, ſed ſi humilitatem ſeruas, hoc vehementer expaueſcit: quia hoc obſeruas in terris, qd ipſe in cœlo obſeruare contempſit: vnde legitur in vitis Patrum, ꝙ diabolus apparuit ſancto Machario cum falce in manu, circundans eum, quaſi acriter percuſſurus, & tanquàm non valens eum percutere, dolaroſa voce dixit: quid eſt, ꝙ te nō poſſum vincere? Certè ꝙ nec abſtinentia, nec continentia, ſed ſola humilitas tua me vincit, & vlulans diſceſſit: & ſic patet, quomodo debemus ire, ſtare, & ferire.

Hæc proponit Chriſtus in Euang. & pri-

H mo quomodo debemus ire: cum dicit, ecce aſcendimus Hieroſolimam, &c. Secundo quomodo debemus ſtare: cum addit: tunc acceſſit ad eum mater, &c. Tertio quomodo debemus ferire, tūc indignati ſunt, &c.

Circa primum. Vis ergo aſcendere Hieroſolimam, i. cœleſtem intrare aulam? memēto quomodo Chriſtus fuit traditus per diſcipuli auaritiam, illuſus, flagellatus, cōſputus per ſacerdotū inuidiam, crucifixus per Pilati nequitiam; ſed reſurrexit tertia die per ſuam potentiam: hoc habendo in memoria, non timebis inſidias carnalis cōcupiſcentiæ, nec diabolicæ nequitiæ, nec

A mundanæ malitiæ: ſequitur, tunc acceſſit mater filiorum Zeb. d. dic, vt ſedeant hi d. fil. vnus a dextris, & alius a ſiniſt. &c. Vis tu ſtare ad dextam, i. in gloria in cœlo, & non ad ſiniſtram. i. in gratia in hac vita, bibe calicem, quem bibit Chriſtus: ſic ipſe dixit poteſtis bibere calicem, &c. In iſta ergo vita ſtare debemus bibẽdo amaritudines & paſſiones; ſequitur de tertio, tũc indignati ſunt, &c. ſitis quia principes: nam ſic erit inter vos, &c. Hic ponit directè modum percutiendi diabolum, ſ. cum humilitate, quia qui maior eſt veſtrum, erit veſter miniſter, &c. Vis ergo ferire diabolum? non

B ſis ſicut Principes mundi, qui quanto maiores ſunt, tãto ſunt etiam ſuperbiores, ſed ſis ſicut Chriſtus, qui cum maior eſſet ſeruiebat: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, &c. qui cum eſſet Deus ſublimis, factus eſt homo humilis, formã ſerui accipiens, in ſimilitudinis hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis, &c. Rogemus ergo Domino, vt ſic faciat, non ire, ſtare, & ferire, vt vincentes coronemur in cœlis, Amen.

FERIA QVINTA post ſecundam Dominicam Quadrageſimæ.

C

De maneriebus militum, qui ducebantur ad exercitum.

Sermo XVI.

HOmo quidam erat diues, &c. Luc. 18. In exercitibus antiquorum, quinque manerierũ militum ducebantur.

D Primò quidam vocabantur, velites, qui erant iuuenes leuis armaturæ, quos hodie latini vocant valetos: iſti erant agiles, & primo mouebant bellum.

Secundò erant excubitores, qui die, & nocte cuſtodiebãt exercitum, inter ſe tamẽ diuiſi, ne nimis vigiliarum labore grauarẽtur: maxime enim cura erat antiquitus, vt cuſtodibus exercituum, tanquàm eis vti ſit valde neceſſarium: Nam Frontinus recitat: propter hoc Claudius Imperator vicit Cimbros, ipſe enim exiſtens in exercitu, contra eos iuſſit, quadam nocte eorum caſtra inopinatè aggredi: deinde fugere, qđ continuans per plures noctes, fatigabat nõ **E** modicum hoſtes: cogens eos omni nocte eſſe ſollicitos: tandem ſimulauit totalem receſſum, de quo gaudentes Cimbri, & facti ſecuri: male ſe cuſtodiunt, Claudius vero eorum caſtra aggreditur ſubito, & vicit eos, atque confudit.

Tertiò erant de ſerui, vt enim dicit Iſidorus, quòd nũquàm ſeruis promiſſum eſt ad militiã admicti, ſed poſtquàm Romani ab Annibale apud Cannas fuerunt deuicti, vt perditam militiam recuperarẽt: omnes ſeruos fecerunt liberos, & ita eis militare conceſſum eſt, vnde tales milites dicebãtur de ſerui, i. non ſerui, ſed deſinentes eſſe ſerui. F

Quartò erant alaris, qui per modum alaris aciem protegebantur, & iſti a tota acie erant ſeparati, & inordinatè habebant percutere hoſtes, diſcurrebant enim per campum, & illud diuertebantur, & videbãtur neceſſarium.

Quintò erant vexillatores, qui velis, & flammis vtebantur; erant ex hoc ab omnibus alijs ſeparationis, & ſic patet, ꝙ ſunt quinque maneries militum ſpiritualiter loquendo, ita debet eſſe in bello ſpirituali: quia.

Primò debẽt eſſe pauperes, per illos agiles & leues, qui non præmũntur grauitate G terrenorum, ſicut enim graue pondus impedit, volentem velociter currere, ſic terrena omnia grauant Chriſti militem, qui cum diabolo vult pugnare: hoc figuratũ eſt in Dauid. 1. Reg. 18. qui volens cum Philiſtæo pugnare: indutus armis Saul, non valebat incidere, ſed ea abijciens, baculum, & peram ſolum ſumpſit, & liberè vadens vicit: hic Dauid fidelis eſt, cum diabolo pugnans, ſed oneratus armis Saul, ideſt terrenis, non poteſt pergere: ſed cum abijcit, & baculum Crucis accipit, & perã, ideſt memoriam quinque vulnerum Chriſti induit, prima percuſſione vicit. H

Secundò ſunt excubitores, i. ſtabiles, qui ſignificantur per cuſtodes, ſicut enim illi, ſic & Chriſti. Milites debent eſſe ſtabiles, & non vagi. 1. Cor. 15. Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere bono, vnde quàm ſit vtile non vagari, & damnoſum moueri: figuratũ eſt Gen. 34. vbi ſcribitur, ꝙ egreſſa eſt Dina, vt videret mulieres regionis illius, quam cũ vidiſſet Sichem filius Emor Princeps terrę illius adamauit, & rapuit, & dormiuit cum ea: opprimens illa virginẽ conglutinata eſt anima eius cum ea: triſtemq́; blan-

A blanditijs lininit, Dinas, vt alienigenas mulieres videat, egreditur, quando mens hominis ſua facta negligens alienas actiones curans, extra ordinem proprium vagatur, quam Sichem opprimit, quia inuectam, in curis exterioribus diabolus corrumpit, & conglutinatur anima eius cum ea: quia initam ſibi per iniquitatem reſpicit, & quia de bono perdito cogitur flere, & impius corruptor; ſecuritatem vanam elargitur: triſtemq; blanditijs curat delinire.

Tertiò pęnitentes, qui ſignificantur pillos, qui ſerui fuerãt, ſed vlterius non erãt; ita iſti relictis peccatis, quorum præmebantur B tur ſeruitute admittuntur Chriſti militię. Rom. 5. Liberati a peccato, ſerui autem facti Deo: figura huius poteſt eſſe Iacob: de quo Gen. 29. ſcribitur, ꝙ recedens Laaban, cui ſeruierat, in ipſo itinere Angelum Dei vidit, & cum eo luctans, Iſrael nomen accepit, hic Iacob eſt quilibet fidelis, qui recedendo a peccati ſeruitute, aſſociatur angelicæ aciei: nomenq; recipit diuinæ viſionis, Iſrael videns Deum in corpus.

Quartò ſunt contemplatiui, qui ſtudio ſcripturarum inſiſtunt, & figurantur per illos, qui aciem protegunt & ſubueniũt, ſ. alares, ſic iſti in omnibus tribulationibus, in ipſa ſcriptura conſolationem, & conſo- C lares reperiũt: quia quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarũ, ſpem habeamus, Rom. 14. Vnde in figura huius ſcribitur. 1. Reg. 18. Quòd ſpiritus malus, qui inuaſerat Saul, recedebat, cum Dauid Citharã pulſabat: ſpiritus malus inuadens Saul, poteſt dici quælibet afflictio, vel tribulatio affligens chriſtianum, ſed pulſante Cithara, & loquente ſcriptura, mitigatur moleſtia per exempla aliorum viſa.

Quintò ſunt charitatiui, qui ſignificãtur per illos, qui vexilla portabant, quia vexillum, & ſignum militis Chriſti eſt charitas, D Ioã. 13. In hoc cognoſcent homines, ꝙ diſcipuli mei eritis: ſi dilectionem habueritis adinuicem, & ipſa charitas loquitur, Cãt. 8. Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, figura poteſt eſſe Machab. 4. vbi dicitur, ꝙ oſtenderũt Elephantibus ſanguinem vitę, vt acuerent eos ad prælium, i. dederunt ſignum charitatis feruentis, & facti ſunt prompti ad ſpirituale bellum.

Et ſic patent, quales debent eſſe milites Chriſti: quia debent eſſe leues, non grauati pondere terrenorum, cuſtodes, & ſtabiles, non vagantes vanitatibus mundano- E rum, liberi & non ſubiecti vilitatibus peccatorum, prouidi in meditatione ſacrarum ſcripturarum, conſignati ſigno charitatis.

Omnia iſta, quam ſint damnoſa non habentibus, & fructuoſa ſeruantibus, patet in Euangelio hodierno; vbi fit mentio de diuite, & paupere: vt per diuitem intelligas malum, per pauperem autem bonum: & primo ponitur eorum diuerſa conditio: ſecundò diuerſa eorum remuneratio.

Propter primum dicit de homine malo, quòd terrenis aggrauatur: quia erat diues; ſecundò vanitate relaxatur, quia induebatur purpura, & biſſo; tertiò vitijs carnis fa- F mulabatur: epulabatur quotidie ſplendidè; quartò charitate expoliatur: quia de micis menſæ non dabat.

Sed de milite Chriſti contrarium loquitur: nam non grauatur terrenis: quia mendicus, non vagatur in vanis: quia canes lingebant vulnera eius, id eſt verba ſacræ ſcripturæ mitigabant eius afflictiones, non priuatur ſigno charitatis: quia dicitur Lazarus, & interpretatur a Deo auxiliatus, & ſignat charitatiuum, cui auxiliatur Deus.

Secundò ponitur iſtorum duorum diuerſa remuneratio: nam Lazarus, qui non grauatur pondere terrenorum, portatur ad cęlum: quia non delectatur vanitate munda- G norum; gaudet gloria beatorum: quia non ſequitur carnale deſiderium, locatur in Abrahæ ſinu.

Diues verò pondere preſſus, ſepelitur in inferno, vane gloriæ deditus, patitur tormentum: gulæ ſeruus, ſentit cruciatum: petit guttam aquæ, & non accipit: quia cupidus de ſuo non dedit alijs, nec pauperem petentem exaudiuit, nec ipſe exaudiri meruit. Rogemus Dominum, vt det nobis gratiam, quòd habeamus has quinque conditiones, ne cum diuite Epulone ſepeliamur in inferno: ſed cum Lazaro a ſanctis Angelis, in ſinum Abrahæ, id eſt in cœlum H deportemur, Amen.

FERIA SEXTA
poſt ij. Dominicam Quadrag.

De numero militum, de cuſtodibus, & ſui & caſtrorum.

Sermo XVII.

HOmo quidam pater familias plantauit vineam, & cætera. Matth. 21. Apud antiquos in exercitibus, quatuor ordinatè fiebant: primò ſignatorum nu-

A numerus; ſecundò ſignorum cultus; tertiò caſtrorum ambitus: quartò buccinarum actus.

Dico ad primum, eſt ſciendum, quòd Romani habebant legionem, de qua conſtituebant duplicem aciem, & dicebatur legio ab eligendo: quia erant electi, & quòd dicimus legionem, Macedones dicunt Philangam, & Gallici caternam, in qua legione ſecundum Iſidorum lib. 9. erant ſex millia hominum: Vegetius autem videtur dicere, quòd erant 6666. & adhuc plures erāt apud Romanos: quia vt vincerent addebant 1330. erant autem ſecundum Iſido- B rum decem cohortes, & 200. turmæ, in turma erant triginta equites de qualibet centuria; vna cohors habebat 500. milites: Romani tamen primam cohortem faciebant maiorem, & nobiliorem cæteris: vnde habebat mille centum, & quinquaginta pedites bene armatos, & equites mille trecentos, reliquæ verò æquales erant, fiebant autem de legione duæ acies.

Quo ad ſecūdum, ſcilicet cultum ſignorum, ſciendum quòd ipſa vexilla, in maxima habebantur reuerentia, & conſeruabātur diligenti cuſtodia, & pro eorum defenſione milites ſe ponebant morti: vnde re- C citat Frontinus, quòd Suinis Trullus adoleſcens, aduerſus Sabinos cum vincere nequiret, vexillum accepit: & in hoſtes proiecit, cuius repetendi gratia ſic Romani pugnauerūt, vt etiam ſignum victoriæ reportarent: ſumma enim alacritate, ad eum repetendum incubuerunt: Dicitur autem vexillum, a bello; quaſi beſſillum: vt dicit Iſidorus lib. 18. Ethimologiarum: Ponit etiam ibi, quòd ſub Romulo, loco vexilli, milites habuerunt faſciculos feni.

Quo ad tertium, ſcilicet caſtrorum ambitum, eſt dicendum, quòd caſtrum locus eſt, in quo locatur exercitus: & dicuntur D caſtra quaſi caſtam, ſecundum Iſidorum libro 9. quia nunquàm mulier debebat intra eſſe: extra autem prædictum locum, non licebat vagari; vnde dicit Frontinus, quòd Scipio Africanus omnium qui receſſerant dexteram manum, præſcindi iuſſit.

Quo ad quartum buccinantium actus, eſt ſciendum quòd buccinatores erant, qui ſigna belli dabant, & dicitur buccina, quaſi vocina, à voce; vt dicit Iſidor. lib. 19. de qua Frontinus: Buccina cogebat præſtos ad arma quærentes: Illo enim ſigno equitabant milites; vnde refert Frontinus, quòd Lucius Craſſus, ita reſpondit cuidam interroganti, quo tempore mouerentur caſtra: timens igitur ne audiens buccinam, vel tubam, Et ita patet pugnatorum numerus, ſignorum cultus, caſtrorum ambitus, & buccinantium actus. E

Spiritualiter loquendo, per illum numerum pugnatorum, intelligitur legis præceptorum ordinatio, per cultum verò ſignorum, vel vexillorum accipitur hominis ratio; per ambitum caſtrorum ſumitur voluntatis operatio, & per actum buccinarū colligitur ſanctitatis admonitio.

Primò legis præceptorum ordinatio, intelligitur per pugnatorum numerum: nam ſicut in vna legione ponebantur decem cohortes; F ita decem fuerunt præcepta diuinæ legis, & ſicut de omnibus militibus fiebant duæ acies, ſic de ipſis præceptis fuerūt ſcriptæ duæ tabulæ; & ſicut de illis militibus contra omnes hoſtes muniebantur exercitus: Ita in ſpirituali bello, ipſis munitur Chriſtianus: nam per primum præceptum armatur contra infidelitatem; quia nō adorabis Deum alienum: ſecundò contra loquacitatem; quia non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: tertiò contra ſuperbiam & ambitionem; quia memento vt diem ſabbati ſanctifices: quartò contra impietatem; G quia honora patrē tuum, & matrem tuam: quintò contra crudelitatem; quia non occides: ſextò contra libidinem; quia non mœchaberis: ſeptimò contra falſitatem; quia non falſum teſtimonium dices: octauò contra rapacitatem; quia non furtum facies: nonò contra cogitatus malignitates; quia non concupiſces vxorem proximi tui: decimò contra cupiditatem; quia non concupiſces rem proximi tui: Ecce quoniam cum iſtis decem præceptis, velut cum decem cohortibus contra omnes aduerſarios defendimur, & munimur: in huius figuram, præcepit Dominus Exodi 24. Quòd in tabernaculo fierēt decem cortinæ: H quid tabernaculum niſi anima, quę eſt, & eſſe debet habitaculum Dei? ſed iſtud tabernaculum decem cortinis ornatur, & ipſa anima decem præceptis aduerſus omne malum ornatur vitium.

Secundò hominis ratio accipitur, per ſignorum, & vexillorum cultum: nam ſicut ipſum vexillum erat, ad quod milites debebant attendere, & ipſum ſequi: ſic ratio eſt, ſecūdum quam viuere debemus, vnde Auguſt. 1. ſoliloq. dicit: Ratio eſt in mente, ſicut oculus in corpore: ſicut etiam per vexillum vna gens, vel exercitus, & pars vna

A ab alia diſtinguitur: ſic per rationem homo ab omnibus ſeparatur: vnde Auguſt. 1. de liber. arbit. ſola, inquit, ratione ſeparamur a cæteris: nam non ſolum cum animalibus; ſed etiam cum arboribus multa habemus communia: vt alimentum corporis ſumere, creſcere, germinare, & vigere arboribus tributum eſſe videmus: videre autem, & audire, & olfactum, & guſtum, atque tactum ſentire corporalia poſſe beſtias acrius pleraſque, quã nos cernimus, & fatemur. Adde vires, atque valentiam, firmitatemq; membrorum, celeritates, facillimosq; corporis motus, quibuſdam æquamur, & a B nonnullis vincimur: ſola enim ratione a cunctis diſcernimur, & cunctorum dominamur: vnde de ipſa ratione locutus eſt Propheta in Pſal. dicens: ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & de ea poteſt intelligi illud Canti. 8. Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum.

Tertiò voluntatis operatio, ſumitur per caſtrorum ambitum: quia ſicut intra ipſa homo poterat ſemper morari: ſic voluntas non poteſt ab aliquo auferri: vnde Seneca dicit: Errat Dominus, ſi putat totum hominem in ſeruitutem deſcendere: Pars enim eius exempta eſt; corpora obnixa ſunt Do- C minis; mens autem, & voluntas adeo libera, & vaga eſt, vt nec ab hac carcere cui incluſa eſt, teneri poſſit: ideo Tullius in Rethorica ſua ait, quòd in omni re volentem ſpectari oportet: vnde de his qui voluntate ſeruiebant Deo: ſcribitur, Multa ſunt caſtra Domini fortia nimis, & facientia verbum eius.

Quartò admonitio ſanctitatis, colligitur per buccinantium actum: nam ſicut ipſorum ſonitu mouetur exercitus, ſic Sanctorum admonitionibus, verbis, & prædicationibus mouetur homo, & incitatur ad bonum opus: vnde Iſaię 68. pręcipitur prę- D dicatori: clama ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocem tuam, &c. vnde præcepit Dominus Nume. 10. Duas tabulas fieri, quibus vſus eſt Ioſue, cum committeret bellum, & quando cępit Hierico; vnde dicitur de ſeptem tubis: Ioſue 6. vtraque hiſtoria poteſt adaptari hic, per tubas Sanctorum admonitiones debent intelligi: quibus debemus vti tempore belli: quia in continuis pugnis vitæ præſentis; oportet nos Sanctorum admonitionibus credere, & obedire: Habemus ergo, quòd per milites legionis, intelliguntur præcepta legis, per vexilla Ducis, dominium rationis, locus in caſtris arbitrium voluntatis, & per ſonantes tubas, admonitiones ſanctitatis. E

Hæc quatuor oſtendit Chriſtus animæ humanæ feciſſe, quorum male præſtitum beneficium recognouit, & ideo in præſenti Euangelio tria ponuntur: primò circa animam ſollicita benignitas, homo quidam: ſecundò animæ peruerſa malignitas cum tempus fructuum: tertiò rigida equitas, malos malè perdet.

Primò ponitur ſollicita benignitas Chriſti erga animam: quæ apparet in eius creatione: quia homo quidam plantauit vineã, per vineam, animam: per hominem quendam, Deus intelligitur; qui animam plan- F tauit, quando eam ad ſuam imaginem creauit: ſecundò apparet in eius protectione; quia ſæpem circundedit ei: Per ſæpem intelligitur lex diuina, qua anima humana, vt ſuperius patuit, ſtat circundata, & defenſa: tertiò apparet Chriſti benignitas in animæ dignificatione: quia ædificauit in ea turrim: Per turrim intelligitur ratio, quæ more turris altius eminet, & longius apparet inde homo per limina reſpicere valet: quartò prædicta benignitas apparet in eius exẽptione: quia fodit in ea torcular, Per torcular voluntas libera, in qua generatur affe- G ctio, & inde exit omnis bona, & mala operatio: quia omne bonum debet eſſe voluntarium; & etiam omne peccatum, ſolum voluntarium eſt puniendum.

Ecce apparet Chriſti benignitas erga animam: quia eam ſingulariter creauit. Præceptis legis muniuit; Ratione ornauit, & libera volũtate dotauit, collocauit eam agricolis, id eſt ſenſibus corporis, & peregrè profectus eſt; quia eam liberam arbitrio dimittit.

Secundò ponitur animæ peruerſa malignitas, cum tempus fructuum venit: tunc aduenit tempus fructuum, quando homo H eſt in ætate ad bene operandum, & tunc Deus quærit fructum de iſta vinea: ſed ecce malignitas eius, quia Deus mittit nuncios, id eſt naturales ratiocinationes, quando ratio indicat, & dictat bene agere: ſed homo verberat iſtos nuncios, quando ipſam naturalem cogitationem occultat. Ad hæc Deus mittit alios nuncios, id eſt occultas inſpirationes: & iſtos occidit, quando bonos cogitatus, non ſolum non ſequitur, ſed interimit: adhuc Deus mittit alios nuncios, ſcilicet monita Sanctorum, verba prędicatorum: ſed iſtos lapidibus opprimit, quando non obedit: ſed etiam contradicit;

A Ad vltimum mittit filium proprium, qui vita, & doctrina debet venerari, & imitari: ſed peruerſa malignitas ipſum extra proijcit; quia eius doctrinam per contemptum proijcit, & in quantum in ſe eſt, ipſum occidit, cum non ſibi, ſed ſuo inimico diabolo, ſcilicet peccato obedit.

Tertiò ponitur rigida ęquitas: quia malos male perdet, &c. ſic facientes gratiam ſuam tribuet, qui de ea fructum reddent; qui ergo ceciderit ſuper hunc lapidem: cōfringetur, id eſt quicunq; credens in Chriſtum peccauerit, damnabitur, & ſuper quē ceciderit comminuet eum, id eſt quem fi-
B delem inuenerit ſimiliter ipſum iudicabit, & quænam eſt cauſa, quare fructus non reddimus: Reſpondeo, quia hac vinea eſt exterminata: exterminauit eam aper de ſylua, &c. iſta ſunt peccata, & diabolus, & quo modo exterminauit Diabolus? reſpondeo: quia aper ingreſſus eſt, id eſt diabolus ex eo, quòd nō erat ſepis, id eſt pręceptorum obſeruantia non turris, id eſt ratio: ſed ſenſualitas vigebat, non torcular bonæ voluntatis: His debebat reſiſtere contra hunc aprum, & ferum, & pugnare noluit, & nō fuit buccina: quia verbum Dei audire no-
C lumus; hac buccina, & tuba fugatur aper: hac ergo de cauſa vineā exterminauit, &c. & fructus hæc vinea non reddere poteſt, & illa reddit: de qua Moyſes: vua eorum, vua fellis, &c. ex eo, quòd hęc vinea Domini Sabaoth, facta eſt vinea Sodomorum, & de ſuburbanis Gomorræ: Rogemus ergo Dominum; vt præcepta ſeruemus, ne ſepis diripiatur, conſeruetur turris: vt ſimus viuentes ſecundum rationem, & bonam habeamus voluntatem: & verbum Dei, quo tanquàm buccina fugatur àper, & ferus diabolus, audiamus aure, & ſeruemus in corde: vt ſic ſimus vinea Domini Sabaoth, & afferamus fructum bo-
G num, & reddamus Domino noſtro, non cadamus ſuper hunc lapidem: nec lapis ſuper nos, ne ſic perdat nos malè: ſed potius nos conſeruet, adiuuet, & ſaluet, Amen.

E
SABBATO poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ.

Quomodo poſt conflictus poſſit homo reſurgere.

Sermo XVIII.

HOmo quidam habuit duos filios, &c. Luc. 15. Quia ſcri-
F bitur 2. Regum 15. quòd varij ſunt euentus belli: & ideo occurrit aliquando, quòd nō ſemper homo vincat; ſed ſuccumbat: propter hoc neceſſarium eſt videre, quomodo poſt conflictum homo poſſit reſurgere: & circa hoc tria videnda ſunt: primò propter quæ homo debellatur: ſecundò quomodo propter conflictum vilipendatur: tertiò quomodo ad ſtatum priſtinum reſurgat: Attendite.

Propter primum ſciendum, quòd quamuis multa aſſignari poſſint: Duo tamen videntur conflictum inducere: primò diſunctio animorum: nulla enim eſt ita priuatio, qua debilitari poſſit exercitus; ſicut inter milites diſſenſio; & hæc maximè caueri debet in exercitu: vnde ſagaces hoſtes, ſolent circa tempus pugnæ in aliorum exercitu diſſeminare diſcordias, quas ſi adeſſe in ſuo exercitu dux nouerit: mox toto conatu diſſoluere ſtudeat: omnis virtus vnita; fortior eſt ipſa diuiſa: vnde refert Valerius lib. 7. quòd Sertonius dux Luxicanorum, cum contra Romanos eſſet in exercitu, & ſui milites contra Romanos, omnes pugnare vellent: ipſe duos equos, vnum fortiſſimum, & alterum infirmum adduci fecit, & duos iuuenes habuit, quorum al-
ter fortis, alter verò debilis erat. Præcepitque forti: vt caudam infirmi equi totam ſimul euelleret; debili verò, vt fortiſſimi equi caudam paulatim, & per partes caperet: At vir fortis, cum toto conatu ſimul caudam debilis equi euellere non potuit: ſed feſſus, & laſſus remanſit: debilis verò fortiſſimi equi caudam, qui paulatim, & per partes carpebat, totam euulſit, nec fatigatus remanſit: tunc Sertorius ſuis militibus dixit: Romanorum fortitudinem, & cuiuſlibet multitudinis vnitæ, per hoc exēplum vobis oſtendi: nam ſi ſimul omnes vnitos aggredi volueritis: inſuperabiles erunt, H

A erunt, ſi verò per partes, & diuiſim cum eis
dimicaueritis, ſine dubio victoriam obti-
nebitis.

Secundò armorum priuatio: nam ſine
armis, nec alios expugnare, nec defendere
poterit: vnde narrat Frontinus, quòd Mar-
cus Antonius, fugiens de Mutina, erat iner-
mis cum omnibus ſuis, timuitque ne ini-
mici hoc videntes, ipſum acrius inſeque-
rentur: propter quod arborum cortices
ſuis militibus pro ſcutis dedit, & alia arma
ſe de ligno habere ſimulauit.

Propter ſecundum ſciendum eſt, quòd
viri debellati in conflictu in magno oppro-
B brio remanebant: nam ſi ad manus inimi-
corum veniebant, quòd eſſent captiui, ef-
ficiebantur in perpetuum ſerui: quia ideo
dicebantur ſerui, id eſt ſeruati, qui cum po-
tuiſſent interfici ſeruabantur, & iure belli
ſerui efficiebantur; ſi verò euadebant, vlte-
rius militare non debebant, nec in aliquo
officio Reipublicæ eſſe poterant, vnde qui
victi erant, præ rubore Romam redire non
audebant, magis autem alibi habitationem
eligebant, vnde in antiquis hiſtorijs mul-
tas ciuitates per hũc modum legimus fuiſ-
ſe conditas: quia victi milites, Romam re-
dire verentes, ædificabant eas: ſic ciuitatis
C Vrbini conſtructio fuit: nam duæ legiones
militiæ Romanorum apud Rauennas deui-
ctæ ſunt, quarum milites Romam redire
nolentes, in altis montibus Vrbinum ædi-
ficarent, & inde dicitur Vrbinum, ab vr-
be, & binum, ab vrbe Roma: quæ antono-
maſticè dicitur vrbis, & bene, a bina le-
gione.

Propter ſecundum, ſcilicet, quare ad ſta-
tum priſtinum reuertatur: ſciendum eſt,
quòd ſumma ſapientia, & conſtantia eſt
habenda, ne frangatur animus propter am-
miſſum bellum: ſed ſtatim vires, quas va-
D let refirmare, vnde Romani, poſt Cannen-
ſem conflictum, conati ſunt priſtinam mi-
litiam reparare: Ideo omnes fore dãdi nos
reuocauerunt, ſeruos liberauerunt, & om-
nia in communi poſuerunt, & immediate
Africam a qua debilitati, vel debellati erant
expugnare tentarunt: vnde Frontinus, in
laudem Martij equitis Romani refert, quòd
ipſe præfuit reliquijs exercitus, qui in Hi-
ſpania deuictus erat, & ipſe cum paucis eua-
dens, occulta prope caſtra inimicorum ſte-
tit, & media nocte aggreditur hoſtem ex
vna parte caſtrorum, & breuiſſimo inter-
uallo facto, confortatus cum ſuis modico
cibo, partem alteram aggreditur: hoſtis
verò gaudio victoriæ diſſolutus, & incom- E
poſitus erat: vnde adueniens Martius, non
reſtitit: quia timore confuſus quid ageret
ignorauit, ideo Martius eos vicit, & priſti-
nam aciem reparauit.

Et ſic habemus illa tria, ſcilicet quare ho
mo debellatur; quomodo poſt conflictum
deſpiciatur, & quomodo in priſtinum re-
ſtituatur.

Spiritualiter loquendo: dum homo con-
ſentit diabolo vincitur; ab eo victus poſſi-
detur iure tyrannico: ſed poſtea pęnitens
liberatur a tali dominio; videndum eſt er-
go primo, quomodo homo a dæmone vin-
citur; ſecundo quomodo poſſidetur cum
opprobrio; tertio quomodo ſolo verbo li- F
beratur.

Propter primum, ſciendum, quòd ſicut
in temporalibus duo inducunt conflictum,
ſcilicet diſiunctio animorum, & priuatio ar-
morũ: ſic in ſpiritualibus, ſeparatio a Deo;
& expoliatio gratiæ eius facit hominẽ vin-
ci: Propter primum dicens Pſal. Ecce qui
elongant ſe a te, peribunt: propter ſecun-
dum Apoſtolus, Epheſ. 6. admonet dicens,
Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis re-
ſiſtere: nam quando homo expoliatus eſt
armis ſpiritualibus, & ſeparatur a Deo; fa-
cillime perdit ſuum dominium; figura eius G
patet in hodierna Prophetia; Quæ eſt de
Iacob: & Eſau pro venatione ſeparatur lon
ge a patre, & veſtimenta ſua dimiſit domi;
Ideo perdidit patris benedictionem, & pri-
mogeniti iuriſdictionem, ſignificans eos
qui a Deo recedunt, & ſpiritualia dona,
quæ ſunt animæ veſtimenta dimittunt: vn-
de a Deo non benedicuntur, & aliorum
ſerui efficiuntur.

Propter ſecundum ſciẽdum eſt, ꝙ homo
victus a Diabolo repletur omni oppro-
prio: Nam ligatus manet in naturalibus:
expoliatus in ſpiritualibus, & carceri man- H
cipatur in pęnalitatibus: ad cuius probatio-
nem, vt breuius diſcurramus, ſufficit ſolum
hiſtoria Sanſonis, quæ habetur Iud. 16. de
quo legitur, ꝙ deceptus per vxorem capi-
tur a Philiſtæis, quem ligant, expoliãt, ob-
cęcant, & carcerant: hic peccatorem figu-
rat, qui conſentiendo carnali concupiſcen-
tiæ capitur a dæmonibus, a quibus omnia
mala prædicta ſuſtinere cogitur.

Propter tertium, quomodo, ſ. liberat ſo-
lo verbo: dicendum, quòd ſola confeſſione
peccatorum, & pęnitudine: per Dei miſe-
ricordiam ab omnibus his malis liberatur:
vnde Eſa. 53. Dic tu iniquitates tuas, vt iu-

A. ſtificeris: multorum exemplis patet Dei clementia in peccatoribus in Manaſſe, de quo vide hiſtoriam 2. Paralip. 33.

Hęc tria oſtenduntur in hodierno Euangelio, vbi fit mentio de filio prodigo, qui receſſit a patre, cum parte ſubſtantiæ ſuæ: & ſecũdum prædicta in tres partes diuidit.

Primò ponitur, quomodo a Deo ſeparatur, & bonis operibus ſpoliatur: cum dicitur: Abijt in regionem longinquam: ecce ſeparatio a Deo: conſumpſit totam ſubſtantiam ſuam: ecce bonorum expoliatiò.

Secũdò ſubditur, quomodo viuit in opprobrio: facta eſt famis, &c. magnum erat B dedecus eſſe ſeruum: porcorum cuſtodem: & fame deficere.

Tertiò ponitur, quomodo ſola confeſſione in gratiam reuertitur: vadam ad patrem meum, & dicam. Pater peccaui, &c. vbi ponitur reſtitutio omnium gratiarum: nam per ſtolam primam, eſt reſtitutio innocentiæ: Per calceamenta affectus iuſtitiæ: per annulum reconciliatio amicitiæ. Per vitulum ſaginatum, digna ſuſceptio ſacramenti Euchariſtiæ: Rogemus ergo Dominum, Amen.

DOMINICA TERTIA in Quadrageſima.

C

Quomodo acies debent ordinari.

Sermo XIX.

E*Rat Ieſus eijciẽs dæmoniũ, &c.* Luc. 11. Inter omnia neceſſaria in campeſtris, illi eſt ſcire acies ordinare: ideo de ipſis aciebus propoſui hodie prædicare: Attendite.

D Pro hoc ſciendum eſt, quòd antiqui Duces belli, cum ducebant exercitum, diuertebant in aliquo campo: & ſuos milites ordinabant, ac ſi inſtarent bellum, vt ipſi poſt modum, tempore opportuno, ſcirẽt ordinẽ ſtandi, & pugnandi: fiebant autem acies quinque modis, ſicut neceſſitas ſuadebat. Primo erat in figura rotunda: ſecundo erat cuneus: tertio erat forfex: quarto erat ſerra: quinto erat globus.

Primò erant in figura rotunda bene cõdenſati: hoc autem faciebant, quando propter paucitatem pugnare non poterant: vnde per illum modum ordinabant ſe, ne ab hoſtibus poſſent ſeparari ab inuicem, vel E frangi: & modo dicitur, & dicebatur talis forma, nodus: quia propter difficultatẽ vix poterat ſolui, ita erant bene condenſi, & reſiſtentes: non autem ipſi pugnabant: ſed pugnantibus reſiſtebant.

Secundò erat cuneus: quando ipſi milites, inimicorum aciem frangere volebant, vnde ordinabatur ex dilectiſſimis militibus acies, quæ in principio erat anguſta: Deinde paulatim ampla: dicebatur cuneus: quia in vnum, omnes coniunguntur, vel quia ad modum cunei aciem ſcindebant:

Tertiò erat forfex: quando hoſtes nolebant diuidere, ſed concludere: vnde eligebantur fortiſſimi milites, & ordinabantur F in modum forbicis, & quando hoſtis percutiebat, iſti ſe aperiebant, & hoſtem in ſe recipiebant, & recludebant: fit autem hæc acies aliquando triangulari, & quando hoſtis percutit in vno triangulo: ſe reperit, & clauditur, & vocatur forfex propter ſimilitudinem, quam habet cum illo inſtrumento: quia ſicut forfices aperiuntur, & clauduntur: & quod clauditur ſcinditur. Ita hi milites recipiendo hoſtes ſe aperiunt, & claudunt: & quod inducitur, ſine venia, & G pietate perdunt.

Quartò ſerra, quando enim vtraq; pars, communi concordia, & pari pacto publicè & ordinatè ad inuicem præliantur: ordinabant ſe milites, & pedites in locum ſecundum numerum ipſorum, & ſtabant ante frontẽ inimicorũ: & vocabatur acies iſta, ſerra: quia in modum ſerræ erat.

Quintò erat globus, quãdo milites abũdabant, eligebantur aliqui: Ex quibus vna acies ab alijs ſeparata fiebat; quæ in ipſo prælio, inordinatè inimicorum aciem moleſtabat. Hęc per campum diſcurrebat, & vbi neceſſarium erat, illuc diuertebantur.

H Spiritualiter loquendo: iſtæ quinq; formæ præliantium acierum, quinque numeros ſignificat ſpiritualium bellatorum: quia in ſpirituali pugna, omnibus ſuis modis pugnauit Chriſtus & vicit: Ac per hæc nos pugnare, & vincere docuit.

Primo cum conſtantia, ſecundo cum ſapientia, tertio cum iuſtitia, quarto cum potentia, quinto cum prouidentia.

Primo ergo pugnatur cum reſiſtentia, ſiue conſtantia: quando tentationibus non conſentit, & iſte modus aſſimilatur nodo: quia ſicut illo nodo milites nihil aliud agunt, niſi q; ſe defendunt: ſic Chriſtus nõ conſentiẽdo diaboli tẽtationibus, nil aliud

egit

A ègit, quàm quòd ſe oſtendit inuincibilē: ſicut fuit in deſerto poſt ieiunium: vbi Chriſtus permiſit ſe tentari: ſed non ſuperari: Cuius exemplo docemur non frangi aduerſitatibus non conſentire ſuggeſtionibus, & tentationibus non aſſentire: Exemplū autem huius conſtantiæ habemus. 2. Machab. 8. De ſeptem fratribus: vbi dicitur. Poſthæc tertius illuditur, & linguam poſtulanti citò protulit, & manus conſtanter extēdit: Et infra his verbis conſtantes effecti, pro patrijs legibus mori voluerunt.

Secundò pugnauit cum ſapientia: quando mundi gloriam non quęſiuit, & modus **B** iſte aſſimilatur forſici: quia ſicut illo modo milites ſuſcipiunt inimicorum aciem, & eam concludendo interimunt, ſimiliter hic quando de bono quod agitur, laus humana non cupitur: immo quod plus eſt, ipſa oblata deſpicitur: iſto modo pugnauit Chriſtus in patibulo crucis: vnde dicitur Hebr. 12. Qui propoſito ſibi gaudio vel gloria, ſuſtinuit crucem, confuſione contempta: Et verè tunc ſapienter egit: quando diabolum bene concluſit. Nam diuinitatem in **C** humanitate abſcondit, quam diabolus non cognoſcens, ipſum aggredi non timuit: ſed ibi mortem ſuam inuenit: vbi alterius vitā auferre credidit: fit captiuus eius, quē ſuā prædam eſſe ferebat: huius figura habetur, Exo. 4. vbi legitur, ꝙ Pharao, vſque ad mare rubrum perſequitur Iſrael. Sed in ipſo mari Pharao ſummergitur, & Iſrael liberatur: Pharao dici poteſt, qui Chriſtum vſq; ad mare rubrum, ſ. vſque ad mortem: quia crucem perſequitur, ſed in ipſo maris tranſitu, diabolus ſummergitur: quia in morte Chriſti ipſe deuincitur, Chriſtus autem liberat: quia tertia die reſurrexit a mortuis.

Tertiò pugnauit cum iuſtitia, quàdo ſuū populum de captiuitate liberauit, & iſte **D** fuit modus ferrę: quia ſicut niſi nulla fraude nulla proditione facta: pars quælibet ſtat manifeſta, & illa quæ vincit, iuſtè victoriā obtinuit: ſic hoc modo pugnauit in verbo: vbi adueniens, non ſe occultauit, ſicut in cruce: Immo oſtendit ſe eſſe quod erat, & de eo interrogantibus vera reſpondere fecerat per Prophetam, cum dictum eſt: quis eſt iſte Rex gloriæ? Reſpondit, Dñs fortis, & potens, Dominus potens in prælio: tunc iuſtè, quod ſuum erat reaccepit, & ipſum diabolum religauit. Hoc dixit Pſalm. Feciſti iudicium meum, & cauſam meam, ſedens ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiā: quod etiam fuit figuratū in Dauid, 1. Reg. 30. De quo ibi legitur, quòd perſecutus eſt **E** Amalechites, qui abſtulerant ſibi vxores, & filios: vnde tranſiens flumen inuenit diſcūbentes, & lætantes ſuper prædam; at ipſe commiſſo prælio: pugnauit a veſpere, vſq; ad veſperum alterum alterius diei, & interfecit eos, & prædam accepit: Nihilq; qđ ſuum erat perdidit: Dauidem Chriſtus, qui inſequitur Amalech, i. diabolum: qui ſuos fideles acceperat: ſed trāſacto flumine mortis inuenit in campo, ſ. inferni: vbi ipſum, & ſuos lætātes, commiſſo bello iuſtitię, eos vicit, & ſuam prædam accepit: quia ſanctos Patres liberauit: nihilq; perdidit: quia nullum ſuum fidelem ibi dimiſit. **F**

Quartò pugnauit cum potentia: quando potenter vndiq; expulit aduerſarium, & ſimilatur iſte modus cuneo: quia ſicut ille milites audacter in hoſtem proſiluit: ſic ipſe potenter diabolum expugnauit: & hoc modo expugnauit poſt aſcenſionem, quando dato Spiritu ſancto, diſcipulos tanquàm probos milites, per totum mundum miſit, & diabolum expulit: & ſuam fidē introduxit: hoc fuit figuratum in Ioſ. qui de terra promiſſionis alienū populū expulit: ſic Chriſtus de mundo mēbra inimici abiecit, & ſuam gentem introduxit: Et ſicut ille cum duodecim tribus hęc fecit: ſic Chriſtus **G** cum duodecim Apoſtolis, hæc obtinuit: vnde in Pſal. dicitur. Eieciſti gentes, &c.

Quintò pugnauit cum prouidentia, quando totum mundum regit: & aſſimilatur globo, quia ſicut milites illi vbicunque vident neceſſarium illuc diuertunt: ſic Chriſtus vbicunque eſt opportunum, illuc ſuccurrit: & hoc modo pugnat quotidie pro nobis in mundo, quando a tentationibus diaboli defendit, & ſibi reſiſtēdi nobis gratiam tribuit, Sapien. 12. Non eſt alius Deus quàm tu: quia tibi cura eſt de omnibus, & 1. Pet. 5. Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt **H** de vobis: vnde dixit Hierem. 4. Deus noſter pugnat pro nobis, & nos ipſi faciemus opus.

Et ſic patet quomodo Chriſtus pugnauit conſtanter, ſapienter, æquiter, fortiter, & prouidenter: conſtanter dum vixit in mundo: ſapienter, quia obijt in patibulo: æquiter, quoniam deſcendit in limbum: fortiter poſtquàm aſcendit in cœlum: prudenter, ſiue prouidēter, dum quotidie conſeruat vniuerſum.

Hæc omnia oſtenduntur in Euang. hodierno: Primo ponit quomodo cōſtanter,

erat

A erat Ieſus eijciens dæmonium, &c. ſecundo ſapiēter:cum vidit eorum cogitationes, ait: omne regnum,&c. tertio ęquiter,cum ait: ſi in digito Dei eijcio dæmonia,profectò peruenit in vos regnum Dei: quarto quomodo fortiter, cum ait: cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, &c. quinto quomodo prudenter aſſiduè pugnat: cum dicitur: Adhuc eo loquente, mulier extollens vocem, &c.

Circa primum, erat Ieſus eijciens dęmonium: Nam in hoc verbo: Erat, notatur conſtantia: quia eſt verbum ſubſtantiuum, & quantum profuit nobis ſua conſtantia:
B patet quia dęmon fecerat nos cęcos ad credendum: ſurdos ad audiendum,& obediēdum: mutos ad laudandum, & ſuos ſeruos ad poſſidendum: ſed veniens Chriſtus pro nobis conſtanter pugnans, de ſeruis fecit liberos:cum eieciſſet dæmonium: De inobediētibus ſubiectos,cum reddit auditum: De mutis laudatores: quia locutus eſt mutus,& admiratę ſunt turbæ.

Sequitur ſecundum, Ieſus vt cognouit cogitationes eorum: Nam magis ſapientiæ eſt cognoſcere cogitationes: & cordi, & non voci reſpondere.

C Sequitur tertium, ſi in digito Dei eijcio dæmonia: Per digitum Dei intelligitur Spiritusſanctus: quia ſicut digito maior diſtinctio apparet,quàm in alio membro: ita ſecundum Spiritum ſanctum, eſt donorum diuiſio: Eijcit ergo in digito Dei, & propter hoc cum iuſtitia iuxta, illud Eſa. 13. Ponam ſuper eum ſpiritum meum,& iuditium proferet.

Sequitur quartum, cum fortis armatus: Fortem armatum vocat diabolum cuius arma ſunt peccata, & cuius atrium orbis terrarum: ſed Chriſtus fortior eo, arma eius
D abſtulit,cum peccatores ad fidem conuertit, & ſpolia tulit: cum animas de eius manibus liberauit:vnde ſubdit, quàm vtile ſit ipſum ſequi,& damnoſum ſibi nō credere, cum dicit: qui non ęſt mecū contra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit: quia nō eſt cum Chriſto,ideo damnatus: & qui cum Chiſto non colligit bona merita congregando:ſpargit,quia in vanum,& fruſtra laborat: ſed quia non ſufficit bona incipere, niſi vſque ad finem perſeueratur: ideo dicit,quam malum ſit, peccatum iterare:cū ait, cum immundus ſpiritus, &c.

Sequitur quintum, adhuc eo loquente, mulier extollēs vocem de turba dixit: Beatus venter,&c. Beati qui audiunt, &c. magna eſt prudentia, & prouidentia, qui ſolū E
ſuam doctrinā facere, & cuſtodire eſt beatum eſſe: Hoc nobis ipſe concedat: qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

FERIA SECVNDA post tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

De armis pugnatorum.

Sermo XX.

Qvanta audiuimus a te facta in Capharnau, *&c.* Luc. 4. Quia adhuc ſingularis mentio de armis facta non fuit: ideo de eis ratiocinandum eſt. Attendite. F

Vbi ſcire debetis, ꝙ armorū genera,tam equitum, quàm peditum, quamuis ſint diuerſa,ad duo tamen genera reducuntur: ſicut di.Iſido. 18.lib. Ethimolog. Primo ſunt deſenſiua, ſecundo offenſiua.

Primò arma offenſiua, quibus nocemus alijs, vt ſunt cultelli,lanceæ,& his ſimilia, G
quæ omnia offenſiua dicuntur, etiam lapides,& ligneæ clauæ: vnde Caim: non gladio,neque lancea, quia nōdum fuerant adinuenta: ſed ligno, vel lapidibus eum interemit.

Secundò defenſiua,quibus nos ipſos defendimus,& tegimus,vt ſunt galeæ, ſcuta, loricę,& his ſimilia. Nam ſicut ſine aliquo homo non poteſt offendere: quia non habet dētes, vel cornua, vel vngulas ſicut alia animalia: Ita cum aliquo alio oportet ſe defendere: vnde narrat Frontinus, ꝙ parato pugnare volens, ſcuto carens, quod eſt H
defenſiuum vimines accepit,& de eis ſcutū fecit,quod corio cooperuit. De Hercule legitur,qui pugnaturus cum ſerpēte,leonem prius interfecit: quia ipſe nudus erat: leonis corio ad vnum brachium inuoluto, altera manu claua lignea pręmunitus,ad tam terribile bellum iuit,& vicit.

Spiritualiter loquendo, per arma offenſiua intelliguntur opera virtuoſa,& per defenſiua Eccleſiaſtica ſacramenta.

Primò arma offenſiua ſunt opera virtuoſa:quia vt dicitur 1.Corinth. 10. arma militia noſtræ non ſunt carnalia: vnde Auguſt. in lib.ad Bonifacium comites, loquens de milite terreno,& ſpirituali dicit: Miles terrenus,

A terenus, contra hoſtem viſibilem, carnaliter vtitur armis: ſed militis ſpiritualis, eſt aduerſus diabolum colluctatio cum armis ſpiritualibus, ille contra inimicum ſuum lanceas, & ſagittas emittit: Iſte verò contra ſuum inimicum humilitatem, & ſalubria verba dirigit; & quia inter cetera opera humilitatis, & ſalutis verba, eſt oratio: Ideo ſolum de ipſa oratione, tanquàm de offenſiuo munimine dicam, de qua Matth. 9. dixit Dominus, hoc genus dæmoniorum non expellit, niſi in oratione, in figura huius legitur. 2. Machab. 5. Exclamauerunt, ſcilicet in oratione, & fugauerũt caſtra Thimotei, B id eſt diaboli, & propter hoc etiam legitur Exod. 17. quod pugnaturus Ioſue contra Amalech: Aſcendit Moyſes in montem: & ſicut ipſe eleuabat manus, ita vincebat Ioſue: ſtatim autem quòd manus declinaſſet, Mox præualebat Amalech: Hoc ſignificatur, quòd oratio Moyſi vincere faciebat; de quo dicit Chryſoſt. quia aſcendit Moyſes in montem, non armis, ſed precibus pugnaturus, & infra perſeuerante prece perſeuerans victoria roborabatur, vbi multa dicit, hic adactabilia; vide Sermonem Sancti Ioannis Chryſoſt. in Dominica tertia Quadrageſimæ; Exemplum autem ſatis mirum, & C pulchrum de virtute orationis, habetur in Vitis Patrum, vbi legitur, quòd quidam Sãctus monachus, nomine Thima, quòd Abbas erat monaſterij ciuitatis Romæ: Hic habuit fratrem, Ima nomine, qui miles erat, & in illo bello in quo Rex Eltrunus mortuus eſt; Iſte ad mortem vulneratus eſt, qui cum die, & nocte inter occiſorum corpora iacuiſſet, tandem reſumpto ſpiritu reſurrexit, & ſua vulnera, vt potuit allegauit: qui captus a iuris hoſtibus exercitus ad comitem Eldiredi Regis adductus; Interrogatuſque negauit ſe militem eſſe, fingens ſe D de ruſticorum numero, portantium victualia pro exercitu, quem comes ille curari fecit: ſed ne fugeret, ligari fecit; Mox autem vt ligabatur ſoluebatur; frater enim ſuus, qui inuenerat vnũ corpus ſuo ſimile, quod ſepeliri fecit, credebat penitus ipſum mortuum eſſe, qui omni die pro eo Miſſas, & orationes dicebat, propter orationes eius ligari non poterat, interrogatur a comite, ſi verba diceret, vel ſcripta haberet, quòd ligari non poterat; Reſpondit ſe nihil horum facere, ſolum autem inquiens habeo fratrem monachum, qui me credit mortuum, & ideo pro me orat; ſua oratio, credo quòd me ligari non ſinat, tunc comes ſecreto eum interrogans, promiſit ſe nihil E mali facturum, & diceret quis eſſet: Ille autem ſe fuiſſe miniſtrum, & militem, interpreti Regis: cui comes, per verba tua, & mores, ſemper credidi te eſſe nobilem: hũc autem dignus es morte, quia in ipſo prælio omnes fratres mei, & cognati mortui ſunt; quia verò promiſi, non te interficiam; vendidit eum in Lũdonia, cuidam Freſoni, qui nec ab illo ligari potuit: tũc ille iuramẽto accepto, vt rediret, dimiſit eum, vt pretium quo ſe redimeret apportaret, qui veniens ad quendam cui ſeruierat, poſtulauit ſubſidiũ, quo accepto reuertitur, ſicut promiſerat: & ſe redimens ad propriam reuerſus, narrauit fratri ſuo omnia, quæ accide- F rant ſibi, & cognouit frater eo reuelante, quòd maxime illa hora ſoluebantur vincula, quando orationem faciebat.

Secundò, arma defenſiua, ſunt ſacramenta, de quibus ait Apoſtolus Epheſ. 6. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die mala; ſed de his ſacramentis omnibus non dicam: ſed ſolum de duobus, de Baptiſmo, & Euchariſtia: De Euchariſtia verò, quomodo ſit defenſiua, patet Danielis 6. vbi in figura ſcribitur, quòd Daniel in lacu, vbi erant ſeptem leones mittitur: Angelus autẽ Domini, tulit Abacuc, qui pran- G dium fecerat meſſoribus, & portauit eum in Babylonem ad Danielem, qui prandio paſtus ſuſtentatur, & a leonibus non deuoratur: Daniel quilibet fidelis dici poteſt, qui eſt in Babylone, id eſt in hoc mundo, & lacu, id eſt corpore, vbi ſunt ſeptem leones, ſcilicet ſeptem vitia mortalia; ſed Chriſtus qui prandium dat meſſoribus, id eſt Sãctis, qui cum exultatione recolligunt, quod cum dolore ſeminauerunt, apportant nobis prędictum cibum: iuxta illud: Panem Angelorum manducauit homo, quo cibo confortati, in virtute eius viuimus, & ab omni vitio illæſi manemus: Bene ergo dicit Pſal. H Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus omnes qui tribulant me.

De ſecundo, id eſt de baptiſmo in figura ſcribitur Nume. 19. vbi dicitur, quòd quicunque tangebat morticinium aliquod, & aqua expiationis non lauabatur, peribat anima eius de populo ſuo: Aqua iſta; Baptiſmum figurabat, de qua lauari debebat, quicunque morticinium tangebat, id eſt omnis anima in corpore mortali degens: tunc enim poteſt dici, quòd homo morticinium tangat, quando anima in mortali corpore venit a Deo creata: & ideo ſi non

lauatur

A lauatur iſta aqua, perit, & damnatur: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu-ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, Ioan. 3. & ſic patent ſpiritualia arma, quæ inter cætera ſunt, Oratio, Baptiſmus, & Euchariſtia.

Hæc tria commendantur ab ore Chriſti, in hodierno Euangelio: Nam cum Phariſæi peterent, cur in patria propria non faceret miracula, ſicut in aliena: reſpondit, quia nemo Propheta eſt acceptus in patria ſua: deinde deſcendit ad tria prædicta.

Primò de oratione, quando mentionem facit de fame, quæ erat ſuper terram, &c.
B nam oratione Heliæ, Non pluit tanto tempore, de quo dicitur Iaco. 5. Helias homo erat, qui orauit, & non pluuit annis tribus, & menſibus ſex: Magna eſt ergo virtus orationis, quando cum ea cœlum clauditur, & aperitur.

Secundò de Euchariſtia, quando mentionem facit de vidua, quæ erat in Sarepta Sidoniorum: Nam vt narratur 3. Reg. 29. vidua illa colligebat duo ligna: vt faceret panem pro ſe, & pro ſuo filio: Hæc mulier eſt eccleſia, quæ ante Aduentum Chriſti erat vidua; & extra ciuitatis portam erat expulſa: ſed veniens Chriſtus collegit duo ligna, quæ ſunt duæ partes crucis, ſcilicet ſtipes, & tranſuerſale, quaſi duo ligna, in quibus igne paſſionis fuit decoctus ille panis, qui de cœlo deſcendit, & dat vitã mundo.
C

Tertiò de Baptiſmo: In Naaman Siro, qui lauit ſepties in Iordane, & mundatus eſt a lepra: Hæc lotio Baptiſmum ſignificat, qui ab omni culpæ macula mundat: ſed ſepties debet fieri ad deſtruẽdum ſeptem vitia capitalia; & ſic patet ſenſus Euangelij.

Quia tunc Phariſæi habebant odio veritatem, Chriſtum voluerunt de monte præcipitare, qui ab eis, ipſo nolente,
D non potuit offendi: ſed tranſiens per medium illorum ibat: Rogemus ergo ipſum, &c. vt maneat nobiſcum, & cætera.

E
FERIA TERTIA poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

Quomodo deuictos hoſtes debemus conſumere, & in poteſtate noſtra ſubmittere.

Sermo XXI.

Reſpiciens Ieſus in diſcipulos, etc. Matth. 18. Satis vſque hodie diximus de prælijs, quomodo committantur, & quando fiat, hodie prędicabo: quo
F modo poſt victoriam hoſtes debent conſumi, ſeu hoſtium reliquiæ, in poteſtatem ſubijci; Attendite.

Ad hoc faciendum, tria poſſumus dicere, quæ ſunt facienda: Primum non eos ad deſperationem inducere; ſecũdò proprium exercitum in vnione ſeruare; tertiò cum ipſis hoſtibus vti liberalitate.

Primò non debet eos ad deſperationem inducere: Nam homo deſperatus, prò modico ducens vitam; acrius ſe morti opponit, & robuſtius ſe defendit, Inducitur au-
G tem ad deſperationem, quando via euadendi ſibi includitur: vnde narrat Frontinus, quòd Pirrus, Epirotarum Rex: cum ciuitatem quandam cepiſſet, clauſiſque portis; Ex vltima neceſſitate, dimicantes fortius incluſos, euertiſſet locum, illis fugam dedit, & facilius ciuitatem obtinuit, idem dicit, quòd Themiſtocles, victo Xerſe, volentes ſui milites pontem rumpere; vnde poterant fugere; prohibuit dicens: Melius eſſe, eum de Errupa expelli; quàm cogi ex deſperatione pugnare; Miſit etiam aliquos, qui ſibi dicerent, in quo periculo erant, niſi
H fugam maturaret; Dicit etiam, quòd Argeſilaus Lacedæmonius aduerſus Thebanos, cum eos expugnaret intellexit, quòd quia totaliter clauſi erant, ex deſperatione fortius dimicabant; vnde aperta Thebanis ad euadendum Rua. Rurſus verſus fugientes contraxit aciem, & ſine ſuorum iactura occidit aduerſos.

Secundò debet proprium exercitum in vnitate ſeruare, non ſpargere, ſicut multi improuidi Capitanei facere conſueuerunt, qui ſtatim habita victoria reſoluuntur lætitia, deſerunt caſtrorum cuſtodiam, & non intendunt, niſi ad prædam; & rationabiliter debent

A debent culpari cum non modicum periculum inde conſueuit oriri: vnde refert Frontinus, quòd Vontodius victus a Parthis, ſe abſcondens, cognouit eos alacres eſſe propter ſucceſſum victoriæ, at ipſi diſſimulationi motus, ſe continet, & per inſuſpecta loca inopinatè aggreditur eos, quos reperiens, ſecuritate reſolutos, & non ſe cuſtodientes, vicit, & ipſorum prouinciã Labienum, ſcilicet obtinuit.

Tertiò debet cum ipſis hoſtibus liberalitate vti, & non nimis contra eos crudelis exiſtere: vnde narrat Valerius in 5. lib. quòd Rex Armeniæ, nomine Tirgianes, cum mul-
B to tempore populo Romano fuiſſet infeſtus, tandem bello victus, a conſule Pompeio, productuſque coram ipſo: Non paſſus eſt enim in terra iacere, ſed leuans eum, Dextera coronam ſuo capiti repoſuit, & in priſtinum ſtatum reſtituit; æquum, & pulchrum indicans conuincere reges, & facere, & propter hoc totam Armeniam ſubiecit Romæ.

Hæc tria debet ſuo modo facere Chriſtianus contra inimicos ſuos: quia primò non debet eos præcludere, hoc eſt publicè, & manifeſtè confundere; ſecundò vnitè ſtare, id eſt a charitate non recedere; tertiò
C vti liberalitate, id eſt ſemper eum petit parcere.

Primò non debet manifeſtè confundere: nam cum homo apertè confunditur reprehenſione, non ita emendatur: vnde debet reprehenſio eſſe diſcreta, id eſt diſtricta, non publica & opprobrioſa: vnde Prouerb. 29. quæ viderunt oculi tui; ne proferas in iurgium, ſed cito; Ne poſtea cum dehoneſtaueris amicum tuum, emendare nõ poſſis: quomodo pulchrè reprehendit quidam Propheta Achab Regem Iſrael, proponendo ſibi ſimilitudinem, per quam cognouit errorem ſuum. 3. Reg. 20.

D Secundò, ſeruare debet vnitatem, id eſt a charitate non recedere: ſtatim enim cum fraterna charitas deſeritur, a Deo receditur. 1. Ioan. 3. Qui non habet charitatem, ex Deo non eſt: vnde Moyſes a charitate recedere nolens, Deo pro populo orans, dixit: Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro quem ſcripſiſti, magna dilectio fuit petere amiſſionem diuinæ gloriæ pro populi dilectione.

Tertiò debet ſemper parcere: quia ſicut parcimus inimicis noſtris, Ita Deus parcet nobis: vnde Auguſt. ſuper illud: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &c. Dicit, ſic inquit, in nobis debita dimitti poſtulamus, ſe- E
cundum quòd, & ipſi debitoribus noſtris dimittimus, ſcientes impetrari non poſſe, quod pro peccatis petimus, Niſi & ipſi erga peccatores noſtros pia fecerimus; Ideo ipſe Saluator dixit: In qua menſura mẽſi fueritis, remẽtietur & vobis: Exemplum huius dilectionis, & peccatorum remiſſionis habetur Act. 7. in Beato Stephano: Qui pro ſuis orans lapidatoribus dixit: Ne ſtatuas illis hoc peccatum, &c.

Hæc tria expreſſe ponuntur in Euangelio hodierno: in quo primò ponitur, quòd non manifeſtè reprehẽdendo debemus hominem confundere, cum dicit: Si peccaue- F
rit in te, &c. ſecundò, quòd non debemus a charitate recedere, cum addit: Amen dico vobis, ſi duo ex vobis conſenſerint: tertiò, quòd debemus parcere, & dimittere, cum additur dixit ei Simon Petrus, quoties peccabit, & ego dimittam, &c.

De primò ſi peccauerit, vnde & corripe inter te, & ipſum ſolum: Noluit proximi confuſionem, quia cum ſit inter te, & peccantem ſolum: nulla eſt confuſio.

De ſecundò cum dicit, ſi duo ex vobis conſenſerint: Nam dicit, ſi vnus ab alijs ſeparatus, & corde diuiſus, ſed duo, vel tres: Ad demonſtrandum, quòd in charitate G
(quæ minus, quàm inter duos haberi non poteſt) viuere debemus, & quod petimus (ſic faciendo) obtinebimus: Ponitur in parte iſta de authoritate ſacerdotum, cum dicitur: Quodcunque ligaueritis, &c. Hoc fortè pro tanto hic ponitur: quia ſi vnitas, & concordia in omnibus debet reperiri, maxime in ſacerdotibus debet inueniri: Quibus tanta poteſtas dat̃ in terris, vt cœlum poſſint aperire.

De tertiò dicit ei Simon: Domine quoties, &c. vbi dicit Chryſoſt. Petrus ſe magnum dicere putauit: ſed quid amator hominum reſponderit, videamus: Non (in- H
quit) dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, &c. ſed in literalem intellectum, ſeptuagies ſepties, id eſt quadringentis nonaginta vicibus, ac ſi diceret: vt Hieronymus exponit, Toties fratri tuo peccanti dimittas, quoties ille peccare poteſt, vel ſecundum Chryſoſt. Per ſeptuagies. Non debemus intelligere numerum determinatum: vt aliquo determinato numero peccatorum remiſſio concludi intelligatur, ſed continuè, & ſemper talis remiſſio ſiẽda ſit, ſignificatur: Rogemus ergo Dñm: vt det nobis hanc charitatẽ, Amẽ.

FERIA

A

F E R I A Q V A R T A poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

Quid agendum eſt poſt victoriam, ne vlterius inſurgat pugna.

Sermo XXII.

ACceſſerunt ad Ieſum, & cæt.
Matth. 11. Peracta pugna, &
obtenta victoria, munienda
B eſt Reſpublica, ne vlterius
propter culpam oriatur bri-
ga: Hic autem munitio principaliter vi-
detur conſiſtere, in bonarum legum inſti-
tutione, & ipſarum inuiolabili obſeruatio-
ne: quandiu populus bonæ legis obſerua-
tor extitit, tunc ad pacem tenendam ſe mu-
niuit: Antiquitus autem fiebant leges or-
dinantes homines ad tria: primò ad Deum,
ſecundò ad proximum, tertiò ad ſeipſum.

Primò ad Deum: Præcipiebatur primo
de diuino cultu; quamuis enim pagani ve-
rum Deum non cognoſcerent, illis tamen
C falſis dijs quos colebant, maxime reuere-
bantur. Nam vt recitat Valerius in 1. lib.
Romani, vt ampliarent Deorum cultum.
Decem filios maiorum principum de ſe-
natus conſilio acceperunt, & eos ad perci-
piendam ſacrorum diſciplinam tradiderũt.
vt Deorum cultus non ſolum conſeruare-
tur, ſed amplificaretur ſacerdotum nume-
ro. Narrat alibi, ꝙ ſub Publio Cornelio, &
Fabio Pamphilio conſulibus in agro Luci
petilij ſcribę: ab aratore terræ, Ianculo no-
mine, repertè ſunt duæ arcæ lapideæ, in
quarum vna ſcriptum erat corpus ibi eſſe
Numæ Pompilij; in alia vero libri recondi-
D ti: qua aperta, reperti ſunt 7. libri latini de
iure pontificum, & cultu Deorum, & toti-
dem libri græci, de diſciplina ſapientiæ, vn-
de latinos cum ſumma diligentia conſer-
uauerunt, græcos verò, quia ex aliqua par-
re ad diſſoluẽdam religionem Deorũ per-
tinere videbant. Prætor Vrbanus authori-
tate ſenatus coram populo cremauit. No-
lebant enim aliquam ſcientiam in vrbe do-
ceri, qua animo hominum a Deorum cultũ
poſſent reuocari. Ita ꝙ ſcietiam, Deo cul-
tui poſtponebant. Vtinam hodie pro vno
vero Deo, homines ſimiliter facerent.

Secundo præcipiebatur de dilectione ad
proximum, omnes enim vnanimes debe-
bant viuere, & vnus alteri ſubuenire: maxi- E
me parentibus. Vnde refert Valer. 2. lib.
Quòd Athenis erat ſtatutum, vt ingratus
filius hæreditatis iure priuaretur. Ponit ẽt
in 5. lib. pulchrum exẽplum. Narrat enim,
quòd Romæ, quædam mulier, capitali cri-
mine damnata per prętorem apud tribunal
ſuum: qui tradidit trium virum necandam
in carcere: qua accepta qui cuſtodiæ carce-
ris præerat, miſericordia motus, nó ſtatim
ſtrangulauit eam: volebat enim fame mo-
ri: qui aditum præbuit filiæ eius ad eam, &
prius diligentiſſime perſcrutabatur ipſam,
ân aliquid victus referret; Poſt plures aũt
dies, cępit intra ſe quærere, & dubitare F
quomodo per tantum tempus mulier illa
inedia nõ erat conſumpta, quid nam eſſet,
ꝙ ſuſtentabatur non cibata, ignorabant. n.
vnde caperet cibum: vnde cępit, & interro-
gauit filiam, & aduertit, ꝙ illa ſuo vbere fa-
mem matris, lactis ſubſidio leniebat, quo-
modò tam admirabilis ſpectaculi nouitas
ab ipſo ad trium virum, & a triumuiro ad
Prætorem, & a Prætore ad Senatum prola-
tam: Remiſſionem pœnæ mulieri impetra-
uit. Nam inaudita nouitas, ânimos hominũ
inclinauit ad ueniam.

Tertiò pręcipiebatur: de modo viuendi G
quo ad ſeipſum. Nam qui ſe ipſum bene nó
regit, malè cũ familia, & ciuibus viuit. Vn-
de antiquitus fiebant leges, qualiter homo
viuere deberet. Recitat enim Valerius lib.
2. quòd antiqui in cibis erant temperati. Et
luxurioſas epulas, viniq; abundantiam in
moderatum veneris vſum, tanquam ſanita-
ti corporis inimica, maxime fugiebant: ibi
etiam dicit, ꝙ vini vſus omnibus Romanis
fęminis ignotus fuit; ne aliquod dedecus
probarentur.

Spiritualiter loquendo. Hæc tria ſimili-
ter debet obſeruare quilibet Chriſtianus:
quia circa Deum humilitatis obedientiam; H
circa parentes pietatis clementiam, circa
ſeipſum puritatis munditiam.

Primò circa Deum humilitatis obedien
tiam; eius mandata obſeruando: & ratio
poteſt eſſe triplex; prima propter vniuer-
ſalem dignitatem: quia licet ſint multi do-
mini per participationem: eſſentialiter ta-
men non eſt niſi vnus Dominus domino-
rum, Sap. 1. Audite, qui continetis multi-
tudinem in populis. Quoniam data eſt no-
bis poteſtas a Domino, & virtus ab altiſſi-
mo: quia igitur eſt vniuerſaliter Dominus
omniũ, ſibi in omnibus obedire debemus:
ſecunda propter promiſſorum dignitatem,
quia

A quia maius præmium nobis promittit. Nã Machometus, promiſit ſaracenis flumen lactis, & mellis, ſi ſibi obedirent: in veteri teſtamento Deus promiſit terram promiſſionis & bona temporalia, ſed nobis in nouo teſtamento Deus promittit Angelorũ gloriam. Eritis, inquit, ſicut Angeli Dei in cœlo. Igitur per maius promiſſum magis ſibi debemus obedire: tertio propter beneficiorum largitatem: quia multa immo omnia; quæ habemus bona, ſunt ab eo, Act. 18. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Et Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcen-
B dens a patre luminum: propter hæc omnia tenemur Deo obedire.

Secundò circa parentes pietatis clementiam. Et hoc ſimiliter propter tria: primo vt legem impleamus. Nam ille qui diligit proximum, legem impleuit: multo magis ille qui parentes diligit: ſecundo vt beneficium temporale acquiramus. Vnde Deuteron. 6. dicitur. Honora patrem tuum, &c. vt ſis longeuus ſuper terram: longitudo dierum, maximum eſt temporale bonum: tertio, ne ingratitudinis vitiũ incurramus. Nam ſi ille eſt ingratus, qui parua beneficia non recognoſcit, multo magis ille qui ma-
C xima: ſed paterna beneficia ſunt incomparabilia, & ſecundum Philoſo. ſniam, nunquàm poteſt reddi æquiualens. Ergo filius non recognoſcens, eſt maxime ingratus. Propter hęc tria; pietatem parentibus impendere debemus.

Tertiò circa nos puritatis munditia. Nã homo tenetur ſeipſum facere bonũ, quod bonum conſiſtit in puritate, & munditia cordis, vt nõ cogitet niſi bonum, quia peruerſæ cogitationes ſeparãt animam a Deo. Sapien. 1. Secundo conſiſtit in puritate, & mũditia oris: quia corrũpunt bonos mores colloquia mala. 1. Cor. 15. Tertio cõſiſtit in
D puritate, & munditia operis, vt non operemur niſi bonũ: quia qui mala egerũt, ibunt in ignem æternum; qui vero bona in vitã æternam. Athanaſius in ſimbolo.

Patet ergo, quomodo homo debet eſſe ordinatus ad Deum per obedientiam, ad proximum per clementiam, ad ſeipſum per munditiam. Hæc tria notãtur in Euãg.

Primò primum. Nam cum Scribæ, & Phariſæi dixerunt ad Ieſum. Quare diſcipuli tui tranſg. tradi. &c. Reſpondit: & vos, quare tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Ecce aperte patet, ꝙ magis Deo, quàm hominibus tenemur obedire, & plus eſt reprehenſibile ſibi E
non obedire, quàm alteri.

Secundò, ſecundum cum di. Nam Deus dixit. Honora patrem tuum, &c. Iſte honor vt dicit Hieron. non tantum conſiſtit in ſalutationibus, & extrinſecis honoribus, ſed in munerum oblationibus, & ſubuectionibus. Et quia iſti hunc honorem non faciebant parentibus, reprehenduntur. Dicebãt enim Phariſæi, ꝙ illa quæ filij debebant parentibus, offerent Deo, qui erat verus pater. Et quia oblatio Dei debet præponi parentum muneribus, ſub pietatis ſpecie, impietatem docebant. Et parentes, quæ Deo conſecrata, & oblata cernebant, ne ſacrilegij crimẽ
incurrerent, declinantes, egeſtate conficie- F
bantur: & ita fiebat, vt oblatio filiorum, ſub occaſione templi, & Dei ſacerdotum lucra cederet, vel poteſt aliter exponi. Munus quodcunque ex me eſt, & mihi & ſibi proderit, vt d. Hieron. Quia dicebant Phariſæi filijs, ita dicatis parentibus veſtris. Quodcunq; donum oblaturus eram Deo, in tuos conſumo cibos, tibiq; prodeſt, o pater, & mater, vt illi timentes accipere, quod videbant mancipatum Deo, magis vellent inopem vitam ducere, quàm de conſecratis comedere. Ambæ tamen expoſitiones hæ ſunt. Hieron. in Homil. Patet ergo: quomo-
do iſti reprehenduntur, qui pietatem, & cle- G
mentiam, circa parentes non habebant.

Tertiò ponitur tertium, ſ. de munditia, & puritate, quam homo debet in ſe ſeruare, cum ait: Non omne quod intrat in os coinquinat hominem, &c. Tota pars iſta tendit in vnam ſententiam, ſ. puritas, & munditia, & ſanctitas hominis non eſt in parcitate ciborum, ſed in cogitationibus bonis, & locutionibus veris, & in operibus iuſtis. Vnde di. ꝙ cogitationes malæ, blaſphemia, furta, adulteria, & homicidia, iſta
ſunt, quæ coinquinant hominem, i. faciunt
eum malum, & peccatorem, cogita- H
tiones, di. propter cor, Blaſphemiæ, propter os; & furta propter opera. Rogemus ergo Dominum, vt ſic ſimus ordinati, ad Deum, proximum, & nos ipſos, vt digni ſimus vita æterna, amen.

FERIA

A

FERIA QVINTA poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

Quales debent eſſe ciues, ne inexpugnabiles reddantur.

Sermo XXIII.

B *Vrgens Ieſus de ſinagoga, venit in domum Simeonis, &c.* Luc. 4. Satis diximus de bello campeſtri. A modo dicamus de obſidionibus, quomodo ſcilicet obſidentur ciuitates, & caſtra. Et quomodo etiam defenduntur: multa tamé ſupradiximus de ipſis bellatoribus, quæ hic poſſent adaptari: ſed non intendimus illa replicare, ſed ſolum aliqua ponere, quæ faciunt ad præſentem materiam.

Et primò de ciuibus, quales debent eſſe ciues, vt inexpugnabiles exiſtant, etiā præter ea, quæ dicta ſunt ſupra. Quinque conditiones aſſignare poſſumus, quæ eos inexpugnabiles reddunt, ſ. humilitas, liberalitas, benignitas, æquitas, & veritas. Quodlibet iſtorum eſt neceſſarium. C

Primò humilitas, ne vnus alteri præeſſe velit: ſtatim enim cum volunt omnes fieri domini, difficile eſt, ꝙ poſſint reſiſtere: quia vbi multitudo dominorum ibi confuſio: oportet ergo, ꝙ omnes obediant vni, & vnus non velit præeſſe alteri. Nam vt Homerus videtur dicere, deſtructio Troiæ fuit ſuperbia ciuium. Et teſte Lucano: deſolatio Romanorum, fuit pluralitas dominorũ. Similiter legitur. 1. Machab. 1. Quòd poſt mortem Alexandri, qui erat dominus vnus omnium, multi poſuerunt ſibi diademata. D Ideo multiplicata ſunt mala in terra : quare hodie deſolatur Italia, niſi quia, vnus ciuis tyrannus efficitur, & cõtra alium dominiũ exercet. Nulla ciuitas eſt ita magna, habens multos dominos, q̃ non ſit deſtructa.

Secundò liberalitas, ne cupiditati, & auaritiæ intendant. Nam hoc modo fiunt proditiones: quia ciues cupidi, & auari, proponentes bonum priuatum bono communi, corrumpuntur pretio, & pecunia: vnde narrat Frontinus, ꝙ Annibal apud Areto, quæ præſidio Romanorum, Duci Iulio tenebatur, Eonium quendam Tarentinum, ad proditionem pecunia corrupit: hic ſagacitate vſus, ſępe enim ille extra ciuitatem ibat, ſub occaſione venādi, qui captam prędam duci portabat. Et cum ſępius hoc faceret, & ideo non obſeruaretur, quadā nocte Annibal venatorum habitu, ſuos milites cum comitibus illius commiſcuit, qui cum onuſti venatione reperti eſſent, & nõ ſuſpecti a cuſtodibus intromiſſi, protinus ipſos cuſtodes interfecerunt, & porta fracta admiſſus Annibal cũ toto exercitu, omnes Romanos interfecit, præter eos, qui ad arcem fugerunt: Liſimacus, (vt ipſe author refert) Rex Macedonum cum expugnaret Epheſios, & illi in auxilio habebant quendam Archiperatā nomine Andronem: quẽ Liſimachus pecunia corrupit. Et ipſe fortiſſimos Macedonum in ſua naui manibus ligauit, & quaſi captiuos hoſtes Epheſum portauit, qui eſt gaudio receptus, acceptis ex arce armis cum illis captiuis vrbem Liſimacho tradidit. E F

Tertiò benignitas, vt mens alteri ſubueniat, & non inmiſericordes inter ſe exiſtant: Nihil ſic ciues in amore copulat, ſicut ſi diues pauperi, & ſanus debili ſubueniat: Nam in neceſſitate omnia debent eſſe communia, & impium multum eſt, nobilem abundare de publico, vbi plebeius ſame deficit fatigatus: vnde quodam conſule Romano, qui vocabatur Gunnus, recitat Frontinus, quòd ipſe pugnauit contra Fabinos, vel Sabinos, & vicit eos, qui poſt victoriam parari prandium fecit, & comeſtibilia omnibus diuiſit, & æqualem portionem cum omnibus accepit dicens, ſibi tantum debere ſufficere, ſicut alijs: At ipſo comedente venit quidam miles, qui portionem non receperat, & ipſe ſuam diuiſit, & mediam illi dedit: & hoc opus ita clarum fecit, vt ſemper milites ſecum libentiſſimè militarent. G

Quartò ęquitas, ne iuſtitia odio vel amore peruertatur: Multum enim iuſtitia habet conſeruare ciuitates, tempore pugnæ, & tempore pacis: vnde apud veteres magna erat obſeruatio iuſtitiæ, vnde narrat Valerius lib. 6. quòd Felangus, vrbem Lucrenſium regens, ſtatuit, vt qui in adulterio caperetur ambobus oculis priuaretur, factum eſt vt caperetur filius eius, quem ipſe damnauit ſecundum legem quam condidit, ac tota ciuitas, in honorem patris pro adoleſcentulo rogauit, qui nullo modo parcere voluit: Ad vltimum precibus populi deuictus, ſui prius deinde filij oculo vſum vi- H

dendi

A dendi vtriſque reliquit, & ſuam legem
ſeruauit.

Quintò veritas: Nam cum ciues opor-
teat eſſe fideles, decet eos in verbis eſſe ve-
races: nullo modo commẽdari debent, qui
ad inuicem falſa loquũtur; quia vnus alteri
cum debeat credere, non poteſt niſi deci-
piatur, Hic poſſet adaptari hiſtoria 3. Reg.
31. quando ſpiritus mendax in ore omniũ
Prophetarum, decepit Achab vt iret ad pu-
gnam, in qua ipſe ad mortem percuſſus eſt.

Spiritualiter loquendo, ciuitas eſt Eccle-
ſia, ciues ſunt fideles; propterea hæc quin-
que debet habere, primò debet eſſe hu-
B milis ſine ſuperbia; Quia Deus ſuperbis re-
ſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Iac. 4.
Ideo dicitur 1. Petri 5. Humiliamini ſub po
tenti manu Dei: ſecundò liberalis ſine aua-
ritia: quia auari non poſſidebunt regnum
Dei, Epheſ. 4. Ideo ibidem cap. 5. dicitur,
Omnis auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus;
non noietur in vobis: tertiò benigni ſine
duritia: quia qui mentis eſt duræ, corruit in
malum, Prouerb. 18. Ideo Matth. 8. dicitur:
Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter
miſericors eſt: quartò iuſti ſine nequitia:
quia cum ſit timenda nequitia, data eſt in
omnem condemnationem, Sapiẽ. 17. Ideo
C diligite iuſtitiam vos, qui iudicatis terram,
Sapien. 1. quintò veri ſine fallacia: quia lin-
gua fallax nõ amat veritatem, Prouerb. 16.
Ideo Zachar. 8. dicitur loquimini veritatem
vnuſquiſq; cũ proximo ſuo, & quamuis iſta
quinque in omnibus debeant reperiri: in
aliquibus tamen aliqua ſingulariter debẽt
inueniri, ſicut humilitas in religioſis: nulla
enim virtus ita eſt neceſſaria, ſicut humili-
tas: quia tota ipſorum perfectio eſt obediẽ-
tia, quæ ſine humilitate eſſe non poteſt: li-
beralitas in prælatis, Deteſtanda eſt in eis
auaritia, vnde dictum eſt Moyſi, Exodi 18.
Elige tibi viros potentes, Deum timentes,
D & qui oderint auaritiam: vnde non permi-
ſit Deus filios Samuelis regnare: quia de-
clinauerunt ad auaritiam, & acceperunt
munera, & peruerterunt iudicium, 1. Reg.
18. Benignitas in diuitibus, Ideo enim
Deus diuitibus præbuit diuitias, vt ipſi pau
peribus ſubueniãt: vnde Beda: Quare Deus
ſitit in paupere? vt tu non ſis ebrius in pec-
catis: quare fameſcit? vt paſcas eum de tuo
labore, quare nudus apparet? vt tua veſti-
menta ſuperflua non corrumpantur a ti-
nea: ſed induatur Deus ex eis in paupere:
vt reponat coram Angelis ſuis, Quare ho-
ſpes, & peregrinus apparet? vt ſuſcipias eũ:
& ipſe te recipiat in æterna tabernacula: E
Æquitas in nobilibus: Militiæ enim ordina-
tæ ſunt ad defenſionem Reipublicæ, vt ipſi
nobiles, & potentes, viduas, & pupillos
tenentur protegere: Exemplum dedit ille
tyrannus Imperator, qui cum iret ad præ-
lium, occurrit ei vna vidua petens iuſtitiã:
qui dixit, me reuertente tibi ſatisfaciam: &
illa, ſi non reuerſus fueris, quis me vindica-
bit? Reſpondit ille, qui poſt me imperabit:
quæ dixit: quid tibi proderit? Et ipſe ſtatim
de equo deſcendit, & fecit, quod vidua pe-
tijt: veritas in Doctoribus, Abuſio eſſet, ſi
ipſi, qui vera dicere debent, falſa proferrẽt:
Patet igitur quales debent eſſe Chriſtiani F
fideles, qui ſunt eccleſię ciues: quæ omnia
in hodierno Euangelio in ſe oſtendit fe-
ciſſe Dominus, & nos docet facere.

Primò humilitatem ſequendam: quia in-
trauit in domum Simonis: vbi dicit Chry-
ſoſt. quòd ideo intrare voluit: vt nos eru-
diret ſuperbiam euitare: Dum Dei filius tu-
guria piſcatorum non dedignatur intrare:
ſecundò auaritiam deteſtandam cum ſub-
ditur, ſocrus autem Simonis, &c. Per mu-
lierem iſtam, intelligitur anima, quæ pati-
tur febrem, id eſt cupiditatis ardorem: Nam
vt dicit Ambroſius in homilia: Non eſt mi-
nor calor amoris terrenorum, quàm febris G
membrorum: & ſicut febris naturaliter dat
ſitim, grauat caput: ſic cupiditas inſatiabilis
eſt, & ſemper ad terram deprimit, quam
expulit, nos eam expellere docens: tertiò
miſericordiam impendendam, ibi, cum au-
tem Sol occidiſſet, quotquot habebant in-
firmos, &c. nam ſicut Chriſtus compatien-
do ſanauit infirmos, ſic nos compatiendo
debemus in neceſſitatibus proximis ſubue
nire: quartò iuſtitiam laudandã: Exibant au
tem dæmonia, &c. quia ſicut Chriſtus libe-
rauit obſeſſos a dæmonibus, ſic potentes
violenter, & iniuſtè oppreſſos liberare de-
bent: ſed poſſetis hic dubitare, vtrum dæ- H
monia cognouerint Chriſtum? dicendum
quòd cognouerunt quantũ oportuit: opor-
tuit autem, vt ipſum Deum eſſe ſuſpicaren-
tur: quatenus eum timerent, & hominem
ſemper eſſe crederent, ne eius paſſionem
impedirent: quintò, doctrinam imitandam,
vel veritas in doctrina, Erat enim prædi-
cans in ſynagogis Galilææ: Gloſſa, tota
Chriſti prædicatio non niſi veritas erat:
ſicut ipſe eſt via, veritas, & vita: No-
ſtra ergo doctrina debet eſſe vera: Ro-
gemus ergo Dominum, vt hæc quinque
nos habere poſſimus, &c. Amen.

A

FERIA SEXTA poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

Qualis debet eſſe Capitaneus ciuitatis.

Sermo XXIIII.

VEnit Ieſus in ciuitatē Samariæ. Ioan. 5. Heri diximus de ciuibus, hodie dicemus de Capi-
B taneo, ſeu Rectore ciuitatis: vbi dicemus, quòd quatuor cōditiones debet habere: ſcilicet primo cum ciuibus conſormitatem, ſecundo in cuſtodiendo ſollicitudinem, tertio in videndo dignitatem, quarto in loquendo vtilitatem.

Primo cum ciuibus debet habere conformitatem, & ſimilitudinem: Nam ipſe Capitaneus debet complacere ciuibus: vt plus ametur, quàm timeatur: Amor autem generatur ex conformitate morum: ſimilitudo enim, & morum conformitas cauſat dilectionem, ſicut videmus, quòd omne ſimile appetit ſuum ſimile, tam in hominibus, quàm in animalibus: vnde Capitaneus
C debet eſſe cōformis ciuibus, vt ab eis ametur: ſemper enim ciues libenter Capitaneū volunt: quæ eis conſormem eſſe ſciunt: vnde legitur in hiſtoria Alexandri, quòd poſt mortem Darij, ipſe conceſſit Perſis, vt ſibi Dominum eligerent, & ipſe eum concederet eis, qui non elegerunt aliquem de exercitu Alexandri: ſed potius quendam ſenem compatriotam, cui nomen erat Duritius.

Secundò in cuſtodiendo eos debet habere ſollicitudinem: Ad hoc enim efficitur Capitaneus, vt ciues cuſtodiat, & ſeruet: vnde ſua intentio ad ſalutem populi debet eſſe, vnde Valerius lib. 3. refert, quòd Fabius
D maximus, cum Romani poſt Cannēſe prælium, vel Carthaginenſe deſtructi eſſent quaſi, ipſe contra Annibalem nunquàm in campum exijt, ſolum tranſitu alia munire ſtuduit, dum verò obuiam inimicos haberet claudere, & fruſtra: Pugnandi intentione decepit, timens ne ſui caſu ruerent: vnde plus profuit Romæ in dimicando, quàm ſi pugnaſſet: & quia bene populum cuſtodiuit, & eorum ſalutem procurauit, Saluator appellatus fuit.

Tertiò in viuendo debet habere excellentem dignitatem: Decet enim eum digniorem toto populo apparere: vt ſemper
eum populus imitetur videndo: quia nimia familiaritas parit contemptum: vnde quidam raro in populo apparebant, vt ſemper digniores, & mirabiliores apparerent, ſicut recitat Philoſophus in libro de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum, quòd Rex Indorum, ſemel in anno tantum coram populo apparebat, cum regali apparatu, & armato exercitu, & vulgus ſtabat aliquantulum a remotis: nobiles verò circa ipſum; & in ipſa die, dona dabat: Reos de carceribus liberabat, multa pia opera exercebat, & omnes conſolabatur. E F

Quartò in loquendo debet habere vtilitatem, Non enim eſt pulchrum in Domino, verba vana & ſtulta loqui: vnde ſemper vtilia debet dicere, & ſua verba ſententioſa debēt eſſe; vnde Zenocrates cuidam loquaci dixit, ſtulti autē pluſquàm loquacis: os enim vnum a natura accepimus, aures vero duas: Idem cum inter male loquentes intereſſet, interrogatus cur ſolus taceret? Reſpondit, aliquando me penituit dixiſſe, tacuiſſe vero nunquàm: Patent iſta quatuor, quæ Capitaneus debet habere.

Spiritualiter hęc pfectiſſime habuit Chriſtus in ſe, qui eſt totius eccleſiæ, & omnium fidelium Capitaneus.

Nam primo habuit cum fidelibus ſimilitudinem, & conformitatem: quia in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, Philippen. 2. vnde figuratus eſt in Moyſe, Exo. 30. Qui ex conſortio ſermonis Dei reſplenduit facies eius, vnde filij Iſrael reſpicere non poterant: & ipſe vt reſpicere poſſent velauit faciem: Moyſes Chriſtus eſt, qui propter diuinitatem a mortalibus intueri non poteſt, ſed ipſe velauit eam, quando ſumpſit naturam humanam: quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriā eius, &c. Ioā. 1. G

Secundo circa nimiam ſalutē habuit ſollicitudinem: quia quicquid egit dum fuit in mundo, ad noſtram ſalutem fecit; vnde figurari poteſt in Gedeone, Iudic. 7. qui pugnauit contra Madian pro Iſrael: & ſignum victoriæ petijt inuenire, & ductus eſt in arcam, & quando in vaſe pluebat, & quando in vellere, vide hiſtoriam Gedeon Chriſtus eſt, qui fortiſſimus virorum fuit, ſicut Gedeon, Pſal. Neque eſt fortis, ſicut Deus noſter; Hic pugnauit pro Iſrael cōtra Madian, id eſt pro humano genere cōtra diabolum; ſignum eius fuit in vellere, id eſt in virgine; quia non in alia, quàm in ea conceptus eſt, quæ etiam ab omni pluuia vitiorum H

munda

A munda fuit: quia nullus hominum præter eam fuit vnquam ſine culpa; vnde Anſelmus, decuit matrem Dei ea puritate nitere, vel lucere, qua ſub cœlo maior nequit intelligi.

Tertiò habuit in ſe dignitatem, quia in omnibus operibus ſuis ſe mirabilem oſtendit, vnde alios in admirationem induxit: oẽs enim faciebat admirari, quando aquam conuertit in vinum ſolo verbo: ſanabat omnem infirmum, reſuſcitabat mortuos, expellebat dæmones, illuminabat cęcos, cibabat famelicos, omnia iſta digniorem, & mirabiliorem eum faciebant, de quo Pſal. B Tu es Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: redditur mirabilis, dum incarnatur, naſcitur, viuit, moritur, reſurgit, & aſcendit in cœlum: mirabilis in vita, in moribus, in verbis, & in operibus.

Quartò in loquendo habuit vtilitatem: vnde dixit Petrus, Ioan. 6. Domine verba vitæ æternæ habes: & ipſe dixit: verba quę ego loquor, ſpiritus & vita ſunt: Inde poteſt figurari in Salomone: qui fuit ſapientior cunctis regibus, cui dictum eſt. 3. Reg. 8. Beati ſunt ſerui tui, & beati viri tui, qui aſſiſtunt tibi ſemper, vt audiant ſapientiam tuam: Sic patet, quomodo Chriſtus habuit C illa, quæ bonus Capitaneus debet habere, & hęc oſtenduntur in Euangelio.

Et primò ponitur, quomodo cum ſuis fidelibus voluit habere ſimilitudinem: cum dicitur: venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, &c. vbi erat fons: Ieſus fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem. Et in iſta parte ponitur triplex conformitas, ſeu ſimilitudo, quam Chriſtus voluit habere nobiſcum. Primo quo ad locum: quia ſedebat ſuper puteum. Per puteum intelligitur obſcuritas, calamitas, & miſeria huius mundi, in qua Chriſtus ſicut & nos fuit; ſecunda quo ad tem- D pus: quia hora ſexta. Per ſextam, ſexta ætas intelligitur. Nam in ſexta ætate Chriſtus venit; tertia quo ad corpus: quia fatigatur ex itinere: fatigatio enim corporis paſſio eſt: vnde ipſe ſicut & nos corpore fatigari voluit. Et poſt fatigationem non in lecto, nec in throno voluit quieſcere & pauſare, ſed ſolum ſuper terram ſedere, & nos docere humiles eſſe debere. Dum ipſe ſic voluit ſe humiliare. Hinc Pau. ad Hebr. debuit per omnia fratribus aſſimilari.

Quanta fuit Chriſti ſollicitudo, vt fatigaretur ex itinere, labor oſtendit ſollicitudinem. E

SEcundo ponitur, quantam circa veſtrã ſalutem, habuit ſollicitudinem: Cũ additur, venit mulier de Samaria haurire aquã. Mulier iſta figurat, vel ſignificat noſtram naturam, quæ de ciuitate egreſſa venit ad puteum, i. de paradiſo expulſa venit in miſerabilem mundum. Et venit haurire aquam, i. iſta fluxibilia terrena. Et inuenit Chriſtum, & petit bibere, qui ſitit eius conuerſionem ad fidem: ſed quia nulla eſt conuenientia. Bene poteſt mirari natura huma- F na, qui ſic Chriſtus fuerit ſollicitus ad ſaluandum eam: vnde dixit: ſi ſcires donum Dei, & quis eſt ꝙ tibi d. da. m. bib. pet. for. ab eo, & dediſſet tibi aquam, &c. Quaſi dicat: ſi ſcires gratiam, quam facio tibi, non propter merita tua: Sed propter miſericordiam meam. Tu non expectares imitari, ſed ante peteres, quàm proferret, quia dediſſet tibi aquam viuam, i. cęleſtem gloriam.

Sed quia Chriſtus vt homo, & non vt Deus hominibus apparuit: ideo videbatur impoſſibile, quod dicebat: Ideo dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Ad literam enim tunc G Iudæi dicebant, nõ habet hauritorium, quia malus eſt, & maior patribus noſtris nõ eſt, qui dederunt nobis iſtam aquã, de qua ipſi & pecora eorum biberunt. Per aquam ſcripturam intelligebant, quam Prophetæ, & patres eorum ſcripſerunt: & ipſi pecorum more ignorantes, erant tantum carnaliter intelligentes: vnde de Chriſto dicebant. Nam eſt hic homo a Deo, ꝙ ſabbatum non cuſtodit, ſed Chriſtus nõ laceſſitus iniuria, ſemper ſollicitus ad ſalutẽ noſtram, ſemper ad amorem cęleſtiũ nos prouocat: vnde dixit, omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum, &c. Nunquàm enim tẽ- H poralia ſatiant, niſi ſpiritualia: & ideo audita ſpiritualium dignitate, homo allicitur: vnde dicit mulier. Domine da mihi hanc aquam: ſed quia ſpiritualia, ſpiritualibus, & non carnalibus, vel temporalibus dantur, ideo dicit. Vade voca virum tuum. i. animã tuam, vel ſpiritum tuum: quia ſpiritus vir corporis eſſe debet, ſed pretio ſpiritus perdidit dominiũ. Vnde caro dicitur: quia caret viro: Ideo verum dicit: virum non habeo: quinque viros habuiſti. i. quinque corporis ſenſus, quia ſolum ſecundum carnem viximus, & quamuis aliquã do ratione vte-

A remur. Homo tamen cum charitate: ideo nec ipſa ratio, tunc vir erat carnis: & quia homo cognoſcens culpam ſuam, cõfitetur eam, & petit doceri: quomodo poſſit Deo placere: ideo ſubdit. Dñe vt video Propheta es tu. Patres noſtri orauerunt in monte hoc, &c. Sicut enim erat contemptio, vtrũ in monte illo, vel in Hieruſalem deberet Deus adorari. Ita ad hoc poſſet dubitari, vtrum ſpiritualiter, vel corporaliter debeat Deus adorari. Et quia ſpiritualiter. Ideo dicit Ieſus. Mulier crede mihi, &c. Deus ſpiritus, ideo oportet eum nos in ſpiritu adorare, & pro ſpiritu, & pro carne: quia tales
B adorationes Deus petit, & talibus Chriſtus ſe patefacit: vnde mulier dixit: ſcio quia Meſſias venit. Et Dñs reſpondit, ego ſum.

Tertiò ponitur, quomodo in conuerſando oſtendit dignitatem, cum ſubiungitur. Et continuo venerunt diſcipuli. Et mirabantur, ꝙ cũ muliere loqueretur: hanc magnificentiam oſtendit in diſcipulorum admiratione: quia admirabãtur diſcipuli, &c. Et nõ admiratur homo niſi de magnis: admiratio etiam fuit in ciuium commotione: magnum fuit, ciues vnius mulieris verbo facere de ciuitate ad ſe venire: vnde exie-
C runt viri, &c. oſtendit etiam in ſui corporis ſuſtentatione: & magnum, & mirabile eſt ſine cibo ſubſtentari: cum enim dicerent diſcipuli: Rabbi manduca; & ipſe dixit, cib. hab. mand. quem vos neſcitis, &c. Et quis nam eſſet eius cibus, ait, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem, &c. i. vt gentes conuertam, & ſuſcipiam: & oſtendit Samaritanos ad ſe videre regiones venientes pro ſalute: oſtẽdit etiã dignitatem in magna remuneratione. Magnificè remunerare magnæ eſt dignitatis, & excellentiæ. Vnde dixit eis. Homo ne vos dicitis, &c. Magna fuit diſcipulorum remuneratio: quia collegerunt, quæ non ſeminauerant, ſeminauerunt Pa-
D triarchæ, & prophetæ, quando laborauerunt, vt viderent Chriſtum: & nullus vidit, ſicut Angeli. Hinc alibi dixit. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: multi reges & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt. Alij igitur laborauerunt, & vos in labores eorũ ſurrexitis.

Quartò ponitur, quomodo in loquẽdo oſtendit vtilitatem, cum dicitur, ex ciuitate ergo illa multi crediderunt in eum, &c. Magna fuit vtilitas ſic loqui, & prædicare, vt ad ſe conuerteret tot viros de illa ciuitate. Rogemus ergo Dominum, vt det nobis ſuam aquam, vt nos ad ſe conuertat, vt verè in ipſum credamus, vt credentes in eum ſalui ſiamus, amen. E

SABBATO
poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ.

De Capitaneo, & Rectore ciuitatis.

Sermo XXV.

P*Errexit Ieſus in monte Oliueti, &c.* Ioan. 8. Quamuis heri dixerimus de cõditionibus Capitanei ciuitatis: tamen quia multa requiruntur, ad perfectum vnius ciuitatis. Ideo adhuc hodie de ipſo prædicabimus. Et tria dicemus, quæ debet habere. Primo in admonendo, perfectã ſcientiam: ſecundo in dominando, propriæ conditionis reminiſcentiam: tertio in iudicando diſcretam iuſtitiam. Attendite. F

Primò in admonendo perfectam ſcientiam, quamuis enim omnes homines non poſſint eſſe Philoſophi, debet tamen Capitaneus ciuitatis ſcire ea, quæ debet præcipere, & quæ debeat ciues facere: vnde Philoſophus di. ꝙ oportet Dominũ ſcire, quæ debet præcipere, & quæ ſeruus facere. Debet etiam Capitaneus ſcire, quomodo ſe debent cuſtodire ciues: quomodo conſeruabit eos. Vnde ſapientes viri conãtur ſcire omnia, quæ debent facere, & quando a ſe hoc non poſſent, aliorum vtuntur conſilio: vnde legimus, ꝙ Alexander, Ariſtotelis conſilio ſe regebat. Idem etiam Athenienſibus ita ſcripſit. Præcipimus vobis, vt nobis decem Philoſophos dirigatis: cum quibus cupimus noſtrũ negotiũ exercere. Nihil aliud præcipimus vobis, niſi vt nos tanquàm reges, & dominos teneatis. Et Valerius lib. 8. refert, ꝙ Procraſſus, cũ in Aſiã ad Ariſtotonicum regem debellãdum, Cõſul iuiſſet, græcã linguam conatus eſt adiſcere, vt per ſe ipſum militibus, & hominibus illius patriæ poſſet dicere omne, quod vellet. De Ciro rege dicitur, ꝙ omnium militum nomina ſcire voluit, & ſingulos per ſingula nomina nominauit, & vocauit. G H

Secundò in dominando, debet habere propriæ conditionis reminiſcentiam, conſueuit enim dominium, homines ſuperbos efficere: vnde decet omnẽ principem pro-

prie

A prie conditionis recordari. Ne vltra quàm debet; poſſit extolli. Vnde legitur in libro Alexandri. Quòd Rex Darius fecerat ſibi thronum de auro, & per 7. gradus aſcendebatur ad eum. Primus gradus erat de amethyſtus, ſecūdus de ſmaragdo, tertius de topatio, quartus de bronato, quintus de adamante, ſextus de auro, ſeptimus de luto: vbi dr̄, ꝙ non ſine cauſa erant ſic ordinati gradus. Nā primus ex amatthyſtus: quia lapis ille fortitudinem, & ſumoſitatem vini habet reprimere, nec ſinit aliquem ſe gerentē de ſua memoria immutari, vel inimicari, vel dememorari. Et regem decet perfecti ſen- B ſus eſſe, & nunquàm occaſione imperitiæ, decidat in ſiniſtrum, ſecūdus ex ſmaragdo, quia lapis ille clarificat viſum, & eum conſeruat illęſum, & Regem decet viſum cordis habere acutum, vt quæ videnda ſunt videat, & ſapienter diſcernat, tertius ex topatio, qui eſt lapis tantæ claritatis, vt ſi quis figuram ſuam imaginaretur: in eo videbit caput deorſum, & pedes ſurſum, & rēgē decet ſua nouiſſima conſiderare, & dignitate non extolli, ſed humiliari: quartus ex granato: qui omnes alios lapides rubore præcellit: & ſic rex debet verecundia eſſe rubicundus, vt vltra licita non agat, quintus ex C adamante, qui eſt duriſſimus: ſic rex conſtans debet eſſe in iuſtitia, vt nulllo modo ab ipſa deuiet: ſextus ex auro, quod præcellit omne metallum: ſic Rex omnes debet excellere ſua virtute: ſed ſeptimus ex luto, vt cum homo fuerit ad regalem celſitudinē ſublimatus, recordetur ſe ex terra creatum, & in terra reuerſurum, ac per hoc, ſuę conditionis memor exiſtat.

Tertiò in iudicādo, debet habere diſcretam iuſtitiam. Dico vt puniat puniēda, par- D cat parcenda: diſſimulet diſſimulanda. Nō enim debet eſſe nimis rigidus, vt exaſperentur ciues, nec nimis benignus, vt non corrigantur delinquentes. Vnde de diſcreta iuſtitia videbimus, ſi exemplum Valerij proponamus. Narrat enim in 6. lib. quòd inter Albanos, & Romanos facta eſt pugna: in qua de vtriuſque cōcordia, electi ſunt quatuor de vtraque parte, & qui quatuor vinceret, totius exercitus victor eſſet. Romani elegerunt ſuos: Albani vero elegerunt de forbanditis Romanorū: qui fortiter præliantes tres de Romanis occiderunt: vno tantum de eis mortuo. Remanſit autē vnus de Romanis, qui vocabatur Hortacius, hic pugnans fortiter, tres illos occidit: vnde ſua fortitudine Albani victi ſunt. Et Senatores fecerunt Hortatio triumphū: E cum autem in triumpho duceretur, venit ſoror ſua amare plorans, quia deſponſata erat vni illorum trium, quos ipſe interfecerat: dedignatus gladio cū quo vicerat: ſororem ſuam interfecit. Senatores hoc diſſimulantes tunc: non dimiſerunt, quin honorificè more ſolito triumphum peragerent, quo peracto die ſequenti, damnauerūt eum pęna capitali, cuius pater audiens filiū debere mori. Mox vſque ad ventris mediū ſe exuit, & cum fletu ad ſenatores intrauit. Oſtēditq́; eis vulnerum cicatrices, quæ pro Roma ſuſceperat: Et dicere cępit iniuſtum eſſe patrem, qui tanta mala pro Roma F tulerat vnico turbari filio, quamuis iuſtè damnatus eſſet, & ipſe nunquàm meritum aliquod poſtulauerat, ſolū hoc petebat: vnde Senatores pietatem moti, reddiderunt filium patri: ecce in hoc exemplo apparet diſcretæ iuſtitiæ ſeruatio: nam quia ille vicerat, fecerunt ſibi triumphum, quia vero ſororem interfecerat, damnauerunt eum morte reum: & quia pater iuſtè petijt præmium, dimiſerunt filium.

Spiritualiter loquendo. Hæc tria debent eſſe in omnibus prælatis, principibus, dominis, & ſacerdotibus. Nam primo debent habere lumen ſapientiæ, in docendo: nam G prelatus, & ſacerdos debet eſſe magiſter populi, & princeps, & dominus ſui populi. Ad magiſtrum pertinet ſcire docere, Sapien. 6. Diligite lumen ſapiētiæ, qui præeſtis in populis, & 1. q. 1. habetur viliſſimus reputandus eſt: nē ipſe præcellat ſcientia, qui eſt honore præſtantior: vnde in ipſorum figura legitur. 1. Eſd. 2. Quòd Eſdras obtulit ad ædificationem templi aurum, argentum, & veſtes ſacerdotales: Eſdras princeps patrū interpretatur, ſacerdos quilibet, ac dominus, princeps dici poteſt, qui debet offerre aurum, i. ſapientiam luminoſam, argentū. ideſt eloquentiam ſonoroſam, & veſtes, i. H opera virtuoſa.

Secūdò debet habere ſuarum culparum reminiſcentiam ſeipſos conſiderando, & humiliando, Eccl. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus: vndeq́; ſit vtile ſe ipſum conſiderare, & ſe cognoſcere oſtēdit Bern. di. Audere cognoſcere: nam melius eſt ſi te cognoſces, quàm ſi te neglecto cognoſceres curſus ſiderum. Complexiones hominū, animalium naturam, virtutes lapidum, & herbarum. Et omnium cœleſtium, & terreſtium haberes ſcientiam, redde te ipſum tibi: ſtatue te ante te, tanquam aliū,

A & temetipſum plange: iſtam conſideratio-
nem habebat Dauid, cum dicebat. 2. Reg.
7. Quis ſum ego Domine Deus, quia edu-
xiſti me hucuſque?

Tertiò debet habere diſcretionē iuſtitię,
in iudicando: vñ ſacerdos nō debet eſſe ſer-
uus, ſed crimina miſericorditer relaxare:
vnde Matt. 18. Cum Petrus peteret a Dño.
Si dimitteret vſque ſepties. Reſponſum eſt:
non ſolum vſque ſepties, ſed vſque ſeptua-
gies ſepties. Ideo ſcribitur. 5. q. 8. Melius eſt
rationem dare propter miſericordiã, quàm
propter crudelitatem: vbi eſt pater filio lar-
gus, eius diſpenſator, tenax eſſe non debet:
B & ſi Deus eſt benignus, vt quid ſacerdos
vult eſſe auſterus? Non tamen ſic debet eſſe
pius, vt occaſionem tribuat delinquēdi: vn-
de non ſolum debet miſericorditer parce-
re: ſed etiam ne vlterius peccet admouere,
in figura huius legitur. Quòd in archa erant
tabulæ legis, virga, & manna, hoc ſignificat
ꝙ in pectore prælati & ſacerdotis, debent
eſſe tabulæ legis, vt ſancta præcepta obſer-
uet, & alijs obſeruanda præcipiat: virga, vt
corrigat. Manna dulce variè pareat.

Hæc tria oſtendit ſe datur habere in hoc
Euang. in quo ſimiliter monemur nos ipſa
obſeruare: nam primo ponitur quomodo
C oſtendit ſuam ſapientiam eſt luminoſam:
quia docebat in tēplo: exemplum dans ſa-
cerdotibus, vt in Eccleſia populum doceât,
& admoneant: & ſeculares laici audiantur:
non verba vana, & ocioſa dicantur.

Secundo quomodo oſtendit humilitatē
virtuoſam: quia inclinauit ſe, & digito ſcri-
bebat in terra. Docens nos inclinari per
humilitatē, & in terra ſcribere per propriæ
fragilitatis recordationem, gloſa: tunc be-
ne in terra ſcribitur: cum propria peccata
ad memoriam reuocantur.

Tertiò quando oſtendit iuſtitiam glorio-
ſam: quia qui ſine peccato eſt veſtrum: pri-
D mus mittat lapidem in eam: & oſtendit iu-
ſtitiam, & primo in accuſantes, eam dixit.
Qui ſine peccato eſt veſtrum: admonens
quòd homo peccator prius ſe debet corri-
gere, quàm alium condemnare: ſecũdo in
accuſatum, cum dixit: mulier, vbi ſunt qui
te accuſabant? & ſibi oſtendit miſericordiã
& iuſtitiam: miſericordiam quidem: quia
pepercit, nō condemnauit dicens, nec
ego te condēnabo: Iuſtitiã vero:
quia vlterius peccare prohi
buit, dicens, amplius noli
peccare. Rogemus er-
go Dominũ, &c.

DOMINICA QVARTA in Quadrageſima. E

De conſtructione Ciuitatis.

Sermo XXVI.

A*Bijt Ieſus trans mare Galilææ.*
Ioan. 6. Quia in toto officio
fit mentio de ſancta Eccleſia,
ideo congruum eſt prædicare
de ipſa: ſed quia ſub figura ci-
uitatis Hieruſalem, & bis proponitur, ideo F
prius vidēdum eſt qualis debet eſſe ciuitas,
vt ab hoſtibus inexpugnabilis exiſtat, pro-
pter ꝙ ſcire debetis, ꝙ fortitudo ciuitatis
in tribus conſiſtere videtur: primo in loci
bonitate: ſecundo in neceſſariorũ vbertate:
tertio in ædificiorum munitate.

Primò in bonitate loci: cũ enim ciuitas
eſt ſituata in loco alto naturaliter forti, vbi
eſt & bonus & ſanus, & noſtri obſeſſi præ-
eminentur, & altius obſidentibus manen-
tur magis eſt inexpugnabilis, debet ergo
eſſe in monte. G

Secundò in neceſſariorum vbertate: ni-
hil ſic deuicit obſeſſos, ſicut carentia, & pe-
nuria rerum, conſueuerunt enim obſeſſos
ad penuriam, & inopiã reddere ſicut Fron-
tinus narrat de Annibale. Is enim cum re-
gionem copia rerum abundantē obſideret,
diſſimulauit pacem, & petijt ab eis, vt eorũ
cibis accepto pretio ſuum exercitum ſuſtē-
taretur, quod cum impetraſſet exauſto op-
pidanorum frumento ipſorum vrbem ag-
gredietur, & cauſa alimentis deſtitutam ſu-
perauit, Idem aduerſus Imeros fecit: vnde
ciuitas abundare debet, quia propter rerũ
inopiã multa inhumana fiunt. Recitat Vale.
li. 7. Quòd Caſſilinaces obſeſſi ab Anniba- H
le propter ciborum penuriam, coacti ſunt
corigias, & corios deſcutis euellere, & fer-
uoſi aqua reſoluta manducare: Cretenſes
a Metello obſeſſi: ſuam & iumētorum vri-
nã bibere coacti ſunt. Numantini a Scipio-
ne circundati, cum omnia quæ famē cōtra-
here poterant conſumpſiſſent. Ad vltimũ
humana corpora, & petunt manducare. Nã
capta ciuitate inuenti ſunt multi, hominũ
mēbra portantes, quibus nutriri deberent.

Tertiò fortitudo ciuitatis, & in ædificio-
rum mutatione. Magnum enim munimen-
tum eſt, vbi ſunt ędificia bona, vt ſunt tur-
res, & muri, & portæ, in his ædificijs multũ
conſiſtit

A conſiſtit fortitudo ciuitatis; narrat enim Ioſephus 18. lib. 6. quòd ciuitas Hieruſalem obſeſſa multo tempore ſe tenuit; quia bonis muris erat circundata: . Troiani etiam per decem annos fuerunt obſeſſi, & bene ſe defenderunt propter muros, & turres, & nunquàm ciuitas illorum fuiſſet capta, niſi fuiſſent proditione decepti: patet ꝙ in his tribus eſt fortitudo ciuitatis, ſcilicet in loco munito, vberi neceſſariorum, & bonis ædificijs.

Spiritualiter loquendo: omnia iſta habet ſancta mater Eccleſia, primò eſt in loco altiſſimo, ſecundò in nutrimento abundan-
B tiſſima, tertiò in ædificio fortiſſima.

Primò eſt in loco altiſſimo, vnde in epiſtola dicitur, ad Galat. 4. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, & Iſai. Erit mons domus Domini in vertice montium: Benè eſt altiſſima, quando in vertice montium eſt præparata, & ſituata: ſed debes ſcire, quòd mons propter puritatem aeris, eſt ſanitatis conſeruatiuus propter eminẽtiam altitudinis multorum oſtenſiuus, & propter ſitum fortitudinis defenſiuus, ſic ſancta Eccleſia eſt ſanitatis conſeruatiua, per gratiæ infuſiones, Iſa. 53. Lætificabo eos in domo orationis meæ, vnde dictum eſt Loth, Ge-
C neſ. 19. ſalua te ipſum in monte, id eſt in eccleſia. quia extra ipſam nõ erit aīæ ſalus: vt dicit Auguſtinus, ſecundò eſt multorum & mirabilium oſtenſiua, propter ſacramentorum celebrationem, & ipſorum collationem: vnde dictũ eſt Moyſi a Deo, Exo. 19. Aſcende ad me in montem, & oſtendam tibi omne bonum: tertiò eſt defenſiua per diuinam tuitionem, Pſal. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Quare, quia abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me: vnde 3. Reg. 21. dixerunt ſerui regis Siriæ: Dij montium ſunt dij eorum, ideo ſu-
D perauerunt nos, ſed fugiamus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus: Dominus enim in monte eccleſia, non valet nos offendere: quia obediendo ſibi nõ poſſumus non bene agere, ſed in campeſtribus, id eſt in volũtatibus carnalibus deuincimur, patet ergo quòd eccleſia eſt altiſſima.

Secundò eſt in nutrimento abundantiſſima, ſapiens de eccleſia loquens ait: Prouerb. 2. Sapientia ædificauit ſibi domum, miſcuit vinum, & poſuit menſam: ſapientia, & Dei filius, qui dicitur ſapientia patris: ædificauit eccleſiam domum ſuam, in qua poſuit menſam, ſcilicet altare, vbi eſt vinum ſui ſanguinis, & panis pretioſi cor- E
poris, & hic cibus eſt maximæ dignitatis: quia panẽ Angelorum manducauit homo, eſt delectabilis Canti. 2. Sub vmbra illius, quẽ deſideraui ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, Sapien. 19. Panem de cœlo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & eſt ſatiatiuus, Ioan. 6. Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me non eſuriet, vel qui manducat me viuet propter me: illis tribus carent temporalia, primo non ſunt dignitatis: quia terrena, non delectabilitatis: quia vanitatibus plena, eccle- F
ſia primo: cumque me conuertiſſem ad omnia, quæ fecerunt manus meæ, cognoui, ꝙ in omnibus eſſet vanitas, & afflictio ſpiritus.

Tertiò eſt in ædificio fortiſſima: quia murus eius inexpugnabilis, Iſa. 26. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion: ponetur in ea murus, & antemurale, & Pſal. Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius: portę vero eius poſſunt dici Apoſtoli, qui nobis tamquàm portæ ingreſſum poſuerunt in eam: vnde canit ſancta eccleſia in hymno: Vos cęlum verbo clauditis, feraſque eius ſoluitis: & hę portæ non fuerunt de ligno putribili, & molli: ſed de du- G
to, & forti: quia Apoſtoli electi ſunt non nobiles, ſed ruſtici: Non Imperatores: ſed piſcatores, nõ ſecundũ mundum ſapiẽtes: ſed ſicut columbæ ſimplices, 2. Corinth. 1. Videte vocationem veſtram fratres: quia non multi ſapiẽtes ſecundum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles: nam quę ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia, & contemptibilia elegit, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.

Patet ergo, quòd eccleſia eſt in loco altiſſimo, in cibo abundantiſſima, & in ædificio fortiſſima.

Hęc omnia habentur etiam manifeſta, vt H
infra, Apocalyp. 12. vbi ſcribitur, quòd in monte magno, & alto vidit ciuitatem ſanctam Hieruſalem: ecce alta locatio, & habebat portas duodecim, ecce ędificiorum munitio, & erat ibi lignum vitæ, ecce nutrimenti abundantia: lege figuram.

Iſta tria, quæ dicuntur de eccleſia oſtendit Chriſtus in Euangelio hodierno, in quo tria ponuntur, primò ſitus eminẽtia: quia poſt tranſitum maris ſubijt in montem, ſecundò victus ſufficientia: quia de quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiauit turbã, primo ponit, ipſius eccleſiæ portarum numerum, quia duodecim Apoſtoli.

A De primo dicit, Aſcendit in montem: Nec ſignificatur, quòd deſerere debemus mundum, qui tanquàm mare eſt procelloſus: Debemus aſcendere montem, in quo eſt eccleſia ad obediendum, & obſeruanda eius præcepta.

De ſecundo, de quinque panibus: & hoc ſignificat, quòd Chriſtus ſuo corpore, quod habuit quinque plagas, & duas naturas, ſcilicet diuinam, & humanam: ſatiauit omnes homines, &c.

De tertio, quia duodecim Apoſtoli, qui panem ſalutaris doctrinam, conſeruantes toti mundo communicarunt: nobis portæ
B facti ſunt regni cœleſtis, ad quos nos perducat ipſe Dominus, Amen.

FERIA SECVNDA poſt quartam Dominicam Quadrageſimæ.

Propter quæ obſeſſi perdunt propria culpa.

Sermo XXVII.

C *Prope erat paſca Iudæorũ, &c.* Ioan. 2. Hodie propoſui videre propter quæ obſeſſi ꝓpria culpa perdunt, & hoc vr̄ principaliter propter tria.

Primò nimia ſecuritas facit pigros, eccleſie.n.ciues ſunt ſecuri, ad cuſtodiẽdum efficiuntur pigri: vnde ſagaces hoſtes ipſos conſenſos reddunt ſecuros, vt propter ſecuritatem efficiantur pigri, & non ſe cuſtodientes facilius poſſint vinci, vnde Frontinus dicit, quòd Formio dux Athenieſium, venientibus ad ſe legatis Calcidenſium, quos deſolatus fuerat, benignè, & pacificè
D recepit, & eà nocte qua ipſi legati receſſuri erant ab eo, dixit eis fortè mihi miſſæ ſunt literæ a meis, vt debeant repatriare, & fingens ſe recedere, dimiſit legatos, qui redeuntes dicunt omnia executa, & receſſiſſe Formionem verſus Athenas: tunc Calcidenſes audientes a ſuis legatis, remiſſis benignè reſponſum, & obſidentium receſſum, remiſsè cuſtodiebant ciuitatem, quam Formio ſubito, & inopinatè rediens cepit.

Secundo nimia ſimplicitas facit incautos: cum enim ciues ſunt ſimplices, facillimè conſueuerunt vinci: obſidentes enim aliquando fingũt fugam, vt poſſint obſeſſos educere extra, & tunc incauti ciues E
ſperantes vincere vincuntur: Frontinus recitat de Annibale, ꝙ cum ipſe obſideret Hyemiram caſtra ſua capi de induſtria paſſus eſt iubens recidere ſuis, tanquàm præualeat hoſtis, quo euentu hyrematis ita deceptis, vt gaudio impulſi relicta vrbe procurrerent ad Punicam vallem: Annibal vero vacuam vrbem, per eos quos in inſidijs poſuerat, ob hãc cauſam cępit: Idem dicit, quod Hyrnacus cum Setrobigenſes vincere vellet, vſus eſt iſta cautela: nam diſpoſitis ſuis militibus in inſidijs paucos miſit, qui caperent pecora Setrobigenſium, & de illa vindicandi cauſa cum feſtinanter per- F
curriſſent, ſimulantes, quæ fugam prædatores oppida inſidias deducti, vel inſidijs decepti capti ſunt.

Tertio nimia timiditas reddit inrobuſtos, dum enim homines nimis timent, nũquàm fortes eſſe poſſunt: vnde multi propter timorem ſe reddunt, qui optimè ſe defendere poſſent: vnde Frontinus narrat, ꝙ Cyrus Rex Perſarum, incluſo Sardinibus Creſo, cui mons erat, & nullum præbebat acceſſum malos narium, ſic altos, vt mons erat poſuit erectos, imponens eis ſimulacra hominum armata in profionæ habitu, & G
ipſa de nocte appoſuit monti: Poſtea diluculo ex altera parte obſeſſos aggreditur, cum quo orto Sole ſimulacra illa habentia ſpeciẽ armatorum, apparuiſſent: oppidani opinantes a tergo vrbem captam eſſe, in fugam verſi ſunt, & ciuitatem Cyrus cępit.

Spiritualiter loquendo, dæmones obſident mediante corpore animas, quas conãtur capere, & deſtruere: vnde inter cætera tria ſunt vitia, quibus conſueuerunt animam damnare.

Primo propter pigritiam in bono opere, cum enim quis piger eſt ad bene operandum, facilius a diabolo vincitur, Eccleſiaſt. 33. Multa mala docuit otioſitas, & Bernar. H
omnium tentationum, & malarum cogitationum ſentina eſt omnium: vnde Prouer. 24. Per agrum pigri tranſiui, & per vineam hominis ſtulti, & ecce totum repleuerunt vrticę, & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceriæ deſtructa replent: vrticæ, id eſt malæ cogitationes, & ſpinæ, & commiſſiones peccatorum iniquæ: ſed materia lapidum eſt deſtructa, & id eſt virtutum armatura: vnde diabolo patet aditus, & via, qui dicit Ezechi. 37. Aſcendam ad terram ſine muro, & veniam ad quieſcentes, habitanteſque ſecure: terra ſine muro poteſt di-

A ci anima ſine virtutis propugnaculo, quam diabolus cito capit, vnde in figura ſcribitur 2. Reg. 8. ꝙ dormiens Isboſeth a filijs Saulis percuſſus eſt a duobus latronibus, & capite truncatus, per Isboſeth intelligitur piger, qui ad bonam faciendam dormiens eſt, Prouerb. 26. ſicut hoſtium vertitur in cardine, ſic piger in lectulo ſuo, qui latrones, id eſt dæmones occidunt, & eius caput ſuum auferunt, quia animam perdunt.

Secundo diabolus hominem vincit propter confidentiam, quam habet in proſperitate, ſicut enim hoſtes fingunt fugam, & ponunt inſidias: ita diabolus fingit recedere ab anima cum eam non tentat de luxuria, ſed ponit inſidias, & tentat de ſuperbia aliquando, & gula: vnde propter hanc malitiam eius, nunquàm homo debet de ſeipſo confidere, Prouerb. 27. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: Ideo Hieron. nunquid tu fortior es Sanſone, núquid ſanctior Dauid, nunquid ſapientior Salomone, de te ergo non confidas, niſi de Deo.

Tertio vincit propter nimiam triſtitiam in aduerſitate: quia cum homo nimis timet, & dolet de aduerſis, faciliter vincitur: vnde ſicut timere Deum eſt bonum, ita timere amiſſionem temporalium eſt malũ: Ideo Chriſtus dicit, Luc. 12. Nolite timere puſillus grex; vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: vnde Auguſt. in libro de eleemoſyna, dicit: Quòd homo non debet timere facere eleemoſynam, ne deuiat ad paupertatem, vbi ſic ait: Metuis eleemoſynam facere, ne patrocinio, vel patrimonio tuo ad inopiam redigaris? Eſto in hac parte intrepidus, eſto ſecurus, finiri nó poteſt, ſi in vſus pauperum impenditur, & vnum opus cœleſte celebrat. Nec hoc de meo refero: ſed de ſanctarum ſcripturarum fide, & diuinæ pietatis authoritate permitto: Loquitur per Salomonem Chriſtus, & ait: qui dat pauperibus, nunquàm indigebit, qui autem auertit oculum ſuum, in magna pecunia erit.

Et ſic patent illa tria, propter quæ homo a diabolo vincitur, ſcilicet propter timoré corporum, & ſecuritatem, quæ tria debemus a nobis expellere, quod docuit nos Chriſtus in hodierno Euangelio, cum expulit de templo vendentes oues, & boues, & columbas: per boues intelliguntur pigri, qui graues ſunt ad currendum in via Dei, per oues nimis ſecuri, oues enim ſecuræ ad occiſionem ducũtur, per columbas timidi, columba enim multum timet accipitrem, in tantum, vt aliquando non audeat fugere, cum ipſum videt, & ſine reſiſtentia ad deuorandum ſi præbet, Ezechi. 2. Erunt in montibus, quaſi columbę conuallium omnes trepidi, & in figura peccatoris ſcribit Oſeæ 7. Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor: vnde iſti tres expelluntur per Chriſtum de templo Dei, & vita æterna: & nos Chriſti exemplo expellere debemus de templo cordis noſtri pigritiã, confidentiam, & timiditatem malam, quod ipſe nobis concedat, Amen.

B C D (margin letters)

FERIA TERTIA post quartam Dominicam Quadrageſimæ.

De malitijs, & cautelis, quas habent obſidentes contra obſeſſos.

Sermo XXVIII.

Iam die feſto mediante, & cæt. Ioan. 7. Hodie dicemus, quas cautelas habent obſidẽtes ad ſubiugandum ſibi obſeſſos: & poſſumus dicere, ꝙ ſunt tres: primo fallere per proditionem, ſecundo auferre victus ſuſtentationem, tertio inducere mortis pauorem. Attendite.

De primo fallere per proditionem, cuius enim ciuitas fortis eſt, & expugnari nó poteſt: tunc obſidentes proditionem ordinant, vt quod non poſſunt viribus obtinere, obtineant deceptionibus: quæ proditiones dupliciter fiunt, aliquando enim fiunt per ipſos obſeſſos, corrumpendo aliquod ipſorum, aliquando autem per ipſos obſidentes ſimulantes velle bonum pacis, & intendunt malum falſitatis.

De primo non pono exemplum, quia omni die patet: ſed de ſecũdo: narrat enim Frontinus, quod Alchiluadens dux Athenienſium cum Aggectius obſideret, quæ erat ciuibus munitiſſima, petijt ab illis ciuibus conſilium de cõferendis vtrique parti, & promiſerunt eum in locum conſultationis intra vrbem diu differere, & dum diutius peroratur, Athenienſes ab eo diſpoſitus vrbem capiunt Argentinis in conſilio occupatis: Troia enim vt narrat hiſtoria, ſimulantibus obſidentibus ludum equo ſuſcepto ligneo equitibus pleno, dum riſum quærit, luctum inuenit.

Secundò

A Secundò auferre victus ſuſtentationem. Multum conantur obſidẽtes ne victu abũdent obſeſſi, & ne eis aliunde portentur obſeruant, vnde recitat Frontinus: Quòd Fabius Maximus vaſtata campania tempore ſementis ſe abſentauit, vt ſic frumento, quod erat vaſtationi reſiduum in ſatoribus conſumpto rediens acrius terreret, & ſubiugaret, quod factum eſt: Antigonus aduerſus Athenas idem fecit: vnde ſemper in menſe Maij conſueuerunt obſidiones fieri: quia tunc arbores, & blãda, poſſunt magis deſtruere.

B Tertiò inducere mortis pauorem: multæ ciuitates ex falſo timore proditæ ſunt: vnde refert Frõtinus, quòd Peleopidas Theatinus duo oppida ſimul oppugnans, non ita longo ſpatio diſtantia quòd eodem tempore de vno ad alterum mouebat exercitũ, præcepitque vt ex oppoſito ab alijs caſtris venirent primo octo equites coronati notabili alacritate, velut victoriam nunciantes ad eius ſimilitudinem veriorem præcepit ſyluam, quę in medio erat, incidi vt præberet ſpeciem vrbis ardentis, deinde quos cauſa de ſuis in modum captiuorum iuſſit perduci, quã aſſeueratione, vel ſimulatione perterriti, qui obſidebantur cùm ſuos ſocios crederent, defecerunt, & hoſti ſe tradiderunt. C

Spiritualiter loquendo hæc tria mala, quæ faciunt obſidentes, conantur facere nobis dæmones.

Primò fallunt per proditionem, quia vitia ſua virtutis ſpecie occultant: ſicut enim illi obſidentes ſimulabant bonum agere, & capiebant ciuitatem, ſic dæmones occultãt vitia ſub colore virtutum, & nos faciunt labi in ipſorum laqueum, vt verbi gratia: colorat gulam ſub ſpecie largitatis dicens, ſi male & parum comedis, dicent hominem te eſſe auarum, & times tua expendere:

C ſed ſi bene viuis, & delicatè, dicent te largum & bonum, quia ſcis vti tuo bono: Ad auaritiam vero ſub ſpecie abſtinentię dicens, ſi vis tuum comedere, & alijs dare, guloſus, & prodigus reputaberis: dicetur enim te non aliud agere, niſi comedere; ſed ſi quod habes conſeruas, & alijs non diſtribuas, temperatum, & ſapientem te dicent homines etiam ſi penuria ſit futura ignorans, melius eſt habere quàm quærere ad vanamgloriã vero ſuperbia perſuadet præponendo bona, dicens, tu es melior omnibus in ſcientia, in diuitijs, in virtutibus, in ſanctitate, & in omnibus oſtendas ergo te eſſe, quod es cum appretieris, quàm volueris, prædica te ipſum vt virtutes quas habes, homines cognoſcant, & te videãt; prædica & ſic iſto velamine perdit animã: Ideo dixit Eua, Geneſ. 3. Serpens decepit me, de hoc figura habet 2. Reg. 2. de Ioab, quando occidit Amaſiam in via oſculans, & accepto gladio occidit: hic diabolum figurat, qui oſculaẽ, & blanditur cum bonũ te facere dicit, & malum eſt, quod facis: & ipſe accepto gladio te percutit, quia ſub ſpecie virtutis per gladium vitij animam occidit. E

Secundò auferunt vitę ſubſtentationem, cum nos charitatem dimittere ſollicitant, & ipſum Deum, qui eſt vita animæ, Auguſt. ſicut corpus ſine anima mortuum eſt, ita anima ſine charitate mortua eſt, & iſtã faciunt nos dimittere, cum odium pro dilectione faciunt recompenſare: cum enim aliquis alieno benefacit a quo non diligiẽ: ſed odio habetur: tunc ipſe dæmon inſtar, vt charitatem, & dilectionẽ homo in odiũ vertat: ſed fidelis Chriſtianus nõ debet propter hoc charitatem dimittere, ſed eam tenere, vnde exemplum habemus charitatis in Dauid erga Saulem: A quo cum perſequeretur, & iniuſte pluries potuit illũ occidere, noluit: immo cum eius audiuit mortem, fleuit, & ſuam interfectorẽ morte puniuit: lege hiſtoriam 1. Reg. 24. & 26. F G

Tertiò inducunt mortis pauorem cum ex timore malo ad loquendum falſum inclinant, cum enim aliquis veritatem loquitur, & pro ipſa veritate odio habet, ſtatim diabolus perſuadet dimittere veritatem, & loqui falſitatem: ſed ſeruus Chriſti nõ propter timorem aliquem debet tacere verũ: ſed quanto plus aſſerit verum, maius meretur præmium, Eccleſiaſtici 3. Pro anima tua non confundaris dicere verum: ſed eſt confuſio adducens peccatum, hiſtoria hic cadit 3. Reg. vlti. de Michęa, qui non tacuit veritatem, quamuis fuerit in carcere ſuſtentatus pane anguſtiæ, & aqua tribulationis: H Hęc tria, quę nobis noſtri aduerſarij faciũt, & quo in his nos habere debemus: poſſunt in hodierno Euangelio comprehẽdi.

Primo ponitur, quando cõtra proditionem elationis, & ſuperbiæ Chriſtus vſus eſt humilitate, cum dicit, quòd mirabãtur Iudęi, ſecundò quando contra odium inimicitiæ vſus eſt charitate, cũ additur, quid me quæritis interficere? tertiò ponitur qñ cõtra falſitatem vſus eſt veritate, cum ſubditur: Dicebantur quidam ex Hieroſolymis.

Primò

A Primo ergo ponitur, quãdo mirabantur Iudæi, ꝙ literas ſciebat, cum non didiciſſet, & hoc non ſine gloria erat: ſed ne caperetur vanagloria: vſus eſt humilitate, cum dixit, mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me: Ecce qui ſuam virtutem non ſibi tribuere, ſed patri, ſuper quæ verba, dicit B. Aug. in Hom. Si ille qui cũ patre eſt vnũ. Æqualis patri, Deus de Deo, Deus apud Deum, coeternus immortalis, pariter ſine tempore, pariter creator, & diſpenſator tñ quia venit in tempore, & formam ſerui accepit humanam, inuentus vt homo, quærit gloriam patris, & non ſuam, quid tu homo B facere debes, qui quãdo aliquid boni facis, gloriam tuam quæris, quando aliquid mali facis: Dei calumnias meditaris? intende tibi, creatura es, agnoſce creatorẽ, ſeruus es, ne contemnas Dominum adoptatus es, ſed nõ meritis tuis quære gloriam eius a quo habes ac gloriam: eius gloriam quæſiuit qui eſt ab illo vnicus natus: quia qui quærit gloriam eius, qui miſit illum, hic verax eſt & iniuſtitia in illo non eſt, & ſequitur ſecũdum, quid me quæritis interficere? Iudęi enim quærebant Chriſtum occidere, & ipſe ſanabat infirmos eorum: vnde mentio- C nem facit de paralitico, quem ſanauerat in piſcina, at quia ipſe die ſabbati ſanauit eũ, Iudęi maledicebãt, eum ipſis tamen nõ red dit odium, ſed amorem, & charitatem: Et ſequitur tertium: dicebant ergo quidã, &c. nam falſa erat opinio Iudęorũ de Chriſto, vt patet in textu, ipſi iuſtum errorẽ deſtruxit, & veritatem dixit: Clamabat ergo Ieſus dicens, rogemus ergo ipſum, vt nobis tribuat ſe imitari in charitate, in humilitate, & veritate, Amen.

D
FERIA QVARTA post quartam Dominicam Quadrageſimæ.

Quid agendum eſt ciuibus obſeſſis in ciuitate debili.

Sermo XXIX.

PRæteriens Ieſus, &c. Quia nõ omnes ciuitates ſunt poſitæ in loco naturaliter forti, & propter repentinum aggreſſum hoſtium non poſſunt ſe munire: ideo congruum eſt videre, qui talibus ciuitatibus ſit agendum, & tria debet facere. E

Primò bonum Capitaneum eligere. Nã bonitate Ducis conſeruatur exercitus, & bonitate Capitanei defenditur ciuitas: capitaneus maxime debet eſſe beniuolus, & fidelis, vt ſuorum ſalutẽ velut propriã procuret: vnde infidelis capitaneus, non ſolũ ciuitatem male munitam, ſed etiam fortem habet deſtruere, quod primum exemplum Vale. in lib. 7. Narrat enim, ꝙ Tarquinius cum Gambinos nulla vi capere poſſet, filiũ ſuum, ſextum Tarquinium virgis cęſum fidem tamen ad hoſtes fugere fecit, qui incuſata patris ſęuitia perſuaſit gentibus, vt odio ſuo aduerſum patrem vterẽtur, & dux F ipſorum electus eſt, qui patri indicauit per nuncium, qualiter omnia in ſua poteſtate haberet, & pręciperet quidnam fieri vellet, ſed pater nuntio nihil reſpondit: ſolũ duxit eum in hortum, & baculo quem in manu habebat, maxima, & altiſſima capita papauerum, excuſſit, quòd factum nuncius filio retulit: qui intelligens patrem ſuum, ſtatim maiores Gambinorum ex illo expulit, & morte conſumpſit, & ſic vrbem opulẽtam bonis viris ciuibus, patri tradidit: quo exẽplo patet, ꝙ Capitaneus debet eſſe G fidelis: ſecundo debet arma defenſiua aſſumere ſi n. obſeſſi ſemper præcipiũtur eſſe armati, quanto magis illi, qui loci beneficij ſunt priuati. Vnde Neemię 8. ſcribitur, ꝙ reedificantes Hieruſalem: audientes aduerſarios contra ſe venire, vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium, &c. tertio debent intrepidem perſeuerare, conſtãtia enim in omnibus eſt commendanda, & maxime vbi eſt magis neceſſaria: vnde ciues non debent timere perterri, ſed conſtanter perſeuerare. Narrat enim Frõtinus: quòd Mitridates cũ obſideret caſtrũ nouũ Buzitũ captiuos eiuſdẽ quos ceperat produ H xit oſtẽditq; obſeſſis exiſtimãs miſeratione ſuorum compellere eos ad redditum. At illi patienter ferentes captiuorum mortem Romanis fidem ſeruauerunt: vnde ſemper ciues debent eſſe conſtantes: ſed quantum valeant intrepido conſtantia male munitis ciuitatibus, patet per exemplum: Frontinis recitat enim, ꝙ Numentini obſeſſi: nec vallo munierant ciuitatem adeo, ſed continuerunt, quod cum Pompilius fiducialiter, vbi aggrederetur ipſi pro muro, & nullo re ſtiterunt, & exercitum Pompilij fugauerunt.

Spiritualiter loduendo dũ ſumus in hoc mundo,

A mūdo;ſumus poſiti in malo loco, debemus ergo fidelem capitaneum eligere, qui eſt Chriſtus, arma arripere, & hic pōt dici baptiſmus : conſtanter perſeuerare , & hic eſt fructus.

Primò ergo debemus Chriſtum in noſtrum capitaneum eligere : quia ipſe eſt fideliſſimus, Pſalm. Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis, &c. Nullus enim poteſt eſſe ita beniuolus, & fidelis , ſicut ipſe, cuius bene uolētia pater : poteſt per precis modū: magnum eſt enim , ſi quis pro amico liberādo porrigit preces verum maius ſi det argentum , ſed maximum ſi tradat ſemetipſum:
B ſed ecce inauditum, & inſolitum, atque naturæ contrarium pro inimico a quo grauiter offenſus eſt ſuſtinere non ſolum verba, & improperia, pęnas varias, & verbera: ſed viliſſimæ mortis ſentētia humiliauit ſemetipſum : cui pro nobis factus eſt obediens vſque ad mortem , mortem autem crucis. Philip. 2. Vnde figuratum eſt in hoc Gen. 9. vbi ſcribitur, ꝙ plantauit vineam, & bibens vinū inebriatus eſt. Iacuitq; diſcoopertus in tabernaculo : hoc Chriſtus eſt , qui plantauit vineam, i. humanam naturam cōdidit, Hierem. 2. Plantaui te vineam meā electā : de vino huius vineæ inebriatus eſt,
C quando nimis eam dilexit , vnde ſtetit diſcoopertus in tabernaculo , ideſt nudus in patibulo.

Secundò debemus baptiſmum ſumere, vel confeſſionem ſacramentalem , & accipere tanquàm armaturam defenſiuam: vnde Act. 2. Cum dictum eſſet Petro, quid faciemus ? Reſpondit, pęnitemini igitur, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu: ſed quam ſit magnæ efficaciæ hæc armatura, patet in figura Ioſue 2. vbi legitur, ꝙ filij Iſrael volentes terram promiſſionis intrare, tranſierunt Iordanem , & in ipſo
D tranſitu arca teſtamenti: ſtetit in medio, & ſacerdotes cū ea, totaque aqua inferior decurrit in mare, ſuperior, verò intumuit valde, & elegerunt de ipſo flumine 12. Capides: lege hiſtoriā, hæc ſpiritualiter loquendo ſcripſit, quòd nos volentes tranſire terram promiſſionis, & Dei gloriam habere, oportet per flumen tranſire, i. per baptiſmum tranſire, quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c. vel ſi confeſſione ſacramentali : debemus tranſire flumen, ideſt confeſſionem , quæ eſt flumen, quia ibi debet eſſe flumen lacrymarū, Pſal. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei : quia non cuſtodierunt legem tuam : ſed in hoc

E tranſitu arca Dei debet ſtare in medio: quia mediante Eccleſia & ſacerdotibus, & ſecūdum formam aſſignatam ab Eccleſia, debet quis baptizari, & confiteri: aquę inferiores decurrūt ad mare, quia omnia peccata ante commiſſa delentur, ſed ſuperiores aquæ intumeſcunt : quia bona , quæ poſtmodum fiunt fructificant: eligūtur 12. lapides, quia 12. ſunt articuli fidei, in quibus velut in firmiſſimis lapidibus fundatur fides noſtra.

Tertiò debemus cōſtanter perſeuerare, quia in ipſa perſeuerātia eſt fructus. Apoc. 2. Eſto fidelis vſque ad mortem , & dabo tibi coronam gloriæ: debemus autem conſtanter perſeuerare, vt nulla tētatione, nulla aduerſitate moueamur a Dei ſeruitute. F
Eccl. 2. Fili ſi acceſſeris ad Dei ſeruitutem, præpara animam tuam ad tentationem, & ideo Iob dicebat 27. Donec deficiam , non recedam ab innocentia mea : & iuſtificationem meam, quam cępi tenere nō deſeram.

Hęc tria , quæ nos debemus appetere in pręſenti vita , perfectè comprehendi poſſunt in hodierno Euang. veruntamen ſicut di. Auguſt. in Homil. Ita eſt prolixa lectio Euang. quā ſi vniuerſam pertractare conamur pro ſui dignitate, ſicut vellemus ſingula verba conſiderantes: non ſufficeret dies. G
Breuiter ergo oportet exponere : qa nimis longum eſſet ſingulis verbis immorari: dicamus ergo breuiter, ꝙ illa tria prędicta notantur: primo Chriſti boni capitis electio in humiliatione: ſecūdo baptiſmi & cōfeſſionis aſſumptio in piſcina & latrone : tertio conſtantiæ fortitudo in ſui, ad Iudæos reprehenſione.

Primo lutum enim illud, quod eſt pilo & puluere factum ſignificat Chriſtum , ꝙ diuinitate, & humanitate conſiſtit. Qui lutum ſuper oculos debemus ponere, quia ipſum tanquam noſtrum lumen debemus re- H
ſpicere, & ipſum periculis velut caput habere: quanta autem ſit huius capitis bonitas, & beneuolentia, & fidelitas, oſtendit in Euangelio: cum ponit ſe ad reſpiciendū. Cū reſpondit Apoſt. interrogantibus: quis peccauit: & ait, neq; hic, neq; parētes, &c. ſed vt manifeſtetur : hanc venit ipſe oſtendere: vnde ait, quamdiu ſum in mundo, lux cum mundi, me oportet operari opera eius qui miſit me, quāta eſt Saluatoris benignitas, vt non rogatus fecerit lutum, oculos liniuerit, & illum cęcū illuminauerit? Ille cęcus, qui ſedebat ſecus viam ciuitatis Hierico, rogabat vt viſum reciperet, & clamabat, Ieſu fili Dauid miſerere mei. Domine, vt

A vt videam ; Reſpondit interrogans, quid peteret: hic autem non rogatus linit,& illuminat, &c. De ſecundo per illam lotioné intelligitur baptiſmus,vel ſacramétalis cōfeſſio : ſicut enim ille recepit viſionem ſic in baptiſmo fidem, vel ſacramentali cōfeſſione gratiam recepit homo,quæ eſt lumé, quo Deum videmus,&c. De tertio in confeſſione huius cęci,qui ita conſtanter fidem dicitur confeſſus eſt coram Iudæis;: ille homo,qui dicitur Ieſus fecit lutū,&c. Cōfitet Chriſti ſanctitatem : cum ait, hunc ſcimus: quia Deus peccatores non exaudit : a ſeculo non eſt auditum , ꝙ quis luminauerit
B oculos cęci nati : toties repetit hanc cōfeſſionem,& ille dicit profeta eſt : nam timet fieri extra ſinagogā, venit deniq; in tēplū, inuenit Chriſtū,ibi eum adorat. Ecce quāta fuit conſtātia huius cęci nati, cuius exēplum nos imitari debemus eligere Chriſtū in caput,& ſolum ad ipſum reſpicere,ſicut fratres Ieptę elegerunt ipſum in principé, & capitaneum belli, contra Iuum tyrannū, qui volebat ſibi oculos eruere : ſic diabolus conatur nos excęcare , & oculos dextros eruere:conuocemus ergo Chriſtum in noſtrum Ducé, & ipſum ante oculos noſtros ponamus, & in ipſum reſpiciamus aſpiciétes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum: ſecundo lauemur in ſiloe , quid di-
C citur miſſus, ideſt in baptiſmo,& ſacramétali pęnitentia: tertio in bono concepto,& incepto conſtanter perſeuerare, vt mereamur in ipſo,& per ipſum regnare ipſo pręſtante . Qui eſt benedictus in ſecula, amen.

FERIA QVINTA poſt quartam Dominicam Quadrageſimæ.

D *De crudelitate, quam exercent hoſtes in obſeſſis capta ciuitate.*

Sermo XXX.

IBat Ieſus in ciuitatem, &c. Lu.7. Ad alliciédum ciues ad ſufferendum obſidiones, ne fraudent eorū mentes in ipſa obſidionis anguſtia, quæ hoſtis habita victoria conſueuit inferre,ſcire debemus: cum enim ciues ſciunt ſuum inimicum, nimis eſſe crudelem : non libéter in eius manibus ſe volunt committere.Immo potius aliquando promittunt ſe fame B mori, & conſumi,quàm velint paciſci : & ideo Frōtinus dicit,qui Epaminundas Dux Thebanorum aduerſus Lacedæmonios dimicaturus, vt ſui milites nō ſolum iuribus, ſed affectibus pugnaret:dixit in publico ordinatum eſt apud Lacedęmones , ſi vincerent,omnes virilis ſexus interficere, mulieres autem & liberos eorū ſeruos facere,& Thebas diruere: quo dicto ita animati ſunt Thebani, vt primo ictu Lacedæmones expugnarent:& ideo fideles chriſtiani,vt ſint fortes in bello contra diabolum in præſenti ſermone dicam quàm ſit ſerui eius dominium , vt hoc ſcito non conſentias ei. F

Pro quo ſciendum eſt : quòd in temporalibus ſçui hoſtes malè pertractant deuictos in duobus, primum eſt ipſos debilitare:ſecūdū de ciuitate propria expellere.

Primo eos debilitare, ne vlterius rebellare valeant, bonis omnibus expoliant:aliquando etiam ipſos minuunt in membris corporis,ne apti ſint ad bellum, ſicut Naes Princeps Ammonitarum volebat eruere oculos dextros, vt ſcribitur. 1. Reg.2. Aliquando etiam ipſos occidunt. Narrat enim Valerius lib.9.quòd Silla quatuor legiones contrariæ partis,quæ ſibi non obedierāt in G in campo Martio occidi iuſſit. Idem etiam de ciuitate Præneſtina quinq; millia ſub ſpe ſalutis ſe reddentes ei, & ciuitatem dimittentes ſibi, non longe ab ipſa terra in campo fecit eos interimi : ſecundo de ciuitate expellebant,hoc multorum exemplis probari poſſet: quia multas ciuitates deſtruxerunt Romani, expellentes earum ciues, & multarum adhuc viget memoria, quæ deſtructę eo tempore a Romanis extiterunt. Alexander,vt recitat Frontinus: cum deuicit Aſiam, omnes nobiles ſecum duxit,nec aliquem remanere permiſit.

Spiritualiter loquendo, hæc duo mala fa H ciunt, ſçui hoſtes,ſ.diaboli:quia hominem ſibi conſentientes: primo bonis omnibus exuit, ac in anima occidit: ſecundo ipſum de bonorum congregatione,quaſi de honorabili ciuitate expellit.

Primo bonis operibus exuit:bona enim hominis,vel ſunt naturalia,vel gratuita: natura alia, vt bona corporis gratuita vero,vt bona mentis: hæc omnia ipſe accepit. Prima bona corporis: cū.n.aliquis ſibi cōſentit in gula,vel in laſciuia,ſtatim exerunt,& debilitat corpoream naturam : vnde generat infirmitates; vnde corrumpūtur humores; vnde minuuntur vitæ dies vſi, & ſuperfluo

A fluo cibo,& potu, & cohitu: vnde Aug.ad
Bonifacium. Eſcę, inquit, nimiæ, non ſo-
lum animas: ſed etiam corpora lędunt, &
ad infirmitatem perducunt: ſolet enim per
nimiam ciborum auiditatem, & poculi in-
temperātiam frangi ſtomaci fortitudo: nec
non,& abundantiam ſanguinis, & colorē:
& plurimę ægritudines eſcarum largitate
oriri: cum etiam aliquis ſibi cōſentit in ac-
cidia,vel triſtitia: ſtatim deficcat carnem,&
oſſa. Prouerb. 17. Spiritus triſtis deficcat
oſſa, & cum aliquis ſibi aſſentit in inuidia:
ſtatim ipſum conturbat in fęlicitate aliena:
vnde Baſilius: Sicut rubigo ferrum,ſic inui
B dia animam, in qua naſcit̄,corrumpit:& ſic
accipit bona corporis: ſecundo priuat bo-
nis gratuitis,quæ ſunt virtutes: nam cū ali-
quis conſentit in ſuperbia, priuat eum hu-
militate;cum conſentit in ira, priuat eū be-
nignitate,& manſuetudine: & cum in aua-
ritia priuat charitate,& largitatem, & cum
in vanagloria, priuat magnanimitate: ſed
poſtquàm accepit bona corporis, & bona
mentis, quid aliud agit: niſi ꝙ corpus, &
animam occidit: huius facta fuit de ſeruis
Dauid: qni miſſi ſunt ad Regem Amon,
quos ille remiſit raſa media eorū barba, &
inciſis tunicis, vſque ad crura: hæc ſignifi-
C cat, quòd qui diabolo conſentiunt ipſe ra-
dit ſibi barbam, ideſt aufert virtutum inſi-
gnia. Barbam eſt ſignum ſexus virilis, &
vir a virtute dicitur. Et incidit tunicas,i. au
fert corporis valetudinem, & fortitudinē,
quæ congruè per tunicas poſſunt figurari:
quia ſicut tunica corpus. Sic corpus ani-
mam tegit,& defendit.

Secundo diabolus hominem ſibi conſen
tiētem, de bonorum ſocietate expellit. Nā
qui puritatem innocentiæ ſua ſuggeſtione
non ſeruant:expellit eos de ſocietate Ange
lorum, & per fidelitatem obedientiæ expel
lit eos de ſocietate Patriarcharū, & qui cla-
D ritatem ſapientiæ ſpernunt, expellit eos de
ſocietate Prophetarū, & qui paupertatē in
digētiæ vilipendūt, expellit eos de ſocieta-
te Apoſtolorum. Et qui ſoliditatem patien
tiæ in aduerſis non cuſtodiunt, expellit eos
de ſocietate Martyrum, & qui auſteritatem
pęnitentiæ facere nolunt,expellit eos de ſo
cietate confeſſorum,& qui caſtitatem con-
tinentiæ refugiūt, expellit eos de ſocietate
Virginum. Ecce quō miſeri homines cōſen
tiendo diabolo,priuantur omni bono con-
ſortio. Nonne ipſe primos parentes expu-
lit de paradiſo propter gulam? Nonne Da-
than, & Abiron eiecit de mundo propter
ſuperbiam? Nonne Salomonem de ſapien- E
tium conſortio emiſit propter laſciuiam?
Nonne Iudā de Apoſtolorū collegio pro-
pter auaritiam, & ſic multorum exemplis,
& rationibus:patet, quam malum ſit aſſen-
tire diabolo:& ideo fideles chriſtiani nun-
quàm deberēt permittere vinci: verū pro-
pter ſuam malitiam, & noſtram imperitiā
multos ex noſtris vincit: ideo Chriſtus, ſi-
cut Deus miſericors pater,& pius,prædā de
manibus eius conatur auferre cum hominē
liberat a morte animæ, & reuiuificat vita
gratiæ: & hæc omnia patent in Euang.ho-
dierno: in quo hæc duo notantur,ſ.diaboli
crudelitas,& Chriſti pia benignitas. F

Primò ponitur impia crudelitas, & hæc
erat duplex: quia primo interfecerat: ſcđo
extra ciuitatem mi ſerat:declara,qui nā ſint
partitores,moraliter: propter primū dicit̄:
Ecce defunctus: propter ſecundum dicitur
efferebatur,i.extra ciuitatē portabatur,duo
mala erant:quia defunctus, i. mortuus, &
quia efferebatur, i. extra ciuitatem porta-
batur: miſericordia motus eſt,& dixit no-
li flere.

Secundo ponitur Chriſti pia benignitas:
& hæc eſt duplex, oppoſita diabolo. Nam
diabolus occidit, Chriſtus viuificat:mora-
liter declara Euangeliū: iſte de ciuitate ex- G
pulit: Chriſtus matri reddidit: primum ibi
tetigit loculum, & ait. Adoleſcens tibi di-
co,ſurge: & ſtatim reſedit: ſecundū ibi:&
reddidit illum matri ſuæ. Rogemus ergo
ipſum, vt nobis gratiam tribuat, vt a pec-
cati morte liberemur, & ad vitam perdu-
cat æternam, Amen.

FERIA SEXTA post iiij. Dominicam Quadrag.

Sermo XXXI. H

ERat quidam languens Lazarus, &c. Ioan. 11. Inter cæ-
tera,quæ ciuitates habent ex-
pugnare,ſunt ædificia,q̄ fiunt
ad muros diruēdos, quę ſunt
quatuor,ſ.cuniculos,aries, teſtudo, & tur-
ris lignaria.

Primum eſt cuniculus,& hæc eſt quando
foditur ſub terra, & ſunt cuniculi meatus,
ſubterranei,inſtar cauernarum,quas accidia
eiuſdem nominis effodiunt:ita fodiunt ho-
mines,

A mines, & perueniunt ad fundamenta murorum, quæ hoc ingenio dirimunt: vnde obſeſſi de hoc valde timere conſueuerunt: Narrat enim Frontinus, quòd cum Philoſophus Cinacinum caſtellum nulla vi capere poſſet, & terram ante ipſius muros egiſſet: ſimulauit agi cuniculum, caſtellumque ſubruptos ſe extimentes, & ſe dederunt.

Secundum aries, & hæc eſt quædam trabis, eius caput veſtitur ferro, & eum illo propulſant murum, & dicitur aries: quia fronte duriſſima elidit murum ad ſimilitudinem arietis animalis, qui retrocedit de-
B inde, acrius ferit: hæc autem vt recitat Vitruuius 10. lib. architecturæ: primum Carthaginenſes oppugnaturi Godes, cōtra cuiuſdam caſtelli muros cogitauerunt: cum enim non haberent ferramenta, quibus demoliri poſſent murum, accepto ligno, terrentes, quòd manibus ſummitatem muri propulſando lapides cęperunt excutere, & ſic diruerunt totum: Deinde faber quidam lignarius Tirius nomine Pepias, ingenio ſuo ſtatuit malum maius in terra fixum, & ex eo alterum malum tranſuerſum ſuſpendit, & inde ducendo, & repellendo gradinatorum muros euertit, & ſic arietis prin-
C cipium fuit.

Tertiū eſt teſtudo, & modo dicitur gattus, & dicitur teſtudo: quia ad modum teſtudinis facta eſt, & dicitur gattus ad ſimilitudinem illius animalis, quod planè, & deceptione murem de muro attrahit: Ita hic lapides de muro tollūtur: ſit enim iſtud ædificium de lignis incoriatis, & ferratis, & intus ſtant homines, & portantur ad murum, & illi qui ſunt intus cum picconibus perſotant murum.

Quartum eſt turris lignaria, quæ modo dicitur caſtrum lignorum, & fit iſtud tantæ altitudinis, quod ſupereminet muris, & tur-
D ribus aliquando, & ibi ſunt homines, qui cum obſeſſis mutabiliter præliantur: iſta ſunt quatuor ædificia principaliora, quæ fiunt ad violentam captionem caſtrorum, & ciuitatum: Præter machinas, ſiue trabuccos, qui ita ſunt communes, quòd non indigent ſpeciali mentione.

Contra illa quatuor, quatuor remedia inueniūtur: Nam primo contra cuniculum eſt facere foueam aliam, & exire illis, qui faciunt obuiam: contra arietem eſt dimittere vbi percutit, aliquid molle: vt culcitræ, & ſacci pleni lana, & huiuſmodi: contra gattos eſt facere alium murum, & ſtatim reparare deſtructum: vnde fortiores ſunt E
ciuitates, quæ duos habent muros: vltimo contra caſtrum lignorum, eſt comburere per proditionem ſi fieri poteſt, & ſatricare, vel ſagittare contra ipſum, ignem & alia huiuſmodi: ſed & melius eſt ordinare remedium, vt locus per quem tranſit, ſit mollis, & humidus, ne rotæ vehi poſſint: vnde recitat Vitruuius, vbi ſupra, quòd Rex Demetrius cum filio Epimachi Athenieſis architecti, fecit fieri contra caſtrum altitudinis pedum centum vigintiquinque, & latitudinis ſexaginta: tunc in ea ciuitate monebat Diegnetus architectus, qui iuſſit perfodi murum in ea parte, verſus quam accedere debebat, & omnes priuatè aquam im- F
mundam per feneſtram, quam fecerat, & canales progredientes effunderēt: cum autem quantitas magna aquæ ibi fuſa fuiſſet nocte: Poſtero die Heliopus princeps Demetrij, accedens cum illo caſtro, antequàm appropinquaſſet muro, ſtetit in humida vo ragine facta, nec progredi inde potuit: Itaque Demetrius ſe confuſum videns, ab obſidione receſſit: fecerat enim lacum ſubterraneum aqua plenum, ſuper quem, cum moles illa veniſſet, ſtatim terra ceſſit, & deceptis hoſtibus: turrem Diegnetus cępit, & in ciuitatem ducens, populo ſibi rengra- G
tianti dedit.

Spiritualiter loquendo, quatuor ædificia ſignificant quatuor peccata, quibus diabolus obſidens animam, velut ciuitatem quandam, capit & deſtruit: & hæc ſunt: Peccatum cogitationis, & locutionis, peccatum operationis, & peccatum obſtinationis.

Primum eſt peccatū cogitationis, quod aſſimilatur cuniculo: quia ſicut illo modo occultè, & abſconsè ſubuertitur murus: ſic per cogitationes malas occultè quodammodo ſubuertitur, & deſtruitur virtus: vnde Eccleſiaſt. 2. Cor fatui, quaſi vas confa- H
ctum, & Sapien. 1. Peruerſę cogitationes ſeparant animam a Deo: Ideo in figura dicit Canti. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: Nam per vulpes paruas malę cogitationes intelligi poſſunt, quæ paruæ ſunt conſideratione: ſed ſunt vulpes dolo, & fraude, & demoliuntur vineam, & deſtruunt animam.

Secundum peccatū eſt locutionis, quod aſſimilatur arieti: nam ſicut aries retrocedit, vt poſtea acrius feriat: ſic lingua retrouadit, quia ad malignum animum retrocedit, deinde ferit: quia venenoſa verba dicit,

&

A & lapides de muro excutit, quando omne malum, quod cogitauit refert, quaſi ſingula verba, quę dicit, ſint lapides, quos de ædificio tollit: & ſicut illud facit in muro feneſtram, ſic mala lingua pandit omnia ſecreta, vnde Prouerb. 25. Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui in loquendo nō poteſt cohibere ſpiritum ſuum: ſuper quæ verba dicit Gregor. in Paſtorali: Quia, inquit, murum ſedentij non habet, patet inimici Iaculis ciuitas mentis, & primo ſi per verba extra ſemetipſam eijcit, apertam aduerſario oſtendit, quam tanto

B ille ſine labore ruperat, quanto & ipſa, quę vincitur cōtra ſemetipſam per multiloquiū pugnat: per ipſam enim ſeminantur ſtimuli: erumitur rixæ, acceduntur faces odiorum, pax extingui concordiam: vnde bene per Salomonem dicit: Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: qui linguam non réfręnat, concordiam diſſipat.

Tertium eſt peccatum operationis, quod aſſimilatur teſtudini, vel gatto: nam ſicut illud ædificium citius deſtruit murū, ſic peccatum opere completum ſpiritualis fabricæ eſt deſtructiuum, Iac. 3. Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem.

C Quartum eſt peccatum obſtinationis, quod aſſimilatur caſtro: quia ſicut illud cum difficultate tollitur, eo quòd eminet muro. Ita obſtinatio, & induratio ad malum: vnde Bernar. quid eſt cor durum? ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, nec minis cadit: ſed flagellis induratur, ingratum eſt ad beneficio, infidele ad conſilia, ſęuum ad iudicia: irreuerendum ad turpia, & ita pauidum ad pericula.

Iſta quatuor vitia, velut quatuor ædificia deſtruere habent (vt patet) totam fabricam ſpiritualem animæ.

D Sed habent quatuor remedia, quę aſſimilantur cautelis, quæ fiunt contra illa ingenia: Nam contra malas cogitationes eſt cōtritio: ſicut enim contra cuniculum eſt facere aliam foueam, & exire obuiam, ſic cōtritio contra malas cogitationes exit: quia illæ inſtigant ad malum, iſta ad bonum: illę gaudent de malo cogitato, iſta dolet: quia contritio eſt gratuita de peccatis proprijs, cordis afflictio, ſecundo contra malas locutiones, eſt confeſſio: ſicut enim contra arietem eſt opponere contra mollia, ſic confeſſio oris, & ſacramentalis eſt contra malas locutiones: quia illæ ſuperbæ, iſta humilis, ille deſtruunt, iſta reparat, illę feriūt, & dirimunt alienum: Iſta in ſe recipit ictum, id E eſt increpationes, verecundias, inſtructiones, ſiue inſtitutiones, & narrationes culpæ. Pſal. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem, &c. tertiò contra malas operationes eſt ſatisfactio, & bonorum operatio: ſicut enim contragattū eſt facere alium murum, & ſtatim reparare deſtructum, ſic ſatisfactio eſt emendare malum perpetratum: quartò contra peccatum obſtinationis, & indurationis eſt humiliatio, & ſpontaneæ voluntatis obtemperatio: ſicut enim contra caſtrum lignorum eſt, locum, vnde tranſire debet humidum, & mollem facere, ſic humiliatio eſt contra obſtinationem: F quia vt illud prohibet acceſſum caſtri muro, ſic humiliatio prohibet obſtinationem ab anima, & ſic habemus duo: primum eſt, quæ peccata deſtruunt ſpirituale ædificium animæ: ſecundum eſt, quæ remedia habent liberate.

Hæc omnia notantur in hiſtoria Euangelica, in quo narratur de Lazaro reſuſcitato per Chriſtum: dicatur hiſtoria: Hic Lazarus ſignificat hominem peccatorem mortuum in peccatis, per quatuor dies quatuor dies intelligunt: vt primus dies ſit peccatum cogitationis, ſecundus ſcilicet dies ſit peccatum locutionis, tertius peccatum operationis, quartus peccatum obſtinationis, in G quo ſęret: quia poſtquàm homo male cogitat, male loquitur, male operatur, & obſtinatus conſtitit, nimis abhominabilem ſe facit.

Sed reſuſcitatur per Chriſtum: quia de morte ſurgit ad vitam per gratiam: vbi occurrunt quatuor contraria prædictis: Nam primo turbauit ſemetipſum, infremuit ſpiritu, in quo notatur contritio quæ opponitur peccato cogitationis, ſecundò petijt de loco vbi poſitus erat: in quo notatur conſeſſio ſacramentalis, quæ opponitur peccato locutionis: tertiò lacrymatus eſt, in quo H notatur ſatisfactio, quæ opponitur peccato operationis: quartò iubet tolli lapidem, in quo notatur remotio obſtinationis, & indurationis.

Si igitur vis reſurgere a peccato, habeas contritionem cordis, confeſſionem oris, ſatisfactionem operis, & remoueas lapidem obſtinationis, & indurationis: & ſic reſurges a mortuis. Rogemus ergo Deum, vt hæc vobis concedat, Amen.

SABBA-

A

SABBATO
poſt quartam Dominicam, ſiue Paſſionis.

Propter quæ aliquæ ciuitates ab hoſtibus inopinatè capiuntur.

Sermo XXXII.

EGo *ſum lux mundi, & cæt.* Ioan 8. Propter tria inuenimus
B ciuitates ab hoſtibus fuiſſe captas: primò propter inſuſpectæ partis aggreſſionē, ſecundò propter fluuij deriuationem, tertiò propter auxiliorum deſtitutionem.

Primò propter inſuſpectæ partis aggreſſionem, ſunt enim aliquæ ciuitates, quæ in vna parte ſunt fortiſſimæ, ita quòd ciues non timent ex illa parte poſſe capi, nec in hanc hoſtes velle irrumpere, propter quod partem quaſi ſatis tutam non bene cuſtodiunt: ſed ſagaces hoſtes hoc ſcientes per illam partem occultè tamen conſueuerunt aggredi: vnde refert Frontinus, quòd Tul-
C lius Marcus cum pugnaret caſtellū in monte ſaxeo ſitum, ordinauit nocte: vt per ſaxa montis miles quidam leuis armaturæ conſcēderet: qui cum perueniſſet ad ſummum cum adiutorio funium, centum homines traxit, qui omnes erumpentes in caſtrum, & ipſe Marcus acrius pugnans caſtello, videntes ſe a tergo capti, & ante impugnari, ſe & caſtrum dederunt: ſimiliter dicit, quòd Scipio Africanus apud Carthaginem volens capere ipſam, per aquæductum intrauit, vnde tota ciuitatis aqua exibat, & quia locus ille inſuſpectus erat, inde ingreſſus vrbem cępit.

D Secundò capitur ciuitas propter fluuij deriuationem: ſunt enim aliquæ ciuitates in planitie ſituatæ, quæ propter loci ſituationem facillimè mundantur a flumine: vnde legitur, quòd Alexāder hoc fecit Babyloniç: ordinauit enim vt ille fluuius magnus Eufrates totus mutato alueo cum foſſa, & aggere, per medium ciuitatis iret: Frōtinus tamen dicit, quòd medietas illius fluminis, per medium ciuitatis ante ibat, & ipſe eis obſtulit per prædictum modum, & per illum locum, vnde prius flumen intrabat: Ipſe ingreſſus eſt ciuitatem, & cępit eam: vtrumque verum eſſe potuit.

Tertiò capitur aliqua ciuitas propter auxiliorum deſtitutionem: cum enim ciuitas E non abundat pugnatoribus eam defendentibus, facillimè deuincitur: vnde refert Frōtinus, quòd Cornelius Rufinus, conſul Romanorum, cum multo tempore Cartoniam obſidiſſet, & nulla vi capere poſſet propter multos Lucanos in auxilium exiſtentes: at ipſe ſimulauit receſſum, & vno captiuo pecunia corrumpto perſuaſit, vt diceret ciuibus eum receſſiſſe, id verum eſſe: Carthonienſes arbitrati, dimiſerunt auxilia, & deſtituit pro pugnatoribus inopinatè: & inualidi capti ſunt.

Spiritualiter loquendo, per hæc tria intelliguntur tria vitia, quæ damnant animam, primum eſt vitium elationis ſuperbiæ, F ſecundum eſt vitium carnalis concupiſcentiæ, tertium eſt vitium temporalis auaritiæ.

Primum vitium elationis ſuperbiæ, cum enim homo de ſeipſo nimis confidit, & de ſe pluſquàm debeat, præſumit & maiorem ſe credit quàm ſit, in ſuperbiam eleuatur: vnde ea parte qua ſe reputat ſecurum per diaboli inſidias debellatur: vnde habetur figura 2. Reg. 16. de Abſalon, qui ſuperbia eleuatus patrem de regno expulit, & ad huc ipſum de mundo per mortem expellere propoſuit: G ſed ipſo pugnante deuictus fuit, & per crines ad quercū ſuſpenſus fuit, & equus eius ſibi deficiens fugit: Hic hominem ſuperbum ſignificat, qui contra Deum quaſi contra patrem pugnat, quando non eius voluntatem, ſed propriam facit: ſed ecce quòd in pugna fugit: Quia ad vltimam horam vitam venit, vt de hoc mūdo exeat, ſed pcrines ad quercum ſuſpenditur, quando pro ipſa vanagloria damnatur, vel pro ipſa ſuperbia, quæ per crines capitis poteſt figurari, quæ hominem capitoſum, vt ita loquare efficit, & equus fugit, & euadit: quia mundanæ diuitiæ, quæ ſi- H bi cauſa erant ſuperbiæ, non ſecum vadunt: ſed hic remanent, iuxta illud Pſal. Homo cum interierit, non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius: vnde cum tribus lanceis vulnerant: vt vna lancea ſit dimiſſio terrenorum, ſecunda dimiſſio ſupernorum, tertia damnatio infernorum.

Secundum eſt vitium carnalis concupiſcentiæ, quæ inundationi aquarum aſſimilatur: quia habet animam perdere, Naum 2. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum eſt: per portas fluuiorum, intelliguntur incendia luxuriæ, & libidinis, quæ apertæ dicuntur, quando

A executioni mandatur, & tunc dirumpitur
templum, id eſt anima, quæ debet eſſe tem-
plum Dei, Pſal. Nunquid in fluminibus ira-
tus es Domine? hoc eſt in luxurioſis? exem-
plum ſiue figura huius habetur 2. Reg. 2. de
Dauid, quando per luxuriæ vitium adulte-
rium commiſit, & homicidium: vide hiſto-
riam, in qua patet quomodo carnalis con-
cupiſcentia, quaſi magna aqua mundauit
eum: ſed pœnitentia deleuit delictum, vn-
de dicitur in Pſal. Saluum me fac Domi-
ne, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad
animam meam.

Tertium eſt vitium temporalis auaritiæ,
B quæ aſſimilatur deſtitutioni auxiliorum, eo
quòd cupiditas auaritiæ priuat omni bo-
no, & inducit omne malum, 1. Timoth. 6.
Omnium malorum radix eſt cupiditas: De
hoc eſt figura Ioſue 2. In Acher, qui furatus
virgam, & pallium de aria themate de Hie-
rico, qui lapidatus eſt a populo: hic figurat
quemlibet auarum, & cupidum, qui de bo-
nis temporalibus anathematizatis amicis
Dei indebitè accipit, vel vt ſuperſit alijs, vel
vt ſibi ſolum proſit: propter primum acce-
pit virgam, qua importatur Dominus, pro-
pter ſecundum accepit pallium, quo intel-
C ligitur proprium deſiderium, propter hoc
Dominus efficitur auarus: vnde ſeparat a
populo: quia omnis auarus regnum Dei
non poſſidebit, Epheſ. 1. & ſic patent illa
tria, quæ perdunt animam.

Hæc tria notantur in Euangelio in ver-
bis, quæ Chriſtus dixit ad Iudæos, & primo
contra ſuperbos, quando dixit, Ego ſum
lux mundi, ſecundum contra luxurioſos, &
carnales cum dicit: Vos ſecundum carnem
iudicatis, tertiò contra auaros, & tempora-
les, cum ait: hæc verba locutus eſt Ieſus in
gazophilatio, &c. De primo, Ego ſum lux
mundi: nam Chriſtus humilis lux eſt, & qui
D ſequuntur eum, in luce ſunt: ſuperbi vero
lux eſſe credunt, ſed non ſunt: & ideo non
Chriſtum, ſed ſeipſos ſequuntur: vnde in
tenebris ignorantiæ ſunt, ideo dixit: Vos
autem neſcitis vnde veni, &c. De ſecundo,
vos ſecundum carnem, &c. ſecundum car-
nem iudicare eſt ſecundum carnalem con-
cupiſcentiam viuere, & operari, quod pro-
prie luxurioſos tangit, eo quòd ſolum car-
naliter viuunt, &c. De tertiò hæc verba lo-
cutus eſt Ieſus in gazophilatio, &c. Nam
gazophilatius erat locus in templo, in quo
pecunia congregabant, & conſeruabatur,
& ipſi auari nõ niſi congregant pecunias,
& conſeruant: non autem largiuntur; &
pauperibus donant: vnde contra eos præ- E
dicat Chriſtus: Rogemus ergo, ne hæc tria
vitia in nobis ſint: ne anima ab hoſtibus ca-
piat, Amen.

D O M I N I C A de Paſſione.

De bello nauali, & primo de nauta, & de naui.

Sermo XXXIII.

Dicebat Ieſus turbis Iudæorũ, etc. F
Quia hodie incipit officium
de paſſione Chriſti, quæ qui-
dem paſſio in cruce fuit, &
ipſa nauis noſtræ ſalutis exti-
tit, quæ pretium quo redempti ſumus por-
tauit, & nos omnes ad ſalutis portum per-
duxit: vnde in hymno ita dicimus: Sola di-
gna tu fuiſti ferre ſecli pretium, atque por-
tũ præparare nauta mundo naufrago: pro-
pter hoc ergo paſſionem Domini prædica-
re volentes, opus eſt de cruce facere men-
tionem, in qua Chriſtus velut in naui nau-
ta fuit: verum quia de ſpirituali pugna huc G
uſque prædicauimus: quomodo figuratur
etiam & in bello aquali: ſed in hodierna
prædicatione dicimus, quales debent eſſe
domini naues, & qualis debet etiam eſſe
nauis in temporalibus: ſecundò quomodo
ſimilis fuit Chriſtus, & ipſa crux, tertiò
quomodo hæc notantur hodierno Euan-
gelio: Attendite.

Primò ergo dicendum eſt de nauclero,
ſiue clare: quia naucler interpretatur do-
minicę nauis: vt dixit Iſidor. lib. 19. Ethy-
molog. Nam ne eius ſorteſcint omnes nau-
tæ: quia omnibus habet præcipere. Dica-
mus quòd quinque debet habere, primò fi- H
delitatem in operatione, ſecundò verita-
tem in locutione, tertiò humilitatem in au-
ditione, quartò ſollicitudinem in guberna-
tione, quintò experientiam in nauigatione.

Primò debet eſſe fidelis in operatione:
vt operetur fideliter: nam omnem artificem
decet eſſe fidelem, & ſpecialiter illum, qui
maiori periculo ſubiacet, vt pro ſua legali-
tate ab omni infortunio retribuente Deo
liber euadat: ſed quia in ipſis nautis fide-
litas deficit ſemper homines ſuſpicantur de
eis: vnde narrat Frontinus, quòd Alceras
Lacedæmonius volens contra Thebanos
occultè, & inopinatè ire, de nullo nauta
confiſus:

A confiſus. Ipſe ſuam galeam gubernare voluit, & inimicorum naues capiens, alijs gubernandus tradidit.

Secundò debet eſſe verax in locutione. Magnę laudis eſt, vt homo, cui credere oportet, non niſi verba dicat, quod tamen in nautis non eſt: immo ipſi pro nihilo habēt magna cęteris hominibus falſa proferre, & ſuis verbis, & factis alios decipere: vnde refert Frōtinus: quod Hipicraces Athenienſiū Dux, vt hoſtium naues falleret, ſuam nauē habitu hoſtium inſtruxit, & ad eos velut ad amicos vadens, ipſos fefellit, & decipiens cępit.

B Tertio debet eſſe humilis in auditione, vt humiliter audiat verba aliorum, vnus.n. homo non poteſt cognoſcere: vnde naues gubernator, non debet de ſe ſolum confidere, & alijs non credere: quia in puncto euenit, quo minor eo plus ipſo cognoſcere poteſt: exemplum huiuſmodi habetur, Act. De Paulo, quãdo nautis dedit conſiliū non nauigare, qui ſibi nolentes credere, nō in modico periculo fuerūt: vnde ipſe poſtmodum dixit, oportebat me audire, & non lucrifacere iniuriam hanc, & iacturā. Quarto debet eſſe ſollicitus in gubernatione. Nā cum aliorum vita ſibi ſit commiſſa: maxime

C debet eſſe ſollicitus, ne aliquo improuiſo euentu, ſua imprudentia, ſe & alios perdat. Nam vt di. Vegetius, in alijs rebus, ſi quid erratum eſt, pōt poſtmodum corrigi. Defectus vero prœliorum, & nauis gubernationis emendationem non recipiunt, ſed ſtatim pęna erroris ſequitur: quia in pręlijs, vel homo perdit, vel turpiter fugit. In marinis vero periculis, vel naues perit cum nautis, vel labor creſcit eis: vnde bellorum, & maris caſus irremediabiles ſunt. Quinto debet eſſe expertus in nauigatione, omnis.n. ars bene expertum ſuum authorem requirit: & maxime Naualis, vt dr. Iſido. lib. 9.

D Ethimol. quia nauis dicitur, eo quod gnarum, ideſt prudentem, & ſapientem, peritum & ſtrenuum requirit rectorem, qui cōtinere, & gubernare nouit propter maritima pericula, & caſus: vnde eſt illud Salomonis: & intelligens gubernacula continebit: & ſic primum, qualis debet eſſe nauis gubernator.

Secundò dicendum eſt de naui: & primo de eius forma: ſecundo de eius materia: forma nauis eſt, quod in extremitatibus ſit ſtricta, & in medio aperta, & hoc non ſine cauſa: nam omnis pars anterior eſt ſtricta, & acuta, vt ſcindat melius vndas: & poſterior, vt ſuſcipiat fluctus cum minori periculo: pars anterior nauis vocatur prora: quia priora: poſterior verò puppis, quaſi poſt hæc inſudor. Materia autem nauis eſt lignum durum: vnde fit de quercu magis, quàm de alijs. Alia.n. vel ſunt nimis ponderoſa, vt pinus, vel nux, vel cito putrebilia, vel curuabilia, vt Abies: populus, & caſtanea: quercina verò ſunt meliora, ſi ſint bono tempore inciſa: vnde ſecundum Vegetium tempore Martij, & Aprilis, in quo humor abundat in arboribus, non eſt bonum incidere, ſed tempore Iulij, & Auguſti, & etiā de menſe Decēbri: quia tunc humor deſiccatur, eſt bonū incidere: rurſus non ſtatim inciſis eſt ſabricanda nauis, ſed debent fieri tabulę, & facere deſiccari. Nam ſi fieret ex lignis viridibus, quando humor non eſt deſiccatus, contrahunt, curuant, & faciunt riuas, quod eſt valde periculoſum, patet ergo de temporali nauta, & naui.

Spiritualiter loquendo: videndum eſt quomodo hæc fuerunt in Chriſto, qui in crucis ligno, velut nauta in naui gubernauit ſalutem noſtram: & poſſumus dicere, quod perfectiſſime in ſe habuit illa quinq;. Nam primo in opere fideliſſimus: ſecūdo in ſermone veriſſimus: tertio in conuerſatione humiliſſimus: quarto in gubernatione ſolicitiſſimus: quinto ī doctrina expertiſſimus. G

Primò in opere eſt fideliſſimus. Pſal. Fidelis Deus in oībus vijs ſuis: & pōt dici, quod ipſe fuit fidelis in promiſſis obſeruando, in commiſſis diſpenſando, & inſociando. Nā ea, quæ promiſit fideliter ſeruauit. Gen. 21. Impleuit. Ioan. 13. Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quidquam: eſt fidelis in diſpenſando. j. Cor. Iam quæritur inter diſpēſatores, vt fidelis quis inueniatur, & eſt fidelis in aſſociando. Ioā. 14. Ecce vobiſcū ſum vſq; ad conſummationē ſeculi: huius figura fuit Gen. 29. 30. 31. In Iac. qui perueniens ad Laban, ſeruiuit ſibi, ſicut promiſerat pro ambabus filiabus ſuis 14. annis. cuſto H diuitq; pecora ſua. Nam Iacob Chriſtus eſt, qui ad Laban venit, quando in mundum deſcendit, & carnem humanam aſſumpſit, duas vxores aſſumpſit, i. duas naturas, vt anima ſignificetur per Rachelem, & corpus per Liam: ſeruiuitq; anni 7. diebus 7. ſeptimana circulariter perficitur, ac ēt ſibi cōmiſſum fideliter conſeruat, quod ſuum eſt ab alieno, ſine fraude diſpenſat, & a ſuis vxoribus nunquam ſe ſeparat, &c. ſecundo in ſermone veriſſimus: vnde Act. 22. Sibi dictum fuit: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viā

A Dei in veritate doces, & pro veritate odio habitus eſt, Ioã. 7. Quid me quæritis interficere: hominẽ qui veritatem loquitur? vñ figuratur in Achior, Iudith. 5. qui propter veritatem, quam locutus eſt: Holofernes p̃cepit eum occidi: vnde ſerui Holofernis ligauerunt eum ad arborem manibus, & pedibus. Achior interpretatur lumen. Chriſtus lux eſt vera. Ideo hic propter veritatẽ præcipitur ab Holoferne ligari ad arborem, & Chriſtus ligatus eſt in cruce manibus, & pedibus, clauis, & non funibus, &c. Tertiò fuit in conuerſatione humilis. Nam de humili matre genitus: in humili loco natus
B eſt, & in humili ciuitate nutritus, in oĩbuſque humiliter conuerſatus: vnde nũquàm temporale dominium noluit, ſed recuſauit: vt patet. Ioan. 6. vbi dr̃, ꝙ turbę ſatiatæ in monte, voluerunt ipſum regem facere: qui cum cognouiſſet, ꝙ venturi eſſent, vt caperent eum, & facerẽt eum regem, fugit iterũ in montem ipſe ſolus: ſuper quod verbum dicit Grego. in paſtorali. Quis, inquit, principari hominibus, tam ſine culpa potuiſſet, q̃ idẽ, qui hos nimirum regeret quos creauerat? ſed quia idcirco in mundo apparuit, vt non ſolum per paſſionem redimeret, verumetiam per conuerſationem doceret, exemplum humilitatis ſe ſequentibus præ-
C bens, res fieri noluit, & ad crucis patibulum ſponte conuenit, &c. Quartò eſt gubernatione ſollicitus, ſibi.n.cura eſt de omnibus, Sap. 12. Magna.n. eſt ſibi ſollicitudo de nobis, omnia.n.ad noſtram vtilitatem condidit: & vltimo quos condidit, ſua morte redemit: vnde ipſe intelligitur per illum Samaritanum, de quo dr̃ Luc. 10. Qui inueniens vulneratum, compaſſus eſt, & imponẽs eum ſuper iumentũ ſuũ, vulnera alligauit, fundens oleum & vinũ, protulitq; duos denarios procuratione. Vulneratus ille ſignificat genus humanum. Qui de Hie-
D ruſalem deſcendit in latrones. i. dæmones, qui eum vulnerauerunt in naturalibus, & expoliauerũt in gratuitis: Samaritanus interpretatur cuſtos, & hic eſt Chriſtus, cui dicimus. Sis prǽſul ad cuſtodiã: hic inuenies humanam naturam, ſic ſauciatam: impoſuit ſuper iumentum ſuum, quando peccata tulit: fuditq; oleum, & vinum, qñ miſericordia, & iuſtitia nos ſanauit: protulit duos denarios, quãdo duplicem ſubſtantiam, in cruce, & morte, pro nobis dedit, &c. Quinto eſt doctrina expertiſſima: quia quicquid docuit prius fecit, Act. 1. Cœpit Ieſus facere, & poſtea docere: fuit vir potẽs in opere

& ſermone. Vnde ſua doctrina eſt ſalutaris, Pſal. Beatus homo, quẽ tu erudieris Domine: & de lege ſua docueris eum, Lucæ 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et ſic patet quòd fuit, & eſt bonus nauclerus. E

Secundò dicendum eſt de naui eius: quæ fuit crux. Quæ ad literam formã nauis habuit, & materiam: nam crux velut nauis in capite, & in pede ſtricta fuit, & in medio vbi brachia expandit ampla: materia etiam de forti ligno fuit: quia vt dicitur de cedro, quod eſt lignum durabile multum: hæc tñ non fuerunt ſine cauſa: nam quia Chriſtus fuit homo & Deus: Crux eius, talis formæ F
eſſe debuit propter humanitatem: quia in ligno humanitas paſſa eſt, & non diuinitas: quia impaſſibilis eſt: Nauis figura fuit, Gen. 22. Vbi dicẽdum eſt ad Abrahã, ꝙ offerret Iſaac, quã diligebat. Abraham interpretatur pater excelſus: Significat Deum patrẽ, de quo Pſal. Excelſus Dominus, ſuper omnes gentes. Iſaac riſus interpretatur, & eſt Chriſtus, qui eſt gaudium noſtrum: ſtrauit aſinum, & ſuperſit duos famulos, i. ſacramenta veteris legis, tanquàm brutũ animal, quę ad perfectum neminem adduxerunt: duo famuli, duo populi, qui procul dimiſſi: quia tunc carnaliter ſapiebant: vadit G
pater, & filius, qui portat ligna, quia ipſe portauit crucem, pater ignem, ſ. paſſionis, & gladium, qui poteſtatem habuit, ponẽdi animam ſuam: ſed Iſaac non moritur: quia diuinitas immortalis eſt. Aries verò, i. humanitas immolat̃: qui adherebat carnibus crucis, & erat inter ſpinas, propter ſpineã coronam, vel propter Iudæorum perfidiã. Ecce patet, humanitatem in cruce fuiſſe paſſam, &c. Secundò, vt ſignificaret diuinitatem æternam: fuit crux de ligno durabili, quia ipſe Chriſtus ſecundum diuinitatẽ ſemper fuit, eſt, & erit. Vnde dixit Moyſi, Exo. 3. Ego ſum, qui ſum: quaſi dicat, ego H
ſum ita, ꝙ ſemper fui: quod non poſſunt dicere cęleſtia, & ſum ita, ꝙ ſemper ero, quod non poſſunt dicere terreſtria: patet ergo, ꝙ Chriſtus fuit in opere fideliſſimus, in doctrina ſapiẽtiſſimus, in ſermone veriſſimus, in conuerſatione humiliſſimus, in gubernatione ſollicitiſſimus, in humanitate mortuus, & diuinitate perpetuus.

Hęc omnia notãtur in Euang. hodierno. Nam primo fidelis in opere: vnde dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? ſi nſi delitatis? quaſi dicat, nullus ex eis, & vincas cum iudicaris: ſecundò verax in ſermone:

vnde

A vnde addit, ſi.n.veritatẽ dico vobis, quare
non creditis mihi: tertiò humilis in conuer
ſatione, quod Iudæi non erãt: quia Dei ver-
ba audire nolebant : vnde ſubditur: qui
ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea, &c.
Et Iudæi dixerunt, non ne bene dicimus
nos, quia Samaritanus es, & dæmonium ha
bes? ipſe autem humilis reſpondit, ego dæ-
monium non habeo, &c. Quartò ſollicitus
in gubernatione. Vnde fuit appellatus Sa-
maritanus, quod ipſe non negauit: quia Sa-
maritanus dictus eſt: interpretatũ.n.cuſtos,
& ipſe cuſtos noſter eſt: quia nõ deſinit gu
bernare, quos dignatus eſt creare, vt dicit
B August.&c. Quintò in doctrina ſapientiſſi-
mus. Vnde ſubiungit: ſi quis ſermonem
meum ſeruauerit, mortẽ non guſtabit in æ-
ternum: ſapientiſſimi doctoris eſt., talia
docere, quæ a morte habent liberare. Sextò.
vt homo mortuus eſt in cruce, ideo adie-
cit, Abraham pater veſter exultauit, vt vi-
deret diem meum: vidit, & gauiſus eſt: tũc
vidit Abraham, quando filium ſuum obtu-
lit, vt dictũ eſt: tunc vidit in ſpiritu, & præ-
cognouit mortẽ Chriſti, quæ ſibi ſine gau-
dio non fuit: ſecundo vt Deus eſt æternus
in diuinitate: vnde ſequitur. Antequàm
C Abraham fieret, ego ſum, hoc ſecundum
quod Deus dixit: Sed quia Iudæi odio ha-
bebant veritatem, voluerunt ipſum lapida-
re: ſed quia nondum venerat hora eius, nec
tali morte præordinauerat mori: abſcondit
ſe, & exiuit de templo. Rogemus Deum, ne
nos ſimus ſicut Iudæi, ſed Chriſti veri imi-
tatores: fideles in opere, veri in ſermone,
humiles in conuerſatione, ſapientes in do-
ctrina, & gubernatione ſolliciti: non tolla-
mus lapides obſtinationis, nec Chriſtum la
pidemus, vt ſic ſaluemur, & periclitemur:
amplectamur crucẽ, maneamus in hac naui
sãctę crucis, cũ nauta nr̃o Chriſto, hic mor
tificemur, & pſeuerãter maneamus: vt tã-
D dẽ ad portũ ſalutis puenire poſſimus, Amẽ.

FERIA SECVNDA post Domin. Paſſionis.

De velis, & remis: & vbi fuit inuenta nauis.

Sermo XXXIIII.

Miſerunt Principes, & Phariſæi, miniſtros, &c. Ioan. 2.
In his naualibus bellis, quæ-
dam conſiderãtur ex parte na
uis, quædam ex parte nauta-
rũ, ex parte nauis ipſa velut nauigatio, quæ E
debet abundare velis, & remis, ſed ex parte
nauigantium ipſa vitæ ſubſtẽtatio: quatuor
ergo dicenda ſunt de eis: primò de velorũ
neceſſitate: ſecundò de remorum congrui-
tate: tertiò de nauis inuentione: quartò de
victualium portatione. Attendite.

Primò de velis dicendum, quia vt patet,
tempore venti nauem ducunt: vnde a vo-
latu dicitũ velũ, quia ipſo, nauis quaſi volat
ſecundum Iſido. lib. 19. vnde Poeta: velo-
rum pandimus, ipſa tamen vela, non ſine fu
nibus ſeruiũt: vnde refert Frõtinus, quod Car
thaginenſes duces habentes vela & nauim,
carebant funibus, & non potentes illo tẽ- F
pore tunc habere, de crinibus mulierum fe
cerũt, idẽ fecerũt, & Rodij, & Maſſiliẽſes.

Secundò de remis, vbi dicendum, quòd
remus ſeruit in nauibus non altis: & tẽpo-
re quo ventus non eſt, vel ſi eſt non compe
tit: vnde remus dicitur ſecundum Iſidorũ
a remouendis, & deſtituẽdis fluctibus, &c.
tertiò de nauis inuentione: ſciendum quòd
nauis eſt inuenta: primo & principaliter,
vt de vna parte tranſiret ad aliã: Vnde Iſido.
dicit, quod Lidij primã nauẽ fecerunt pla-
gi, quod incerta petentes, peruium mare vſi-
bus humanis fecerunt, voluerunt enim aliã
partem orbis videre, quæ eis oppoſita viſa G
erat, & inacceſſibilis maris pelago. Narrat
etiã Frontinus, quod Cæcilius, quia vſu nauiũ,
quibus elephantes tranſportarent deficie-
bat iunxit dolia, conſtruxit tabulatis, ac pcr
ea poſitos periculoſum fretũ trãſmiſit, &c.
quarto de victualium portatione, dicẽdum
quòd maxime in mare oportet habere vi-
ctus copiam, cum non ſine manuali labore
nauta viuere queat: propter frequentem
motum ventorum, & fluctuũ: ſi ergo defi-
cit victus, quomodo poterit eſſe labor ne-
ceſſarius? vnde cum periculo non paruo eſt
nauigare ſine victualibus, occurrit aliquan-
do, vt ad terram non poſſit cũ volunt nau- H
tæ reddere, aer etiam marinus appetitum
ędendi excitat, vt experientia nautarum, &
piſcatorum probat: plus ergo ibi, quàm in
terra abundare oportet.

Spiritualiter loquendo, in hoc mundo
ſumus quaſi in mari magno: volẽtes ergo
ad portum optatæ patriæ cęleſtis peruenī-
re, oportet cum velo temperantiæ in pro-
ſperis, & cũ remo patientię in aduerſis exi-
ſtẽdo in naui fidei, & crucis, quæ eſt Eccle-
ſia, habendo Dei gratiam, quaſi neceſſariũ
animæ victum peruenire.

Primò cum velo temperãtiæ in aduerſis,

A ſicut enim nautæ velo in tempore, & vento proſpero: ita in ipſis proſperis debemus temperantia vti, & in ipſis non ſuperbire: vnde Apoſt. 1. Timo. 6. Diuitibus huius ſeculi pręcipe nō ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui pręſtabat nobis omnia abundāter, ad fruēdum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, cōmunicare, theſaurizare ſibi bonū fundamētum in futurum, vt apprehēdant veram vitam: diuitiæ enim poſſunt, & debent eſſe ad opera virtuoſa bene vtentibus, ſed multoties ſunt cauſa peccati male vtētibus. Saul antequàm Rex B eſſet, bonus fuit, ſed poſtquàm regnum habuit, Dei mādatū pręteriuit. j. Reg. 15. Plus nocuit Salomoni rerum copia, q̃ profuerit ſapientia. 3. Reg. 9. Et ideo in ipſis proſperis, temperantia debent vti, &c. Secundò debemus cum remo patientiæ nauigare in aduerſis: ſicut. n. temperantia eſt neceſſaria in proſperis, ne ſuperbiamus: ita in aduerſis patiētia ne deficiamus. Hebr. 10. Patiētia nobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei faciētes, aliquam reportetis præmiſſionē, de hoc figura eſt Ezech. 43. Vbi dicitur, ꝙ in altari foſſa debet eſſe: quia ſi non eſſet os, ſacrificium, quod in eo reperiebatꝰ aura, ſu- C peruenīēs ſpargebat: altare Dei, eſt anima iuſti, quæ quot bona facit, tot ſacrificia ſuper ſe, ante oculos Dei ponit: foſſa altaris eſt patientia quæ dum mentem ad aduerſa toleranda humiliat, quaſi fouea hæc impoſita demonſtrat foſſa: in altari eſt, vt impoſitum ſacrificium aura non diſpergat, i. vir iuſtus patientiam cuſtodiat, ne commota vento aduerſo, hoc, quod bene operata eſt perdat, quæ foſſa debet eſſe vnius cubiti, & in ipſa patientia vnitatem dilectionis debet ſeruare: tertiò debemus eſſe in naui Eccle- D ſiæ: nam niſi in ea ſaluari poſſumus, extra nanque Eccleſiam, non eſt ſalus: vnde Eccleſiæ figuratur. Ezech. 2 vbi dicitur de Tyro per modū nauis ipſa ſita eſt in corde maris: conſtructa eſt de tabulis de Sanir, malū de cedro Libani, remi de quercu baſan: ſedilia ex arbore Indico, velū de biſſo, tranſtra de Ægypto, remiges ſunt ſydonij, & Aradij, negotiatores Perſę: Lidij & Libies Tyrus interpretatꝰ tribulatio, & ſignificat præſentem Eccleſiā, quæ in mūdo tribulationes, & anguſtias patitur: vnde poteſt dici, ꝙ ſita ſit in corde maris: conſtructa eſt de tabulis abiectis de ſanir, i. de fidelibus: ſanir nouitatem tollens, & ipſi aqua baptiſmi renouant malum, & arbor de cedro Libani, i. de Chriſto, Libanus cādidus, E & Chriſtus eſt candor lucis ęternæ. Ipſe eſt arbor nauis: quia ipſe ducit remos de quercu: baſan, i. Apoſtoli, quia omnia primo duxerant, & nauigauerāt: Baſan pinguedo, & ipſi pinguedinam ſpiritus receperunt: ſedilia ex arbore, i. martyribus: quia ſuis paſſionibus ſedilia nobis ſtabilitatis fecerunt: & ex ebore: quia fortes extiterūt: remiges ſunt ſydonij, & aradij, i. cōfeſſores, & virgines, ſydonij commotio: & ipſi confeſſores in commotione pęnitentię, ſicut aradij deponent conſilium, & virgines carnale conſilium nubendi deponunt, & ſpirituale continendi ſtatuunt: velum de biſſo, i. ſacra F ſcriptura, q̃ plena flatu Spiritusſancti hos deducit: negotiatores ſunt Perſę, Lidij, & Libes, i. omnes fideles, ꝙ in tres gradus diſtinguntur, ſ. continentes, coniugati, & virgines.

Quartò victus in hac naui, neceſſarius eſt diuina gratia, qua omnes paſcimur, & nutrimur, j. Corin. 5. Hortamur vos, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis, & ibidem 15. Gratia Dei ſum id quod ſum: vnde ſine ea ſicuti ſine cibo viuere non poſſumus: vnde Act. 22. Scribitur, quòd Paulus rogauit omnes ſumere cibū, qui in naui fuerunt ex tēpeſtate fatigati: ſuper quæ verba d. Beda, ꝙ G nullus huius ſeculi tempeſtates euadit, niſi patienter veſcatur, & ſic patet, quòd velum noſtrum eſt temperantia in proſperis. Remus eſt patientia in aduerſis: nauis eſt Eccleſia: victus eſt diuina gratia: ſine illis nullus venit ad patriam.

Hæc quatuor moderatio ſunt, & ideo ipſe perfectè habuit, vt poteſt notari in Euāg. hodierno. Nam miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, qui caperent eum, qui dixit eis, modicum tēpus vobiſcum ſum: & primo dixit, quòd de hoc mari tempeſtuoſo ad portum quietis ibat, quod ſine temperātia, & prudentia non fuit, cum dicit, vado H ad eum, qui me miſit, &c. Secundò oſtēdit, quia Iudæi illā non habebant, quò ibat, ire non poterant: vnde ſubdit: quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, vos nō poteſtis venire, &c. Tertiò quod Iudæi vera dixerunt de Eccleſia Chriſti ſpargenda per mūdum, & reuocatura gentes, cum addit, dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Nunquid iturus eſt in diſperſionē gentiū: quia dicitur, &c. Verum enim dixerunt, quòd ipſe in diſperſionem gentium iret: hoc eſt in gentes ſparſas per mūdum debebat ire, & eas nō occidere, ſed docere, &c. Quartò

A in nouiſſimo autem die magno,&c. Si quis ſitit,id eſt appetit,& diligit gratiam: flumina de vētre eius,id eſt, Abundantia in mēte eius fluent aquæ viuæ, id eſt redundabit diuina gratia, quod exponens ait: hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant, &c. Rogemus Dominum,vt hanc aquam donet. Amen.

FERIA TERTIA poſt Dominicam de Paſſione.

De tempeſtatibus, & bonitate nautarum.

B

Sermo XXXV.

AMbulauit Ieſus in Galilaā, etc. Ioan. 2. In marino bello aliquid eſt conſiderandū ex parte loci qui eſt mare, & aliquid ex parte nautarum, qui ſint nautę ex parte maris attendendum eſt, ꝙ non ſit tempeſtas, nec iuxta terram,& ſint ſcopuli committatur pugna ex parte vero nautarum attendendum eſt, quòd ſint magnanimi, & quod ſint experti: quatuor ergo debent conſiderari, primò debet eſſe temporis ſerenitas, ſecundò maris profun-
C ditas,tertiò nautarum magnificentia,quartò ipſorum experientia.

Primò debet eſſe temporis ſerenitas: vt mare non ſit turbatum:nam tempore tempeſtatis non ſolum pugnare, verum etiam ſe gubernare eſt difficile, ſunt enim interdum tempeſtates validæ, quæ ipſos nautas aliquando de naui eruunt: ſicut recitat Valerius lib. 1. quòd in quadam naui de Tiro, tempeſtatis tempore, cum quidam de nautis aquā de ſentina hauriret, fluctus quidā de naui eum proiecit, & alter fluctus ſubito veniens ipſum in naui repoſuit, & ita in eodem tempore felix, & infortunatus ex-
D titit: vnde ſemper homines cum præſciunt tempeſtates, nullo modo nauigare volunt: vnde in eodem libro narrat Valerius, quòd Simonides Poeta nauigans, cum ad lictus nauim applicaſſet, vidit inhumatum hominis corpus iacere, quod præcepit ſepeliri, & de nocte apparuit ſibi in ſomnis, cuius fuerat corpus, gratiaſque referens dixit, ꝙ nullo modo ſequenti die nauigaret, qui cōtra voluntatem nautarum in terra remanſit, & ipſo vidente tempeſtas excreuit, cognouitque quòd melius ſomno, quàm nautis credere fuit: quia vitam euaſit: vnde ipſe totam illam hiſtoriam ad futurorum me- E
moriam metro ſcripſit, & dictauit.

Secundò debet eſſe maris profunditas, ſi enim ad terram propellitur, ſi non remedio frangitur: ſunt etiam in mari ſcopuli, quòd ſi non ſunt ſub aqua, multum periculoſum eſt nauigare per ipſos: vnde poſſet adaptari hiſtoria de Ænea, quando venit in Italiā, quòd inter Corſicam, & Sardiniam inuenit ſcopulos, vbi pars nauium perijt, hoc recitat Virgilius, &c. tertiò debet eſſe nautarum magnificentia: vt officiales nauis, ſic ſint armati comiti non ſint homines inexperti, non vili genere nati, qui velut mercenarij fugiant, & ſe, & alios confundant, qui non ſunt minoris momenti, & pretij, F
& verecundius vitam præferunt vtilitati: vnde Valerius lib. 3. quòd in bello illo, in quo cuius vſus non contemptus opera ſua, lictoribus Oceani claudere Britanniæ inſulæ iniecit manus,cū quatuor cōmilitonibus naui tranſuectus in ſcopulum vicinum inſulæ, quæ à multis hoſtibus tenebatur, poſtquàm Eſtus ſuo regreſſu ſpatium, quo inſula, & ſcopulus diuidebatur reſpexit,in vadum facile tranſmeabilem ingenti barbarorum multitudine affluente, cæteris reuerſis ad lictus per nauigium ſolum tener s firmiſſimum gradum vndique venientibus
telis, & ab omni parte nitentibus ad fu- G
gam quinque militum diurno prælio ſubſecuta pila vna hoſtium corporibus adegit: ad vltimum ſuſcepto gladio, quemlibet audaciſſimum modo impulſum vrbanis, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis in Britannicis oculis, dum viderentur incredibili ſpectaculo fuit; poſtquàm autem ira,& pudor fecit conari cuncta feſſos ſtragula fratrum traiectàs, & ſaxi pondere ora cōcuſſus galea iam diſcuſſa, ictibus, & ſcuto crebris foraminibus aſſumpto, profundo ſe dedit, ac duobus loricis onuſtus inter vndas, quas hoſtiū ſanguine trāſierat eua-
ſit, viſoq; Imperatore, cunctis non admiſ- H
ſis:ſed bene impēſis: cum laudem mereretur,veniam petijt,magnus prælio: ſed maior diſciplinæ,memoria militaris.

Quartò debet eſſe nautarum experientia,multum enim experientia ad victoriam facit in omni bello, & principaliter in nauali: vnde in vltimo libro, & in fine narrat Frontinus, quòd Camon dux Athenienſiū propter maris experiētiam vicit nauigium Perſarum apud Ciprum,& milites ſuorum captiuorum armis induit, & in ipſis nauibus inimicorum nauigauit ad hoſtes reli-

A quos in Pamphiliam ad flumẽ Curimedona ad Perſæ nauigij, & nautarum habitus cognoſcentes putantes eſſe ſuos non ſe cuſtodientes, victę ſunt in terra, & mari.

Spiritualiter loquendo quatuor debent eſſe in quolibet Chriſtiano, primò tranquillitas pacis, ſecundò profunditas charitatis, tertiò liberalitas voluntatis, quartò perplexitas aduerſitatis.

Primò debet eſſe pacis tranquillitas, quæ ſerenitati comparatur: ipſa enim ſecundum Auguſtinum eſt tranquillitas mentis, ſerenitas cordis, Roman. 12. Cum omnibus pacem habentes: vnde ſibi opponitur ira, quę B eſt irrationabilis perturbatio mentis. Ideo Prouerb. 12. dicitur: Vir iracundus prouocat rixas: vnde ipſos iracundos, quantum poſſumus, fugere debemus, & ſi non omnino valemus vitare, non aperta exprobratione, ne magis ira creſcat: ſed occulta quadam cautela reuerendo, procedendo debemus ferire, cuius figura habetur 2. Reg. 2. De Abner, quando dixit ad Aſael: Recede, noli me ſequi, ne compellar confodere te in terra, qui audire contempſit: percuſſitq; eum Abner aduerſa haſta in inguine, & mortuus eſt, Aſael iracundos ſignificat, qui tanto ſunt fugiendo, quanto in fama rapiuntur: Abner, patris lucerna interpretatur, & C ſignificat Doctores, qui contra iraſcentem diſſimulant verborum iacula reddere, quaſi proſequentem volunt ferire: ſed cum iracundus ſe non mitigat, & magis ſequitur: Vir ſapiens ſe in furore nõ erigit: ſed tranquillitatem oſtendit: quædam tamen ſubtiliter profertur ex obliquo, vnde iracũdum feriat: vnde non recta; ſed tranſuerſa haſta transforauit, recte percutere, eſt apertò increpare, & reſpondere, aduerſa verò haſta, obliquè, & tranquillè tangere, & quaſi parcendo ſuperare, & Aſael cadit: quia iracundus dum parci ſibi ſentit, & reſponſione ra- D tionis tranquillę tangitur, ab ira, qua erigebatur, cadit; &c. ſecũdò debet eſſe charitatis profunditas, quæ comparatur profunditati maris: quia ſicut alta aqua cooperit ſcopulos, ita charitas peccata. Prouerb. 1. Vniuerſa delicta operit charitas rationis prima. cap. 3. ſuper omnia charitatem habete, hæc autem charitas nõ debet habere ſcopulos: ſcopulus eſt quãdo homo oſtendit amicum diligere, & eum propter aliquid diligit: vnde ſcopulos ſub modica aqua abſcondit: quia ſub pauca dilectione, non proximi, ſed ſui bonum intendit: de hoc figura eſt Iudic. 4. quando Iabel dixit Siſaræ, intra ad me Domine mi, poſtea cooperiens interfecit eũ, ſic mala charitas facit diligẽre, oſtendit quos mori cupit dum, mala committere facit: vt amicus confiſus agat quod animam occidit, & ipſe qui diligere ſimulat, priuatum bonum acquirat, talis charitas velut ſcopulus eſt, &c. tertiò debet eſſe liberalitas voluntatis: vt homo libere, & ſpontanee faciat bonum, quod debet non propter laudem hominum: ſed propter Deum: & hæc eſt proprie magnificentia, non propter fauorem, vel gloriam hominum agere: vt dicit Philoſophus 4. & hic vnde ad Galat. 6. Non ſimus inanis gloriæ cupidi, & Auguſt. F in libro de conflictu vitiorum ſi (inquit) aliquid boni agis, nõ pro tranſitorijs: ſed pro æternis honoribus age, occulta quod agis inquantum vales, quòd ſi ex toto non vales ſit in animo occultandi voluntas, & nõ erit de oſtentatione illa temeritas, nec criminis erit aliquando manifeſtare, quid viſu latum habere, &c. quartò debet eſſe perplexitas in aduerſis: nam ſicut bonus miles eſſe non poteſt, qui ictus ab alio non recipit, & nauta qui tempeſtate paſſus non eſt, ſic bonus Chriſtianus, niſi aduerſis probatus ſit: vnde Zachar. 13. Veſtra eos, ſicut vritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur aurum. Prouerb. 18. Sicut in igne pro- G batur argentum, & aurum in camino, ita corda probat Deus, prodeſt enim aduerſis probari: quia melius homo valet ſe, & Deũ cognoſcere: huius figura habetur Num. 22. de Balaam, qui per aſinam Angelum vidit, quem ipſe non videbat per Balaam animã, per aſinam caro intelligitur: quia plerumque moleſtijs caro tacta indicat aĩa Deum, quem ipſa carni præſidens non videbat, ita vt anxietate ſpiritus proficere in hoc mundo cupiens, quaſi iter impediat, dum inuiſibilem, qui ſibi obuiat innoteſcit: vnde per petram dicitur, correptionem habuit, ſine H vexamine ſubiugalem mutum, quod in hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam: inſanus enim homo a ſubiugali muto corripitur, quando ſuperba omnia humilitatem, quam tenere debet, ab afflicta carne memorat. Patet ergo, quòd debemus trãquillitatem pacis habere, & proximorum verecundiam fugere profunditatem charitatis habere, liberam & ſpontaneam voluntatem, & probitatem in aduerſis.

Hęc quatuor notantur in hodierno Euãgelio, Chriſti exemplo, & primo ponit iracundos, & odioſos cum dicitur, ambula-

A bat Ieſus in Galilæam, ſecundo cupidos nõ
audiuit, & cupiditatem ſpreuit videre: di-
xerunt autem ad eum, &c. Omnia hæc
dicebant fratres eius conſobrini: vt ipſi lu-
crarētur ratione ſui, quibus reſpondit, Tē-
pus meum nondum aduenit, ſcilicet eundi
ad paſſionem, tempus autem veſtrum ad
cupiditatem ſemper eſt paratum: non po-
teſt mundus odiſſe vos, me autem odit, &c.
tertio ponitur, quòd vanagloriam fugit, &
vitauit, dum dicitur: Hæc cum audiſſet, &c.
vbi Alchimius occultè aſcendit: quia fauo-
rem hominum non quærit, & non pom-
pis ſtipātium ſcribarum delectatur: quarto
B ponitur, quòd aduerſitates, & ęmulationes
paſſus fuit, cum dicitur: Iudæi ergo quære-
bant, &c. Paſſus eſt inimicitias: quia quære-
bant eum Iudęi interficere, & paſſus eſt de-
tractiones: quia quidam dicebāt, quòd erat
bonus, alij dicebant, non: ſed ſeducit tur-
bas: vbi dicit Auguſt. quòd hoc quod dictū
eſt a Deo, valet ad conſolationem, de quo-
cunq; dictum fuerit Chriſtiano, & quidem
ſi ſeducere eſt decipere, nec Chriſtus ſedu-
ctor, nec quiſque debet eſſe ſeductor Chri-
ſtianus. Rogemus ergo, vt nobis conce-
dat gratiam iſtarum quatuor conditionum,
Amen.
C

FERIA QVARTA
poſt Dominicam de Paſſione.

De portu, & de inſidijs, & ſagacitate nautarum.

Sermo XXXVI.

F*acta ſunt encœnia in Hieroſolymis; &c.* 1. Io. 4. Propter
quatuor a maritimis, ſeu a na-
D ualibus bellis homines libere
euadunt: quia vel propter bo
ni portus inhabitationem, vel propter pu-
gnantium ſagacem operationem, primò
propter boni portus inhabitationem, cum
enim homines bonum portum teneāt, nec
de marinis periculis, nec de hoſtium naui-
bus timent: vnde multum affectant homi-
nes bonum portum habere: narrat enim
Frontinus, quòd Alexander Lacedæmo-
nius: vt morentiam portum caperet, pro
ſuis nauibus collocandis, qui portus pro-
ximus eſt Athenis; ideo ab Athenienſibus
tenebatur: vnde Athenienſium portum op-
pugnare cępit: concurrentibusq; Athenię- E
ſibus ab ea parte, qua fucibus anguſtiſſimis
influit mare milites ſuos clam ad lictus egre
di iuſſit, & ſubiectis totis, fęlicius naues ad
portum prædictum deduxit: ſed ſicut bo-
nus portus cum deſiderio acquiritur, ita ma-
lus cum labore, & ingenio dimittitur: vn-
de idem refert, quòd Duelus conſul por-
tum Siracuſanum temere intrauit: at illi ad
ingreſſum cathenam obiecerunt, ne egre-
di poſſet, & ipſe videns ſe clauſum, omnes
in puppim retulit, & magna vi remigantiū
leuatam proram ſuper cathenam poſuit, &
omnes in prora ire fecit, & ſuper cathenam
viam naui dedit, &c. Secūdò euaditur pro- F
pter inſidiarum pręcognitionem, fiūt enim
in mari inſidiæ, ſicut in terra: vnde opus eſt
eas præcognoſcere: quia alias non ſine pe-
riculo pugnat: vnde refert Frontinus, quòd
Alcibiades dux Athenienſium in bellando
aduerſus Nundorum, ducem Lacedæmo-
niorum, cum ampliſſimum exercitum, &
plures naues haberet, poſuit in terra plu-
res homines, & naues poſt quoddam pro-
montorium occultauit, & ipſe cum paucis
pugnans dolo fugit, & inſequētem hoſtem
in inſidias deduxit, poſtea vincens fugien-
tes ad terram, per eos quos poſuerat in ter- G
ra occidit, dicit etiam quòd Thodus habens
ducentas naues: vt hoſtium naues eliceret
ad bellum, præcepit ſuis: vt paucarum na-
uium malas eligeret, easque primo ire fe-
cit: hoſtes verò a longe videntes numerum
arborū, & ex eo nauium arbitrantes, obtu-
lerunt ſe certamini, & a pluribus occupati,
ſuperati ſunt, &c. tertio euadit propter bo-
ni ducis gubernationem, ſicut in campeſtri
bello propter bonum ducem liberatur exer
citus a periculo, ſic & in nauali, immo ma-
gis: quia plus valet vna bona audacia in ma
ri, quàm in terra: vnde narrat Frontinus, H
quòd Portius pugnans in naui, in hoſtium
nauim ſe iactauit, turbatisque hoſtibus ſuis
præſtitit victor, &c. quarto euadetur pro-
pter pugnantium ſagacem operationem: in
cunctis pręlijs plus valet aſtutia, quàm po-
tentia: vnde recitat Frontinus, quòd Thi-
motheus dux Athenienſium aduerſus La-
cedæmones nauali acie pugnaturus, cum
eorum naues procederent ad pugnam,
ipſi ex velociſſimis nauibus xx. præmi-
ſit, vt omni arte validoque flexu eluderet
hoſtem, deinde cum alijs ipſe ſuperueniēs,
fatigatos hoſtes deuicit. Alcibiades, de quo
ſupra fuit facta mentio, nauali prælio pu-
gnaturus conſtituit malos nauium, in quo-
dam

A dam promontorio, & præcepit his, quos ibi reliquit, vt cum commiſſum bellum viderent, vela panderent: quo facto conſecutus eſt victoriam: nam hoſtis credens alias naues in auxilium eorum venire, fugere cępit, & perdidit.

Spiritualiter loquendo, tutus portus eſt Eccleſia, inſidiæ ſunt vanagloria, Dux bonus eſt Chriſtus, qui ſagaciter pugnat eſt operatio ſpiritus.

Primò portus tutus eſt Eccleſia, extra quam non eſt ſalus: vnde figuratur Gen. 6. in arca Noe, quæ fuit facta de lignis leuigatis, i. quadratis, & conglutinatis, longitudo
B erat trecentorũ cubitorũ, latitudo quadraginta, altitudo triginta, & in cubito conſumata eſt feneſtra: ex cunctis animantibus fuerunt ibi, ſecundum Augu. lib. de ciuitate Dei. Diſpoſitio corporis humani, nã erat arca illa, ſepties longa, quàm alta, & decies longa, quàm groſſa, ſecundum quem modum eſt proportionatum corpus humanũ bene diſpoſitum, & eſt inferius ampla, & ſuperius ſtricta: quia multi ſunt vocati, pauci verò electi, & multos hic tollerat quos ſuperius a ſe repellens damnat, manſiones multæ in arca, membra diuerſa in Eccleſia, hoſtium eſt ex latere: quia ad Eccleſiam ho
C mo intrat per ſacramenta, quæ virtutem habuerunt, & emanauerunt ex latere Chriſti pẽdentis in cruce: de omni genere animalium ibi erant, quia omnes recipit Deus, & de omni genere, & de omni ſtatu & ſexu, aquis diluuij omnes peribant præter iſtos: quia extra Eccleſiã ſalus inueniri, & haberi non poteſt: ſecundo inſidię, quæ nobis ſiũt, poſſunt dici, ꝙ eſt vanagloria, quæ inſidiat bene agentibus, ſub ſpecie ſanctitatis: quia vt dicit Auguſt. Vitium eſt bonis operibus ſuperbire malum, & de proximo ſemper inſidiatur elatio: quia impoſſibile eſt, vt laudabiliter viuentes laus humana non capiat,
D niſi vt ſcriptum eſt, qui gloriatur, in Domino glorietur: vnde Gregor. in morali, quaſi quidam quippe latrunculus eſt appetitus laudis humanę, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio vita gradientium trucidetur. Tertiò, Dux bonus eſt Chriſtus, Eſa. 15. Dux fuiſti in mari populo tuo, quem redemiſti: vnde de eius ducatu figuratur. j. Reg. 11. in Saul, qui volens liberare ciuitatem Iabis boues ſuos fruſtra incidit: hoc facere cunctis minatur: niſi poſtero die ad Iordanem aggregentur, qui omnes congregati ſunt, & ipſe diuidens in tres partes ſubito Oriente ſole irruit ſuper hoſtes, & vicit: vn E
de totus populus eum regem appellauit. Saul Chriſtus, quia de eo dici poteſt, ꝙ fuit ei ſimilis hic ciuitatem obſeſſam, i. humanũ genus in maligno poſitum liberat, quando boues, ideſt Apoſtolos triturantes in agro Domini, qui mundum ſparſit, omneſq; cõgregauit ad Iordanẽ, i. ad lauacrum baptiſmi: & oriente ſole, i. ipſo apparente, per fidem in mente diuidit populum in tres partes, ſ. in tres partes fideliũ, & cum ipſis vicit diabolũ: hoc facit, quia poſt victoriam regratiamur, ſibi dicentes, liberaſti nos de affligẽtibus nos, & odiẽtes nos confudiſti.

Quartò ſagax pugna eſt operatio ſpiritus, & bona, quia ſicut arma militiæ chriſtianæ, non ſunt carnalia, ſic pugna noſtra non debet eſſe carnalis, ſed ſpiritualis: & ideo per operationes ſpirituales, & non carnales: vnde Apoſt. 1. Corint. 10. Ego ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meũ: vñ de hac ſpirituali pugna, figura eſt Iudi. 7. Quòd Gedeõ pugnare volẽs cõtra Madianitas & Amalech, ipſe ſuis in manibus tenebãt lapides, & cũ tubis ſonabant, & lagenas complectebant, & cum alijs armis non pugnabant: hoc ſignificat, ꝙ in ſpirituali pugna, quæ eſt contra diabolum, eſt quaſi cõtra Amalech, qui in- G
terpretatur populus labens, & ipſe labi feſtinans tanquam leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret. Portare debemus lapides, i. exempla bonorum operum oſtendere, ſonare tubis, i. verba ſanctæ doctrinæ dicere, complectere, & ſtringere lagenas, ideſt corpora propria per pęnitentiam macerare: his armis, & nõ alijs, vincimus diabolum: patent ergo iſta quatuor in ſpirituali pugna, ſ. portus tutus, inſidia, dux bonus, ſagax pugna.

Hæc quatuor poſſunt notari in Euãgelio hodierno: primò Eccleſię quieta habitatio, cum dicitur facta ſunt encenia, &c. Secun- H
dò ponitur inſidiarum vitatio, cum dicitur: circundederunt eum Iudæi, &c. Tertiò, Chriſti boni Ducis operatio, cum dicitur, oues meæ, &c. Quartò ponitur pugnandi modi demonſtratio, cum dicitur ſuſtulerunt ergo lapides, &c.

De primò facta ſunt encenia: encenia erat feſtiuitas dedicationis templi, quæ tẽpore Machabæorum facta eſt. Hæc ſignificat, ꝙ fidelis chriſtianus poſtquàm dedicatus, & renouatus Deo per baptiſmum dum eſſet hiems, ideſt tempeſtuoſum ſeculum habitat in templo, & in porticu Salomonis,

A nis, ideſt in Eccleſia pacifici regis æterni.

De ſecundò circundederunt, &c. vbi dicit Aug. ꝙ non veritatẽ deſiderabant: ſed calumniam præparabât: tẽtare, & non obedire volebât, quibus Chriſtus dixit: opera, quæ ego facio, &c. Huius exemplo docemur in inſidijs, & tentationibus vanagloriæ non cedere, vel aſſentire, ſed ſemper bona opera facere, vt teſtimonium ſint in conſcientia noſtra.

De tertiò, oues meæ, &c. Per oues intelliguntur fideles, quos ipſe tanquàm bonus dux ad vitam æternã ducit: vnde Auguſti. Bona paſcua vita æterna, vbi nulla
B herba areſcit, & totum vireſcit.

De quartò, ſuſtulerunt ergo lapides, &c. vſque in finem Euangelij hoc ſignificat, ꝙ contra nos lapidare volentes, ideſt dæmones bona, opera facere debemus, ſicut Iudæis Chriſtus, & filios Dei nominari, & eſſe non verbo tantum, ſed facto. Rogemus ergo Dominum, &c.

FERIA QVINTA post Dominicam de Paſſione.

C *De modis, & cautelis, quibus committitur nauale bellum.*

Sermo XXXVII.

Rogabat Ieſum, &c. Luc. 7. Nauale bellũ, magni periculi eſt propter multa, quibus marini hoſtes alios impugnare ſolẽt, & inter cætera ad præſens dicemus octo, & primum ignis, quòd incendiarium vocant: ſecundum eſt, quoddã ferrum ad modum falcis curuatum bene incidens: tertium eſt, habere amplas ſagittas,
D cum quibus ſcinduntur vela hoſtium: quartum eſt, habere vaſa plena calce, & projecere in naues: quintum eſt habere vncinos ferreos fortes: ſextum eſt, habere quoddã lignum longum, ex vtraque parte ferratũ: ſeptimum eſt, habere vaſa plena molli ſapone, quod appellant ſaracenicum: octauũ eſt, nauem hoſtium perforare: hæc ſunt videnda. Attendite.

Primum eſt ignis, quem incendiarium vocant, habet enim multa vaſa plena pice, ſulfere, & reſina, & oleo, quæ omnia cum ſtuppa ex multis partibus in nauim projiciunt, & tunc durum bellum agunt, ne extinguere valeant: vnde narrat Frontinus, ꝙ E
Euſtipio hoc fecit, & vicit: multum.n. ignis nauim debellare facit, quomodocunq; fiat: vnde vt Frontinus refert, Caſſius oneratas naues ad alios vſus, vt aduerſarium confligeret, non timuit perdere: ſed eas accenſit, & opportuno vento inter naues hoſtium miſit, & incendio eas conſumpſit. Secundum eſt habere quoddam ferrum curuatũ admodum falcis bene incidẽs, quod applicatum ad funes, quibus velũ ſuſtentantur incidit, & ipſis inciſis vela ab arbore cadit, & ſic ſubtrahit nautis, ne pugnare poſſint: quia per amiſſionem velorum redditur nauis pigrior, & quaſi inutilis ad pugnãdum. F
Tertium eſt, habere amplas ſagittas, cũ quibus ſcindũtur vela hoſtium: nam velis perforatis non valentibus retinere ventum, nõ tantum nautę nõ poſſunt impetum facere, ſed nec redire ſi volunt. Quartum eſt habere vaſa plena calce puluerizata, & proijcere in naues, obcęcantur enim oculi nautarum, nec vident quando alios offendant, & ſe defendant. Quintum eſt habere vncinos ferreos fortes, & cũ vident ſe eſſe plures hoſtibus, cum illis vncinis capiũtur eorum naues, & nõ permittunt eas recedere. Sextum eſt, habere quoddam lignum longũ, ex vtraque parte ferratum, quod ſu- G
ſpendunt ad arborem cum funibus, vt poſſit deprimi, & eleuari, & cum iſto percutiũt tam nautas, quàm nauim, ſicut ariete percutit murus ciuitatis obſeſſę. Septimũ eſt habere vaſa plena molli ſapone, quod appellant ſaracenicum, & iſta proijcere, quæ frangũtur, & loca nauis faciunt lubrica, ne nautę diſcurrere, & ambulare poſſint multa projjciuntur in naui tempore belli, vnde narrat Frontinus, quòd Annibal dixit Antiocho Regi, vt vaſa plena ſerpentis in naues hoſtium faceret iaculari quorũ metu perterriti nautæ non auderent pugnare; idem fecit Bruſias. Octauum eſt hoſtium H
nauim perforare: ſunt enim quidam nautę, qui diu ſub aqua cum penetrali in multis locis nauim perforant: vnde aqua ingredif, & nauis ſubmergitur, & iſtud eſt maioris periculi, quàm omnia ſupradicta: iſtis cautelis agitur in nauale bellum.

Spiritualiter loquendo, octo ſunt vitia, quæ damnant animam, ſ. ſuperbia, vanagloria, ira, gula, luxuria, accidia, auaritia, inuidia.

Primò ſuperbia, quæ aſſimilatur igni incendiario, quia ſicut ignis alta petit, ſic ſuperbia. Pſal. Superbia eorum, qui ſe oderũt

aſcendit

A aſcendit ſemper ideo Tob. 4. Superbiã nũquàm in tuo ſenſu, aut verbo dominari permittas, ab ipſa enim initium ſumpſit omnis proditio: vnde de ea ait Grego. in paſtorali; occaſio quippe perditionis noſtrę facta eſt ſuperbia diaboli: Argumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei: hoſtis enim noſter, inter omnia conditus, ſuper omnia videri voluit elatus. Redẽptor autem magnus manens ſuper omnia, fieri inter omnia dignatus eſt paruus: dicatur ergo humilibus: qa ſe dũ deijciũt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt: dicatur ſuperbis: quia
B dum ſe erigunt in apoſtate Angeli, in mutationem cadunt, per iſtam damnatus eſt Nabuchodonoſor, Daniel 5.

Secundò vanagloria aſſimilatur illi ferro, quòd incidit velorum funes: nam ſicut illud cadere facit velum, quo nauis vadit: ſic vanagloria bonum facit perdere: quo anima ſe debet ſaluare, Prouerb. 19. Gloriam eorum in ignominiam commutabo: vnde Auguſti. in alimitas, vel ad hæremitas, initium ſine prouidentia finis eum pęnitentia per iſtam damnatur Arphaxat Rex Medorum, quia gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, Iudith 1. &c. Tertio inuidia, quæ aſſimilatur illis amplis ſa-
C gittis, quibus ſcinduntur vela hoſtium: quia inuidia venit, ex amplitudine, & fęlicitate aliena: vnde Auguſt. in quodam ſermone; inuidia eſt odium fęlicitatis alienæ. Inuidia enim aliorum proſperitas aduerſa, & aliena aduerſitas, proſperitas iudicatur: hi aliena gratulatione triſtantur, & in aliena triſtitia gratulantur: iſti ſuas aliena paupertate diuitias, & ſuam paupertatem in alienis diuitijs mentiuntur: vnde ipſe in lib. de cõflictu vitiorum, ait: eaue ne dum alijs locũ celſitudinis inuides, illum imiteris, de quo ſcriptum retines inuidia diaboli, mors introuit in orbem terrarum: imitantur autem
D illum, qui de parte illius ſunt, per iſtum damnatus eſt Caim, Gen. 4.

Quartò ira, quæ aſſimilatur calci puluerizatæ: quia ſicut illa eęcat oculos corporis: ſic iſta oculos mentis; vnde Gregor. lib. 5. Mora quanta ſit, iracundiæ culpa pẽſemus, ꝑ quàm dũ manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur: per iram ſapientia perditur, vt quid, quo ue ordine agendum ſit, omnino neſciatur: per irã vita amittitur. Per iram ſapientia terminari videtur, per iram iuſtitia relinquitur, per iram gratia vitæ ſocialis perditur, per iram concordia rumpitur, per iram lux veritatis extinguitur, & Spiritusſãcti ſplendor ex- E
cluditur: nam irę ſuæ ſtimulus accenſus cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies ignoſcit exaſperatur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti, ore quidem clamorem format, ſed ſenſus, quod loquatur ignorat, per iſtam damnatus eſt Achitophel: quia ſuum conſilium non acceptum vidit, ſuſpendit ſe laqueo, 2. Reg. 17.

Quintò accidia, aſſimilatur vncinis nauim detinentibus, & accidia tenet homĩnẽ immobilem ad bonum, pigritudo immittit ſoporem, vt dicitur Prouerb. 19. & Bernar. F
in quadam Epiſtola: accidia eſt quidam languor: cum legere non licet, orare non delectat, meditationes ſollicitę non ſequuntur; eſt enim quidã animi torpor, quo quis negligit bona inchoare, aut faſtidit perficere; hæc fuit cauſa damnationis Sodomę, Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas ſororis tuæ, Sodomæ, ſaturitas panis, & otium.

Sextò eſt gula, quæ aſſimilatur illi ligno, quo percutitur nauis: quia ipſa gula quodammodo lignorum fructibus, vel ictibus: animã & corpus corrumpit: vnde Hiere. 52. Nabuzardan Princeps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem. Princeps Cocorum, & vẽter: cui magna cura obſequium a Cocis impenditur, vt delectabiliter cibis im- G
pleatur, muri autem Hieruſalem ſunt virtutes animæ, ad deſiderium ſupernæ pacis eleuatę, Cocorum ergo Princeps muros Hieruſalem deſtruit: quia venter dum gula reſoluitur virtus animæ deſtruit, per gulam fuit damnatus Adam, Gen. 3. & Eſau perdidit primogenituram, Gen. 27.

Septimò luxuria, quę aſſimilatur ſaponi molli: quia ſicut lubricum illud homines cadere facit, ſic luxuria, Hierem. 23. Via illorum quaſi lubricũ tenebis: inde Apoſt. 1. Corin. 6. Fugite fornicationem, & quare? qa neq; adulteri, neq; fornicarij regnũ Dei poſſidebunt: vnde Auguſt. in lib. de conflictu vitiorum ait. O quam parua eſt concubitus hora, qua perditur vita futura: quod ergo emolumẽtum affert corpori, quodue tribuit lucrum, quæ tam citò perducit ad tartarum? per iſtam Salomon peccauit. 3. Regum. 2. H

Octauò auaritia, quæ aſſimilatur in naui factis foraminibus, nam ſicut inde ingreditur aqua, quę ſummergit nauem, ſic auaritia congregat terrena, quæ habent damnare animam, Abacuch 2. Vę qui congregant auaritiæ, malum domui ſuæ, vt in excelſo ſit modus eius: & ſubdit, cogitaſti cõfuſionem

A nem domui tuæ, propter iſtam damnatus eſt Iudas: contra tamen omnia iſta eſt pęnitentia hominis, & miſericordia creatoris, qui parcit omnia peccata.

Et hoc patet in Euangelica hiſtoria, qui de pęnitentia Magdalenę tractat, ac etiam de miſericordia Saluatoris: iſta eſt Maria illa, vt dicit Gregor. de qua ſcribit Marcus, ꝙ fuerũt eiecta 7. dęmonia: in iſta tamen ſua conuerſione ſeptem operata eſt: contraria vitijs.

Primò contra ſuperbię elationem, humiliauit ſe ad pedes eius, ſtans retro ſecus pedes eius: ſecundo contra vanæ gloriæ
B oſtentationem, non apparendo ante faciẽ aliorum, dum dicitur ſtans retro: tertio cõtra accidiæ torporem, non ocioſe morãdo, ſed lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis terſit: quarto contra iræ turbationẽ, non loquẽdo aliqua: ſed oſculabatur pedes eius: vnde cum reliquis comedentibus nõ comedebant: ſed ieiunabat, plorabat, orabat, veniam ſuorum peccatorum petebat: & ſeptimo contra auaritię deſiderium charitatis dilectionem, quoniã dilexit multũ, & ideo dimiſſa ſunt ei peccata multa: & miſericordia Saluatoris oſtenditur, cum dicitur, vade in pace, fides tua te ſaluam fecit.

C Rogemus ergo Chriſtum Dominum, vt nobis donet hæc ſeptem, vt denique nobis omnia peccata dimittat, & digni ſimus audire verba, quæ fuerunt dicta Magdalenæ, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Amen.

FERIA SEXTA post Dominicam de Paſſione.

Quod fuit principium bellandi, & quid mali hoſtes intendunt.

D

Sermo XXXVIII.

COllegerunt Pontifices, & Phariſæi conſilium. Ioan. 10. De omni bellorum genere prædicauimus, ideo de nullo ſpeciali bello dicam, ſed ſolum in communi loquendo, tria dicenda ſunt: primo quare iniuſta bella fiant: ſecundo quid mali homines intendunt: tertio quid verè ſapientes facere cõſueuerũt. Attẽdite.

Propter primum eſt ſciẽdum, ꝙ duplex eſt cauſa iniuſtæ pugnæ, ſ. cupiditas, & inuidia: E vnde propter cupiditatem, primus homo, qui cępit pugnare publicè, & ordinato exercitu fuit Ninus Rex Aſſiriorum, de quo dicit Iſido. lib. 18. Ethimol. & Oroſius in 1. lib. Cronicarum, quod ipſe non proprijs finibus contentus, humanæ ſocietatis fędus rumpẽs exercitum ducere, aliena vaſtare, liberos populos trucidare, & ſibi ſubijcere cupit vniuerſamq; Aſiam, vſq; ad Libiæ fines noua, tunc ſeruitute perturbauit: hic ſtuduit orbem in mutuo ſanguine alterna ſede craſſare: ipſe Zoroaſtem Bracmanorum Regem, magicæ artis repertorem, pugna oppreſſum interfecit. Ipſe F verò cum oppugnaret vrbẽ, ſagitta perijt: ſecũda cauſa iniuſti belli eſt inuidia, & hoc patet exemplo Romuli, & Remi, qui fuerũt conſtructores Romæ, quorum alter Romulus, ſ. inuidia motus, & vt nomen ciuitatis Romæ aſcriberet ſibi ſoli fratrem ſuum Remulum interfecit.

Propter ſecundum, quid mali hoſtes intendant: ſciendum, quòd ſolum principalẽ intendunt interficere: quia eo interempto, triumphantur de toto exercitu: vnde cum Alexander eſſet in exercitu cõtra Darium. Darius promiſit cuidam ſuo militi dare filiam in vxorem, & magnam partem regni, G ſi Alexandrum interficeret: qui indutus armis, & habitũ militum Alexandri, in nocte exercitum eius intrauit, vt in aciem ſtans poſt: Alexandrum auſus eſt percutere, quẽ Alexander capi fecit, & credens eum eſſe Macedonem, increpauit dicẽs, quid tibi frater feci, quòd ſic facere voluiſti? & ipſe dixit, ſe eſſe militem Darij, & ad Darij præceptum hoc feciſſe. Interrogauit Alexander milites ſuos, quid illi facere deberet: qui omnes dixerunt eum debere mori, & ipſe ait, immo laudem meretur, & præmiũ: quia præceptũ ſui domini voluit implere: nonne faceretis pro me ſimile? H vnde remiſit eum honorificè.

Propter tertium, ſcilicet, quid viri ſapiẽtes in pugnis facere conſueuerũt: dicendum, quòd principaliter duo; primo locũ tutum eligere: ſecundo fidelem ſociorum copiam inuenire: primo ſcilicet, de loco tuto: patet exemplo Iſocratis Athenienſis, de quo narrat Frontinus, quòd cum ipſe in campeſtribus caſtra haberet, explorauit aduerſarios de monte venire, qui in caſtris multos ignes fieri fecit: ſimulans multitudinem ibi eſſe, & aliquos milites obuiã aduerſarijs ire fecit, vt impedimento eſſent

A eſſent ne citò venirēt & ipſe ad tutum locum confugit, &c. Secundum eſt bonam ſocietatem eligere: vnde Valerius in 3. lib. refert, quòd Spartanus cum trecentis militibus apud Thermophilas cōtra Xerſen, totius Aſiæ Regem, per mare, & terram videbatur dominari: bonos & probos, ac fideles milites habuit. Nam ad prælium adhortatus ſuos dixit, prandete viri commilitones, tanquàm apud inferos cænaturi, qui omnes adhortati prænunciata mors, promiſſa victoria fuit, ipſum regem debellauit, quamuis ipſe vulneratus fuerit: vnde ſuo ſanguine victoriam hoſtibus ſcripſit,
B ſicq; cum honorabili triumpho ad patriam rediens obijt.

Spiritualiter loquendo, hoſtis noſter diabolus: eſt videndum eſt ergo, primò quare pugnatur: ſecundò quid intendit: tertiò quid nobis agere expediat.

Propter primum dicendum, mouent ipſum ad pugnandum duo, ſcilicet inuidia, & cupiditas, quia videt nos illum locum debere habitare, de quo ipſe meruit expelli: vnde Sapien. 2. Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum: ſecūdò cupiditate: quia totum ſuum bonum videtur ſibi eſſe noſtra damnatio: vnde nunquàm ſatiatur
C homines perdere, & damnare: vnde Prouerb. 3. inter inſatiabilia primo ponitur infernus, quod tam de loco, quàm de eius domino, intelligitur: propter hæc duo, Auguſti. in lib. ad Bonifacium Comitem, ſic ait, diabolus eſt aduerſarius generis humani, inuentor mortis, ſuperbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium vitiorum, perſuaſor etiam turpium volūtatū: hic enim primum illum hominē Adam patrem omniū noſtrum eum intueretur, videretque eum hominem ex luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, chari-
D tate circundatum, immortalitate veſtitum, æmulus, atque inuidus tantam beatitudinē hominem terrenum accepiſſe: quam ipſe dum eſſet Angelus, per ſuperbiam cognoſcit amiſiſſe, inuidit ſtatim inſatiabilis homicida, & primum parentē noſtrum, nos, noſtroſque parentes, tantis, ac talibus bonis expoliauit, inſuper & peremit.

Propter ſecundum autem dicendum eſt, quod non aliud intendit, niſi Chriſti fidem, & charitatem in nobis occidere, tanquàm ex principe noſtræ militiæ: huius figura fuit 2. Reg. 20. vbi dicitur, quòd Ioab obſedit Abelam, & viri qui ſecum erant conabantur demoliri mura ciuitatis, locuta eſt E
mulier, & petijt cur hoc faceret, qui reſpondit, quòd Sibam volebat, & illa promiſit caput Sibæ per murum proijcere, quod cū feciſſet, receſſit Ioab ab obſidione. Ioab obſidens ciuitatem, eſt diabolus impugnans hominem, mulier loquens eſt caro dolens, quæ tunc caput hominis per murum proijcit, cum fides Chriſti, quæ eſt caput animæ, quæ debet eſſe homo, & vir reſpectu carnis proijcitur, ideſt dimittitur, tunc diabolus quieſcit: quia nihil aliud niſi animam quærit, Gen. 14. Animas da mihi; cætera tolle tibi: vnde Leo Papa in ſermone, quodam, oſtendens, quòd diabolus F
cum multa malitia conabatur animā damnare, ſolum corrumpendo fidem, non deſinit hoſtis antiquus trāsfigurare ſe in Angelum lucis, deceptionis laqueos vbique protendere: vt qua via, quo modo fidem credentium corrumpat, inſtar: nouit enim cui attribuat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxuriæ, & cui infundat viris inuidiæ nouit, quem mærore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſe ducat: omnium diſcutit conſue- G
tudines, ventilat curas ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi quemquam viderit ſtudioſius occupari.

Propter tertium, ſcilicet quid nobis expediat: dicendum, quòd duo facere debemus, ſcilicet ab eccleſia non recedere, & ſanctorum comitiuā muniri, quod per orationes, & bonas operationes acquiritur, quod figuratum eſt 4. Reg. 6. vbi dicitur: quòd rex Siriæ miſit exercitum ſuum, vt caperet Eliſeum Prophetam, qui circundederunt ciuitatem: famulus Eliſæi timuit, & ipſe eum cōfortauit: & cum oraſſet, mons apparuit plenus equorum, & curruum circa eum. Per Regem Siriæ diabolus intel- H
ligitur, qui ciuitatem obſedit, vt prophetam capiat, id eſt vt animam fide illuminatam perdat, famulus timet, ideſt corpus, quod famulari animæ tenetur. Expaueſcit iuxta illud, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, oratque Eliſæus, & ſibi aduenit cæleſtis exercitus, quia per orationem iuuatur anima ab Angelo, & liberatur a diabolo.

Hæc tria comprehendi poſſunt in hodierno Euangelio, in quo narratur Principum Sacerdotum malignum conſilium aduerſus Chriſtum. Primò ponitur cauſa, quare hoc agebant, & hoc erat duplex, ſcilicet

A ſcilicet inuidia: cum dicit, quid facimus. ſecunda cupiditas, cum dicunt: ſi dimittimus eum ſic: ſecundo quid intendebant, ſcilicet Chriſtum ſolummodo occidere, qui eſt caput omnium fidelium, cum dicitur; vnus autem ex eis, qui erat Pontifex, dixit: vos neſcitis quia expedit vobis, vt vnus moriatur, &c. Tertiò ponitur, quid fideles Chriſti agere debeant, exemplo ſui, cum dicitur: Ieſus autem non palam ibat in Ephrem, &c.

De primò, ſcilicet de cauſa duplici, inuidia, & cupiditate: de inuidia dicitur, quid facimus: quia hic homo multa ſigna B facit? Inuidebant enim operibus, & miraculis eius: de cupiditate, cum addunt, ſi dimittimus eumſic, venient Romani, & timebant perdere, quæ habebant, & ita cupiditate hæc dicebant.

De ſecundò, vnus autem ex eis, qui erat Pontifex anni illius, nomine Cayphas, dixit, expedit, vt vnus moriatur, &c. Quamuis veritatem diceret: quia Ieſus erat moriturus pro populo, & non tantum pro gentibus, ſed vt diſperſos congregaret, & mors ſua fuit valde vtilis, immo neceſſaria: non tamen a ſe hæc dixit Cayphas, ſed a Spiritu ſancto dicebat: quia volun- C tatem non ſanctam, ſed malam habebat: & ita diabolus ſolum vnum hominem, id eſt animam tuam vult occidere, quam occidit, cum fidem Chriſti deſerere, & quaſi Chriſtum in anima occidere facit.

De tertiò, Ieſus autem non palàm ambulabat in Ephrem, &c. Hic ponuntur illa duo, quæ debemus facere, ſcilicet ad eccleſiam concurrere, cum dicitur, abijt in regionem iuxta deſertum, qui vocatur Ephrem: per quam intelligitur eccleſia, quæ eſt fertilis in gratia: ſecundo bonam ſocietatem habere, cum dicitur, & ibi morabatur cum diſcipulis: D & nos ſuo exemplo, cum ſanctis, qui diſcipuli eius ſunt per orationem manere debemus in hac vita, per gratiam, & in futuro per gloriam. Rogemus ergo Dominum, vt nobis hoc concedat, amen.

SABBATO E
Palmarum.

Recapitulantur omnia bella.

Sermo XXXIX.

COgitauerunt autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent. Quia ſapientis eſt omnia ſcire: decet omnem bellandi modum F videre, cum bella ſint diuerſa, diuerſoſque duces requirāt: videndum eſt quid ſit agendum in bello obſeſſiuo, in bello campeſtri, & in bello nauali: vt hic prodicatio omnium prædictarum, ſit breue compēdium: & dicere poſſumus, quòd in bello obſeſſiuo opportuna eſt ſollicita cuſtodia: in campeſtri magna audatia, & in nauali experta prudentia. Attendite.

Primò in bello obſeſſiuo opportuna, & ſollicita cuſtodia, quamuis in omni bello, omnis debet eſſe fortis in defenſione tamen ciuitatis, vel caſtri ſollicitudo plus eſt neceſſaria: quia vt plurimum magis ſagacitate vincuntur ciuitates, quàm forti- G tudine: Vnde magna debet eſſe cautela, qua obuietur hoſtium cautelis. Vnde narrat Valerius libro 9. quòd Semiramis Regina Aſſiriorum, quæ fuit vxor Nini, & ſucceſſit ſibi in dominio, cum more dominarum circa cultum cupitum occupata eſſet annunciatum eſt ſibi: quod Babilonia ſibi rebellauerat, quæ ſtatim cuncta dimittens, cum maiorum pars capillorum diſſoluta eſſet protinus cucurrit ad eam expugnandam, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam vrbem in ſuam poteſtatem redegit: vnde Babilonia poſi a eſt in illo habitum ſtatua, quæ ad vltionem H exigendam tanta celeritate, & ſollicitudine fuit.

Secundò in campeſtri bello eſt neceſſaria audacia, nam ibi in æquali loco, homo ſtat cum inimico ſuo, ſi fugit vincitur manu ad manum, bellare cogitur: cum ipſe ab aduerſario cuſpide cultelli pectore propulſatur: vnde refert Frontinus, quòd Philippus contra Scitas, quorum erat maxima multitudo, timens, ne ſui fugerent, fideliſſimos equites poſuit poſt tergum ſtrorum, præcepitque, vt nullum fugere permitterent, & penitus volētes fugere trucidarentur,

A darentur, quo prouulgato milites potius ab hoſtibus, quàm ab amicis moti eligentes, victor fuit.

Tertiò in nauali eſt neceſſaria experta prudentia: quia non ad voluntatem hominis tempora perſeuerant: ſubito mutatur ventus, intumeſcunt fluctus: Audacia non valet: quia non contra hoſtem eſt pugna, ſed experientia requiritur, vt homo in talibus ſit prudens, & expertus: vnde 2. Reg. 9. ſcribitur, quòd Salomon fecit nauem magnam, poſuit in ea ſeruos Iram Regis Tyri, qui erant gnari, & experti: de ſuis neminem legitur poſuiſſe.

B Spiritualiter loquendo, pugna carnis eſt quaſi ciuilis: cum diabolo campeſtris, cum mundo naualis. Primum bellum perficitur per carnalium deſideriorum deiectionem: ſecundum per ſuperbiæ depreſſionē, & tertium per auaritiæ deteſtationem.

Primò bellum carnis, perficitur per carnalium deſideriorum deiectionem. Cum carnis deſideria non perficiuntur: vnde Apoſtolus 2. Corinth. 10. In carne ambulantes: non ſecundum carnem ambulamus: quantæ autem vtilitatis ſit, oſtendit idem Apoſtolus, Rom. 8. & 2. Corinth. 10. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: hoc autem patet in figura 4. Reg. 6. vbi dicitur, quod Rex Siriæ obſedit Samariā: Intus erat Rex, & Eliſeus propheta, facta eſt in ciuitate magna penuria, quædam mulier conqueſta regi, quòd filium comederat eius vicina, quæ ſuum nolebat filium occidere: turbatur Rex contra Heliſęum, qui prædicit magnam abundantiam poſtero die: Samaria totus homo eſt, Rex eſt voluntas quæ dominatur, propheta vero intellectus, qui ſpeculatur, obſeditur a Rege Aſſiriorum cum tentatur, & impugnatur a dæmone: mulier clamans eſt caro,

C

G quæ filium dicitur comediſſe, cum ſuum deſiderium non valet, & ex nimia ſuggeſtione voluntas contra intellectum, qui conſulit bonum, turbatur: quia carni, non ſpiritui vult obedire: ſpiritus autem illuminatur gratia prædicit abundantiam poſtero die, ideſt poſt hanc vitam, in æterna gloria: perſeuerans homo in ſancto propoſitō viri leproſi, quatuor ſunt affectiones carnis ſicut ſunt quatuor elemēta, ex quibus componitur corpus, vt dicatur, quòd prima affectio ſit circa terrena: ſecunda circa laſciuia: tertia circa curioſa: quarta circa præſumptuoſa, hæ dicuntur leproſi: quia totum hominem inficiunt, manent extra portam, cum homo non recipit eos: qui egrediuntur ad caſtra inimicorum, pęnitus volunt agere quæ non decent, ſed ipſa caſtra inimicorum erant confuſa per ſonitum, quem fecerat Dominus audiri: quia Deus liberat hominem de manibus inimici: cum ſonitum mortis corporalis facit audiri, & tunc ditatur ciuitas, cum confundūtur obfidentes: quia beatificatur anima bona, ſua conſtantia: vir qui non credit, non guſtauit, quia caro, ſiue corpus illam vitam non intrauit pro tunc. E

F

Secundò bellum eſt contra diabolum, & vincitur per ſuperbiæ depreſſionē, Pſal. Humiliatus ſum, & liberauit me: hæc autem audacia debet fieri, vt non verecundetur homo humiliari, nec timeat hic minorari, vt poſſit apud Deum exaltari: hoc autem fecit Dauid, cum arcam Domini, in domum ſuam duxit, ſicut legitur 2. Reg. 6. Luſit ante arcam: quod videns vxor deſpexit eum, atque reprehendit, quia repugnat legi mentis, mens verò bona carnis deſpectionem, vel ſubiectionem deſpicit, & humilis oculis ſit: vnde Dominus dat ei Regem ab omnibus inimicis ſuis: quia de aduerſario humani generis victoriam tribuit: quia humilibus dat gratiam. 1. Pet. 5. G

Tertiò bellum contra mundum vincitur per auaritiæ deteſtationem, hoc autem cū prudentia fit ſicut nauale bellum, in quo ſecundum tempus mutat velum, ita in bello contra mundum, ſecundum neceſſitatem, & congruitatem, auaritiam deteſtatur: non enim debet ſe tantum paupertate arctari, vt non habeat vnde viuat vnde Salomon Prouerb. 30. ait, diuitias, & paupertates ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria, veruntamen vt dicit Auguſti. in regula. Melius eſt minus egere, quàm plus habere de auaritia vero, quòd ſit deteſtanda, figura eſt Zachariæ 5. vbi dicitur, quòd vidit amphoram, & maſſa plumbi in os eius, duæque mulieres habentes alas milui eleuauerūt eam inter terram, & cœlum, & portauerunt in terram Senaar: Amphora, quæ habet os apertum eſt cupiditas: duæ mulieres aliæ ſunt duo vitia communicantes, vel comitantes eam, ſcilicet iniuſta acceptio rerum, & immoderata retentio earum, qua eam eleuant inter cęlum, & terram: non ducunt ad cœlum: quia auari regnum Dei non poſſidebunt. 1. Corinth. 6. Nec in terra dimittunt, quia vero cupido, & tenaci, ſine ratione H

eſt

A eſt ſubſtantia, Eccleſiaſt. 140. Sed portatur in terram Senaar, quæ interpretatur dolor dentium, ideſt ad locum illum, vbi eſt dolor, & ſtridor dentium.

Hæc tria poſſunt comprehendi in hodierno Euangelio, non vt ſingula verba exponamus, ſed ſolum aliqua accipiamus: primo ponitur, quomodo carnis deſiderijs non obediuit, & alios ſimile facere docuit, cum dicitur, venit Ieſus ad ſe, &c. Secundò quomodo mundum ſpreuit, & alios ſpernere demonſtrauit: cum dicitur, erant autem quidam gentiles, &c. vſque ibi, ego ſi exaltatus fuero a terra: tertiò
B quomodo non ſolum ſuperbiam ſuppreſſit, ſed humilitatem habuit: quia pro nobis in cruce exaltari voluit, & ſi exaltatus, &c.

Primò quòd inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum: ſedere ſuper aſellum eſt carni dominari, & non permittere ipſam dominari: Lazarum de monumento vocauit, ideſt aliorum mentes ad lucem veritatis eduxit, quem Principes Sacerdotum volebant interficere, ideſt dæmones damnare, ſed nihil poſſunt perficere: intrans vero Hieruſalem, quando cœlum aſcendit, & ab Angelorum turba honoratur, ſi vis ergo ad cœleſtem patriam intrare, & cum honore ſuſcipi, ſuſcita animam a culpa, & domineris carni, non obediendo ſibi,
C ſed ſpiritui.

Secundò erant autem quidem gentiles, &c. Quia cum gentiles vellent ſibi loqui, clarificando ſe dixit, & addidit, niſi granum frumenti, &c. Vt Auguſtinus dicit, ipſe erat granum frumenti mortificandum per Iudæos, & multiplicandum per populos: mori ergo voluit, vt mors non timeretur: vnde dixit: qui odit animam ſuam in hoc mundo: iſtud ſic intelligitur, qui amat animam ſuam, ideſt vitam corpo-
D ralem amat in hoc mundo, perdet eam in alia vita: quia non ibit ad vitam æternam, ſed ad damnationem æternam: & econtra, qui non amat hic viuere, viuet in vita æterna, & quia hæc faciunt, hi ſunt ſui ſerui, & miniſtri: ideo ſubdit: ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur, ideſt, qui vult eſſe ſeruus & miniſter, me ſequatur, in hoc, & in alijs, & vbi ipſe eſt, ibi & ipſe erit, ſed vt oſtenderet veram humanitatem habere, dixit: nunc anima mea turbata eſt ſuper mortem corporalem: ſecundum, quod homo ſum, non ſecundum quòd Deus clamauit ad patrem, vt clarificaret eum in hoc mundo in hominibus ſupple: vnde audita E
eſt vox, de qua admiratæ ſunt turbæ, & Chriſtus dixit, quòd nō propter ſe, ſed propter turbam vox venerat: quia ipſe ea voce non indigebat: eo quod idem, quod Deus erat, ſed vt homines audientes crederent, & credentes diabolum expellerent: vnde dixit. Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps mundi huius eijcietur foras: principē mundi diabolum vocat, qui extra mundum eijciebatur, ideſt extra homines, qui erant in mundo de 30. & ſi ego exaltatus fuero a terra, &c. Quia pro nobis in cruce axaltari voluit: ſed quia turbæ non intelligebant verba ſua, dixit modi- F
cum lumen in vobis eſt, & admonet, dum ipſum, qui eſt lumen verum, habent, in bonis operibus ambulent, vt ſic faciendo vitam æternam habeant: ad quam nos conducat Dominus, Amen.

DOMINICA Palmarum.

De triumphis, qui fiebant victoribus. G

Sermo XL.

CVm appropinquaſſet Ieſus ad montem Oliueti, &c. Matth. 21. Quia finis belli eſt victoria, & victoriæ præmium eſt triumphus, & hodie Chriſtus intrauit in Hieruſalem, cum diabolo pugnaturus, & de eo triumphaturus: ideo hodie, & de ipſis triumphis, qui fiebant victoribus dicam: ſed quia triumphi non ſine cauſa fiebant, ideo prius videndum H
eſt, quid erat triumphus, ſecundo cur fiebat triumphus. Attendite.

Propter primum ſciendum, ſecundum Iſidorum, lib. 18. Ethimolog. triumphus eſt exultatio de victoria: ponebatur enim victor, & ducebatur in curru, & coronabatur corona palmea aurea, & hoc ſi in conflictum viciſſet: quia palma ſtimulos habet: ſi verò ſine conflictum fugientem hoſtem proſtraſſet coronabatur laurea: quia hæc arbor ſine ſpinis eſt, & induebatur purpura palmata, & in manu portabat ſceptrum, ſcilicet baculum, qui vocabatur Scipio, & in eius ſummitate erat aquila, quæ colore

A rubeo ſuperliniebatur, ſtabat autem carnifex iuxta eum: quia ipſum alapa percutiebat: hæc autem rationabiliter fiebant: nam ideo dicitur triumphus: quia triplici iudicio terminabatur, ſiue diffiniebatur. Nam primo lux ſpectabat ad ducem totius exercitus: ſecundo ad ſenatum: tertio ad populum: ponebatur autem in quadriga, quia antiqui duces ſic inire bellum ſolebant coronabatur autem, vt excellens honor eſſet: purpura verò induebatur: quia triumphantes, toga vtebantur, baculus appellabatur Scipio, vt imitaretur Scipionem victorioſum virum. Ipſe etiam baculus,
B quo homines ſuſtentantur, vocatur Scipio, & Cornelius Scipio dictus eſt: quia pater eius cum eſſet cęcus, in foro eius innixus ambulabat, aquila verò ſedebat ob indicium, qui per victoriam ad ſupernam magnitudinem perueniſſet, & colore rubeo ſuperliniebatur: quaſi immitteret diuini ignis effigies, & a carnifice contingebatur, vt ad tantum faſtigium veniens, mediocritatis humanæ naturæ memoraretur, & ſic fiebat triumphus.

Propter ſecundum, ſcilicet cur triumphus fiebat: ſciendum quòd ad hoc fiebat, vt alliceretur corda hominum ad bene pu-
C gnandum pro communi bono, ne autē ex nimio deſiderio prædictus honor indebitè peteretur, aut procuraretur: ordinatū eſt, vt Victor cum bona ſapiētia, & iuſtitia victoriam reportaret, quod ſi aliquod iſtorum deficeret, non triumpharent.

Primò cum palma, vt potenter vinceret: vnde refert Frontinus, & Valerius, lib. 2. Ordinatum fuit vt nullus triumpharet, niſi quinque millia hoſtium, vna acie cecidiſſent: ſed quia Lucius, Darius, & Fabius tribuni mentiti ſunt de prædicto numero, & ne prædicto honore priuarentur, ſtatutum eſt, vt quicunque per literas falſum nume-
D rum interfectorum nunciaſſet, ipſo triumpho priuaretur: vnde ſtatim cum victores Romam reuertebantur, diligens inquiſitio de hoc fiebat: ordinatum eſt etiam, vt pro augendo imperio, non pro recuperando triumpharetur: vnde recitat Valerius. Fuluius, qui Capuam cœpit, & opprimus, qui Fragellanos ad deditionem compulſit, triumphos petentes non obtinuerunt, quamuis quilibet opere fuerit magnificus: tantum enim intereſt, an adijcias aliquid ac ſubtractum reſtituas, quantum diſtat beneficij initium ad iniuriæ finem: hæc tamen lex in Scipione, qui recuperauit Hiſpaniam, & Marcello Siracuſam tam preclari duces, obſeruata eſt. E

Secundò cum ſapientia, vt ſic victoria eſſet de morte inimicorum, ne caſus eſſet etiam ciuium Romanorum: quia vt ibi dicit Valerius, ſicut neceſſariæ ita lugubres æſtimatæ ſunt victoriæ, quæ non externo, ſed domeſtico ſanguine fiunt: vnde non dabatur triumphus, ſi magna pars exercitus perijſſet.

Tertiò cum iuſtitia: quia vt dicit Iſidorus, vbi ſupra, Victor dicitur a vi, quia a virtute eſt acquiſita, nam illa quæ non virtuosè acquiritur non eſt dicenda victoria. Turpis enim eſt (vt ait) dolo acquiſita victoria: vnde ordinatum erat (vt Valerius ait) vt ſemper dijs inuocatis pugnaretur iuſteque vincentes, non prius arma deponerent, quàm ad Deorum (ſi aderat) templum recurrerent: tanquàm Deorum patrocinio viciſſent. F

Spiritualiter loquendo, dicendum eſt Chriſtus, hodie Hieruſalem ingreditur cum diabolo pugnaturus in cruce, & triumphaturus per paſſionem: videndum eſt ergo, qualis triumphus ſibi debetur: ſecundo qualiter ipſe miretur.

Propter primum eſt ſciendum, quòd triumphus Chriſto eſt exibitus in curru, G & ſede beatorum in purpura, & veſte virtutum in virga, & ſceptro regali iuſtitiæ, & in corona, & diademate naturæ: primo in curru, & ſede beatorum, anima enim iuſti ſedes eſt ſapientiæ, huius figura ponitur Iſaiæ 6. vbi dicitur. Quòd ipſe vidit Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & duo Seraphin ſtabant, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, & non ceſſabant dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus: per ſolium excelſum, & eleuatum natura angelica, vel humana intelligitur, quia humana ad cęleſtem gloriam eleuata proficit, & angelica non cadens cum alijs H inde, eleuata dicitur: vnde in gratia fuit confirmata, templum enim hoc eſt, quod ſolium: quia æternus Rex ibi habitat, vbi ſedet, duo Seraphin ſunt facti de duobus teſtamentis, ſcilicet inter omnes ſunt habentes duodecim alas: quia illi de veteri teſtamento habuerunt duodecim Patriarchas, & nos de nouo habemus duodecim Apoſtolos: ſex alæ ſunt, tamen pro quolibet propter ſex ordines, vt ſunt Patriarchæ, Prophetę, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & Virgines: Clamant Sanctus, Sanctus, Sanctus: propter confeſſionem

Trini-

A Trinitatis, vel propter ſanctitatem cordis, oris, & operis, &c. Secundò Chriſti triumphus eſt in purpura, & veſte virtutum, Ezechiæ 29. Tu ſignaculum ſimilitudinis: plenus ſapientia, perfectus decore in delitijs paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentum tuum, nam Dei filij eſt ſignaculum ſimilitudinis: quia filius patris plenus ſapientia: quia creator orbis omnia in ſapientia fecit, perfectus decore ratione ſanctitatis: quia ſine macula peccati in delitijs paradiſi Dei fuit: quia in ſinu patris, orationis lapis pretioſus operimẽtum eius: quia decorus plenitudine omnis vir-
B tutis, Eccleſiaſti. 40. Veſtiri eum in conſumatione virtutis, huius figura fuit, Apoc. 1. Vbi dicitur, quod vidit in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ideſt in medio Eccleſiæ, ſimilem filio hominis, ideſt Chriſtum Deum & hominem, veſtitum podere: podus eſt veſtis, in qua antiquorum Patrum facta ſcripta erant, & ipſe habuit perfectionem omnium Sanctorum: zona aurea eſt virginalis continentia: ſeptem ſtellæ, ſeptem virtutes, vel ſeptem dona Spiritus ſancti, &c.

Tertium eſt in virga, & in ſceptro regalis iuſtitiæ, quia iuſtus Dominus iuſtitiã di-
C lexit, Pſalm. Et alibi. Virga æquitatis, virga regni tui, dilexiſti iuſtitiam: de hac virga eſt figura, Exo. 7. Vbi dicitur, quòd virga Moyſi deuorauit virgam Magorum Ægypti: virga iſta, iuſtitiam Chriſti ſignificat, quæ alias deuorat, cum malos per tormenta ſauciat. Quartò eſt in corona, & diademate humanæ naturæ, Chriſtus enim noſtram naturam tantum dilexit, quòd eam aſſumens nunquàm dimiſit, & quamuis eſſet vilis reſpectu diuinitatis, ipſe tamen ſuam coronam deputauit. Ideo Cant. 3. Dicitur, egredimini, & videte filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo
D coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius: Salomon Chriſtus eſt, diadema humanitas, qua coronauit eum mater ſua: quia a matre ſumpſit humanitatem, in die deſponſationis, ideſt in die conceptionis: quia tunc deſponſauit, & copulauit inſeparabiliter humanitatem, hoc figuratur Apocal. 10. Vbi legitur, quòd vidit alterum Angelum deſcendentem de cœlo, amictum lumine, & iris in capite eius, & facies eius ſicut ſol, & pedes eius tanquàm columna ignis: Angelus iſte Chriſtus, qui de cęlo deſcendit, & aſcendit amictus lumine, & velatus carne: iris in capite eſt Deitas, & hu- E
manitas: nam iris generatur ex reuerberatione ſolis in nube. Vnde habet duos colores principales, ſcilicet igneum, & aqueum, hæc ſignificant duas naturas, vt per ignem Deitas, per nubem vel aquam humanitas, facies vt ſol ratione glorię, pedes vt ignis ratione charitatis, quam ad homines habuit, &c. Ecce triumphus Chriſti, qui eſt in ſede beatorum, in veſte virtutum, in virga iuſtitiæ, & corona humanæ naturæ. Meretur autem hunc honorem: quia pugnauit, & vicit cum virtuali potentia, cum mirabili ſapientia, & cum rationabili iuſtitia, hac ratione bre- F
uitatis dimitto ad præſens, alibi dicam: hęc tamen omnia poſſunt comprehendi in hodierno Euangelio, in quo primo ponitur de eius ſede: quia ſedit ſuper aſinam, per quam intelliguntur humiles, & vere obedientes: ſuper quem requieſcam, niſi ſuper humilem, &c. Secundò de eius veſtimentorum decoratione: quia poſuerunt veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt, & alij ſternebant veſtimenta ſua in via: hoc ſignificat, quòd Chriſtus eſt ſuper omnes virtutes aliorum: quia habet omnia, vt ſupra dictum eſt. Tertiò de eius virga, & dominatione: quia cedebãt ramos de arbo- G
ribus: hoc ſignificat, quòd omnis poteſtas Chriſto ſubijcitur. Quartò de eius coronatione, cum clamabant. Oſanna, quod interpretatur Saluator, & ipſe humanam naturam ſumpſit, & in nomine Domini venit, vt ſaluaret populum ſuum a peccatis eorum. Rogemus ergo Dominum, &c.

FERIA SECVNDA maioris Hebdomadæ.

Sermo XLI. H

A*Nte ſex dies Paſcha, &c.* Quia tota iſta hebdomada Paſſio Chriſti nobis reducitur ad memoriam, & prædicatio debet conformari cum officio, quod celebratur: idcirco non vlterius vobis bella proponam, nec mundana, & lęta exempla adducam. Tempus enim eſt fletus, & non riſus: quia paſſio illius recolitur, quem tota mundi machina fleuit, de hac tamen paſſione hoc ordine prædicabo: primò dicam de ea, quo ad eius tem-

A poris congruitatem: ſecundò quo ad eius figuræ veritatem: tertiò quo ad eius auctorum malignitatem: quartò quo ad patientis bonitatem: quintò quo ad eius acerbitatem: ſextò quo ad eius vtilitatem. De iſtis ſex omni die dicam vnum, hodie ergo dicendum eſt de paſſione, quo ad eius temporis congruitatem, vbi ſex ſunt declaranda, & conſideranda: primò cur voluit pati in tali ætate mundi: ſecundò cur in tali ætate viri: tertiò cur in tali menſe anni: quartò cur in tali hora diei: quintò cur in talibus ſignis cœli: ſextò cur ſub talibus dominis mundi. Attendite.

B Primò dico, quòd dicendum eſt cur Chriſtus voluit pati in tali ętate mundi, vbi ſciendum eſt, quòd ſex ſunt mundi ętates: prima ab Adam vſque ad Noe: ſecunda a Noe vſque ad Abraham: tertia ab Abraham vſq; ad Moyſen: quarta a Moyſe vſq; ad Dauid: quinta a Dauid vſque ad traſmigrationem Babylonis: ſexta vſque ad Chriſtum, in qualibet ſingulare vitium regnauit; nam in prima regnauit luxuria, quod peccatum Deus puniuit per diluuium: in ſecunda regnauit ſuperbia, quod Deus puniuit per diuiſionem linguarum, Gen. 11.

C In tertia regnauit inuidia, vt in Eſau contra Iacob, & fratribus Ioſeph, quam Deus puniuit per exilium: quia omnes illi in Ægypto, quæ erat aliena regio peregrini fuerunt, & ibi mortui: in quarta regnauit gula: quia ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, vt patet, Exo. 33. Quem Deus puniuit per gladium: quia occiſi ſunt 24. millia hominum. Exo. 34. In quinta regnauit cupiditas, & auaritia, vt patuit 2. Reg. 24. Quando Dauid fecit numerare populum: quem Deus puniuit per peſtilentiam, & mortem, & dicitur ibidem. Nam mortui ſunt 7. millia vi-
D rorum. In ſexta regnauit ira: vt patet Hierem. 34. in Rege Sedechia, qui fecit malum in conſpectu Domini, & verba Hieremiæ prophetæ noluit audire: immo libros, quos ſcripſerat Hieremias, ipſe ira repletus combuſſit, & Hieremiam captiuauit: ſed hoc peccatum Deus puniuit per carcerem, & tranſmigrationem, vt patet Hierem. 39. & 25. quia ergo in qualibet ætate regnauit ſingulare vitium, & peccatum: Congruum fuit, vt in fine omnium veniret Chriſtus, & ſua morte hæc, & alia tolleret: nam tulit peccatum luxuriæ: quia de Virgine natus, virgo eſt mortuus: peccatum ſuperbiæ: quia humiliauit ſemetipſum vſque ad mor-
E tem: peccatum inuidiæ: quia pro ſuis ſeruis mori voluit: peccatum gulæ: quia in eſcam fel habuit, & in potum acetum: peccatum auaritiæ: quia totum ſanguinem fudit: & tulit peccatum iræ, quia tanquàm agnus manſuetus ductus eſt ad occiſionem, & victimam: Coram ſe tondente obmutuit, & non aperuit os ſuum, Iſa. 53.

Secundò videndum eſt cur pati voluit, in tali ætate viri: vbi ſcire debetis, quòd ſex ſunt ætates hominis: prima eſt infantia, vſque ad ſeptennium, & dicitur infantia: quia infans non poteſt fari, & loqui: ſecunda eſt pueritia vſque ad 14. annum, & dicitur pueritia a puritate, quia purus eſt puer: tertia eſt adoleſcentia, quæ ſecun- F dum aliquos vadit vſque ad 28. annum, & dicitur adoleſcens, id eſt ad gignendum, & augendum: quarta eſt iuuentus firmiſſima omnium, & vadit vſque ad quinquageſimum annum, & dicitur iuuentus: quia iuuare poteſt: quinta eſt ſenectus, & hæc eſt a quinquageſimo, vſque ad ſeptuageſimum annum, & dicitur ſenex, a ſenſuum diminutione: quia iam incipit ſenſus minui corporis, & animę: ſexta eſt decrepitas, quæ nullo termino finitur: iſtæ ſunt ætates hominis. Chriſtus autem in meliori æta- G te mori voluit, ſcilicet iuuentute: quia hæc ætas, vt ſenſu patet, minus habet de defectibus corporalibus, q̃ aliqua alia: & decuit Chriſtum in ætate perfecta, & non defectuoſa mori. Vnde Cant. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: alia ratio eſt, quia (vt dicitur) primus homo Adam in tali ætate fuit factus, & creatus a Deo, & in tali ętate ipſe peccauit, & ideo Chriſtus in tali ætate mori voluit, & debuit.

Tertiò videndum eſt, cur in tali tempore anni, quod eſt initium totius anni, & menſis Martij, & dies veneris: quia ipſe Chriſtus fuit primus, qui mori pro ſa- H lute generis humani voluit: ipſe eſt primus ſanctorum: quia ſanctus ſanctorum, & omnium ſalutem, & ſanctitatem fuit initians. Alia ratio, quia Adam tali die iſtius menſis peccauit, & ideo Chriſtus ſecundus Adam; tali menſe, & tali die, pro peccato eius mori voluit, & debuit. Poteſt & alia ratio aſſignari, & eſt talis: in iſto enim mēſe creſcunt humores, & ebulliunt ſanguines in corpore, & ideo ad laſciniam magis pronus eſt homo, & propter hoc congruum fuit tali menſe pati, quādo plus ad peccandum proni ſunt homines: quia ipſe perpetrata peccata delere, & alia per-

petran-

A petranda prohibere debebat, quod melius, quàm ſua paſſione fieri non potuit. Poteſt & alia ratio aſſignari, cum in tali tempore ſanguis ebulliat: vt totum verſaret, & effunderet ꝑ nobis ſanguinẽ, & nihil in eo remaneret: quia ipſo bulliente de facili emittitur, ſed cur in die feſto? Rationem duplicem aſſignat. 6. Auguſtinus: prima, vt manifeſto implerentur effectu, quæ diu facta fuerāt, figurata occulto myſterio: omnia miracula ferè in die feſto facta ſunt: ſecunda, vt immolato vero agno, ceſſaret immolatio ſacrificiorū legalium: & veniente ſacerdotio Chriſti, ceſſaret ſacerdotium
B Leuiticum; iuxta illud, cum venerit ſanctus ſanctorum, deceſſabit votio veſtra.

Quartò videndum eſt, cur tali hora diei: in ſexta enim hora diei crucifixus eſt, quamuis inter Euangeliſtas videatur diuerſitas: quia Marcus dicit, quòd hora tertia, Matth. autem, quia hora ſexta, quam contrarietatem ſoluit Auguſtinus libro tertio, de conſenſu Euangeliſtarum, dicens, quòd Chriſtus crucifixus eſt hora tertia lingua Iudæorum, quando clamabant; Crucifige, crucifige eum: ſed hora ſexta manibus militum, & dicit, magis videndum eſt neca-
C tionem Chriſti fuiſſe linguam Iudæorum, quam militum manus: ſed cur tali hora? vt euidentior eſſet mors ſua, & etiam dicit, quòd tali hora peccauit Adam: & ideo Chriſtus, qui illo peccato ſatisfecit, vt hora pęnæ reſponderet horæ culpæ, tali hora diei mori debuit.

Quintò cur ſub talibus ſignis cœli, dicendum eſt, quòd tempore paſſionis Chriſti ſol obſcuratus eſt, & non naturaliter, ſed miraculoſe: ſed quomodo fuit, diuerſimodè narratur a ſanctis doctoribus, Hieronymus di. quòd fuit hoc, quia diuina virtute radij ſolis retracti ad terram peruenire non potuerunt, Origenes dicit, quòd
D hoc fuit propter nubes ſpiſſas, & denſiſſimas, quæ obtenebratam tunc operuerunt totam terram Iudæorum, ſicut tempore Moyſi obtenebrata eſt terra Ægypti: ſed Dionyſius in Epiſtola ad Policarpum dicit, ſe tempore Paſſionis Chriſti fuiſſe in Ægypto, & diligenter notaſſe miracula. Primò, quia naturaliter Eclypſis ſolis fit per interpoſitionem lunæ: quia luna eſt inferior planeta, cum coniungitur ſoli, interponitur ſe inter nos & ſolem, ſed tempore illo hoc non potuit eſſe: quia luna quartadecima non eſt ſoli coniuncta, ſed diametraliter oppoſita: ſecundò, quia hora

ſexta luna eſt cum ſole, ex qua coniunctione cauſatur Eclypſis: & quia illa hora iam E
pertranſierat, & luna viſa eſt in Oriente, & ſol verſus Occidentem, ſicut hora veſpertina ſtare ſolet: ſine miraculo non fuit: tertiò, quia talis obſcuritas durauit tribus horis, & naturalis Eclypſis in momento tranſit, ideo per hæc fuit facta miraculosè: ſed cur ſub tali figura cœli mori debuit? Ratio eſt, quia ipſe Deus erat, & creator omnium, ideo creatura in eius morte debuit oſtendere iuſtitiam ad confuſionem etiam Iudæorum: quia eum negauerunt eſſe filium Dei, & Regem terræ, & cœlorum. F

Sextò & vltimo videndum eſt, cur voluit ſub talibus Dominis mundi mori, vbi ſciendum eſt, quòd Chriſtus, ſecundum Iſidorum lib. 5. Ethimolog. tempore Tiberij Imperatoris mortuus eſt, & in xx. anno Imperij eius; Pilatus autem, ſub quo damnatus fuit, erat in Hieruſalem pro ipſo Imperatore Romanorum: quia tunc Romani Monarchiā tenebant in vniuerſo mūdo: itaq; tempore mortis Chriſti in regno Iudæorum erant multi domini, ſed in regno Romanorum vnus Imperator, ſed licet ſub Principe Romanorum fuerit cruci- G
fixus. Fuerunt tamen Principes Sacerdotum, ſcilicet Anna, & Cayphas, qui eum morti tradiderunt: hæc autem ita concurrerunt, ad ſignificandum, quòd Chriſtus Imperator vnus, & princeps vnus erat in terra, & in cœlo: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, Matth. vlti. In ſignum etiam, quòd finis regni aduenerat per crudelitatem, ex quo in multis erat diuiſum: Tunc illud, Lu. 16. Omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, & per Reges, & Sacerdotes pati voluit: quia & ipſe Rex, & Sacerdos fuit: Patent igitur illa ſex, quæ propoſuimus. H

Hæc omnia poſſunt intelligi in prima parte Euangelij hodierni, cum dicitur, ante ſex dies Paſchę, vt per iſtos ſex dies intelligantur illa ſex quæ diximus: deinde hiſtorialiter dicatur Euangelium, & ſufficit: rogando iſtum, vt ipſe nobis concedat gratiam. Amen.

A

FERIA TERTIA maioris Hebdomadæ.

De Paſſione Chriſti, quo ad figuræ veritate.

Sermo XLII.

E*Rat Paſcha, & azima poſt biduum.* Matth. 14. Heri diximus de Chriſti paſſione, quo ad eius temporis congruitatem: hodie dicamus de ipſa paſſione, quo ad figurę veritatem, quomodo, ſcilicet in veteri teſtamento fuit oraculis Prophetarum prænuntiata, & geſtis Patriarcharum figurata: vnde ſcire debetis, quòd ſex ſunt conſideranda in paſſione Dominica: primò de eius vili venditione: ſecundò de eius turpi irriſione: tertiò de diſcipulorum derelictione: quartò de crucis formatione: quintò de pęnarum impoſitione: ſextò de ſignorum apparitione. Attendite.

B

Primò dicendum eſt, de eius vili venditione, venditus fuit a Iuda cauſa cupiditatis, & auaritiæ: emptus fuit a ſacerdotibus cauſa doloſitatis, & inuidiæ. Propter primum dicitur in Pſalm. Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplãtationem. Propter ſecundum dicitur, Sapien. 2. dixerunt impij, circumueniamus iuſtum, &c. Et ſubditur, hæc cogitauerunt, & errauerunt: excęcauit enim eos malitia eorum: prædicta autem venditio fuit denarijs triginta argenteis, quod prædictum eſt Zacha. 11. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis: figuratum eſt hoc. Gen. 38. In Ioſeph, qui venditus eſt a fratribus

C

D in Ægyptum, triginta argenteis. Cuius venditio figurabat venditionem Chriſti: Vnde di. Hieronimus, quòd Ioſeph non fuit venditus triginta aureis, vt quidam putant, ſed triginta argenteis, ne pretioſior venderetur ſeruus, quàm dominus. Ratio huius fuit, ſcilicet, quòd Iudæi tantum dederunt: quia ipſe Chriſtus fuit conuerſatus cum eis triginta annis, & ideo triginta denarios dederunt traditori, ſicut 30. annos putabãt ſe offenſos fuiſſe ab eo: Iudas, autem huius pretij fuit contentus: quia ipſe fuerat indignatus de vnguento fuſo ſuper Chriſtum in conuiuio a Magdalena, quando dixit, potuit vnguentum iſtud venundari multo, & pluſquàm 300. denarijs, & dari egenis: de quibus denarijs ipſe decimam partem erat ſuraturus, quod faciebat 30. & ipſe habitis 30. denarijs fuit contentus, non quòd ipſe tantum petierit: quia tanquàm vile mancipium tradens, totum pretium poſuit in voluntate ementium, dicens: quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? & ipſi conſtituerunt ei 30. argenteos. E

Secundò dicendum eſt, de eius turpi irriſione, quæ primo fuit in captione, quando ceperunt eum, de quo dicitur Pſal. Circundederunt me vetuli multi, tauri pingues F obſederunt me, & Treno 4. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus, nam ipſe Chriſtus eſt ſpiritus oris noſtri propter naturæ vnionem, eo quòd ſpiritus oris ex coniunctione duorum labiorum formatur, eſt captus in peccatis noſtris, ideſt propter peccata noſtra: quia Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum, vt dicit Iſaias, ſed in vmbra eius viuimus: hoc eſt ſub eius protectione in gratia, vel in gentibus, & propriorum populorum, & Angelorum in gloria: ſecunda irriſio fuit in percuſſione: G quia alapis percutiebant faciem eius, & conſpuebant: vnde Iſa. 50. Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me: quam corpus ſuum dedit percutientibus: quia nihil fuit in corpore, quod non flagellaretur: genas ſuas vellentibus: quia quamuis in Euangelio non legatur, ſancti tamen dicũt, quòd pilos barbæ euellebãt, & percutiebãt etiam arundine: Vnde Mich. c. 5. In virga percuſſit maxillam iudicis Iſrael: tertia irriſio fuit in induitione: ad illudẽdum enim induerunt eum in domo Herodis veſtem H albam, & in domo Pilati indumentum purpureum: ideo in Canti. dicitur, dilectus meus candidus, & rubicundus: quarta irriſio fuit ſpinarum in coronatione. Vnde Canti. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua, ideſt Iudæorum ſinagoga, quæ facta eſt de matre nouerca.

Tertiò videndum eſt, de diſcipulorum derelictione: omnes enim dereliquerunt eum, de quo prædixerat, Pſalm. Elongaſti a me amicum, & proximum: & notos meos a miſeria, & Iſa. 63. Quare rubrum eſt

A eſt veſtimentum tuum? quia torcular calcaui ego ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum: hoc autem figuratum fuit, Leuit. 16. vbi dicitur. Nullus ſit in tabernaculo cum Pontifex ingreditur tabernaculum, vt oret pro ſe, pro domo ſua, & vniuerſo cœtu filiorum Iſrael. Vere nullus fuit ſecum (vt dictum eſt,) & orauit primo pro ſe, cum dixit: pater clarifica filium tuum, pro domo ſua, ideſt pro his, qui ſecum erant familiares, vt fuerunt Apoſtoli: cum dixit: Pater ſancte ſerua eos nomine tuo: poſtremo pro vniuerſo cętu filiorum Iſrael, ideſt pro omnibus credentibus, quando ait, non
B pro his tantum, ſed pro omnibus, qui credituri ſunt in me.

Quartò de crucis formatione, quatuor enim brachia, vel quatuor partes crux habuit, ſcilicet latitudinem, altitudinem, longitudinem, & profunditatem: & hoc fuit congruum, vt ait Auguſtinus: quia ipſe crucifixus Dei filius habuit latam dilectionem, extendentem ſe vſque ad inimicos, habet longam dilectionem, ſiue directionem: quia eſt Alpha, & Omega: principiũ, & finis omnium, habet altam dominationem: quia in eius nomine, omne genu flectatur, videlicet terreſtriũ hoĩum, cęleſtiũ
C Angelorum, & infernorum dæmonum, & habet profundam cognitionem: quia in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi: de ipſa cruce prædixit propheta Abacuch cap. 3. Cornua, ſcilicet crucis in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius: quia tunc vicit aduerſarium: de ipſa figura eſt 3. Reg. 17. vbi legitur: Quòd mulier illa, quæ ſuſcipit Heliam extra portam, colligebat duo ligna, vt coqueret panem: mulier illa fuit Iudæorum ſinagoga, quæ extra portam Hieruſalem ad literã ſuper duo ligna, ſcilicet ſtipite, &
D tranſuerſali coxit panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, Hierem. 10. Venite mittamus lignum in panem eius.

Quintò videndum eſt, de pęnarum impoſitione, quæ fuerunt multæ: primo in veſtium expoliatione, & nudatione, Ioel. 1. Nudans ſpoliauit eum, ſcilicet Chriſti carnem, & proiecit. Iſa. 53. Nos reputauimus eum, quaſi leproſum, quæ veſtimenta diuiſerunt inter ſe, ſicut prædixit, Pſalm. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: hæc nudatio figurata eſt in Noe, in ebriatione nudus iacuit in tabernaculo: quia Chriſtus hebrius amore, nudus in cruce pependit, quem Cham, ideſt populus Iudaicus deriſit: ſecunda pęna fuit in manuũ, & pedum perforatione: quia foderunt manus ſuas: de quo E
Pſalm. Foderunt manus meas, & pedes meos, & Zachariæ dicitur: his plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant, ideſt diligere debebant me: tertia in lateris aperitione, de quo manauit ſanguis, & aqua, hoc eſt hoſtium, quod præcepit Dominus fieri, ex latere dextero in archa Noe, Gen. 6. Hæc eſt lapis a Moyſe virga percuſſus: de quo fluxerunt aquę largiſſimę, Exod. 17. Quarta pœna in fellis, & aceti potatione, de quo Pſalm. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, & Deuter. 11. Vinum eorum fel draconũ, &c. F

Sextò videndum eſt de ſignorum apparitione, & primum fuit ſolis obſcuratio, de qua Amos: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram, in die luminis: ſecundum fuit velis ſciſſio, quæ ſignificabat ſacræ ſcripturæ reuelationem: tertium petrarum ſciſſio, quę ſignificabat, quòd corda dura, & lapidea erant mollificanda: & quartum ſepulchrorum aperitio: quæ ſignificabat, quòd mortui reuocabantur ad vitam: quintum, & vltimum terręmotus, de quo Hilarius dicit, ꝙ ſignificabat illum mori, quem recipere capax terra non erat: vnde G
Pſalm. Terra tremuit, & quieuit, dum reſurgeret in iudicio Deus, vt ita dicat, quod cum Deus, ſcilicet Chriſtus exurgeret in cruce ad iudicium dæmonum, & liberationem ſanctorum Patrum: (de quo iudicio dicit Pſal. Feciſti iudicium meũ, & cauſam meam ſedens ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam,) terra tremuit, & quieuit per fidei fundamentum.

Hæc omnia, quę dicta ſunt, poſſunt aſſignari in hodierno Euangelio de paſſione: nam primò de venditione ibi, & Iudas Iſcariotes, vnus de duodecim, &c. De irriſione H
ibi, adhuc eo loquente, & primo de turpi captione, ibi tanquam ad latronem, &c. Secundò de permiſſione, & cœperunt quidam conſpuere in eum: tertiò de induitione, induit ei purpuram: quartò de coronatione ibi, plectentes ei coronam ſpineam: tertiò de diſcipulorum derelictione, & diſcipuli derelinquentes eum, omnes fugerunt: quartò de crucifixione ibi, & eduxerunt eum, vt crucifigerent illum: quintò de pœnarum impoſitione, ibi, & educunt eum in Golgata, &c.

A

FERIA QVARTA maioris Hebdomadæ.

De malignitate Iudæorum, qui fuerunt auctores paſſionis Chriſti.

Sermo LXIII.

A*Ppropinquabat dies feſtus Iudæorum.* Lucæ 22. Heri prędicauimus de paſſione Chri- B ſti, quo ad figuræ veritatem, hodie dicemus de ea, quo ad eius auctorum malignitatem: vbi animaduertendum eſt, quòd ſex ſunt circunſtantiæ aggrauantes homicidij peccatum: prima quis: ſecunda in quem: tertia quare: quartò eſt quomodo: quintò vbi: ſextò quid.

Primò dico, quòd prima conditio aggrauãs peccatum Iudæorum in Chriſti occiſione, eſt quis, ſcilicet conſiderando ipſos, qui fuerunt, quoniam tenebantur ſibi non reddere malum pro bono, ſed bonum pro bono, & nunquàm potuiſſent ſatisfa-
C cere, ſed ipſi econtrario, malum pro bono reddiderunt: vnde hac conditione nimis grauiter peccauerunt: ipſe enim Chriſtus Dei filius, Iudaicum populum, tanquàm ab eo plus dilectum, a cæteris nationibus ſeparauit, Gen. 12. vnde dixit Abrahæ: qui fuit eorum principium, egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi, faciamque te in gentem magnam: proprijs vexillis, & inſignis ornauit, Gen. 17. Terra nobiliſſima hæreditauit, & ſe de eorum ſtirpe incarna-
D uit, Gen. 22. dixit. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum tuorum, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. In Ægypto multiplicauit, & de ſeruitute duriſſima multiplicatos liberauit, vt patet Exod. 40. vſque 14. Pane cœleſti in hæremo gubernauit, Exo. 16. In terram promiſſam induxit, & habitatores eius eis ſubiecit: vt patet Ioſue vltimo. De eis natus, infirmos eorum curauit, mortuos ſuſcitauit, famelicos ſaturauit, & ipſi, quibus tanta bona fecerat, crucifixerunt eum: vnde Michęæ 6. ſic eos alloquitur. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo moleſtus fui, reſponde mihi?

Secundò aggrauatur peccatum hac conditione, ſcilicet cui fecerunt: quanto enim E
maior eſt offenſus, tanto maior reputatur offenſa, vt minima offenſa in rege facta, reputatur maior, quacunque alia: ſic iniuria in Chriſtum perpetrata fuit maxima: quia ipſi Iudæi illum offenderunt, qui erat Dei filius, de eius ſubſtantia, ab æterno genitus, a Prophetis prænunciatus, ab Angelo nuntiatus, de Spiritu ſancto formatus, de Virgine natus. Noſter paſtor, redemptor, doctor, mediator, iuſtus, innocens, impollutus, a peccatoribus ſegregatus, excelſior cœlis factus. Hebr. 6. & tamen Iudæi tantum, & talem crucifixerunt, & Pilato volenti ipſum dimittere, dixerunt. non hunc, F
ſed Barabbam. Vnde dicit Auguſtinus in lib. de Symbolo. O cęcitas Iudæorum, o furia fręneticorum: noli ipſum dimittere, ſed Barabbam, quid fuit aliud dicere, quàm occidatur Chriſtus ſaluator: qui ſuſcitauit mortuum, & dimittatur latro, vt iterum perpetret homicidium? &c.

Tertiò aggrauatur hoc peccatum hac conditione, quare multum aggrauatur offenſa, quando aliquis offendit multum, alterum leui cauſa. Sed magis ſi offendit non offenſus, & maxime ſi propter bona opera offendit, & quia ipſi Iudęi propter bonitatem, quæ erat, & quam faciebat, & G
quam docebat Chriſtus, perſequuti ſunt eum, & occiderunt: ergo hoc peccatum ipſorum maxime aggrauatur, nam ipſi hoc egerunt, quia Chriſtus de vitijs eorum ipſos arguebat, vt patet Matth. 21. hoc prædictum eſt Sapiẽ. 2. vbi dicitur quòd dixerunt impij, circumueniamus iuſtum: quia contrarius eſt operibus noſtris & improperat nobis peccata legis, &c. Quia veritatem eis dicebat Ioann. 7. Quid me quæritis interficere hominẽ qui vera locutus ſum? etiam ſigna eis faciebat, Ioann. 11. quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? & quia multa bona opera eis oſtende H
bat Ioann. 10. multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis.

Quartò prędictum peccatum aggrauatur hac conditione; Quomodo: quamuis enim modus rei non ſit res, multum tamen ad ornatum eius facit vnde poſſit fieri bonum opus, & ſi eſſe ſine modo non diceretur ita bonum, ſimiliter poteſt fieri malum aliquo modo: non videtur valde malum, nec apparet, peccatum ipſorum multum aggrauatur ex modo; nam ipſi hoc egernnt falſos teſtes inducendo. Matth. 27. Principes autem Sacer-

A Sacerdotum, & omnes ſeniores, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent: Et nõ inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent: nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes.

Secundò pecunia diſcipulum eius corrumpendo. Marci 14. vbi dicitur, quòd promiſerunt Iudæ pretium ſe daturos.

Tertiò Pilatum falſis perſuaſionibus, & allegationibus prouocando, Luc. 22. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & Ioann. 16. ſi hunc dimittis, non es amicus
B Cæſaris.

Quartò Turbam perſuaſerunt, vt peterent Barabbam dimitti, & eum Crucifigi. Matth. 26. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis, Ieſum vero perderet.

Auxilia peſſima, & arma crudeliſſima contra ipſum inuocando, & portando, Luc. 23. his omnibus, quia non bonum habuerunt, aggrauant eorum peccatum.

Quinto aggrauatur alia conditione. ſ. vbi, & in quo loco, circunſtantia enim loci non parum grauat delictum: maius enim peccatũ eſt hominẽ occidere in Eccleſia, &
C fornicari, & quæcũq; alia delicta perpetrari, quàm extra. Et ideo, quia Iudæi in ciuitate Hieruſalẽ hæc fecerũt, quæ erat ciuitas ſancta ad diuinum cultum dedicata, & ipſi locum orationis conuerterunt in ſpeluncã latronũ Dei filium occidẽdo, de quo Eſa. 1. quomodo facta eſt meretrix ciuitas ſancta, plena delitijs, iuſtitia habitauit in te, nunc autem homicidę.

Poſſet etiam hic alia conditio aggrauans aſſignari, ſ. quando, quia in die azimorum qua debebant vacare ſpiritualibus bonis Deo gratias agere, quia eos liberauit de Ægypto tali die, & ipſi tali die filiũ Dei occi-
D derunt, Pſalm. Retribuebãt mihi mala pro bonis: & ideo diuino iudicio & ciuitas & omnis eorum feſtiuitas deleta, eſt feſta reuerſa in luctũ: ſabbata in fletũ, honores in improperium, in ſenſa, odioſa, & abominabilia Deo, Eſa. 1. Sabata veſtra, & calendas veſtras odiuit anima mea.

Seſtò, & vltimo plus omnibus aggrauatur conſiderando quid, ſcilicet quid fecerunt quia flagellauerunt, illuſerunt, & doloroſe in cruce inter duos latrones crucifixerunt: de hac in figura dicebat Iob. 16. aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, & ſatiati sũt penis meis, & Treni tertiò, factus ſum in B
deriſum omni populo.

Hæc omnia ponuntur in hodierna paſſione: quamuis non tali ordine vt diximus nã primo ponitur, quòd ipſi in die feſto & ſolenni hæc omnia fecerunt, cũ dicitur, appropinquabat dies feſtus iudęorũ: ſecũdo qui hoc fecerunt, quia principes ſacerdotũ, & ſcribæ: tertiò in quẽ fecerunt, quia in Ieſum qui erat filius Dei: quartò quomodo hæc fecerunt, quia dolo, & nequitia non iuſtitia: quintò cur hoc fecerunt, quia propter inuidiam, quia plebes adhærebat ſibi, & ipſi timebant plebem: ſexto quid fecerunt, quia tenuerunt & occiderunt. F

Hic poteſt diuidi totum Euãg. ſiue paſſio hodierna. Rogemus ergo dominum ne ſcimus nos vt Iudęi.

FERIA QVINTA maioris hebdomadæ.

De bonitate patientis.

Sermo XLIIII. G

Ante diem feſtum Paſcha. Ioann. 13. quia heri diximus vobis de malignitate auctorũ paſſionis, hodie autem loquemur de bonitate patiẽtis, quę in ſex apparere poteſt: primò in ardentiſſima charitate, ſecundò in fructuoſiſſima communicabilitate, tertiò in perfectiſſima operabilitate, quartò in profundiſſima humilitate: quintò in mirabiliſſima poteſtate: ſexto in clariſſima doctrinæ veritate.

Primo dico, quòd Chriſti bonitas apparet in ardentiſſima charitate: inter cęteras virtutes perfectior eſt charitas: vt probat H
Apoſtolus 1. Corint. 13. vnde Grego. in Hom. vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multę virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, niſi permanſerit in radice charitatis: magna ergo virtus eſt, & ſi ſine ea, nullum bonum meritorium eſt: ergo habẽs eam, bonus & perfectus eſt: ſed Chriſtus excellentiſſime fuit charitate plenus Ioann. 15. maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

De hac charitate Chriſti, dicit Auguſtinus ad

A ad Boniſæcium. In tantum Chriſtus nos or
nauit, vt &c. mori pro nobis dignatus eſt, &
manus eius, quæ plurimas virtutes facie-
bant, clauis pro redemptione noſtra affiſſæ
ſunt. Et ori mellifluo, à quo ſalutaris doctri-
na profluit, fel pro cibo impij porrexerũt.
Et qui neminem lęſit Ieſus eſt: Et qui nul-
lum maledixit, opprobria, & maledicta pro
nobis pertulit: hæc omnia paſſus eſt, vt no-
bis vitam eternam daret.

Secundò Bonitas Chriſti apparet infru-
ctuoſiſſima communicabilitate. Nam non
ſolum pro nobis ſemel ſe obtulit ad immo
landum, ſed omni tempore ſe prębet ſub
B ſpetie panis, & vini ad manducandũ: quod
ſacramentalis communionis dicitur, quia
Chriſtus ſe totum nobis communicauit. Et
poſſumus dicere ꝙ prędictũ Sacramentum
maxime eſt vtile, & fructuoſum in conti-
nentia noſtræ reminiſcẽtiæ, & ratione vir-
tutis efficacię. Nam eſt Chriſti, & totius Tri
nitatis cõtentiuum eſt Chriſte paſſionis nũ
tiatiuum: Et eſt peccatorum noſtrorum ſo-
lutium: primo dico quòd primum Sacra-
mentum eſt tale, & fructuoſum ratione cõ-
tinentiæ, quia eſt Chriſtus, & totius Trini-
tatis contentiuum: Nã Sacramenti preſen-
tia continet quatuor quantum ad corpus,
C quia virtute verborum tranſubſtantiatur pa
nis in corpus Chriſti, de non naturali con
comitantia continentię continet Chriſtum
quantum ad animam, quia naturaliter ani-
ma concomitatur corpus, ſed perſonali ſub
ſiſtentia continet Chriſti diuinitatẽ, in illa
enim perſona omnis diuinitas eſt, & fuit in
ſeparabiliter copulata: & vnitatis ſentẽtia
continet totam Trinitatem, quia ibi eſt vti
que Chriſtus Dei filius, qui cum patre, &
Spiritu Sãcto eſſẽtialiter eſt vnus Deus. To
ta ergo Trinitas in ipſo corpore Chriſti eſt:
quamuis nec caro Chriſti appareat eſſe,
quod pulchre figuratũ eſt Gen. 27. in Eſaù,
D & Iacob 8. Nam Eſaù terreſtria ſignificat,
Iacob vero cęleſtia: Rebecca eſt Mater Ec-
cleſia, Sacerdos quibus conſecrat Euchari-
ſtiam: Eccleſia enim panem, ea vinum Sa-
cerdoti præbet conſecrandum, ſub quibus
poſt conſecrationem eſt Hic Chriſtus, ſed
occultus: quia veſtibus Eſaù Iacob indu-
tus, id eſt ſub ſpetiebus terrenis, vt eſt pa-
nis, & vinum latet Iacob 5. ſanguis, & cor-
pus Chriſti verum. Vnde non niſi Eſaù ap-
paret & ait Iſaac, manus quidem, manus
Eſaù ſunt quia ſub accidentibus ipſarum re
rum occultatur, vox autem Iacob eſt, quia
quamuis ſenſus, viſus, vel tactus decipiatur,
auditus tamen rerũ percipit, cũ dicitur hoc E
eſt corpus meum: ſecundo vtile, & fructuo-
ſum ratione reminiſcentiæ: in reminiſcen-
tia enim paſſionis Chriſti, cuius fructu libe-
rati ſumus, hoc Sacramentum inſtitutum
eſt, & ideo eſt paſſionis nunciatiuum 1. Cor.
11. quotieſcunque enim manducabitis pa-
nem hunc & calicem bibetis, mortem domi
ni annunciabitis donec veniat: & Luc. 22.
& Matth. hic quocieſcunq; feceritis, in mei
memoriam facietis. Nam inter cætera quæ
debent eſſe cordi noſtro fixa, paſſio Chriſti
eſt: vt ſicut ipſe paſſiones, & vulnera in ſuo
corpore habuit, & eorum cicatrices non de
lentur, ita de corde noſtro memoria dele- F
ri non debet: vnde dicit Euſebius: & po-
nitur in decretis. De conſecratio. diſtinct. 2.
dignum erat vt coleretur Iugiter per myſte
rium quod ſolum offerebatẽ in pretium: vt
quia quotidiana cernebat pro omnium ſalu
te, redẽptio perpetua eſſet redemptoris ob-
latio, & perennis illa victima viueret in me
moria & ſemper eſſet in gratia: hoc autem
figuratum eſt in manna quod pluit populo
in deſerto, de quo ſcribitur Eſa. quòd
in arca teſtamenti erat manna, & hoc vt il-
lius cibi perpetua eſſet memoria: vnde il-
lud manna iſtius ſacramenti erat figura: quia
datur a celo: & hic eſt panis qui de cęlo de- G
ſcendit: illud datũ eſt populo in deſerto, &
iſtud datur in Eccleſia Chriſtiana, illud in
memoria conſeruatur in archa, & iſtud de-
bet teneri mente, & memoria noſtra: vt
dictum eſt, noſtre redemptionis: tertio di-
ctum Sacramẽtum eſt vtile ratione efficacię:
Quia eſt peccatorũ noſtrorum ſolutiuum.
nam ipſum dicitur Euchariſtia: quod inter-
pretatur bona gratia, & in peccatorum ſo-
lutione cognoſcitur, vnde Chriſoſt. ſuper
Lucam. Quod operatur in nobis hoc Sacra
mentum imaginem regiam: & nobilitatẽ
animæ non permittit marceſcere: proti-
nus irrigans animam: magnamque inſpirat H
virtutem: fugat demones: aduocat ange-
los, & dominum angelorum: De eo qui-
dam ſanctus Pater, in vitis patrum ait: Eu-
chariſtia reſpuit auaritiam, horret Luxuriã,
fugat furorẽ, firmat amorem, calcat ſuper-
biam, continet linguam, componit mo-
res, odit malitiam & excludit inuidiam. Ec-
ce patet eius efficacia: in peccatorum ſolu-
tione: De hoc figurat Daniel 12. vbi dicitur,
quòd in babilone Daniel miſſus eſt in lacũ
Leonum, vbi erant 7. Leones, vt deuorarent
eum. Tulit Angelus domini Abacach: qui
portabat prandium meſſoribus, & poſuit
cum

A eum ſuper lacum, qui dedit Danieli cibum, confortatusque, & liberatus eſt a leonibus, & a carcere Daniel, quęlibet fidelis anima dici poteſt, quæ in hoc mundo quaſi in Babilone, quæ interpretatur confuſio, eſt in carcere corporis, vbi parati sũt 7. leones, id eſt ſeptem principalia vitia: ſed Abachuch Chriſtus eſt, qui portat prandium meſſoribus, id eſt ſanctis in vita æterna, vbi recolligunt, quæ hic ſeminauerunt: quia iſte eſt panis Angelorum, quem manducat homo: quo cibo liberatur a ſeptem leonibus, & a carcere corporis.

B Tertiò dicebatur, quòd bonitas Chriſti apparet in perfectiſſima operabilitate: quia Dei perfecta ſunt opera, Pſalm. & Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Quartò apparet in profundiſſima humilitate: humiliauit ſemetipſum factus obediens in mirabiliſſima poteſtate: Dominus fortis, & potens, &c. Pſalm. Heſter 13. Domine Rex omnipotens, &c.

Sextò in clariſſima doctrinę veritate, Matth. 22. Magiſter ſimus, quia verax es, &c.

C Hæc ſex habentur in hodierno Euangelio: primò charitas: quia cum dilexiſſet ſuos: ſecundò communicabilitas: quia ſurrexit a cœna: tertiò perfecta operabilitas: quia depoſuit veſtimenta: quartò humilitas: quia cœpit lauare pedes: quintò poteſtas: quia omnia dedit ei Pater in manus: ſextò doctrinæ veritas: quia magiſter cum etenim.

De primò, quartò, quintò, & ſexto procedendum eſt, ſicut placet: ſed de ſecundò, ſcilicet cum ſurrexit a cœna. In illa enim cœna, corpus ſuum ſub ſpecie panis, & vini communicauit omnibus. De tertiò, depoſuit veſtimenta, vbi dicit gloſa:

D quòd a cœna ſurrexit: lauit, veſtimenta depoſuit lintheum præcingit: peluim implet, & non alteri impleri iuſſit: ſed omnia operatur: quod omni ſtudio, talia fecit: Rogemus ergo Dominum, &c.

E

FERIA SEXTA
In Paraſceue.

De acerbitate Paſſionis Chriſti.

Sermo XLV.

EGreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis, trans torrentem Cedron. Ioan. 18. Hodie oportet vti nono loquendi genere: quia materia, de qua prædicare debemus: tantum eſt doloroſa, quòd plures requirit lacrymas, quàm verba. Nullus F hodie a beata Virgine quærat cœlum, vel ſidera, vt di. Auguſtinus, ſed ſolum fluuium lacrymarum, vt die noctuque, cum ipſa plangente, plangat creatorem rerum cunctarum. Veruntamen, vt verba noſtra ſub congrua forma dicantur: hoc ordine procedemus dicendo, quod ſex ſunt, quæ Chriſti paſſionem reddũt acerbam: prima indigna rerum aduerſatio: ſecunda magna morte permutatio: tertia opprobrioſa verecundia: quarta penurioſa inopia: quinta doloris immenſitas: ſexta dulciſſimę matris pietas.

Primò dico, quòd Chriſti paſſionem reddit acerbam indigna rerum aduerſatio: G nam ipſe Chriſtus erat potentiſſimus: quia ſua virtute, & potentia multos adiuuabat, erat beniuolus: quia ſua beneuolentia afflictos confortabat: erat pijſſimus, quia peccatoribus indulgebat: erat iuſtiſſimus, quia innocẽtes defendebat, & mirum eſt, quòd quantuncunque eſſet potens, nullus fuit, qui eum aduocaret, quantuncunque eſſet beniuolus, nullus fuit, qui eum confortaret, quantuncunque eſſet pijſſimus, nullus fuit, qui ſibi miſericordiam impetraret, & quantuncunque eſſet iuſtus, nullus fuit, qui eum excuſaret. Immo, quod crudelius eſt: H quia potentia defenſiua contra eum aduerſatur: quia conuerſa eſt in crudelem afflictionem. Beniuolentia in liuorem, miſericordia in impietatem, & iuſtitia in falſitatem; ecce indigna rerum aduerſatio: quia cuncta, quæ ſibi debebant eſſe propitia, facta ſunt ſibi contraria, & quod omnia ſibi fuerunt aduerſa: quia deſuper Deus Pater cuius vnicus erat filius, dimiſit eum in ludebrum manibus crucifigendum. Vnde ipſe in paſſione conqueritur, cum dixit, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? de-

A deſubter vero erat pia mater , quæ eum a
paſſione reuocabat,interius erat anima,quę
nimium dolebat tot tormentis , & flagellis
conquaſſari; propter quod rogabat patrē,
dicens . Pater ſi fieri poteſt, transfer a me
calicem hunc,& ſubiungit cauſā: quia ſpi-
ritus quidem promptus eſt, caro autem in-
firma , ſed ex parte dextera , id eſt proſpe-
ritatis fuit aduerſatio ſuorum diſcipulo-
rum , qui omnes eum reliquerunt : quod
prędictum fuit Zachariæ 11.Percutiam pa-
ſtorem , & diſpergentur oues : vltimo ex
parte ſiniſtra , id eſt aduerſitatis iudæorum,.
qui eum blaſphemabant:vnde per Prophe-
B tam dicebat Pſalm. Inimicus meus male-
dixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique , ſed dux
meus,& notus meus: vnde de eo poteſt di-
ci illud Tren. 1. Omnes amici eius ſpreue-
runt eum,& facti ſunt ei inimici.

Secundò Chriſti paſſionem reddit acer-
bam , magna mors permutatio . Nam in
Chriſto fuit charitatiua beniuolentia , vita
ſanctiſſima, facunda eloquentia, clariſſima
ſapientia, mira & venuſta figura . Vnde
pro ſua beneuolentia debebat reamari,pro
vita ſua ſanctiſſima honorem facunda elo-
quentia auſcultari , chariſſima ſapientia ad-
mirari, miſericordia recompati , & venuſta
figura lauari,& pulchra conſeruari :ſed ec-
C ce morum permutatio magnam , nam pro
charitate , & beneuolentia , a prædile-
cto diſcipulo venditus , & traditus eſt,
Matth. 26. Amice ad quid veniſti ? & Lu-
cæ 22. Iuda oſculo filium hominis tradis ?
pro vita ſanctiſſima a ſuo populo , in quo
miracula fecerat turpiter inuaſus , captus,
detentus, & ligatus eſt . Vnde ipſe dicebat
Lucæ 22. Quaſi ad latronem exiſtis cum
gladijs , & fuſtibus comprehendere me ,
pro facundiſſima eloquentia flagellis , &
verberationibus extitit redargutus : pro-
pter quod ipſe in maxilla percuſſus , dice-
bat Ioann. 18. ſi male locuutus ſum, teſti-
D monium perhibe de malo : ſi autem bene,
cur me cedis ? & pro clariſſima ſapientia
fuit opprobrijs,& irriſionibus interroga-
tus : vnde Iudei velantes faciem eius , eum
deriſiue interrogabant: Matth. 26. profe-
tiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit?
pro miſericordia ad mortem proclamatus
Ioann. 19. Crucifige Crucifige eum . Et
iterum ſi non eſſet hic malefactor, non
tibi tradidiſſemus eum: ſed in ſua venuſta
figura conſputus , & fœdatus : vnde cola-
phis eum cędentes , expuebant in faciem
eius: vnde propter hæc omnia dicit Bernar-
nardus:caput Angelicis tremebundum ſpi- E
ritibus denſitate ſpinarum pungitur,facies
clara præ filijs hominum , in ſputis Iu-
dęorum deturpatur , oculi ſole lucidio-
res caligantur in morte, os quod Angelos
docet, felle & aceto potatur, Aures quæ au-
dire ſolent Angelicos cantus , audiebāt Iu-
dęorū inſultus: manus quæ formauerūt cę-
los, clauis Cruci affigūtur:pedes quoq; quo-
rum ſcabellum eſt terra, ſunt clauis cruci af-
fixi:totum corpus verberatur, latus lanceæ
perforatur, nihilque in eo remanſit niſi lin-
gua cum qua pro peccatoribus exoraret ,
& matrem diſcipulo commendaret.

Tertiò Chriſti paſſionem reddit acerbam F
opprobrioſa verecundia: & poſſumus di-
cere ꝙ Chriſtus in ſua paſſione ſuſtinuit
verecundiam ratione ſupplicij, ratione con-
ſortij , & ratione loci . Ratione ſupplitij ,
quia tormentum crucis erat ſupplitium La-
tronum . Vnde Auguſt. de Cruce Chriſti
quid loquaris dicam extremum genus mor-
tis elegit , ne aliquod genus mortis eius
martyres formidarent: ratione conſortij ,
quia crucifixus in medio duorum Latro-
num . Vnde Iſaia 52. cum ſceleratis repu-
tatus eſt : ratione loci : quia in monte Cal-
uario Crucifixus eſt : vbi erat intolerabilis
fętor corporum mortuorum : vnde Pſalm. G
factus ſum opprobrium vicinis meis valde,
& timor notis meis: & alibi, omnes viden-
tes deriſerunt me .

Quartò penurioſa inopia, nam magna eſt
indigentia rerum alicui quando eſt peregri-
nus , & lecti quando eſt fatigatus : omni-
bus his Chriſtus habuit indigentiam & ma-
ximam paſſus eſt inopiam:nam pependit in
Cruce nudus & nullum habuit ueſtimen-
tum : quia milites exuerunt eum,& inter ſe
diuiſerunt: fuit in Cruce ſitibundus,& non
habuit niſi fel & acetum , in monte extra
omne tegumentum Crucifixus eſt , & nul-
lum habuit palatium. Sed nec paruum ho- H
ſpitium:Portauit ſibimet Crucem grauiſſi-
mam. De alia indigentia non modicum fa-
tigatus,& nō habuit lectum, immo nec par-
uum lignum ad caput reclinandum : vnde
dixit vulpes foueas habent,& volucres cę-
li nidos: filius autem hominis nō habet vbi
reclinet caput ſuum:crudeliter afflictus , &
nullus diſcipulorum aſtitit ad conſolan-
dum dolorem vulneratus; & neminem ha-
buit ad ſeruiendum: vnde per Pſa. conque-
ritur dicens:conſiderabam ad dexteram &
videbam , & non erat qui cognoſceret me .

Quinto Paſſionem Chriſti reddit acer-
bam :

A bam : doloris inmenſitas, quia ſuus dolor
omnem dolorem exceſſit: propter quod ſci
re debetis, quòd ſex rationibus probari po-
teſt, quòd dolor Chriſti maximus omnium
fuit, primo propter doloris puritatem. quia
in alijs ſanctis mitigatus eſt dolor ex diuinę
conſolationis auxilio. Sicut patet in Sancto
Stephano, cui lapides torrentis dulces fue-
runt, & in Sancto Laurentio, cui carbones
accenſi rorem ſalutiferum miniſtrabant. Sed
in Chriſto ſecundum Damaſcenum vnicui-
que penæ permiſſum eſt agere & pati quod
ſuum erat: ſecundo propter locorum patien
B di ſenſibilitatem: quia paſſus eſt in membris
maxime ſenſibilibus: vt in capite, manibus,
& pedibus, quæ propter neruoſitatem ma-
gnus dolor in eis ſentitur, & propter pon-
dus : quia totum corpus in ſua complexio-
ne eis affixis ligno ſuſtentatur : vnde con-
tinuo dolor augetur: tertio propter comple
xionis nobilitatem , quia ſua complexio
erat nobiliſſima, & ideo doloris maxime
pceptiua: quartò propter mortis & penę vi
litatē, q in pęnis illuſionē & irriſionē, & in
morte turpiſſimum genus mortis ſuſtinuit:
quinto propter amicorū infidelitatē: quāto
enim plures percipiebat in ſua morte pec-
care, quia eorum peccata ſua reputabat, tan
C to magis eius dolor creſcebat: ſeſto propter
culpę vniuerſalitatem: quia ſicut culpa Adā
pro qua ſatis faciebat vniuerſalis fuit, quia
principium culparum omnium , ſic pena ſa
tisfaciens , vniuerſalis eſſe debuit . habens
rationem dolorum omnium: propterea di-
cebat Chriſtus illud Treni primo: o vos oēs
qui tranſitis per viam , attendite & videte ,
ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus : ſeſto
& vltimo paſſionem Chriſti reddit acer-
bam , dulciſſimę matris pietas: nam magna
afflictio Chriſto erat de ſua pia matre, quæ
ſic affligebatur eius paſſione . Nam vt
dicit Hieronymus , quot læſiones in cor-
D pore Chriſti , tot vulnera in corde Mariæ .
quot ſpinę pungentes, quot claui penetran-
tes, quot ictus carnem rumpentes tot ſa-
gittæ per oculos intrantes, & cor Mariæ vul
nerantes : vt dicat cum Iob. non peccaui ,
& in amaritudinibus moratur ocul⁹ meus :
quare ex hac Matris paſſione plus ſentie-
bat dolorē: vnde inter verba quæ in Cruce E
pēdens, hoc quoq; cū anguſtia, dixit: Mulier
ecce filius tuus, & diſcipulo: ecce Mater tua.

Et ſic patet de Chriſti Paſſione quomo-
do fuit acerba propter ſex ſupradicta , quę
omnia habentur in hodierno euangelio.

Rogemus ergo Chriſtū, vt nos participes
faciat meritorum ſuæ Paſſionis, & ſuæ glo-
rificationis, qui eſt benedictus in ſæcula ſę-
culorum . Amen .

In his Sermonibus de militia hęc obſer-
ua . Primam & Secundam partem diui-
de . In prima parte propone requiſita , &
per tracta vnam vel duas conditiones re- F
quiſitas ſpiritualiter applicando: vltima con
dito reſeruetur pro vltima parte .

Et omnem conditionem requiſitam ad
ſpiritualem notitiam accommoda ſtatim
cum illa parte Euangelij , quæ ſibi conue-
nit: ita ꝙ pertractādo primam conditionē
dicas hęc conditio prima oſtēditur in Euan
gelio & conſequenter de ſecūda , & tertia.

Pro vltimo Sermonis dicas .

Hæc ſunt quæ acquiruntur ad militiā, vel
ad ciuitatē, vel ciues, vel Principes, &c. Epi-
logādo oīa, q̄ dicta ſunt, & deinde ſequere.

Sed proh dolor. ſunt nè in vobis hæ con-
ditiones ? vbi nam eſt illa conditio prima? G
vbi ſecūda? vbi tertia? Immo oppoſitę con-
ditiones ſunt in vobis , ita ꝙ non eſtis mi-
lites Chriſti ſed diaboli, & cōtra Chriſtum.

Vos non æſtis tales, quid mirum ſi vos oc
cidit Diabolus? ciuitas veſtra habet tales par
tes & munitiones, quid mirum ſi capitur ab
hoſte maligno ? Eia fratres , ad has ſanctas
acquirēdas virtutes vos hortor, vt ſitis Chri
ſti veri milites, & reportetis coronā gloriæ.

Rogemus & hunc dominum noſtrum ,
hunc ducem & capitaneum: vt tales nobis
concedat virtutes & conditiones . Tu do-
mine Ieſu dulciſſime dux noſter , & capi-
taneę noſtrę militię, docuiſtis cōditiones re H
quiſitas ad verā militiam, bella pręmunt ho
ſtilia, da robur, fer auxiliū, da nobis has vir-
tutes, ſi vt ſimus tui veri milites, tecū vinca-
mus, & victores tecum regnemus in cęlo
vbi tu viuis et regna-, cū Deo patre & Spi-
ritu Sancto in ſæcula ſæculorum . Amen .

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D X C.